¶ Accendo accendis accendi accensum. Ex ad ⁊ cado.a in e mutata:Licet nō sit in vsu:nō a Candeo:vt quidā putauerunt:q̄ habeat significationē neutralē Accendo vero actiuā Neq; a Cendo:quod nusq̄ legitur:neq; esse potest. Quoniā cum Accendo in eadem significatione sumatur cum candeo:q̄uis illud in actiua:hoc in neutra:ex hoc candeo formatū esse oportet:cui scd̄m analogiā assimiletur: Igitur cādo esse conuenit:nō cendo:quoniā si cendo esset cendeo faceret nō candeo. Iccirco cum candeo habeamus:et accendo sicut ⁊ incendo:⁊ succendo simplex habet necesse sit necessario cando a quo candeo fit:ipsorum simplex est:quippe quando plęraq; huius naturę verba sunt:vt ab albo albeo:a duro dureo:a pendo pendeo. Et multa huiusmodi:quę neutra deriuatiua ab actiuis eorum certū est esse:vt apud Priscianū ⁊ Diomedem cernere licet. Est aūt accendere ignem excitare inflammare:vt Virg. His accensa sup. Per trāslationem vero significat animare:inuestigare. Virg. Martemq; accendere cantu.

¶ Accensi (vt Marcellus scribit) generis militię erat administrātibus proximū:dicti:q̄ ad necessarias res sępius accirent:veluti accersiti. Festus vero sic. Accensi dicebantur:qui in locum mortuorū subrogabātur:et ad censum adiiciebantur:Sed varro rectius sentire videtur:qui docet accensos ministratores fuisse magistratuū:ab acciendo dictos:id est vocando. Nam accensus instar pręconis acciebat iussu consulis Quirites ad concionē. Plynius lib. vii. Post aliquotannos adiectus est ⁊ meridies:accenso consulū id pronunciante. Erant singuli pręsidibus prouinciarum accensi. Quod munus nemini.nisi libertis deferebatur:sicut scripsit Cicero ad Quintū fratrem:cuius hęc sunt verba. Accensus sit eo etiā numero:quo cum maiores nostri esse voluerunt:qui hoc nō in beneficii loco:sed in laboris:ac muneris.nō temere:nisi libertis deferebant. Asconius aūt sic habet. Accensus ē nomē ordinis ꝓmotionis in militia:vt nūc dicitur princeps:vel commentariensis:aut cornicularius.

¶ Accensus dicit̄:quasi adcantus:hoc est iuxta cantum:quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. Greci prosodiā dicunt. ωδη απο της ωδης οπω του αειδειν και προς και ως μικρομεισω και υπο γραφεται ιωτα. A latinis etiā tonus:et tenor vocat̄:quia ibi sonus crescit ⁊ desinit. Diffinitur a quibusdam:q̄ sit anima verborū. Ab aliis:q̄ vox syllabę.

¶ Accentiunculas hos veteres:nunc etiā moderamenta:nunc voculationes appellitant. Sunt autem tres accentus:accutus:grauis:⁊ circūflexus. Acutus dictus est:q̄ acuat:⁊ erigat syllabā. Grauis q̄ deprimat:ac deponat. Est enī contrarius acuto. Circumflexus:qui de acuto ⁊ graui constat. Incipiens enim ab acuto:desinit in grauem. De his apud Priscianū et Tortellium tractatū est.

¶ Accerso sis.siui.situm.et arcesso arcessis vtrunq; tertię coniugationis:ponitur pro euoco:seu ad vocādum eo. Actum enī corporis denotant sicut cętera in so terminata:Sed in pręterito:nō aūt in pręsenti sūt quartę:quę ꝓpterea desideratiua a grammaticis dicuntur:q̄ nunq̄ fere eorum verborū actus sine desiderio fiant. Sueto.in Cęsare. A quo ad accersendā classem in Bithyniā missus:desedit apud Nicodemē Terentius in andria. Obstetricē accerso. Fit autē Accerso ab accio.

¶ Arcesso vero ab arcio venit quod idem est:cū apud antiquos:vt Priscianus inquit.ar pro ad poni consueuerit:vt aruenas aruentores aruolare:pro aduenas aduentores aduolare dicentes. Unde ostēditur recte arcesso dici ab arcio:quod nos accio dicimus. Claudianus lib.tertio. Ire iubet totoq; deos arcessere mundo. Apud Vergiliū tamen libro quarto Georgicorū pro attraho ponitur:eomodo:quo in Psalmo. Os meū aperui ⁊ attraxi spiritū. Hinc pecudes armenta viros genus omne ferarū:Quemq; sibi tenuis nascentū arcessere vitas.

¶ Ex accio ergo siue arcio fiunt duo deriuatiua. Accerso:⁊ arcesso:q̄uis ⁊ arcesso ab arceo pro accuso esse possit. Sallust.in iugurtha. Quo facilius indicio regis Scauri:⁊ reliquorū quos pecunię captę arcessebant delicta patefierent.

¶ Accersio sis.quartę cōiugationis:⁊ verbū adiectiuum:qd̄ multi negāt inueniri:Sed fallunt̄ parū scripturas attendētes. Significatq; voco. Cic.lib.iiii. Tus. Quē Cęcilius deū:qui nō summum putet:aut stultū aut rerū esse imperitū existimet cui in manu sit quē esse dementē velit:quē sapere:quē sanare:quē in morbū inici:quē cōtra amari:quē expeti:quē accersiri. Liu.quoq; li.iii ait. Placere itaq; patrē accersire. Sallust.circa finē Iugurthę. Postremo Syllā accersiri iubet. Hier.in Deut. Statimq; eū accersiri facient.⁊ interrogabūt. Et in actibus apo. Accersi Simonē quendā:qui cognominat̄ Petrus. Sic ⁊ in multis locis.quos adducere supfluū iudico.

¶ Accessus ⁊ accessio:quęre i abscedo ⁊ accedo plura

¶ Accio.cis.ciui.vel accii accitū pe.pro.ex ad ⁊ cio significat aduoco.

¶ Accitus inde aduocatus. Hier. Accito notario inquit. Hinc accitus.tus. Verg. Regius accitu chari genitoris ad vrbē.vide supra in accerso.

¶ Accido.dis.pe.cor.ex ad ⁊ cado.ꝓprie iuxta cado et accidere est gestū corporis in humilitatē cadētis ostēdere. Suet.in Cęsa. Ad genua vltro sibi accideret. Sallust.sine ꝓpositione dixit. Quo accidā Iureconsulti vsurpāt accidere pro mori:vt si quid filio meo acciderit. N.seruus meus esto. Id est si filius meus mortuus fuerit. In tertia persona significat pręter spem euenire. Et hoc tam in bonū q̄ in malū. Terē.in an. Interea aliquid acciderit boni. Ci. Nihil mali accidisse scipioni putandū est.

¶ Accidēs pticiciū:⁊ accidēs nomē.inde fit. notę significatiōis:qs vero ab accidētibus dicat̄ supradixi

Accingo accigis. iuxta cingo. Res vero qua quis cingitur in ablto magis ꝙ acto poni solet. Et vltra ablatiuũ: datiuũ cõmode habere põt. Me. li. iiii. Re. Uir pilosus ꝛ zona pellicea accinctus renibus. Interdũ accingere est pare. siue expeditũ prõptumꝗ ad aliquod agendũ reddere. Uer. Illi se prędę accingũt Accingere gladio tuo super femur tuũ potẽtissime. Aliomõ cõstruendi quã deprecet regula vt accinct᷒ renibus.

Accinctos iñ vocam᷒ industrios expeditosꝗ: cõtra discinctos ignauos: incõptos: negligẽtesꝗ dici mus.

Accipio accipis capio: ꝗꝗ ab inuicẽ separentur. Sicuti in dictione capio dicet. Interdũ accipere est audire. Cic. in Cato. Accipite veterem orationẽ architę. Interdũ sentire. Teren. in Teauton. Clinia aliter de amore tuo atꝗ est accipis. Interdũ cognoscere: intelligere: vt accepi te i patriã reuersurũ. Interdũ cõcipe: Uir. li. iiii. Alii vẽtosis follib᷒ auras accipiũt reddũtꝗ. Interdũ decipe. Luc. Sic inꝗ veteratorẽ illũ veterẽ lupũ hannibalẽ acceptũ. Interdũ tractare tam in malũ ꝙ in bonũ. Ter. Ego abs te miseris sum acceptus modis. Ci. Roga ipsum quẽadmodũ ego eũ arimini accepi. Huius cõpositũ est pręaccipio.

Acceptũ dicitur gratũ iucundũ cõprobatũ. Inde Acceptũ fero: habeo pro accepto: ꝛ fateor me accepisse qđ nõ accepi: cũ nulla solutio interuenerit.

Acceptilatio iñ dicta est liberatio: vt docet Modestinus: ꝙ fit per interrogationẽ et responsionẽ qua vtrisꝗ ꝯtingi᷒ ab eo nexu absolutio. Dicẽdo eñ quicquid tibi per stipulationẽ promisi: vel ex stipulatu debui: habesne acceptũ? Et tu respõdeas habeo. acceptumꝗ fero: ꝙ si dicas pinde habeo ac si accepissem a te: p verã solutionẽ: hypotheca vero nõ alias: ꝗ si pecunia soluta sit indr. Ulpi. Acceptũ refero. Uide in dictione refero.

Accipenser: seu aquipẽser: gen᷒ piscis: ꝙ frequẽs accipiat mensis. Habet squamas ad os versas᷒ qui apud antiquos in magna ęstimatione fuit. Mar. Ad palatinas accipensera mittite mensas.
Ambrosias ornant munera rara dapes.

Accipiter ab accipiendis malo modo aliis auib᷒ Est eñ auiũ rapax. Uide in falco.

Accepso veteres p acceperim dixere. Pac. Haud sinam quicꝗ profari: priusꝗ accepso qđ peto.

Accline adiectiuũ penul. pducta dicit flexum: incuruatũ: iacens: humile. Et pprie in descensu dicit. hiero. Scabellũ accline ꝛ ex vna parte obliquum.

Acclinus: na: um: dicitur sicut ꝛ interclinus: quo vsus est Amb. in Egesippo. ciuitas inquit pęrupta vndiꝗ prope erat interclina rupibus.

Acclino as pe. pro. ad aliqđ flecto inclino. Hier. ad Dam i. Acclinatio nostra vmbrosa est: ꝛ inclino p inflecto. Declino deorsum flecto: ꝙ a clino cõposita eẽ conueniũt. Licet eorũ simplex nõ sit in vsu.

Accliuis: siue accliuus. a. um. per u pe. pro. qđ est leniter erectũ ꝛ acuminatũ: ꝛ pprie de ascensu dicit: quasi in cliuũ acuminatũ ꝛ pendulũ sursum. Cuĩ ꝯ cõtrarium est decliue: siue decliuũ quod est inclinatum atꝗ incuruũ. pendulũ deorsum.

Accliuitas inde Cęsar. ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur.

Accolo as. pe. cor. apud siue iuxta colo: ꝛ de aquis montibusꝗ dicit. Liu. li. iiii. Ibi dimissis circa omẽs populos legatis qui ethruscũ mare: quiꝗ Tyberim accolunt ad frumentũ mercandum. Plynius li. iiii. Persę rubrũ mare semp accoluere.

Accola pen. cor. vicinus aduentitius: ꝙ aduentẽs terrã colat: id est habitet: vt accola montis: qui prope montẽ habitat. Accola Padi. Accola campi: qui iuxta padũ iuxta campũ habet domũ. Liu. lib. primo Pastor accola eius loci noie Cacus ferox viribus. Uergilius li. vii. Amnisꝗ vadosi accola vulturni.

Accõmodo pen. cor. adhibeo: applico adapto apte colloco. Cic. lib. secũdo de ora. Aphricano illi supori coronã sibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem lib. primo Offi. Qui se ad rempublicã: ꝛ ad magnas res gerendas accõmodauere. Idem: tantũ dabit amicitię: ꝛ vt naturã amici causam esse malit: vt orandę litis tempus quoad leges liceat accõmodet.

Accommodatũ interdum significat procliue propensum. Idem ad summũ grecorũ ocium potius ꝙ illam vim aut tumultũ accommodati.

Accredo accredis pen. prod. ex ad ꝛ credo: videtur significare ad id quod credit accedo quale Assentior siue assentio: ad sententiã accedo. Collu. lib. ii. Idꝗ etiam non spernendus auctor rei rusticę Sarsenna videtur accredidisse. Est et a credo nomen per simplex c.

Accreduo: accreduis. Idem quod accredo. Plau. Neꝗ diuini: neꝗ mihi humani posthac quicꝗ accreduas.

Accumbo bis. proprie adiaceo iuxta cubo. Hiero. in deutero. Quando sederis in domo tua: ꝛ ambulaueris: ꝛ accubueris atꝗ surrexeris: scribes ea super postes. Et lib. ii. Reg. Accubuit. Amon ꝛ quasi egrotare cępit. Et accumbere est in conuiuio esse. Cubabant eñ antiqui vescẽtes: Cic. Accubuerã hora nona: cum id litterarũ exemplum in codicillis exaraui. Assignant quidam differentiã inter accumbere: discumbere: ꝛ recumbere. Quę quoniaꝫ apud auctores minus seruatur: eam omittendã censui.

Accubo bas. penul. cor. iuxta cubo. Sueto. in Cesare. Theatrũ sum mę magnitudinis Tarpeio monti accubans. Alias significat discumbo.

Accubitor accubitrix inde: ꝛ accubito accubitas.

Accubitus tus. tui. ipse accubandi actus: vt in cãticis. Dum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suauitatis.

Accubitum lectus in quo cubatur interdiu. Unde apud Lampri. de commodo scribitur: ꝙ nõ accubuit nisi in accubitis: quę pilum leporinũ habuissent. aut plumas perdicũ subalares. Hęc accubita alio nomine dicuntur Anacliteria: et apud Florentinos tuscanica.

Accumulo las. pe. cor. augeo amplifico: ꝛ quasi ad cumulum addo.

Accuro accuras pe. produ. ꝛ per simplex r. significat studiose ꝛ diligenter curo. Plautus in Epi. Remeabo intro: vt accurent aduenięntes hospites. Cic. in arte veteri. Melius accurant quę sine consilio administrantur. Hinc

Accuratus. a. um. vbi magna apponit cura. Cel. Cultu corporis nitido venustoꝗ nimisꝗ accurato fuisse. Hinc peraccuratus. Cice. apio pul. Peraccurate querebaris ꝙ eos tributa exigere vetarem.

Accurro accurris. per duplex rr. vide in dictione curro.

Accuso sas.pe.pro.frequentatiuũ est ab accudo: sicut docet Priscianus. Componitur enim ex ad et cuso: quod a Cudo deducitur. Ex quo cõposita. Incuso: Excuso: et recuso: quãq̃ nõ desint qui dicãt accuso ex ad et causa: seu causor cõponi: Sed magis audiendus est Priscianus: quia magis cõmoda fit cõpositio a cuso frequentatiuo verbi cudo quod cusum supinũ facit. Est aũt accusare aliquã quasi eũ apud iudicẽ pcudere. Et hoc per translationẽ: quasi malleo ad incudem pertundere: vt in quã velitis qui accusat formã redigatur: vñ proprie ẽ apud iudicẽ vel aliũ: et aliqñ apud illum quẽ accuses. ostẽdere aliquẽ peccasse. Dicim⁹ aũt accuso te illi apud illũ: vl' corã illo magni sceleris: aut de magno scelere. Id obseruatũ fere cõperi: vt quod peccati nomẽ exprimit genitiuo: quod min⁹ ablatiuo poneretur: vt te accusaui homicidii: et alio scelere. Incusare est alterius mores rephendere: et plerũq; cum querela q ab illo in uria sis affectus. Qui dixerũt incusare de maioribus dici. Accusare de paribus vel minoribus: conuincuntur ab auctoribus. Cæsar in primo com. Sic Diome. Incusante Cicerone Catilina conuictus ẽ. Omniũ ordinũ adhibitis ad id consiliũ centurionib⁹ vehemẽter eos incusauit. Cor. Taci. Intemperiem cæli incusantes.

Accusatorius vir qui alios accusat. Accusatori⁹ liber: in quo continentur accusationes.

Accusatiuus a.um. per quod quis accusatur. Vñ accusatiuus casus dictus ẽ: quia per hũc vel accusam⁹ vel laudare videmur: vñ et laudatiuus dicitur.

Acelum et oppidũ creditur in Thaurisci agro: vñ Acelinus romanus scuirra famosus inster recentiores historias auditur: hodie Asulũ dicitur: nũc reginæ Cypri Cornelię prætoriũ: sed falluntur: quoniã est oppidũ a Patauio ad decimũ lapidẽ versus atestem: et montagnanam.

Acedia grecæ ακηδια: latine pigritia: tristitia: tedium: anxietas. Inde.

Acedio as. quod significat anxiũ esse. vñ loc⁹ ille põ. Et anxiatus est super me spiritus me⁹. grece dicitur οτι κηδω το αλγεω και ασκεω χαλεπαινω και εωσε λιβ ωλυπω και ταλοπαθεν επικηδιον λεγεται και ακηδεια αμελεια και τορπια ακηδεω και ακηδης Et propterea est syllaba longa: quia est η græco.

Acephalus pen.cor. latine sine capite dicitur. Nã α sine κεφαλη caput: vnde acephali versus sine capite dicuntur: quoniã a breui syllaba incipiant.

Acephali heretici quidã dicti sunt: quoniã null⁹ inuenitur auctor: a quo exorti sint. Hi duarũ in christo substãtiarũ proprietatẽ negant: et vnam in eius psona prędicant naturam

Acesin⁹ pe.pro. fluui⁹ Persię qui i Indũ fluuiũ cadit magnus et nauigabilis/ circa quẽ ferunt harũ dines tantę magnitudinis nasci. vt singula internodia incolis pręstent vicem nauigii.

Acer ris et aceris is.fe.gñis cui⁹ prima syllaba corripitur nomen est arboris a quo fit.

Acernus a.um qđ est materiatum ex ea arbore. Ver. Pręcipue cũ iam trabibus constaret acernis: Grece dicitur σφεν Dicta acer q acria in ea artificũ ingenia exerceantur. Est enĩ amplissima arbor et operũ elegãtia: ac subtilitate primũ post citrũ locũ obtinet

Acer a um: vel hic acer hec acris et hoc acre prima producta. a quo acrior: et acerrim⁹ propriæ ad vinum acetum et huiusmodi pertinet: nam saporis acerositatem significat: Col. lib. iii. Radice tenus vitem pręscindito plagã acri aceto pariter, ac lotio permixta terra linito eodemq; radices irrigato. Transfertur ad alia et modo p forti ponitur. Virg. li. xi. Haud acrẽ dubitas in pręlia poscere turnũ. Modo p veloci. Idẽ li. iiii. At puer Ascanius mediis in vallib⁹ acri Gaudet equo Modo pro acuto. Ci. Acri homo ingenio. Modo pro vehemẽti. Idem in hor. Aut philippo breuius: aut theopõpo acrius Modo pro diligẽte. Vir. Iam tum acer curas venientẽ extendit in annũ. Modo pro seuero. Ci. li. i. off. Sic nos si acres ac diligẽtes esse volum⁹ aiaduersores vitiorũ magna sępe ex paruis intelligemus. Modo pro aspero. Idem in Le. Nunc idẽ acerrimus inimicus. Ab acer fit cõpositum Peracer. Deriuata sunt acredo/ acritudo/ acritas/ et acriter aduerbium.

Aceo es. acui. acidus sum. acorẽ sapio. Cato de re rus. Vini quadragenę vinę dabũtur: quod neq; aceat neq; muceat. Hinc conponitur coaceo.

Acesco is acidus fio: Hie. ad Euriã. Egelliti acescentes et morbidos cibos. Hinc coascesco: quod ẽ totus acidus fio de quo infra.

Acredo inis. amaritudo illa seu asperitas q̃ est in fructibus non maturis.

Acerbus a.u.m. qđ nõ est coctũ: sed imaturũ. Col. Vua primo est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit: Sic acerbum vulnus hoc est immaturũ: vñ et robustorũ iuuenũ acerbã mortẽ dicimus: q̃ difficulter moriuntur: Vir. li. xi. et funere mersit acerbo. Tractũ a pomis q imatura nõ nisi difficulter ab arborib⁹ diuellũtur. Ci. in Cato. Quasi poma ex arborib⁹ cruda si sint: vi auelluntur: si matura et cocta decidũt: sic vitam in adolescentibus vis aufert: senib⁹ maturitas. Per translationẽ acerbus dicitur asper: infest⁹. Ci. in Lentulo. Eo die acerbũ habuim⁹ curionem

Acerbitas. saporis amaritudo crudelitas: asperitas. infestatio: seuitia. Ci. Qu. Valerio. syllani tpis acerbitatẽ deorũ imortaliũ benignitate subterfugere

Acerbo as. aspero: abhominabile facio. Clau. li. ii. crimẽq; feri raptoris acerbat. Hui⁹ cõpositum est. Exacerbo: qđ est valde acerbo: vel aspere turbo.

Acetum acre vinũ: vel quia acutum sit: vel quasi aquatũ. Vinum enim aqua mixtũ cito in hunc saporẽ vertitur. Vel dicitur ab aceo es. Col. li. iii. Infructuosas vites fœcundas facito quę exiguũ dant fructum. Acetũ argico cinere irrigato. ipsũq; codicẽ linito cinere: Hinc

Acetosus a.um. acetositas et acor.

Acetaria a quibusdã dicũtur herbę seu cibaria: q ex aceto sumuntur ad excitãdũ appetitum: quales sũt herbe virẽtes. quas aceto oleoq; guttatim istillato cõcinnamus. Alii ab accipiẽdo hoc nomẽ deriuant. vt acetaria sint horti. hoc est hortẽsia: quoniam expedita res et parata semper sit. etiã si greci oxybaphon appellant quasi ab aceto tinctũ. ελληνισι γαρ οξοσ οξωδης οινοσ και βαπτω το δευω.

Acetare: veteres p cõmouere et agitare posuerunt

Acor vini aut mali punici et similiũ odoris: siue in gustu saporis vt ita dicã acuitas siue asperitas ẽ Col. li. iiii. Hos exiguũ admodũ cyrenaicũ vino dilui m⁹ et ita cacumina oblinim⁹ ea res seminio lauit acorẽ

Acidus a.um. pe.cor. qđ acetum factũ est q̃uis et asperum dicatur. Col. li. vi. Malũ punicũ si acidum aut minus dulcẽ fructum feret hoc mõ emendabitur

Hiero. in Eccl. Non acide feras. i. amare seu aspe. Huius diminutiuũ est Acidulus. Compositũ: Subacid⁹ aliquantulũ acid⁹. Cato de re ru. Uinũ ponito sub dio: postridie mane gustato: si id sapiet quod ĩ dolio est: scito id duratũ: subacidum non durabit.

¶ Acetabulũ vasis genus: quã heminã etiam dicim⁹. Hiero. in lib. Exo. Parabis acetabula ꝛ phialas.

¶ Acerę. pe. p. vrbs campanię nõ longe a Neapoli quã Clanius amnis pterfluit. Unde apud Virg. legitur vacuis clanius non ęquus acerris. Hinc aceranus qui est ex aceris: sicut cumanus a cumis.

¶ Aceris. pe. cor. palea miliacea: a quo acerosus a. um. vt frumentum acerosũ quod ẽ immundũ ꝛ nõ sine paleis: a quo ꝛ panis qui ex eo fit acerosus dicitur.

¶ Acero as. p. cor. ab acus ꝑ palea significat paleis inficio: vñ aceratũ lutũ qđ paleis ĩmixtũ est ad tuguria facienda. Huius compositũ Obacero: quod est loquẽdo alterius sermonem molesto: impedio: obiicio.

¶ Acerra arcula turaria ĩ qua tus reponi solet. quo diis sacrificatur: turibulũ vulgo dicit. gręci θυμιατηριον thymaterion dicũt. Alii putant esse arã q̃ ante mortuũ poni solebat in qua odores incẽdebant. Cornutus scribit eẽ paterã in qua libat. Virgili. Et plena supplex venera tur acerra.

¶ Acersecomes. pe. cor. latine dicit intonsus comã ꝛ capillatus Iuue. nemo vẽdit acersecomes ab a priuatiua pticula: ꝛ κειρω και κομη tondeo. Hoc nomine dict⁹ est Apollo: ꝙ nunq̃ radii possint a fronte lucis auelli.

¶ Aceruus mollis aggregatio: et cumul⁹ ꝓprie minutarũ rerũ congeries: vt frumenti: leguminis. Plaut⁹ in pseu. Quibus cunctis montes maximi aceruí frumenti sunt domi. Et aliquanto maiorũ: vt aceruus scutorũ: ꝛ fere ad oĩa generale est. Strues pcipue lignorũ. Strages cadauerũ interfectorũ vno in loco iacentiũ: siue hũanorũ: siue mutorũ: Sarcina vtensilium.

¶ Aceruatim p aceruos. Col. Cum eiusmodi pestis incessit sub fanis aceruatim enectę repiunt.

¶ Aceruo as. accumulo. Vir. ad crimẽ retulit. p amplifico Vel cum se pauidũ contra mea iurgia fingit Artificis scelus ꝛ formidine crimẽ aceruat. Hinc componitur coaceruo: quod est totum vel simul aceruo. ↄiũgo. Lac. lib. v. Errores suos insup crudelib⁹ factis coaceruauit.

¶ Acestes is. vel ę. nomen viri siculorũ regis cui⁹ Virgilius sępe meminit.

¶ Acesius is. fluuius indię nauigabilis.

¶ Achęmenes. cũ diph. pe. cor. nomẽ primi persarũ regis: vt scribit Hero. a quo reges oẽs vsq ad Dariũ descenderũt: ex achęmoniorũ familia reges a psis electos scribit Hero. Fuit alius persis frater hoc nomine.

¶ Achaia regio gręcie vndiq circũsepta mari pterq̃ a septẽtriõe: cui⁹ caput ẽ Corinth⁹. Dicta achaia ab achęo xuthi filio. Quę primo Danaa vt Hero. placet dicta fuit: vñ gręci achęi atq achiui: ꝛ danai dicti sũt. Nã achiui dicũt: ę diph. in i ꝓductã ↄuersa ꝛ u digãma ęolica ĩterposita. Deinde Aegialea a rege Aegialio dr. Ply. Achaię nomẽ ꝓuincię ab Isthmo ĩcipit ante ęgialos vocabatur ppter vrbes ĩ littore dispositas: gręci eñi αιγιαλον ęgialon vocant littus. Est etiam alia Achaia in peloponesso. Hęc ab ortu solis ptexitur ęgęi maris. Ab occasu Epirum. A septẽtrione macedoniã. a meridie Creticũ pelag⁹: ĩ ea sũt thebę boetię ꝛ megara q̃ megaridi regioni nomẽ dedit. Declinaturq Achaia ę. dictio tetrasyllaba. Achais idis. ꝛ achaida ę. sicut Persis ꝛ persida. thebais thebaida. Ptholemais ptholemaida. Oui. Ah q̃tiens dices q̃ pauper achaia nostra est. Hinc gręci dicti sunt achęi achiui ę diph. in i productam conuersa: et digamma ęolica interposita.

¶ Achar nomẽ ciuitatis q̃ nũc Nizibi appellat.

¶ Acharis pe. cor. latine dici põt sine gratia. Ingratus Χαρις charis eñi gr̃a dr: ꝛ acharistia ingratitudo.

¶ Achates p. p. απο του αχεος. i. a cura q̃ regũ semper comes est. Quo noĩe dict⁹ est ęneę comes: ꝛ lapis q̃dã p̃tiosus ĩ Sicilia apđ achatẽ fluuiũ primũ repertus: postea plurimis ĩ terris. Est aũt niger habẽs ĩ medio circulos nigros ꝛ albos iunctos ꝛ variatos similis hęmatiti: hic tẽpestates auertere: ꝛ flumina sistere dr. In hoc lapide habuit pyrrhus epirotarũ rex musas nouẽ natales: ꝛ apollinẽ cũ lyra.

¶ Achateõ velũ maximũ ĩ medio naui ↄstitutũ.

¶ Acherõtis cũ diph. vt q̃dã volũt fœminini generis. palus infernal dr a poetis ab a si ne. Χαιρων gaudẽs: ꝙ sit sine gaudio: sꝫ ↄstat locũ eẽ ꝓpe auernũ lacũ. Stra. li. vi acherontẽ fluuiũ esse tradit bruttiorũ ꝓpe pãdosiã vrbẽ: vbi alexãder epirẽsis a Lucanis trucidat⁹ ẽ. Dodonęo decept⁹ oraculo: qđ iusserat vt caueret acherusiã aquam pãdosiãq vrbẽ: cũ ĩ epiro esset pãdosia: ꝛ acherõ amnis fugiẽs hęc loca ĩ italiã venit. cũq vadũ acherõtis bruttorũ egressũ emin⁹ veruto lucan⁹ miles exultãs cõfodit. a q̃busdã tñ sine diph. scribit. Ver. Flectere si neq̃o supos acherõta mouebo. ab α ꝛ καιρος qđ est tp̃s. Nã acherõ p tp̃is labilitate ponit: eo ꝙ tp̃is lapsu oĩa pereunt. Iccirco fingit vnũ ex fluminib⁹ inferni: sed poti⁹ credo ab eo dici. s. απο του αχεος της λυπης και ρεω ποταμος των αλγεων. quoniam vbiq sine diph. scribitur. Ab achero fiunt adiectiua Acheronti⁹ ꝛ acherontin⁹. Vñ acherontini ppl̃i oppidani q̃ iuxta acherontẽ habitant.

¶ Asc. Acheiõ in ñtõ pe. breui: ꝛ ge. ma. in vsu est.

¶ Acherontia: ciuitas parua apulię in monte sita.

¶ Achelous ętholię rex: a q̃ fluui⁹ eius. nois a pido mõte oriẽs ꝛ ętholiã a Carnania diuidẽs ĩ maleacũ sinũ defluit. Thoas ãtea appellabat. Hic fit Achelous. a. um. qđ mõ possessiuũ est: mõ p aqueus ponit. Vir. li. i. Geor. Poculaq inuẽtis acheloia miscuit vuis. Veteres enim aquam omnẽ acheloũ nũcupauere: ꝙ primus post diluuiũ erupisse terram fertur: siue ꝙ achelous ĩ gręcia vbi tot ingenia floruerunt omniũ fluuiorũ celeberrim⁹ fuit. Hinc acheloides nymphę dictę sunt.

¶ Acherusia: pal⁹ inter Capuã ꝛ Auersã p apta plana vsq ꝓpe Cumas diffusa. Dio sic in. ii. bibliothecę historię de sepulchris ęgyptiorũ q̃ heliopoli accolũt hęc tradit Paludẽ eẽ acherusiã ĩ quã immittant cadauera in vlteriorẽ ripã deferenda: nauĩ vero ipam qua traiicit barin hoc ẽ onerariã appellari: ide natã de charõte q̃ alas trãsuehat stygẽ fabellã. Itẽ acherusia spec⁹ ẽ iuxta euxinũ.

¶ Achilus. pe. pd. qui sine labris est: ab α priuatiua. Χειλος chilos labrum: etiam margo: sed achelus potius dici debꝫ quia ei in ę longum vertitur: vt κυθερεια.

¶ Achilles quod et achilleus dicit: nã gręce αχιλλευς nomen viri apud Home. cantatissimi: cuius gtũs tã in i q̃ in is finit. Noĩa eñi in eus diph. finita apđ ãtiq̃s terminabantur in es: vt theseus theses. Tydeus tydes gtũs erat in is: thesis. tydis. vbi ĩ fine carmĩs abiicit s. vt thesi. tydi. Remansit consuetudo in achilleus ꝛ vlysseus Achylles vlysses: quorũ gtũs est achilli: vlyssi. ĩ carmine. Vir. Troas reliq̃as danaum atq immitis achilli Dissoluto. gtõ vs⁹ ẽ Hom. Ulissei a ñtõ vlysse⁹ nã ꝛ gręci οδυσσευς. Nec cursus duplices per mare vlyssei.

¶ Acięris: securis ęrea qua in sacrificiis veteres sacerdotes vtebantur.

¶ Aciale: vel aciare ferrum durum eius materię apud Britanos maxima vis fit.

¶ Acidalius. pe. cor. fons i orchomeno oppido Bœotię veneri sacer: vnde venus acidalia dicta.

¶ Acies tria significat: scilicet acuitatem falcis cultri et similium quę secant. Colu. lib. v. Obtusa enim hebesq; et mollis falx putatorem moratur: eoq; minus laboris efficit. et plus laboris affert vinitori. Nã siue curuat acies: quod accidit molli: siue tardius penetrat: quod euenit in retuso et crasso ferramento maiore nixu ẽ opus. et απο του ακομεειν: id est ab acuendo ducitur sicut acumen et acuo. significat et exercitus instructionem cum ad dimicandum paratus est: eo q acuto ferro armatus sit. Vir. lib. ij. Ge. Et campo stetit agmen aperto. Directęq; acies. Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solent. Frõs: subsidia cuneus: orbis: glob⁹: forfices: Serra: ale: turres: Et quędam alia. Tertio oculi lumen. Lactan. lib. de opi. Acies enim: id est membrana illa p lucens quam siccari et obarescere nõ oportet nisi humore tersa pure niteat obsolescit. Per translationez acies sumitur pro ingenij perspicuitate. Cice. in Cato. Nõne vobis videtur animus qui plus cernit et longius videt se ad meliora pficisci. Ille autez cuius obtusior sit acies non videtur. Dicimus autem tam acie q̃ aciei in genitiuo. Salu. lib. j. hist. Dubitauit acie pars. pro aciei. Cui⁹ rei causam vide apud Gellium.

¶ Aciem trahere dicitur aquę: pro eo quod est acuere: Similiter aciem ferri exterimus vt acuta sit.

¶ Acinacis. pe. cor. gladius psicus. Hor. li. j. car. Vino et lucernis medus acinacis. Hiero. contra Iouini. Extorsit acinacẽ de manu et latus eius transuerberauit.

¶ Acini. pe. cor. inter fructus minutiores arborum fruticum ve densius nascuntur. vt vuę grana: hędere grana: sambuci. tribuli: mali punici grana. Hiero. Nunc de acino vinacei disseramus: granum paruuz est ita vt vix duobus digitulis teneri possit. Baccę vero diffusi⁹ et rarius: vt fructus lauri: oliuę: corni: lori. myrti: lẽtisci. Nõ nunq̃ acini et baccę indifferenter ponũt. Vir. Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem. Ab acinis vuę. Acinatitius a. um. fit: vt vinũ acinatitiũ. Vlp. digestis de vino legato. Acinatitiũ plane vinũ continebitur.

¶ Acis fluui⁹ Sicilię ex ęthna pcedẽs. ex cui⁹ ripis fertur polyphemũ saxum in vlyssem eiecisse.

¶ Aclydes pe. cor. putatur esse genus teli p qđ flagellũ immensum iaci potest. Vir. lib. vij. Teretes sunt aclydes illis Tela: sed hęc lento mos est aptare flagello.

¶ Acolutus. pe. pdu. latine ꝯsequens dicitur απο του ακολουτεειν. i. assequendo.

¶ Acone latine cos: gręce ακονη.

¶ Acone portus Bithynię esse fertur qui prouẽtu malorũ graminum vsq; adeo celebris est: vt noxias herbas aconita nominemus. Sed vide in dictione Aconituz.

¶ Acus quartę decli. ge. fœ. instrumentum est quo sarcinatrix et ornatrix vtiť ad discernẽdos capillos ab acuta cuspide. Iuue. Ille supciliũ madida fuligine tinctuz Obliqua pducit acu. Mar. Figat acus tortas sustineatq; comas. Palęę etiam frumenti acus dicuntur a similitudine acus qua suimus. Col. lib. secundo. Nam semina excussa in area iacebunt: superq; eodẽ modo reliqui fasciculi excutientur ac durissime ac⁹ electę separatęq; erunt a cudentibus. Similiter Exercitus istructio ac⁹ dicitur: q ea militum pars vehementissima sit ad hostẽ vulnerandum acumine telorum.

¶ Acúcula dimi. ab acu qua vtuntur mulieres ad ornandum quale est discerniculum. quod capillis discriminandis est accommodatum.

¶ Acicula formatione non significatione dimi. ẽ ab acu vt inquit Pris. q̃ vtuntur mulieres ad ornatum capitis Est et acicula piscis tenuis ac longus q̃ et acus dicitur.

¶ Acupictores qui acu pingunt alio nomine phrygiones appellantur ab Phrygia regiõe Troię vbi primũ inuenta hęc ars dicitur: non autem composita vt Phocylides μητε γαμο κλοπειν.

¶ Acus ci. ge. ma. q̃ et acicula dicitur vt paulo supra. Piscis gen⁹: de quo Mar. Et satius tenues ducere credis acos Hic etiam Bellona dicitur. Ply. Acus siue bellone vnus piscium dehiscente ꝑpter multitudinẽ vtero pit.

¶ Acus ceris. ge. ne. purgamentũ frumẽti. Col. li. viij. Nam suburbanus lactens porcus acere nutricand⁹ est.

¶ Aculeus spiculum: vel res seu oratio pungens. Col. lib. j. Nec paludem quidem vicinã esse oportet ędificijs nec iunctã militarem viam q illa caloribus noxiũ virus eructat: et infestis aculeis armata culices muscas tabanos quę in nos densissimis agminibus inuolant. Unde et p quodam tormenti genere ponitur quo forte velut acu sancti martyres pungebantur. Per translationem vero canimus. Tu deuicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna cœloꝝ. Cic. de optimo dicendi genere transtulit ad orõnes. Horuz orõ inq̃t neq; neruos neq; aculeos oratorios ac forenses habz. Hinc fit aculeatus ta. tũ. qđ aculeũ hoc ẽ acutũ aculei istar habz. Ply. lib. xj. Sine ore est p eo q̃d dã aculeatũ linguis simile: et hocin pectore quoq; rotẽ lãbunt reliquoꝝ quibusdam aculeus in ore vt asilo siue tabanum dici placet.

¶ Acumen. pe. pro: subtilitas alicuius rei. Per translatiõem ponitur pro ingenij perspicacitate. Col. in pręfa. Facillimã esse nec vllius acuminis rusticationez: q quę in acumen terminent interius magis penetrẽt quomodo solent perspicacia ingenia penetrare.

¶ Acumino as penul. cor. acutum facio. Lact. de opifi. In quadrupedibus autẽ contextũ spinea sũmo capite deductum longius extra corpus eduxit: et acuminauit in caudam: vt obscœnę corporis partes: vel ꝑpter fœditatem tegerentur vel pter teneritudinẽ munireñ: vel alia q̃dã minuta et nocentia motu ei⁹ arcereñ a corpe.

¶ Acuo is. cui. cutũ pprie accõmodať falci cultro et hmõi quę acui possunt. Col. li. iij. Quotiens falcez acueris ea pelle aciẽ detergito. atq; ita putare incipito. Per translationem Hie. ad Ctesi. stilo accommodauit. Forsitã inquit vestra dicemus et frustra ingenij acuetis stilũ. i. exercebitis. Teren. in adel. opibus adhibuit cũ ait. Attentiores sum⁹ ad rẽ oẽs q̃ sat est. qđ illos sat ętas acuet. i. docebit. Ver. li. j. Ge. in simili significatiõe cordibus tribuit. Curis acuens mortalia corda. Cice. Trebonio. viris apposuit in excitando autem et in acuendo plurimũ valet si laudes illũ quẽ cohortez. Et li. iij. offi. Duęres q̃ langorẽ afferũt cęteris illũ acuebãt ociũ et solitudo id est incendebant. Idẽ in Lęl. dictis attribuit. Multa eius et in senatu et in foro vel prouisa prudenter: vel acta constanter vel responsa acute ferebanť. Aug. li. de vera religione prudentię applicauit. Acuit in tẽtationibus prudentiam vt non soluz in eas non inducatur. sed fiat etiam vigilãtior. Huius ꝯbi ꝯposita sũt exacuo: qđ est valde seu pfecte acuo. Ver. j. Geor. Exacuũt alij vallos furcasq; bicornes. Per similitudinẽ etiã ad dentes et linguam transfert. Idẽ. li. iij. Ge. Dentesq; sabellicus exacuit sus. Et in ps. Quia exacuerunt vt gladiũ linguas suas. Peracuo: pruus acuo. Cato. Vitẽ tenerã pacuito.

¶ Acutus.ta.tum.pe.pd. qđ acumē hȝ. Vñ gladium acutū dicim⁹ ꝛ palū acutū. Trāsfert ꝛ ad incorpea vt acutū ingeniū. acut⁹ visus. Interdū ponit ꝑ aspero Uer. Et acuto murice. acutā aūt vocē tenuē ꝛ altā vo (camus

¶ Acupedius dr ille cui pcipuū est incur rendo pedum acumen.

¶ Aconitū pe.pro. herba q ex cerberi spuma ꝯspersa venenū efficacissimū cōtraxit quo tpe eū hercules ab inferis traxit. Dictū aconitū απο της ακονης. hoc est a cote. Iuxta Oui. dicentē. Que qr nascunt dura viuacia caute: mortales aconita vocāt. Sūt qui ab acone portu deriuant heraclee lyco flumini opposito qui prouentu maloꝝ graminū vsqȝ eo celebris fuit: vt noxie herbe illinc aconita noiate sint. Alii q iuxta nullus puluis interueniat. Nā κονισ.i. puluis. ακονιτι.i. sine puluere dr. Nōnulli huius rōnem attulere: qm eadem vis immota eēt huic q cotibus ad ferri aciē deterendā statimqȝ admota velocitas sentit. Ply. li. xxvij. Scribit aconitū dictū q in nudis cautib⁹: quas acones vocāt nascat: vel qm ακονιζομαι est accelero: qm mortē accelerat. Sūt qui putāt eā herbā esse quā napellum vocant vulgo: sed nō est.

¶ Accesco ꝓprie est accūbere. Se. Nihilo miserius ero si lassa cerui mea in manipulo ferri acqescat. Et acquiescere est assentiri alioꝝ dictis: vt est illud. Si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis.

¶ Acredula pe.cor. putat luscinia auis: siue quē vulgo rauar inū dicim⁹. Ci. in ꝓgne. Et matutinos exercet acredula cantus.

¶ Acrimonia: aspitas ad varias refert res. Ca. de re rust. Et si vlcus acrimoniā eius ferre nō poterit. farinā hordaceā misceto. Col. li. x. Abstineat oib⁹ redolentib⁹ esculētis vt sūt salsamēta: ꝛ eoꝝ oia eliquamina Itē fortētibus acrimoniis allii vel ceparū. Amb. Et ille quidē si adeo infecte res cellule fuerint: q maculas sola aqua nō purget: addūt mollicie olei: saponis etiā acrimoniā. Per translationē ponit ꝑ vehemētia Ci. li. iiii. ad herē. Hec exornatio tū multū venustatis hȝ: tū grauitatis ꝛ acrimonie plurimū. Itē ponit pro ai viuacitate: ꝑ acumine ingenii ꝛ mētis seueritate.

¶ Acris Italie fluuius est.

¶ Acrisius ab ātis argiuoꝝ regis fili⁹ ꝛ pr danaes. a quo fit acrisione⁹ a.um. Uer. Quā dr vrbē Acrisionæis danae fundasse colonis: ꝛ pronymicū fe. acrisiōe ꝑ (danae.

¶ Acros latine summitas ꝛ cacumen dr.

¶ Acroceraunii: mōtes excelsi inter armeniā ꝛ hibernia sic dicti q fulmib⁹ sepe infestent. nā κεραυνοσ fulmen ακροσ altus qsi mōtes ignitas hntes a fulminib⁹

¶ Acrocorinth⁹ mōs peloponesi excels⁹ (sūmitates inter duo maria egeū.s.ꝛ Ioniū stadioꝝ triū ꝛ dimidiati: sub cuius radice in plano instar mense loco iacet oppidū Corinthus. Uertex ipse acrocorinthi veneris sacrā hȝ ediculā. Infra verticē pirenez fontē haud affluentes sed perspicuas aquas habentem.

¶ Acrocomus pe.cor. latine longas comas habens.

¶ Acrochordones: verruce sunt nostratis fabe amplitudine que pueros maxime infestant. dicte qm in imo anguste ita sunt vt pendere videantur.

¶ Acraton mel purū atqȝ integrū qđ nullū ꝯtraxit vi (tium

¶ Acratismon seu acratisma latine ientaculū dr απο του ακρατου οτι ασ ερωτικη τεσι και κρατεω. hoc est a vino ꝛ nō lymphato: Nā in auroꝛa meracius bibere ꝛ salubre putat ꝛ vsu receptū est.

¶ Acroma sine subtilis inqsitiōe ꝛ indagatione exquisita ab ακροσ summus ꝛ μεδομαι τοζητεω. Inquiro.

¶ Acromata greci voces ꝛ auscultatiōes vocāt. Aristoteles acromata nolauit ꝯmētatiōes suas: qs discipulis tradebat in qbus phia remotior subtiliorqȝ agitabat. huic discipline q acromatice dr: tpus dabat in lycio gymnasio matutino. L ā. accipe videt ꝑ piscis hominib⁹ acromatō recitātibus: cū ait i Alex. Alexandrum nanos ꝛ nanas ꝛ moriōes ꝛ vocales exoletos ꝛ oia acromata ꝛ pantominos ꝑ lo donasse. Similiter Ply. in epi. Interdū inqt audiebam⁹ acromata. inter dū iucūdissimis sermōibus nox ducebat. Alii appellant acromata festiuas recitatiōes ludicrasqȝ narrationes qđ sigt. Ci. ꝑ signis: hicqȝ festiuū acroma ne sine corolario de cōuiuio discederet ibidē cōuiuis respectātibus emblemata euellēda curauit. Et Suetonius de Aug. scribit. Acromata hoc ē narratiōes recitatiōesqȝ ludicras: ꝛ mimicas ab Augusto interponi solere cōuiuiis: ad cōuictores oblectādos. Sic et Amb. li. hexa. intellexit cū inqt. Oēs se inuicē diligāt oēs se inuicē foueāt ꝛ quasi vnū corp⁹ diuersa mēbra sustentēt: quos nō mortiferi cātus acromatū scenicorū: q mentē emolliāt ad amores: sȝ cōcentus ecclesie.

¶ Acta substātiuū nomē ꝛ grecū vltima depssa accentu signi. littus. Nā ακτη littus dr ακταιοσ littoralis Uer. li. v. At ꝓcul in sola secrete troades acta. Am. li. hexa. de cetis loquēs: q nō in acta inqt: nec littorib⁹: sed in atlantici maris profundo ferunt videri.

¶ Acta ab ago agis dnr de rebus priuatis minorib⁹ familiaribusqȝ q in vrbe fiūt: ꝛ in scripta redigunt. Iuue. Fient ista palā cupiēt ꝛ in acta referri. In quo sensu etiā actus dicim⁹. Ci. Qđ si de vita mea atqȝ actibus huic cōsultatori respōdeo Gesta vero q fiunt in administratione ingfatus: in bello ꝛ in rebus maioribus ꝛ ad rēp. ꝑtinētibus: vt gesta Cesaris: gesta Pōpeii. Acta diurna q per singulos dies fiūt ꝛ scribunt. Ea greco vocabulo Ephemeris latino diariū dicebatur: Sue de Ce. Inito honore prim⁹ olim instituit: vt tā senatus q ppli diurna acta cōficerent. Acta vero eius q togat⁹ in rep. versatus sit cū impio: ac potestate sunt ꝓprie leges. Cic. Que re acta Grecchi. legeqȝ semporonie proferentur.

¶ Actus a.um. ponit ꝑ cōpleto. Uer. li. vi. His actis ꝓpere exequit pcepta sybille. Pro appulso. Idē li. i. Siue errore vie: seu tēpestatib⁹ acti. Pro infixo. Idē li. ix. Si viribus ensis adact⁹ Trāsadigit costas. Pro admoto. Idē li. xi. Accelerāt acta parit testudine volsci. Pro coacto territo: vt ꝓdigiis acti celestib⁹ ossa piabūt: alia significata quere in ago.

¶ Actus us. gňali vocabulo dr oē qđ agit aut dr sal. Cōstituerat vti cū catilina in agrū fesulanū cū exercitu venisset. L. Bestia tri. plc. cōcione hita de actib⁹ Ciceronis quereret. i. de iis q Ci. dixerat aut fecerat vt in plebis odiū adduceret. Interdū actus dr historia. Hie. li. de viris illus. Euangeliū. Sicut audierat scripsit. actus vero apłoꝝ: sicut viderat ipe cōposuit. In eo eñ ope actus ipsoꝝ virtutibus insignes explicant q magis gestu corpis pficiunt. Et ptes comedie ac tragedie dnr actus a gestibus histrionū q ex hoc ipo actuosi dnr. Et actus dr spatiū in agro centū viginti pedū: q in eo boues agerent: cū ararent vno impetu iusto. Tres aūt repiunt actus minim⁹: qdratus ꝛ quadrat⁹ duplicat⁹. Minim⁹. iiii. pedes hȝ latitudinis: longitudinis pedes. cxx. qđ spatiū in agris erat inter vicinos. qdratus vndiqȝ centū viginti pe

dibus pręfinit̄: q̄dratus duplicat⁹ iugerū ꝯstat. rursus actus vt modes. de seruit. rusticorū scribit: est vbi armēta trahere ⁊ vehiculū ducere licꝫ. Iter q̄ quis pedes vel eques commeare potest.
¶ Actū est: semꝑ in malā partē accipit̄: vt actū est de repub. i. respu. extincta desperata perdita est.
¶ Actio cū ab ago nomē verbale sit. multa sigt. nam q̄nqꝫ ꝓnūciationē. Ci. de opt. Est em̄ actio quasi corporis quędā eloquētia cum cōstet e voce atqꝫ motu. Quid aūt sit ꝓnūciatio. Idē li. ad her. explicat. Pronunciatio ē vocis vult⁹ gest⁹ moderatio cū venustate: q̄nqꝫ actio ponit̄ ꝓ orōne scripta: q̄nqꝫ ꝓ historia: vn̄ Ilale. Aliud q̄ꝫ volumē cōdidit egregiū qꝺ titulo aplicarū actionū ꝑnotat̄. q̄nqꝫ dr̄ defensio: siue orō ꝓ causę defensione: aut alicuius rei de qua agit̄. Ci. q. Valerio. Actionē meā C. Cęsar primo suo cōsulatu lōge in agraria cōprobauit. Et actio ius qꝺ sibi debebatur i iudicio ꝓsequēdi: vt li. i. ad herē. Et a cā cadit is q̄ agit nisi habeat actionē. Actionū vero (sicuti docet Ulp.) sunt duo gn̄a. In rē q̄ dr̄ vendicatio: ⁊ in ꝑsonā: q̄ ꝯdictio appellat̄. In rē actio ē ꝑ quā rē nr̄am quę ab alio possidere petim⁹. Et semꝑ aduersus eū est qui possidet. In ꝑsonā actio ē qua cū eo agimus q̄ obligatus ē nobis ad faciendū aliq̄d vl̄ dandū. Et semꝑ aduersus eundē locū hꝫ. Sumit̄ interdū actio ꝓ bn̄ficii accepti verboꝝ grata redditione. Ci. Planco. Ego q̄ꝫ gratiarū actionē a te nō desyderabā. Interdū pro administratiōe. Lac. li. de ira dei. Dei vero actio quę pōt eē nisi mūdi administratio? Et generaliter capit̄ pro omni oꝑatione atqꝫ actu: vt apud Cic. lib. i. offi. Virtutis em̄ laus oīs in actione consistit.
¶ Actor q̄ aliq̄d agit. Qui cām agit: Ut orator. Qui gestū vultus ⁊ corporis agit: vt mimus ⁊ histrio ⁊ q̄ comœdias ⁊ tragœdias agit. Ut Comœdus ⁊ Tragœdus. Pręterea actor dr̄ Uillicus qui res nr̄as curat: quē factorē solemus appellare: De quo Col.
¶ Actor oris. pe. cor. nomē viri ꝓpriū. Verg. lib. xii. Actoris arunci spoliū quassatqꝫ trementē.
¶ Actuarius ab actibus actoris. i. histrionis dr̄ ⁊ is significat̄ qui acta actiōesqꝫ describit veloci stilo: eaqꝫ descripta deinde recitat: qꝺ signr̄e videt̄. Se. his verbis. Multū viua vox facit nō quidē hęc q̄ alienis verbis cōmodat̄: vt actuarii vice fungit̄. Actuarius igr̄ tāq̄ꝫ notarius ē: Sue. in Cęs. Quā nō imerito Augustus ęstimabat magis ab actuariis excepta male subsequētibus verba dicētis q̄ꝫ ab illo edita. Et actuarius ē q̄ acta publica scribit. Itē q̄ aptus ē ad vehendū Un̄ actuarię naues quę dictę sunt celeres q̄ cito agi possint. Sal. Ibis actuarię naues circiter triginta: decem onerarię erant. Similiter actuarius dr̄ cuius est: sicut fructuarius cuius fructus est.
¶ Actualia noia q̄ ab actu descēdūt: vt dux: rex: cursor nutrix.
¶ Actualis scia q̄ ꝓpositas res oꝑatiōibus suis explicat cuius ꝑtes sunt tres: moralis dispēsatiua ⁊ ciuilis.
¶ Actuosus ab actu descēdit ⁊ signi. eū q̄ in actibus pręsertim in gestibus corporis abundat ⁊ multū se exercet. do. in Ter. Hęc scęna actuosa ē magis i gestu q̄ꝫ in orōne cōstituta. Am. li. hexa. Nāqꝫ istarū artiū alię sūt actuosę q̄ sūt i corporis motu aut sono vocis. Ponit̄ ⁊ actuosus ꝓ oꝑoso q̄ semꝑ aliq̄d facit. Se. Iracūdos feruida natura ai facit. Est em̄ actuosus: ⁊ ꝑtinax ignis.
¶ Actiosus: factiosus: q̄ vna quid agat faciatqꝫ.
¶ Actiuus q̄ agit: vn̄ actiuū verbū opponit̄ passiuo.

¶ Acto as frequenta. ab ago. nō est in vsu pro eo vsurpamus actito actitas.
¶ Actito as. pe. cor. frequen. oriundū nō ortū ab ago Nam sicut nō est scriptito a scribo: nec lectito a lego nec factito a facio: q̄r nō a supino primitiuoꝝ formantur: q̄ si formarent̄ acto scripto lecto: et facto diceremus: Sed iccirco nō sic formant̄: q̄ male sonarent et ambigua forēt. Igit̄ actito ab acto as frequētatiuo. Scriptito a scripto: lectito a lecto: et factito a facto formari censenda sūt. Et ꝓprie actitare dr̄ in causis. Ply. Magis miraberis si scieris illū aliquandiu cās actitasse. Sue. in Galb. Modicęqꝫ in dicēdo facultatis cās industrius actitauit. Aug. li. ii. ciu. dei. Ad ludos trāstulit. Quis igr̄ in agenda vita nō potius sectāda arbitret̄ q̄ actitant̄ ludis auctoritate diuina institutis q̄ꝫ ea q̄ scriptitant̄ legibus humano cōsilio ꝓmulgatis
¶ Actutū pe. pro. aduerbiū tp̄is ab actu id ē celeritate deriuatū. Significat em̄ cōfestim sine dilatione. Teren. in Phor. Aggredere actutum.
¶ Actęon cū diphthōgo Aristęi filius a diana in ceruum cōuersus ⁊ a suis canibus dilaceratus. Eius fabula diffuse ab Ouidio narratur.
¶ Actęus a. um. dr̄ ꝓ Atheniēsi. Nā attica regio apꝺ priscos dicta ē nō solū Atthis idos ab Atthide Crani regis filia: vt inq̄t Eustathius sꝫ etiā acte vt Ply. lib. iii. ⁊ Gel. testant̄: vel ab Actęone vl̄ ab actęo rege indigena. Prius em̄ atticā regionē actā dictā Lycophron grecus poeta inuit: apꝺ quē Castor ⁊ Pollux. αθτειμοσ λυκαι appellant̄: vel q̄r littoralis fere tota sit exili ⁊ angusto quodā velut margine: vt auctor est Strab. Un̄ Oui. i. meta. Seperat aonios actęis phocis ab oris. Uult em̄ parnassum mediū eē inter Boetiā ⁊ athenas. Attica etiā regio quondā Ionia est vocata a Ionio Apollinis ⁊ Creusę Erichthei filio: vel vt inquit Strabo ab Ioue xuthi filio.
¶ Actius fuit Tragœdiarū scriptor: natus libertinis parētibus: ⁊ inter colonos pisaurū deductus est. a quo ⁊ fundus Actian⁹ iuxta pisaurū dict⁹ in scribēdis tragœdiis sentētiarū grauitate: verboꝝ pōdere personarū auctoritate clarissimus.
¶ Actiū epiri ꝓmōtoriū. Ubi Au. deuictis naualib⁹ pręlio Antonio ⁊ Cleopatra vrbē cōdidit ⁊ nicopolis a victoria noīauit. Hinc Actius a. um. ⁊ Actiac⁹. ca. cum. Ver. Actiaqꝫ Iliacis celebramus littora ludis. Sappho ad phaonē. Cur nō actiacas miserā me mittis ad oras
¶ Actia oꝝ. ludi quinquēnales actiaci apollini actio dicati: q̄ prius ⁊ a finitimis agebant̄: sꝫ ab Aug. honorificētius celebrati fuerunt.
¶ Acyrologia latine iꝓpria locutio. Nā ακυρος acyros iꝓpria ⁊ a λεγω logia locutio: vt hūc ego si potui tm̄ sperare dolorē: q̄r spare ꝓ timere dixit. Nā speramus bona: timem⁹ aduersa. Et acyrologia ē dictio minus cōueniēter elata: vel nō ꝓpriis dictiōib⁹ obscurata sentētia: vt accede ad ignē hūc iam calesces plus satis. Ibi em̄ nullus significat̄ ignis: sꝫ meretrix

A ante D.

¶ Ad ꝑpositio est q̄ tā in ꝯpositione q̄ꝫ in appositiōe inuenitur. Et plęrūqꝫ ꝓpinquitatē significat. Curtius Erat ad ripā fluminis ingēs arbor. Ci. Decē fiscos ad Senatorē quendā relictos. Col. li. i. Quicq̄d apposueris fissum et ut rimosumqꝫ. i. iuxta posueris. Habet quoqꝫ vim similitudinis: vt ad vnguem: adęquo. Habet vim intendēdi: vt admodū. i. valde. Adedo in totum

edo. Denotat motũ ad hoiem. Ter. in phor. Sed qd
cessas hoiem adire? Interdũ motũ ad rẽ. Verg. Nec
dum illis labra admoui. Interdũ ad locũ. Salu. i Ju
gu. Pleraq; loca hostiliter cũ exercitu accedit: vñ sciẽ
dum q̃ licet ad primitatẽ significet: sæpenumero tñ
etiã locũ apprẽdit sicut hic. Et Ci. Tyroni. Ego ad
vrbẽ accessi. Importat qñq; ↄtrarietatẽ: vt ad illũ mi
hi pugna est. i. ↄtra illũ. Ci. Ne ad ea meditere impe-
ratũ te offendã. Qñq; ↄparationẽ: vt Cesar nihil ad eq-
tatũ tuũ. i. in ↄparatione. Qñq; additionẽ: vt ad hec ma
la. Qñq; ad cãm: vt ad qd hoc fecisti capit̃ p circiter:
vt ad duo millia hoim occisa sũt. Pro sup. Ter. i An.
Tũ si quis magistrũ cœpit ad eã rẽ improbũ ipm aim
egrotũ ad deteriorẽ ptẽ. plerũq; applicat. Do. ad eã rez
sup eã rẽ: hoc ẽ sup amorẽ: vsurpat̃ pro añ. Virg. cun-
ctãtẽ ad limina tẽpli. Itẽ pro post vt ad hec. i. post hec
Significat ↄ tpalitatẽ: ↄ hoc duobus modis. Vno cũ
tpis ↄditionẽ vel necessitatẽ vel oportunitatẽ impor
tat: Quin. Fingere nimirũ ad tpus videor: ↄ rẽ nimi
um manifestã imprudẽter cõprobare. Altero cũ sigt̃
tpis spaciũ: vt denotet vsq; ad ↄ includat tpus cui ad
iungit̃: vt silebo ad annũ: latebo ad tpus. Varro. Qui
cũ ad tpus latitasset: tandẽ sub spõda iacens inuẽtus
est. Ci. p Ceci. Cũ amicis ad diẽ venit in castellũ: qð
significat die pstituto. Aliqñ tñ ponimus ad: et vsq;.
S l. in Jug. Illicq; ↄ vsq; ad nostrã memoriã romani
sic laborauere. Cõprehendit ↄ numerũ cui iungit̃. Li
ui. lib. iii. Consul romanus in algido consecutus ad
vnũ oẽs occidit. Plau: in Epi. Viti eñ preter mini-
mo ad quadraginta fortasse eã posse emi minimo: mi-
nas. Inuenit̃ qñq; ad absolute positũ: vt apud Ter.
in adel. Ubi ad dianę veneris: subintelligit̃ templum
sed attice. Hor. i Serm. Ventũ erat ad Vestę: Ceterũ
notandũ q̃ ad in cõpositione cũ iungit̃ dictionibus
incipiẽtibus. a. c. f. g. l. n. p. r. s. t. mutat̃ d. in litteras
sequẽtes: vt accurro: affero: aggrego: alligo: annume
ro: appono: arrogo: assisto: attribuo. Excipiuntur
agnosco: in quo. d. abiicit̃ euphonię cã: Aperio siliter
adsum vbi d remanet: sicut suo dicet̃ loco. Sed si cõ-
ponatur cũ a. b. d. e. h. i. o. u. semp d integra manet: vt
adamo: adbibo: adbreuio: adduco: adeo: adhibeo: ad
impleo: adoleo: aduoco. Si vero cũ q: d mutatur in c:
¶ Adã hebraica lingua: sicut lib. i. Jose (vt acq̃ro.
phus scribit idẽ est qð rubeus: qm̃ cõspersa rubra ter
ra factus est. Talis eñ est virgo tellus ↄ vera.
¶ Adaperio is. pe. cor. a quo adaptile. Quere i dictio
¶ Adamastor nomẽ gigãtis staturosi: ↄ (ne aperio.
mẽbratura immani ãspiciẽdi apð Clau. Damastor dr̃
in gigãtomachia Seuusq; Damastor Ad depellẽdos
iaculũ dũ quæreret hostes. De hoc Sidonius Por-
phirion pangea rapit rhodopenq; adamastor.
¶ Adamas pe. cor. Lapis quẽ indomitũ possum⁹ ap-
pellare. Componit̃ eñ ex a priuatiua pticula ↄ Δαμα-
ζω damazo: domo eo q̃ nulli cedat materiæ nec ferro
quidẽ. Nã ↄ si ponat̃ sup incudẽ ↄ graui ictu feriatur:
ante incus ↄ malleus vulnus accipiũt q̃ adamas con
teratur. Cunq; ignis oĩa domet ↄ oĩa metalla consu-
mat reddit adamantẽ puriorẽ solo hircorũ calido san
guine dissoluit̃. Sũt aũt adamantiũ gña quattuor. s.
indicus arabicus macedonicus ↄ cyprius. Qui in in
dia nascit̃ ęque magnus est nucleus ac auellanę: cui
similis est arabicus: sed aliquãto minor. Qui in Ma-
cedonia i philippico auro inuẽtus est olim cucumeris
semini par est magnitudine. Cyprius colorẽ ęreum

repræsentat ↄ in medicamine plurimũ valet. Est etiã
adamas cognomine. Siderides q̃ ferrei sit splendo-
ris. Ceteris adamantũ gñibus ponderosior sz dissimi
li natura: vt pote qui ↄ frangatur ictibus ↄ adamãte
alio pforet̃ eo qui cyprius ẽ. Volũt quidã in adamãte
indico (qui oĩz p̃ciosissimus ẽ) tantã inesse vim vt iux
ta magnetẽ positus ferrũ ab eo abstrahi non patiat̃:
aut abstractũ ad se rapiat. Venena p̃terea lymphatio
nes metusq; vanos abigit ex hoim mentibus. Est et
adamas nomẽ fluuii indici: in q̃ lapis adamas repitur
¶ Adamãtinus a. um. pe. cor. qð est ex adamãte. Pro
pert. Colchis flagrãtes adamãtina sub iuga tauros.
¶ Adamãteus a. um. pe. prod. idẽ qð adamantinus.
Oui. li. vii. me. Ecce adamãteis vulcanũ narib⁹ efflãt
¶ Adamo as. pe. cor. amatorie amo. Ambro. de diua
Agne. Dũ a scholis reuertit̃ a p̃fecti filio adamatur.
Interdũ adamare ẽ honeste ac valde amare ↄ de qua
cũq; re dr̃. Ci li. iii de ora. Deinde ab Antisthene qui
patientiã ↄ duritiã in Socratico sermone adamarat
Hie. Igit̃ adamato q̃si ibidẽ sibi offerret̃ habitaculo
Aug. li. i. cõf. Adamauerã latinas litteras non quas
primi magri sed quas docẽt qui grãmatici vocant̃.
Inuenit̃ ↄ athamo as. cũ h. de quo in dictione ham⁹.
¶ Adagiũ dictũ ẽ puerbiũ qð facetis hoibus adscri
bitur quasi circũagiũ q̃ per ora hoim circũferat̃. Gel
Hinc natũ est frequens apud grę. adagiũ. nõ cuiuis
hoim cõtingit adire corinthũ. Idem. Vetus adagiũ
est nihil cum fidibus graculo.
¶ Adagia gię. mõ vetula recẽtis ptus dr̃ mõ ad agen
¶ Adaquo as. pe. cor. ex ad ↄ aquo. i. aqua (dũ apta
reficio. Sue. in Gal. Ita decreuit vt ad locũ vbi ada
quari solebat iumentũ duceret̃ capite inuoluto. Hie.
in li. gene. Amoueamus lapidez vt adaquem⁹ gregẽ
Aquo as vero ab aqua fit: qð aquor aquaris dr̃ ↄ ma-
gis i vsu: sigtq; aquã haurio: siue sumo. Liui. li. xxvii.
Receptui ppe cecinit: ↄ misit ad flumẽ vñ aquabant̃.
Et li. xxv. Ex eodẽ riuo vtriq; cũ p̃sidio leuis armatu
rę sunt aquati. Aliqñ aquari est aqua reficere. Sallu.
in Jugur. Aquatum est equos egressus.
¶ Addico cis. pe. pro. idẽ dico ↄ dicẽdo approbo ad-
iudico destino deputo. Ver. li. iii. Huic me quęcunq;
fuisset addixi. Vñ addictũ deuotũ obnoxiũ destinatũ
Ci. i. de offi. Et is q̃ morti addictus eẽt. Aliqñ addi-
¶ Aequalis: planus. Unde æqualis campus. Quan doq pro simili ponitur ⁊ ex æquo. Ply. Cũ ⁊ ipe æqua lem fortunam expertus fuissem. Quandoq pro coæ taneo: Cicero in Cato. Nec cum ęqualibus soluz qui pauci ad modum restant. Differunt tamen ab inuicẽ q ęquales sunt eorũdem annorum. Coętanei in eodẽ tempore sed diuersis annis ⁊ disparibus: vt Cicero ⁊ Augustus fuerunt coętanei licet Cicero maior na tu fuerit: sed non ęquales. Hinc ęqualitas similitudo paritas. aequaliter: similiter: pariter.

¶ Aequabilis idẽ quod ęqualis. Cic. Et vox reduci tur in sonũ quendã ęquabilem atq constantem.

¶ Aequilaneum ex toto dimidium significat: dictũ a lotione lanę: q dicitur ęquilaneo redire cum dimi dium decidit sordibus.

¶ Aequimanus penul. cor. qui vtraq manu vtitur ⁊ it læua operatur sicut dextra.

¶ Aequilibriũ ęquatio libre: quod ⁊ ęquamentum ⁊ li bramentum dicitur. Trutina cuz pro bilancis seu sta tere lingua sumitur. Gel. Nam cui membrum ab alio ruptum est si ipse itidem rumpere per talionem velit quęro an efficere possit rũpendi pariter membri ęqui librium. In qua re primũ ea difficultas est inexplica bilis. Quin si in membrũ inquit alter imprudens ru perit. Quod eñ per imprudentiã factum est retalia ri per imprudentiam debet.

¶ Aequinoctium: ex ęqualitate noctium dicitur: q nunc dies ⁊ nox horarum spacio ęquales sint. Duo sunt autem ęquinoctia: vernale. s. ⁊ autumnale. ver

nale fit quarto idus Martias vel circa .viij. Calẽdas apriles: et in octaua parte arietis cõficitur. autumnale decimooctauo Calẽdas octobres ad vergiliarum occasum diebus .xl. quia annũ olim in duas tantum partes diuidebant: hoc est in ęstiuũ et hyemale solstitium. Ab ęquinoctium fit adiectiuũ ęquinoctiale: vt tempus ęquinoctiale.

¶ Aequidiale dictum ab antiquis quod nũc dicim' ęquinoctiale: quia nox diei potius q̃ dies nocti ãnumerari deb3. sic etiã ęquidiũ qd nũc ęquinoctiũ.

¶ Aequipolleo les. p duplex ll. parem potestatẽ habeo. Unde ęquipollentia ęquiualentia.

¶ Aequiparo as. penul. correp. significat comparo: siue ęquo.

¶ Aequiualeo es. pen. cor. quasi ęque possum.

¶ Aequiuocũ pen. cor. est quod gręci dicunt homonymon: et a Martiano vocatur pluriuocum: quando pluribus rebus eadem est appellatio.

¶ Aequor ab aqua nomen deductum: q æquam superficiem habeat: cum nõ fluctuat: et proprie denotat superficiem. Ambr. li. Hexa. Et cum sit altitudo diuersa: indiscreta tamen dorsi eius ęqualitas: Unde et ęquor appellatũ arbitror q superficies eius æqualis sit quia aquę licet fluctuantes velut montes erigant sedatis tamen sursum tempestatibus adequantur. Hinc dicimus ęquora campi et ęquora ponti. Cic. li. ij. acad. Ab ęquo .i. plano vocabulum accepisse confirmat: q tam plane videtur q̃ mare ęquũ. De campo. Virg. li. iij. geor. At prius ignotũ ferro q̃ scindimus ęquor. Idem. De mari ęquora ponti. Nec solũ de mari sed etiam de fluuio dicitur: vt apud eundem. Viridesq secant placido ęquore syluas. Accipitur tamẽ quãdoq pro ipso mari: vt Bis denis phrygium conscendi nauibus ęquor. Quandoq pro aere. Aspice bis senos volitantes ęquore cygnos. Ab æquor fit ęquoreus a. um.

¶ Aer proprie dicitur mediũ spacium inter cœlũ et terram. Est eñ inanitas plurimũ habens admistum raritatis q̃ cętera elemẽta. Virg. Longa per inanes Dictus aer ἀπὸ τοῦ αἴρειν: ab eo q ferat terram: vel q feratur. Sed credo potius dici ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ῥεῖν ... unde producit vltimã. Luc. lib. pri. Aer et longi voluent titana labores: qui corripiunt ipsi viderit nec Claudianus dicit lucidus vmbroso miscebitur aer auerno: quia sensus esset cõtrarius et syllaba falsa: sed dicit atris: vel orbis. Hic aũt aer partim ad terrenam: partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam ille subtilis vbi ventosi ac procellosi motus nõ possũt existere ad cœlestem pertinet partem: iste vero turbulentior qui exhalationibus humidis corporescit terræ deputatur: quiq ex se multas species reddit. Nã cõmotus ventos facit: vehementius cõcitatus ignẽ et tonitrua: cõtractus nubila: conspissatus pluuiam: cõgelatis nubibus niuem: turbulentius congelantibus densioribus nubibus grandinem: distentus serenum efficit. Distatq a terra: (vt inquit Possido.) stadiis .xl. Aliquando aer dicitur ventus spiritus: vel flatus modicus. Virg. Aera dimouit tenebrosum et distulit vmbras. Aliquando dicitur sonus. Var. Anima vt conclusa in vessica quando est arcte ligata si perculeris aera reddet.

¶ Aerius a. um. per i. vel aereus per e. modo significat altum: vt aeria turris. modo qd cõstat ex aere: vt corpus aerium: fulgor aerius.

¶ Aeripes pe. cor. celer quasi aerios pedes habens Quidam tamen compositũ nomen putant ab ęs æris Virg. synęresin fecit. Fixerit æripedem ceruam.

¶ Aerope pe. cor. atrei vxor ex qua Thyestes duos filios suscepit. Et nõ est diphthongus. Nam scribitur a gręcis. ἀερόπη. Ouid. lib. ij. de trist. Si non ærope frater sceleratus amasset. Cõuersos solis non legeremus equos.

¶ Aerumna. ἀπὸ τοῦ αἴρω. æro: leuo: tollo: pprie ærumnę dicuntur furcinulę quibus viatores sarcinas suas religatas tabella interposita ferre cõsueuerũt Quę quoniam a Mario institutę: sunt muli mariani postea vocatæ. Hinc factum est vt labores onerosi ęrumnę dicantur: vnde Herculis ęrumna. Similiter ærumna dicitur miseria, calamitas .i. infœlicitas. Unde ęrumnosum dicitur quod est laboribus ac miseriis afflictum. Cic. lib. ij. de fi. Aerumnas: maiores nostri labores non fugiendos nominauerunt.

¶ Aes ęris. sumitur pro omni metallo: sed pręsertim pro eo quod est coloris rubri: deductum nomen putant aliqui ab auri similitudine. Alij a gręco deriuãt αἶα. terra. Var. ab asse. Accipiturq pro pecuniis: q̃m æs fuit in pretio magnis aurũq iacebat: vt ait Lucreti. Nũc (vice versa) iacet ęs: aurũ sũmo successit honore. Et primo ex aere pecunia signata. Ouidi de Fastis. Aera dabant olim melius nunc omen in auro est. Uetaq concessit prisca moneta nouę. Cato. Fundũ ęribus suis emptum possidebant. Seruius rex primus post vrbem conditã signare æs cœpit: cuius in altera parte nota fuit Janus geminus ex altera rostrum nauis. Nam quia Saturnũ classe deuectum hospitio Janus acceperat et ab illo peritiã ruris edoctus feram illam ac rudem ante fruges cognitas vitã in melius redegerat regni consociũ fecit: et quoniam naui fuerat aduectus in signando ære: ex vna quidẽ parte sui capitis effigiẽ: ex altera nauis rostrũ impressit vt q̃tum in eo esset Saturni memorię consuleret: ne accepti beneficij immemor esse videretur. Ponitur etiam quandoq pro tubis: quoniam ex ęre sũt. Virgilius. Aere ciere viros. Unde ęneatores tubicines dicuntur.

¶ Aereus a. um. quod ex aere est sicut aheneus.

¶ Aera ę. numeri nota est: puta in moneta notabat numerus: quem valebat. Lucil. Hęc est ratio peruersa: æra numeri est subducta improbe. Astrologi quoq initium a quo supputationes incipiũt ęram vocãt. Dicta ęra ex eo q omnis orbis æs reddere professus est reipub. Aera etiã gręca dictio est: quæ apud nos lolium significat: vt inquit Diosco. Hinc ærineus a. um. q ex ęre factum est. Diosco. Panis vero cum melle et aerinea farina .i. loliacea.

¶ Aerarius a. um. quod est ęris siue ex ęre. Plyn. lib. xxxiij. Laudationem eãdem in ærarijs metallis et proximam in argentarijs fieri compertum est. Inde.

¶ Aerarij tribuni a tribuendo ęre. Nam vt Var. scribit. Tributa erat eis pecunia quam in litibus redderent. Idq quod attributum dicebatur ęs militare

¶ Aerarij milites dicti sunt ab ęre: q stipendium facerent. aes eñ stipem quoq dicebant. Unde stipendium.

¶ Aerarium: ęris repositoriũ. hoc est nũmorum similiumq rerum pretiosarum atq opum: q̃ vtilitatẽ reipubli. allaturę erant: sic dictum q æra in eo principaliter inferebantur.

¶ Aero as. significat æs misceo: ęre adultero: siue ęre orno. Unde eratę fores apud Uirg. Pris. A metallorum quoqꝫ nominibus solent nasci verba vt ab auro: auro as. ab ęre. æro as. Unde auratus ⁊ ęratus. Huius verbi composita sunt. Obero ⁊ subęro. Pers. Nequa subęrato mendosum tinniat auro.

¶ Aerosus a. um. ex quo ęs fit: vt Lapis ęrosus: quē alio nomine Cadmiam nuncupant. Et ærosa ab antiquis. Cyprus insula dicebatur ꝙ in ea plurimuꝫ ęris nascitur: vel ꝙ primo ibi inuentum sit ęs.

¶ Aerificium quod ex ęre factum est. Uar. Politę eñ quasi ęrificio videbantur.

¶ Aere diruti milites vocabantur quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur.

¶ Aeruscare veteres dixerunt pro pecunias vndiqꝫ colligere.

¶ Aerugo penul. pro idem qđ rubigo: ⁊ proprie in ęre vel argento ⁊ viridescit. Rubigo vero in ferro ⁊ segetibus de quo loco suo Plr. lib. xxiiij. Refert ære extersa celerius rubiginē trahere ꝙ̃ neglecta nisi oleo perunguantur. Ęruginis in medicina magnus vsus: cuius vis est collyriis oculorum aptissima. Apud Hora. ⁊ Iuue. accipitur ęrugo pro pecunia quę ex ęre fit. Hic ęruginosus a um. Sen. lib. de breui. vitę. Maiorem dierum partem in ęruginosis lamellis cōsumit.

¶ Aes nostruꝫ dicitur quod nobis alij debent. Aes alienum quod nos aliis debemus. Aes suū quod alij ei de quo loquimur debent.

¶ Aes militare dicebatur quod tribunis ærariis attributuꝫ erat vt militibus redderetur. Plau. in Aul. Cedit miles ęs petit.

¶ Aes ductile: quod facile ducitur attenuaturqꝫ in laminas. Aes caldarium quod funditur tantū: ⁊ malleis fragile est.

¶ Aeschines penul. produ. nomen proprii oratoris greci Demosthenis ęmuli. Fuere etiam alij septē hoc nomine vocati.

¶ Aeschylus pe. cor. nomen poetę tragici. Horati⁹. Post hunc personę pallęqꝫ repertor honestę Aeschilus ⁊ modicis instrauit pulpita tignis. Hic cuꝫ esset caluus ⁊ in aprico forte quiesceret testudo ab aquila in altum delata cum decidisset caput eius confregit interemitqꝫ

¶ Aesculapius nomē est apollinis filij qui medicam artem vel laude vel opere ampliauit: Ob eamqꝫ rem in deorum numerum receptus fertur. Cuius duo filij Podalyrius ⁊ Machaon bello troiano Agamēnonem secuti non mediocrem opem cōmilitonibus attulere. ¶ Aesculus arbor glandifera cuius fructu cum in primęua ætate homines vescerentur ab edo pro comedo deduci putatur: ꝙ̃uis edo primaꝫ breuē habeat: quidam tamen sine diphthongo scribunt ab esca nomen trahentes: ꝙ ante vsum frumenti hæc arbor mortalib⁹ victum prębebat. Hinc ęsculeus a. uꝫ. Palla. A feres quernæ cum æsculeis non misceantur Esculum neutri generis ⁊ sine diphthongo ciuitas in agro piceno.

¶ Aesis ciuitas Umbrię: a qua ęsinates populi. Plr. lib. xi. Caseum inquit ęsinatem ex vmbria. Prol. quoqꝫ hanc vrbem æsiam ab æsi fluuio nominat.

¶ Aesopus penul. prod. nomen fabulatoris clarissimi. Inde Aesopianus. Hieron. Iuxta ęsopianam fabulam. Hic miser vita: miser morte: ⁊ miser forma. vt Maximus. Planudius de ipso ita sic scribit. αισωπος το μεν γενος εξ αμοριου της φρυγιας την δε τυχην γενομε δουλος ετυγχαν ε δεωμου μονον δουλος αλλα και δυσειδεστα τα των επαν του παν τον ανθρωπον ειχε και γαρ φοξος ην σιμος την ρινα σιμος τον τραχηλον προχειλος μελας ος εν και του ονοματος ετυχε τυατον γαρ αισωπος τω αιθιοπε.

¶ Aestimo as. penu. cor. significat appretio: taxo: cōpositum ab ęs ⁊ τιμη pretium quasi ęre taxo. Et construitur cū ablatiuo: vel genitiuo horum nominū tāti: quanti: quantiuis: tantidem: quanticūqꝫ: magni: parui: pluris: minoris. maximi: plurimi: nihili: et siqua huiusmodi repertantur: licet etiam ablatiuis horum nominuꝫ sine substantiuis iungi huic verbo inueniētur. Boe. in prolo. lib. topi. Ingratū quidē si magna trebatij merita quibus ipe vsus fuerit paruo æstimare videretur cum nullam eis gratiam restituendam putaret. Hier. in leui. Si statim ab anno incipientis iubilei nouerit agrum quanto valere potest: tāto ęstimabitur. Frequentius tamen cuꝫ genitiuis iūgitur Cic. lib. Acad. Alia pluris esse ęstimanda: alia minoris. Liui. Utrūqꝫ casum complexus est mancipia minora annis. xx. quę post proximum lustrū decem milibus ęris aut pluris venissent: ea quoqꝫ decem tāto pluris ꝙ̃ quanti essent ęstimarentur. Similem significationem habent: Pendo facio: curo: est: interest: ⁊ refert cū pretium iungitur: quia pro ęstimo: siue ęstimatur ponuntur: vt parui facio: nihili pendo: ⁊ hmōi Inuenitur etiam ęstimo sine ablatiuo vel genitiuo. Hiero. in Leui. Si pauper fuerit ⁊ ęstimationē reddere non valebit: stabit coram sacerdote: ⁊ quantum ille æstimauerit: tantuꝫ dabit. Sciendū quoqꝫ ꝙ in sacris litteris (vt Fulgētius docet) duobus modis ęstimatio poni solet. Nam qui aliquid certissime scit: ⁊ qui putat aliquid esse quod non est ęstimare dicitur. Ad ęstimationem incertę scientię seu cognitionis pertinet: quod dicitur Aestimabat se visum videre. Noīe autem ęstimationis certissima scientia ponitur in libro sapientię. Scit ꝑterita: de futuris ęstimat. i. certissime scit. Et apostolus. Aestimo ꝙ non sunt cōdignę passiones huius temporis ad futuram gloriam: id est certe scio. Ab ęstimo fit existimo diphthongo in i. longam conuersa: quasi ex ęstimatione statuo atqꝫ decerno. Prius eñ rem ęstimamus. i. cōsyderam⁹ deinde qualis sit existimamus. i. iudicamus. Teren. Nam ea res dedit existimandi copiam quotidianę vitę consuetudinem. Quint. Uelauit ei caput ⁊ suo cuiusqꝫ animo dedit ęstimandum.

¶ Aestimabile quod facile ęstimari potest. Cuius cōtrarium est inęstimabile.

¶ Aestas significat tempus quod incipit ab ęquinoctio vernali ⁊ finitur ęquinoctio autūnali constat senis mensibus: ⁊ totus annus in ęstateꝫ hyememqꝫ diuiditur. Particularius tamē ponitur pro quarta anni parte. hoc est pro tribus mensibus qui incipiūt sole cancrum ingrediente. Nam sole ingrediente librā autumnus est: ingrediente capricornum hyems: ingrediente arietem ver.

¶ Aestiuus a. um pe. pro. quod est ęstatis. Greg. Aestiuū tempus qđ corpori meo valde contrariū est.

¶ Aestiua dicuntur loca vmbrosa nemorosa in quib⁹ per ęstatem vitatur solis ardor. Sta. Et vmbrosi patuere ęstiua lycęi. Quandoqꝫ ponitur pro ipsis gregibus in ęstiuo cōmorantibus. Uirg. lib. iij. Geor. Nec

singula morbi corpora corripiunt. sed tota æstiua repente. Quandoq; æstiua appellantur loca in quibus armenta & greges & milites ęstate sunt: sicut hyberna vbi habitant hyeme. Quandoq; vocantur q̃ æstate fiunt. Ply. li. xviij. Aestiua ętate q̃ ante vergiliarũ exortum feruntur: vt milium panicum.

¶ Aestiuo as. sicut hyberno: et ẽ ęstiuare propter æstum euitandum alicubi morari. Plyn. lib. xij. Intra sepem eam æstiuant pastores opacam pariter & munitam vallo arboris.

¶ Aestus us. calor & solis flagrantia. Vir. li. iij. geor. Aestibus in medijs vmbrosam exquirere vallem. Ponitur interdum pro æstiuo tempore. Idem. Propiusq; ęstus incendia voluũt. Inde per translationem: æstus quãdoq; dicitur desyderium: cupiditas: libido amor & huiusmodi. Præterea ęstus vocatur impetus marinus vel cõmotio q̃d feruore quodam id fieri videatur: nam est maris accessus vel recessus .i. inquietudo. Sic etiam dicitur vis ventorum procella: vel fluctus. Plau. in Asi. Quo magis te in altũ capessas tam ęstus te in portum referet. Lucre. li. iiij. Frigus vt a pluuijs calor absolet ęstus ab vndis.

¶ Aestuo as. ferueo: flagro. Ambro. Psalmi. de torcularibus inscribuntur: eo ꝙ in his mysteria dominicę passionis spiritu sancto feruente ardentius ęstuarunt. Aliquando ęstuare ẽ fluctuare agitari. Augu. lib. viij. de ciui. dei. Omnes turbellas & tempestates animi quibus demones ęstuare atq; fluctuare asserit nos vera religio deponere iubet. Huius compositũ est exæstuo quod est extra ęstuo: exeundo incremẽto. Virg. Fundoq; exęstuat imo. Iust. lib. i. Quæ materia in illis locis passim e terra exęstuat. Hierony. ad coitum semper exæstuant. Suet. Fossas omẽs quas nilus exęstuat oblimatas longa vetustate militario opere detersit.

¶ Aestuosus a. um. quod est calore plenum. Colum. lib. iij. Cœlum neq; niuale vinea nec rursus ęstuosũ desiderat.

¶ Aestuaria loca dicũtur per q̃ mare vicissim tum accedit tũ recedit: siue q̃ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi. Ply. li. iij. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur natura vadosi maris æstuarijs tenui alueo itercursantib⁹ clare ante ostia timaui calidorum cum ęstu maris crescentium iuxta istrorum agrum.

¶ Aetas grecũ est αιων αιωνος. inde latine ęuum ęuitas: ętas per syncopam: sed ętas plerũq; generaliter dicitur: vt ętas senectutis: ętas iuuentutis. Sex em̃ sunt hominũ ętatis gradus. Infantia: pueritia: adolescẽtia: iuuẽtus: grauitas: atq; senectus. In his sex spatijs philosophi vitam descripserũt humanam quibus mutatur & currit: & ad mortis terminum peruenit. Var: quinq; gradus facit. In primo vsq; ad annum. xv. pueros dictos: ꝙ sint puri .i. impuberes. Secundo ad trigesimũ annũ adolescentes ab adolescẽdo nominatos. In tertio qui erat vsq; ad quadraginta annos iuuenes appellatos: eo ꝙ rempu. in re militari iuuare possent. In quarto aũt gradu: vsq; ad sexagesimũ annũ seniores nuncupatos: ꝙ tunc corpus senescere incipiat. Inde vsq; in finem vitę vniuscuiusq; quintum gradum factũ: in quo qui essent senes appellatos ꝙ ea ętate corpus iã senio laboraret. Horum tamen singuli trifariã diuidũtur vt prima pars viridis sit: deinde adulta: postea pręceps. Unde Vir. Viridisq; iuuenta. Alij aliter diuidũt ętates. Aetas vero mũdi. Prima ab adã vsq; ad Noe. Scda a Noe vsq; ad abrahã. Tertia ab abraham vsq; ad Dauid. Quarta a dauid vsq; ad trãsmigrationẽ Iudęæ in babyloniã. Quinta deinde vsq; ad aduentũ saluatoris in carne. Sexta q̃ nunc agitur vsq; quo mundus iste finiatur. Interdum ętas accipitur pro anno. Virgil. Ubi quarta accesserit ętas. Var. Aetatẽ vix decimã egressus. Interdũ pro. xxx. annorum spatio. Li. Tertiam iam ętatem hominũ viuebat. Sic Plut. ostẽdit ętatem esse spatium. xxx. annorum secundũ Heraclitum. Interdũ pro centum annis. Ouid. Annos vixi bis centum: nunc tertia viuitur ętas. Ponitur & pro quouis tempore humanę vitę longissimo. Diciturq; ætas (vt inquit Apul.) per syncopam quasi ęuitas ab ęuum. Gręci ętates γερεας dicunt ętas mala dicta ẽ senectus. Plaut⁹. Confictus sum senectute onustum gero corpus vires reliquerũt vt ętas mala est mors mala. Est ergo econtrario bona ętas Iuuentus appellatur. Cice. Quod seplis voluptatib⁹ bona ętas fruitur libentius primum paruulis fruitur rebus.

¶ Aetate aduerbiũ significat diu. Plau. Aetate ambo ambobus sint obnoxij. Idem. Aetate velim seruire libanum: vt conueniam modo.

¶ Aetatula diminutiuum .i. ętas modica.

¶ Aeternus quasi ęuiternus: perpetuus: a quo sempiternus: quasi semper ęternus. Aeternitas perpetuitas. Differunt tamen ęternũ & sempiternũ ꝙ sempiternum dicunt deũ esse qui semper fuit: eritq;. Aeternos homines qui principium quidem habuerint: et tamen animo sunt immortales: atq; perpetui.

¶ Aeterno as. perpetuũ facio. Varro. Litterisq; ac laudibus æternare. Sunt tamen qui ęternus et ęterno aspirent quãdo ab ętherea deducant.

¶ Aeta nomen est montis in thessalia.

¶ Aethalia insula in ligustico mari. vide infra in dictione aethalia.

¶ Aethiologia causę redditio. Nam αιτια causa ẽ et logia ratio. οτι αιτια και αιτι ... και απο του λεγω λογος ως απο του τρεχω τροχος.

¶ Aether summus est vbi stellę sunt. grece αιθηρ. ponitur ab aliquibus pro elemento ignis. Nam secundum Var. Cœlum diuiditur in ęthera & aera. Terra in aquam & humũ: e quibus summũ esse ęthera: secundum aera. tertiam aquam infimam terrã esse scribit August. lib. viij. de ciui. dei. Aether longe a terra alteq; suspensus: aer veroætheri terręq; contiguus. Ouid. lib. i. me. Hæc super imposuit liquidũ & grauitate carentem Aethera nec quicq; terrenę fęcis habentem. ab αιθω ardeo. Anaxago. Aetheris nomine ignẽ significauit ꝙ superiora igne plena sunt. Aris. Aethera cœlum dixit ex αει semper & θεω voluo: curro: quasi perpetuam volubilitatem indicet. Nã lib. i. meteorologię sic scribit. Corp⁹ em̃ circulare ꝙ semp curreret simul diuinã q̃ppiã inesse opinãtes Aetherem nominari statuerunt. Unde Ouid. ad Cęsarem. Sic habites terras: vt te desyderet ęther. Alij accipiunt pro aere. Apul. Aqua: tellus: ęther: ignis. Virgil. Resonatq; fragoribus æther. Ab ęther fit Aethereus a. ũ. Idem. Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

¶ Aethera æ. generis fœ. nõiatiuus formatus ab accusatiuo græco. ætherem: vel æthera: sicut lampas lampadem vel lampada. Hęc lampada. Thorax thorax

cem vel thoracha: hęc thoraca. Et ponitur pro aere. Unde canimus. Quem terra: pontus ęthera colunt: adorant: prędicant.

¶ Aethra ę. splendor ętheris: ⁊ pro aere ponitur. Virgil. lib. iij. Nam neqꝫ erant astrorum ignes neqꝫ lucidus Sydera polus. Hoc etiam nomine dicta est thesei mater. Alia fuit mater pithei: de qua Ovi. in epistola ariadnes.

¶ Aethrusci dicti sunt (vt quidam putant) ab ęthria ciuitate quā Diomedes condidit: postea atria dicta siue απο της αιθρας και ασκειν: ęthra et ascein propter auguriorū peritiam quasi de cęlo seruātes ⁊ exercentes ęthera. Alij απο της αιθρας: ęthras quę serenitatem significat maxime ꝙ ęthruria ab omni aeris caligine nebulaqꝫ remota videatur. Seruius vero hetruriam dicit esse Italię prouinciam ꝙ eius fines protensi sunt vsqꝫ ad primam ripam tyberis Heteron em̄ alteruȝ. ορος finis dicitur. Roma em̄ antea vnam tantum tyberis ripam tenebat. Unde Iuuen. Imperij fines tyberinum virgo natauit. Liui. lib. i. Pax inter hetruscos ⁊ latinos ita conuenerat vt hetruscis: latinisqꝫ albula: quem nunc tyberim vocant: finis esset. Sunt tamen qui sine diphthongo et sine aspiratione scribant: quoniam prima eius dictionis corripiatur. Mar. Quantum sollicito fortuna parentis hetrusco.

¶ Aethiopia (vt auctor est Ambro. lib. de paradiso) vilis ⁊ abiecta latina interpretatiōe significatur. ab ęthiope Vulcani filio: cui p̄fuit sic dicta: vt ait Plin. Vel a gręco αιθω cremo: ⁊ ωψ. ops: aspectus: facies. nam solis vicinitate torret. Est em̄ ibi iugis ęstus. Quicquid eius est: sub meridiano cardine est. Circa vero occiduū montuosa est: arenosa in medio. Ad orientalem plagam deserta. Cuius situs ab occiduo atlantes mōtes ad orientem vsqꝫ in ęgypti fines porrigitur. A meridie oceano. A septētrione nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes diuerso vultu ⁊ monstruoso: specie horribiles. Ferarum quoqꝫ ⁊ serpentiū referta est multitudine. In ea em̄ rhinoceros / cameleon / pardus: basiliscus: dracones ingētes. Quidam bifariam diuidunt ęthiopiam ⁊ vnam qdeȝ asię: alteram aphricę assignant. Altera ad oriētē vergit: altera est sub ipso meridie.

¶ Aethiops Vulcani filius: qui a se ęthiopiam denominauit. Et ęthiops dicitur qui ex ęthiopia est: qui ⁊ ęthiopicus: ⁊ ęthiopus dicitur secundū Ser. nec non ⁊ ęthiopissa. Sunt qui ęthiopes dictos putēt a Cus filio Cham. Cus em̄ hebraica ligua ęthiops interp̄tatur. Hi quondam ab Indo flumine consurgentes iuxta ęgyptum inter nilum ⁊ oceanuȝ in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt: quorum tres sunt populi hesperi garamantes ⁊ indi. Hesperi sunt occidētes: garamantes tripolis: indi orientes.

¶ Aetna mons Siculę perpetuo clarus incendio a poetis decātatus. In cuius ascensu est oppidū eiusdem nominis quod montem ascensuros excipit atqꝫ transmittit: multumqꝫ distat ab Enna ciuitate: cum mons littori adiaceat catanēsi. Enna vero in medio insulę sit constituta. Quare auteȝ Aetna flāmas euomet. Trogus lib. iiij. explicat Sicilia terra est cauernosa ⁊ fistulosa: quo fit vt ventorum flatibus pateat: Unde ignis cōcipitur intrinsecus sulphur habetur ⁊ bitumen: vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit diu luctatus concipit ignem. Sic ętnę durat incendium. Motus ergo ventorum causa incendij ē. Ab ętna fit ętneus a. um.

¶ Aetolia gręcię regio i tertio sinu europę epiro acarnanię ⁊ locris finitima gręci αιτωλιαν dicunt: vn̄ debet scribi sine h. dicta ab Aetolo Martis filio. hic ętolus a. um. penul. producta. Virgi. lib. xi. Non erit auxilio nobis ętolus ⁊ arpi. Similiter Aetolicus: vt ager ętolicus.

¶ Aethon equus phœbi dictus ē: siue Hectoris fuere autem (vt in fabulis fertur) quattuor equi solis. Phlegon. s. pyrois: heous: ⁊ ęthon: quibus significātur quattuor diei horę. Nam phlego inflāmo significat. Pyrois ardens: heous splendēs: ęthous ardēs vel splendidus.

¶ Aeuū gręce αιων: proprie tempus ⁊ ętas longa: siue perpetua: u. interiecta (vt inquit Apule.) Inde ęuitas ⁊ ęuiternus secundū Pris. quod per syncopā ętas ⁊ ęternus dicitur pro senectute: longęuitateqꝫ. Hinc deducuntur coęuus: ęquęuus: grandęuus: longęuus ⁊ primęuus.

A ante F.

¶ Affabilis pen. cor. ex ad ⁊ fabilis: qui se facileȝ ad audiendum prębet. hinc affabilitas.

¶ Affatim aduerbium prima: non media acuta. vt Quintil. lib. iiij. docet: significat abunde: large nō dicibiliter. Liu. Affatim edi: bibi: lusi. Hiero. Affatim diues est qui in christo pauper est. Et hęc ab affaris deducuntur: de quo in dictione faris.

¶ Affabre penul. cor. aduerbiū significat artificiose: sicut infabre sine artificio. Pac. Barbariem pestem nostris nauibus obtulit noua figura factam commissam infabre.

¶ Afficio is. pen. cor. ex ad ⁊ facio significat affectionem quandā siue dispositionem induco. Et ad animū ⁊ ad corpus: siue in bonum siue in malum pertinet: vt hęc res afficit me gaudio. i. affert mihi vel inducit in me gaudium. Hęc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi. vel induxi in te letale vulnus. Inuenitur quādoqꝫ absolute posituȝ: vt Multa sunt q̄ afficiunt hominē. i. affectiones siue affectus inducunt. Cor. Cel. Pulmo totus afficitur. i. maceratur: ledítur: corrūpitur. Et afficior quasi animor. i. istius animi sum. Cice. in Lel. Ut eodem modo erga amicū affecti simus: quo erga nosipsos. Postea sequitur: vt quemadmodum in se quisqꝫ sit: in amicum sit aiatus.

¶ Affectus a. um. participium: cū absolute ponitur sumitur pro languente. Proper. Iuppiter affectę tādem miserere puellę. Liu. lib. v. Vires corporis affectę. Affecta ędificia ⁊ cętere hm̄oi dicuntur quę non ad finem ipsum sed proxime ad finem sunt deducta. Cice. Bellū affectū videmus: ⁊ vt vere dicā pene cōfectum. Idem significat profligatum.

¶ Affectus us. siue affectio: est vt lętitia: cupiditas: affectiones a Cice. affectus ab alijs appellantur. Et affectiones si rectę sunt: virtutes vocantur: si a recta ratione auersę sunt: vitia fiunt ⁊ perturbationes. Cice. in rhe. diffinit. Affectio est quędā ex tempore aut ex negociorum euentu: aut administratione: aut hominum studio cōmutatio rerum. Aug. lib. ix. de ciui. dei. Quę sunt sententię philosophorum de his animi motibus: quos gręci παθη: nostri aūt quidam sicut Cice. affectiones vel affectus. Quidam vero de gręc

A ante F.

co expressius passiones vocāt. Poete pro desyderio accipiunt. Proper. Et tibi ad affectum vires det Cesar. et est honesta locutio. Res tibi dantur ad affectū i. quemadmodum cupis. Juuena. Si res ampla domi similisq; affectibus esset.

¶ Affecto as. significat cum affectu ⁊ anxie quero. Virg. Viamq; affectat olympo. Cic. ad Heren. Non tam affectanda q̃ superiores: sed tamen adhibenda nōnunq̃. Hinc affectata oratio que nimis anxie ⁊ curiose quesita est. ⁊ affectatio: curiositas ⁊ nimia diligentia. Affectate curiose. Aliquando affectare est afficere. Plau. in bac. Tria flagitia aut damna quib⁹ patrem ⁊ me/teq;/amicosq; omnis affectas tuos. Est etiā affector deponens. Var. Affectatus est regnum

¶ Affines sunt viri et vxoris cognati: dicti ab eo q̄ due cognationes que diuerse inter se sunt: per nuptias copulantur: ⁊ altera ad alterius cognationis finē accedit ex ad ⁊ finis. Nomina eorū hec sunt. Socer socrus: gener: nurus: vitricus: nouerca: priuignus: priuigna. Gradus affinitatis. Et quidem viri pater vxorisq;: socer: mater eorum socrus appellatur. Filij vxor Nurus. Filie vir Gener: Vxor liberis ex alia vxore natis nouerca dicit̄. Matris vir ex alio viro natis vitricus appellatur. Eorum vterq; natos aliunde priuignos/priuignasq; vocāt. Viri frater est leuir Viri soror dicitur glos. Duorū fratrū vxores Lauitrices dicuntur. Potest etiam sic diffiniri. Socer est vxoris mee pater: ego illi⁹ sū gener. Socer magn⁹ dicitur vxoris mee auus: ego illius sum progener. Et retro. Pater meus vxoris mee socer. Hec illi nurus. Et auus meus socer magnus est: illa illi pnur⁹. Itē prosocrus mihi vxoris mee auia est. ego illi⁹ sum progener. Et retro. Mater mea vxoris mee socrus ē: illa huic nurus. Et auia mea socrus magna est: vxor mea illi pronurus est. Priuignus est vxoris mee fili⁹ ex alio viro natus. Ego illius vitricus. Et in cōtrarium vxor mea liberis quos ex alia vxore habeo nouerca dicitur Liberi mei illi priuigni. Hos inter se quia affinitatis causa parentum liberorūq; loco habentur in matrimonio copulari nefas est.

¶ Affirmo proprie iuxta firmo: q̄uis plerūq; pro assenero: persisto ponatur. Hinc affirmatio: q̄ est enunciatio alicuius de aliquo: vt Socrates est. Hierony. in prolo. Salo. Nonnulli scriptorū veterum hunc eē iudei philonis affirmant

¶ Affligo is. pe. pro. vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuum est afflicto as. quod est sepe affligo: Vnde illud archyte. O te infelicē q̄ te afflictarem nisi iratus essem. Cice. lib. iiij. Tusc. Afflictatio egritudo cum vexatione corporis.

¶ Afflo as. ad aliquid spiro. Liui⁹. Afflabat vis frigoris acrior. Vide latius in dictione flo.

¶ Affluo: abundo: vt affluo diuitijs. Dicimus etiam diuitie affluunt mihi. Aliquādo affluere est vehementer decurrere. Colu. li. i. Ne cum a vertice torrēs imbribus conceptus affluxerit: fundamenta conuellat.

¶ Africa λεγεται δε οτι αυοφιομεστι το θερμτικον και φρικη και φριττω οτι θερμοτης μεγιστη αυτου ηλιου. Sed penul. cor. regio sic dicta: ut Joseph. libr. antiqui: inquit ab Afro vno ex posteris Abrahe de Cethura qui dicitur duxisse aduersus libyam exercitum: ⁊ ibi deuictis hostibus consedisse. Incipit a finibus egypti pergens iuxta meridiem per ethiopiā vsq; atlantem montē: a septētrionali parte mediterraneo mari cōiuncta clauditur. ⁊ in Gaditano freto finitur. Habet prouincias libyam: cyrenensem: pentapolim/byzantium/carthaginem: numidiam. Sunt qui africam diuidant in maiorem ⁊ minorem. Et minorem ab occasu numidiā habere: ab ortu cyrenaicā a septētrione mediterraneo mari terminari. In eaq; olim fuisse carthaginem Vticam hipponem rhegiū ⁊ fluuium bragadan. Maiorē vero esse que a meridie incipit ⁊ vsq; ad occasum protenditur. Hinc Africus ca. cum. vt africus ventus: qui ab occidente flat contra vulturum dictus ab africa: vbi primum incipit. Africanus a. um. vt gens africana. Et Afer idem q̄d Africanus.

¶ Africane absolute dicitur panthere: que ⁊ varie: quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plynius. Senatuscōsultum fuit ne liceret africanas in Italiam aduehere.

A ante G.

¶ Agamus pen. cor. latine dicitur sine viro: seu sine vxore. Gamos enim nuptie.

¶ Agathes pen. cor. bonus latine dicitur: inde dicit̄

¶ Agatha

¶ Agalma atis. apud nos indicat simulachrum ⁊ laruam ⁊ statuam.

¶ Aganippe es. fons boetie a cadmo monstratus musis sacer: quasi valde ab equo format⁹ αγαν agan valde hippos equus. Qui fons potus dictus est prestare facūdiam. Hinc aganippis idis. denominatiuū ⁊ Aganippeus a. ū. Ouid. li. vi. fast. Dicite q̄ fontes aganippidas hippocrenes. Grata medusei signa tenetis equi. Propertius. Paraganippe ludere docta lyre:

¶ Agapetus pen. prod. nomen viri: ⁊ latine dicitur dilectus: ab agapao diligo.

¶ Agar nomen ancille Abrahe: et interpretatur aduena. A qua Agareni populi: qui nunc sarraceni a Sarra vxore abrahe.

¶ Agaricon pe. cor. fungus est in arboribus nascēs colore candido medicine vim habens. Nascitur circa Bosphorum: q̄uis et in Gallia etiam Cisalpina inueniatur.

¶ Agaso pe. pro. equorū vel asinorum ductor. Ply. lib. xxxv. Pinxit ⁊ in vna tabula. quaq; maxime inclaruit agasonem cum equo. Liui. Acceptos ab Agasonibus equos cum rex ascensurus erat admouebant. Est ⁊ agaso nomen proprium serui. Hora. Si patinā pede lapsus frangat agaso.

¶ Agathyrsi populi scythis vicini (vt inquit Hier.) Qui multum habent auri sine auaritia: sine inuidia. Hos Ply. scribit habere capillos ceruleos. Vñ ⁊ picti dicūtur quoniam versicoloribus vestibus induūtur. Virg. lib. iiij. Cretesq; dryopesq; fremūt: pictiq; agathyrsi. Dicti agathyrsi ab agathyrso Herculis filio.

¶ Agathyrsum siue agathyrsa ciuitas. De qua Sirius. Defuerantq; agathyrsa manus geminoq; lacone Tyndaris.

¶ Ageneslogetos: latine sine nuptijs dicitur. immo vilis genere.

¶ Agenor penul. prod. nomen regis phoenicū: ⁊ Beli filij. Hic genuit Taygetam: ⁊ europā filias: filios vero Cilicem cadmū ⁊ phoenicem. Agenor etiam di

ctus fuit Anthenoris filius.

¶ Agelastus: latine mœstus ꝛ sine risu. Quo nomē dictus est crassus auus crassi in parthis interempti: quē tradūt semel tantum in vita sua risisse. Quod factum est cū vidisset asinū carduos comedentē: dixissetqꝫ ob id similē habent labra lactucā. Factū hoc dictūqꝫ festiuissimū risus subsecutꝰ est. quoniā a αστεφιτικα και γελαω αθεν και αγελαστος.

¶ Agis vel agides lacedæmoniorū rex qui cū athenienlibus cruentissima bella gessit.

¶ Agylla vrbs tuscie alias crete vocata et Agyllina a noīe conditoris: quē Uir: lib. viij. ex lydia venisse ostēdit cū ait. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis agyllinæ sedes vbi lydia quōdā Gēs bello pręclara iugis insedit etruscis.

¶ Ago is. græcū est αγω. μ. αξω. egi actum multa significat: Naz agere est operari. Plau. in Amphi. Dū hęc aguntur. Uir. lib. iij. Alpheuz fama est huc elidis amnē occultas egisse vias. proprie tamē ad animum refertur. Uñ de rep. dicimꝰ agere qꝛ (vt inquit Uar.) in hmōi re est cura animi. Quandoqꝫ agere est inducere seu impellere. Lac. li. vi. Tres sunt affectus qui homines in oīa facinora præcipites agāt ira: cupiditas: libido. Quādoqꝫ audire. Terē. in An. Hoccine agis an nō? i. audis vt exponit Dona. Sic Plaut. Uos agite spectatores. Quandoqꝫ ducere viuere. Teren. in An. Primū hæc pudice vitam parcē ac duriter agebat: lana tela victū queritans. Quādoqꝫ discere. Idem in Adel. Sed est ne hic ipsus de quo agebam? Quandoqꝫ pronūciare. Cice. de opti. gene. dicendi. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt: vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas ꝛ secūdas ꝛ tertias partes actioni. Quandoqꝫ cogitare. Uir. Id quidem ago ꝛ tacitus lycida mecū ipse voluto. Quādoqꝫ effingere: vt Ago stultū: i. fingo siue repñento me stultum. vnde.

¶ Actores comœdiarū dicūtur qui diuersorū hoīm gestus agūt in scena. Aliqꝫ ire: vt nudus ago. Pōpo. mella. Exercent bellando animos corpora ad cōsuetudinē laborū maxime ad frigora nudi agunt anteqꝫ puberes sint. Idē paulo post. Lino alij vestiunt: aut lanis quas vt diximus sylue ferunt harūdinem. Alij auiuz ferarūqꝫ pellibus pars nudi agunt: pars tantū obscęna velant. Ual. Max. sic locutus est: sed non in eo sensu. Experiri volui an scires cōsul agere. i. fungi cousulis officio. Idem Pub. Rutil. nō publicanꝰ in Sicilia egit sed operas publicanis dedit. Cū actō vero frequentius. Unde dicimus Agit publicanum Agit senatorē. Agit amicum pro eo qđ est facit officiū publicani senatoris ꝛ amici. Hora. Lętū agit cōuiuam. Et subauditur se. Quod Uir. posuit. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Est quādo agere significat extēdere: porrigere: vt vera gloria radices agit atqꝫ etiam porrigitur. Item sursum ducere ab imo pectore. Unde ꝛ pro mori vsurpatum est addendo animam. Seneca epist. xxvi. Quid egeris tūc apparebit cū animā ages. Itē agitare. Plau. Aedepol eam agam verberibus. Uir. Prodigijs actis cœlestibus ossa pabunt. Itez tractare. Mar. Semper agis causas. Aliquādo cōstruitur cū pręposiiōne. Cicer. in Lęl. Cum em̄ sepe mecū ageres vt de amicicia aliquid scriberem. Et non agit̄ de pecunia sed de capite. Agis mecū tabellis obsignatis: dicitur quādo quispiā diuersa dicit ab ijs q̄ alias approbauit. Tūc em̄ solemus tabulas illius manu scriptas obsignatasqꝫ pferre ad coarguendum quibus continetur quid alio tempore senserit. Quod est cōuincis me testimonio litterarū mearū. Item succedere siue in bona cōditione esse: aut mala. Ual. Max. Bene egissent athenienses cum Melciade: si eum post trecēta millia psarum Maratone deuicta in exilium protinꝰ misissent. Frequentius p impersonale vtimur hoc modo bene melius optime tecū agitur. Male mecū actū est: ꝛ peius pessimeqꝫ cum illo. Cicer. Cum illo vero quis nescit actum esse præclare: mecum incommodius. Sed cū dicimus actum est. Res acta est: semper in malaz partem sumitur: vt actuz est de republica. id est extincta est res mea: tua: illiꝰ acta est: id est absumpta siue deperdita: siue elapsa est. Teren. in Heau. Unam ei cœnam atqꝫ eius comitibus dedi. Quę si iterum mihi sit danda actum siet. Idem. Acta hæc res est perij. Actū agere ꝓuerbiū est qđ in sūma rerū desperatione ponit̄. i. nihil agere. Idē in phor. Actū aiūt ne agas. Quod em̄ iure semel iudicatū fuerit rescindi et iterū agi nō pōt. Ponit̄ iterdū agere ꝓ vertere. Uir. Ipse ter adducta circū caput egit habena. pro vrgēre psequi. Idē. Pastor agēs telis pro iurgari. Cice. Perinde acsi furti cū eo egisset. Pro regere. Uirgil. Tros tyriusqꝫ mihi nullo discrimine agēt̄. Pro antepellere. vt et potum pastas age tityre. Pro vehere ꝓ ducere. Uar. Non hos pactolus aureas vndas agēs Eriperet vnqꝫ e miserijs. Pro foras pellere fugare: vt mēbris agit atra venena. Pro repēdere: ꝛ hoc dūtaxat verbis ostēdere id habuisse gratū. Nā gratias habere est in aīo cū memorē accepti beneficij mentez animūqꝫ habeo inuicē gratificādi voluntatē. Referre est verbis sed reddere gratias est facto vt si a me subleuatus aliquo beneficio vicissimqꝫ aliquo modo me subleuaueris: gratias rettulisti: reddidistiqꝫ. Et licet Seneca nolit malas gratias referri posse: sꝫ reddi. Ci. tamē in Sal. ait. Naz qꝫ ista inusitata rabie in vxorē ꝛ filiam meam inuasisti: quæ se facilius mulieres abstinuerunt a viris: qꝫ tu vir a viris: satis docte ac perite fecisti. Nō em̄ sperasti me mutuam tibi gratiam relaturuz: vt vicissim tuos cōpellarem. Referre tamen hic verbo etiam dicitur nō solū facto. Referre igitur gratiam tam in malum qꝫ in bonū dicitur: cū sit facto beneficiū aut iniuriā acceptam cōmpensare. Rectiusqꝫ huic verbo gratiam qꝫ gratias iūgimꝰ: cū habere aut agere gratias nō gratiam dicamꝰ. Liui. Satiatus tandem complexu filij. Renunciate inquit gratias regi me agere: referre gratiam aliam nūc nō posse: qꝫ vt suadeam non ante in aciem descendat: qꝫ in castra me redisse audierit. Cicer. Cui pro me senatus gratias agendas putauit ego a me gratiam referendam non putem. Respondere quoqꝫ officiis est satisfacere gratiasqꝫ referre. Plau. Cice. Immortales tibi ago gratias: agamqꝫ dum viuam. Nam relaturū me affirmare non possum. Tantis enim tuis officijs non videor mihi respondere posse. Præterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nam qui sedet: qui stat: qui cogitat: qui iacet: qui moritur: aliquid agere dicitur: ita vt nullus qui modo viuat esse vnqꝫ possit sine actione. Quippe viuere agere est: vnde et vitam agere dicimus. Componitur Ago cum ad: vt Adigo: cum ab: vt Abigo cum am. vt Ambigo. Con vt Cogo. Circum vt circūago: quod est circumduco. De vt Dego. Ex vt Exigo. Per vt Perago.

Pro: vt prodigo: Re: vt redigo: sub: vt subigo: a quo fit prosubigo. Trans vt transigo. Sunt etiam q̃ putent castigo: mitigo: leuigo: litigo: et nego composita esse cum ago: vt sit castigo caste ago: mitigo mite ago: leuigo leue ago. i. planum: fustigo fuste ago: litigo lite ago. Sed cum sint primæ coniugationis habeantq̧ quædam i. productam non videntur ab ago composita. Ab ago sunt actor: actio: actus a. um. et actus us.

¶ Agere reũ: est accusare: peragere reũ est condemnare.

¶ Agere forum est iura reddere et causas audire.

¶ Agere cum populo: est populum rogare: vt suffragiis suis quid iubeat aut vetet. ¶ Ascen. Neq̧ tamẽ putem tam diuersum huic verbo significatũ vt putez significare ire. Nam cũ dicitur hic agit nudus: intelligo vitã. i. viuit nudus: vnde sedẽtes etiam nudi agunt et tamen non eunt.

¶ Age aduerbium adhortãtis singularem numeruz desiderat. Agite pluralem: agedum vtrũq̧. Quinti. Ageduz si videtur extra portas prospicite. Proper. Nos agedum. Dicimus et agitedũ: sed in plurali semper Liui. lib. vij. Agitedũ ite mecum.

¶ Agito as. pe. corr. crebro facio. Sal. Ita varię per omnem exercitum lętitia mœror: luctus atq̧ gaudia agitabantur. Et agitare stimulare: compellere: quo pacto agi solẽt equi cũ eos calcaribꝰ vrgemꝰ. Plau. Nã iam agitabo quadrupedẽ calcari. Itez Obserua re. Vir. lib. ij. Geor. Ipse dies agitat festos. Item perturbare molestare. Sal. rempub. agitauere honestis cũ noĩbus alij, sicuti populi iura defenderent. Plaut. in Cur. Tum te igitur morbꝰ agitat heparariꝰ. Itẽ sectari seu sectando interdũ pulsare. Vir. lib. i. Geor. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli vilibus aut onerat pomis. Item insectari qđ vernacula lingua dicimus dar la caza. Cic lib. iij. offi. Sunt ne igitur insidiæ tendere plagas etiam si excitaturus nõ sis nec agitaturus. Ipsę eñ feræ nullo insequente sæpe incidunt. Item exercitare. Lact. Nisi virtus agitetur perficimus paruz. Item cõtinuo ducere seu facere. Sal. Jaz tũ vita hominũ agitabatur sine cupiditate. Itẽ cruciare: vt apud eundem. Agitabatur magis: magisq̧ in dies ferox animus inopia rei familiari: et cõscientia scelerum. Itez sæpe administrare. Sal. in pace vero beneficijs magis q̃ metu imperiũ agitabant Item sępe cõsyderare: cogitare: recogitareq̧. Idem Sed ea quę mente agitaui oẽs iam antea audistis. Teren. in phor. Ego quoq̧ id quidem agitans mecũ sedulo inueni vt opinor remediũ huic rei. Item Sollicitare. Sallusti. Minari interdum ferro nisi obnoxia foret. Postremo ferocius agitare q̃ solebat. Itẽ sæpe ostendere. Idem. Ciceronẽ ad cœlum tollere veluti seruitute erepta gaudium et lætitiam agitabat. Hauius compositum est exagito.

¶ Agea pe. pro. via in naui dicta ꝙ in ea maximę quęq̧ res agi soleant. Ennius. Multa foro ponens agea q̧ longa repletur. Fori fororũ dicũtur etiaz.

¶ Agya per y. sequẽte i. latina dicit̃ via. vnde sit

¶ Aegyeus. Quo noĩe dictus est Apollo: quia in vijs publicis solebant sacrificare Apollini.

¶ Ageladas penul. cor. nomẽ statuarij generosi: et polycleti magistri.

¶ Ager ab ago is. ꝙ in eo aliquid agat̃: vel vt Dona. inquit: ꝙ in eo multa sunt agenda. Quintilia. autem lib. pri. scribit grecum esse. Nam αγρος latine rus dici potest. Significatq̧ ager quandoq̧ circuntectum territorium alicuius vrbis seu prouincię. Salust. Reliquos Catilina per montes asperos in agrum pistoriensem abducit. Unde dicimus ager campanus: ager [illegible]ianus. Et includit in se nemora saltus pascua lacus flumina et omnia quæ in territorio illo sunt. Quãdoq̧ significat partem quandam ipsius territorij vrbis q̃ priuatim ab aliquo possidetur: quam etiaz possessionem dicere solemus: vt cum dicimus. Hic emit vnam pulchrã possessionem. Et esse videtur rus in quo et domus et oĩa quę in agro sunt generaliter continẽtur. i. quæ pro captu ipsius partis esse possũt Et sic agrum puto significare rus. Unde Terenti. in Eun. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur. Neq̧ agri neq̧ vrbis odiuz me vnq̃ percipit. Ubi satietas cœpit fieri: commuto locum. Idẽ in Heau. Agrum in his regionibus meliorem: neq̧ pretij maioris nemo habet. Et paulopost. Talenta duodecim cogei: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo. Ex his innuitur sub agri nomine et domuz et oĩa alia q̃ in agro continentur: compręhendi: idemq̧ esse agrum rus et possessionem. Notandum tamen ꝙ nec rus nec ager villa est: sed villa in rure: siue agro dicitur eẽ. Quãdoq̧ ager significat locũ in rure quẽ colunus siue arando: siue conserendo: et singularem: pluralemq̧ numerum habet. Columel. lib. i. Naz vbi sedulo colitur ager plerũq̧ compendium nunq̃ nisi si cœli maior vis aut prędonis incessit detrimentum affert. Liui. lib. iiij. Pestilentem annũ inopia frugũ neglecto cultu agrorũ vt plerũq̧ fit excepit. Interdum tamen ager dicit̃ campus: quia vt ait Var. primuz ex agro plano fructus capiebant. Est autẽ campus planities terrę ampla et grandis. Locus vero angustior area vocatur Interdum dicitur fundus ꝙ pecudũ et pecuniæ videbatur esse fundamentum.

¶ Agellus diminutiuum significat paruum agrum. Teren. in adel. Agelli est hic sub vrbe paulum qđ locitas foris huic demus qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. Amb. Qui fidei exercet militiam: ab omni vsu negotiationis abstinere debet agelluli sui contentus fructibus.

¶ Agrarius ij. q̃ agros possidet. Cic. in phil. Nũ rursus reprobos decorabit: nũ sollicitabit rursus agrarios: Agrariꝰ a Liu. etiã dr̃ suffragator legis agrarię

¶ Agrarius a. uz. qđ ad agros ptinet: vt lex agraria Liui. li. ij. Tũ primũ lex agraria pmulgata est.

¶ Agripetæ pe. cor. qui petunt ex agrorũ diuisione portionem quę viritim dabatur

¶ Agreste dicit̃ qđ rusticum est et ad agros pertinet. Unde agreste vocamꝰ qđ in agris non in ortis nascit̃ Vir. Cuncta tibi cererem pubes agrestis adoret. idẽ Dicendum et quæ sint duris agrestibus arma. Item. Item agrestis dicitur qui syluestrem vitam agit et feram: sicut apud grecos dicitur ferus. Unde in cõpositione Onager dictus est asinus ferus.

¶ Agricola pen. cor. qui agri cultor est. Idem Agriculator dicitur.

¶ Agger eris p duplex gg. mascu. gene. significat proprie lapidum aut terræ coaceruationem: quæ facto vallo pprius ponit̃. improprie dicit̃ cuiuslibz rei coaceruatio vnde fossę aut valles impleri possunt. Quin et muros et munimenta aggerem dici voluit Seruiꝰ Virgili. Quin intrãt portas atq̧ ipsis prœlia miscẽt Aggeribus. Et agger dicitur media vię eminẽtia ex

aggeratis lapidibus strata. Idem. Qualis sepe viæ deprensus in aggere serpens.

¶ Aggero as. pe. cor. significat accumulo. Collum. Omnes arbores fructiferę circunfossæ aggegare debent. Am. Est enim non augere opes aggregare pecunias occupare terras possessionibus cupimus: prestare diuitijs iustitiæ formam exuimus. Hinc fiunt composita adaggero. Colu. lib. vi. Deinde terram circa arborem adaggerato vsque ad ipsum insitum. Exaggero vehementer aggero: et per translationem augmento extollo ve significat. Aug. li. iiij. de ci. dei. Quid si commemorare voluissem et exaggerare illa mala non que sibi inuicem homines faciunt sicuti sunt vastationes euersionesque bellantium: sed que ex ipsius mundi elementis terrenis accidunt rebus.

¶ Aggero is. pe. cor. ssi. stum. iuxta gero. Amb. libr. pri. offic. Fouent ocium astutia et improbitate aggerunt diuitiarum aceruos: sed exoluent seram licet nequitię suę pœnam.

¶ Agilis pe. cor. leuis dexter qui se facile agit: vel pronus aut voluntarius est ad agendum. Hor. Oderunt hilarem tristes tristemque iocosi Sedatum celeres: agilem nauumque remissi. Col. Symmachus malo inquit vnius agilem industriam quam decem hominum negligentem et tardam operam. Hic

¶ Agilitas dexteritas corporis celeritas. Col. lib. i. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quam nequam faciet.

¶ Agina pe. pro. est in qua inseritur scapus trutinæ i. in quo trutina agitur et vertitur ab agendo dicta.

¶ Aginor pen. prod. vilia negotior.

¶ Aginator qui paruo lucro mouetur.

¶ Agglutino as. penul. corr. ad aliquid glutino: copulo. Plaut. in Aul. Ita mihi ad malum malę res plane se agglutinant.

¶ Aggrauo as pe. cor. valde onero vel valde grauis sum. a quo Aggrauasco: quod est valde grauis fio.

¶ Aggrego as. pe. cor. Vide in dictione abgrego.

¶ Aglyphos pe. cor. latine non sculptus. Nam α sine γλυφω sculpo.

¶ Agnatio in annascor patet.

¶ Agnati pe. pro. dicuntur qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt: quasi a patre cogeniti: inquit Caius iurecon. veluti frater eodem patre natus filius fratris: nepos ve ex eo. Inter agnatos et cognatos: hoc interest quod in agnatis continentur cognati: in cognatis non vtique agnati: vtputa Frater patris. i. patruus est agnatus et cognatus. Matris vero frater. i. auunculus cognatus est. sed non agnatus. Gentilitas vero et agnationem et cognationem complectitur.

¶ Agnatum etiam dicimus quicquid vltra debitum natum est. Unde agnascentia et agnata membra appellantur: quæ abundant. Ply. Membra animalibus agnata inutilia sunt sicut sextus homini semper digitus.

¶ Agnomen pen. prod. dicitur ab agnatione in qua quis natus est.

¶ Agnosco ex ad et nosco: sed d. euphonię causa mutatur in g. licet annomino per duplex nn. scribatur. Et agnoscere quidem dicitur de propinquis et sanguine coniunctis: vt Virg. Agnoscitque suos: letusque ad mœnia ducit. De hoc etiam in dictione cognosco ab γνωω. ι. γνωσω.

¶ Agmen significat multitudinem: Vir. Vocat agmina sæua sororum. Interdum ordinata multitudinem vt est exercitus incedentis: vt Longum per valles pascitur agmen. Interdum impetum: vt apud eundem Et leni fluit agmine tybris.

¶ Aggredior ad aliquem gradior. Et hoc quandoque amice. Plau. in Asi. Etiam tu here hunc amoue abs te atque me aggredere. Quandoque hostiliter vt sit aggredi inuadere. Sal. Ex lateribus ceteros aggreditur. Iustin. Quos ex improuiso aggressus facile fudit. Est enim aggredi gradatim ire et cum insidijs proprium gladiatorum qui gradatim eunt ad dimicandum. Fit etiam quandoque aggressio verbis. Vir. Talibus aggreditur Venerem saturnia dictis. Aliquando aggreditur pro incipere. Lact. lib. v. Omnes tamen illud arguebat quod illo potissimum tempore id operis esset aggressus quo furebat odiosa crudelitas. Aliquando pro tentare. Sal. in Iug. Omnes asperitates superuadere naturam etiam loci vincere aggreditur. Sciendum est quod hæc verba Aggredior/adorior/alloquor/et similia: ad prepositione eis adiuncta cum acto solo elegantius ponuntur quam si simplicia eorum accusatiuo ad preposita iungantur: vt aggredior hominem: non gradior ad hominem Dicimus etiam aggredior te dictis: quasi cum calliditate. Vir. Talibus aggreditur dictis.

¶ Agrigentum vrbs siciliæ. vnde Empedocles philosophus: et phalaris tyranorum seuissimus originem duxerunt. Hinc agrigentinus a. um. penu. producta vt tyrannus agrigentinus.

¶ Agrippinensis colonia dicta est ab agrippina Neronis matre: que vt vim suam externis quoque nationibus ostentaret in oppidum Ubiorum: qui sunt in Germania inferiore in quo genita erat coloniam deduxit.

¶ Agrippę seu ægrippę ab egro partu (vt docet Gellius) dicuntur: quorum in nascendo non caput: sed pedes primi extiterunt: qui partus difficillimus et ęgerrimus habetur: ab ęgritudine et pedibus appellati. Confitos autem pueros esse in vtero Var. scribit capite infimo nixos. sursum pedibus elatis non vt hominis natura est: sed vt arboris. Nam pedes cruraque arboris appellant ramos. caput stirpem atque radicem. Quando inquit contra naturam forte conuersi in pedes brachijsque plærumque deducti retineri solent: ægrius tunc mulieres enituntur.

¶ Agrios: latine dicitur agrestis: ferox/immitis.

¶ Agnus vide infra in aspirandis αγνος. purus: castus: inde Christus agnus dei dicitur. Est etiam arbuscula/qua viæ omnes ornabantur athenis in festo palladis. dicta autem ab α priuatiua et γεννάω genero quoniam inducit castitatem.

¶ Agogus pe. pro. latine dicitur ductor: dux vię. αγωγος απο του αγειν πολλα σημαινει.

¶ Agolum penu. cor. pastoralis baculus: quo pecudes aguntur.

¶ Agon locus certaminis Romę: qui circus flaminius dicebatur: et plerunque ponitur pro ipso certamine quandoque etiam pro studio. Est et agon Victimarij verbum pro agone. Ouid. li. i. de fast. Qui calido strictos tincturus sanguine cultros. Semper agat ne rogat nec nisi iussus agit. Et Sene. lib. iij. controuersiarum Carnifex manum tollat deinde respiciat ad patrem et dicat agon. Quod fieri solet victimis.

¶ Agonia penul. correp. ouium. et agonalia ouium. vel sunt Ludi qui fiebant in honorem agonij dei ab α sine. et γωνια angulus: quia locus in quo huiusmodi ludi fiebant erat sine angulo. Ouid. libro. i. fast. et prius antiquus dicebat agonia sermo. Sunt qui agonia dicta velint sacrificia: que fiebant in monte: quoniam agones montes vocitarent. Unde mons Quirinalis Aggnus: et Collina

porta Agonensis est appellata: sed etiam αγωνια timor sollicitudo concertatio vt Isocrates in anagora τ αγονια sterilitas quedam pertien.

¶ Agonia e. pen. cor. hostia que immolabatur. Antiqui enim agonias ab agendo ostias vocabant. Rursus agonia accipitur pro timore τ sollicitudine q̄ mētem vexat: vt in euangelio. Et factus in agonia prolixus orabat.

¶ Agonus dicebat deus qui p̄sideret rebus gerendis. Et agonius dies erat quo rex agoniā hostiā immolabat. Et agonius molestiam inferens dicitur.

¶ Agonisma. atis. certamen: vt de diuo Anastasio legitur. Suū agonisma gratanter suscepit. Proprie tñ palma seu p̄mium agonisma dicitur.

¶ Agonista qui in agone contendit. Grece αγωνιστης dicitur certator pugil.

¶ Agonisticus a. um. certatorius: qd ad agonē ptinet. Aug. in psal. interp̄tatiōe. Agonistica ista vana τ ludicra non debet affectare christianus.

¶ Agonotheta pen. corr. munerarius: quasi agonis dispositor seu p̄fectus: qui p̄miū certātibus in quolibet ludorū genere proponit: qualis Aeneas apd Virgil. Componit em̄ sic αγωνα αγωνος certamen τ τεθεισ τεθεντος positus dispositor. Augu. Non audis athletam domini ab agonotheta petentē adiutoriū pugne. Ibi. Iste agonotheta nō propterea nos pugnare voluit: vt nos possit benedicere.

¶ Agonizo pe. pro. neut. τ agonizor depo. significat dimico: contendo. Hier. in eccle. Agonizare pro aia tua pro iustitia. Cyprianus ad Mosen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens est.

¶ Agoranomus pen. cor. apud Plaut. edilem significat qui in Cap. ait Euge edictiones ædilitias hic qdem habet: mirū q̄ adeo est: nisi hunc fecerunt sibi etoli agoranomū. Dictus agoranomus a foro rerū venalium cui regulam p̄scribit: sed si græcam linguā audire volumus aliud significat. quoniā αγορα και αγορευω; το φθεγγομαι και απο του μενειν νομος: quasi qui fori ius haberet.

¶ Agoreus a nostris nundinarius villa emens ab agorazo emo. Hora. Dauniæ defende decus camœnæ Leuis agoreæ. Agora em̄ forum venaliū dicitur qd etiam pro concione: pro pretio rei: pro re vendita. et pro foro iudiciali quandoq; ponitur.

¶ Agraphus pe. cor. latine non scriptus dicitur

¶ Agyrini: siue Agyrinēses dicti sunt populi ab vrbe Agyrio: siue agurio.

A ante H.

¶ Ah interiectio vide in A littera.

¶ Ahenus a. um idē quod æreus: Virg. Et luce coruscus ahena.

A ante I.

¶ Aio ais ait. aiebam as. at. ai. aisti ait. aimus aistis Aug. Vos adijcientes in malo aistis. Plaut. in Asi. Me vince vnum ex omnibus atq; illā amare aiebas Neuius. Vel ai vel nega. Cic. de fi. bo. Quasi ego id curem q̄ ille aiat aut neget.

¶ Aitibernalis seu aitabernalis perpetuus taberne habitator ab αει semper ꝛc.

¶ Aizon herba semper viua. αει em̄ semp significat: ζωω viuo. Huic herbe datū est ab natura vt humida semper viridisq; durare possit folio carnoso: leni: atq; oblongo. Duo sunt eius genera: vt dicit Cornucopiæ.

¶ Aius deus a Romanis dictus ab eo q̄ aiebat. nā olim Romæ audita vox est silentio noctis clarior humana voce: quæ iuberet magistratibus nunciari gallos aduentare: et vt prouiderent ne Roma a Gallis caperetur: ex eo dictus est deus aius. i. loquēs. sicut docet Cice. lib. ij. de diui.

A ante L.

¶ Ala: qua aues volant. a cuius similitudine ala etiā dicitur locus ille cōcauus subter brachiū in homine quia in eo pili quasi p̄ne nascuntur. Ply. lib. xi. Elephas tantum sub armis duas. scilꝫ māmas: nec in pectore sed citra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille cōcipitur. proprie tamen vocatur axilla: a qua fit ala. Cōtra Pris. qui vult axillā per diminutionē fieri ab ala: τ maxillā a mala. Ciceronis hec sunt verba: Quinetiā verba sepe contrahuntur non vsus causa: sed aurium. Quomō autem vester axilla ala factus ē nisi fuga littere vastioris: quā litterā etiā e maxillis et axillis: τ vexillo τ pauxillo consuetudo elegans latini sermonis euellit. Sed hoc nomen quidā aspirāt. Dicitur et asella: vt in sacris litteris. Abscondit piger manū sub asella. Preterea ala dicta est equitū turma: q̄ pedites regat alarum vice. Nam in equitū ordinibꝰ circum legiones dextra sinistraq; tanq̄ ale auium corporibus locabantur. Virg. lib. iiij. Dum trepidant ale: saltusq; indagine cingunt. Inde dicti sūt equites Alares vel Alarij.

¶ Alarius a. um. quod est alæ equitum turme. Unde Alarij equites.

¶ Alatus a. um. ab ala auium quod habꝫ alas.

¶ Allatus vero per duplex ll. apportatus.

¶ Alauda auis: q̄ olim Galerita vocabatur: quia apicem habet: hoc est plumā elatam in capite ad similitudinem galeri: siue galeæ. Var. appellat galericū: et a græcis corydalus dicitur. Postea gallico vocabulo. Alauda vocata est legio quedam apud Romanos. Galli em̄ hoc noie significāt galeā. Unde milites qui galeis vtunt dicti sunt alaude. Scribit Plyn. lib. xi. Alaudā auiculā appellatā quodā galeritā gallico vocabulo etiā legioni nomē dedisse. Ideoq; Cesar cum ex gallijs legionē cōscriberet: alaudā appellauit. De qua legione Cic. ad Atticū sic scribit. Antonius cū legione alaudarū ad vrbem pergere: pecunias municipijs iperare. Militaria em̄ vocabula traducta sunt ab ipsis rebus: que ita nominantur proprie quarū rerum in acie struenda: sui cuiusq; vocabuli imagines ostenduntur.

¶ Alabarches: latine salis p̄fectus: vt est apud Iosephum in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud egyptios τ iudeos honoris appellatio.

¶ Alabande Ionie ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc alabandas τ alabandicus: que sic abinuicem differunt: q̄ alabandicus siue alabandiacꝰ nomen est possessiuum. Unde alabandicos libellos pro barbaris τ ineptis greci capiunt.

¶ Alabandes ciues oppidi dicuntur. Unde carbunculos perfectos alabandes: quasi municipes appellant impolitos atq; rudes alabandicos.

¶ Alabastrum genus marmoris perlucidi et coloribus distincti ex quo fiebant vasa vnguētaria. Mar.

Quot costini redolent alabastra focisque deorum. Dicitur et alabastrus quoniam Plyn. scribit servandis unguentis maxime idoneum nasci circa thebas egyptias. et Damascum Syrie quo prisci Romani sicut aliqui magnates nunc Rome praestando per fenestras lumine utebantur. Similiter alabaster dicitur. Cice. libr. ij. Acad. Quibus etiam alabaster plenus unguenti putrescere videtur. Et lapis alabastrites penu. produ. Plyn. libro. xxxvi. Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant: quem cauant ad vasa unguentaria. Hunc lapidem etiam vocant onycem. Sunt etiam myrothetia et narthetia unguentorum loculamenta: sed ut puto tales dictiones improprie capiuntur a latinis. greca enim lingua manifesta est: οτι ασερεει και λαυβαρω in numero plurali τα αλάβασρα proprie pyxides unguentorum et unctionum sine ansulis. Callimachus tamen in hymno palladis in genere mas. posuit. Itaque ab odoribus potius quam odores a lapide dicuntur.

¶ Alabia. graece αλαβια: latine innocentia dicitur. Sed est dictio in greco et in latino corrupta. grece enim scribi debet αβλαβεια οτι βλαβη κακουργια εςι απο του βλαπτειν. Et ideo latine debet dici ablabea penultima producta: quoniam ei diphthongus mutatur in e. longum: ut κυθερεια cytherea. πηνελοπεια penelopea.

¶ Alacer et alacris pen. cor. dicitur is qui ingentis est sensus. hoc est qui viget sensibus universis: ut inquit Ascon. quod est indicium erecti animi atque sublimis: et cuius sensus omnis in suo loco degit sicut econtrario. Lacer dicitur amputatis in corpore membris: hoc est auribus oculis manibus quod ad animum saepe transfertur Illud quoque intelligitur aliud esse alacrem: aliud laetum. Do. alacer dicitur non laetus: neque tristis. Interdum ponitur pro celeri et prompto: quasi sit alis acer. Teren. Quid tu es tristis? quid non es alacris? Cic. lib. i. ad Heren. Si huic sit remissum multos alacriores ad maleficia futura. Idem. Nam cum feras bestias videamus alacres et erectas evadere ut aleri bestie noceant. non est incredibile putandum &c. Interdum pro laeto et veluti in spem aliquam gestienti. Hinc alacritas que secundum Dona. proprie est mutatio quaedam vultus gestientis in spem aliquam: et media est inter letitiam atque tristitiam. Interdum dicitur voluntaria celeritas seu promptitudo ardorve. Liui. lib. iij. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus quod beue vertat gestiorum se illis morem: posteroque die in aciem eductum affirmat Cice. li. i. Tus. in malum accepit. Vir igitur temperatus constans sine metu: sine egritudine: sine alacritate: nulla libidine vexatus.

¶ Alania regio est Scythiae Europe: que ad maeotidas paludes pertingit.

¶ Alanus pe. pro. scythie fluvius. a quo alani populi dicti sunt: iuxta quos sunt Corolani. Amianus scribit alanos dici quos prisci masagetas dixerunt. hi carnibus vescuntur et panem non manducant. Mar. Nec te sarmatico transit alanus equo. Jul. Capi. Alanos in parte Dacie collocat.

¶ Alba nomen est duarum urbium: quarum una est in latio a qua albani populi et Albanus mons: sub quo Ascanius ciuitatem hanc albam condidit: que ut Liui. scribit a situ porrectae in dorso urbis longa: alba vocata est Vulgatior fama est ab omine porce ibidem inuentae; dum a Troia cum patre profugo venisset. Altera est ad lacum Fucinum: a qua albenses dicuntur: quamuis etiam albani quandoque vocentur. Alba etiam sacerdotis camisia dicitur. Alba dea que et albuna: grece dicitur leucothea. eo quod greci λευκην album dicunt: hec prius Ino fuit.

¶ Albana urbs foelicis Arabie est. sicut docet Pto.

¶ Albanus nomen est montis et laci non procul ab urbe unde vaticinium fuit nunquam Romanos Veium capturos ni primo ex albano lacu emitteretur aqua. Item Albanus nomen est duarum urbium: quarum una est in Macedoniae mediterranea. altera in maiori Armenia ubi diuus Bartholomeus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus est fluuius albaniae. ¶ Albanus a. um quod est ab alba latii urbe. Unde albani patres.

¶ Albania regio in oriente a colore populi vocata: eo quod albo crine nascantur. Haec ab oriente sub mare Caspium surgens per oram oceani septentrionalis usque ad Maeotidas paludes per deserta ostenditur. In ea albania ciuitas et albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi qui tauros et leones occidunt.

¶ Albia fluuius Boemie oritur in montibus qui Moraviam Boemiamque diuidunt et magno aquarum actu mediam ferme diuidit Boemiam in occidentem prius mox in septentrionem fluens: ubi exit Boemiam per angustas fauces montium in Saxoniam penetrat: et in oceanum voluitur.

¶ Albium quaere in alpes.

¶ Albus a. um. a greco αλφον. quod candorem significat. Sabini alpum dicunt. Et color qui opponitur nigro. Plau. in Mene. Dic mihi hoc quod te rogo: album an atrum vinum potas? Interdum albus ponitur pro palladio. Unde et exalbesco pallidus fio. Interdum pro bono sicut econtrario nigrum pro malo. Persius. Per me equidem sint omnia protinus alba Hor. Hic niger est: hunc tu Romane caueto. Iuue. Maneant qui nigrum in candida vertunt. Sed haec per translationem.

¶ Album substantiuum: dicitur quod graeci vocant λευκωμα tabula gypsata in qua iudices notari proximique iura scribi solebant. Si quis vero album corrupisset puniebatur: quia praetoris maiestas contempta videbatur. Paul. Si familia alicuius album corruperit non similiter hic edicitur ut in furto. Iudex (inquit Senec. li. iij.) de beneficijs ex turba electorum quem census in album et equestris hereditas misit. Hoc et pyctatium quoque dicitur ut in Alexandro Cesare. Lampridius vulgo matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur album in qua singulorum annorum acta litteris mandabantur a pontifice maximo: proponebaturque domi eius ut potestas esset populo cognoscendi. Hique nunc Annales maximi nolantur: ut auctor est Cice. lib. ij. de Orat. Est et album decurionum et cytharoedorum. Nam in digestis titulus deest albo scribendo: ubi docet Ulpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat.

¶ Albarium dicitur quod illinitur tectorio cum paries pingendus est: quod fit ex calce.

¶ Albidus a. um. pe. cor. quod aliquantulum album: ut granum extrinsecus albidum: intus candens simile conspicitur. Aug. li. xxi. de ciui. dei. pro albo posuit. Lapides igne candente percocti et ipsi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat: illi albido colore nitescant: congruit tamen illi luci quod album est sicut nigrum tenebris. Hinc subalbidus parum siue aliquantulum albus: Ply. Ramos habet candidos: folia subalbida.

¶ Albedo: albitudo: et albor pro candore accipiuntur Plau. in Tri. Et item alterum ad istanc capitis albitudinem calliclem aiebant vocari.

¶ Albor albedo. Hie. i Leui. Quod si sursum fuerit in alborem cōuersa sacerdos eū mundū esse decernet. Alborē etiā Apitius vocat qd est albū in ouo quod Plyn. albuginem appellat: Medici albumen.

¶ Albugo pen. prod. macula in oculo. Plyn. lib. xxi. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem albuginem vocat album in ouo.

¶ Albumē pe. pro. qd ē in ouo albū. vitell⁹ ꝑo croce⁹.

¶ Albeo es. albus sum: vt cāpi niuib⁹ albent. Hinc

¶ Albesco albus fio. Virgi. li. i. geor. Sæpe etiā stellas vento impendente videbis Præcipites cœlo labi noctisq per vmbras Flāmaꝝ longos a tergo albescere tractus. Huius compositū est exalbesco.

¶ Albico as. pe. cor. aliquātulū albus sum. Plyn. lib. xxij. Solidum semen cōijcitur in oculū nec turbat: sz in se caliginem cōtrahit: mutat colorem: sed ex nigra albicare incipit: et tumescit. Similiter accipiuntur. vellico/fodico/candico/nigrico/nutrico: quę formantur ab eorū verbis in sco desinentibus diminutis litteris c. ⁊ s. Et mutata e. in i. vt albesco: albico: cādesco/cādico. Descendūt ab actiuis ⁊ neutris: vt nutrio nutrico: vello vellico: fodio fodico: quæ sine dubio diminutiua sunt. Nam fodico minus est ꝙ fodio: quod non somniculose legentibus patebit in significatione verborum in sco. Prisc. interp̄tatus est albico dicens albico pro albesco: et Horatij affert exemplum. Nec prata canis albicant pruinis. Sunt qui ea apparitiua nominent: qm̄ apparentiā significent.

¶ Albo as. albū facio. Cuius passiuū est albor albus fio. Vnde ⁊ dealbo ⁊ dealbor: quod est multum: siue a sūmo vsq deorsum albū facio. Curius Cic. Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et illud Lauabis me ⁊ super niuem dealbabor.

¶ Albogalerus pileum capitis quo flamines diales vtebantur. Fiebant em̄ ex hostia alba Ioui cæsa.

¶ Alburnus: Lucanię mons a cādore verticis dict⁹

¶ Alburnū: adeps arboris. Ply. Humor ⁊ cortici arborū est qui sanguis earū intelligi deb3. Est em̄ in toto corpore arboꝝ ⁊ reliquoꝝ aīaliū cutis sanguis/caro/neruj/venę/ossa/medullę. Pro cute cortex: humor sanguis primi plerisq adipes. Hi vocantur a colore alburnū. Hinc exalburno as. quod est alburnū detraho. Idem. E reliquis arborib⁹ siccissima lotos. deinde robur exalburnatū cui nigricans color.

¶ Albunea. fons iuxta Tibur. Virgili libro. vi. Lucosq subacta consulit albunea nemoruz quę maxima sacro Fonte sonat.

¶ Albegmina: partes extorum quę dijs immolabantur a candore eorum dicta.

¶ Albula pe. cor. fluui⁹ ab albo colore aquę: q̄ postea Tyberis a Tyberino Syluio albanorū rege ibi extincto dictus est. Liui. Pax ita cōuenerat: vt hetruscis: latinisq fluuijs albula: quē nunc Tyberim vocant: finis esset. Itē albula dicta est aqua quędā in agro Tiburtino q̄ vt Stra. testatur vulneribus medetur. Mar. Canaq sulphureis albula fumat aquis. Dicit̄ ⁊ albulę pluraliter. Idem. Quod siccę redolet palus lacunę crudarum nebulę qd̄ albularū.

¶ Albion insula britānię: dicta ab albis rupib⁹ quas mare abluit. Postea anglia dicta. vide in anglia.

¶ Albis fluuius qui in duo spatia germaniaz disseminat: vt testatur Strab. li. pri. De hoc Luca. lib. ij. Fundat ab extremo flauos aquilone sueuos Albis: ⁊ indomitū rheni caput.

¶ Albinga oppidū ligurū colonia ad mare deducta: cuius incolæ ligures iungauni vocantur. Ex hoc loco ad monœci pontum stadia sunt. lxx. Dicitur et albigaunum.

¶ Albeus per diminutionem albeolus cum accentu in antepe. tabula lusoria. Cice. de fi. bo. Aut albeoluz poscere: aut quęrere quempiam ludū. Ply. M. Mesalla consul pridie Calendas Octobres diez natalis sui egit: transtulit albeū cum tesseris lusoriū e gemmis duabus latum pedes tres.

¶ Alcæus cū diph. nomē poetę lyrici mitylenei. hic magnific⁹/breuis/diligēs et plurimū Homero similis.

¶ Alces is. seu alces ę. grecorū more animal est e gallia transalpina inuentu rarum: olfactu de longinquo venatorē sentiens: statimq in specus ⁊ latibula se cōdens media inter camelum ⁊ ceruuz similitudine. Sz mares ex his in supercilijs habēt cornua. De his animalibus Cęs. li. vi. ⁊ Iulian⁹ capitolin⁹ mētionē faciūt.

¶ Alceste es. siue alcestis alcestidis. fuit Peliæ filia Admeti Phereorum regis cōiunx: quę maritum tāto amore dilexit: vt pro eo perire non recusauerit. Cum em̄ maritus ęgrotaret oraculo nunciatū est ei posse adhuc viuere si foret alijs ex affinitate vel amicitia qui pro eo sponte mortez subiret. Ceteris id abnuentibus: sola vxor promisit. Iuue. Spectant subeuntem fata mariti. Alcesten. Hiero. Alcestim fabulę ferunt pro admeto sponte defunctam: sed multa essent dicenda: sed vide tragœdiam euripidis alcestin quę impressa est.

¶ Alcyone pe. cor. duę fuisse legūtur. Altera Ceycis vxor: quę viso cadauere mariti in littus eiecto se deiecit in mare iussuq Amphytrites in aues ꝯuersi fuerunt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia, quę post ea Marpesa dicta est.

¶ Alcedines sunt quædam aues: dictæ quasi algedines: q frigidis temporibus in mari pariant. Plaut⁹. Nam hercule tu peristi nisi illam mihi tam tranquillam facis ꝙ mare est olim cum alcedo pullos educit suos. Dicta est e grecis: Alcyone es. vel alcyon onis. Ambro libro Hexa. Alcyone est auis maritima quæ in littoribus fœtus suos edere solet: ita vt in arenis oua deponat medio fere hyemis. nam id temporis fouendis habet deputatum partubus quādo maxime insurgit mare littoribusq vehemētior fluctus illidit quo magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius eluceret gratia. Namq vbi vndosum fuerit mare: positis ouis subito mitescit: et omnes cadunt ventorum procellæ flatusq auraruz quiescunt: ac placidum ventis stat mare: donec oua fouet alcyone sua septem dies fœtus sunt: quibus decursis educit pullos. Illico alios septem adiungit dies: quibus enutriat partus suos: donec incipiant adolescere. Tantam autem gratiam minuscula auis diuinitus indultam habet: vt hos quattuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent: quos ⁊ alcyonidas vocant: quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Ferunt hanc auem paulo maiorem passere: pennis purpureis candidis admixtis: collo gracili ⁊ procero: raro visam. Aristotel. libro. viij. de animalibus Alcyonum duplex genus esse scribit: alterū vocale harundinibus insidens: alterum mutum ampliori corpore. Ab alcyone fit alcyonius a. um. vt alcyonij dies. Fitq a greco als quod mare significat: licet aspiretur.

¶ Alcamenes pe. cor. nomē sculptoris ꝓpriū q (sicuti Ply. li. xxxiiij. scribit) Phidiæ discipul⁹ fuit.

¶ Alcmane lydia Sardensis poeta lyricus: filius Damantis claruit. xxvij. olympiade cuz apud lydos regnaret Ardis pater aliatæ. Et cum nimio amore puellam quandam deperiret amatorios cantus primus inuenit. Fertur Phthiriasi morbo interiisse. Nam φθειρω οθεν φθειρ φθειρος και φθειριασις .i. pediculus: quoniam ex putrefactione humorū in poris carnis oriantur.

¶ Alcinous pe. corr. nomē iustissimi phæacū regis a poetis laudati: cuius ędes fuerūt magnificentissimē extructę ⁊ viridaria bifera erant. Unde Papinius. Quid referam alcioni referam pomaria vosq̧ Qui nunq̄ vacui prodistis in ęthera rami. Dicitur etiam Alcinus in odysseia multa Homerus quę nota sunt.

¶ Alcides pen. produ. Hercules gręca significatione a virtute appellatur. Naz αλκη alce virtus: robur fortitudo dicitur.

¶ Alcibiades pe. cor. nomen atheniensis imperatoris summi: q genere ⁊ forma ꝑcipuus omibus rebus aptus fuit. Diues ꝑterea: affabilis: patiens et omni deniq̧ virtute ꝑditus. Et q̄d mirū est vitiis etiā plenissimus fuit. Eius vitā Plutar. luculenter scripsit. Proditum est ꝙ in illum vniuersa ciuitas atheniensium oculos: in illū suspensa ora ꝯuerterāt ⁊ quasi de cœlo missum cōtuentes admirabātur. Fuit hic ex primatibus qui cuz esset procliuis ad luxū ⁊ ad cęteras voluptates ad bonam disciplinā traductus est a Socrate. Nam discendi studio ⁊ sapientiæ amore pellectus extēplo cunctis amatoribus adulatoribusq̧ repulsis ad socraticā disciplinam aīum vertit nusq̄ recedens a latere philosophi sapientissimi.

¶ Alcmena pen. pro. nomē propriū fuit matris Herculis: de qua qui velit multa intelligere legat την εσπιδα του ησιοδου ηοιη προλιπουσα δομους και πατριδα γαιαν ηλυθεν ες θηβας μετ αρηι ον αμφιτρυωνα αλκμηνην θυγατηρ λαοσσοου ηλεκτρυωνος

¶ Alea ludus tabulæ ab alea quodam milite in ocio troiano. Hora. in epist. Quē damnosa Uenus quem pręceps alea nudat. Et cū alea dicatur omnis ludus in varietate fortunę consistens: Unde Mar. de nucibus. Alea parua nuces: ⁊ non damnosa videtur. Sæpe tamen pueris abstulit illa nates. Factuz est vt nō solū pro fortuna: sed etiā ꝓ periculo periculiq̧ dubitatione sumatur: ⁊ ille dicatur aleam iacere: qui se periculo fortunęq̧ cōmittit. Liui. In dubiā imperii seruitiiq̧ aleā imus. Est ⁊ alea nomen vrbis ab aleo cōditore. Papi. in syluis. Aut alee lucis vidit tegeæa sacerdos. Plut. in vita Cęsaris αμερρι φθω κυβος: id ē iactus sit taxillus.

¶ Aleator ⁊ aleo onis. q sæpe alea ludit. Catul. Nisi impudicus ⁊ vorax ⁊ aleo. Nunc aleator dicitur.

¶ Aleatoriū apud Sidoniū sumitur pro ludo aleæ. Ait em̄. Atq̧ illic aleatoriū lassis consumpto sphęristerio faciat. Suet. vocat aleatoriū forum

¶ Alecto vna est ex furiis infernalibus: et latinę incessans interꝑtatur ab a priuatiua ⁊ ληγω desino: q cupiditas nunq̄ satiatur.

¶ Alectorius lapis qui in vētriculo galli inuenitur. Galli em̄ gręce αλεκτωρ dicitur.

¶ Ales quælibet auis ab alis gerēdis: sicut volucris omnē volatile: ⁊ tam mas. q̄ fœ. ge. profertur. Uirgi. Nāq̧ volās fuluus Iouis ales in ęthra. Ponit quādoq̧ pro veloci: ut alite planta. In gtō plurali alituz ⁊ alituū secundū Pris. Uirg. xi. lib. Alituū pecuduūq̧ genus sopor altus habebat. Auis est q̄ parit oua ⁊ pēnis est prędita pręter vespertilionem.

¶ Alecula diminutiuū ab alec. Colu. libr. ix. Datur cāmarus ⁊ riualis alecula: vel si qua sunt incrementi parui fluuiorum animalia.

¶ Alec. Uide infra in dictione halec.

¶ Alemani pen. prod. ꝑpli inhabitātes iuxta lemanū lacum:

¶ Alexādria vrbs ęgypti nō lōge a nili ostio vt Solinus ait ab Alexandro Macedone: vnde illi nomen condita. Urbs fertilissima quaz Dinocrates architectus cōmetat⁹ est mirabili ingenio quindecim millium passuū laxitate ad effigiem macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam anguloso dextra: leuaq̧ procursu. Mareotis locus ad meridianā vrbis partez euripo cānopico ostio mittitur. Habuit oliz scholas oim disciplinarum liberaliū. Fuitq̧ ob cōmoditātem maximum totius orbis emporium. Sunt et alię alexandriæ. Una in Scythia super Tanaim. alia in asia: ⁊ alię alibi secundū Ptol.

¶ Aleopetra insula in Męotide. Aleo vide i aleator.

¶ Alexicacon: remedium q̄d fit ad depellenda mala: Sic Hercules dictus fuit alexicacos: ab eo ꝙ defensor esset hominū: hoc ⁊ amuletum dicitur.

¶ Alga herba quę nascitur in aquis marinis: dicta a mari ab algore aquę: siue ꝙ pedes alliget: quia crassa est foliis ex parte supnatantibus. Uirg. lib. vij. Latē riq̧ illisa refunditur alga.

¶ Algor oris. algus us. ⁊ algus gi. dolor: tristitia: ꝑ translationē ponit ꝓ frigore. Plau. in Aul. Inopiā: luctū/mœrorē/pauꝑtatē/algū/famē. Luc. li. iiii. Sollicite euolitant morbis/algorq̧ famesq̧. Plau. in Ru. Uel suda vel peri algu. vel etiā ęgrota.

¶ Algeo ges. alsi. vel alxi. sum. a gręco αλεω οθεν το αλγος αλγεω doleo: patior: vt sit frigus dolor quidam membrorum rigore cōtractus. Ponitur tamen algere pro frigidū esse. Aug. lib. xxi. de ciui. dei. In ęstibus dici sic alget. vt bibi non possit.

¶ Algidus pen. corr. mons ab vrbe. xij. passuū millibus distans ab assiduo frigore sic dictus. Hor. Quæq̧ auentinum tenet algidūq̧. Et ab hoc quoq̧ sylua algida dicta est huic monti subiacens. In cuius ingressu Regillus lacus est.

¶ Algedon latine cruciatus.

¶ Alius a. ud. genitiuo alius penul. prod. vel alii. æ. ii. datiuo alio æ o. Cice. Si res tote alię rei necesse ē similiter sit. Et idem est quod diuersus: vt alia est facies eius a facie mea. Accedit quandoq̧ ad vim comparationis. Quint. At quāto alius fuit ille infelicissimus iuuenis affectus Quo modo aūt differat ab alter. Uide in dictione alter.

¶ Alias res agis. i. nō intēdis ad id q̄d dicit. vt nulla sit in eis attentio aut nugatorias res agis.

¶ Alias aduerbiū: significat alio in loco: vel aliter: vel alio tempore: vel aliquando. Plyni. libro. xxxiiij. Alias fragile et erosum rotarumq̧ vsibus et clauis maxime fugiendum. Gellius. Neq̧ id tamen semper esse sani dixisset: sed alias ocyus fieri: alias serius: id est aliquando.

¶ Alienus a. um. quandoq̧ alienatus dicitur. Sal. Postq̄ alienū se videt. Quādoq̧ diuers⁹: dissimilis: dispar: disson⁹. Idē. Neq̧ solū illis aliena mēs erat.

Quãdoqꝫ non cõſcius: vt apud eundem. Jlle eos in domũ Decij Bruti perducit ꝙ foro propinqua erat neqꝫ aliena conſilij: propter Semproniam.

¶ Alienum ęs: quære ęs.

¶ Alieno as. alienũ vel aduerſariũ facio: ſeu a ꝓpoſito remoueo: repulſando. Plaut. Me alienabis nunꝙ quin noſter ſim. i. a ꝓpoſito remouebis. Sallu. Meqꝫ falſa ſuſpitione alienatũ eſſe ſentiebam. i. repulſum. Teren. Jta nos alienauit. i. aduerſarios fecit. Paul. Jurecõ. Alienationis verbo vſucapionẽ ꝯtineri putat. Vix eſt eñ vt nõ videatur alienare quod patitur vſucapi. Eum quoqꝫ alienare dicimus: qui nõ vtẽdo amiſit ſeruitutes. Huius verbi cõpoſitũ eſt abalieno quod eſt abinuicẽ ſeparo. Cice. in arte veteri. Si auditoris ſtudiũ defatigatio abalienabit.

¶ Alienigenus a. um. penu. corre: nomen compoſitũ a genere. ⁊ ſignificat quod eſt externum: vel alieni generis: vel inter alienos genitum. Valer. lib. i. Adijci noſtris duo eiuſdem generis alienigena exempla nõ abſurde poſſunt.

¶ Alienigena cõis ge. vel ſecundũ Probũ oĩs generis ſumitur in eodẽ ſignificato cũ alienigenus.

¶ Aliter aduerbiũ: fit ab alis huius alis pro alius ſicut declinabant antiqui ⁊ ſignificat contrario modo Virg. Dijs aliter viſum. Teren. in prolog. and. Verũ aliter euenire multo intelligit. i. contra.

¶ Alibi alio loco. Aliubi pro alicubi. Nã dicimus ſolem totum aliubi dimidiũ hoſbus adimi.

¶ Aliunde ex alio loco.

¶ Alioquin ⁊ alioqui vtroqꝫ modo dicitur: et habet penultim. produc. ſignificatqꝫ alio modo: vel ꝙ ſi non vel pręter hoc: vel etiam. Plyn. Hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenij ſunt capaces quod alioquin nobis perqꝫ mediocre erat.

¶ Aliorſum: verſus aliũ locũ in aliã partem. Teren. in Eun. Vereor ne illud grauius tulerit: neue aliorſum atqꝫ ego feci acceperit.

¶ Aliquis quaſi alius quis: et habet vim pluralem: ꝗuis ſingulariter dicatur. Nõ eñ eſt aliquis niſi de multis. Unde ⁊ apd̕ veteres vario genere numeroqꝫ proferebatur. Teren. Aperite aliquis actutũ oſtiũ Jdem eſt quod quiſqꝫ quiſpiam ⁊ vllus. Et

¶ Aliquo ad aliquem locum: Aliqua per aliquem locum. Alicunde ex aliquo loco. Aliquorſum verſus aliquem locum.

¶ Aliquotiens ſeu (vt quibuſdã videtur) aliquoties ſine n ſignificat aliquot vicibus: ſiue aliquando.

¶ Aliquot tñ pluraliter declinatur: ⁊ ſcd̕m Donatũ ſignificat idẽ quod nec multi: nec pauci.

¶ Aliquãtus a. um. ponitur pro aliquot. Ambro. Factum eſt aũt vt per aliquãtos annos ad conſtantiam hoc factum ab ijs qui viderant narraretur. Hieron. ad Pãma. Cũ aliquãti ex vrbe venientes in eadẽ lectitarent quę ſero me excepiſſe referebant.

¶ Aliquantulus diminutiuũ: ⁊ quãtitatẽ ſignificat Aug. lib. i. de ciui. dei. Jlli aũt infirmiores qui terrenis his bonis ꝗuis ea non pręponerent chriſto aliꝗtula tamẽ cupiditate cohærebant

¶ Aliquantũ modo nomen eſt: vt aliquantũ ocij quaſi aliqua quantitas: Modo aduerbiũ: vt tu es aliquãtum ocioſus.

¶ Aliquãtiſper aduerbiũ: ſignificat aliquãto tẽpore

¶ Aliquando cũ accentu in antepe. ſed temporibus noſtris non ſeruatur etiã a doctiſſimis viris neqꝫ in Virgilio vel Ouidio aut Luca. vel alijs poetis antiquis inuenitur in vſu illam corripi poſitura: habet tria tempora præſens pręteritũ ⁊ futurũ: ⁊ ſignificat aliquo tẽpore: ſicut ⁊ quãdoqꝫ. Ponitur ⁊ pro tandẽ Cice. Valerio. Aliquando nos reuiſas.

¶ Aliquatenus penul. cor. ſignificat vſqꝫ ad aliquã partẽ ſiue ex aliqua parte aut aliqua ratione. Quinti. Verum hoc aliquatenus temporũ mutatio eſt conditione. Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Corpus eſt mortale: quoniam a vita quam habet deſeri poteſt: nec per ſeipſum aliquatenus viuit.

¶ Aliquid ſubſtantiuũ eſt vt aliquid vtile.

¶ Aliquod adiectiuum: vt aliquod templum.

¶ Alica pen. cor. potio: dicta ꝙ corpus alat. Hæc fit ex zea quę a noſtris ſpelta dicitur. Tunditur granũ eius in pila lignea: vel lapidis duricia conteritur excuſſis inde tunicis conciditur medulla. Hinc.

¶ Alicarij qui eam conficiunt: venduntve.

¶ Alicaſtrum etiã videtur dici ea forma ab alica deriuari: ſicut ſiliquaſtrum a ſiliqua.

¶ Alipedes penu. correpta. Equi veloces quaſi alas in pedibus habentes.

¶ Aliptes vnctor. Et is erat cuius curæ tradebãtur ij qui in ſacris certaminibus pugnarẽt. Dictus απο του αλειφοιν. i. vngendo αλειφω: vngo.

¶ Aliphe vnctio ſiue pingue dicitur: tamen gręce dicitur αλειφαρ αλειφατος και αλειμμα. Mar. Nec capit immeritas ſordibus vnctor opes. Dicitur etiã aliptes qui vulnera curat. At medicus qui male valentibus ⁊ in lecto iacentibus medetur clinicus appellatur. Jtem aliptes fuit fons apud Epheſum.

¶ Allia ge. fœ. nomen fluuij qui e cruſtuminis montibus pręalto defluens alueo Tybertino amni miſcetur. xi. ab vrbe lapide: vbi magna ſtrage Romani a Gallis profligati ſunt. Hinc allienſis dies dictus eſt tanꝙ infauſtus. Huius nominis prima ſemper producitur. Syl. Maior honorificis ſeſe extulit allia ripis. Ouidius. Hæc erat in faſtis cui dat grauis allia nomen. Luc. Et damnata diu Romanis allia faſtis. Sic Virgilius lib. vii. Quoſqꝫ ſecans infauſtũ interluit allia nomẽ. Ubi Seruius dicit aliud. i. eſſe interpoſitum. Nam ꝙ Luc. li. vij. dicat. Non iſtas habuit pugnę pharſalia partes quas alię clades: non de flumine allia intelligendum eſt cum ibi oſtendat omnes clades quas Romani ſuperioribus temporibus paſſi ſunt non eſſe cum pharſalica clade comparãdas: quæ alias ſuperauit. Aliæ igitur cum ibi prima correpta ſit: eſt ab alius a. aliud.

¶ Allium genus holeris quod comeditur: quod nomen quidam ab olendo: quidam ab halando deriuãt. De hoc infra cũ ab halando aſpirari debeat: Similiter ⁊ haleatum gręce dicitur σκοροδον et σκοροδιον purgamẽta allij. Eſt ⁊ hoc nomine vrbs inter pyrrhum ⁊ Oſtiam.

¶ Alliatum: ab allio pulmentarij. ⁊ intinctus genus eſt. Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas.

Terẽn. Ego ſic intelligo. ſine. i. permitte mihi alliato. i. allio nutrito aut illito ⁊c.

¶ Alo is. lui. litum. Unde alitus vel altus ſignificat nutrio: alimentis ſuſtento. Sallu. in Jugur. Et oẽm ętatem arpini altus. Jn rebus tamen incorporeis alere frequẽtius pro creſcere ponitur. Quint. Sed alere facundia vires augere eloquentię. Vergili9. Hos ſucceſſus alit. i. augeſcere facit. Et licet altũ vel alitũ

su pinũ faciat: tamen vt docet Diom. melius dicitur alitus ꝙ̃ altus vitandę ambiguitatis gratia:

¶ Alimentũ quod datur ad vitę sustentationẽ. Scribunt Jureconsulti alimẽtis legatis cibaria ⁊ vestit⁹ et habitatio debebit: quia sine his ali corpus nõ põt.

¶ Alimentarius a. um: quod ad alimentuȝ pertinet. vt lex alimẽtaria: ꝗ̃ prouidebat vt filii alerent parẽtes

¶ Alimonia. pe. cor. idem quod alimentũ.

¶ Alma. sancta siue pulchra vel alens ab alẽdo dicta

¶ Altilis: ⁊ in plurali altilia. pen. cor. quicquid domi vel in villis vel in viuariis saginatur: siue sit auis siue quadrupes: siue piscis ab alendo quasi alitilis. Et non solum pro pingui: sed etiam pro opulento ponitur. Plautus in Cis. Prohibet diuitiis maximis dote altili atq̄ opima.

¶ Alumnus dicitur filius vel discipulus: qui ab aliquo velut a patre alitur: siue victu siue moribus siue doctrina. Cic. Dolobellę Mihi vero gloriosum te iuuenem consulẽ florere laudibus: quasi alumnũ disciplinę meę: Idem in Ver. Italia aũt alumnũ suum seruitutis extremo summoq̄ supplicio fixũ videret. Seruius pro educato ⁊ educatore ponit ab alendo deductum. Aug. lib: vii. ciui. dei. Jouem alumnũ coguominauerunt: ꝙ oĩa aleret. Sic Plyn. lib. iii. in actiua significatione dixit de Italia. Terra omniũ terraruȝ alumna eadem ⁊ parens numine deum electa. Cur. li. vii. Oro quęsoq̄ ne humanarũ rerum terminos adeuntem alumnũ commilitonemq̄ vestrum ne dicam regem deseratis: Fallitur ergo Valla super alumni significatione.

¶ Aluus. locus corporis ex quo sordes defluunt ꝙ in eum cibi quibus alimur e ventre delabantur. Sallu. Insimulans sibi aluum purgari. Proprie venter fœminæ ab alendo dicta. Venter est qui videtur. Interdum dicit̃ vas cauatũ: vbi quid reponitur. Et est tã masc. ꝙ̃ fœm. gñis. Cuius dimin. est aluulus.

¶ Aluini dicti sunt: qui aluo languescunt. Ply libro xxi. Linea punica aluinis imposita: multum prodesse dicitur.

¶ Aloe aloes grecum est ⁊ significat herbã amarissimi succi. Juue. Plus aloes ꝙ̃ mellis hȝ. grece αλοη.

¶ Aloeus nomẽ gygantis: cuius filii martẽ dicunt̃ vulnerasse: a quo patronymicũ aloides.

¶ Alopecia morbus in capite humano ⁊ barba ex vitio humoꝝ qui fit cũ profluuio capilloꝝ: dicta a vulpe quam greci αλωπηκα απο του αλωμαι. id est a capiendo: quoniã difficilis sit captu: cum animal sit astutissimum: ꝙ ea crebro id genus morbi patiatur. Ply. Lingua herba est: quę circa fontes nascitur: cuius radix combusta ⁊ trita alopecias emendat.

¶ Allabor penul. pro. Juxta fluo: siue iuxta nauigo. Clau. Siculis allabitur oris. Hinc allapsus. sus. August lib. x. con: Ubi per diem fuero multitudo allapsa blanditur mihi.

¶ Allegoria cum accentu in pe. dicitur alieniloquiuȝ vel potius inuersio. vt aliud verbis: aliud sensu ostendat. Ver. Claudite iam riuos pueri sat prata biberũt Hoc est desinite iam plura canere: quia satis audiuimus. Eius species sunt septem. Ironia. Antiphrasis Aenigma. Charientismos. Parœmia. Sarcasmos. Asteismos: Sed ita dicitur: quoniã αλλος αλληαλλο και αγορευομαι. Jd est aliud dicimus ⁊ aliud intelligimus.

¶ Allego gis. pe. cor. adscribo annoto: quasi iuxta lego. Unde apud Juue. Capitolinũ scribit. M. Antonium philosophũ multos ex amicis in senatu allegisse cũ ędilitiis ac prętoriis dignitatibus Liuius libro decimo. Cęterũ quia de plebe allegebant̃: eandẽ ęgre passi patres. Hinc Allecti dicebant̃ qui ꝓpter inopiam ex equestri ordine in senatorũ numerum assumpti fuerant. Nam patres dicebant̃ qui erant patricii generis. Conscripti qui senatui sunt scriptis annotatis Allectus vero ab allicio idem est quod attractus.

¶ Allego gas. pe. pro. ad hoc mitto. Plau. in Cassi. Quin ea ipsa me allegauit: qui istam accersẽrẽ. Et allegare est adducere. Ply. Tum multa allegauit: quæ ad rem propositã pertinere minime videbantur. Itẽ Deputare. Constituere. Con mittere. Plau. in Cas. Filius aũt armigerũ allegauit suum: qui sibi eam vxorem poscat.

¶ Allelu ya: duę dictiones sunt: quibus significatur. Laudate dominũ. Allelu em̃ (vt Augustinus ait) imperatiui modi est: ⁊ significat laudate. Ya vero vnum est salem: vel vniuersaliter scȝ deum. Hier. Yia apud hebræos vnum est de decem noĩbus: et in illo psalmo. vbi legimus. Laudate dominũ quoniã bonus est psalmus: in hebręo est allelu ya. sunt duę partes hebraicæ

¶ Allicio cis. pe. cor. allexi allectũ ex ad ⁊ lacio significat attraho. Inuenitur ⁊ alliceo allices allicui: in eadem significatione. Piso lib. historiarũ primo. Amius vnius pręmio multorũ allicuit aĩos. Sępius tamen in tertia coniugatione: ꝙ̃ in secunda vtimur. In infinitiuo autem difficulter dignoscitur: cuius magis sit coniugationis quale est illud Ciceronis libro primo Tusculanarũ. Fieri aũt potest: vt recte quis sentiat et id quod sentit pollite eloqui nõ possit: sed mandare quẽq̄ suas cogitationes: qui eas nec disponere: nec accurate illustrare possit: nec delectatione aliqua allicere lectorẽ hominis est abutentis intemperanter: ⁊ ocio et litteris.

¶ Allecto tas. frequentatiuũ per blandicias attraho. Col. lib. secundo. Ad aquam duci oportet sibiloq̄ allectari: quo libentius bibant.

¶ Allicefacio is. eiusdẽ significationis est: a quo Allicefio. Sue. in Vitel. Pronus vero ad cuiusq̄ ⁊ quacũq̄ de causa necem atq̄ suppliciũ. Nobiles viros condiscipulos ęquales suos oĩbus blandiciis tantumnõ ad societatẽ imperii allicefactos vario genere fraudis occidit.

¶ Alleuo as. penult. cor. in altũ tollo vel de imo ⁊ vbi quid iacet atq̄ proiectũ est sursum leuo. Quintil. Vidi multos: quorũ supercilia ad singulos vocis conat⁹ alleuarentur. Inde per translationeȝ ad qualitatem fortunę: vt idem. Nõ petit vt afflictũ alleuetis nisi et probauerit se infœliciorẽ. Eiusdẽ significationis est subleuo. Suetonius. Dumq̄ surgit inter manus subleuantiũ extinctus est:

¶ Alleuio as. pondus aufero diminuove.

¶ Allex ⁊ allux. dicitur pollex scandens proximũ digitum ꝙ velut insiluisse in alium videtur. Nam grece αλλωμαι. Salio.

¶ Alleotheta latine dici potest aliter posita. αλλως. enim aliter θετα posita. A Prisciano dicitur variatio Nam alloeos diuersus ac varius dicitur αλοιω. permuto. αλοιωσις. permutatio. Confundit antẽ numerum: vt Pars infrusta secant. Casus vt tu mihi quodcunq̄ hoc regni. pro hoc regnũ. Genus. Verg. Dulce satis humor depulsis arbutus hędis. Lenta salix fœ

ro pecori: mihi solus amyntbas. Ad dulce enim quod est neutrum tam masculina quam foeminina reddidit.

¶ Allido is. pe. pro. In pingo quod est interficiendi causa contra aliquid iacio. Lactan. lib. iiii. Etiam conspectu suo vexari acerbissime coniuges suas cernerent violari ac prostitui virgines. diripi pueros. allidi paruulos.

¶ Alligo as. pe. cor. proprie ad aliquid ligo. Col. libro tertio. Arbustinam vitem anteque putes alligare diligenter oportet. Inde alligator et alligatura. Idem infra incisionem et alligaturam falce acuta leniter vitem vulnerato. Per translationem dicitur alligari: obstringi: obnoxium fieri. Terren. in Eunu. Hic furti se alligat. Similiter quis dicitur alligari ad aliquid sine quo esse non possit. Unde dicimus adolescentem alligari ad amicam: qui vix ab ea discedit.

¶ Allobroges pe. cor. populi Galliae transalpinae qui narbonensibus ascribuntur: quorum metropolis est Vienna. Hos quidam volunt esse qui deprauato vocabulo a Sabatiis montibus Sabaudienses pro Sabatenses appellantur.

¶ Allophylus. pe. cor. dici potest alienigena. Nam componitur ex ἄλλο: quod est aliud et φύλον quod est genus gens natio. Amb. lib. offi. Aduersarios suos hebraei allophylos. i. alienigenas latino appellabant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt palestini: qui et philistei.

¶ Allodium hereditas proprietas dicitur.

¶ Allubesco is. lubens facio: obedio: faueo. Unde Allubescentia obedientia

¶ Allucinor pen. cor. vana somnio. Allucinatio lucis alienatio vel aberratio: quod et ad oculos mentis transfertur: non minus recte intelligitur obducta quadam caligine in animo. Fit autem a graeco ἀλύειν quod tarditatem significat et animi stuporem.

¶ Alludo pe. pro. blandior congratulor. Lactan. li. iii. Aut homini alludunt animalia. Metaphorice alludere est ea dicere quae ad alium sensum latenter referuntur. Ver. Nec plura alludens ea vox audita laborum Prima tulit finem. Alludere vero ad historiam dicitur Hoc est ad rei fidem verba componere. Et alludere sumitur pro eo quod vernacula lingua dicimus vndezare. Tibul. Ima videbatur talis alludere palla.

¶ Alludio dis. et alludior deponens ex ad et ludius qui pro ioculatore capitur.

¶ Alluo is. iuxta luo: iuxta fluo seu deorsum aliquid lauo. Curtius. Montem leniter alluit praeteriens amnis. Hinc fit alluuio. nis. alluuies et alluuium pro immoderata aquarum violentia vel fluuialium vel pluuialium similiumque quae non tantum agros confundit: sed quandoque eripit et nonnunquam funditus destruit: Sed cum pars alicuius agri impetu fluminis aggregatur in alium agrum: tunc cedit possessionem eius cuius est ager Unde Luc. Illos terra fugit dominos: his rura colonis Accedunt donante pado. Circumluuio autem est cum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum suum impulerit: et in modum insulae circumluitur iure vicinioris erit. Val. Alluuies sordida aqua quae aluuit vbi lutum cum aqua non multa. Liui. lib. primo. In proxima alluuie vbi nunc ficus ruminalis est quam romularem vocatam ferunt pueros exponunt. Proluuies proprie sordis profusio. Verg. lib. iii. Foedissima ventris proluuies. Illuuies etiam est immunditia in homine: aut veste aut re quauis alia insita seu iniecta. Terren. in Heau. Pannis oblita neglecta immunda illuuie.

Vergilius lib. iii. Dira illuuies immissaque barba. Elluuies proprie dicitur quod expurgatur praesertim aquarum fluxu quauis et alterius humoris dici possit. Plyn. Quod in tutis notatur oppidis quae minus quatiuntur crebris ad elluuiem cuniculis cauata. Fluuio per translationem a Cicerone ponitur in oratione pro domo sua. Idcirco tu ad labem atque elluuionem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti. Colluuies sordes coeni aut cuiusuis rei coactae. Col. lib. i. Tum etiam nantium serpentiumque pestes hyberna destitutas vligine coeno et fermentata colluuie venenatas emittit. Colluuio idem est quod colluuies. Sed tam per translationem quam proprie dixit. Cic. O praeclarum illum diem cum in illud diuinum animorum concilium caetumque proficiscar. Cumque ex hac turba et colluuione discedam. Proprie dixit Hiero ad Heliogabalum. Negat et sacrilegium esse qui in libidinem sedes dit: qui membra christi et hostiam viuam placentem deo cum publicarum libidinum victimis nefaria colluuione violauit. Diluuium quod varie diluit. Et haec nomina a luo descendunt iuxta praepositiones eorum et sumuntur in fluxu aquae vel humoris alterius aut commixto coeno aliis sordibus.

¶ Alnus genus arboris ex qua primum factae sunt lintres. Luc. Et fluctibus aptior alnus. Unde et pro Cimba quandoque ponitur. Verg. Tum primum fluuii alnos sensere cauatas. Nascitur haec arbor in aqua: nec facile extra vndas viuit.

¶ Alosae pisces sunt clypearum generis Tyberi iuxta Romam laudatissimi qui alio nomine apud Aristotelem et Strabonem Chrissae dicuntur.

¶ Alpes a candore niuium dictae sunt: quia perpetuis fere niuibus albescunt. Nam ἀλφὸς latine macula siue impetigo transfertur. Unde Strabo lib. iiii. scribit alpes alio nomine Albium vocari. Gallica vero lingua. Alpes (vt inquit Seruius) alti montes sunt. Sunt autem montes altissimi qui galliam transalpinam a cisalpina diuidebant. Nunc vero promotis finibus termini sunt Italiae: qui gallica lingua excelsos montes significant in longitudinem. c. millia passuum patent. A supero mari ad inferum vt Celsus tradit. Liuius vero tria millia stadiorum. Has primus Annibal fecit peruios. Incipiunt vt inquit Strab. a sabatiis. Apennius a Genua Inter Genuam vero et sabatia ducenta et sexaginta stadia intersunt. Ab alpes fit alpinus alpina alpinum. penultima producta. Plynius. Gentes alpinae: et venti alpini qui alpibus flant. Unde et Cisalpinus: et transalpinus.

¶ Alphos latine impetigo: siue vitiligo dicitur: quae super faciem corporis immutat: et modo nigra: modo candida est.

¶ Alphabetum nomen compositum ex alpha et beta: quae sunt primae litterae graecae.

¶ Alphesiboeus nomen pastoris ab alpho inuentor quasi inueniens boues.

¶ Alpheus nomen viri et nomen fluminis helidis arcadiae sub mare in Arethusam Siciliae desinentis. Finxerunt poetae Arethusam fuisse venatricem et amatam ab alpheo et fugisse volunt stuprum per subterraneos cuniculos in ortygiam et alpheum fuisse insecutum. Alpheus fluuius ab alphis. id est maculis dictus est quia eius aqua maculas tollit. Pausanias autem quasi in principio libri quinti de graecia illustrata ita scribit.

τὸ ὕδωρ ἐστὶ τοῦ ἀλφειοῦ πλήθει τε πολὺ [illegible] καὶ [illegible] Et subdit περὶ δὲ τοῦ τὸν πολλὰ λέγεται

ο τι αιμφ εικὼν ϕευτης ερα σωματι Δε αυ τον αρεϐου ονς. Et multa alia scribens declarat hanc fictionem.

¶ Alsiosi dicunt qui sunt nature frigentis: quiq; a frigore lęduntur. Var. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat quod est alsiosum. Idē Quod est alsiosum id vt pleriq; lapide aut testa substerni oportet caprile quo minus sit vliginosum

¶ Alter alterius. vel alteri re ri. Ter. in Heau. Hoc ipsum altere dū narrat forte audiui. Et ad vnum de duobus dicitur: vt annibal in transitu alpium amisit alterū oculū. Siue ad vnā duarū partiū. Cic. Duplices similitudines esse debent vnę reruz alterę verborum. Sue. Nec cessauit ex eo alterum alter criminari Vergi. Aurea mala decem misi. cras altera mittam.

¶ Alius de pluribus: vt alii virtutē pręponunt: alii voluptatē: alii indolentiam. Interdū tamen alius de duobus dicitur: vbi diuersa conceduntur: vt alia est facies mea: alia tua. Alter ad vnum de duobus refertur. Item alter ponitur pro secūdo de duobus pluribusve vt altero mense repudiaui vxorem. Et hic est alter annus belli punici. i. secūdus a belli punici origine. Aliquando pro ipsis duobus: vt vnus aut alter. i. vnus aut duo. Et alter nō est secūdus sed tertius: sicut docet Do. Terē. in Andria. Sed postq; accessit amās preciū pollicens vnus: et Item alter. Nam tres simul aderant. Et Verg. Alter ab vndecimo. Aliquādo ponitur pro alio. Ply. Tabulas plures pinxit e quibus vnam in foro: alterā in comitiis: duas in Pōpeii porticibus videmus. Aliquando pro aduerso ⁊ nō bono vt in auguriis: altera cum appelletur auis quę vtiq; prospera nō est.

¶ Altero as. pe. cor. vario ⁊ quasi alterū facio. Oui. in Fast. Ille suā faciē transformat ⁊ alterat alte. Sūt qui dicant hoc verbū in oratorū vsu nō esse ⁊ philosophis ęgre concedi extra q; pro eo quod est alterno: vt Ouid. in Me. Alterat vndas.

¶ Alter eris. siue alteres eris. pe. pro. ⁊ genere masc. significat massam plumbeā qua ad exercēda corpora in gymnasiis vtebantur. Mar. Quid pereunt stulto fortes altere lacerti Exercet melius vinea fossa viros. Dictus alteres a ἀλλομαι: quod est fallo. Nā circunducebant alteres dum saltando se exercerent

¶ Alternis aduerbiū vicissim nunc vnū: nunc aliud Verg. Alternis dicetis amant alterna camœnę.

¶ Alterno as. vicissim alterū duorū pono qđ vernacula lingua dicimus: mo luno mo laltro scambiare. Col lib. vi. Dabimus operā in ordinibus disponēdis pari vernaculas ⁊ acinas alternemus. Hinc alternatio per vicem successio: et compo. subalterno

¶ Alternatim aduerbiū significat per vices

¶ Alteruter quiuis e duobus siue alter ex duobus: hoc est o luno o laltro. Ci. in Verg. Video necesse esse alterutrū. Cęlius. Cic. Pompeius dicitur valde pro Apio laborare: vt etiā putent alterutruz de filiis ad te missurū. Hier. in Gene. aliter posuit. Diuisiq; sunt alterutrum a fratre suo.

¶ Altrinsecus pe. cor. aduerbiū ab alter formatū significat aliunde. Lactā. lib. de opi. Aures duas quarum duplicitas incredibile est quantā pulchritudinē prębeant: q; tum pars vtraq; similitudine ornata est tum vt venientes altrinsecus voces facilius colligantur. Item significat iuxta alterā partem. Plautus in pseu. Assiste altrinsecus atq; onera hunc maledictis Idem in Au. In ensiculo mei nomen patris post altrinsecus est securicula: item aurea litterata. Hiero. ad Pamma. Vbi proprietas singulorū est: ibi altrinsecus diuersitas:

¶ Altercor. caris. significat mutuo iurgia iactare: criminari ⁊ clamose inficiari ⁊ quasi aduersam partē tueri. Dicitur ⁊ alterco. Teren. Scio cuz patre tuo dudū altercasti. Hinc altercatio quę vt docet Quin. lib. vi. Constat aut intensione aut depulsione.

¶ Altinū pe. pro. Vrbs olim in littore Venetię florentissima fuit a qua altinates dicti sunt.

¶ Altus ta. tum. potest esse participiū ab alo alis. et nomen quo significatur pars superior: et quandoq; inferior. Altitudo enim nomen est mensure. Vnde dicimus altum cœlum ⁊ altū mare. Quinetiā altum ponitur pro cœlo ⁊ mari. Vergi. Hęc ait ⁊ maia genitū demittit ab alto. Idem. vix e conspectu siculę telluris in altū vela dabant lęti. Et altum vocamus profundiorē maris partem ⁊ a terris remotiorē. Sallust. Et piscatoria scapha in altum nauigat. Per translationez quoq; ponitur pro excelso ac glorioso. Vergilius. Te sine nil altū mens inchoat. Et pro veteri. Idem. Altius omne expediā prima repetens ab origine factum. Et pro magno: vt sic pater ille deū faciat: sic altus Apollo. Et pro obscuro ac recondito: vt quid me alta silentia cogis rumpere. Et illud. Manet alta mente repostum Iudiciū paridis. hinc fiunt cōposita. Altisonus pe. cor. qui ex alto sonat. Altitonans pe. cor. qui ex alto tonat. Altiuolans pe. cor. qui in altū volat.

¶ Altanus pe. pro. ventus qui in alto. i. pelago est.

¶ Altimeter pe. cor. instrumentū quo metiuntur alta.

¶ Altare ab altitudine dictum est. Nā antiqui in ędificiis a terra eleuatis sacra faciebant diis superis in terra diis terrestribus: in effossa diis infernalibus. Altare superis tantum consecratū erat. Ara tam superis q; inferis.

¶ Althęa cum diphthon. Nam gręce ἀλθαία dicitur malua agrestis. siue Mabię viscus qui a glutinosa est Nascitur in locis humētibus: cuius radices decoctę et diligenter mixtę porcino adipi ad sublenindū dolores vel tumores vulnerū valde vtiles comprobantur Est ⁊ althęa propriū Melagri matris nomen

¶ Alueus siue aluus vt Var. testatur: est cauata cortex vel vimineū vasculū manu factū in quo quid propter concauitatē reponitur. Hiero. ad Demetri. Habeto lanam semp in manibus: vel staminis pollice fila deducito: vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur: aliarūq; neta aut in globū collige: aut texenda compone. Apud Iul. Capitolinū legimus cum in Cęsareana familia paruuli in testudinis alueis lauarentur nato Albinio Ceionū posthumū eius patrez munere testudinis a piscatore cum hoste accepto illaz ad excaldationes pueriles dicasse. Vnde ⁊ locus vbi apes mellificāt. alueus siue aluus dicitur a mellis alimonia vt Var. existimat. Ply. lib. xi. Alueos ex cornu spectatos esse. i. apum aluearia. Dicitur ⁊ Alueus venter cuiuslibet rei inanimatę. Vnde ⁊ pro fluminis fossa per quem labitur flumen quandoq; sumitur. Verg. Assuetę ripis volucres ⁊ fluminis alueo. Aliquando pro naui: siue pro ipsius nauigii receptaculo: vt apud Proper. Aut quidnā fracta gaudes neptune carina Portabat sanctos alueus ille viros. Liui. lib. xxi. Alueos informes raptim faciebant. i. nauiculas. Declinatur ⁊ hoc alueum. Fest. Naustibulū alueum est ad nauis similitudinē factum

¶ Alueolus & alueolū cum accentu in antepenultima diminutiuū est pro vase cōcauo: vt est apud Dan. prophetā Abacuc intriuerat panes in alueolo: vt ferret messoribus. Itē accipit pro loco in quo pullos pariūt columbi. Col. lib. ix. Qua in alueolū ligneū conferat Itē pro tabula lusoria. quę alio noīe dicitur latruncularia: & aleatoria ab aleis & latrunculis. i. calculis: et triuialiter scachis quibus hinc bisseno puncto illinc quadris discoloribus vtimur ad ludū. Iuue. Laternā illud em̄ vestris datur alueolis qd̄ &c.

¶ Aluearū qd̄ & alueare & per apocopē aluear sumit pro loco vbi sunt aluei. Quandoq; etiā pro alueorum copia eodē in loco collocatorū mellificantiū

¶ Aluus ab alluendo dicta est. Et proprie dicit qua sordes effluunt siue eluunt. Ply. lib. xx. Pepones qui vocantur refrigerāt maxime in cibo & emolliūt aluū. Quandoq; capitur pro ventre qui apparet. Col. lib. viii. Nisi obesam ingluuiē atq; distentā in pabulis aluum demerserit & refrigerauerit. Itē aluus vbi apes mellificant. Var. Si ex aluo minus frequētes exeunt

¶ Alumen pe. pro. salsugo terrę. Efficitur hyeme ex aqua & limo & estiuis solibus maturat: dictū a lumine q lumen coloribus tingendis prestet. Ply. Sale aceto alumine postea exharenatur.

¶ Aluta pe. pro. pellis a luteo colore dicta. Ces. li. iii. Anchore pro funibus ferreis catenis: reuinctę pelles pro velis alutęq; tenuiter confectę. Item aluta dicitur pellis mollior & ad calceos & ad cętera opera facienda concinnata. Sumitur etiā quandoq; pro sacculo seu marsupio. Iuue. Appositā nigrę lunam subtexit alutę.

¶ Alutarius coriarius hoc est pelliū & coriorū cōcinnator. Plaut. Hic alutarius credo. Proprie tñ aluta tu tenuiorū pelliū dicunt. Coriarii crassiorū. Et alutarius piscis vocatur a Plynio. ob similitudinē alutę pellis.

¶ Alutamen alutamentūve a veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factū.

¶ Alyba regio nō longe a mysia vbi argenti fodinę esse ab Homero traduntur.

A ante M

¶ Am prępositio grǽca quę plerunq; cōposita inuenitur: significatq; circū. Cato separauit cū dixit. Am terminū. Verū quando cōponitur cū dictione incipiente ab a. e. i. o. u. interponit b. euphonię causa vt ambages ambio: ambesus: ambigo: amburbiū: ambarualis: ambustus. Si vero cū c. h. s. q. mutat m in n. vt Ancisus: anhelo: anfractus: anquiro: cum p remanet integra: vt amputo.

¶ Amalthea pe. prod. nomē fuit nutricis Iouis. Nā ipsa cū sorore sua Melissa Iouē puerū caprino lacte ac melle pauisse feruntur.

¶ Amanuenses a manu vocabulū formatū: quo dicti sunt serui: qui & a manu dicunt: quorū opera & manu in scribendo perinde: ac scribarū vtimur.

¶ Amando as. alio mando siue alio deputo: cū quis alio mittitur: & a loco vbi est remouetur. Ci. pro Roscio. Amandauerat hunc sic vt esset in agro: ac tantūmodo aleretur ad villā vt commodis oībus careret. Admando vero significat ad aliquem vel aliquo aliqd cupiā cōmitto. Plau. in Pe. Reuertor rursus denuo Carthaginē si quid admandare vultis aut curarier argentū misi qui dederit nugas egerit.

¶ Amanthes populi sunt in aphrica troglodytis proximi apud quos tū salis tū carbunculorū gemmarūq; copia est. Auctor Solinus.

¶ Amaracus. penul. cor. Cynarę regis cypri puer qui casu lapsus dum ferret vnguenta fregit alabastrū. deinde cū nimio dolore contabuisset versus est sansucū: quę ex eius noīe Amaracus cœpta est appellari. Verg. Ubi mollis amaracus illū floribus & dulci aspirans complectitur vmbra. Herba est quā vulgo maioranā vocant.

¶ Amaraciū pe. cor. siue sansucinū oleum: quod fit ex amaraco. Ply. lib. xxi. de sensuco loquens. Fit ex ea oleū quod sensucinum vocatur: siue amaracinū ad excalfaciendos emolliendosq; neruos. Lucreti. Postesq; superbos iungit amaracino et foribus miser oscula figit.

¶ Amaranthus flos est ab immortalitate nomē trahens. Unde immortales amaranthi. Nunq̄ em̄ marcescit. Fitq; ab α priuatiua particula & μαραινομαι: siccor: tabesco.

¶ Amaritudo & amaror pro eodē accipiuntur. Nā significant insuauitatē & asperitatē. Et per translationem animi sollicitudinē. Verg. ii. Geor. Tristia tentatū sensu torquebit amaror.

¶ Amarulentus: amaricatus afflictus ex maliuolentia. Gelli. Amarulentus librū maledicentissimū conscripsit.

¶ Amarico as. pe. cor. amarū. i. asperū facio: & quasi exacerbo. Aug. Ipsi amaricauerunt deū: qui peccando in eā ęgritudinē deuenerunt.

¶ Amarescere. i. amarū fieri. Palladius. Amigdalus si rodatur amarescit.

¶ Amaramis (vt refert Iosephus) fuit nomē patris Mosis.

¶ Amanus pe. pr. mons Cilicię siue (vt quidā putāt) Cappadocię: qui & Taurus dicitur.

¶ Amath. nomen filii chanaam qui auctore Iosepho Amatheos instituit: qui & amathi dicuntur.

¶ Amasenus. pe. pro. fluuius Volscorū. Est & alius in Sicilia eodē noīe: de quo Ouid. xv. Metam. Nec nō sicanias voluens amasenus arenas.

¶ Amasias nomen propriū iudęorū regis quo significatur populū tollens.

¶ Amasis pe. pro. nomen propriū regis ęgypti: cuius tumulus fuit vna pyramidū dicente Luc. lib. ix. Nō mihi pyramidū tumulus euulsus amasis. Hic legem condidit vt quisquis quotānis apud presidē rationē vitę redderet: demonstraretq; vnde viueret aut quo questu sustentaret: qui hoc nō faceret morte afficeret Hāc legē Solon ab ęgyptiis trāstulit ad Athenienses

¶ Amauroses: latine dicunt oculorū obscuritates sine vllo euidenti vitio lumen eripitur sicut hebetudo.

¶ Amaxei siue amaxarii aurigę moderatoresq; vehiculorū. Nā gręci ἄμαξαν currū appellant. Et quod nos septētriones in cœlo vocamus illi amaxan vocant quia simile plaustri hoc sydus vocatur. Scribit Iul. Capitolinus q maximinꝰ amaxas manibus attraheret rhedā onustā solus moueret.

¶ Amaxobii populi inter Sarmatas qui & ipsi nomē acceperunt a plaustris quę habent pro sedibus et in quibus vitā ducunt. Amaxā em̄ gręci plaustrū & βιον vitam degunt.

¶ Amathus pe. cor. untis. cypri ciuitas est: vt sentit

Ply. Veneri sacra. Verg. lib. x. Est amathus: est celsa mihi paphos atq; cythera. Ouid. Piscosamq; gnidō grauidamq; amathunta metallis. Inde fit Amathūteus a. um. pe. pro. Idē lib. x. Luctātes vitulos amathunteasq; bidentes. Similiter Amathuntius tia. tium. Ver. in Cirl. Naz te iactari nō est amathuntia nostri.

¶ Amazones penu. cor. Scythicæ fœminæ iuxta Tanaim primū inhabitātes: deinde ad loca iuxta Thermodoonta fluuiū deuenerūt: quæ magnā Asiæ partē occupauere. Dictæ amazones eo q mammis careant ab α sine & μαζος mamma. Mos em fuit amazonibus interfectis maribus quos genuissent seruare fœminas earūq; infantiū māmas dextras inurere: ne impedimento sint ad pugnā conserendā & ne sagittarū iactus impediat. Vel amazones ab α et μαζης. id est pulte seu pane: quasi sine pane: eo q nō pane vescerentur: sed carnibus. Alii ab αμα & ζην. cū aspiratione in principio tanq; in cōmune viuentes dictas putant. Harū regio amazonia dicitur. Aliæ fuerunt amazones: quæ in aphrica floruerūt: quæ ob id libyæ dicuntur. De quibus scribit Dio. lib. iiii. quæ olim aduersus Gorgonidas fœmineū duxerunt exercitū: easq; occiderūt. Deus Eschylus tragicus i prometheo ita scribit εν αμαζονων σρατον ισ εισ στυγανορα ... θεμισκυραν ποτε κατοικιουσιν. Eustathius multa in cōmentariis Dionysii libyci sed Stephanus byzantius in libro de populis & vrbibus aliā rationē dicit cur vocent amazones. Ait em αμαζονεσ δε εκληθησαν απο τησ νυμφησ αμαζονιδοσ θυγατροσ τησ σαμορνησ: et multa alia

¶ Amaryllis amarillydis. nomē fuit rusticæ propriū de qua Vergilius.

¶ Ambio bis. iui. vel bii. itum. ex am & eo is. per mutationē. e. in i. & b. intercepta significat pprie circuo: concludo. Verg. Quæ rapidus flāmis ambit torrentibus amnis. Iul. Firmicus. Pompeii post tot triumphos ad nili fluminis ripam ceruices inuictas et regias & quas totiens purpura triūphalis ambierat. Per translationē vero ambire ponitur pro blandiri interpellare circūuenire. Verg. lib. iiii. Quo nunc reginā ambire furentē audeat affatu. Quoniā vero romani dū honores & magistratus quærerēt circuire singulos solebāt: prehensare dextras: rogareq; vt se suffragiis adiuuarent factū est vt ambire capiatur pro honores quærere. Interdū etiā significat simpliciter desyderare. Hiero. ad Dama. Campenses cū Tharsensibus hereticis copulant. Nihil em aliud ambiunt q vt auctoritate cōmunionis nostræ fulti tres hypostases cū antiquo sensu prædicent. Aug. lib. viii. conf. Quæso te oibus istis laboribus nostris quo ambim⁹ peruenire: quid quærimus? Terē. vero in And. Nisi vides nisi senis amicos oras ambis: i. nihil agio. Et ambire rogare. Hora. lib. car. Te pauper ambit: sollicitat te ruris colonus.

¶ Ambitus ta. tum. pe. pro. participiū circuitus: vt Iussit & ambitæ circundare littora terræ.

¶ Ambitus tus: pe. cor. nomen pprie circuitus. Lau. libro primo. Lætalisq; ambitus vrbi. Dicitur & ambitus locus inter vicinorū ædificia duorū peduz & semis ad circumeundi facultatē relictus. Ex quo honoris ambitus dici cœptus est. Sal. Legibus ambitus interrogati pœnas dederat. Est em ambitus crimē affectati honoris. Nā qui vera virtutis via ad honorē aspirare nō potest: is ambitione contendit: quæ vt inquit Sallust. multos falsos fieri coegit. Hinc latæ leges ad ambitū puniendū: qualis lex Calphurnia. Capitur interdū pro specie quadā fauoris & captatione misericordiæ. Quin. Si iuuenis innocentissimus iudices vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis poterat allegare vobis amissam in oculis oim cogitationum temeritatē. i. misericordiā captare ex cōmemoratione maloꝝ. Et ambitus dicitur quod græci periodon vocant cū sententia certa quadā descriptione definitur: Sed hic constat ex mēbris quæ cola dicuntur et cæsis quæ comata appellant.

¶ Ambitio circuitio. Amb. Sinus i quo christus requiescit nō corporis gremio præparat: nec vestimentorū ambitione cōponitur: sed virtutū operatiōe colligitur. Sumitur & pro honorū & laudis immoderata cupiditate Est em in animo: cuius etiā ipsa ambiētis actio: ambitio dici possit. Quintil. lib. i. Et licet ipsa vitiū sit ambitio: frequenter tamen causa virtutū est

¶ Ambitiosus: qui immoderate appetit honores: et qui misericordiā fauoremq; impertit. Quintil. lib. i. Nō sum ambitiosus in malis: nec lachrymarū augere causas volo: vtinā esset ratio minuendi. Oui. lib. iii. de pon. Sed tn̄ hoc factis adiungo prioribus vnum Pro nostris vt sis ambitiosa malis.

¶ Ambages pe. pro. significat verborum circuitus. Ver. li. ii. Ge. Nū hinc te carmine ficto. Atq; per ambages & longa exorsa tenebo.

¶ Ambagiosus. sa. sum. quod abundat ambagibus. Gel. Neq; præcepta dicunt. sed lubricantq; ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa & vera.

¶ Ambactus circūactus circūductus & lingua gallica seruus appellatur.

¶ Ambesus pe. pro. Vide in dictione edo.

¶ Ambaruali ex ambio & aruali: quod ab aruis est compositū. Sacrificiū dicitur q arua ambiat victima. Verg. Terq; nouas circū felix eat hostia fruges Festus tamen ab ambo videtur cōpositionē deducere dicens. Ambaruales hostiæ appellabant: quæ pro aruis a duobus fratribus sacrificabantur.

¶ Ambiani siue ambianenses populi sunt galliæ narbonensis cōtræ: quos Ply. lib. iiii. beloacis cōiungit

¶ Ambigo gis. pe. cor. ex am & ago: pprie significat circūago circūdo. Aug. Quibus muris ambigare. Unde ambactus & ambages. Itez ambigere est dubitare. Unde ambiguum Itez discordem esse. litigare. Teren. in Heau. Simo & crito vicini nostri hic ambigunt de finibus me accepere arbitrum.

¶ Ambiguū dubiū q in ambas agi partes aio potest licet & de pluribus intelligi quandoq; possit Ci. li. i. ad heren. Ex ambiguo controuersia nascitur: cū scriptum duas sententias aut plures significat hoc modo Tullius meus heres Terentiæ vxori meæ. xxx. pondo vasorū argenteoꝝ dato quæ volet post mortē eius preciosa vasa & cælata magnifice petit mulier Filius se q ipse vellet in. xxx. pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo.

¶ Ambo ex græco αμφω videtur deductū. Et nō dicitur nisi quando præcesserunt duæ dictiones: vt Plato et Aristoteles ambo philosophi. Vel cum hæc dictio duo vl' vidi duos hōies ambos mihi amicos: vel cum de iis loquimur: quæ tantūmodo sunt duo vt perdidi ambos oculos. & ambas manus.

¶ Ambidexter dicitur qui ita leua manu vtitur vt

dextra. Grece αμφοτερο δεξιος. Hieron. con. Joui. Aioth ille iudex αμφοτερο δεξιος. id est ambidexter. Hic etiā scęua dicitur a latinis. Scribit Albertus li. secundo de aialibus causam propter quā quis agilio re sit sinistra ꝙ̃ dextra: quia videlicet hepar ⁊ cor virtutes suas mittunt in sinistrum latus ⁊ a dextro remouentur.

¶ Ambracia vrbs in Epiro pyrrhi regis ab ambrace rege. Hanc Augustus Nicopolim a victoria noiauit. Fuit hęc ciuitas ornatior reliquis ciuitatibus. Hinc Ambraciensis ⁊ ambraciotes: siue ambraciota. Unde Theombrotus ambraciota dictus est: qui cū Platonis librū de ęternitate animarū perlegisset pręcipitē se dedit in mare.

¶ Ambrices pe. cor. sunt tegulæ quę transuersę asseribus ⁊ tegulis interponunt̄ inquit Festus: vbi per asseres canterios etiā intelligimus. Imbrices vero tegulę quibus incuruis domus tegitur.

¶ Ambrysus pe. cor. nomē est duarū vrbiū quarum vnā Stra. locat in phocyde alterā in boetia. Quidā etiā Amphrysum recte dici affirmāt. Pausa. Ambroson quandoq; vocauit ab heroe sumpto noie.

¶ Ambrones gentes quędā Gallię: quę subita inundatione maris cū sedes suas amisissent rapinis se alere cœperunt. Hos cū cymbris teutonicisq; Marius deleuit. Hinc tractū est vt turpis vitę hoies ambrones dicantur.

¶ Ambrosia latine immortalitas dicitur. ab α priuatiua: ⁊ βροτος mortalis: vel quia mortales eā nō comedunt: vel quia qui comederent efficerent̄ immortales. sed μ interponitur ad euphoniā. Fabulę ferūt esse deorū cibum nectarq; potionē: ex quo illud Epigrāmatistę. Juppiter ambrosia satur est: ⁊ nectare viuit. Cic. li. i. Tuscu. Non eni ambrosia deos aut nectare aut iuuentute pocula ministrāte lætari arbitror. Ambrosios diuinus ⁊ immortalis dicitur. Diasco. ambrosiam artemisiā cuius verba sunt hęc. αμβροσια ποιησι ην ενιοι βοτρυν οι δε αρτεμισιαν καλουσιν. Alii apium syluaticū. Plyn. Botryn vocat odore nō iniocundo. Idem scribit herbā esse vagi nois ⁊ circa varias herbas fluctuantē. Ambrosius sia. sium. immortalis. Verg. Ambrosięq; comæ

¶ Ambrum gemma nigri coloris.

¶ Amburo pen. pro. circū vro. Plaut. in Epi. Nā ille quidē vulcani irati est filius: quaqua tangit oīe amburit: si propius adstes ęstu calefacit.

¶ Ambulo as. notæ significationis: vt qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Huius cōposita sunt. Abambulo quod est ascendo anteambulo ante alios ambulo. A quo anteambulones dicti suut stipatores et satellites qui honoris gratia aliquē comitādo principem solent præcedere. Sue. in Vespa. Dū euz identidem per contumeliā anteambulonē fratris appellat Mar. sum comes ipse tuus: tumidiq; anteambulo regis. Deambulo: vide alibi. Inābulo spatior. Et proprie inambulare est peripateticorū qui deambulātes disputare consueuerūt. Obambulo: aduersus alios ambulo ⁊ quasi ambulanti me oppono. Perambulo ꝑ aliquid: siue ad finē vsq; ambulo.

¶ Ambulator qui huc ⁊ illuc ambulat. Col. Uillicus: vt ait Cato ambulator esse nō debet.

¶ Ambulatio ambulandi actus: ⁊ locus ad ambulandum: vel per quā ambulamus. Col. Ambulatiōes meridicorū ęquinoctiali subiectę sint: vt hyeme plus solis: et ęstate nimium recipiant. Huius diminutiuū ē ambulatiuncula. Ci. Cū vna me hercle ambulatiuncula: atq; vno sermone nostro oēs fructus prouincię non confero.

¶ Ambulachra pe. pro. ambulationes sunt. i. actus ambulandi. Et aliquando dicunt̄ spacia ad ambulandum vbi cōmode ambulari potest ad satietatē propulsandam.

¶ Ambubaię porphyrione auctore sunt mulieres vagę ac viles quibus nomē ab ebrietate balbutientius verborū videtur esse inditū. Nonnulli ambubaias tibicinas syriaca lingua putāt dici. Hora. Ambubaiarum collegia pharmacopolę.

¶ Amen dictio hebręa: quā nos fideliter scdm aquilę interpretationē dicere possumus ductū aduerbiū ex noie fidei. Scdm vero septuaginta interpretes idē est ac si fiat diceremus. Unde in fine librorū. In quinq; siquidē psalteriū apud hebręos diuisum est. fiat fiat transtulerunt qđ in hebręo legitur. Amen amen: quo ea vere quę supra dicta sunt memorent̄. Unde apostolus asserit nō posse aliquē respōdere amen. i. cū dicta sunt: nisi intellexerit prędicatione.

¶ Amens: qui a mente sua discessit. hoc est qui sine consilio: animoq; quo sapimus. Lucre. Consiliū quod nos animū mentēq; vocamus. Hinc amentia. Terē. in And. Cur meā senectutē sollicito huius amentia? Quidē amentē a demente ita distingunt: ꝙ demens sit qui nō cogitat quid agat aut loquat̄. Amens: qui prorsus insanit.

¶ Amentū omne ligamē significat. Plyni. Cordelię gracchorū matri sedens statua posita fuit soleisq; sine amento insignis: in metelli publici porticu. amentum etiā dicitur lorū quo media hasta religatur vt iaci longius possit. Syri. lib. xiiii. Hasta iuuatur amento. Hinc amentatas soleas ⁊ amentata iacula dicunt̄. Et amentare apud Lucanū pro iacere aut circūdare Jaculum amentauit habena.

¶ Ames amitis mas. gnis. pertica aucupalis. Hora. in Epod. Aut amite leui parua tendit rhetia. Palla. Nunc in amitibus apparetur aucupiū noctuę.

¶ Amerinę. pe. pro. ab amerino Italię oppido vbi plurima erat salix amerina: quā nunc vulgus agnū castū appellat.

¶ Amineū genus vitis regione amines dictū. Nam aminei fuerunt vbi postea falernus.

¶ Ametor pe. pro. latine dicitur: qui caret matre

¶ Ametros latine immensus: immodestus. Ametria immodestia. ab α priuatiua ⁊ μετρεομαι και τε μετρον

¶ Ameria ciuitas in vmbria ante persicū bellū annis nongentis. lxxiiii. condita.

¶ Amethysthus cū duabus aspirationibus et ypsilo gemma purpurea est a colore violę dicta quasi minime ebria ab α priuatiua particula ⁊ μεθυσθεις ebrius siue μεθη ebrietas: tanq; amethystinus color sit sobrius. Ratio nois est ꝙ cū vsq; ad vini colorem accedat: prius tamen ꝙ̃ id degustet in violā desinit. Fulgor in ea purpurę est: nō ex toto igneus sed in vini colorem desinens ⁊ violę similis. Hinc amethystina pen. correpta vasa ex amethystho. Juue. Uendūt amethystina. Ply. Amethysthinū colorē dicimus qui in viola: et ipse in purpureū micat quemq; ianthinum appellauimus.

¶ Amicio cis. pe. cor. iui. itum supinū debet facere. Amixi etiā prēteritū ⁊ supinū amictū facit. Unde amictus

ctus. Est aũt amicire vestire. Hor. Et piper ⁊ quicqd chartis amicit ineptis. Huius cõposita sunt examicio ⁊ circũamicio. Persius. Iã reliqua ex amicis patruelis ps. Circũamicta varietatibus. Veteres amicibor dicebant. Plaut: Subnixus alis me inferã atq amicibor gloriose. In Per. legitur examitis.

¶ Amictus. ta. tum. participiũ idez quod vestitus. Cic. lib. ii. phi. Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

¶ Amictus tus. vestis quę superponit alus vestib⁹ quasi palliũ. Tibul. Frustra ita vestes: frustra mutantur amictus. Sunt qui amictum accipiant pro veste magis inferiore.

¶ Amiculum genus vestis a circuitu dictũ qḋ instar pallii humeris circũ inicitur. Val. maxi. Detracto etiã Ioui olympio magni ponderis aureo amiculo iniectoq ei laneo pallio dixit: ęstate graue esse aureum amiculũ: hyeme frigidũ. Laneũ aũt ad vtrunq tempus anni aptius.

¶ Amicinũ pennit. producta vtris pediculus ex quo vinum diffunditur.

¶ Amison pe. pro. ciuitas ponti nobilissima.

¶ Amitto dimitto seu abire permitto. Plau. in Cap. Filius meus illic apud vos seruit captus aulide: euz si reddis mihi postea vnũ nummũ ne duis: ⁊ te ⁊ tunc amittam. Hinc alio pacto abire nõ potes. Ouid. de pont. Nec nocet amisso subdere calcar equo .i. laxis habenis ire permisso. Itez amittere significat perdere. Sallust. Iampridẽ equidẽ nos vera rerũ vocabula amisimus: quia bona largiri liberalitas: malarũ rerum audacia fortitudo vocatur. Item amittere alio mittere. Ter. in Heau. Et prius pecuniã omnẽ quaz abs te amittas filiuz huic quanta phenestrã ad nequitiam patefeceris. Itez ignoscere. Idẽ in Eunu. Vnã hanc noxã amitte: si aliã admisero vnã occidito. Itẽ adimere. Plau. in Asi. Cur ergo minitaris te tibi vitam esse amissurum.

¶ Amiternũ vrbs campanię: ex qua Crispus Sallustius natus perhibetur.

¶ Amita pe. co. patris mei soror quia similiter tertia a me sit atq auia videri possit Vel quia a patre meo amata est. Nã plus sorores a fratribus qȝ fratres dilligi solent propter dissimilitudinẽ personarũ quę ideo minus dissensionis habent: quo minus ęmulationis. Maior amita dicebatur aui ⁊ auię amita sicut ⁊ maior auunculus aui ⁊ auię auunculus.

¶ Amitini pe. pro: dicunt qui ex sorore ⁊ fratre propagantur.

¶ Amor plus est qȝ beniuolentia: licet plęrunq pro eodẽ accipiantur. Ex amore eñ nascitur beniuolẽtia sicut ostendit Cic. Amor eñ ex quo amicitia nominata est: princeps est ad beniuolentiã coniungendã. Differt etiã amor a charitate qḋ amor sit genus charitas species: ille ad oẽs ptinet: hæc ad hoẽs tantũ. Amor singulari numero: plęrunq honestus est: vt amor fraternus. amor patris in filiũ. Cic. Incensus sum amore incredibiliũ virtutũ tuarũ. Potest tamen ⁊ in venerẽam partẽ accipi: Et tunc scdm Aug. cupiditas aut libido vocatur. Ver. Omne adeo genus in terris hominumq ferarũq. Et genus ęquoreũ pecudes pictęq volucres. In furias ignẽq ruunt: amor oibus idẽ. Amor inquit Plau. melle et felle fœcundissimus est: gustu dulce dat amarum: ad satietatez vsq aggerit. Amor formæ ait Seneca rationis obliuio est: ⁊ insaniæ proximus fœdũ minimeq conueniens animę sospiti vitiũ: turbat consilia: altos ⁊ generosos spiritus frangit: a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. Hinc amor pro cupidine: quem veteres amoris deum dicebant. Amores vero plęrunq lasciui sũt Licet quandoq etiã de honesta voluptate dicantur. Cicero lib. i. offi. Formã quidẽ ipsam Marce fili ⁊ tãqȝ faciẽ honesti vides: quę si oculis cerneretur admirabiles amores sui excitaret. De lasciuo. Hier. Amoribus fœminarũ infatuatur. Amor quoq pro cupidine quẽ veteres deũ esse putauerũt accipi solet. Pro. Quicunq ille fuit puerũ qui pinxit amorem.

¶ Amare maioris vis est qȝ diligere. Ci. Dolo. Quis erat qui putaret ad eũ amorẽ quẽ erga te habebã posse aliquid accedere: tantũ tamen accessit: vt mihi denicq nunc amare videar ante dilexisse. In eodẽ sensu idem. Cic. ad filiũ: Sed tamen vt scires eũ nõ a me diligi solũ: verumetiã amari. Teren. tamen contrariũ posuisse videt. cũ inquit. Nõ pol quo plus quẽq amẽ aut plus diligã habeo. Proprie tamen parentũ est diligere: vt pater diligit filiũ. Quod si amo absolute ponatur: capitur pro amore captus sum: hoc est esset inamorato. Plau. Amat filius certũ est. Cõposita hui⁹ verbi sunt Adamo. Deamo. Redamo ⁊ peramo pen. correpta quod est valde vel vsq ad finẽ amo. Cic. li. i. de legibus. Ubi illa sancta amicitia: si nõ ipse amicus peramatur toto pectore?

¶ Amator ⁊ in bonã ⁊ in malã partẽ accipitur. In bonam. Cic. ad Atti. Bibliothecã tuã caue cuiq despõdeas qȝuis acrem amatorẽ inueneris. In malam: vt Amator mulierũ. Amator qui procliuis ẽ ad amandũ naturaliter. Amans ex causa amat: amator fingi potest: amans vere amat.

¶ Amatorculus diminutiuũ. Plau. Nam qui sedulo munditer nos habemus: vix ęgre amatorculos inuenimus.

¶ Amanter aduerbiũ significat beniuole vel cũ amore vt expectatũ meũ aduentũ abs te amanter videbã Amice vero significat quod amicus facit vel facere debet: vt amice facis.

¶ Amatorius. ria. rium. quod ad amorẽ pertinet. Vnde amatoria carmina. Hinc amatorie aduerbiũ quod est ad similitudinẽ amantis.

¶ Amatoriũ substantiuũ genus quoddã veneni: amorem: vel insaniã ingerentis: qḋ ⁊ philtra gręce dicim⁹.

¶ Amatoria dicta fuit vna ex musis: quæ Erato gręce dicitur. Ouidius. Vilis amatorie: vilis mihi candida clio.

¶ Amabile quod est dignũ amari. Plau. Compara labella labellis bella es atq amabilis. Cuius cõtrariũ est inamabile. Mart. Inamabilis sciurus ⁊ frequens phœnix.

¶ Amabundus qui abunde amat. Copiã eñ in bundus terminata denotant.

¶ Amabo cũ accentu in antepenul. Interiectio amatis est: sicut sonat verbum comicis valde familiaris: Plau. Noli amabo verberare lapidẽ ne perdas manũ

¶ Amasius vel amasia qui ⁊ quæ amat vel amatur. sicut amans cũ est substantiuũ.

¶ Amicus ab amando dicitur: ⁊ honesta in re est. Est enim qui amat ⁊ indissolubili familiaritatis iure coniunctus. Paul. Amicos appellare debemus non leui notitia coniunctos: sed quibus fuerint iura cũ patre familias honestis familiaritatis quæsita rationibus

Malus contrariũ est inimicus. Amica quando ad vitum refertur inhonesta in re est quasi concubina. Tu vero nõ amicus es: sed amator eius: quoniã amator est qui ad tẽpus & venereẽ amat. Et amor huiusmodi amatio dicitur. Teren. Here putaui hunc pamphilũ amicũ amatorẽ virũ. Do. Amicus animi est amator corporis. Amator ad tempus: amicus in perpetuum Plau. Nimis pene inepta atq; odiosa eius amatio est

¶ Amicus ca. cum. si iungatur cũ re inanimata significat vtile siue gratũ: vt amicus prati humor: amica frugibus ęstas. amicũ plantis sydus. Hinc fit comparatiuũ amicior nõ amicicior: superlatiuũ amicissimus Item amice amicius amicissime. Sic inimicus inimicior inimicissimus.

¶ Amiculus diminutiuũ. Hora. in Epi. Disce docendus adhuc quę censet amiculus. amicula diminutiuũ ab amica. Ply. Miserat etiã epistolas Romã ad amiculam quandã. Suet. in Cali. Quotiens vxoris vel amiculę collũ exoscularet. Hęc em̃ diminutiua plena blanditiarũ & amatoribus accõmodata sunt.

¶ Amicitia ab amicus fit: quę est studiorũ omniũ voluntatũq; consensus. Cuius contrariũ est inimicitia Ennius. Amicitiã atq; inimicitiã in fronte prõptã gero: sed in frequentiore vsu inimicitię dicuntur.

¶ Amomũ pe. pro. arbor est vt Ply. lib. xii. scribit forma e vitę labrusca frutice venenoso palmi altitudine Aetius tamen amelinus insignis medicus ita scribit αμωμον εοικετην Δυναμιν ακορω πλεονοτι ξηροτερον εςι το ακορον λεπτικωτερον Δεπως το αμωμον.

¶ Amodo cũ accẽtu in antepenultima significat post hac. Apul. Nemo me amodo tam mane egredientem solum videbit.

¶ Amœbęus in prima cũ œ & in secũda cũ ę genus carminis in quo qui canunt vtuntur ęquali numero versuum: & ita se habet ipsa responsio: vt aut maius aut contrariũ aliquid dicat: vt est apud Ver. Vis ergo inter nos. Quoniã αμειβομαι est adinuicẽ respondeo: retribuo & migro et plura significat: inde αμοιβαιος mutuus vicissitudinarius.

¶ Amœnũ cum œ. diphthon. ab a sine & munus: q; sit res grata sed sine fructu. Vel vt inquit Ser. a mœnio munio vel fructu capio. Unde qui nihil pręstant immunes vocantur. Fest. ab amo deriuat cũ ait. Amœna loca dicunt: quę ad se amanda alliciũt. Hinc Amœnitas & amenitudo.

¶ Amœno nas. delectatiõe afficio. Cypri. ad Dona. Et dum in arbores & vites. quas videmus oblectante prospectu oculos amœnam⁹ animã simul et auditus instruunt & pascitur obtutus.

¶ Amolior ris. ex a & molior: quod a mole significat amoueo. Et proprie de his dicitur: quę cũ magna difficultate summouentur. Ter. per translationẽ in An. pro recedo posuit. Proinde hinc vos amolimini. Nã mihi impedimento estis. Admolior cũ d significat suppono.

¶ Amorrhei populi dicti sunt ab Emor patre Sichẽ vel ab amorrheo filio chanaam.

¶ Amoueo es pe. cor. inde alio moueo siue remoueo Plau. in Am. per translationẽ Amoui a foribus maximã molestiã: id est abegi siue abire compuli. Quasi prius dixerat Abigã ego iam hunc venientẽ ab edibus. Quo item modo Teren. in adel. vsus est. Ego hunc amouebo.

¶ Amnestia latine pręteritorũ obliuio dicitur in perpetuũ quasi lex obliuionis μνηςεια memoria dicitur ab μνημη memoria & μνεω cũ α μνησεω.

¶ Amnis fluuius ab am circũ & nare fluere: vel ab ambio. Quia em̃ flumina circumeũt. Ideoq; cornuta pinguntur. Tamen ego credo q; potius a gręco deducat cũ & Calimachus dicit in hymno Dianę. Δος Δε μοι αμφιπολοισ αμνιΔασ εικοσι νυμφας quis interpres calimachi ita scribat αμνισος ποταμος κρητικος αφ ου κρητικας.

¶ Amneses vrbes prope amnes sitę vt a mari maritimę: vnde interamnes q̃ inter amnes positę vel auersę habent amnes.

¶ Ampelus penul. pro. promontoriũ est sicut scribit Strab. in Samo et aduerso drepani montis Icarii. Sed & iuga oĩa quę totã samũ faciunt montosam eodem nõie vocantur ampelos.

¶ Ampelos gręce vitis vel vinea. cũ accentu in antepenultima. Tamen αμπελολευκη ampeloleuce: vel a qualitate coloris vel q; eius radix contrita & corpori infricata teneriorẽ & candidiorẽ cutẽ reddat. Nã et succus baccarũ eius lac vberibus siccis reddit

¶ Amphi latine circũ siue vndiq; aut vtrinq; significat & inde multa componuntur.

¶ Amphibolũ pe. cor. ambiguũ dicitur. Ex αμφι vndiq; & βουλη consiliũ senatus consistoriũ: vel αμφι και βαλεσθαι. i. vtrinq; percutit vt theodorus gaza in quibusdam locis Homeri.

¶ Amphibolia pe. cor. ambiguitas.

¶ Amphibologia pe. prod. dubiũ dictũ. Figura quę fit vicio cõpositionis cũ in ambiguo posita est sententia. Et modo fit per accusatiuũ: vt aio te ęacida Romanos vincere posse. Modo per verbũ cõmune: vt cũ dicimus. Cato iniuste criminatur. Incertũ est em̃ an ipse ab alio crimínetur: an ipse aliũ. Modo per participiũ: vt vidi statuã aureã hastã tenentẽ. Modo per homonyma: vt si quis dicat aciẽ nec exprimat oculi vel gladii vel exercitus. Potest etiã fieri aliis modis Componiturq; ex αμφι & λογια sermocinatio quasi sermo ille sententiã dubiã indicet.

¶ Amphilogos similiter sermo dubius dicitur

¶ Amphibia aĩalia in terris vel in aquis viuentia Amphibion gręci dicunt quod est duplicis vitę. Col. lib. ix. Uenio nunc ad aues quas gręci vocant αμφιβιον. quia nõ tantũ terrestria: sed aquatilia quoq; desyderant pabula: nec magis humo q; stagno consueuerunt ab αμφι και βιος vita q; in ambobus elementis degant. Amb. Quinetiã cũ plęraq; pedes habeãt et ambulandi vsuz eo q; sunt emphibia: q̃ vel in aquis vel in terris viuant: vt sunt phocę crocodili equi fluuiales αμφι circũ βιος vita.

¶ Amphibracus pen. cor. pes est: ex prima et vltima breuibus: media producta: sic dictus q; in vtraq; parte breuem habeat. βραχυς em̃ breuis dicit: vt cupido

¶ Amphimacrus: & amphimacer pen. cor. pes ex tribus syllabis constans prima et vltima longis media correpta vt pallidi: sic dictus q; vtraq; parte longam habeat syllabã μακρος em̃ longus. Est em̃ cõtrarius amphibracho.

¶ Amphimachus nomen viri propriũ.

¶ Amphilochus pen. cor. philosophus atheniensis qui de agricultura scripsit.

¶ Amphitheatrũ pe. pro. dici potest vndiq; spectaculum: q; ex duobus theatris sit factũ. Nã duo theatra sunt. Theatrũ em̃ hemicycli formã habet. Ponit aũt

pro loco spectaculi vbi pugnabāt gladiatores. θεάομαι specto ἐλληνιστὶ δὲ θέατρον.

¶ Amphitryon herculis genitricis coniūx. Unde et patronomicū Amphitryoniades a poetis dicitur.

¶ Amphitrites pe. pro. fingit a poetis esse vxor Neptuni ꝛ signi. mare ab ἀμφὶ circū ꝛ τρεῖν terrere. Mare enī circū se nauigātes pereundi terrore insequitur Hesiodus in theogonia.

¶ Amphitape vestes vtrinqꝫ villos habētes am ἀμφω: quod significat duo. Var. Alterum bene acceptū dormire sub amphitapa bene molli.

¶ Amphimala ꝙ vtraqꝫ parte sint villosa sicut amphitapetes. Erant tunice gausapine ex vtraqꝫ parte pilos habētes: que ꝛ gausapia dicebant. Erāt ꝛ Amphimaschala ab axillis dicta ꝛ ingenuis dicata: sicut heteromaschala seruitiis. Auctor Juli. Pollux. Nā ex altera tantū parte villosum heteromallon vocabāt et malloten quoqꝫ.

¶ Amphora pe. cor. genus vasis vinarii duas ansas habētis sic dicta ꝙ ex vtroqꝫ latere capta ferat. Sūt autē amphore quas ꝛ Ceramia ꝛ Metretas et latine quadrantalia vocāt. alie minoris meusure vt Italice alie minoris duplo: vt Antiochice. Cados aūt a grecis quoqꝫ pro amphoris quādoqꝫ acceptos fuisse scribitur. Nā ꝛ cadus Antiochicus amphoraꝫ capiebat Italicaꝫ. Apud Festum continebat congios octo. i. sextarios. xlviii. Sextarius vncias. xx. ab ἀμφὶ καὶ φορέω τουτέστι φέρω ꝙ sit vas portatile huc ꝛ illuc.

¶ Amphorarius: qui mercedis gratia amphorā portat quē greci Amphoreophoron dicunt.

¶ Amphoterodexios. Grece ἀμφοτεροδέξιος id est ambidexter.

¶ Amphion pe. pro. Jouis ꝛ antiopes: vel secunduꝫ aliquos Mercurii filius: a quo suscepta lyra adeo dulciter canebat: vt saxa ad struendos muros thebanos traxisse dicatur. Hor. Dictus ꝛ amphion thebane cōditor vrbis Saxa mouere sono testudinis. Qd ideo fictū est quia eloquii suauitate hoies rudes ꝛ incultis moribus ad obsequii ciuilis pellexit disciplinā: quod idem Hora. exposuit: nam quum dixisset sono testudinis addidit ꝛ prece blanda. Ferunt hūc inuenisse musicam. De amphione libro primo. Apollonius Rhodius in argonauticis.

¶ Amphyctiones publicū grecie consiliū. Unde decreta amphyctionū citat Demosthenes in oratione p Ctesiphonte. Cōstabat aūt amphyctionū conuētus ex septē grecie ciuitatibus: vt docet Strab. li. ix. Unde aūt amphyctionū nomē deducat docet Dionysius lib. xiiii. Amphyctionē heleni filiū cōmentū esse amphyctionicū consiliū cui ab ipsius noie nomē indiderunt. Hinc Amphyctionicus a. um. vt leges amphyctionice quibus ad concordiā colendā inuitabantur.

¶ Amphrysus pe. pro fluuius thessalie: iuxta quē armenta regis admeti apollo pauisse tradit. Luc. li. vi. Qui flumine puro irrigat amphrysus famulantis pascua phœbi. Hinc amphrysiacus aca. acum. Papi. Aut amphrysiaco pastor de gramine carpsi. Est ꝛ nomen duarū vrbiū. Uide supra in dictione Ambrysus.

¶ Amphissa nomē vrbis in locris. ab amphissa Macraris ꝛ Apollinis filia.

¶ Amphunerinon febris est quotidiana ꝛ ex humoribus corruptis presertim pituita coalescit. Ephimerinon vero vnius diei febris est.

¶ Amplector teris. xus. a quo amplexor aris. frequētatiuum: qd a Prisciano inter cōmunia numeratur. Est aūt amplecti circūnectere. Lucil. Quin amplexetur qui velit ego nō sinā me amplectier. Ci. p Cluen. Auctoritatē censorū amplexato. Dicit et amplexor. Plau. in Cis. Anus ei amplexa genua. Gel. Eumqꝫ cōplexus atqꝫ exosculatus est. Est ꝛ amplexus us. nomē.

¶ Amplū id ē magnū: spatiosum: qd late patet: et per multa diffunditur: quasi omni ex parte plus magnuꝫ dicitur qd in cumulū sui ꝛ magnitudinē crescit.

¶ Amplitudo: Ut Cic. lib. ii. artis veteris scribit: est potentie aut maiestatis aut aliquarū copiarū magna abundantia.

¶ Amplius aduerbiū significat plus. Et quādoqꝫ iūgitur ablatiuo. Ces. cōm. vii. Ita vt nō amplius quattuor digitis ex terra eminerent. Quādoqꝫ actō Uer. Noctē nō amplius vnā Falle dolo. Quandoqꝫ nolatiuo. Ces. cōm. v. Amplius octingente que vno erant tempore a littore discesserant.

¶ Amplio as. ꝛ amplifico as. pro augeo sumunt pro traho. Cic. lib. iiii. ad Heren. Aut istū hoiem nefariū ampliaueritis. Liui. lib. iiii. ab vr. scribit Posthumiā virginē vestalē ampliatā deinde absolutā pro collegii pontificū fuisse sentētia. hoc est per ampliationē in secundam actionem interposita dilatione protractam: vt scilicet bis causam dicere posset. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut statim sententia dicebatur a iudicibus si absoluendus esset reus aut amplius pronunciabat si videretur esse damnandus: ꝛ tunc iudices dicebāt Nō liquet: hoc est obscura causa est. Hinc ampliatio nascebatur: que appellata ab eo videtur quasi amplius dicendi pronunciatio quia qui ampliabat interposita dilatione rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cice. Tertia in Uer. acti cū ait. Et si lex ampliandi faciat potestatē: tamen isti sibi turpe existiment nō primo iudicare. Idem pro Cinna. Cum ampliandi potestas esset dixisse sibi liquere.

¶ Ampliuagus a. um. pe. cor. quod in amplum vagatur. Cice. lib. iiii. ad Heren. Ampliuagas imagines reddunt.

¶ Amplustre in plurali amplustra vel amplustria nauium ornamenta: Sed contra communē corruptelaꝫ sine m scribendum opinor attentius deriuationi: ab α priuatiua ꝛ πλέω nauigo: quoniā sine gubernaculo illo puppis nō sit per mare nauigandū: preterea esset prima lōga ppter duplicē cōsonantē. Et ideo Ci. corripit in aratea. Nauibus assumptis fluitātia querere aplustra. Itaqꝫ ad indigentiam nauigationis naui adhibētur: Fest. Nauiū ornamēta q̄ quia amplius erāt ꝙ necessaria essent etiā Amplustria dicebantur sic aplustra vel aplustria sine m: et prima ad placitū. Ideꝫ Fulgent argoe stellis aplustria puppis.

¶ Ampulla per duplex ll. olearii vasis genus quo in balneis vtebant. Apul. in floridis. Hippias pdicauit ampullā quoqꝫ oleariā quā gestabat semet sibi fabricatum. Ci. lib. iiii. de fini. Si ad illā vitā que cū virtute degatur ampulla aut strigilis accedat: sumpturū sapientē eam vitā potius cui hec adiecta. Per translationem dixit. Hora. Proiicit ampullas. p eo quod est verba turgentia ꝛ sufflata abiicit. Sunt enim ampulle ventose ꝛ turgide. Ampulla etiā vas vitreū est: Suet. in Domi. Prandebatqꝫ ad satietatē: vt non temere sup cœnā preter matianū malū: ꝛ modicā in ampulla potiunculā daret.

¶ Amputo tas. pe. cor. Circũputo seu aufero. Hier. ad eius. Aliq viriliи habitu veste mutata erubescũt fœminæ esse ꝙ natæ sunt crinẽ amputant: ⁊ erigunt fascies eunuchinas. Idem in ꝓlogo Judith. Multorũ codicũ varietatẽ vitiosissimã amputaui. Sola ea quæ intelligẽtia integra verbis chaldęis inuenire potui latinis expressi. Hinc fit aliud cõpositũ qđ est peramputo ⁊ signi. perfecte seu totũ puto incido. Col. libro viii. Ferro ꝗ̃ cautissime circũsecari oportet: ne dum amputaẽ etiã qđ infra est aĩal vulneremus. Id enĩ cũ sauciaẽ venenatã saniẽ mittit: quę repressum vulnus ita insanabile facit: vt totũ peramputandũ sit.

¶ Amula pe. cor. genus vasculi ad aquã gestandã qđ religionis ⁊ expiandorũ malorũ gratia gestatur. Dictum quasi amola a moliendis periculis. Huius diminutiuum est amulula.

¶ Amuletũ genus remedii qđ aduersus inuidiã ⁊ veneficia putatur valentissimũ: ab amoliẽdo nõ ab amula vase dictũ. Ply. Infantibus alligatur succinũ amuleti ratione formã vasculi habens.

¶ Amurca: sordes olei quę præcedũt. Nã quæ sequuntur fęces vocantur. Hoc nomẽ per c scribitur: sed profertur per g. vt fit in Caius ⁊ Cneus. Hinc examurcatus: quod est sordibus purgatus. Amurca contra culices ⁊ lumaces vim habet maximam.

¶ Amussis per duplex ss. fabrorũ ⁊ lapicidarũ regula quaud dirigẽda ligna saxaq; vtuntur: Sed late pro omni ordine ponitur. Unde amussim aduerbiũ et ab eo cõposita adamussim ⁊ examussim. i. recte castigatę regulariter. Gel. lib. i. ad hæc scripta oĩa antiquiora tam curiose expectabat aut virtutes pensitabat aut vitia rimabaẽ vt iudiciũ esse factum adamussim diceres. Examussim examinate ad regulã. Plau. i Amp. Si vera hęc loquiẽ examussim est optima. Hinc emussicata dicuntur: quæ adamussim facta sunt.

¶ Amyclę pluraliter nomẽ est vrbis laconię Tindari regia ĩ qua nati sunt Castor ⁊ pollux. Alia est in italia inter Tarracinã ⁊ Fundos in paludib⁹ a Laconibus cõdita: vt inquit Seruı⁹. Hinc amyclęus. a. um. Amyclæi cum pythagoricã sectam sequęrenẽ vt abstinerent cęde animaliũ: nec vicinæ plaudis serpẽtes interimerent ab illis deleti sunt: Sed cum philosopho nuntiatus esset aduentus hostiũ postea cautũ est ne quis amplius nũciaret. Inde ex improuiso captę sunt amiclæ. Hinc prouerbiũ. Loqui volo. nam scio amyclas tacendo perisse.

¶ Amydon pen. cor. ciuitas Pæonię: de qua auxilia missa fuerunt troianis. Iuu. Est hic amydone relicta

¶ Amygdala læ. pe. cor. nux gręca: gręcaq; est dictio quæ ⁊ Thasia dicitur. Hie. in lib. numerorũ. Qui folιis dilatatis in amygdalas deformati sunt. amygdalum etiã neu. gñe dicitur pro fructu. Palla. Græci asserunt nasci amygdala scripta si aperta testa nucleũ sanum tollas: ⁊ in ęo quodlibet scribas: et iterũ luto: et porcino stercore inuolutũ reponas. Amygdalus ꝑ arbore. Col. lib. iii. Amygdalus sιparũ ferax erit perforatam arborẽ lapidẽ a digito. Hier. in Eccle. Amygdalus florebit impinguabiẽ locusta. Hinc amygdalinus. a. um. pe. cor. Sere. Fert. amygdalinæ succus nucis esse bibendus.

¶ Amyris genus arboris est: vt inquit Hie. quod latini putantes myrrham dictũ vnguenta interpretati sunt. De cuius arboris notitia hoc solum ad nos ꝑuenire potuit quia odorem solum habeat suauem nullum tamen afferat fructum.

¶ Amylum pe. cor. latine sine mola factũ: Uulgo amydum dicitur. Nã α priuatiua particula est. μυλοσ mola: quasi sine mola. Fit ex triticeo lacte expresso cũ triticum pęr aliquot dies in aqua purgatũ est.

¶ Amythaon Melampodis pater fuit: qui inter medicos pręclarus habitus est: Similiter ⁊ Chiron.

¶ Amystis (vt aiunt) potio quędã est apud Thracas Alii volunt esse speciẽ poculi: eo ꝙ necesse sit vno ductu potionẽ haurire. Hora. lib. i. car. Bassũ threicia vitat amystide. Forsan ab α priuatiua ⁊ μιγνυμαι misceri: ⁊ sic per i latinũ in principio esset scribendũ.

A ante N

¶ An aduerbiũ interrogandi ⁊ pro nũquid ponitur. Cic. An vero romulus ille aut pastores aut cõuenas congregasse: aut sabinorũ cõnubia cõiunxisse: aut finitimorũ repressisse eloquẽtia videtur. Sed aliquãdo transit in vim cõiũctionis: cũ sermo dubitatiuus est. Et tunc fere subiũctiuo iungiẽ: vt nescio an viuat pater. dubito an viuat pater. Dubito an vera loquaris. Sed qñ sermo opinionis est: per indicatiuũ potius loquimur: vt opinor ꝙ pater aut mortuus est: aut grauiter ęgrotat.

¶ Anna per duplex nn: Interiectio est depręcãtis: ⁊ nomen mulieris propriũ: qđ interpretaẽ gratia eius.

¶ Ana per simplex n. dictio gręca est: ⁊ apud nos modo sursum modo re significat ανα.

¶ Anabasius. αναβασιοσ ascensorius. Hier. contra Ruffinũ. Idcirco ne cereales ⁊ Anabasii tui ꝑ diuersas ꝓuincias cucurrerũt: vt laudes meas legerent.

¶ Anabathra: pulpita gradus supiores scãsiles: aut instrumẽta scabellorũ aut subsellia. Dicta anabathra ab αναβαινω: quod est sursum ascendo. Iuue. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo. αναβαθρα. scala vel pulpitum.

¶ Anabolagiũ: seu anaboladiũ græco vocabulo dicitur: eo ꝙ de inferioribus ad supiora eleueẽ pectoriq; iungaẽ. Unde ⁊ pro amictorio poniẽ quo humeri opiunẽ: qđ Sindonẽ vocãt αναβαλλομαι veste reiicior.

¶ Annetis idis. nomẽ deę cuiusdã: quę a lydis colebatur: quę a Strabone anaitis dicitur. Erat ⁊ anaitis quędam armenię regio. Ply. lib. v. Fluit Euphrates dersenem primũ mox anaeitiam regiones armeniæ a capadocia discludens.

¶ Anaximenes philosoph⁹ fuit emystrati filius Anaximandri discipulus successorq; qui eo die obiit quo Sardis capta fuit.

¶ Anauros fluuius thessalię: quasi absq; aura dictus Luc. lib. vi. Quiq; nec humẽtes nebulas nec rore madentem: Aera nec tenuem ventos aspirat anauros. De hoc fluuio vel potius torrẽte apollonius poeta in argonauticis lib. iii. plura scribit ẽtiã in nono versu a principio: ex Pelio monte Thessaliæ fluit.

¶ Anacephaleosis pe. pro. breuis recapitulatio ĩ qua repetitio rerũ summatim fit. Hie. contra Joui. Rursum in iudiciũ volumine quasi viuens resurgensq; describitur: ⁊ sub anacephaleosi opera illius prędicanẽ. Gręce ανακεφαλεωσισ.

¶ Anacharsis philosophus ex scytharum genere sapientię admirandę: vt scribit Ci. lib. v. Tuscu. Apud sordidissimos scythas sapiens. Floruit Solonis temporibus: cuius imaginibus inscriptum est lingua ventre pudendis abstinendum esse. Plynius tradit

Anacharsim inuenisse rotã figuli: cuius circuitu vasa formant: Sed si vt inquit Sene. apud Homerum longe antiquior inueniatur figuli rota nõ video quo modo anacharsis esse auctor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus dormiebat in terra & famẽ pro pulmẽto habebat. Hic leges araneis telis q̃ simillimas esse dicebat.

¶ Anacliteriũ: lectulus: vulgo Mataracius sup quo quiescimus interdiu qualia celebrãtur florẽtię tuscanica. Et apud Lampridiũ in heliogaballo accubita: ab aliis Sibadia dicuntur. ἀνὰ καὶ κλίνω καὶ κλίνη λέχος.

¶ Anadiplosis pe. prod. dici potest reduplicatio ex ἀνα: quę in compositione significat re & διπλωσις a verbo διπλόω duplico Duplicatio Est enim congeminatio dictionis in vltima parte pręcedentis versus & prima sequentis. Uer. Certent & cygnis vlulę sit tityrus Orpheus. Orpheus in syluis inter delphinas arion.

¶ Anachorita penul. pro eremita. Anachoresis eremus. vnde monachi anachoritę eremum incolentes: quoniã χῶρος locus dicitur: cũ ἀνα verbum ἀναχωρέω secedo.

¶ Anacreon nomẽ viri propriũ poetę lyrici a quo metra anacreontica dicta sunt. Teus patriã fuit a Teo tonię ciuitate. Ex qua etiã Hechateus historicus: amauit puerum nomine batillum visenda pulchritudine spectabilem de quo Horat. Nõ aliter samio dicunt arsisse batillo Anacreonta teum. Periit acino vuę passę strangulatus.

¶ Anemos pe. pro. latine exanguis dr nam αἷμα sanguis a gręcis dicitur & a particula est priuatiua. inseritur aũt n ne collidant inter se vocales.

¶ Anemos vero pe. cor. ventus est ἄνεμος.

¶ Anaglypha pe. pro. nomẽ habent ab asperitate vt Triglypha cęlaturis inęqualibus eminẽtibusq; ob id quia nõ sunt leuia: seu aspera & plebeia voce Releuia dicũtur ana enĩ super γλύφω sculpo. anaglyptes sculptor: anaglyptices ars sculpendi. Ply. Nunc anaglypta in asperitatemq; incisa circunlata auro. Hinc anaglypticus anaglyptica. icum. Sidonius anaglyptico metallo.

¶ Anagnostes latine lector dicit. Nã ἀναγινώσκω lego. Anagnosis recognitio lectio.

¶ Anagoge ges. pe. pro. latine recessus dicitur subtilis siue excelsa: aut superior intelligentia ab ἀνα καὶ ἄγω ἀναγωγή ductio.

¶ Analecta purgamẽta cœnarũ & quisquilię ciborum quas sub mensa cadentes vt asportare possint scoparii verrentes pauimentũ colligunt. Mar. In pretio scopas testatur palma fuisse. Ocia sed scopis nũc analecta dabunt.

¶ Analesia dicta ẽ eo q sanas ptes capitis sensu priuet. Fit vel nascitur ex negligentia stomachi: aut ex nimio cibo: aut ex luxuria: aut potus frigidos vel nimium cogitãdo bibẽdo vel ex indigestione ciborum.

¶ Analogos: latine proportionalis similis. Analogia pe. pro. pprietas proportio siue conueniẽtia similitudo. Ci. Quod analogiã stoici nos appellemus cõuenientiã si placet. Quint. lib. i. institutionũ: analogia pręcipue quã proxime ex gręco transferentes in latinum pportionẽ vocauerunt. Hęc est eius vis vt id quod dubium est ad aliquid simile de quo nõ quęritur referat: vt incerta certis probet: vt si quęratur funis masculini an fœminini generis sit ex eius diminutiuo cognoscit: q: funiculus generis masculini est

¶ Anapęstus pes ex duabus syllabis breuibus & tertia longa. Cõponitur ex ἀνα re & παίω ferio eo q repercutiat dactylũ sono reciproco. A gręcis antidactylus quasi dactylo cõtrarius. Cic. lib. ii. Tu. Non adhibetur Sparthis vlla siue anapęstis pedibus exhortatio.

¶ Anaphe penu. cor. Insula sponte in mari enata: vt scribit Ply. lib. ii. Ammianus quoq; Emerserũt inqt Delos & Hiera & Anaphe & Rhodus. Dicta anaphe ab argonautis quia tẽpestate laborãtibus & intermestri Luna ex insperato cõparuisset.

¶ Anapolegetos latine inexcusabilis.

¶ Anaphora pen. cor. Figura: quã nos relationẽ seu repetitionẽ dicere possumus: ana enĩ re: & phora latio Anaphoricos relatiuus anaphoro refero. Hęc fit cũ eadem dictio bis sępiusue per principia versuum repetitur: vt apud Uer. Nate meę vires mea magna potentia solus: Nate patris summi qui tela typhoea tẽnis. Hanc quidã Epanaphorã vocãt. Amphorę etiã scansiones seu ascensiones signorũ vocant: ab oriente circum actu mundi quotidiano factę.

¶ Anathema. matis. pe. pro. seiunctio quędã dicitur et alienatio. vt est apud apostolũ ad Romanos. Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. Rursus Anathema dicit ab ἀνὰ καὶ τίθημι ἀνάθημα. oblatio sacrificium.

¶ Anathematizo. zas. deuoueo: detestor.

¶ Anapis pe. pro. Sicilię fluuius leniter decurrens.

¶ Anarchus sine principe vel principio. Ambr. libro Hex. Dedit ergo principiũ mundo dedit etiã creaturę infirmitatem: ne anarchon: id est principio carentem crederemus.

¶ Anastrophe penultima correpta. Inuersio vel reuersio dicitur. Est enĩ vt docet Diomedes duorũ verborum ordo pręposterus: vt Italiam contra: pro contra Italiam

¶ Anas fœminini generis. Mart. Tota tibi ponatur anas sed pectore tantũ. Et ceruice sapit cętera redde coco. Dicta anas ab assiduitate natandi. exanatũ genere quędam germanię dicunt q plus cęteris nutriãt Huius diminutiuũ protulit. Plau. in Asi. Dic igitur me anaticulã columbam: vel catellum. Cice vero lib. secũdo de fin. masculino genere dixit. Serpere anguiculos: volare merulas: natare anaticulos: cornibus vti videmus boues. Hinc Anatinus. na. num. pe. p. Plautus in Ru. Ut fortunati sunt fabri ferrarii: qui apud carbones assident: semp calent: vtinam fortuna anatina nũc vtetur: vt cũ exissem ex aqua: arerem tamen. Est & anas nomen fluuii in Hispania. Et anates morbum dixerunt: quo vetulę laborant

¶ Anatarius. ria. riũ. qd ex anate est: vt anatarię plumę. Siue qd ad anates ptinet: vt anataria aquila quę anates venatur. Anatarius anatarii: qui anates custodit pascitur.

¶ Anatomias vel anatomia. Gręci dissectiones dicunt: Inde anatomia fieri dicitur cũ humanũ corpus dissecat vt venę nerui & cętera a medicis cõspici possint ab ἀνα et τέμνω incedo: inde etiã ἐπιτομή.

¶ Anaxarchus nomẽ pprĩũ philosophi abderitę sectatorisq; Democriti. Hic habuit inimicũ Nicocreontẽ cypri tyrannũ a quo cõprensus: cõiectusq; in pilũ ptisanę siue mortariũ saxeum: quod gręci ὅλμον vocant.

fortuna anatina

ibiq; ferreis malleis contusus adeo tolerãter pertulit asperrimos illos cruciatus: vt verbū illud memorabile cõduplicauerit. Tunde tunde Anaxarchi follem anaxarchū eñ nõ tundis. Ad vltimū amputationem linguæ minitãte tyranno ꝓtinus dẽtibus abscissam ꝛ commãducatã linguã in os eius ira patulū conspuisse dicitur.

¶ Anaxagoras pe. cor: Clazomeni⁹ philosophus fuit in phisicis præcellens. Hic nõ modo gñis gloria ꝛ diuitiis verū animi quoq; magnitudine clarissim⁹ fuit: quippe qui totū patrimoniū suis sponte reliquit. Et cum ab eis negligẽtiæ insimularet. Quid ergo inquit nõne vos ista curatis? Mox abscedẽs ad speculandū rerū naturã se cõtulit studio doctrinarū flagrãs rei ꝛ priuatæ ꝛ publicæ oĩno negligẽs et incuriosus adeo: vt cuidã se ita compellãti. Nulla ne tibi patriæ cura ẽ? Dixit. Mihi vero patriæ cura ꝛ quidẽ summa est digitum in cœlū intendẽs. Hic cū post diutinã peregrinationẽ in patriã reuenisset possessionesq; desertas vidisset. Nõ essem inquit ego saluus nisi istæ periissent: qui pluris faciẽs culturã ingenii ꝙ prædiorū famigeratus fuit inter philosophos. Lampsaci periit.

¶ Anaxilides nomẽ philosophi: de quo Hieron. con. Iouí: scribit ꝙ is lib. ii. philosophiæ ferat perictionez matrẽ Platonis phantasmate Apollinis oppressamꝛ sapientiæ principẽ nõ aliter arbitretur nisi de partu virginis editum.

¶ Anaxus fluuius qui fluit per feltrensem agrū

¶ Ancesa dicta sunt ab antiquis vasa: q̃ cælata vocamus ꝙ circūcædẽdo talia fiant: ipsumq; cælare verbū ab eadẽ causa dictū est d cum l. permutata.

¶ Anceps a caput cõpositū est: cū genitiuū in tis faciat: sicut alia composita biceps. itis. triceps quadriceps multiceps ꝛ præceps. Nã quæ in pis exeunt a capiendi significatione veniūt: vt princeps: manceps: municeps ꝛ huiusmodi. Dictus est ergo anceps quasi dubii capitis. Est eñ duplex Lucil. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdū anceps dicit quod ex vtraq; parte acutū est. Idem. Recte atq; ancipiti ferro effringã cardines.. Interdū ponitur pro ambiguo. Ver. Anceps pugna diu.

¶ Anchiale ciuitas de qua Stra. Post zephiriū indt anchiale supra mare Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit athenodorus qui nõ a sardanapali: sed ab anchiale Iapeti filia conditã vult Cydmi matre a quo nomen vicinio flumini.

¶ Anchises nomẽ propriū patris æneæ ꝛ capis filii.

¶ Ancillæ dictæ ab anco Martio: ꝙ is bello magnum fœminarū numerū ceperit siue ꝙ antiqui anculare dicebant ministrare. Ex quo dii quoq; ac deæ feruntur quibus noĩa sunt anculi ꝛ anculæ.

¶ Ancillula diminutiuū est.

¶ Ancillor aris. ministro vel dedico me administrandum ac seruiendū more ancillarū q̃ suis ministrãt ac seruiunt heris. Cic. in Sal. Nõ eñ vni priuatim ancillatus sum: sed q̃ꝓtum quisq; reipub. studuit tantum mihi fuit aut amicus: aut aduersarius.

¶ Ancile per simplex l ꝛ pe. pro. Scutū breue nõ rotūdū: sed ita ex vtroq; latere erat recisum vt nullus angelus videri posset: et summū: infimumq; eius latus medio pateret. Dictum ab am ꝛ cæsum: quasi ancisū Vel ab αγκων quod est cubitus: vel ab ακος remediū quoniam pestilentiæ remediū fuit. Fertur numæ pompilii tempestate de cœlo descẽdisse vnamq; editã vocem omniū potentissimã fore ciuitatẽ ꝙdiu id in ea mansisset. Itaq; facta sunt eiusdẽ generis plura quibus id misceretur ne internosci celeste posset De hoc Ouid. lib. iii. fast. Ecce leui scutū versatū leuiter aura Decidit: a populo clamor ad astra venit. Et lib. v. Atq; ancile vocant quod ab omni parte recisum est. Quaq; oculis spectes angulus oĩs abest. Liui. lib. i. Alios item duodecim marti gradiuo legit: tunicæq; pictæ insigne dedit: ꝛ super tunicã æneum pectori tegmen cœlestiaq; arma quæ ancilia appellantur ferre ac per vrbem ire canentes carmina cū tripudiis solenniq; saltatu iussit. Hor. lib. iii. car. Hoc anciliū declinauit magis auctoritate sua fretus: ꝙ regula declinandi Anciliorū noĩs ꝛ togæ. Iuue. vero adiectiuum posuit cū dixit clypeis ancilibus.

¶ Anculi ꝛ anculæ dii deæq; ancillarū putabantur.

¶ Ancus qui aduncū brachiū habet: ꝛ exporrigi non potest. Unde quartus Rom. rex Numæ ex filia nepos sic cognominatus est a cubito quẽ incuruū habebat.

¶ Ancona seu ancon more græco cubit⁹ vel curuus dicitur. Quo noĩe dicta est vrbs piceni sup adriatico mari posita. Solinus Anconẽ quis ignorat a Siculis conditã? Ply. lib. iii. A siculis ancon colonia promontorio chimerico appellata est in ipso flectentis se oræ cubito. Et ancones nõ solum in hoĩbus sed ꝛ in parietibus: ꝛ promontoriis cõflexa in cubitos: aut confracta in humeros dicuntur vt auctor est Victru. Nã de humeris. Papi. Consedit viridesq; humeros. Sũt et in montibus articuli. Plynius in calce operis.

¶ Anchora penultima correpta. dens ferreus quasi anca curua manus. dicta ꝙ per hominis manus scopulos comprendat. Anchoram primi Tyrrheni inuenisse feruntur Hoc nomen Ser. asserit contra regulã recipere aspirationem. Tamẽ ego aperte video esse nõ latinam dictiõnẽ sed grecam αγκυρα απο του αγκυλου και ρεω: sed ꝙ latine cum ch scribatur ratio est quoniam κ tenuis vertitur in χ suam aspiratã.

¶ Anchorarius a. um. quod ad anchoram pertinet: vt funes anchorarii. Hircus. Storias aũt ex funib⁹ anchorariis tres fecerunt.

¶ Anchorarius qui curam anchoræ habet vt eam vel demittat: vel eleuet.

¶ Ancyra nomen duarum vrbium quarum altera est phrygiæ altera galatiæ. Hinc synodus ancyritana in iurepontificio sæpe nominatur. Dicta ancyra ab anchoris nauium captarum a Mitridate: quas Ptolemeus ægyptii rex suppetias gallogrecis miserat.

¶ Andrago penul. prod. mulier animum virilem habens απο του ανδρος και αγειν. ab homine agendo.

¶ Andron spatium inter duos parietes: in quod pluuia descendit. Plynius. Tam alti abditiq; secreti illa ratio est ꝙ interiacens andron parietem cubiculi hortiq; distinguit. Quidam accipiunt pro loco in domo angustiori: in quo viri plurimum versantur: vt gynæcium in quo mulieres. Est etiam hoc nomine sicut scribit Ptolemæus oppidum inferioris regionis nili.

¶ Andros insula vicina Samo cum oppido eiusdem nominis: quæ Asiæ adiacet ex opposito ad ephesum. De qua Ouidius libro. xii. metham. Et totidem natis andros fraterna petita est. Hæc primo dicta fuit Lauros: postea Antandros. Hinc andrius andria andrium.

¶ Andricus pe. cor. Ciciliæ mons: vt inquit Strab.

Quo etiā noīe dictū est flumē apud Ply. lib. v.

¶ Andronitis pe. pro. locus in domo vbi soli viri habitant: sicut Gynęconitis vbi solę mulieres. Victru. lib. vi. Andronites dicūtur ꝙ in his viri sine interpellationibus mulierū versanť: qm̄ αμηρ αμερος και ανδρος virū denotat: vñ androgynus.

¶ Androgynos pe. cor. qui vir est ⁊ fœmina Hermaphroditus: απο του ανδρος και γυνη. i. ab hoīe ⁊ fœmina. Aug. lib. xvi. ciuita. dei. androgyni quos etiaz hermaphroditos nuncupāt q̄uis admodū rari sint: in quibus sic vterq̄ sexus apparet: vt ex quo potius debeāt accipere nomē incertum sit.

¶ Androgynę sunt populi in aphrica: vt lib. vii. Ply. scribit vtriusq̄ naturę inter se vicibus coeūtes. Dextera mamma his virilis: leua muliebris.

¶ Andrachne herba est q̄ portulaca dicitur.

¶ Andegauia regio gallię turonibus ac bituricensibus finitima Oceanoq̄ proxima.

¶ Androdus nomē propriū filii codri athenensiū regis qui ephesum cōdidit: ⁊ Ionū regiā ibi cōstituit.

¶ Andromō nomē est eius qui colophonē ędificauit.

¶ Andromache pe. pro. Hectoris troiani vxor: quæ a virili pugna nomē sortita est. Nā viri pugna interpretatur. ανδρος μαχη: quasi viris depugnās. Fuit enim virili aīo septa ⁊ quędā veluti virago.

¶ Andromede pe. cor. Cephei ⁊ Cassiopes filia a perseo amata: ⁊ in vxorē ducta. Quę Mineruę beneficio inter astra collocata dicitur ꝓpter persei virtutē ꝙ eam Ceto propositā a periculo liberarat. Oritur in parte pisciū duodecima.

¶ Anethū cū h genus herbę boni odoris.

¶ Anfractus ab origine duplici fluxū habet: hoc est ab ambitu ⁊ frangēdo. Amb. Tenaces sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium ipse vsus nos docet. Siquidē vel in cōcauis montiū: vel in recessu rupium vel in anfractu fluminū vox auditur dulcior et responsa suauia referēs echo resultat.

¶ Angelus latine nuncius. Nam officii nomē est non naturæ. Semper eñ spiritus sunt: sed cum mittūtur vocantur angeli.

¶ Anger genus serpētis qui cruciator ⁊ spatarius dicitur: est ⁊ nomē fluuii in Illyrico.

¶ Angor corporis vel animi cruciatus. Sic anxietas ⁊ anxietudo. Cic. lib. ii. de repub. Quartaq̄ anxietudo prona ad luctū ⁊ mœrēs semꝑ se ipa solicitās

¶ Ango gis. xi. ancxū facere debuit sicut plango. At Dio. Anxus preteritū ab angor dixit nō anxius: qḋ nomē est. Ideo anxū ab ago supinuz esse cōuenit: qḋ tamē minime legi. Est aūt angere cruciare: suffocare premere: vexare. Et ad aīm ⁊ ad corpus: ⁊ ad vtrunq̄ promiscue pertinet. Ad aīm Gel. Milo prestabilis homo sapiētię quonā vsq̄ debuerit contra legem: contraq̄ ius pro amico progredi eaq̄ res in fine quoq̄ vitæ ipso aīm anxit. Ad corpus. Col. lib. viii. Cauendū est vt tenerior separetur a validioribus quia robustus angit imbecillum. Ad vtrunq̄ promiscue. Gel. Dum pyrrhus rex intra Italiā esset ⁊ vnā atq̄ alterā pugnā aspere pugnauisset: satisq̄ angerenť. Ro. et pleraq̄ Italia ad regem desciuisset. Plau. Pro absumo posuit in Aul. Tuz anxisse aquā si quis peteret. Tamē grecū est αγχω. id est suffoco.

¶ Angina pe. pro. genus morbi acutissimi quo fauces anguntur ac strangulātur: qui ⁊ tonsillę dicitur. Imperitū vulgus medicorū Squinantiā vocat: cum Hippocrates ⁊ Galenus synanchē appellitarūt. Ply. Tonsillas se iungit ab angina. Dicta angina ꝙ angat. Plau. Vellem me in angina verti: vt huic anicule fauces preoccuparē. Macer. Subuenit anginę melli vinoq̄ iugatę. Fest. Anginā vinariā habere dicunť qui vino suffocantur.

¶ Angiportus ⁊ angiportū vtroq̄ modo dicit: quem alii dicūt esse viā sine exitu: alii vicū angustū ⁊ flexuosum in modū anguis. Var. lib. i. de lingua latina. Qḋ exitū nō habet ac peruiū nō est angiportū ⁊ id angustum ab angēdo ⁊ portu. Alii q̄ inter portus sit angustus locus hoc est inter domos quas vel portus vel insulas veteres dixerūt. Alii arctas vias: quas græci στενοπους appellant. Fest. Angiportus est iter cōpendiarū i oppido quasi angustus ad portū aditus. Nā q̄ sunt latiores fereq̄ militares pretorię ꝯsulares platee noianť: vt inq̄t Vict. Ful. Angiportū a portu dictū ē: portus vero cōclusus ⁊ munitus locus est quēadmodum ⁊ statio: ab importandis exportādisq̄ mercibus nomē hñs. Ter. in adel. Id quidem angiportū nō est peruiū. Et in phor. Sed hinc concedā in angiportū hunc desertum.

¶ Angustus a. um. strictus: a quo angusto as. qḋ est stringo. Unde ⁊ coangusto: vt apud euangeliū. Et coangustabunt te vndiq̄.

¶ Angustia: strictitudo quę tam ad animū q̄ ad corpus pertinet. Ambro. Et inter angustias animi ⁊ corporis anhelo cruciabatur spiritu.

¶ Angilę populi in aphrica ad garamātas. Fertur eorum fœminas nocte qua nubunt omniū stupro patere: in reliquū pudicas esse.

¶ Angulus pe. cor. locus est: quē duo parietes iungunt. Dictus ꝙ ibi angustus sit locus.

¶ Anglia: quę britānia ab eruditis dicitur. Insula insignis in oceano: quę vndiq̄ a circūfuso mari cōplexa est nusq̄ iuncta continēti sed ab omni orbe nostro diuisa: quę quondā ab albis rupibus: quas mare abluit Albion dicebať. Hanc primū Troes incoluerūt: qui Troia disiecta fugerūt excisaz patriā: palladisq̄ oraculo classe in hanc insulā migrauerūt. atq̄ gygantes tunc insulā tenētes multis victos prœliis expugnauerunt. Hanc postmodū longo tēporū tractu Saxones qui sunt illustres Alemaniæ populi oppressere: agrosq̄ ⁊ opes inter legatos: saxonū regina Angelā diuisit. Atq̄ vt lingue pariter ⁊ gentis memoria in deuicta insula sempiternū foret: ab Angela: cuius ductu victa est: Angliā tellurē illā vocauit. Licq̄ pleriq̄ angliam veluti nostri orbis angulū prædicēt dictā. Situs ipsius est vt cōtra aspectum gallię ⁊ hispanię sita sit. Eius ambitus quadragies octies ⁊ septuaginta quinq̄ millibus passuū cōstat. De hac insula Uide in britonū historia: ⁊ in dictione britannia.

¶ Anguis tā fœ. q̄ mas: gñis pro serpēte in aquis degente. Val. li. i. L. Sylla cōsul sociali bello cū in agro Nolano ante pretoriū immolaret subito ab vna parte arę prolapsam anguē prospexit. Frequētius tamen mascu. gñe proferť. Unde ⁊ anguiculus diminutiuuz facit: vt apud Cicer. Serpere anguiculos. Anguis quando senuerit perdit aspectū: Et si voluerit redire ad iuuentutē ieiunat. xl. diebus vt laxetur pellis eius: et sic angustū foramē inquirit vt dum nititur exire inde pellem senectutis dimittat.

¶ Anguimanus vocati sunt elephāti quia proboscis quam manū diximus vocari ad omnē partē vertitur.

Lucre.lib.v. Anguimanus belli docuerunt vulnera pœni Sufferre ⁊ magnas martis turbare cateruas.

¶ Anguifer: qui a græcis dicitur οφιουχος.

¶ Anguillę piscũ solę exanimes nõ fluitant. Nõ ouo nõ coitu eas procreari scribit. Arist. Dictę anguillæ ꝙ specie anguẽ repręsentẽt. Var. Ex parte a similib⁹ aliqua rebus sunt translata: vt anguilla lingula.

¶ Anhelo as.pe.prod.ex am ⁊ halo.m in n mutata significat anxie halo. Vñ ⁊ pro ardẽter cupio per trãslationem poni cõsueuit. Au. Ibat spirãs ⁊ anhelãs cędes

¶ Anhelitus us.pe.cor.ipse spũs anxie actus.

¶ Anhelus a.um.pe.pro. Ver. Et senibus medicant̃ anhelis. Amb. Anhelo cruciabat̃ spiritu.

¶ Anhelator: qui id vitii patit̃. Ply.lib.xxii. Anhelatoribus: ⁊ in tussi vetusta cũ porro ex aceto datur.

¶ Animus ⁊ aĩa in hoc differũt: ꝙ aĩa sit vitæ. In homine aũt quattuor aĩas esse cõstat. Vitalem scȝ q̃ ⁊ in vermibus est: qui tantũ mouent̃. Sensualẽ vt in brutis aĩalibus in quibus est sensus ⁊ timoris ⁊ gaudii. Intellectualẽ: quę est in hoĩbus tantũ qui ⁊ cogitare et iudicare possunt: Et quę infra oẽs est physicã: hoc est naturalẽ vt ea q̃ est in arboribus ⁊ herbis: quæ etsi nõ mouent̃ vitã tamẽ habẽt cum nascãtur crescãt et pereant. Animus cõsilii licet hęc a poetis plærunqȝ abusiue vsurpent̃. Aug. Animus est substãtia quędã rationis particeps regẽdo corpori accõmodata. Ci. lib.i. Tusc. sic differit. Animũ aũt alii aĩam etiã fere nostri declarãt noĩari. Nã ⁊ agere aĩam: ⁊ efflare aĩam dicimus. Et aĩos ⁊ bene animatos ⁊ ex animi sententia. Ipse aũt animus ab aĩa est dictus. Sciendũ tamẽ ꝙ animus pro aĩa plęrunqȝ sumitur: vt apud eundem in Cato. Qui si in hoc erro ꝙ aĩos immortales credã libenter erro. Et iterum. Sic mihi persuasi: sic sentio cum tanta celeritate animorum ⁊c. Eius contrarium est inanimis: qui aĩa caret. Similiter exanimus siue exanimis. Semianimis qui semiuiuus est. Sumitur pro ingenio siue intellectu. Sallust. Omnis hoĩes patres Con. qui de rebus dubiis cõsultãt ab omni odio amicitia: ira: atqȝ misericordia vacuos eẽ decet: haud facile animus verum prouidet: vbi illa officiũt: neqȝ quisq̃ȝ omniũ libidini simul ⁊ vsui paruit. Vbi enim intenderis ingeniũ valet. Si libido possidet: ea dominatur animus nil valet. Aliquãdo pro voluntate siue affectu ⁊ delectatione vt apud eundem. Ita semper imperium ad optimũ quenqȝ animus bono transfert̃. Plaut. in epi. Captiuã adolescẽtulam de pręda mercatus est. Quid ego ex te audio? hoc qđ fabulor. Cur eam emerit? Animi causa. Quot ille animos habet. Varro lib.iii. de re rus. Hic illud alterum genus ornithonis: qui animi causa cõstitutus a te sub casino fertur. Hinc fit vnanimis qui vnius est animi.i. voluntatis. Quãdoqȝ pro spiritu siue flatu ac vento. L act. lib. de opi. Alii sanguinẽ aĩam esse dixerũt: alii ignẽ: alii ventũ: vnde aĩa vel animus nomẽ accepit ꝙ gręce ventus ανεμος dicitur. Cic.lib.i. Tusc. Si aĩa aĩus est: fortasse dissipabitur.i. ventus. Et iterũ. Siue illi animi sint animales.i. spirituales. Terent. in Adelp. Animũ recipe.i. spiritũ siue flatũ recupera seu quiesce. Nonnũq̃ȝ pro ira. Unde illud. Pone animos ⁊ pulsus abi. Sed rectius de aĩa dicitur. Ply. Ergo ⁊ hęc animi asperitas siue potius animę dulciore succo mitigatur. Interdũ pro memoria. Ver. Omĩa fert ętas animũ quoqȝ. Sepe etiã pro fortitudine. Unde animosus magnanimus ⁊ pusillanimus. De aĩa vero ⁊ a qua animatur corpus ⁊ a qua animus esse dicitur. Sallu. At nobis est domi inopia: foris ęs alienum: mala res spes multo asperior: deniqȝ quid reliqui habem⁹ pręter miseram animã. Iuue. I nũc ⁊ ventis aĩam cõmitte dolato Confisus ligno: digitis a morte remotis Quattuor: aut septẽ si sit latissima theda. Similiter anima ponitur pro mente.i. pro aĩo. Macro. Tũc eñ anima liberalẽ ⁊ nulla corporis contagione impedita. Aliquãdo ponitur pro vento siue spiritu aut flatu et oris odore. Ver. Ætum ignes: animęqȝ valent. Hor. Impellũt animæ littora Thraciæ. Plau. in Asi. Dic amabo an fetet aĩa vxoris tuę? Ver. Aĩas et olentia medi Ora fouent illo. Gręci aĩam ψυχην vocant quasi αναψυχην: ꝙ respirãdo refrigeret. Causa eñ corporis viuendi est respirãdi et refrigerãdi vim exhibẽs: vel quasi φυσικην: ꝙ scȝ physim.i. naturã. Auctor Plutarc. in cratillo. Orige. in lib. periarchon. Ter. Hoc vbi audiui ad fores suspẽso gradu placido ire perrexi Accessi astiti: aĩam cõpressi: aurẽ admoui. Plaut. Ne quid emittat animę dormiẽs. Et aĩa capitur pro ira. Plau. Animã cõprime. Hinc animosus et aĩatus pro iracundo. Sumitur ⁊ pro aqua. Idem. Ni ego illi puteo si occepso aĩam oẽm inter traxero. Varro posuit animã pro somno. Et phrygias audire aĩas. Ver. pro ipso hoĩe. Ite ait egregias aĩas quæ sanguine nobis hanc patriã peperere suo.

¶ Animula diminu. ab aĩa. Ser. Sulp. In vnius muliercule animula iactura facta est.

¶ Animal ab anima est: et est substantia animata sensibilis.

¶ Aĩalis ⁊ hoc animale quod est ex animali siue quod habet animã. Unde veteres aĩales deos dixerũt qui de aĩalibus essent facti: vt penates. Et aĩalis dicitur spiritualis. Cic. lib. Tus. Siue illi animi sint aĩales. Huius cõtrariũ est exaĩalis: qui nõ est animal: vel ꝙ sine aĩa est. Plau. in Bac. Nã neqȝ bellona mihi vnq̃ȝ neqȝ mars credunt ni illum exaĩalem faxo niue exheredem fecero vitæ suę. Hinc aĩalitas pro ipsa animalis essentia.

¶ Animans generis fœm. ⁊ aliquãdo neutri. Cicero de natu. Animãtiũ alię coriis tectę: alię villis vestitę. Et significat qđ habet aĩam sicut quãdo est adiectiuum. Cic. lib.iiii. ad heren. Sed inuentio similiũ facilis erit si quis res sibi oẽs animãtes et inanimãtes mutas ⁊ eloquẽtes. Dicuntur inter se animãtia ⁊ animalia. Nam animãtia superiorẽ tenent locũ et aĩalia sub se habent atqȝ complectunt̃ tanq̃ȝ genus speciem. Sunt eñ quædã quæ aĩam habẽt nec sunt aĩalia: sed animãtia sicuti satis ⁊ arbustis aĩam alentẽ inesse tradunt: quã philosophi recẽtiores vegetatiuã appellãt itaqȝ viuere ⁊ mori illa dicim⁹: nec aĩalia tñ sed aĩantia nũcupant̃. Ut docet Sene. lib.viii. epistolarũ moralium. Interdũ tamẽ animãtia dicuntur animalia. Unde dicimus Animantiũ tria esse genera. Terrenũ volatile ⁊ aquatile.

¶ Animosus habens in se vehementiam animi: siue qui est elati spiritus. Ouidius Pyrrhus achilleides animosus imagine patris. Cicero in Cato. Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit q̃ȝ adolescentia. Et animosus dicitur iracundus. Vergilius. Quos animosi euri assidue franguntqȝ feruntqȝ: Et ea pars animę in qua irę sedes est: vocatur animosa.

¶ Animulus diminutiuum. Plautus. Mi animule mi olympioe

¶ Animo as. forte reddo. delibero ⁊ quasi aīm induco: siue aīm incito. Et sic ab animus descēdit. Claudi. lib. iii. Qualis pestiferas aīare ad prælia taxos Torua Megera ruit. Hiero. ad Eusto. Sic ordinata: sic rationi cōformia mādata sororibus præferas: vt etiā deprauatę supbię mentes animent̄ ad obediētiæ semitas. Macro. Animati sunt ergo veteres ad faciendā discretionē. Aliquādo animare est aīam inducere et viuificare. Tuncq̄ ab aīa siue ab aīo cū pro aīa capit̄ fit. Lactā. lib. i. Id incōueniēs est deo: qui verus pater est: per quē sumus: ⁊ cuius toti sumus a quo fingimur: animamur: et illuminamur. Col lib. ix. Diebus quibus animātur oua: ⁊ in speciē volucrū cōformant̄ Inde fit aīatus ⁊ inaīatus. Cic. lib. ii offi. partim inquit sunt inaīata vt aurū ⁊ argentū. Participiū tamē pręsentis tp̄is animās sicut paulo ante dictū est significat qd̄ habet aīam: vt apud eundē lib. i. offi. Principio generi animātiū omni a natura tributuz est vt se vitam corpusq̄ tueatur. Huius verbi compositū ⁊ cōtrarium est exanimo qd̄ est aīa priuo.

¶ Animatus etiā ab aīo fit: sicut a tunica tunicatus. A galea galeatus: cū animus sumit̄ pro volūtate. Ci. D. Bru. Ita paratus seu aīatus esse debes: vt nihil facias nisi iussus. i. eam voluntatē habere debes. Aliquando aīatus dicitur iratus. Idem. Ego vero nihil ita aīato hoīe misertus dicerem.

¶ Animaduerto. i. aīm illuc verto: hoc est sensus in illud qd̄ fit intēdo: cogito: intueor: cōsydero. Hiero. in lib. iiii. Re. Animaduertite quot occasiones quęrat. Plau. Aīaduerte hoīem subalbidū. Cice. lib. i de di. Experrecta nutrix aīaduertit dormientē circūplicatum serpentis amplexu. Aliquādo aīaduertere significat punire: oppugnare: verberare: iram exercere: sed cū actō mediāte in: vt aīaduersum in quosdā inq̄t Suet. Inde aīaduersiones dictæ ⁊ aīaduersi ipsi puniti. Paul. Corpora aīaduersorū quibuslibet pereuntibus ad sepulturā danda. Plau. Is cū in herū aīaduertisset grauius. i. iram cōuertisset. Teren in And. aliter posuit. Ea primū aīaduertenda iniuria est. i. castiganda ⁊ vindicāda. Hinc animaduersio qd̄ modo consyderationē: modo punitionē significat. Et animaduersor punitor. Apul. Exponā breuiter qd̄ animaduersor meus fecit.

¶ Ania: Romana mulier: quę cū eā ꝓpinquus moneret: vt alteri viro nuberet. Esse eīm ei ⁊ ætatē integrā et faciē bonā. Nequaq̄ hoc faciā inquit. Si eīm viruz bonū inuenero vt ante habui: nolo timere ne perdā. Si malū quid necesse est post bonū pessimū sustinere?

¶ Anio anienis pe. pro. nomē fluuii in agro tyburtino qui e sublimi in vallē subiectā pręceps fert̄. Hora. Et pręceps anio ⁊ tyburti lucus. Hinc anienus a. uz. Prop. Siue aniena tuos tinxerit vnda pedes. Anieni nomē indidit Anius rex etruscoruz qui insequens Cethegū filiæ raptorē: cū eū assequi nō posset in fluuiū insiluit: ibiq̄ extinctus: vt anio vocaret̄ effecit.

¶ Annitor pe. pro. cōtra nitor opitulor. Sal. Postea Piso in citeriorē hispaniā quęstor ꝓprętor missus est annitente Crasso qui eū infestū inimicū. Cn. Pōpeio nouerat. Et anniti est valde siue intētius niti: ⁊ conari incūbere ad aliquid agendū. Cic. in Lel. Sic natura solitariū nihil amat: semperq̄ ad aliud tanq̄ adminiculū annitit̄: qd̄ in amicissimo quoq̄ dulcissimū est.

¶ Annascor iuxta nascor. Gel. Dētes quoq̄ ⁊ in septē primis mensibus: ⁊ septenos ex vtraq̄ parte gigni et cadere ānis septimis ⁊ geminos ānasci annis fere et bis septenis. Hic agnatus ⁊ agnatio in q̄bus subtrahitur n quę pro d poneret̄: ⁊ ponitur g.

¶ Annoto tas. pe. cor. iuxta siue ad aliquid noto: intitulo: signo. Lact. lib. v. Et ausus est libros suos nefarios ac dei hostes annotare.

¶ Annus a circuitu tp̄is cū veteres am pro circū ponant: ⁊ nare fluere. Ser. ab anulo dici existimat: ꝙ in se redeat: quasi anulus. Verg. Atq̄ in sę sua per vestigia voluitur ānus: sed tūc Vergilius περιφραστικῶς expressit ενιαυτον. Nā mensibus in se incurrētibus voluitur. Sol eīm per duodecim zodiaci signa excurrens annū cōficit: vnde apud ęgiptios ante inuētas litteras dracone picto suā mordentē caudā qui in se recurreret indicabat̄. Alii ab ānouatione deriuāt ab ανα ⁊ νεοω. Renouo quia semꝑ renouat̄. alii a græco ενον. Unde apud nos dicimus trienniū illi τριενον. Est aūt triplex annus lunaris. xxx. dies habēs. Solstitialis qui duodecim cōtinet menses. Qui dicitur solis anfractus cū peractis. ccclxv. diebus ⁊ quadrāte ad eadez syderū loca redit. Qui etiā annus vertēs dicitur. Et magnus annus: quē esse voluerūt oībus planetis in eundem locum recurrētibus. Et hoc fit scd̄m Ciceronis hortensium post annos duodecies mille nongētos quinquagīta quattuor solstitiales.

¶ Annales dicūtur res gestę quę de anno in ānum in historias redigūtur: nostriq̄ temporis esse possunt. Unde Ver. Et vacet annales nostroꝝ audire laborū. Historia res gestas narrat ⁊ ab ętatis nostrę memoria remotas. Cic. lib. ii. de orat. Erat eīm historia nihil aliud nisi annaliū cōfectio. Gel. sic habet. Recte annales historias appellaueris: Sed nō cōtinuo quicquid historia fuerit annales appellare possis. Sunt enim vtręq̄ reruz gestarū narratio. Earū tn̄ ꝓpie rerū sit historia quibus gerēdis interfuit: is qui narret. Annales vero cū res gestę pluriū annorū seruato cuiusq̄ anni ordine memorię tradūtur. Cum aūt nō per ānos sed per dies singulos res gestæ scribuntur: diarium vocatur.

¶ Annalis ⁊ hoc annale quod ad annos pertinet. Unde legem annalem dixerūt: q̄ pręscribebat legitimam ad petendū magistratū ętatē. Cic. lib. de legibus Ciuitatem annali lege seruāto. Dicitur ⁊ tp̄us ānale qd̄ est anni. Var. Et quoniā tp̄a duorū generū sunt vnuz annale qd̄ sol circuitu suo finit. Alterū menstruū qd̄ luna circūiens compręhēdit.

¶ Annarius. a. um. idem qd̄ annalis: vt lex ānaria ab antiquis dicebat̄ qua finiunt̄ anni magistratus capiendi: vt inquit Festus.

¶ Annilis ⁊ hoc annile. pe. pro. dicitur quasi senilis et ætate grandi. Col. lib. i. Parentē oīm terraz: sicut muliebrē sexū ætate annili iam cōfectam pro generādis esse fœtibus inhabilem. Anilis vero per simplex n ab anu vetula fit.

¶ Annicularis ⁊ hoc anniculare: idem est quod annilis. Aug. Delirare tibi videor auare cū hęc loquor anicularia tibi videntur hęc verba.

¶ Anniculus. a. um. qd̄ est vnius anni: vt anniculus puer: annicula puella: anniculū iumentū. Nec de aīalibus tantū: sed etiā de inaīatis: vt anniculū vinum. Ply. lib. xiii. Ergo plantaria instituunt: anniculaq̄ transferūt ⁊ iterū bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutiuum: vt bimulus puer: quia intra hos annos adhuc paruus est.

¶ Annuus.a.um.quod vnius anni spatio continet: sicut diurnus quod diei.annuũ quoq̧ dicimus qđ fit singulis annis. Verg. Atq̧ annua magne Sacra refer Cereri. Annua absolute dicunt alimenta in singulos annos. Iuue. Sunt quę tortoribus annua pręstent. Vlpia. Si cui annuũ fuerit legatum relictũ sine adiectione summæ id videri relictũ. Sue. de Tyberio. Peculio concesso a patre pręburisq̧ annuis fraudauit per speciẽ publici iuris.

¶ Anniuersarius.a.um.quod singulis vertentibus annis fieri solet.

¶ Annuatim aduerbiũ ab anno. Plynius libro secundo. Hiero teste: qui tradit singula millia talentũ annuatim thuris pensitasse arabes regibus persarũ.

¶ Anniuersarius a.um.quod singulis annis statutis temporibus reuertit: sicuti sacra anniuersaria. Scribit Val. q antipater Sidonius poeta omibus annis vno die natali tantũ corripiebat febre. Sue. de Aug. Quasdam et anniuersarias: ac certo tempore recurrẽtes experiebatur.

¶ Anniuersalis et hoc ãniuersale: anni circulus.

¶ Annosus a.um: qđ est vetustũ: q̃si multorũ annorũ.

¶ Annosus.annũ ago: a quo fit compositũ perenno: quod significat annũ perficio.

¶ Annona nę.pe.pro.ab anno inclinari videtur: et est prouentus frugũ vnius anni quasi alimonia nõ frumenti solũ: sed etiã aliarũ rerũ. Col.lib.ix. Vel lactis annona permittit. Abusiue tñ pro ipso victu capitur Ci.lib.ii: de diui. Putarã annonã in macello cariorẽ fore. Annonã etiã veteres menstruã vel annuã mercedẽ ac stipendiũ nõiarũt. Verg. de re mili. Torques aureus solidę virtutis pręmiũ fuit quẽ qui meruisset preter laudẽ duplas cõsequebat annonas. Hinc ãnonaria prouisio: et ãnonarię leges dictę sunt.

¶ Anus nus.gñis fœ.et prima cor.vetula dr ab ãnorũ multitudine vocata: cũ antiqui cõsonãtem nõ geminarẽt. Vel ab α et νους sensus: vel intellectus ab νοεω intelligo: inde νοος et per synæresin νους q iam sit sine sensu. Hinc fit anilis et hoc anile quod est anus vel quod ad anum pertinet.

¶ Anicula dim.pro vetula. Dr̃ et ancilla vt docz Var.

¶ Anus ani gñis mas.et prima produ.pars posterior verẽda. Quo noie dictus est et fluuius quidam.

¶ Annulus per duplex nn.paruus ãnus dicitur per simplex aliud significat scz paruas nares et ornamentum digitorum.

¶ Anulus.pro digitorũ ornamẽto a circuitu vocat' est siue a rotũditate quasi anus. greci a digitis dactylon appellarũt aliis dicit etiã digiti. Plau. in pe. Atq̧ vt opinor dig:tos in manibus nõ hñt: qđ iam q in cedũt cũ anulatis auribus. Apud nos prisci vngulũ et vnguinũ vocabãt.postea et nostri: vt gręci symbolũ dixere. Nã symbolus nota est et signũ et annuli militæ notę erãt. Cõdulum quoq̧ et cõdaliũ veteres anulũ nũcupauere. Plau. in Tri. In thermopolio cõdaliũ es oblit'. Et paulopost. Inter eos ne hoies cõdaliũ te redipisci postulas? Mos fuit veterũ gerere anulũ in digito sinistrę manus qui est minimo pximus. Causa est qđ vt Macro. scribit insectis humanis corporibus repertũ est neruum quendã tenuissimũ: ab eo digito ad cor hois peruenire. Et ideo visum veteribus vt ille digitus anulo tanq̃ corona circũdaretur.

¶ Anellus diminutiuũ ab anulo. Horatius in Ser. Sępe notatus Cum tribus anellis modo leua prisc' inani. Cicero cuius imaginẽ nõ modo in tabulis nostri familiares: sed etiã in poculis et anellis habebãt.

¶ Anularis ad anulum pertinẽs. Anulatus anulis plenus.

¶ Anomalum pe.cor.dicitur inæquale: quia dissimile est: ab α sine νομος lex.quasi extra regulam.anomalũ etiam dicitur asperũ: varium. Anomalia inęqualitas et græcum est. ανωμαλος.

¶ Anonymum pe.correpta: sine noie et obscurum. Legimus autem populos esse in aphrica athlantes dictos: qui sunt anonymi: hoc est sine propriis noibus qui in vniuersum: athlantes tantum vocitantur: sic semper per ypsilon in penultima ονομα vertitur: vt Hieronymus.

¶ Anophytus pe.cor.latine dicit desuper natus.ab ανω και φυω οθεν το φυτον

¶ Anodyna vocãtur quę leuationem doloris somnũ accersendo moliũtur. ab α priuatiua et ωδυν dolor paciendi: sed interponitur ν ne collidãtur vocales: vt reeo: redeo.

¶ Annibal nomẽ viri carthaginẽsis in re militari pręstantissimi: qui cum minor.xxv.annis esset Imperator electus Hispaniam bello subegit: alpes trãsiuit: quæ inuię videbãtur. Romanorũ duces tribus prælius vicit. Romanosq̧ maxima clade apud cannas affecit. Gręce tamẽ dicitur αρειβας αρειβου.

¶ Anquirere circũquęrere est.

¶ Anquina pe.pro.funis nauis: quo ad malum antẽna cõstringitur. De qua Cinna. Atq̧ anquina regat stabilem fortissima cursu.

¶ Anquiromachus pe.cor.genus nauigii dictus: q celeritate sui anchoris et instrumẽtis reliquis nauiũ vehendi sit aptus.

¶ Ansa vasis auris vtrinq̧ prominens: qua scz manibus teneri solet. Verg. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Ponitur quandoq̧ pro fibula: seu fixula quę calceis insuitur. Tibul. Ansaq̧ compressos alligat arta pedes.

¶ Ansula diminutiuũ ab ansa: quo vsus est August. libro octauo con.pro anulo: quo fiunt cathenæ licet per translationẽ. Ex voluntate (inquit) peruersa facta est libido. Et dum seruitur libidini facta est consuetudo. Et dum cõsuetudini nõ resistitur: facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis: vnde cathenã appellaui: tenebat me obstrictum dura seruitute.

¶ Ansanctus dicitur omni ex parte sanctus.

¶ Anser: ocha ab anatando: auis est quę nocturnas excubias celebrat. Vigilias eñ 'uas cantus assiduitate testatur. Hinc anserinus na.num. Plynius Tubera et quęcũq̧ emolliri opus sit efficacissime anserino adipe curantur.

¶ Antandros phrygię vrbs ad meridiẽ posita quam habitauere leleges finitimi cilicib' aborigines olim cum habitarẽt acarnaniã a duce lelege leleges appellati sunt. Et ab eius nepote Teleboo Teleboi. Hi migrauerunt in Asiam et dicti fuere Cares: Sed de hoc latius in dictione leleges. De hac Vergil. Classemq̧ sub ipsa antandro. Antandrũ vero saxum magis q̃ insula inter Tenedũ et Chiũ: qua aegeus sinus panditur a dextra nauigantibus.

Antacites pe.cor.amnis asiæ: a quo pisces antacæi salsamentũ nobile. Important antacęi et ex borysthene (vt inquit Herodotus)

¶ Ante: modo aduerbium: modo præpositio est: aduerbiū quando nulli deseruit casui: & significat antea Virg. Ante leues ergo pascentur in ęthere cerui. Hoc em̄ accidit multis prępositionibus. Nec mirum quādo aduerbys etiam quibusdam liceat vim prępositionis assumere: vt pridie calendas. pridie nonas. Itaq; apud: circum: ante: post: & reliquæ tūc pręposítiones iure appellantur: quādo casibus adiūctę trāsitionē facere ostenduntur quod est propriū ipsarum. Quando vero sine casibus sunt aduerbia. Sed cum est prępositio separari & componi solet. Separata q̄n q; personā: quādoq; locū: quādoq; tempus denotat. vt ante ora parētum: ante templum: ante duos ānos Composita plęrūq; significat: & cōponitur cū dictiōe incipiente a c. vt antecapio: e. vt anteeo. f. vt antefero. g. vt antegradior. l. vt antelucanus. p. vt antepono. s. vt antesto. Ab an̄ fiūt deriuatiua. Antica: antiquus: antes: antenna & h̄mōi.

¶ Anti p̄positio gręca quæ in ꝯpositione plærūq; cōtradicit: et aliquādo significat re. & aliqn̄ pro. Extra ꝯpositionē ꝯstruitur apud eos cum genitiuo. Et tūc apud nos significat pro.

¶ Anterius: antehac: & ab hoc tpe. Fit em̄ ab ante. sicut a post posteri⁹. & a sub subterius: quo vsus ē Boetius. Sidonius ad Domitiū. Quē ī potissimū anterius e auibus nostris culina fumaret.

¶ Ante alios: super alios: plus alijs: prius alijs: vel pręter alios.

¶ Anteambulo as. vide in dictione ambulo.

¶ Antarcticus pen. cor. quartus circulus cœli: eo q̄ ꝯtrari⁹ sit circulo: quē arcticon noiamus. A nostris dicitur polus meridionalis.

¶ Antæ ar. tm̄ pluraliter: ostiorū latera dicūtur a q̄ bus antipagmenta.

¶ Antea aduerbium eiusdē significationis cū ante: componitur ex ante & ea: vt ostēdit Pris. q̄uis tātum tempus denotet.

¶ Anteeo is. tā datiuo q̄ actō iungitur: & significat ante vado: pręcello. Plau. in Am. Virtus oībus reb⁹ anteit. Sal. in Iug. Et cum oīs gloria anteiret: oībusdā tn̄ charus erat.

¶ Antæos apud nos idem est qd̓ cōtrarius ꝓpriū nomen gygantis terræ filij: magno ac procęro corpore in libya apud lixū oppidum a flumine mauritanię eiusdē noīs ita vocatū: qui locus Antæi regia dicit̄: robore ac fortitudine nemini cedentis. Quotiēs mēbra labore defecta essent tactu terræ recreabāt̄ quē Hercules palęstra pectori astrictum expirare coegit

¶ Antarium: bellum quod ante vrbem gerit̄.

¶ Antecapio is. pręuenio: anticipio. Sal. cōsul optimum factu ratus nocte quæ instabat antecapere: ne quid spatio nouaretur.

¶ Antecedo pe. pro. p̄cedo: anteuado: & cōstruit̄ tam cū actō q̄ cū datiuo. Decius Brutus Ciceroni. Biduo me Antonius antecessit itinere multo maiora fugiens q̄ ego sequens. Cice. pro archia celeriter antecellere oībus ingenijs cōtigit.

¶ Antecello: idem est qd̓ p̄cello. Cicer. pro Cornelio Qui eloquentia cęteris antecellis

¶ Antecœniū: cibus qui ante cœnā sumitur: vulgo merenda.

¶ Antefero. pe. cor. antepono. Cic. Cecinnę. Cū vel iniquissimā pacem iustissimo bello anteferrem. Ambro. Fuit sapientiæ deo credere nec filij gratiam anteferre auctoris pręcepto.

¶ Antefixa dicūtur quę ex opere figulino: sub tectis ō affiguntur sub stillicidio.

¶ Antegradior: anteuado. Cice. Quicquid ē quod deceat id apparet cum antegressa est honestas.

¶ Antegerio veteres ꝓ valde & pro statim vtebant̄: quasi anteq̄ res gereretur.

¶ Antehac nō mō significat antehoc vt Terenti. in And. Nam quod antehac fecit nihil ad me attinet. i. ante hoc tempus siue hactenus vel vsq; mō: sed etiā ante illud tempus: sicut posthac nō tantum post hoc: verūetiam post illud tempus. Sal. Sic erat accensa libidine: vt sæpius peteret viros q̄ peteretur: sed ea spe antehac fidem perdiderat.

¶ Antilena qua pectus iumenti cingitur sicut postilena quæ sub cauda ponitur.

¶ Anteloquor prius loquor: a quo antiloquiū prim⁹ in dicendo locus siue prior locutio. Macrob. Hic assensi oēs p̄textato antiloquiū detulerunt.

¶ Anteluco as. siue antelucor pen. pro. significat ante lucem vigilo.

¶ Antelucanus a. um. qd̓ est ante lucem. Ci. M. Catoni. Ex antelucano tempore vsq; ad horā diei decimam magna multitudine hostium occisa. Idem ꝯtra Catil. Quorū oīs industria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis exprimitur

¶ Antelucani venti qui aut ex fluminibus aut ex aliquo sinu feruntur.

¶ Antica. vide in dictione postica.

¶ Anticatones dicti sunt duo libri quos Cęsar ꝯtra Catonē scripsit. Sue. Reliquit & de analogia duos libros: & anticatones totidem: nomen est cōpositum ex gręco & latino. Nam vt Quintili. inquit. Ex peregrino & nostro componuntur dictiones vt epitogiū et anticato.

¶ Antemalorū hyphen est. i. subunio: quia sub vno accentu duę dictiones proferūt̄. Est em̄ vnitas quasi ꝯpositio. Nā significat p̄teritorū malorum.

¶ Antemon pe. pro. velū qd̓ potest facilius obliquari: quo nautę in summo tempestatis discrimine [illegible]unt̄

¶ Antemnę cum m: ante n. vrbs ante amnē: dicta q̄ eam amnis pręterfluat: de qua Virg. lib. vij. Antemnæq; tegmina tuta cauant capitum.

¶ Antenna: per duplex nn. lignum pertransuersum in malo positū: in quo velum alligatur: a circū tenendo dicta. Ply. lib. pri. Non antennas solum: verū ipsa nauigia contorta frangēs.

¶ Ante oculos minus est q̄ coram. Nam coram proximitatem significat. ante oculos potest etiam longē intelligi. Terenti⁹ in Eunu. Quæ mihi ante oculos coram.

¶ Antæ: lapides sunt qui vtrunq; latus ostij muniūt alia noīe parastadę auctore Victruuio.

¶ Antes nomen ab ante deductū: quo significantur eminentes lapides: siue vltimæ colūnę quadratę quibus sustinetur fabrica. Hinc dicti videntur antiani magistratus in vrbibus qui semestrem magistratum exercent qui velut antes colūnæ totius vrbis onere incumbente eam sustinent: ad quam ethymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui antestant. Virg. lib. ij. Geor. Iam canit extremos effœtus vinitor antes. Alij. macerias accipiūt: quibus vineta clauduntur quę fiunt de siccis lapidibus: sic dictę a lapidibus eminētioribus qui interpo

nuntur ad maceriam sustentãdam.
¶ Antepono is. præfero. Cice. in Lel. Ut amicitiã omnibus rebus anteponatis.
¶ Antesignanus signorum: hoc est vexillorũ propugnator siue defensor. Nam signũ pro vexillo ponitur. Liui. lib. iiij. Signa nunc resistẽtia deserũtur ab antesignanis: nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est qui vexillum defert. Ideo Liu. ibi non solũ de antesignanis sed signifero ita loquitur. Ita primo statim prælio cum dictator equitatum immisso antesignanos ostium turbasset legionum: inde signa inferri prope iussit: signiferũq; ex suis vnũ cunctantẽ occidit.
¶ Antesto as. cũ datiuo cõstruitur. Gel. lib. ix. Qui ꝛ viribus ꝛ magnitudine ꝛ adolescentia simulq; virtute cæteris antestabat. i. antecellebat. Sed hoc per translationem. nam proprie significat sicut sonat. Unde antistes ꝛ antistitor.
¶ Antistes itis. ex ante ꝛ sto. tã fœ. q̃ mas. ge. qui in aliqua re excellit: vt si dicamus Cicero eloquẽtię antistes: quasi ante stans princeps. Vale. Max. lib. pri. Ne deq; vetustis ritibus perita deesset Antistes. Li. lib. i. Poticij ab Euandro edocti antistites sacri.
¶ Antistitor pe. cor. quasi ãtestator. Col. li. iiij. Neq; enĩ singulis totidem antistitores possit dare qui obseruent quiq; ꝑcipiant ne acerbę vuę demetãtur.
¶ Antestor aris. ante iudicem statuo.
¶ Antepagmenta sunt valuarũ ornamenta: q̃ ante valuas appingãtur. i. affligantur: vel q̃ appingãtur antis.
¶ Antexpectatum tota vna dictio aduerbiũ ꝛ significant anteq̃ expectaretur eius aduentus. Vir. li. iiij. Geor. Antexpectatũ positis stat in agmine castris.
¶ Anteuenio præuenio. Salust. in Iug. Ac per tramites occultos exercitũ met- lli anteuenit. Plaut. in Tri. datiuo iunxit pro corã venio: tempori huic hodie anteueni.
¶ Anteuerto: præcedo: ꝓuenio: anticipo. Cic. in Lel. Id ipsum cum tecum agere conarer. Fannius anteuortit. i. præfatꝰ est. Amb. ad Simplicianũ. Ita mẽs boni speculatrix cõsiliorũ suorũ est: priusq; examinat quid decorum atq; honestum. Iniquitas vero opere cogitationem anteuertit.
¶ Anteurbanus a. um. quod est vrbi propinquũ. Unde anteurbana prædia dicunt vrbi propinqua.
¶ Anticipo as. pe. cor. ante capio: præuenio. vt est illud. Strictior eoos ꝓcesserat aura iugales Pestiuuz suadens anticipare diem.
¶ Antię sunt muliebres capilli in frõte demissi q̃si faciem siti sint.
¶ Anthinũ mel vocat qđ vere factũ est: quũ ex floribus faui cõstruantur: quos grę ci τα ανθη appellãt Mel vero ęstiuũ vocat horeũ: q̃ græci oẽs fructus ęstiuos nominant horeos: quoniã id tempus per excellentiã horam vocant.
¶ Antium vrbs latii volscorũ caput: Romanorũ colonia: dictũ q̃ ante alias vrbes in ipso littore sita sit ad ocium: rerumq; vrbanarum vacationem accommodata.
¶ Antidotum pe. cor. ex contrario datum: remediuz siue medicamentuz qđ contra venena datur. Nam ꝛ ipsa antidota fere venena sunt vt sit antidotum quasi venenum cõtra venenum eξ αντι και διδωμι. Nã contraria contrarijs curantur. Quintil. li. vij. Tyrãnus suspicatus a medico suo datũ sibi venenũ tosse eum. Et cum id dedisse se negaret accersit alterũ medicũ: ille datum ei venenũ dixit: sed se antidotũ datu rum. Dicitur ꝛ antidotus genere fœ. Gel. li. xiiij. Huius regis antidotus celebratissima quæ Mitridates vocatur. Hiero. cõtra Ruffinũ. Apud medicos quoq; quędam antidotus noxios humores temperãs ex amaritudine nominatur: quę dulcis ostenditur.
¶ Antidotarius liber in quo de antidotis tractatur
¶ Antidosis: latine retributio. Significat enĩ quicqđ alicui ex aduerso dat. eξ αντι διδωμι .i. δοσις.
¶ Antipodosis. Itẽ retributio: ex anti ꝛ apo quæ reindicant ꝛ dosis datio. Figura est cũ media primis ꝛ vltimis cõueniunt: vt vestrũ hoc factũ reprendo. P. C. non meũ: ac pulcherrimũ quidẽ factũ: verũ vt dixi non meũ sed vestrum.
¶ Antibacchius: pes bacchio contrarius. Constat ex duabus longis ꝛ vltima breui: vt natura.
¶ Antigenes pe. cor. nomen pueri rustici.
¶ Antigonus nomen propriũ regis macedonum.
¶ Antilochus pe. cor. Nestoris filius: quem in bello troiano Memnon auroræ filius interimit. Unde patris prece motus Achilles Mẽnona occidit.
¶ Antigraphũ: latine exemplar dicitur.
¶ Antilogia dici potest cõtradictio: refragratio vel quasi contraria oratio.
¶ Antiaxona quasi contra axem posita: anti contra: αξισ axis. Græci αντιαξονα.
¶ Antimachus penult. correp. cum ch. aspiratio nomen viri: latine contra pugnãs. Mache enĩ pugnã significat.
¶ Antiquus proprie vetus. Vir. Antiquasq; domos auiũ: deductum (vt Var. docet) ab ante ꝛ æuũ. Quoniam vero quę antiquiora sunt: fere meliora esse consueuerunt: vt mores: vinũ ꝛ similia. Plau. Qui vtuntur vino veteri sapientes puto: ꝛ qui libẽter veteres expectant fabulas. Ideo factum est: vt Antiquius quandoq; pro melius vsurpemus. Cic. in Lelli. Hoc quidem est propriũ amicicię sed antiquior: ꝛ magis a natura profecta. Et antiquus ponitur pro nobili ac venerabili. Virg. Terra antiqua potens armis. Ab antiquus fit antiquitas pro vetustate:
¶ Antique ꝛ antiquitus aduerbia.
¶ Antiquarius: rerum antiquarũ peritus. Iuuena. Ignotosq; mihi tenet antiquaria versus. Item antiquarius dicitur qui verba ab vsu remota ꝛ cõmentarios pontificũ ꝛ vetustissima fœdera ꝛ exoletos scrutatur auctores vt ex his contrahat quæ nõ intelligãtur: vt quędam solus scire videatur. Et antiquarius idem qđ antiquus ꝛ qui litteras ãtiquas scribit. Augu. super Lucã. Quẽadmodum qui videt litteras in codice optime scripto ꝛ nõ nouit legere laudat quidẽ antiquarij manũ admirans apicũ pulchritudinez sed nescit quid sibi velint illi apices.
¶ Antiquo as. euacuo: aboleo: ꝛ ad statum pristinũ reuoco. Liui. Omniũ rerũ causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Et antiquare est confirmare. Liui. De plebeo senatu antiquabant.
¶ Antiphates pe. cor. nomen propriũ regis lestrigonum: de quo. Virgi. lib. vij. Et primũ antiphaten. is enĩ se primus agebat. Dicitur ꝛ antiphateus.
¶ Antiphona pen. prod. non autẽ cor. vox reciproca duobus choris alternatim psallẽtibus. Antiphonas græci primi composuerunt: ꝛ apud Latinos di-

uus Ambro.institui. Ex hinc in cũctis regionib' occiduis vsus increbruit. Ideo aũt penultima est lõga quoniã est ω mega ἐξ ἀντι και φωνη vox contra communem vsum sic Jacobus: contra vero Ambrosius ⁊ Gregorius de quibus plura essent dicenda.

¶ Antiphrasis pe.cor. sermo per contrariũ intelligẽdus: vt parcę quia nemini parcant. Anti cõtra: φρασις locutio.

¶ Antistrophe ἀντιστροφη dicitur cum cõiuncta duo quæ inter se pendeãt sit alterna conuersio: vt seruus domini: ⁊ dominus serui.

¶ Antiparistasis pe.corre.a græcis dicitur per quã vbi calidum est inde frigus excedit. Ubi frigiduz est inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent: quia illo se calor contulit cedens frigori superiora possidenti.

¶ Antipodes pe.cor. dicũtur qui ɔtra nos positi sũt contrarijs vestigijs quos tamen Aug.li.xvi.de ciui. dei. negat esse sic scribens. Qui vero ⁊ antipodas eẽ fabulanť.i.hoies a cõtraria parte vb sol oritur quando occidit nobis aduersa pedibus nostris calcare vestigia nulla ratione credendum est.

¶ Antiptosis pe.pro. latine dici potest pro casu. Figura quãdo casus pro casu poniť: vt Urbem quam statuo vestra est. Componiť em̃ ex anti. pro πτωσις casus ab πιπτω και ερτω παρακειμενω πεπτωκα.

¶ Antithesis pe.corr. Figura cũ vna littera ponitur pro alia: vt olli pro illi. Cõponitur em̃ ab ἀντι quod est pro: ⁊ θεσις positio: quasi ꝓ altero positio.

¶ Antistœchon itẽ ẽ ꝓ littera: nã anti pro: ⁊ stœchõ littera: vt sella pro sedda: et magalia pro magaria. l. pro r. Nam magal pro magar dicitur: q̄ pœnoruz lingua villam designant. græce ἀντιστοιχον.

¶ Antitheton pe.cor. obiectũ vel cõtra positum. Figura cum contrarijs opponunť cõtraria: vt apud Ouidiuz. Frigida pugnabant calidis: humẽtia siccis Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus. Nam anti. pro. vel contra theton positum. Persius. Carmina rasis Librat in antithetis doctas posuisse figuras. Augu. lib xi. de ciui. dei. Antitheta quę appellantur in ornamentis elocutionis sunt decentissima: quę latine appellãtur opposita: vel quod expressius dicitur ɔtraposita: vt apud apostolũ. Per arma iustitiæ a dextris ⁊ a sinistris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: ab ἀντι και τιθημι.

¶ Anthypophora pe.cor. figura quę fit cũ tacitę obiectioni respondetur. Nam anti contra: hypophero subduco vel suffero: quasi cõtraria subductio.

¶ Antisthenes pen.cor. nomẽ philosophi: et contra valentiam significat. Hic cum gloriose docuisset rhetoricã: audissetq̄ Socratem dixisse fertur ad discipulos. Abite ⁊ magistrum quęrite. Ego em̃ iã repperi. Statiq̄ venditis quę habebat ⁊ publice distributis nihil sibi plusq̄ palliolum reseruauit.

¶ Antitypum pe.cor. latine exemplar similis formæ vel contrarium.

¶ Anticyra pe.cor. insula ad sinum adiacens Malia cum ⁊ Oetam montem: cuius meminit Stra. libr. ix. vbi auctore Ply. Elleborũ tutissime sumitur. Ouid. libro. iiij. de pon. J bibe dixissem purgantes pectora succos Quicquid et in tota nascitur anticyra. Unde quotiens insanũ hominem significare voluerũt anticyra egere scribũt. Hora. Si tribus anticyris caput insanabile nunq̄ Tonsori licino cõmiscuit. Est ⁊ anticyra ciuitas iuxta Cirrham in phocide regione in corinthiũ ɔuersa sinũ ab anticyreo quodã Herculis ętate Caparissus ab Homero dicta.

¶ Antipater pen.cor. nomen proprium poetę Sidonij. Fuere et alij hoc nomine vocati. Hic antipater nobili epigrammate in sapho decimam inter musas eam cooptat.

¶ Antinous ægypti ciuitas ab Adriani Amasio sic dicta. vt scribit Hiero. lib. ɔtra Iouin.

¶ Antęus gygas libycus: quẽ hercules occidit: hũc fabulę fingunt quasi filius terræ fuerit propter quod cadens in terrã fortior soleret assurgere.

¶ Antheus cũ h. vnus fuit ex Aeneæ ducibus. Uir. Anthea sergestumq̄ vocat.

¶ Anthypatea: discordia sicut Sympatea cõcordiã nobiliũ: vt docet Ply. li. xxxiij. ὑπατος consul.

¶ Antypathus latine proconsul.

¶ Antonomasia cum accẽtu in pe. dici potest pronomine.i. vice nominis positio. Diome. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum loco eius fungitur: Ut est Arma virũq̄ cano: vbi intelligitur Aeneas. Fit autem tribus modis. Ab animo: vt magnanimus anchisiades.i. Aeneas. A corpore: vt ipse arduus.i. Polyphemus. Extrinsec': vt infelix puer: atq̄ impar cõgressus Achilli. hoc est Troilus inde antonomasticos denominatiue.

¶ Antiochus nomẽ ꝓpriũ regis Syrię Seleuci regis filij. Fuere ⁊ alij antiochi Syrię reges. Fuit ⁊ alius Antiochus Ascalonita philosophus Ciceronis: Brutiq̄ præceptor.

¶ Antiochia vrbs in Syria quę prius Metropolis Epiphane ⁊ reblata ab alijs Theopolis hoc est dei ciuitas est appellata. Hanc Seleucus nicanor in suorum memoriam ɔdidit olympiade. cxix. quam orontes fluuius interfluit ab occidentali regione lauat mœnia eius farfar fluuius. Alia est antiochia ad persicũ littus ab antiocho cui sother cognomen fuit condita. Ab antiochia fiunt adiectiua antiochenus: ⁊ antiochensis.

¶ Antoniorũ familia Romę nobilissima vetustissimaq̄ fuit: vtpote quæ ab Antone Herculis filio ⁊ noiata ⁊ orlunda proditur.

¶ Anthropos pe.pro. Nam græce ανθρωπος οτι ας ρω και τροπη latine homo dicitur.

¶ Anthropophagi populi scythiæ qui humana carne vescuntur. φαγω em̃ comedo significat. Hi populi sunt ad orientem ac septemtrionem Massagetis: et circa hos tristissima solitudo: et mare: quod Tabin vocant.

¶ Anthropophormitæ dicti sunt qui simplicitate rustica deum habere membra arbitrantur. Unde et anthropophormitica hæresis.

¶ Anthraces pe.pro. latine carbones.

¶ Anthraceus carbonarius. ¶ Anthracia pruna.

¶ Anthracin' color niger: a carbone q̄ carboni similis sit: siue q̄ hmoi color fit ex tritis i mortario carbõib' Uar. de vi.pa. Propinquæ adolescẽtulę ⁊ iã anthracinis proximo amiculo nigello: capillo demisso sequuntur luctum. Rursus anthrax sicut scribit Hieron. ad Damã. genus est lapidis fulgidi atq̄ lucentis: quem nos carbunculum interpretamur: ⁊ quem in duodecim lapidibus inuenimus.

¶ Antlia liæ. machinula ad hauriendam aquam excogitata. Naz ἀντλειν latine haurire dicitur. Mar-

A ante N.

Cura laboratas antlia tollit aquas. Et Festus antlare haurire: a græco αντλαω και εντευθεν το αντλημα καλουμεν descēdit. Liuius. Florem antlabant liberi ex carthesijs.

¶ Antrum crypta: latine specus vel cauerna: quasi atrum (vt inquit Ambro. lib. Hexa.) quod atro inhorrescat situ atque offuscatione tenebrarū. Nam antrū vocant ingentem quādam cōcauitatē in vrbē ductam: sed miror cur tātus vir dictiunculam etiam puerilis manifestā grecam το αντρον τουαντρου latinam esse voluerit: neque Sudam citare aut alios grecos oportere. Est etiā nomē fluminis in Britānia.

¶ Antus animal est: de quo Ply. li. x. scribit. quod equorum hinnitus imitetur.

¶ Anubis pe. pro. genitiuū facit anubis: vel idis. et lingua egyptiaca dicit canis in cuius forma colebatur Mercurius: vt inquit Ser. Virgi. Omnigenūque deū mōstra: et latrator anubis. Ouid. sine titulo. Per tua sacra precor per anubidis ora verendi. Dion. scribit anubum filiū fuisse Osiridis: qui canē gestabat tanquam armorū insignia. Ex quo ægyptij canē venerātur: et anubim deum canino capite effingūt.

¶ Anxius sollicitus: mœstus: ab αγχω. μ. αγξω. Vn̄ anxietas et anxietudo: de quibus supra.

¶ Anxifer pe. cor. quasi angorem: anxietatēque ferēs Cic. lib. ij. Tus. Nūc dolorum anxiferi torquēt vertices. nūc serpit ardor.

¶ Anxyrus pe. cor. dicitur quasi absque rasura. ab α sine et ξυρεω rado. Naz imberbis a Campanis colebatur Juppiter. n. interponitur ad euphoniam: Ut αμβροσια.

¶ Anxur tam mas. quam neut. gene. vrbs est quam olim Trachinam nūc Tarracinā dicunt. Mar. Siue salutiferis candidus anxur aquis. Hora. Millia tū prāsi tria repsimus atque subimus Impositum saxis late cādētibus anxur. Dicitur aūt anxur (vt Ser. docet) quod illic colebatur Juppiter anxurus quasi ανευ. i. sine. et ξυρος nouacula quia barbā nunquam rasisset.

¶ Anyger et anygrus fluuius thessalię. De quo Oui. Fundit anygrus aquas.

¶ Anypodetos ανυποδητους græci vocant qui pedibus sunt nudis.

A ante O

¶ Aonia regio Thraciæ ab Aone rege Neptuni filio dicta: quem factione suorum ex apulia pulsum in Bœotiam tradunt venisse: ac de suo nomine montanam regionem Bœotiæ vocitasse Aoniam. Aonesque eius mōtes dicuntur. Hinc

¶ Aonius a. um. Ouid. Seperat aonios acteis phocis ab aruis. Similiter Aonides patronymicū a possessiuo. Juuenalis. Aptusque bibendis Fontibus aonidum.

¶ Aorsi populi nō procul Jaxartę fluuio qua in hyrcanum mare influit: vt inquit Ptole. Alios Plyn. in Europa collocat aorsos. Scribit Strab. aorsos thanaim accoluisse.

¶ Aornos fuit petra apud Indos pręceps in via monumentis historicorum celebrata: quasi auibus inaccessa. α enim priuationem significat ορνος auem. Scribit Plutar. Alexandrum cum intellexisset hāc petram teneri ab homine meticuloso dixisse: nunc locus iste facillimus est captu.

A ante P.

¶ Apamea: insula est a Tygri fluuio circūfusa sic dicta: vt scribit Plynius ab antiochi matre. Est et apamea bithynię oppidum: quā Nicomedes cognomento Epiphanes Prusij regis filius de matris apames nomine apameam vocari voluit: quę Myrlea a Myrlo colophoniorum duce dicebatur.

¶ Apamia cū i. vrbs minoris asiæ est: et vna phrygiarū vrbium maxima fuit. Urbs fuit nomine Celenis: qua destructa Antiochus soter homines transtulit in eam quę postea apamia dicta est: et vrbem appellauit de nomine matris apamiæ artabazi filię: que Seleuco Nicanori nupta fuit. Est et alia vrbs eius nominis in parthia.

¶ Apagesis pe. cor. aduerbiū grecū comicū familiariter corripiētis est: quod significat abducsi vis et remoue. Apul. Apagesis iam cruentos deos.

¶ Apanthropos pe. pro. latine inhumanus dicitur.

¶ Apanthropia inhumanitas.

¶ Apella dici potest sine pelle. Quo noie vocati sunt iudei circūcisi. Hor. lib. Ser. Credat iudęus apella.

¶ Apelles is. vel etis. secūdum Prisc. nomē pictoris eximij patria Coi: qui omnes prius genitos futurosque postea superauit: et picturæ plura solus prope contulit quam cæteri. Fertur Alexandrum Macedonem a nullo pingi voluisse quam ab apelle. De hoc Ouidius. Si nunquam Venerem Cous pinxisset apelles. Mersa sub ęquoreis illa lateret aquis.

¶ Apenninus p duplex nn. a penna quę est sūmitas. Uel apœninus cū œ diph. vt scribit Ser. quasi alpes pœni: quē annibal primus superauit: Hic Italiā diuisit: Incipit a Genua et supra carnos incumbit. Liui. lib. xxi. pennin [illegible] dicit disputās.

¶ Aper porcus syluester: ab αφρος spuma: quod spumas ore emittat: vel dicitur a feritate quasi asper quod hirsutus sit: seu quod in locis asperis habitet: vt inquit Uar.

¶ Aperio ex ad et pario vt inquit Prisc. abiecta d. quia ad sequente p. nunquam abijcitur. Et significat patefacio. Teren. Fores aperi. Habetque a cor. Juue. Protulit vt mons est: et aperta palluit agna. Quandoque detego. Hinc Macro. ait iuniores solitos esse non tā honoris quam valitudinis causa maioribus caput aperire. Statius. Sic fatus apto ense vocat socios. Per translationez apire ponitur pro exponere. Plau. Age iam: et hoc ænigma aperi nobis. Item pro nudare. Ci. Uerentur em̄ ne si quo casu acciderit: vt partes corporis quędam aperiantur: aspiciantur non decore. Itē pro vulnerare. Juue. Fuste aperire caput candelā apponere valuis. Huius verbi composita sunt adaperio: quod est valde aperio. A quo adaptile pen. cor. quod apitur vel aperiri potest: vt versatilis axis: qui versatur vel versari potest. Ouid. de trist. Aspicis a dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio: foras vel valde aperio.

¶ Apesus untis. montis nomen est: qui nemeę supiacet: vbi Theseus Joui primum operatus creditur. Dictus ab heroe: cui aphesas nomen erat. Papin. Mons erat audaci seductus in ęthera dorso Nomine Lernęi dicunt apesunta coloni Gentibus argolicis olim sacer. Ab hoc monte apesuntius Juppiter dictus fuit.

¶ Apes vel potius apis in nominatiuo singulari. Col.

ib.x. Nam quanto grandior apis atq3 rotundior tanto peior. Oui. lib. xiij. Meta. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Hoc nomē cōpositū existimāt pleriq3 ab a sine ⁊ pes: q sine pedibus nasci videatur id genus volucris. Dicente Virg. Trunca pedum primo. Sed cū non seruet analogiā: sicut cætera composita: bipes edis. tripes edis. compes edis. magis simplex iudicandū est. Creātur apes ex bobus sicut crabones ex equis: fuci ex mulis: vespę ex asinis.

¶ Apis idis. vel apis. apud ægyptios bos dicitur: q et pro numine colitur. Luca. Et sacer in cineres magni mactabitur apis. Hinc etiā dictus est serapis: a quibusdā Osiris. Aug. lib. xviij. de ciui. dei. Rex argiuorum apis nauibus transuectus in ęgyptum cū3 ibi mortuus fuisset: factus est Serapis omniū maximus ęgyptiorū deus. Nominis aūt hui' cur nō apis etiam post mortem sed serapis appellatus sit: facillima3 rationē Varro reddit. Quia em̄ arca in qua mortuus ponitur qd omnes iā sarcophagū vocāt: σορος soros dicitur grece: et ibi eū sepultum venerari cœperunt priusq3 templum eius esset extructū velut sorosapis vel sorapis primo deinde vna littera (vt fieri solet) cōmutata: serapis dictus est. Ille aūt quem mirabili vanitate decepta ægyptus in honorē eius delitijs affluentibus alebat: quoniam eū sine sarcophago viuū venerabatur apis. non serapis vocabatur. Quo boue mortuo quoniā quærebatur ⁊ repiebatur vitulus coloris eiusdē mirū quoddā ⁊ diuinitus sibi procuratū esse credebāt. Est etiā apis vicus in aphrica: qr nobilis religione ægyptij locus esset.

¶ Apianus a. um. qd apes auide sumūt. Unde apianę vuę dictę sūt (inqt Col.) quas muscę infestātur: nūc vulgo a muscis muscatulla dicitur. Græci sticam vocant etiam a quodam sapore quasi castoreo. Plynius lib. xiiij. Apianæ apes dedere cognomē præcipue earum auidæ.

¶ Apiarius qui curat siue qui possidet apes. Plyn. lib. xxi. Prouentum enim sperant apiarij large florescente thymo.

¶ Apiariū locus vbi apes cōsident: hoc est vbi aluei apum tenentur: qd melisson a melissis: hoc est apibus etiam ⁊ mellariū noiatur. Col. lib. x. Non est dubitandum quin ędificio iunctū apiariu3: macerta circūdemus: sed in ea parte quæ tetris latrinę sterquilinijq3 ⁊ balnei odoribus libera est.

¶ Apicula dimi. parua apis. Ply. lib. vij. Quadrigā ex eade3 materia quā musca integeret alis fabricatā ⁊ nauē quā apicula pennis absconderet. Dicitur ⁊ apecula ab apes nominatiuo: quę merops etiā vocat. Virg. Meropes aliæq3 volucres.

¶ Apiastra illa auis dicitur quæ apes comedit.

¶ Apiū herba folia habens petroselino similia: s3 maiora et quia fiebant apud antiquos coronæ victorib' sacri certaminis Nemeæ. Iuue. Gaudentis fœdo pegrina ad pulpita saltu Prostitui graięq3 apium meruisse coronę. Ab apij etiamnū corona qua3. L. Api' in achaia meruit Apiorū gentem Romę esse cognominatam legimus. Quidā hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Hāc herbam gręci Selinon dicūt: cuius multa sunt genera. Quod em̄ spōte in humidis nascitur heleoselinum dicitur. ἑλος em̄ dicitur palus vno folio: nec hirsutum. Quod in siccis hipposelinū quo equi libēter vescuntur: pluribus folijs est simile heleoselino. Id ⁊ petroselinū ⁊ olusatrū siue olisatrum nūcupatur Tertium oreoselinum: quasi montanū apium: cicutæ folij radice tenui.

¶ Apiastrum herba est quę a melissis melissephylon appellatur. Hoc est apium folium. Et a melle dicitur mellitena. Nullo magis flore gaudent apes.

¶ Apicę oues dictæ sunt: quę nō amplo corpore sint: nec multā lanam habent circa corpus totum.

¶ Appia via Romę ab Apio claudio sic vocata.

¶ Apinę penult. corre. nuces vocantur: quæ cutem verius q̄ putamen adeo mollem habent vt simul mādantur.

¶ Apina arbor quasi minime pinus: quæ pin' picea dicitur: q picę potius q̄ pino similis sit. Apina etia3 tricaq3 duo oppida apulię fuerunt quę Diomedes euertit Tantali ignominia vt in prouerbio ludibrium transierint. Quotiēs em̄ rem nullius pretij ostendere volumus Apinas ⁊ tricas nominamus. Mar. Sūt apinę tricę: etsi quid villius istis.

¶ Apidanus penul. cor: fluuius thessalię. Luca. libr. primo. It gurgite vasto Apidanus nunq3 celer: nisi mistus enipheus.

¶ Apex pprie virga in summo flaminis pileo: in cui' extremo modica lana est qd primū constat ad albam Ascanium instituisse. Plerūq3 tamen sumitur p summa verticis parte: q longe sit a pedibus. Aliquādo etiam pro cœli: siue galeri seu montis aut litterę summitate. Pro distinctionis nota. Pro honore vel pro aliqua re cuius summitas est acuminata. Col. lib. v. Eiusq3 velut apex pronus iminens: mucro vocatur. Ponitur ⁊ p sacerdotū seu pontificū infula: quā vulgo mitram vocant. Val. li. i. At sulpitio inter sacrificandū e capite apex plapsus eidem sacerdotiū abstulit. Cice. vero transtulit ad auctoritatem magnam. Apex inquit senectutis est auctoritas quāta fuit in M. Cælio Metello.

¶ Apiculus diminu. paruus apex: quod ⁊ apiculum dicitur. Festus. Apiculum filum quo flamines velatum apicem gerunt.

¶ Apexabo intestinum sanguine plenu3 admisso pingui sic dictum: q in summitate quiddam quasi in capite apicem habeat.

¶ Appion nomē fuit grāmatici celebrio: q vt Sene. scribit sub. C. Cęsare tota circūdatus est gręcia.

¶ Aphæresis pe. cor. ⁊ antepe. cū æ. diphth. dici pōt abscissio. Figura: quę a principio dictionis litteram vel syllabam aufert: vt pone metum: p depone. ἐξ απο και αιρουμαι πεισφηκατα την Δασειαν αποβλαντου του ο.

¶ Aphrica regio: ab α sine ⁊ φρικη frigus: quasi sine frigore. Hanc tertiā orbis partē plerīq3 dixerunt.

¶ Aphros latine spuma. Inde aphroditem Venerē dicimus: quia de maris spuma cōcepta fertur.

¶ Aphronitrum: spuma nitri.

¶ Aphrodisia dicuntur venereę voluptates.

¶ Aphilos pe. cor. dicitur qui nullū habet amicum.

¶ Aplanes pe. prod. dicitur non vagus inerrabilis. Macrob. lib. pri. de som. Hic em̄ cœlu3 quod aplanes sphęra vocitetur partem vnam: septem vero sphęras quę vagę nominantur.

¶ Applodo is. pe. pdu. vide in dictione plodo.

¶ Appluda pe. pd. a quibusdā interptatur furfur: a quibusdam sorbitionis genus liquidissimū. Plynius docet appludam vocari purgamenta milij ⁊ panici

tisiamque: cum in frumenta palea dicatur. Dicta applu da ab applaudendo: quod propter tenuitatem quia minutissima est spiritu deiiciatur. Neui. Ne hercle appluda est hodie quam tu leuior.

¶ Apocalypsis latine reuelatio. Ex απο quae re in compositione significat. et καλυπτω velo.

¶ Apocope pe. cor. amputatio. ex απο quae re vel ab: et κοπτω scindo: amputo. Figura quando vltima littera vel syllaba tollitur: vt peculi pro peculii.

¶ Apocryphus a. um. pe. cor. latine absconditus: secretus. Ex απο quod exaggerat rem et κρυπτω abscondo. Illa vero scriptura dicitur apocrypha: cuius occulta origo est et in qua licet inueniatur aliqua veritas: tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica veritas.

¶ Apocrisiarius latine dici potest responsalis. Ex απο κρινομαι: quod significat respondeo. Et ponitur pro legato. Apocrisis responsum.

¶ Apodixis euidens probatio: demonstratio siue experimentum. Unde apodixes gramaticae vulgo dicuntur geometricae probationes. Amb. Crudelissima omnium feminarum ad filium meum voluisti apodixen tuae artis magicae demonstrare. Gelli. Apodixim vtriusque callens cum ea quae dubia aut obscura sunt per ea quae ambigua non sunt: illustrantur: sed cum in lingua communi scribatur Δεικνυμι demonstro per ει in principio και ι. Δειξω locus ille debet emendari apoderis per e in penul.

¶ Apodyterium latine spoliatorium. Locus in quo loturi aut sudaturi vestes deponebant: quas capsarii seruabant. Nam απο Δυειν exuere dicitur. Ply. ad Apollinarem. Inde appoditerium balinei laxum et hilare excipit cella frigedaria in qua baptisterium amplum atque opacum Δυω και Δυω ingredior quasi vestem ingrediamur απο priuat. i. ex veste eo.

¶ Apologus pen. cor. fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. Nam est quaedam ex humilibus rebus composita forma ac species ad videndum quae et apologatio dicitur.

¶ Apologia responsio vel satisfactio defensio seu excusatio: quae et apologeticon et apologema atis. dicitur. Unde apologeticus liber. i. satisfactionalis. Hiero. ad Pammachium et Oceanum. Quis prudentior: doctior: eloquentior Eusebio et Didymo assertoribus Origenis inueniri potest: quorum alter sex voluminibus τασ απολογιασ. i. defensiones scribens ita eum vt se sensisse confirmat.

¶ Apolatizo as. contemno. Plautus in Epi. Auxilla mihi et suppetiae sunt domi apolatizo inimicos omnes

¶ Apophoretum αποφορητον. pe. pd. munus quod dare solebat saturnalibus: quem morem hodie quoque seruamus mense decemb. in natali saluatoris die. Sueto. in Domi. Dabat sicuti saturnalibus viris apophoreta ita per Calendas martias foeminis. Idem in Cal. Agitato cithio comessatione quedam in apophoretis in tres sestertium contulit. Dicta adophoreta αφορεω quod ab iis quos salutabant referentur. αποφορειν enim modo auferre: modo referre significat: apophoreta etiam dicuntur vasa a ferendo. Atheneus. Uasa quae conuiuis apponebantur: vt secum ea ferrent: donoque haberent αποφορητα vocabant.

¶ Apocatastasis αποκαταστασισ: latine instauratio

¶ Apocatasticus instauratus.

¶ Apophasis pe. cor. negatio abnuentia. Ex απο re: et φασισ responsio apophatica negantia.

¶ Aposiopisis pe. cor. a Cicerone dicitur reticentia a Celso obticentia alii interruptionem appellant quod est sileo vel taceo. Nam est quasi interceptum silentium Figura indignantibus familiaris in qua verbum extrinsecus subintelligitur. Virg. Quos ego: deest enim punitum vel quid simile.

¶ Apotheosis pen. produ. consecratio seu deificatio. ex απο quae ab indicat et θεωσισ diuinitas: quasi a diuinitate procedens. Unde Ser. in Daphnin apotheosin dixit relationem in deos: cum scilicet hominem inter deos numeramus apotheoo deifico.

¶ Apodes pe. cor. aues quedam quod careant vsu pedum alio nomine Cypselli dicuntur ex hirundinum genere: volant plurimum nidificant in scopulis atque in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido nulla: aut pendent aut iacent. Ply. lib. x. Plurimum volant quae apodes vocantur: quia careant vsu pedum. Huius nominatiuus singularis est apus apodis.

¶ Apollo inis. et apollos: apollo secundum graecam declinationem: creditus fuit deus: quem greci etiam Φοιβον: hoc est solem appellant. Cui (vt Macro. inquit) variae fuerunt potestates. Nam fuit auctor carminis presens vaticinii: sagittandi peritiam habuit: artem medicinae pcalluit: et chordae vocalis. Idem dicitur liber quod libere puagetur per aerem. Dictus apollo ab a sine: et polli multi: quod solus ipse luceat.

¶ Apollinares ludi qui in honorem apollinis fiebant. Et apollinaris nomen proprium.

¶ Apollonius nomen philosophi alabadensis: siue Tianei qui rhodiis vixit. Unde et rhodius appellatur est. Hic dictus est a Suetonio clarissimus dicendi magister: sub quo vt Plutarchus scribit Cicero et Caesar condiscipuli fuere. Hic Pythagoricus phus dum Ephesi vitam ageret et forte in multitudine disputaret per eam horam qua Domitianus interficiebatur defixus et elinguis stetit. Tum autem exclamauit. Euge Stephane pulchre: Stephane percute peccatorem: pulsasti: vulnerasti et interfecisti.

¶ Apollonia ciuitas Epiri corinthiorum colonia optimis olim instituta legibus: vulgo his temporibus vallonia nominatur. De hac Strab. Condidere apolloniam corinthii Corcyreique ab eante fluuio stadiis decem a mari sexaginta. Est et Apollonia inter insulas thraciae cis Istrum amnem locata.

¶ Apollodorus nomen proprium pictoris excellentis et nomen oratoris pgameni.

¶ Apollydes pen. produc. latine deperditi dici possunt απολλυμι pereo

¶ Aponus penu. cor. fluuius seu fons calidis aquis haud longe a patauio. Uel vicus vbi balneae sunt. Lucan. lib. vi. Colle sedens aponus terris: vbi fumifer exit. Atque antenorei dispergitur vnda timaui. Apona autem non tam quia contra morbos sint dicuntur: quam quia citra dolorem vllum afferant remedium. Unde patauini quoque fontes appellati sunt aponi: vt Cassiodoro placet εξ ασεριτικησ και πονοσ τοαλγοσ και μοχθισμοσ.

¶ Apophthegma atis. acuta responsio εξ αποφθεγγεσθαι.

¶ Apoplexia siue apoplexis subita pcussio: quam sequitur mors εξ απο πλητω. μ. αποπληξω ictu consterno.

¶ Apoplectici sunt quos dicimus attonitos quorum videlicet et corpus et mens stupet ictu fulminis aut morbo. Hier. in chronicis. Ualentinianum subita sanguinis corruptione mortuum scribit: quae grece apoplexis

vocatur. Persuasum aūt vulgo est cū quis repentina morte corruit: euenire id guttā sanguinis e capite in cor delata. Quod quidē & Spartianus Capitolinus ve iam tunc credi passim demonstrat.

¶ Aporia pœnuria: indigentia. Nā ἄπορος aporos indigens & paup dicitur. Unde apud Ecclesiast. Aporia hominis in cogitatu illius.

¶ Aporior aris conuicior & quasi paup abijcior.

¶ Apostasia cū accentu in pen. elongatio. defectio: rebellio.

¶ Apostata siue apostaticus rebellis. Hier. Nisi venerit discessio primum quod grece dicitur. ἀποστασία ἐξιστημι. μ. στω.

¶ Apostato as. pen. cor. rebello. Cypri. ad Corneliū Interesse debet inter eos qui velut apostatauerunt et ad sæculum cui renūciauerant reuersi gētiliter viuunt vel ad hereticos transfugæ facti contra ecclesiā pernicialia arma suscipiunt. Hinc formauit nomen verbale. Hieron. in Ezechie. Mitto inquit ego te ad gentes apostatrices.

¶ Apostema atis pe. pro. ἀπόστημα vomica est quæ et suppuratio a latinis cum cōcursus mali humoris in aliqua parte corporis factus est. Sed proprie ἀπόστημα spatium distantiae ἐξ ἀφίστημι. μ. ἀποστήσω.

¶ Apostolus latine missus: siue nuncius dicitur ἀπο στέλλω mitto.

¶ Apostrophe pe. cor. dici potest conuersio. Figura cum ad aliquem per secūdam psonā fit conuersio. vt te nunc alloquor africane: cuius mortui nomen splendori ac decori est ciuitati.

¶ Apostrophus accentus collisiuus in fine alicuius dictionis denotans vocalem pcedentis dictionis elisam propter hiatum: Ut ἀφωρ ἀπ᾽ ἀμβροσίου καλέπιρου.

¶ Apotheca cella vinaria. Plyn. Uina in apothecis cauis ortu mutantur. Proprie tamen est in qua vinū & conseruatur & venditur. Item tantum pecuniarum detinent vini apothecæ: nec alia res maius incremētum sentit. Apud iuriscōsultos accipitur pro quodā obligationis genere.

¶ Apotamia maior pars semitoni: quę a latinis discissio dici potest ἐξ ἀπὸ καὶ τέμνω ἐρθεψ τομη.

¶ Apozima aqua cocta cum varijs condimentis.

¶ Apoxymenos greci vocant eos qui e corporibus sordes detergunt quasi distringentes.

¶ Apparo as. pen. cor. significat ad dignitatē quandam ac pompā me apto. Cice. lib. iij. de Orat. Illa q in apparatu fori appellantur insignia. Preparo vero anteparo quę vtilia mihi fore credo. Idem lib. i. offi. Facile totius vite cursum videt ad eamq degendā pparat res necessarias. Et qq apparatus videatur vtrūq significare: vt apparatus belli quasi pparatio Id tamen potius est ex quadam consequentia q̄ proprietate. Nam vt dicimus naues non modo instructas sed etiam ornatas: q2 vt instructiores ad bellū eo pulchriores sunt ita apparatū belli vocamus: quo ad bellum quodam decore & ornatu aptantur.

¶ Appareo es. pe. pd. significat videor. Uir. Apparet liquido sublimis in aere nisus: Et apparere est de improuiso se ostendere. Cice. Cum equites Antonij apparuissent. Item Obedire & presto esse ad obsequium. Uirg lib. xij. Hæ Iouis ad solium sæuiq ad limina regis Apparent. hinc.

¶ Apparitores dicti sunt q apparent & præsto sint ad obsequium qui et statores dicuntur: vt sunt ij qui magistratibus circunstant parati ad obsequendum. Quandoq apparitores tabellariorū officio fungebātur. Dabatur em comes magistratibus qui & salariū a rep. licet paruū accipiebat. Cic. in Uer. actione. v. Tuus apparitor pua mercedē populi conductus.

¶ Apparitura ipsum ministerium. Scribit Sue. lib. de grāmaticis. Orbilium apparituram fecisse magistratibus significans eum fuisse apparitorem: ministrumq magistratuum.

¶ Apparitio ostensio: quę grece epiphania dicitur. Et apparitio p ipsis apparitoribus accipitur qui presto sunt. Ambr. Missa apparitione cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus pcepit sisti.

¶ Apparitorium dicitur omne id quod paratur: vel adiutorium.

¶ Appello as. nomino. Cice. Pub. Scipionem q primus africanus appellatus sit. Item appellare est communiter seu familiariter nominare vocare. Ouid. lib. i. fast. Iamq potens misso genitorem appellat amico. Suet. in Cæsa. Appellatisq de repu. patribus. i. nominatis vocatisq. Item inuitare. Unde Ulp. de iniurijs. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Ambro. Per se ipm & p notos & p affines cœpit aures virginis appellare. Interdū p appellere. Afra. Appellat huc ad molem nostram nauiculam. Interdum p aduocare. Unde appellatus dicitur ad quem facta est puocatio. Quintil. Appellabatur a creditoribus. s. vt solueret debitum. Interdū est post sententiam tanq male latam contra aliquem agere. Unde Ulp. Qui appellat: maiorem iudicē debet appellare. Dicimusq appello principes & ad principem.

¶ Appellare ex aduerso: est nomina p antistrophen imponere: vt qui herbam illam omni duritia carentē holosteon vocauit: quo significatur tota ossea.

¶ Appellatio aduocatio siue puocatio. Et appellatio vt docet Ser. est vt ppria nomina: vt hic Cato ille brutus vocabulum est: quo res inanimales enunciantur. Nomen est quod deus vel homo.

¶ Appello is. p geminum pp. appuli appulsum significat conduco vel adduco: vt cum e pelagis quis ad littus accesserit: vt ille appulit ad portum vel in portum vel portui. Uirg. Hinc me digressum vestris deus appulit oris. Hinc appulsus us. p accessu pecoris ad aquam. Iureconf. Totum corrumpat pecous ad aquam appulsum. Quandoq appellare significat ponere dirigere: & animū ad aliquid agendum intendere. Teren. Postq poeta animū ad scribendū appulit i. posuit. Plaut⁹. in Asi. Argenti viginti minę me ad mortem appulerunt. i. adduxerunt.

¶ Apello is. p simplex. p. apuli apulsum. ex a & pello: significat amoueo: vt apulsus ab vrbe. i. amot⁹. Sūt tamen qui putent aspello nō apello scribi debere cōponi ex abs. seu ab s. in b. mutata: sicut fit in asporto qđ secūdum Pris. non ab a componitur: sed ex ab & b in s. cōuertitur ne si apporto & appello dicatur ex ad composita existimentur. Nam ita in captiuis Plauti legitur. Hic est ille dies nulla vitæ salus sperabilis ē mihi neq exilium exitio est: neq adeo spes quę mihi hunc aspellat. Et in Amphi. Inde optime aspellam virum.

¶ Appendo is. di. sum. suspendo: quasi ad aliquid pendo. vt Appendi vuam ad tigna. Ply. Atq vuas iam

risamque: cum in frumenta palea dicatur. Dicta applu da ab applaudendo: quod propter tenuitatem quia minutissima est spiritu deiiciatur. Neui⁹. Ne hercle appluda est hodie quam tu leuior.

¶ Apocalypsis latine reuelatio. Ex απο quae re in composition significat. et καλυπτω velo.

¶ Apocope pe. cor. amputatio. ex απο quae re vel ab: et κοπτω scindo: amputo. Figura quando vltima littera vel syllaba tollitur: vt peculi pro peculij.

¶ Apocryphus a. um. pe. cor. latine absconditus: secretus. Ex απο quod exaggerat rem et κρυπτω abscondo. Illa vero scriptura dicitur apocrypha: cuius occulta origo est et in qua licet inueniatur aliqua veritas: tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica veritas.

¶ Apocrisarius latine dici potest responsalis. Ex απο κριμομαι: quod significat respondeo. Et ponitur pro legato. Apocrisis responsum.

¶ Apodixis euidens probatio: demonstratio siue experimentum. Unde apodixes grammaticae vulgo dicuntur geometricae probationes. Amb. Crudelissima omnium feminarum ad filium meum voluisti apodixen tue artis magice demonstrare? Gelli. Apodixim vtriusque callens cum ea que dubia aut obscura sunt per ea quae ambigua non sunt: illustrantur: sed cum in lingua communi scribatur Δεικνυμι. demonstro per ει in principio και. μ. Δειξω locus ille debet emendari apoderis per e in penul.

¶ Apodyterium latine spoliatorium. Locus in quo loturi aut sudaturi vestes deponebant: quas capsarij seruabant. Nam απο Δυειν exuere dicitur. Ply. ad Apollinarem. Inde appoditerium balinei laxum et hilare excipit cella frigedaria in qua baptisterium amplum atque opacum Δυνω και Δυω ingredior quasi vestem ingrediamur απο priuat. i. ex veste eo.

¶ Apologus pen. cor. fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. Nam est quaedam ex humilibus rebus composita forma ac species ad videndum que et apologatio dicitur.

¶ Apologia responsio vel satisfactio defensio seu excusatio: que et apologeticon et apologema atis. dicitur. Unde apologeticus liber. i. satisfactionalis. Hiero. ad Pamma. et Oceanum. Quis prudentior: doctior: eloquentior Eusebio et Didymo assertoribus Origenis inueniri potest: quorum alter sex voluminibus τασ απο λογιασ. i. defensiones scribens ita eum vt se sensisse confirmat.

¶ Apolatizo as. contemno. Plautus in Epi. Auxilla mihi et suppetiae sunt domi apolatizo inimicos ols

¶ Apophoretum αποφορητον. pe. prod. munus quod dare solebat saturnalibus: quem morem hodie quoque seruamus mense decemb. in natali saluatoris die. Sueto. in Domi. Dabat sicuti saturnalibus viris apophoreta ita per Calendas martias foeminis. Idem in Cal. Agitato cithro comessatione quedam in apophoretis in tres sestertium contulit. Dicta adophoreta αφορεω quod ab iis quos salutabant referentur. αποφορειν enim modo auferre: modo referre significat: apophoreta etiam dicuntur vasa a ferendo. Atheneus. Uasa que conuiuis apponebantur: vt secum ea ferrent: donoque haberent αποφορητα vocabant.

¶ Apocatastasis αποκατασασισ: latine instauratio

¶ Apocatasticus instauratus.

¶ Apophasis pe. cor. negatio abnuentia. Ex απο re: et φασισ responsio apophatica negantia.

¶ Aposiopisis pe. cor. a Cicerone dicitur reticentia a Celso obticentia alij interruptionem appellant quod est sileo vel taceo. Nam est quasi interceptum silentium Figura indignantibus familiaris in qua verbum extrinsecus subintelligitur. Uirg. Quos ego: deest enim punitum vel quid simile.

¶ Apotheosis pen. produ. consecratio seu deificatio. ex απο quae ab indicat et θεωσισ diuinitas: quasi a diuinitate procedens. Unde Ser. in Daphnin apotheosin dixit relationem in deos: cum scilicet hominem inter deos numeramus apotheoo deifico.

¶ Apodes pe. cor. aues quedam quod careant vsu pedum alio nomine Cypselli dicuntur ex hirundinum genere: volant plurimum nidificant in scopulis atque in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido nulla: aut pendent aut iacent. Ply. lib. x. Plurimum volant quae apodes vocantur: quia careant vsu pedum. Huius nominatiuus singularis est apus apodis.

¶ Apollo inis. et apollos: apollo secundum graecam declinationem: creditus fuit deus: quem greci etiam Φοιβον: hoc est solem appellant. Cui (vt Macro. inquit) variae fuerunt potestates. Nam fuit auctor carminis presens vaticinij: sagittandi peritiam habuit: artem medicine precalluit: et chorde vocalis. Idem dicitur liber quod libere peragetur per aerem. Dictus apollo ab a sine: et polli multi: quod solus ipse luceat.

¶ Apollinares ludi qui in honorem apollinis fiebant. Et apollinaris nomen proprium.

¶ Apollonius nomen philosophi alabadensis: siue Tianei qui rhodijs vixit. Unde et rhodius appellatus est. Hic dictus est a Suetonio clarissimus dicendi magister: sub quo vt Plutarchus scribit Cicero et Caesar condiscipuli fuere. Hic Pythagoricus phus dum Ephesi vitam ageret et forte in multitudine disputaret per eam horam qua Domitianus interficiebatur defixus et elinguis stetit. Tum autem exclamauit. Euge Stephane pulchre: Stephane percute peccatorem: pulsasti: vulnerasti et interfecisti.

¶ Apollonia ciuitas Epiri corinthiorum colonia optimis olim instituta legibus: vulgo his temporibus vallona nominatur. De hac Strab. Condidere apolloniam corinthij Corcyreique ab eante fluuio stadijs decem a mari sexaginta. Est et Apollonia inter insulas thracie eis Istrum amnem locata.

¶ Apollodorus nomen proprium pictoris excellentis et nomen oratoris pergameni.

¶ Apollydes pen. produc. latine depditi dici possunt απολλυμι pereo

¶ Aponus penu. cor. fluuius seu fons calidis aquis haud longe a patauio. Uel vicus vbi balnee sunt. Lucan. lib. vi. Colle sedens aponus terris: vbi fumifer exit. Atque antenorei dispergitur vnda timaui. Apona autem non tam quia contra morbos sint dicuntur: quam quia citra dolorem vllum afferant remedium. Unde patauini quoque fontes appellati sunt aponi: vt Cassiodoro placet ex ασεριτικησ και πονοσ τοαλγοσ και μοχθισμοσ.

¶ Apophthegma atis. acuta responsio ex αποφθευγεσθαι.

¶ Apoplexia siue apoplexis subita percussio: quam sequitur mors ex απο πληττω. μ. αποπληξω ictu consterno.

¶ Apoplectici sunt quos dicimus attonitos quorum videlicet et corpus et mens stupet ictu fulminis aut morbo. Hier. in chronicis. Ualentinianum subiti sanguinis corruptione mortuum scribit: quae grece apoplexis

vocatur. Persuasum alit vulgo est cū quis repentinā morte corruit: euenire id gutta sanguinis e capite in cor delata. Quod quidē & Spartianus Capitolinus ve iam tunc credi passim demonstrat.

¶ Aporia pœnuria: indigentia. Nā ἄπορος aporos indigens & pauꝑ dicitur. Unde apud Ecclesiast. Aporia hominis in cogitatu illius.

¶ Aporior aris conuicior & quasi pauꝑ abiicior.

¶ Apostasia cū accentu in pen. elongatio. defectio: rebellio.

¶ Apostata siue apostaticus rebellis. Hier. Nisi venerit discessio primum quod grece dicitur. ἀποστασία ἐξίστημι. μ. στήσω.

¶ Apostato as. pen. cor. rebello. Cypri. ad Corneliū Interesse debet inter eos qui velut apostatauerunt et ad sæculum cui renūciauerant reuersi gētiliter viuunt vel ad hereticos transfugæ facti contra ecclesiā pernicialia arma suscipiunt. Hinc formauit nomen verbale. Hieron. in Ezechie. Mitto inquit ego te ad gentes apostatrices.

¶ Apostema atis pe. pro. ἀπόστημα vomica est quæ et suppuratio a latinis cum cōcursus mali humoris in aliqua parte corpis factus est. Sed proprie ἀπόστημα spatium distantiae ἐξ ἀφίστημι. μ. ἀποστήσω.

¶ Apostolus latine missus: siue nuncius dicitur ἀποστέλλω mitto.

¶ Apostrophe pe. cor. dici potest conuersio. Figura cum ad aliquem per secūdam ꝑsonā fit conuersio. vt te nunc alloquor africane: cuius mortui nomen splendori ac decori est ciuitati.

¶ Apostrophus accentus collisiuus in fine alicuius dictionis denotans vocalem p̄cedentis dictionis elisam propter hiatum: Ut ἀφωμ απ αμβροσιομ καλεπιμου.

¶ Apotheca cella vinaria. Plyn. Uina in apothecis canis ortu mutantur. Proprie tamen est in qua vinū & conseruatur & venditur. Item tantum pecuniarum detinent vini apothece: nec alia res maius incremētum sentit. Apud iuriscōsultos accipitur pro quodā obligationis genere.

¶ Apotamia maior pars semitoni: quę a latinis discissio dici potest ἐξ ἀπὸ καὶ τέμνω ἔνθεν τομή.

¶ Apoxima aqua cocta cum variis condimentis.

¶ Apoxymenos greci vocant eos qui e corporibus sordes detergunt quasi distringentes.

¶ Apparo as. pen. cor. significat ad dignitatē quandam ac pompā me apto. Cice. lib. iii. de Orat. Illa q̄ in apparatu fori appellantur insignia. Preparo vero anteparo quę vtilia mihi fore credo. Idem lib. i. offi. Facile totius vitę cursum videt ad eamq; degendā ꝑparat res necessarias. Et q̄q̄ apparatus videatur vtrūq; significare: vt apparatus belli quasi p̄paratio Id tamen potius est ex quadam consequentia q̄ proprietate. Nam vt dicimus naues non modo instructas sed etiam ornatas: q: vt instructiores ad bellū eo pulchriores sunt ita apparatū belli vocamus: quę ad bellum quodam decore & ornatu aptantur.

¶ Appareo es. pe. ꝓd. significat videor. Uir. Apparet liquido sublimis in aere nisus. Et apparere est de improuiso se ostendere. Cice. Cum equites Antonii apparuissent. Item Obedire & presto esse ad obsequium. Uirg lib. xii. Hæ Iouis ad solium sęuiq; ad limina regis Apparent. hinc.

¶ Apparitores dicti sunt q̄ appareant & presto sint ad obsequium qui et statores dicuntur: vt sunt ii qui magistratibus circunstant parati ad obsequendum. Quandoq; apparitores tabellariorū officio fungebātur. Dabatur eñ comes magistratibus qui & salariū a rep. licet paruū accipiebat. Cic. in Uer. actione. v. Tuus apparitor pua mercede populi conductus.

¶ Apparitura ipsum ministerium. Scribit Sue. lib. de grāmaticis. Orbilium apparituram fecisse magistratibus significans eum fuisse apparitorem: ministrumq; magistratuum.

¶ Apparitio ostensio: quę grece epiphania dicitur. Et apparitio ꝓ ipsis apparitoribus accipitur qui p̄sto sunt. Ambr. Missa apparitione cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus p̄cepit sisti.

¶ Apparitorium dicitur omne id quod paratur: vel adiutorium.

¶ Appello as. nomino. Cice. Pub. Scipionem q̄ primus africanus appellatus sit. Item appellare est cōmiter seu familiariter nominare vocare. Ouid. lib. i. fast. Iamq; potens misso genitorem appellat amico. Suet. in Cæsa. Appellatisq; de repu. patribus. i. nominatis vocatisq;. Item inuitare. Unde Ulp. de iniuriis. Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Ambro. Per se ipm & ꝑ notos & ꝑ affines cœpit aures virginis appellare. Interdū ꝓ appellere. Afra. Appellat huc ad molem nostram naui culam. Interdum ꝓ aduocare. Unde appellatus dicitur ad quem facta est ꝓuocatio. Quintil. Appellabatur a creditoribus. s. vt solueret debitum. Interdū est post sententiam tanq̄ male latam contra aliquem agere. Unde Ulp. Qui appellat: maiorem iudicē debet appellare. Dicimusq; appello principem & ad principem.

¶ Appellare ex aduerso: est nomina ꝑ antistrophen imponere: vt qui herbam illam omni duritia carentē holosteon vocauit: quo significatur tota ossea.

¶ Appellatio aduocatio siue ꝓuocatio. Et appellatio vt docet Ser. est vt ꝓpria nomina: vt hic Cato ille brutus vocabulum est: quo res inanimales enunciantur. Nomen est quod deus vel homo.

¶ Appello is. ꝑ geminum pp. appuli appulsum significat conduco vel adduco: vt cum e pelagis quis ad littus accesserit: vt ille appulit ad portum vel in portum vel portui. Uirg. Hinc me digressum vestris deus appulit oris. Hinc appulsus us. ꝓ accessu pecoris ad aquam. Iureconsul. Totum corrumpat pecoris ad aquam appulsum. Quandoq; appellare significat ponere dirigere: & animū ad aliquid agendum intendere. Teren. Postq̄ poeta animū ad scribendū appulit. i. posuit. Plautus in Asi. Argenti viginti minę me ad mortem appulerunt. i. adduxerunt.

¶ Apello is. ꝑ simplex. p. apuli apulsum. ex a & pello: significat amoueo: vt apulsus ab vrbe. i. amotus. Sūt tamen qui putent aspello nō apello scribi debere cōponi ex abs. seu ab s. in b. mutata: sicut fit in asporto qđ secūdum Pris. non ab a componitur: sed ex ab & b in s. cōuertitur ne si apporto & appello dicatur ex ad composita existimentur. Nam ita in captiuis Plauti legitur. Hic est ille dies nulla vitæ salus sperabilis ē mihi neq; exilium exitio est: neq; adeo spes quę mihi hunc aspellat. Et in Amphi. Inde optime aspellam virum.

¶ Appendo is. di. sum. suspendo: quasi ad aliquid pēdo. vt Appendi vuam ad tigna. Ply. Atq; vuas iam

maturas ad solem appendere: ꝛ appendere est ad sta
teram lancemqꝫ ponderare. Cice. in Anto. Ut iaȝ ap
endatur pecunia nõ numeretur. Construitur quan=
doqꝫ cum duobus accusatiuis. Hierony. in lib. Gesi.
Appendit pecuniam quã ephron postulauerat qua=
dringentos siclos ꝓbatę monetę. Item appendere si
gnificat iuxta dare. Lact. lib. iiij. Scilicet tauꝝ ap=
pendere debuit tanq̃ pro mortuo Hectore. et appẽ=
dere adiungere. Unde appendix.

¶ Appendeo es. iuxta seu ad aliquid pendeo.

¶ Appendix dicitur quod alij adiunctũ est quasi ex
alio pendeat. vulgo pendicie. Cic. in Horten. Uidit
quod videndum fuit appendicem animi esse corpus.
Est ꝛ appendix genus spinę.

¶ Appeto is. pe. cor. auenter cupio: ꝛ tam in bonum
q̃ in malum sicut expeto capitur nisi q in expeto ma
ior vis est ꝓpter ex: quæ maximam in se vim continet
vt apud Curtium. Hærebat inter cupiditateȝ pudo
remqꝫ ꝛ quo modestius quod expectabat appeteret p
uicacius oblaturos esse credebat. Falluntur itaqꝫ q
differentiam assignant inter appetere ꝛ expetere di=
centes: expetere cum ratione esse: appetere qualiter
cunqꝫ. Expeto bona saneqꝫ honesta. Appeto vero ex
quo appetitus quę est immoderata cupiditas. Quod
constat falsum in vtroqꝫ quando ostendere licet ꝛ ap
peto ad bona atqꝫ honesta authores vsos fuisse: ꝛ ex=
peto ad inhonesta atqꝫ mala. Cic. Cassio. De ijs quæ
ꝓposueram confirmatio nostræ amicitiæ de qua plu=
ribus verbis nihil opus est tu puer me appetisti: ego
autem semꝑ ornamento te mihi fore duxi. Idem lib.
iiij. Tus. Quoniam quę vt bona natura appetimus
sic ꝛ a malis natura declinamus. Et Aug. lib. ij. de ci
ui. dei. Non deorũ ꝑcepta sunt: sed hominum inuen=
ta: qui vtcũqꝫ conati sunt ingenijs acutissimis ꝑditi
ratiocinãdo inuestigare quid in reruȝ natura latita=
ret: quid in moribus appetenduȝ esset atqꝫ fugiendũ
Hieron. contra Uig. Rara virtus est: ne facile a mul
tis appetitur. Cyprianus ad ꝑsbiteros. Quid cupi=
dius appetere: quid magis velle ac tenere nos cõue
nit: q̃ vt radicibus fortius fixis ꝛ domicilijs nostris
suꝑ petram robusta mole solidatis incõcussi ad ꝓcel=
las ꝛ turbines sęculi stemus. Idem in malũ. Nec peri
culum sui appetat quę ad meliora ꝛ diuina se seruat.
Quod aũt expeto etiam ad voluptates ꝛ quandoqꝫ
ad maximum malum ꝑtineat. Cic. ostendit lib. i. offi.
Expetuntur diuitię tum ad vsus vitę necessarios tũ
ad ꝑfruẽdas voluptates. Aug. Nouimus quia mẽs
humana in diuersis mundi huius illecebris ꝛ concu=
piscentijs deuicta fugit laborem expetit voluptateȝ
Ad maximum malum. Cice. in Pisonem. A me quidẽ
etiam pœnas expetistis: quibus cõiuratorũ mentes
mortuorum exciaretis. i. requisistis siue flagitastis.
Hiero. ad Eusto. Et deuorato Iuda: ad cribrandos
apostolos expetiuit potestatem. Nam expeto quo est
maioris vis: si in malã sumatur parteȝ: eo magis a ra
tione deficit: et capitur pro sumo siue requiro. Ideo
cum ablatiuo cõstruitur: sicut apud Quintil. libro x.
Ex cognitione reruȝ exemplorũqꝫ quibus in primis
instructus debet esse orator ne om̃ia testimonia ex=
petat a litigatore. Aliquãdo tamẽ ꝓ requiro siue de
sydero solo accusatiuo contentũ est. Plau. in Casi. ꝓ
logo. Nos postq̃ populi rumorem intelleximus stu=
diose vos expetere Plautinas fabulas.

¶ Appeto vero ꝑter eam quam ꝑdiximus significa=
tionem ponitur ꝓ adeo q: sicut dicimus: adeo ꝑtoreȝ
ita appeto ꝑtorem. Interdum appetere significat in
stare appropinquare. Cęsar lib. vi. Diesqꝫ appetebat
septimus quem ad diẽ Cæsar ad impedimenta reuer
ti cõstituerat. Liui. Ubi nox appetit ꝓpe riuos aqua
rum sine munimento passim ferarum ritu sternuntur
Idem. Iam ver appetebat. Interdum vulnerare.
Idem libro. vij. Leuans se alis os oculosqꝫ hostis ro
stro ꝛ vnguibus appetit. Hier. contra Rufi. Ab alio
appeteris ꝛ illi tergum obuertens quiescentem ꝯtra
te ꝓuocas. Idem ad vitalem appetere quasi ꝓ amo=
re posuit cum inquit. Impedio ꝑcor vt in amore quo
nos appetere cœpisti: ad finem vsqꝫ ꝑdures. Ab ap=
peto fiunt appetitor: appetitus: ꝛ appetentia: ꝛ appe
titio ꝓ desyderio. Ply. lib. xix. A stomacho fastidiuȝ
auferunt: cibiqꝫ appetentiam faciunt lactucę.

¶ Applaudo pedem est pede terram quatio: qđ fieri
solet in derisum. Hier. contra Io. episcopuȝ. Et q̃q̃
torqueatis ora: trahatis capillos: applaudatis pedẽ
fidem ecclesię aptissime confitebor.

¶ Applico as. pe. cor. aui. atũ. ꝛ applicui cituȝ. signi
ficat appello adiungo: adnecto. et cõstruitur cuȝ da=
tiuo vel accusatio mediante ad Iusti. libr. ii. Igitur
cum Hercules ad littus amazonũ applicuisset. Uirg.
Quęvis imantibus applicat oris. Trãsfertur ad alia
Cice. Apio Pul. Omnes vires ciuitatis se ad Pom
peij dictum applicauerunt. i. adiunxerunt. Idem li.
pri. offi. Itaqꝫ se alij ad philosophiam: alij ad ius ciui
le: alij ad eloquentiam applicant. i. apponunt vel cõ=
ferunt. Col. lib. v. Poterit ad hoc vniuersa vinea sub
iugum mitti: si tamen palus trunco est applicitus. i.
adiunctus. Cic. li. ij. ad Heren. Qui in itinere se taȝ
familiariter applicuerit. i. se sociauerit. Teren. in an
dri. Tum ille egens forte applicat primum ad Chry
sidis patrẽ se. i. reducit vel recipit. Hie. in libro. Re.
Et applicuit Samuel om̃es tribus Israel: ꝛ cecidit
sors suꝑ Beniamin. qđ est quasi ad se venire fecit.

¶ Appositus a. um. qđ est iuxta vel ad aliquid posi=
tum. Cic. in arte veteri. Gladium ꝓpe appositum e
vagina eduxit ꝛ illum alterum occidit. Aliquando su
mitur ꝓ eo qđ est conueniens ꝛ ꝓpositum. Idem in
eodem. Eam ipsam scripturam in qua inerit illud am
biguum de quo quæritur totam omnibus partibus
ꝑtentare si quid aut ad id appositum sit quod nos in
terꝑtemur aut ei qđ aduersarius intelligat aduersẽ
Et lib. i. offi. Officiuȝ eius facultatis videtur dicere
apposite ad ꝑsuasionem. Alias significationes quæ=
re in dictione Pono.

¶ Aprutium Italię regio inter Apuliam ꝛ Pi cenũ
hęc etiam Samniũ dicebatur vbi multi populi erant
In ea ciuitates: Apulia: Adria: Sulmo: Ortona: ar
pinum: Aquinum ꝛ multę alię.

¶ Apprime pe ꝓ. aduerbium ab apprimis qđ est lon
ge primus: ve scribit Gel. Uñ apprime significat im=
primis: egregie: valde. Teren. in An. Id arbitror in
vita apprime vtile esse.

¶ Approbus pe. cor: valde ꝓbus. Gel. Et in versu ẽ
Cœcilij Poetę Comici hierocles hospes est mihi ad
olescens approbus.

¶ Apricus pe. ꝓ. locus soli expositus: quasi sine fri=
gore a gręco φρικη: qđ horrorem significat. Uñ etiaȝ
putatur aphrica dici. Uar. Aprica sit terra vbi feras
violam ꝛ hortos facias q ea sole nutricantur: Sed
φ aspirata conuertitur in π suam tenuem.

¶ Apricus homo & aprica auis: q̄ sole gaudet. Virg. Et apricis statio gratissima mergis.

¶ Apricari est in aprico loco esse: vel aeris amœnitate vti vel calescere. Var. in ministerijs. Licet videre multos quotidie in hyeme in sole apricari. Plyn. libr. xxxvi. De columbis. Apricantur aliæ scalpentes sese. Cice. in Cato. Vbi em̄ potest illa ætas aut calescere: vel apricatione melius vel igni: aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius.

¶ Aprilis mensis dictus est quasi aperilis: q terram aperiat: q2 verna temperie plantarū germina aperiātur. Vel dicitur aprilis quasi aphrilis: ab αφρος spuma: cum ex maris spuma nata sit venus.

¶ Aprosopos pen. pro. latine impersonalis dicit̄. το προσωπον psona græce appellatur.

¶ Apsorus insula in mari adriatico adiacens liburniæ in qua ciuitas eodē noīe vt Ptol. li. i. scribit.

¶ Apsis idis. curuatura rotæ testudo. Vide in dictione absis.

¶ Aptus a. um. sicut li. iiij. con. docet Aug. dicit̄ qđ ad aliquid accōmodatū est. Persi. Non ego cū scribo si forte quid aptius exit. Interdū aptū dicitur necessarium. Cice. li. iij. de fi. Itaq natura sumus apti ad totius consilia ciuitatis. Interdū elegans: vt apud eundē li. ij. de Orat. Ita porro verbis est aptus & p̄ssus: vt nescias vtrū res oratione: an verba sentētijs illustrent̄. Et de officijs. Vt em̄ pulchritudo corporis apta ɔpositione mēbrorū mouet oculos. Interdū cōnexum. Virg. li. ij. georgi. Ipsos e torquibus aptos Iunge pares. Interdū adeptum. Var. Ea omnibus ostendat quæ bella aptus est. Huius compositū & cōtrariū est ineptus.

¶ Apto as. ɔuenienter aliquid rei alicui iūgo seu accōmodo. Et cōstruit̄ cū datiuo vel accusatiuo mediāte ad. Cic. lib. i. phil. Cuius deniq fortunæ studia tā laudi & gratulationi tuæ se non aptarint? Amb. Ita ad mensuram corpusculi eius aptauerat indumentū: & tam nimio fulgore cōspicuum: vt nullus dubitaret hoc nisi manibus angelicis præparatū. Huius cōposita sunt adapto & coapto.

¶ Aptotū pe. p. dicit̄ sine casu: ab α sine και πτωσισ casus απο του πιπτω. μ. πεσουμαι πεπτωκα.

¶ Apulia italiæ regio mari hadriatico cōtermina inter dauniā & calabriā: quæ & Iapygia ab Iapyde dedali filio qui eam regionem tenuit vsq ad dauniā dicta est. Huius noīs prima cor. licet Appulus illā producat & ob id p duplex pp. scribit̄. Apulia p simplex. Et secūda in Appulus sit correpta in apulia pducta Iuue. Vendit agros s3 maiores apulia vendit. Luc. li. v. Appulus hadriacas exit garganus in vndas. Hora. tn̄ pduxit secūdā. Sed pri⁹ appulis iungetur caprea ludis.

¶ Ascensius

Versus iste mendosus Horatianus non est.

¶ Apud p̄positio est: q̄ nunq̄ cōposita reperitur: apposita vero causalibus. quādoq loců denotat: vt apud Mantuā hæc scripsi. Quādoq psonam: vt apud regē. Quādoq loci & psonæ coniunctionē: vt cœnam apud Pompeium. Sed cū ad psonā refertur plerūq familiaritatem significat non dominiū: vt fui apud te. i. tecū vel domi tuæ. Melius tamē locis seruit: vt apud forū te vidi. Ponitur interdū pro in. Teren. in And. Apud forū modo ibo. Penes vero & potestatē & personā & dominū. Ouid. lib. i. Fast. Me penes est vnum vasti custodia mundi. Quādoq etiā sine domino: vt fides penes auctores est. i. apud. Relatū ad psonam etiam interdū denotat vituperationem. Culpa videat̄ penes patrē. Interdū laudē. Cic. Penes quos laus adhuc fuit. Interdum cōmodum & incōmodum. Li. Penes eosdem pericula belli: penes quos præmia essent. Seruit etiā loco. Cice. ad Heren. Ita petulans est atq acer vt ne ad solariū quidē vt mihi videt̄: sed penes scenam & in eiusmodi exercitatus sis locis: id est apud scænā. Dicimus etiā penes te est laus mea: quasi in manu tua arbitriū vitæ penes te est.

¶ Apyrena: alij apyrina mala dicuntur punica: siue granata: pprie dulcia. Sene. ad Lucil. Sic imperturbatus sapiens dicit̄: quo modo apyrena dicuntur nō quibus nulla duricia est granorū: sed quibus minor. Dicūtur autē granata a granis: punica a regione. Aristoteles tn̄ in fine libri. ij. Meteorologicorum. αλλα εισ τουναντιου τησ πυκνοτητοσ αναγκαι ον γινεσθαι την εκθλιψιν οιον οι πυρηνεσ οι εκ των δακτυλων πηδωντεσ. i. sed ad ɔtrariū inspissationis necessariū est fieri extrusione: quēadmodum ipse baccæ ossa cerasorum ex digitis exilientes: sed sunt Aristotelis traductiones mendosissimæ. forsan tamē p quādam similitudinē grana q̄ ignita pomorū illorū dicuntur: & a. mō priuat modo auget significatum.

¶ Apyrotus pe. prod. gēma cui ignis non nocet. Dicitur & Apyrasta carbūculus: q ignem non sentiat.

A ante Q

¶ Aqua cōponi videt̄ ex a & qua quasi a qua viuim⁹. Estq elementū qđ ab æqualitate dicit̄. Nihil est enī illa dum quiescit aquabilius.

¶ Aquula diminu. Cice. lib. de Orat. Quæ mihi videtur non tam ipsa aquula quæ describitur q̄ Platonis oratione creuisse.

¶ Aquagiū: quasi aquæ agiū. Est em̄ aquæductus.

¶ Aquarius rij. vndecimū signū zodiaci est post capricornum. Hic fertur Ganymedes qui pocula dijs ministrat: per quē Ianuariū intelligim⁹. xv. Calen. Febr. incipit exoriri. Hunc iuppiter eius pulchritudine captus ab aquila in cœlū raptum ministrū suū fecisse existimatur.

¶ Aquarius a. ū. qđ ad aquā ptinet: vt cos aquaria res aquaria. Gel. Re aquaria defectos. Plyni. libro. xxxiij. Quippe cum in exacuendo oleares cotes et aquariæ differant oleo delicatior & fiat acies. Aquarius sulcus qui aquam educit. Colu. li. ij. Crebrosq sulcos aquarios quos & nōnulli elices vocant.

¶ Aquariū siue aquariolū locus in quē sordida aqua iactatur: q & lauatrina a lauando appellatur.

¶ Aqueus a. um. quod ex aqua est: vt color aqueus.

¶ Aquatus a. um. aqua infusum: vt aquatū vinum. Hieron. Vinum si aquatius bibitur calix frangitur: mensa subuertitur.

¶ Aquaticus a. um. qđ in aqua degit: sicut terrestris qui in terra viuit. Ply. Terrestres & aquatici pisces.

¶ Aquatilis pe. cor. idē qđ aquatic⁹. Aug. libr. viij. de ci. dei. Qui tamē longe p̄ponitur aīalibus aquatilibus cū ipsas aquas terris præponat Plato.

¶ Aqualis gen. mas. genus vasis ad aquam tenēdā: qđ & matula dicitur. Plau. Date isti sellam: vt sedeat et aqualim cum aqua.

¶ Aqualicus pe. cor. aluus vbi sordes defluūt. Apici⁹. Reples aqlicū sicut laxamētū h3: ne dissiliat i coctura

¶ Aqualiculus dimi. est ab aqualicus: et vas vocaẜ:
in quo porci sorbēt: p̄ translationē p̄ ventre siue aluo
sumiẜ tā occulta q̄ apparente: in qua sordes fluūt de
hoie d̄r. Pers. Nugaris cū tibi calue Pinguis aquali
culus ꝓpenso sesquipede extet. Hiero. Alius tumet
aqualiculo mortē parturit: ali⁹ elinguis ⁊ mut⁹. Idē
Protēsus ē aqlicul⁹: isurgūt humeri: turget guttur.
¶ Aquilex pe. cor. qui aquā colligit. Var. At hoc pa
cto vtilior te thuscus aquilex.
¶ Aquilegiū: aquę collectio. Plau. Si pluet aquile-
gio me iuuabo.
¶ Aquęlicium dicitur cū aqua pluuialis remedijs q̄
busdam elicitur.
¶ Aquileia vrbs carnorū metropolis: iuxta quā de-
fluuit Timauus a legendis aquis dicta. Mar. Et tu
ledeo felix aquileia Timauo. Plyn. Aquileiam collo
cat in decima regione Italię. Fuit autē Romanoruʒ
colonia. xij. M. passib⁹ a mari sita. Ad eā flumine ad-
uerso onerarijs nauigaẜ nauib⁹ p̄ natisonē fluuium.
Ex hac orti sunt. Chromatius: ad quē Hier. sępe scri
psit et Ruffinus gręce latineq̄ eruditus qui Iosephū
ꝯuertit in latinū: cui⁹ originalis ē Mediolani in scti
Ambr. fano longobardis characterib⁹ cariosissim⁹.
¶ Aquitania regio ⁊ tertia gallię pars: ab obliquis
aquis ligeris. Hęc a Circio oceanū habʒ qui aquina
ticus sinus dicitur. Ab occasu hispaniam: a septētri-
one Lugdunensem prouinciam: In ea Lugdunum ⁊
Burdigala ciuitates. Hinc
¶ Aquitanus a. um. vnde aquitani populi.
¶ Aquiminaria dicuntur omnia vasa deferendis a-
quis deputata.
¶ Aquo as. ⁊ aquor aris. aquā haurio: siue aquā fero
Curtius. Cum miles aquatu p̄fectus esset. Virgil.
Sub mœnibus vrbis aquanẜ.
¶ Aquosus a. um. quod copiā aquę habet: vt hyems
aquosa. Col. li. iij. de ficis. Locis inquit frigidis ⁊ au
tumni temporibus aquosi pręcoques serito. Huius
contrarium est inaquosus.
¶ Aquę arum. vr bs gallię cisalpinę: iuxta quam sunt
aquę calidę quę ęgros curare solent.
¶ Aqua intercus aquę intercutis: hydropū morbus
quasi aqua inter cutē. Cic. li. iij. offi. Si quis medica
mentum cupiā dederit ad aquā intercutē. Nam in-
tercus dicitur aqua quā gręci hydropa vocant vt ait
Pris. Aqua em̄ inter cutem male habet auctore Cel-
so qui morbus acutus est. Plynius hunc morbum a-
quę subtercutem fusę nominat.
¶ Aquilus color fuscus ⁊ subniger ab aqua. Nam cū
antiqui duos oino naturales colores nossent: albū. s.
⁊ nigrū: interuenit aūt is q̄ꝗ̄ q̄ ita neutri similis esset
vt tn̄ ab vtroq̄ ꝓprietatē trahat potissimuʒ ab aqua
eū noiauerunt: cuius incertus est color.
¶ Aquilius cognomē factū a colore subnigro.
¶ Aquila auis ab aquę colore: siue ab acute videndo
dicta. Ferunt cū senuerit aquila grauanẜ pennę ⁊ ipsi
us oculi: quęritq̄ fontem ⁊ erigit pennas: colligit in
se calorans: ⁊ sic oculi eius sanātur ⁊ in fontem se ter
mergit ⁊ ita ad iuuentutem redit.
¶ Aquiliferi dicti sūt signiferi in romana militia ab
aquila quā Romanis legionibus Marius in secundo
consulatu suo proprie dicauit. Habuerunt ⁊ romani
quattuor alia signa: videlicet lupos: minotauros: e-
quos: apros: quę singulos ordines anteibant. Scri-
bit Vege. Primū signū totius legionis esse aquilam
quā aquilifer portat. Idem draconarios appellat si-
gniferos a draconibus qui per singulas cohortes fe
rebantur ad prœlium.
¶ Aquilo pen. cor. ventus dictus a vehementissimo
volatu instar aquilę. Hic boreas gręce dicitur sicc⁹
⁊ frigidus. De quo Ouid. lib. vi. met. Apta mihi vis
est qua tristia nubila pello. Et freta cōcutio: nodosa
q̄ robora verto. Induroq̄ niues et terras grandine
pulso. Idem ego cum fratres cœlo sum nactus aperto
Nam mihi campus is est tanto molimine luctor.
Vt medius nostris concursibus insonet ęther. Exi-
liantq̄ cauis elisi nubibus ignes. Ideʒ ego cur subij
cōuexa foramina terrę: Supposuiq̄ ferox imis mea
terga cauernis: Sollicito manes totum tremoribus
orbem. Flat ab ęstiuo ⁊ solstitiali plaga orientis: aqui
lones etiā dicunẜ venti qui octo ferme diebus exor-
tum caniculę antecedunt. ⁊ p̄flant dieb⁹. xl. quos vo-
cant etesias ⁊ prodromos quasi pręcursores
¶ Aquifolia arbor ex genere ilicis: quā gręci simila
cem vocant.

A ante R.

¶ Ara quasi ansa (vt Varroni placet) dicta est. Vasa
em̄ erant quę tripodes dicebanẜ: q̄ esset necessarium
a sacrificātibus teneri: Ansis aūt teneri vasa solere
manifestū est. Quoniam ergo qui imolabant non mō
deos voce p̄cabanẜ: sed etiā manibus aras apprēde-
bant: primo ansę dictę: deinde ꝯmutatione litterarū
arę vocari cœptę. Hinc Virg. Talibus orantē dictis
arasq̄ tenentē. Sunt qui aras ab ardendo deriuēt q̄
in his victimę adolerentur. Alij ab αραομαι verbo
gręco quod est oro. Et αρα oratio dicẜ: q̄ in sacrificā
do oretur. Et habet primā prod. Est etiā ara ciuitas
arabię regia: nec non ⁊ insula arabię adiacens: vt scri
bit Ptolo. Hara vero cū h. habet primam cor. ⁊ signi
ficat porcorū seu auiū stabulū. Ouid. Tertius immū
dę cura fidelis harę. Quidā etiā aiunt harā significa-
re auē quandā auguralē. Vnde deducanẜ hariol⁹. ha
riolor. haruspex: haruspicū: haruspicina ⁊ haringa.
¶ Arachosia regio maioris asię: in qua alexādria et
arachotus ciuitates.
¶ Arabia regio inter iudęaʒ ⁊ ęgyptū: ab arabo A-
pollinis ex babylone filio. Solinus arabiā interpre-
tatur sacram. Est autem triplex arabia scd̄m Plyniū
lib. ii. Vna felix. altera petrea. alia deserta. Quidam
arabiam panchaiam ⁊ sabęorū gentem eandeʒ eē exi
stimant in qua thus nascitur. Virg. Solis est thurea
virga sabęis. Ideʒ. Totaq̄ thuriferis panchaia pin
guis arenis. In ea mons syna: qui ⁊ oreb. in quo Mo
ses legem accepit. In ea phœnix auis nascitur ⁊ sar-
donix gemma. Ab arabia fiunt adiectiua arabs: ara-
bius: arabus: arabicus. pro eo quod est ex arabia.
Virg. li. vij. Hyrcanisve arabisve parant. Properti⁹
Nec si qua arabio lucet bombyce puella. Et alibi. Et
domus in tectis te tremit arrabię. Vbi videtur q̄ de
beat scribi per geminum rr.
¶ Arabarches arabum princeps: vel ex primis ara-
bis sicut libyarches libyę princeps. Iuuenalis. Atq̄
triūphales inter quas ausus habere Nescio quis ti-
tulos ęgyptius atq̄ arabarches.
¶ Arachne nomen mulieris Lydię: quę de lanificio
ausa est cum pallade certare: sed victrix dea arachnē
percussam radio in araneaʒ cōmutauit. Hoc a poetis

fictũ est. cõstat em̃ (authore Ply.) Arachnen linum ⁊ retia inuenisse: cuius filius closter fusos in lanificio inuenit. Hoc etiã nõie (vt scribit Liuius) dicta est ciuitas thessalię. Cur aũt dicat ⁊ quid sit magnis rõnibus nixiq̃ rerum proprietatibus accõmodauerunt denominationes: non aũt ad placitum. Sudas autem ita scribit. αραχνει ονομια και μιτοσ ο λεπτοτατοσ και αραχνηον λυκωσ το υφασμα αραχνησ δε αρσενικωσ το ζωυφιον παρα το αραι αιχνην εχειν.

¶ Araneus mas. gene. animal.

¶ Aranea fœ. retia q̃ araneꝰ facit. Catul. Furis quo neq̃ seruus ẽ: neq̃ arca: nec cimex: neq̃ araneus: neq̃ ignis. Ouid. li. iiij. meta. Stamina nõ summo quæ pendet aranea tigno. Reperit qñq̃ tamen aranea p animali. Virg. lib. georg. Laxos in foribꝰ suspendet aranea casses. Et Oui. lib. vi. meta. Stamen ⁊ antiquas exercet aranea telas. hic ⁊ aragne vel arachne dicit: ab αραω: qd̃ est cõpono: apto congruo: vel vtsupra. Multa sunt aũt araneoꝝ genera: oẽsq̃ greco vocabulo: sed apud latinos vsitato phalangia dicũtur. Vnũ est genus formice simile. sed multo maius russo capite reliqua corporis nigra albis guttis respsum viuit maxime circa furnos ⁊ molas. Secundũ phalãgu genus lupũ vocant. Tertiũ lanuginosum capite magno quo dissecto inueniunt duo vermiculi qui cõceptum impedire dicunt alligati mulieribus in pelle ceruina ante solis ortũ: ppterea atotius dicit. Græci ατοκιου παρα το τικτω τεξομαι ετεκον vocãt oẽ medicamentum quod sterilitatem inducit. Alia sunt etiam araneorum genera: de quibus apud Sipontinum abunde tractatur.

¶ Araneolus cum accentu in antepe. diminutiuum est ab araneus Virgil. de culice. Atq̃ vt araneoli tenuem formauimus orsum.

¶ Araris pe. cor. ⁊ p apocopen.

¶ Arar: fluuius gallię narbonensis p fines heduorũ et sequanorũ in rhodanũ fluens. Luc. lib. vi. Rhodanũq̃ fluentem Precipitauit arar.

¶ Ararus pen. cor. scytharũ fluuius.

¶ Araxis armenię fluuius. Luc. lib. viij. Armeniusq̃ Romanus araxem. Hic ⁊ ab eodem monte quo Euphrates descẽdit: qui plane mons a Strabone abon siue abam. a Plynio agam vocatur. Armeniam ⁊ atropatiam disterminat.

¶ Araxũ vt inqt Ply. pmontoriũ est peloponnesi.

¶ Aracynthus mons ętolię mineruę sacer: vt testis est Plyn. vel vt Martianus acarnanię.

¶ Aratrum pen. pro. dictum ab eo q̃ eruat terram. Sed ⁊ gręci αροτρον dicunt.

¶ Arabis siue arbis fluuius esse videt qui apd̃ Ply. lib. ij. Sarbis scribitur qui ab ariantis montibus per drangas ⁊ gedrosios in oceanum defluit.

¶ Arbea ciuitas iudeæ sic dicta: quia ibi tres patriarche sepulti fuere ⁊ quartus Adam.

¶ Arbiter pe. cor. Judex nõ a lege sed ab iis qui litigant electus qui totiꝰ rei habz potestatem: dictus ab arbitrando. i. existimãdo. Eius officiũ est existimare nõ prout iuris sit: sed put ipe estuũ esse existimet. Judex vero ex officio dictus est. Aliquãdo arbiter dicit speculator. Plau in Aul. Hinc ego ⁊ huc ⁊ illuc potero quid agant arbitrarier. Et in geñ. Accidit aũt vt Joseph operis quidpiam absq̃ arbitris faceret. Dicitur ⁊ arbitra. Ambr. lib. i. offi. Conscientia q̃ innocentiũ ⁊ flagitiosorum merita discernit vera atq̃ incorrupta pœnarum pmiorũq̃ arbitra.

¶ Arbitriũ sententia est q̃ ab arbitro statuit. Interdum dicitur potestas arbitro data. Unde arbitrium suscepisse dicit qui vim iudicis suscepit. Interdũ opinio: vt omnia pro meo arbitrio facio. i. vt mihi videt et vt opinor faciendum. Quidam arbitramentũ pro arbitrio vsurpant: hoc est pro arbitri sententia.

¶ Arbitrariũ dicitur cum adhuc res apud arbitrum agitur: vel cum potestate arbitri: seu iudicis est pro arbitrio: id est pro opinione sua iudicare. Unde arbitraria pœna dicitur quę non lege statuta est: sed iudicis arbitrio relicta.

¶ Arbitror pen. cor. existimo.

¶ Arbor ⁊ arbos in nominatiuo a robore: vt quidam putant. Cuius appellatione continẽtur vites: arundines ⁊ hĩnol. Sed cũ planta adeo tenera est: vt herba potius videt arboris loco haberi non debz. Diminutiuum ab arbos est arbuscula.

¶ Arboreus a. um. qd̃ est arboris. Virg. lib. pri. geor. Arborei fœtus alibi.

¶ Arborator nomen verbale ab arboro as. et significat eũ q̃ arbores putat: q̃ ⁊ frondator dr̃. Ply. li. xviij. Frondẽ medio die arborator ne cædito.

¶ Arborescere: arborẽ fieri: vel in arborẽ crescere. Ply lib. xix. Tradũt auctores in arabias maluas septimo mense arborescere.

¶ Arbutus pe. cor. arbor folio citro simili. Virg. Et quę vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

¶ Arbutũ vero pomũ rubrũ syluarũ: quod Plynius orodon vocat: q̃ asperitate sua plura edi non possint Virg. lib. ij. geor. Dant arbuta syluę. Alio nomine dicitur vnedo ⁊ a gręcis comarus tam pro arbore q̃ p fructu.

¶ Arbusta arbores in quibꝰ extenduntur vites: vel arbores vitibus maritatæ atq̃ vitiferę q̃ in ordinem dirigunt. Docent Plyn. ⁊ Col. quo modo arbustum sit faciendũ. Unde vitis arbustiua ⁊ vimen arbustiuũ quod ex huiusmodi arboribus est collectum. Rursus arbustum locus est in quo arbores sunt ad fructũ cõsitæ: sicut salictum in quo sunt salices. Hoc ⁊ arboretum aliqui vocant: vt inquit Gellius.

¶ Arbustiuũ genus vitiũ qd̃ arboribꝰ applicat et in sublime pcedit. Palladius. Locũ quẽ arbustiuis vitibus destinabis implere.

¶ Arbusto as. agrũ arboribꝰ cõsero ad maritãdas vites. Ply. Transpadana italia pter supradicta cornu populo tilia acere orno carpino arbustat agros.

¶ Arceo es. cui. citũ. secundũ analogiã cõpositorum facere debuit: quoniã coerceo coercitũ: exerceo citũ sed arcitum in vsu non est: sicut nec arcitus nec arcitur. Et nullo minus pro mẽbro artus: ⁊ arctus adiectiuũ pro strictus: a quo formatũ esse conuenit arcto as. aut certe arcto tanq̃ frequentatiuũ ab arctũ quasi supino verbi arceo: vt arctũ vel arcitũ fecerit: licet neutrũ eorum reperiatur. Nã arceo pro stringo in vsu est: vt apud Verg. Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirum sit: si arctum eis supinum fuerit. arcitum vero facere debere eius composita declarant. Interdũ etiã arcere cõtinere est. Vñ coercere continere dicimus ⁊ arcus in ædificijs q̃ se ipe cõtineat. Interdum procul siue de longe vetare ne accedãt qui veniũt: Unde arx dicta est q̃ procul a se hostes remoueat. transfert etiã ad incorporea. Cice. in parad. Quę vis est q̃ magis arceat homines ab ipro-

bitate ꝙ si senserit nullum in delictis esse discrimen. Differũt autem inter se arcere: prohibere: inhibere: abigere ⁊ vetare. Nam arcere procul pulsare est: vel obsistere: ne aduersarius nocere prope queat. Liui. lib. primo. Ad arcendam vim aduenarum armati ex vrbe atq; agris concurrũt. Prohibere est de loco vel de re aliqua detrudere vel amouere dicto siue facto: ne quis obtineat quod vult. Inhibere est aliquid cõcessum vel promissum reuocare: vel inceptum vetare ne progrediatur. Abigere de loco fugare vel pecora ⁊ huiusmodi abducere. Vetare pręcipere vel minari: vel facto prohibere: ne quid secus dicatur aut fiat ꝙ ipse vult. Et generale est significatione verborũ prędictorum. Ponitur tamen quandoq; arcere pro fugare. Col. lib. i. Sic emunita sola ⁊ latera hoim reorum ꝓhibent curculionẽ: qđ genus exitij cũ incidit multi opinant̃ arceri posse. Sciendum est ꝙ arceo vltra accusatiuũ no solũ ablatiuũ cũ ꝓpositione: sed etiam sine ꝓpositione requirit metri vel ornatus causa. Li. lib. i. Ceteros nietus nõ curia modo sed etiaꝫ foro arcebat. Et in eodem. Inde ad leuam versi quia dextra tyberis arcebat cum magna trepidatione agrestiuꝫ populabant̃. Huius verbi cõposita sunt aberceo: coerceo: exerceo ⁊ perarceo: de quibus locis suis.

¶ Arcesso is. ab arceo nascit̃: ⁊ accuso: siue ad accusandum eo significat. Etenĩ accusare aliũ: est a maliciis eum arcere. Et hoc modo construit̃ cũ gtõ: ⁊ aliqñ cũ abltõ. Cic. li. i. ad Herẽ. Arcessit̃ cepio maiestatis. Idem lib. ij. offi. Atq; etiã hoc ꝓceptum officij diligenter retinendũ est: ne quẽ vnq; innocẽtẽ iudicio capitis arcessas. Est ⁊ accesso ꝑ aduoco: siue aduocandum eo. Ab arcio. d. in r. mutata. Antiqui enim teste Prisc. d. litterã mutabant in r. nos in c. Interduꝫ arcessere est ꝓoccupare: vel ante tẽpus distrahere. Ci. Quãdo arcessent̃ quo genere vecturę.

¶ Arca dicta est (vt inquit Varro) ꝙ ab ea clausa arceantur fures.

¶ Arcula diminuti. parua arca. a quo arcella: sed in frequentiore vsu est arcula. Cice. lib. ij. offic. Pręmittebatq; de stipatoribus suis qui scrutarẽtur arculas mulieres ⁊ ne quod in vestimentis telum occultaret̃ exquirerent. Est ⁊ arcula auis quę in auspiciis aliqđ fieri vetabat.

¶ Arcanum dicitur secretuꝫ absconsum. Ab arca in qua quę clausa sunt tuta manent. Potest ⁊ ab arce dici quę tutissima pars vrbis est.

¶ Arcera ab arca deducit̃: ⁊ significat plaustrum tectum vndiq; ex tabulis quasi arca quędam magna vestimentis instrata: vt inquit Asco. Quo vehiculi genere senes ⁊ ęgroti cubantes vectabant̃.

¶ Arcesilas penul. cor. nomen philosophi proprium qui ex pythana ęolica ciuitate ortus relicto genitali solo sardis prexit. mox athenas profectus in academiam se ad cratorẽ contulit: quẽ platonicam philosophiam omnino commutasse: nouamq; quandam constituisse ferunt: cauillator vocabatur qui cum nihil se scire diceret: nec alios scire quicq̃ patiebatur: omnes turbans sophismatibus. Obijt cum merum immodice hausisset. de hoc Pers. Non ego curo Esse quod arcesilas ęrũnosiq; solones.

¶ Archarius ꝓfectus ⁊ moderator dr̃. Paul. ad Ro. Salutat vos Erastus acharius ciuitatis.

¶ Archos latine princeps dr̃: a quo fiunt multa composita: vt patriarcha princeps patrum.

¶ Arche nobis principiũ a quo αρχω impero pręsum

¶ Archias nomẽ poetę: quo latine significat̃ principatus: de quo extat Ciceronis oratio. Alter fuit Tarentinus phũs pythagoricus floruit Platonis tempor̃. Alius Mitylenęus musicus. Alius de agricultura scripsit. Alius epigrãmatum scriptor. Alius de agricultura librum ędidit.

¶ Archiatri dr̃r medicoꝝ principes: q̃ ⁊ ꝓtomedici.

¶ Archigenes pe. cor. princeps generationis dicit̃. Est ⁊ nomen celeberrimi medici: Sed pro græculis: vel similibus poni cõsueuit qui se pręomnibus sui generis sciolos ostẽdunt.

¶ Archigrãmatei dicti sunt scribaꝝ principes. Vñ scribit Pluta. Eumenẽ cardianũ fuisse archigrãmatea Alexandri magni. Vulgo cancellarij vocant̃.

¶ Archimedes pen. p. nomẽ ꝓpriũ viri Syracusij: q̃ geometricę ac machinalis syderalisq; scientię cõsultissimus fuit ⁊ celeberrimus testimonio. Liuij: Plynij: ⁊ Plutarchi. Hic veluti deus terrenus mechanico artificio spherã vitreã fecit: in qua mira ꝯuersione dissimili motus circuloꝝ visebant̃. De qua sic scribit Claud. Iura poli rerũq; fidẽ: legẽq; deoꝝ Ecce Syracusius trãstulit arte senex Percurrit propriũ mentitus signifer annũ. Et simulata nouo cynthia mẽse redit. Marcellus in expugnatiõe syracusaꝝ interdixit ne archimedes vnus violaret̃. Verum cũ syracusi caperent̃ ⁊ ipe aio ac oculis in terra defixis formas geometricas describeret: ab ignaro milite quis esset interfectus est.

¶ Archilochus pe. cor. nomẽ poetę lacedęmonij. floruit Romę regnante Tullo hostilio: in quo vt Quintil. inquit sũma vis elocutionis fuit. De quo Hora. Archilochũ ꝓprio rabies armauit iambo. Ali⁹ fuit Archilochus Nestoris filius: qui patrẽ in expeditione troiana secutus a Memnone interfectus est. Ali⁹ fuit Siculus qui Ariciam vrbem cũdidit.

¶ Archetypus pe. cor. adiectiuũ dicit̃ exẽplaris: ex αρχη: q̃ est principalis. ⁊ τυπος figura quasi ex principali ⁊ naturali figura trahat̃. Nã est qđcũq; ita primũ fabricatũ ẽ: vt exẽplar reliquis sit. Ply. ad Anto. Vt enĩ pictoris pulchrã absolutãq; raro nisi in peius effingũt: ita ego ab hoc archetypo labor ⁊ decido. Aug. lib. xv. de ciui. dei. Hinc primo exẽplo ⁊ vt gręci appellant archetypo quędã sui generis imago respondit. Sunt qui exponant archetypos ꝓ antiquis ab eo ꝙ archęos antiquus dicitur: ⁊ typos forma. Mart. Si tanq̃ tabulas scyphosq; paule oẽs archetypos habes amicos. nec refert ꝙ scdaꝫ syllabã archęus ꝓducat ⁊ eãdẽ archetypus corripiat: cũ in plerisq; alijs idẽ soleat inueniri: vt in geometria et acherõte

¶ Archelaus philosophus atheniensis seu milesius qui patrem habuit Apollodorũ ⁊ fuit auditor successorq; Anaxagorę: a quo Socrates philosophiam audiuit. Hic phisicã philosophiã ex ionia athenas iuexit. Estq; physic⁹ appellat⁹ ꝙ in eo defecerit philosophia naturalis socrate ęthicẽ itroducẽte: q̃q; ne hic quidẽ ęthicę rudis fuit: q̃ de legib⁹ de honesto ⁊ de ęquo philosophatus est. Fuit ⁊ alter archelaus Antenoris troiani filius: quẽ Homer. scribit rei militaris peritissimũ fuisse. Alius fuit geographus q̃ terrã oẽm ab Alexandro pagratã descripsit. Alius de reꝝ naturis carmine scripsit. Alius oratoriã docuit.

¶ Archeptolemus: filius Iphiti auriga Hectoris Enipeo interfecto a Diomede interfectus.

¶ Archimandrite pe. p. dicunt̃ ꝑpositi ꝯsecranee tur bæ haud longe dissimiles cum episcopali dignitate: ꝙ principes mandre ꝛ agminis sint. Mandre em̄ veterinoꝝ ꝛ animantiũ brutorum agmen dicit̃. Mar. Nec dat̃ obstantes muloꝝ scandere mandras.

¶ Architectus et architector nomina composita ex archos princeps et τεκτωρ faber principalis: faber fabricandi artem habens: vel qui structuris ędificioruꝫ preest. Unde Uictruuius de architectura condidit .i. de edificijs construendis: Fabri auteꝫ qui aliquid manu faciunt in ędeficijs alteri iũgunt̃ ingenio alteri opa valent. Cice. Uar. Si quis adhibere volet non modo vt architectos verũetiã vt fabros ad ędificandã rẽpublicã.

¶ Architector aris. ꝯpono. Idẽ libr. ij. de fi. an ꝙ ita classi das vt optime possit architectari voluptates.

¶ Architectura: ędificandi scientia.

¶ Architriclinus pen. pro. qui principalis est in aula discũbentiũ. Compositũ nomen ex αρχη ꝛ τρεισ et κλινη: quę lectos significat. Nam in aula tres thoros in tribus aulæ dimensionibus collocabãt: vbi conuiuantes discũbere consueuerũt. Iuue. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Architriclini erat curare vt eduliũ varioꝝ fercula seriatim ꝛ in tpe ꝯuiuis exhiberent̃: vt recte om̄ia disposita essent.

¶ Archimagirus penul. pro. princeps ꝛ magister coquorum: qui coquinę præest μαγειροσ em̄ latine coquus. Iuue. Pariter librarius archimagiri.

¶ Archytas pe. pro. Tarẽtinus philosophus pythagoricus: fuere ꝛ alij hoc nomine vocati.

¶ Archinũ pen. pro. armarium librorum.

¶ Archidamus nomen viri Spartiani. Hic rogantibus socijs quantũ pecuniarũ foret satis ad belluꝫ peloponẽsiacum scienter respondit. Bellum ordinata non quęrit.

¶ Archippus nomẽ philosophi q̃ thebis scholas habuit: vt scribit Hiero. ꝛ pythagorę auditor fuit

¶ Archemolus pe. cor. Rhœti regis Marubioruꝫ in Italia filius. De quo Uirg. Et rhœti de gente vetusta. Archemolũ thalamũ ausum incęstare nouercę.

¶ Archemorus pe. cor. Lucurgi Thracum regis filius: qui a serpente occisus fuit: vt apud Stati. libro The. sic dictus ꝙ furtum apud thebas regibus ostẽderit exitium. Hic Hypsiphilen nutricem habuit: q̃ cum sitientibus qui ad thebaicam expeditionem proficiscebant̃ langiam fontem ostenderet: Archemorũ puerum super viridi herba deposuit: qui a serpente vulneratus perijt. Unde fons ille archemorus vocitatus est: ꝛ annuus agon in pueri illius memoriã celebrari cœptus.

¶ Arcadia pelopõnesi regio ꝛ achaię pars a mari vndiqꝫ remota. Ab Archade Iouis filio ex Calistone Lycaonis arcadię regis sic appellata. Hęc vt Eusta. docet aliquãdo dicta est pelasgia a pelasgo rege magnoꝝ sapiente viro qui vitę cultioris auctor eis fuit et victum ex stirpibus herbarum arboruꝫqꝫ frondibꝰ transtulit ad glandem: maximeqꝫ phagineaꝫ. Aliquãdoqꝫ etiam Lycaonia: aliquando Gygantida: et aliquando Parrhasia. Arcas autem cuꝫ pelasgos in ditionem redegisset: eorum regionem arcadiam nominauit. Scribit Plynius. Hanc totam montuosam in qua sunt asini cæteris maiores ac prestãtiores. In ea Erymanthus fluuius lernęa palus ꝛ lapis Asbestos inextinguibilis.

¶ Arcas adis. nomen Iouis filij ꝛ adiectiuũ ab Arcadia: vt populi arcades.

¶ Arcadicus dica. dicum. quod est ex arcadia: vt arcadi mores.

¶ Archander Danai socer nomen proprium.

¶ Arctos latine vrsa: quę quia in modũ plaustri vertitur nostri eam septẽtrionem dixerunt. Et inde arctous septẽtrionalis ꝛ borealis: Et arcticus polus: id est borealis: de quo Cicer. lib. ij. de natura deoruꝫ Hunc circum Arctoę duę feruntur nunqꝫ occidẽtes Ex his altera quidẽ apud Graios Cynosura vocat̃. altera elyce. Naꝫ elyce maior est vrsa: quæ et Calisto vocata fuit. Cynosura vero minor arctos. Uñ Ouid. lib. iiii. fast. Esse duas arctos quarum Cynosura petat̃ Sydonijs: elycen graia carina notet. Artos vero sine c. panis dicitur.

¶ Arctophylax pen. cor. arctoę siue vrsæ phylax. id ẽ custos. Cice. Arctophylax vulgo qui dicitur eẽ boo tes. Hic plaustrum vehit. Ideo rustici septẽtrioneꝫ dicunt. Is fuit arcas Iouis filius ex calisto. Effigiatur. xiiij. stellis.

¶ Arcturus pen. pro. stella in signo bootę post septẽtrionem: cuius ortus ꝛ occasus tempestates facit: et dicitur vrsę cauda. Oritur a canicula fere post diem quinquagesimum.

¶ Arctous ab arcto idem est qꝺ septẽtrionalis: ꝛ arcticus: similiter septẽtrionalis.

¶ Arctus a. um. strictꝰ: vt arcta est via quę ducit ad vitam: ab arceo fit. Columel. lib. iij. In tribuluꝫ fictile vel cornu arcte inserito.

¶ Arcto as. frequentatiuũ ab arceo.

¶ Arcus ab arceo ꝓ contineo fornix ędificij est: ꝙ se ipse contineat: quis ab opere erigendo in altitudinem quidã dici velint. Cice. Iam em̄ atriolum ꝛ arcꝰ duos absoluerat: ꝛ arcus iris cœlestis ꝛ tam secundę qꝫ quartę declin. in vtraqꝫ significatione. Cice. de natura deorũ. Cur aũt arci species non in deorũ numero reponatur. Hier. in Ezech. Uidi velut aspectuꝫ arcus cũ fuerit in nube in die pluuiæ. Ennius ge. fœ. ꝓtulit. Formatur aũt hoc modo arcus cœlestis. Dum em̄ sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit: radiosqꝫ suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit: fit repcussio splendoris eius in nubibus ex quibus fulgor emicans arcus speciẽ format: Sicut em̄ impressa cęra anulo imaginem exprimit: sic nubes ecõtrario ex rotũditate solis figuram sumentes orbem efficiunt: ꝛ arcus effigiem fingunt. Apparet aũt hoc modo semper: sed cum rarescũt nubila cœli. nã rursus cũ coeũt in se nubes atqꝫ dẽsant̃: ꝯfestim arcus forma resoluit̃. In nubiũ em̄ densitate arcus impfecto gyro complectitur. Deniqꝫ sine sole ꝛ nubibus nunqꝫ apparet arcus. Quadricolor autem est: quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cœlo em̄ trahit igneum colorem: De aquis purpureũ: de aere albuꝫ. de terris colligit nigrũ. Arcus vero quo sagittę iaciunt̃ tantum quartę declinationis est ab arceo: cum significat a longe veto ꝙ missis sagittis non sinat hostem accedere. Quod nomẽ etiã per q apud antiquos scribebat̃ arquus. vnde arqtes arcu prœliantes qui ꝛ sagittarij dicũtur. Et arquatus. Gręce autem το τοξον. latine dicit̃ arcus. Inde argyrotoxos apollo argenteum arcum gerens: ꝛ hippotoxatæ equestres sagittarij.

¶ Arcuatus ata. atum. in modum arcus curuatꝰ ab

arcuo as. Plynius libro. xxix. Illam autem quæ arcuatur greci sepam vocant. Liuius libro. pri: Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussisti Hieronymus in prologo Iosue. Unde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius. Hinc arcuatim aduerbium more arcus.

¶ Arcatus ab arcus arci: quasi in modum arci factus. Ouidius libro. xi. Meta. Iris ⁊ arcato cœlum curuamine signans.

¶ Arquatus ab arquus: ⁊ is dicitur cui color ⁊ oculi virent a colore. s. arqui cœlestis: quem morbum quidam appellant demoniacū: quidā aquerniū: quidā auriginē quidam regiū: quidam ictericum.

¶ Arculus diminutiuū ab arcuo: a quo fit aliud diminutiuū arcellus: ⁊ arculus dictus est deus qui tutelam gereret arcarum. Item arculus dicebatur circulus qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius vasa: quæ ad sacra publica capite portabantur apud Athenienses.

¶ Arculata circuli qui e farina in sacrificiis fiebant.

¶ Arcirna: genus modici plaustri: quo homo gestari solet.

¶ Ardeo es. si. sum. qđ ⁊ ardo is. dicitur: significat concremor. Uirg. Nanq; volans liquidis in nubibus arsit harundo. Et in euangelio. In ignem mittēt ⁊ ardet. Per translationem ardere ponitur pro ardenter seu impatienter amare. Et sic modo cum accusatiuo: modo cum ablatiuo construitur. Uirgil. Corydon ardebat alexim. Hora. Non aliter samio dicunt arsisse batillo Anacreonta teum. Interdum pro festinare. Unde ardens pro festināte: ingenioso: acutoq; ponitur: ꝙ instar ignis omnia penetret: sicut ecōtrario segnis dicitur tardus quasi sine igne. Uirgili. Instant ardentes tyrii. Interdū pro fulgorem emittere. Idem. Tyrioq; ardebat murice læna. Unde ⁊ ardens pro candido ⁊ candore flammę. Idem. ardētesq; auertit equos Interdum pro dolore irasci: vt apud eundem lib. x. Proxima queq; metit gladio latumq; per agmen Ardens limitem agit ferro te turne superbum Cæde noua querens. Interdum pro consumi. Cice. Quoniā nimio videndi te desyderio ardebā. Interdū pro optare. Plyn. Ardeo te videre. Uirgil. Patrieq; mori pro mœnibus ardent. Huius cōposita sunt exardeo: inardeo ⁊ perardeo: in quibus cōpositio auget vim significationis

¶ Ardesco is. ardens fio. Grego. Sed ad hæc audita inardescit animus: iamq; illic cupit assistere vbi se sperat sine fine gaudere.

¶ Ardelio: homo inquietus: ⁊ huc atq; illuc semper volitans: fallens ⁊ omnibus negociis sese immiscens.

¶ Arduus a. um. altus ⁊ difficilis. Ouidius. Ardua prima via est.

¶ Ardea auis quædam quasi ardua: quoniam volando alta petit. A græcis dicitur ἐρωδιός. Uirg. Atq; altam supra volat ardea nubem. Huius diminutiuū est ardeola. Est ⁊ ardea nomen vrbis in latio a feruore regionis sic dicta: quæ. xviii. milliaria ab vrbe est posita. Mar. Ardea solstitio pestanaq; rura petantur: Quiq; cleoneo sydere feruet ager.

¶ Ardeates populi sunt ardeę incolę. habet pe. pro.

¶ Area proprie dicitur locus purus in vrbe sine ædificio: quem greci plateam dicunt. Dicta area ꝙ ardore solis sit facta arida et non possit quicq; generare: Quidam ab ara deducunt: ꝙ sicut hęc ara pura ē: ita areę in vrbe siue in domo loca pura sunt. i. sine ædificio. vel ꝙ sicut arę flāmmis: ita areę solis ardore torrentur. Uarro. Campus est planities ampla ⁊ grādis ideoq; spatiosę platea areęve campi nomen acceperūt. Unde Romæ campus martius. Nam locus huiusmodi vocatur area. Suet. tamen in Cæsa. posuit aream pro loco puro accōmodato foro extruendo cum inquit. Forum de manubiis inchoauit: cuius area super sestertium millies constitit. Item area dicitur solidum terrenum planities glabra. i. locus purgatus coęquatus q; ⁊ cylindro consolidatus plateis amplitudine similis: vbi frumenta arescunt ⁊ teruntur. De qua Uergilius libro primo Georgic. Areatum primum ingenti est ęquanda cylindro. Columella libro. iii. Area quoq; si terrena erit: vt sit ad trituram satis habilis primum traditur. Et area est per diminutionem areola subacta est terra probe atq; sata seu serenda: quales sunt in hortis in quibus quadrata quędam ⁊ bene subacta atq; coęquata spatia in que mox semina iaciantur Columel. Areę sic informandę sunt vt facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. Columella libro sexto. Crebro putrem terram duos alte digitos insternemus: ⁊ modice rigabimus stramentisq; areas cooperiemus. Ex huiusmodi areis locatis magni prouentus capiebantur. Cicero in Para. Etenim si isti callidi rerum ęstimatores prata ⁊ areas quasdam magni ęstimant ꝙ eius generi quasi nocere nihil potest ⁊c. Item area vocatur morbus in capite cum capillorum profluuio. Item Area siue aria media producta insula est in ponto versus Colchos marti sacrata.

¶ Areola cū accentu in antepenultima diminutiuum ab area. Col. lib. vi. Cum terrā bene subegeris areolas facito. Hier. in Can. Genę illius sicut areolę aromatū cōsitę a pigmentariis.

¶ Areator qui aream purgat ⁊ in ea frumentū triturat. Colu. lib. ii. Atq; hoc supremū areatoris emolumentum percipiendorum seminum: quæ terrę crediderat.

¶ Aridus arida aridum penultima correpta siccum quod naturalem humorem amisit. Ambrosius. Arida terra dicta est: non solum ad genus: sed etiam ad speciem terrarum refertur: vt sit vtilis: sicca: habilis et apta culturis. Arida autem expressio naturę est. Terra appellatio quędam simplex negocii. Interdū aridum ponitur pro puro ⁊ lucido. Plautus in Rud. Argento arido. Interdum pro horrifico acuto cum de sono loquimur: quia ea quę arida sunt cum frangi cœperint nimium atq; honorificum sonum ędunt. Uirgilius libro primo Georgicorum. Et aridus altis montibus audiri fragor. Huius diminutiuum est Aridulus.

¶ Ariditas quę ⁊ aritudo dicitur pro siccitate. Uar. Frigus calore atq; humore ariditudinem miscet.

¶ Areo es. arui. aridus sum. Plautus in Rud. Utinā fortuna nunc anatina vterer: vt cum exissem ex aqua arerem tamen. Quidam hoc verbum ab ara deducūt in qua quę diis immolabantur: torreri solebant. Alii vero ab ara: sed per contrarium sensum: ἀπὸ τοῦ ἀρδεῖν: quod significat irrigare. ꝙ aridum minime sit irrigatum. Huius composita sunt adareo: exareo. inareo: obareo: pareo: ⁊ subareo.

¶ Aresco: aridus fio. Cicero libro secundo ad Herēnium. Nihil lachryma citius arescit. Adaresco probe aresco: sicut exaresco. Cato de re rust. Uestimēta ne tineę tangant amurcā decoquito ad dimidium: ⁊ vngito fundum arcę ⁊ extrinsecus ⁊ pedes et angulos:

vbi ea adaruerit vestimenta cōdito. Inaresco intus siue penitus aresco. Colu. lib. i. Deinde cū prædictuz tectorū inaruit. i. aridū intus penitusve factum est. Obaresco circū siue omnino aresco. Lactan. libro de opificio. Acies. i. membrana illa perlucens quam sic cari ⁊ obarescere nō oportet: nisi humore tersa pure niteat absolescit. Perarcesco valde aresco.

¶ Arefacio aridum facio. cuius passiuum est aresio: pro exiccor.

¶ Arelate ciuitas ē in mediterraneo narbonēsis galliç a Plynio dicta colonia Sextanorum: quoniam ex sexta legione coloni deducti sunt.

¶ Ares grece αρης quattuor significat. Ferrum interdū bellum. aliquando vulnus: sepius vero Martē Quo nomine ⁊ nos ⁊ ferrum ⁊ bellum: ⁊ vulnus significamus. Ab αρης aries: quasi martialis sicut a marte martius. Nam etiam mathematici dicunt martis esse domū arietem ⁊ scorpionem: vt etiam ob conuenientiam influxus dicatur aries a marte a grçcis tamen deducendo.

¶ Arete græce αρετη latine virtus. Unde philaret⁹ proprium nomen: ⁊ significat amatorē virtutis. Est etiam arete nomē mulieris vxoris alcynoi regis phæacum.

¶ Areopagos: penultima correpta. Martis vicus: Nam αρεος Martis παγος vicus. Nam vicus erat Athenis a templo Martis sic cognominatus vbi primum iudicium capitis actum fuisse dixit Plynius libro. vii. Et inde

¶ Areopagitæ illi dicebant: qui in templo Martis iudicabant quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam cum Mars qui grçce dicitur αρης homicidij crimine reus fieret iudicantibus duodecim dijs in eo pago sex sententijs absolutus est: vt Stephan⁹ Byzantius docet: ⁊ multi alij grçci. verum quid ageretur in areopago Julius quidem pollux libro. viij. scribit de magistratibus atheniensium ⁊ eoruz locis Areopagitarū magistratus erat iudicare de cçde: ⁊ de statu reipub. prouidere. Unde ait οι δε εννεα αρχοντες οι καθεκαστον ενιαυτον μετα το αρξαι τας ευθυνας εν τοις αρεοπαγιταις προσετιθεντο υπαιθροι οι δε εδικαζοντο του φονου: sz multa essēt dicēda: q̄ Pausanias scribit de grecia illustrata ⁊ alij.

¶ Arethous rex fuit in arna vrbe bœotiç.

¶ Aretalogus penultima correpta Porphyrione teste: garrulus ⁊ loquax dicitur in ostentatione virtutis vnde nomen deducitur. αρετη enim grçce virtus et logos sermo siue verbuz: sententia: ratio: prosa: cura: studium: ⁊ multa alia. Suetoni⁹ in Augusto. Frequentius aretalogos ⁊ festos ⁊ solennes nōnunq̄ tātum iocularitatez celebrat. Juuena. Ut mendax aretalogus. Aretalogus etiam dicitur qui fingēdis mēdacijs auditores mouet arte verborum. Sed tunc esset contra Porphyrionē: non enim ab αρετης: sed ab αρεσκω placeo: sed αρετος: id est placidus et logos sermo quasi aretalogos vir placidi sermonis blādus multa delectatione affabilis: mitis ⁊ dulcis.

¶ Arethusa penul. producta virgo venatrix Dianæ comes ab Alpheo amata in fontem Siciliç apud Syracusas conuersa est. Uirg. Et tandem positis velox arethusa sagittis. Unde ⁊ Syracusç arethusides dictç sunt: ab arethusa fonte forma patronymica fœminina. Ouidius lib. iiij. Fast. Utq3 syracusas arethusidas abstulit armis Claudi⁹. Fuit ⁊ arethusius fons Smyrnç. Tertius in chalcidia. Quartus in Itaca. Est ⁊ arethusa locus syriç munitus iuxta emesam sexdecim millib⁹ passuū a qua arethusij vt inqt Strabo

¶ Aretiū ciuitas Thusciç a grçcis cōdita eo tēpore quo populus Israel sub iudicibus regebat.

¶ Aretissa lacus maioris armeniç: de quo Plynius libro sexto. Tygris influit in lacum aretissam omnia illata pondera sustinentem. Solinus vocat eum arethusam Strabo arsenem.

¶ Arena tenuissimus puluis aridus. Ideoq3 ab ariditate deductum nomen quidam existimant. Caret enim omni humore ⁊ succo: vnde et plurimum aquæ ebibit. Et ita sine aspiratione scribi debet. Nec quēq̄ mouere debet q̄ arena habeat primā breuem: areo vero productam cum deriuatiua non semper primitiuorum naturam seruent. Alij ab hærendo: q̄ sibi inuicem propter tenuitatem cohçreant: vel q̄ cum calce parietibus inhæreat: sicut in fabricis videmus. Et sic cum h. scribunt. Eius vero tres sunt species scilicet fossitia: fluuiatica ⁊ marina. Inter quas grossior sabulum nuncupatur. Quandoq3 tamen arena ponit pro loco in quo pugnabant gladiatores. Sueton. in August. Quodam autem muneris die parthoruz obsides tunc primum missos per arenam mediaz ad spectaculum iduxit. Hinc arenarij dicti sunt gladiatores qui in arena depugnant. Quandoq3 foruz arena dicitur: quia illic sic depugnant actores causaruz vt in arena gladiatores degladiabantur. Seneca. Hoc ita habitum est scholam quasi ludum esse forum arenam. Hinc Plynius arenam suaz appellat centumviros: quoniam in iudicio centumuirali certabat frequenter telis oratorijs. Hoc nomen licet pluralē numerū non habeat. Uirgilius tamen dixit. Et multæ zephyro turbant arenç.

¶ Arenaceus a. um. quod ex arena est.

¶ Arenarius a. um. quod ad arenam ptinet: vt Juppiter arenarius.

¶ Arenosus a. um. quod arena abundat. Plynius. Littus non arenosum: sed alga ⁊ fluuiorum sordib⁹ plenum.

¶ Arenatus arenata arenatum: quod ex calce ⁊ arena factum: sicut marmoratum: quod ex marmore. Plynius. In grçcia tectorijs etiam arenatum: quod ducturi sunt prius in mortario ligneis vectibus subigunt.

¶ Arenula dimi. ab arena. q̄ est tenuissima. Ply. lib. xxx. Arenulç quç inueniūtur in cornibus cochlearū cauis dentium inditç statim liberant dolore

¶ Arguo arguis. gui. gutum. Imputo siue accuso: et genitiuo sçpius q̄ ablatiuo construitur. Curtius. Orsinem modo auaritiç interdum ⁊ defectionis arguebat. Cic. lib. ij. ad Herenniū. Ut si quisq̄ furti arguat dicat eum esse hominem improbū auarum fraudulentum. Similiter quando significat reprendo cū ratione ⁊ argumentis: vt in Genes. Certe mendacij nos arguere non poterit. Plau. in Amph. Et eccum video qui me miseraz arguit stupri dedecoris. Si vero id quo quis arguitur non exprimitur accusatiuuz tantum habet. Lact. lib. iij. Tui ergo te libri arguūt. Proprie tamē arguere est ostēdere. Uir. Degeneres animos timor arguit. Huius composita sunt Coarguo ⁊ redarguo. Sallu. Lentulū dissimulantez coarguūt sermonibus quos ille habere solitus erat. Sciendum est q̄ licet arguo argutum supinum faciat ex quo argutus pticipiū tamē futuri tēporis est argui

turus. Sal. li. ij. histo. Quos aduersuz multi ex bythinia volētes occurrere falsum filiū arguituri. Nam vt docet Pris. Quędā sunt verba in ueū supinū formantia quorū participia futuri termināt ī itur⁹. Sputū sputiturus sputitio. Plutū pluiturus pluitio.

¶ Argutus a. um. participiū. Plau. in pseudo. Argutus malorū facinorū. Quandoq; vero est nomē modo p malitioso ⁊ falso qui cū lepore quodā quæ cupit dicit facit ve: quasi arguens acute ⁊ inuestigans. Modo pro canoro resonantiq; vt arguta hirundo. Et arguti homines qui multū ⁊ celeriter loquūtur ab argo naue: q̄ a celeritate dicta est. αργος em̄ velox dicitur Virg. Argutos interstrepere anser holores. Modo pro exili breui ⁊ quasi acuto. Idem li. iij. geor. Argutumq; caput: breuis aluus: obesaq; terga.

¶ Argutia æ. dicitur acute ⁊ malitiose dictuz vel factuz. Plau. in Must. Exi a culina: sis foras mastygia qui mihi inter patinas exhibes argutias.

¶ Argutor pe. p. deponens ab argutus fit: ⁊ significat procaciter proloquor. Neuius. Quādo ad ludos venit alij cum tacerent totum diem argutatur quasi cicada. Est ⁊ argutari subsilere. Tit. Terra hęc ē noua qua tu solitus argutari pedibus cretaz dum compescis vestimentaq; leuas: repitur ⁊ arguto in eadez significatione.

¶ Argutulus dimi. ↄtemptui deriuatū ⁊ nō blandiēdi causa: vt homūculus ⁊ homulus.

¶ Argumentū vt a Quintil. diffinit̄ est ratio probatione præstans qua colligitur aliud per aliud: et quæ quod est dubium per id quod dubium non est: confirmat. Sumitur interdum etiam pro materia. Cicero. Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum est. Interdum pro coniectura. Interdum p verisimili probatione. vt sunt argumenta comœdiaruz Interdum pro summa versibus exposita.

¶ Argumentatio est explicatio ⁊ enarratio argumēti. Accipitur ⁊ pro eo quod mēte componitur. Amb. Cognito q̄ Heliseus esset qui consilys ⁊ argumentationibus eius obuiaret.

¶ Argumētor: rōnibus nitor ad aliq̄d probandum.

¶ Argemissa vel argemussa: insula ad continentem troadis prope argenicū promontoriū locata: Iuxta quem locum alcibiades extinctus est.

¶ Argenos latine dicitur albus splendidus. Festus Argenum argentum pcandidum αργυρος.

¶ Argetos significat velocem ⁊ candidum ⁊ splendidum ⁊ strenuum.

¶ Argus nomen propriū regis argiuorum. Hic fili⁹ apis fuit. Ex cuius nomine argi argiui appellati sūt. Quo regnante cœpit vti frugibus grecia et habere segetes in agricultura delatis aliunde seminib⁹. Et post obitum deus haberi cœpit templo et sacrificijs honoratus. Fuit ⁊ alius Argus: qui a poetis oculis plenus fingitur: custodisse Iunonis imperio Inachi filiam eius deę pellicem in bouis speciem conuersam Qui postea a Mercurio interfectus fuit. Unde ⁊ argiphontes cognominatus est: q̄ argum peremerit. Unde cœtum stellarum luce distinctum Argus dicitur. Et argus vocatus fuit nauis architectus: a quo Argonautę. Est ⁊ argus adiectiuum pro argiuis: vt est apd̄ Plau. Natus amphitrio argis ex argo patre

¶ Argo gen. fœ. nauis quam Iason duxit ab Argo architecto. De quo Flaccus ad Charum tritonia de volat arguz moliri. Hunc puppem iubet ⁊ demittere ferro robora. Seu ab argon qd̄ est velox: vt inquit. Diod. Inde arguti vt sentit Probus dicti sunt: qui multum ⁊ celeriter loquūtur. Alij autumāt argo nominatam esse ab argiuis hoc est grecis. Quod sentire videtur. Cice. li. pri. Tus. cū ait. Et eas angustias per quas penetrauit ea q̄ est nominata argo quia argiui in ea delecti viri vecti petebant pellez inauratā arietis. Inde argonautę dicti sunt.

¶ Argos in sing. ge. neu. In plurali masc. vt hi argi Hora. Aptum dicit equis argos ditesq; mycenas. Virg. lib. x. Herculis anthorē comitē q̄ missus ab argis. Est aūt ciuitas nō longe ab athenis pelopōnessi caput: ⁊ omnibus ciuitatibus grecię antecellebat. Cuius rex primus phoroneus fuit. Dicta argos ab Argo rege: vt scribit Aug. li. xviij. de ciui. dei. Hinc argiui greci dicti sunt: et argolicus sinus: ⁊ argolici duces: ⁊ argolica regio. Alia est ciuitas argos thessaliæ qd̄ pelasgicon dicunt. Alia in achaia non longe a mycenis: quæ et hippion vocatur. Et in acarnania amphilochicum. Est ⁊ argos quædaz grecię ps. Ois quoq; littoralis ora dicebatur argos. Et ante danaū argiadę. hoc est argiui. Argos quoq; grece dicit̄ tardus. Hinc iocus in endecasyllabo. Mar. Nō nautas puto vos: sed argonautas. Ubi allusio est ad famigeratos nautas ⁊ intelligi tamen vult pigros ⁊ lentos nautas. Et argos nauis signuz cœleste oritur pridie idus Martij.

¶ Argis aduerbialiter in loco. Plyn. lib. xvi. Argis etiam olea durare dicitur.

¶ Argeus a. um. idem quod argiuus. Hora. lib. iiij. carmi. Tibur argeo positum colono. ab argos vrbe. Et Argeus mons est: ab vna parte Cappadociam cingens.

¶ Argei teste Var. dicebant̄ scirpeę effigies quę per virgines vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim p pontem sublicium. Argei etiam dicebant̄ loca sacra Romę argeorum. Uarro. Reliqua vrbis loca olim discreta vt argeorum sacraria argeos dictos a principibus: q̄ cū Hercule argiuo Romam venerūt.

¶ Argia pe. pro. nomē adastri regis argiuorū filię: q̄ conuersa fuit in fontem sui nominis.

¶ Argię pluralis numeri tm̄ oppidū est Laconię.

¶ Argolicus a. um. idē qd̄ argiu⁹: vt regio argolica.

¶ Argonautę dicti sunt heroes illi qui cū Iasone in Colchos pfecti sunt ex q̄bus p̄cipue fuere Castor et Pollux: Telamon: Orpheus: Hercules ⁊ Hilas puer sic cognominati a naue quam innauigauerunt qui fuerūt supra quinquaginta: vt Orpheus libro pri. et Apollonius in catalogo heroum.

¶ Argiletū ab argo dictum q̄ is eo venerit: ibiq; sepultus sit. Nā argolus siue argus dux argeorū apd̄ Euandrum hospitatus est. Cū in suspitionē regni veniret clam noctu ab arcadibus est interfectus: vt volunt inscio Euandro. Cui Euander tumulum fecit: et loco nomen posuit a leto. i. morte argoli: siue argi: Argiletū. Var. scribit argylletum etiā dici ab argylla creta: cuius copia illic erat. Erat aūt argyletum locus in vrbe prope pallatium vbi tabernæ byblyopolarum erant: quę argiletanæ dicebantur. Mar. Argiletanas mauis habitare tabernas.

¶ Argylla terra cretosa ⁊ candida qua figuli vtūtur ad vasa facienda. Iuuena. Argyllam atq; rotam citius properate.

¶ Argema morbus oculorū cū vlcus circulū oculi in

festat: quẽ græci Irim dicũt. Latine albugo vocatur et leucoma etiã græce a candore. Videtur esse idẽ fere quod leucomata .i. albugines a candore.

¶ Argyrippa: ciuitas in apulia: quã Diomedes ędificauit a qua argyripini dicuntur.

¶ Argyrion latine argentũ a quo argyrocopus argẽtarius αργυρος και κοπτω.

¶ Argyrologus: quęstor quęrens argentum απο του λεγειν.

¶ Argyrondes ętolię fluuius propter argenteũ aquę candorem.

¶ Argyraspidas dicimus eos: qui argentata scuta ferunt. Unde sicut refert Lamp. Alexander Imperator Romanus nõ solũ fecit argyraspidas: sed ⁊ chrysaspidas: ita ab aureis clypeis noĩatos. ασπισ.

¶ Argyrotoxos argenteũ arcũ gerens: quo nõie dictus est Apollo. το τοξον.

¶ Argentũ primo signatũ est anno vrbis quingẽtesimo octogesimoquinto. Quin. Fabio consule: quinq; annis ante bellũ punicũ primũ. Nota argenti bigę et quadrigę. Inde bigati ⁊ quadrigati nummi appellati sunt. Aureus vero nummus sexagesimo secũdo anno post argenteũ percussus est: in quo primo consulũ deinde Imperatorũ capita imprimi cœperũt ⁊ ab his sæpe nõia accepere. Argentum candidũ est: vnde ⁊ a gręcis argyros dicit᷑. In puteis qđ reperit᷑ excoqui nõ potest: nisi cũ plumbo nigro: aut cũ vena plumbi: quę iuxta argenti venas plærunq; reperitur Gallenã vocant. Aliquando argentũ ponitur pro supellectili argẽtea puta scyphis cochlearibus aliisq; quę ad mẽsam ornandã exhibentur. Plau. Tu esto lectisterniator: tu argentum eluito.

¶ Argentarius vulgo campsor: siue mensarius a grecis colybista ⁊ trapezita dicitur. Unde Plau. in Cur. Trapezitã ⁊ argentariũ pro eodem accipit: Sed iureconsultus. ff. de edendo ostendit argentarios maiores mensarios: et quorũ officiũ atq; ministeriũ publicam habet causã. Hiq; rationes conficiunt. Auctor est Seneca argentarios præesse publicis actionib᷒.

¶ Argestes ventus occidẽtalis frigid᷒. de quo Ply. lib. ii. Ab occasu ęquinoctiali fauonius: ab occasu solstitiali Corus: zephiron ⁊ argesten vocant.

¶ Ariadne nomẽ propriũ eius: quam desertã a Theseo bacchus rapuisse dictus est a poetis.

¶ Aricia vrbs in Italia abest ab vrbe ad decimũ lapidem quã ędificauit Hippolytus thesei filius: et a nomine coniugis ariciã appellauit. Iuxta hanc vrbem erat nemus: quod aricinum dicebatur: in quo ægeria nympha erat: cum qua loqui solitũ ferunt Numã Roma. regem. Erat ⁊ aricinus lacus: quod speculũ Dianę vocababat᷑: in quo nunc quoq; insulę cuz proceris arboribus mobiles conspiciuntur.

¶ Aries etis. pe. cor. qui inter oues integer est: ⁊ tenetur ad generandã sobolẽ. Veruex vero cui inuersi: vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus aries: ꝙ aris imponi ad sacrificia soleret. A cuius similitudine bellica machina appellatur. Materia ac tabularis testudo consexitur: quę ne flammis exuri possit corio siue cilicio vestitur. Intrinsecus recipit trabẽ quę si aduneo præfigitur ferro: falx vocatur: ab eo ꝙ incuruata est: vt ex muris lapides extrahat. Si vero caput ipsius ferro tegitur Aries appellatur: ꝙ instar arietini capitis fieri soleret: vel ꝙ habet durissimam frontem qua subruat muros vel ꝙ more arietum retrocedit: vt vehementius feriat. Testudo autem a similitudine naturæ testudinis vocabulum sumpsit: quia sicut illa modo reducit: modo profert: ita huiusmodi machina interdum reducit trabem: interdum effert: vt vehementius feriat. Est ⁊ Aries cœleste signũ primũ in zodiaco. Aries etiã marinus piscis siue marina belua est candore tm̃ cornib᷒ assimilatis grece κριοσ dicitur: sed rem mirificã tradit Aelianus discipulus pausanię li. vii. λεγουσι Δαραβεσ οτι αρα παραυτοισ ποιμνι απιαιρεται υπομουσι κισ μαλλον κυπο του Χιλιου.

¶ Arietinus na. num pe. pro. quod est ex ariete. Ply. Arietinum iecur ad id vtile est.

¶ Arieto tas. pe. cor. percutio. Tractũ ab arietum similitudine cuius firmissimũ caput ⁊ solidissima cornua faciunt: vt magno impetu quicquid obieceris percutiant.

¶ Arihel quidã putant esse areopolim ab Idolo martis quod illic situm est. Interpretatur aũt Leonẽ dei hierusalem figuraliter significans.

¶ Arion citharœdus optim᷒ ex lesbo insula. De quo Herodotus scribit ꝙ cũ a nautis coactus esset se e naui in pelagus demergere a delphine exceptus ab eoq; in laconiã deportatus fuerit anteq̃ nautæ illuc applicuissent.

¶ Ariminũ ciuitas Italię a flumine propinquo eiusdem nõis sic dicta. Hęc quondam Umbrorũ coloniã fuit: sicut ⁊ Rauenna: verum vtraq; Rom. accepit inquilinos. Habet autẽ hęc ciuitas portum ædificata anno ante Christi exortum. cclxx. Ptolemęo lagi filio ægyptiis imperante. Pub. Sempronio ⁊ Apio claudio consulibus. Ad quã visendã compositis sicilię rebus Sempronius nauigauit. Eam Octauianus ampliauit: ⁊ a liburnis dirutam Diocletianus reposuit: fusisq; liburnis arcum triumphalẽ in ea extruxit.

¶ Arimphei sunt populi asię septẽtrionalis prope riphęos montes: habent pro domibus nemora: pro alimentis baccas: ⁊ tã fœminę q̃ mares comas tondẽt.

¶ Arimaspi populi scythię Europæ versus Aquilonis exortum: vt lib. vii. refert Plynius: qui vnicũ in media fronte habent oculum: ⁊ cũ gryphis continue præliantur.

¶ Aristippus nomẽ philosophi cyrenaici ⁊ apud nos dicitur optimus equus. Hic dicere solebat ꝙ lautior victus nullo erat impedimento ad bene viuendum. Hic Socraticus auditor fuit: primus socraticorum mercede philosophatus est: habuit ingenium ad oĩa pro tempore loco ⁊ persona simulanda oĩno promptũ. Et ob hoc Dionysio pręter oẽs erat charus. Et vt præsentibus voluptatibus libenter fruebatur: ita et absentes facile contemnebat. Hic cũ e patria in græciã philosophandi causa proficisceretur iussit seruos aurum proiicere vt expeditiores ad iter capessendũ essent. Summũ bonum posuit in leni motu ad sensum emananti. id est in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt: ⁊ in dogmate permanserunt ab hominis patria Cyrenaici sũt appellati. Tradũt Platonem dixisse soli Aristippo ⁊ chlamydẽ ⁊ pannũ ferre datum est. Hor. Omnis aristippũ decuit status et color et res. Fuit et alter aristippus huius nepos ex filia Metrodidactus dictus quasi a matre doctus. Hic in nauigio a tempestate deprensus timuit ⁊ expalluit. Et interrogatus quare philosophus timeret cum ipse contra nihil timeret. festiuiter respondit nõ

eandem sibi et illi causam esse quoniam is nõ esset ma-
gnopere solicitus pro anima nequissimi nebulonis ip
sum aũt p aristippi anima timere.

¶ Aristocratia optimatiũ principatus vbi optima-
tes rẽpub. tractant. αριϛος και κρατος υπο κρατειμ.

¶ Aristoclides pe.cor. Orcomeni tyrannus qui stym
phalidem virginẽ adamauit. Vide in dictione Stym
phalus.

¶ Aristoteles pe.cor. nomen philosophi peripateti-
corum principis: a quo Aristoteleus et aristotelicus
adiectiua.

¶ Aristoxenus pe.pro. nomen pprium musici.

¶ Aristomenes pe.cor. nomen messenii viri: qui iustis
simus vt scribit Hie. victis lacedemoniis et quodam
tempore nocturna sacra celebrãtibus: quę vocabant
iacynthina rapuit de choris ludentiũ virgines. xii. et
tota nocte gradu concito fugiens excessit de finibus
sparthanorũ. Cumqz eas comites eius vellent viola-
re monuit q̃tum potuit ne hoc facerent: et ad extre-
mum quosdã nõ parcentes interfecit. Cęteris metu
coercitis redemptę postea a cognatis puellę cũ ari-
stomenez viderent cędis reum fieri tam diu ad patriã
nõ sunt reuersę q̃diu iudicũ aduolutę genibus defen
sorem pudicitię suę cernerent absolutũ.

¶ Aristo philosophus cognomento scepticus: quod
latine quęstor et consyderator dicitur. Semp enim in
quęrendo consyderandoqz fuit. Vide in dictione
Pyrrho.

¶ Aristides pe.pro. princeps atheniensis cui cogno
men fuit iustus: alter fuit pictor insignis.

¶ Aristophanes pe.cor. nomen pprium philosophi:
et comici valde maledici: cuius nomine comœdię sunt
impressę.

¶ Aristobolus nomẽ propriũ Iudęorũ regis.

¶ Aristophorũ penu.cor. vas quo prandiũ defertur.
Latine discus. αρισον em̃ prandiũ dicit φορω porto.

¶ Arista ab ariditate dicitur q sit oino arida. Est em̃
prima pars quę primo arescit: vel quia seges cũ ares-
cit secatur. Et pprie aristę quasi tela spicę frumenti
sunt siue spinę: siue aculei quibus a morsu auiũ mino-
rum illa tueantur. Cic. in Cato. Fundit frugem spicę
ordine structã et contra auiũ minorũ morsus munitur
vallo aristarũ. Ponitur tamẽ quandoqz arista pro fru
mento. Verg. Chaoniã pingui glandẽ mutauit arista

¶ Arithmus latine numerus. Vnde arithmetica.

¶ Arithmetica numeralis sciẽtia quę tractat de nu-
meris et supputandi ratione. Hęc inter disciplinas
mathematicas prima esse dicitur: quoniaz ipsa vt sit
nulla alia indiget disciplina. Musica aũt et geometri-
ca et astronomia istius auxilio egent.

¶ Armus humerus. Ver. lib. iii. Geor. Densa iuba et
dextro iactata recumbit in armo. Differt tamen ar-
mus ab humero. Nã humeri proprie eorum sunt qui
recti in cœlum spectant. Vnde soli homini humeros
esse dicimus. Ver. Os humerosqz deo similis. Armi
vero sunt brutorũ: q̃uis de hoibus quãdoqz dicãtur.

¶ Armigatus ta.tum. quod est ad armũ ligatũ. Hie.
lib. ii. Reg. Et dauid pcutiebat in organis armigat⁹

¶ Arma ab armis dicuntur. i. humeris dependentia
inquit Festus: vt scutũ gladius et ea q̃bus pręliamur
tela. Ser. docet arma esse quę armos tegunt. Varro
ab arcendo arma dicta existimat q his arceamus ho
stes vt fustes lapides et huiusmodi: Sed re vera nõ so
lum hoc noie bellica: sed etiã oim fere artium instru-
menta intelliguntur. Sic etiã Pollux ὅπλα ruralia
prosequitur: q̃uis Vergi. largius pollicitus tamẽ de
fecisse videatur. Sunt em̃ martis arma instrumenta
omnia: quibus in bello vtimur. Vnde fraudes et consi
lia arma dicuntur. Ver. Et quęrere cõscius arma. Ar
ma rusticorũ: rastra: ligones: et huiusmodi. Idem. Di
cendum et quę sit duris agrestibus arma. Arma co-
quinaria: lebes: patella: tripos: olla. Plau. Et elegã-
ter instructũ coquinariis armis. Arma studiosorũ:
stylus: pugillares: libri Ply. Cuius arma erant nõ ve
nabulum et lancea sed stylus et pugillares. Nautarum
quoqz et pistorũ instrumenta arma dicunt. Ver. lib. v.
Colligere arma iubet: validisqz incumbere remis. Et
lib. i. Cerealiaqz arma Expediunt. Quandoqz arma
accipiuntur pro bello: sicut toga pro pace: vt cedant
arma togę. Quandoqz dicuntur insignia quale non-
nulli intelligunt illud Ver. Armaqz fixit Troia. Con
sueuerũt em̃ antiqui suspẽdere arma in postibus tem
plorum. Est aũt hoc nomẽ arma pluraliter tantũ de-
clinatum quoniã vniuocum sit et plures res significet
quarum singulę habent sua noia vt gladius: scutum et
huiusmodi Vel ve ab armo artu corpis obliqui eius
casus proferri censeantur.

¶ Armo as. armis induo seu munio. Lactan. lib. iii.
Cum em̃ natura hois imbecillior q̃ cęterorũ anima-
lium quę vel ad perferendã vim temporũ: vel incursi-
ones a suis corporibus arcendas naturalibus muni-
menta puidẽtia cœlestis armauit. Liui. lib. ii. de bel.
pu. Itaqz et muri reficiebant et propugnaculis arma-
bantur. Composita sunt dearmo: qd est armis exuo.
Idem. lib. iiii. Consul triumphans in vrbem rediit.
Tiullio duce Volscorũ ante currũ acto: prelatisqz spo
liis quibus dearmatũ exercitũ hostiũ sub iugum mi-
sit. Exarmo eiusdẽ significationis. Sueto. in Domi.
Negantemqz vltra se tueri eum posse q exarmata es-
set a Ioue. Exarmatas autẽ feras dicimus mansue-
factas. Lamp. de Heliogabalo. Habuit leones et leo
pardos exarmatos quos edoctos per mansuetarios
subito ad secundã et tertiã mẽsam iubebat accũbere.
Obarmo circũarmo. Hor. li. car. Mos vnde deduct⁹
per omne tempus amazona securi dextras obarmet.
Perarmo perfecte vel pulchre armo. Cur. Hoc mo-
do instructo exercitu. ac perarmato babylone copi-
as mouit.

¶ Armatio et armatura rem ipsam significant. Arma
tor et armatrix verbalia.

¶ Armiger. pe.cor. qui lanceã scutũ galeamqz ferens
armatum equitem in pręlio sequitur. Et plane apud
antiquos armigeri fuerunt summi viri vt patroclus
fuit armiger achillis. Ply. lib. xxxv. Clytum equo ad
bellum festinantẽ et ei galeam poscenti armigerũ por-
rigentẽ. Armiger etiã dicitur qui cuipiã alii inferior
superiori suggerit. Plau. in casin. Filius autem armi
gerum allegauit suum.

¶ Armariũ ab armis. Locus vbi cibaria libri et simi-
lia reconduntur. Plau. in Cap. Cellas refregit om̃s
intus: reclusitqz armariũ. Et in epi. Quin ex occluso
atqz obsignato armario decutio argenti q̃tum mihi
libet Huius diminu. est armariolum.

¶ Armamenta nauiũ instrumenta: vel munimenta si
cut funes et vela q̃uis et murorũ esse possint et medicorũ
et aliorũ instrumenta. Col. lib. v. Nonnulli strenue fa
bricãt nauigia: nec cõsumata perinde instruũt arma
mentis ministrisqz. Hie. ad Pamma. Et quia sine em̃

plastro venerat: et medicorũ armamenta nõ habebat: iccirco medicina nõ profuit. Et Ply. de vinearum armamentis loquitur.

¶ Armamentaria repositoria armorũ sunt et ferre nauallum quale fuit illud qđ athenis philon fabricauit mille capax nauiũ. Ply. Armamentario mille nauiũ confecto. Liui. de bel. ma. Conflagrarũt et horrea regia et armamentariũ cũ ingenti apparatu machinarũ et tormentorũ. Val. maxi. Habebat armamentarium omnis generis telorũ copia refertũ. Deduciturqꝫ hoc nomen ab armamentum.

¶ Armentũ inquit Festus id genus pecoris dicitur quod est idoneũ ad opus armorũ: vt sunt equi et boues Nam equis in bellum curritur. Clypei vero boum coriis armantur. Var. aliter. Armẽta qꝫ boues ideo parabantur: vt inde eligerentur ad arandũ inde armenta dicta quasi aramẽta: postea tertia littera extracta Unde Col. lib. vii. Jumenta: et armenta nomẽ a re traxere: qꝫ nostrũ laborẽ vel onera subuectando vel arando iuuarent. Precipue enim ab equis et bobus aliisqꝫ eiusmodi ceruos et alia aĩalia grandia armenta dici possunt: qꝫuis elephanti et equi et huiusmodi animalia ab armis armatisqꝫ militibus ferendis armenta appellari queant. Nam cerui qui ad hoc nõ sunt idonei neqꝫ etiã ad arandũ inter armenta computantur a Ver. qui ait Hos tota armenta sequuntur. De hoc etiã in dictione greca dicitur.

¶ Armentarius rii. armentorũ custos. Verg. lib. iii. Geor. Omnia secum Armentarius afer agit tectum qꝫ laremqꝫ.

¶ Armentarius a. um. quod ad armentum pertinet. Amb. de Cain. Videtur et sensuũ nostrorũ quoddam genus aliud domitũ mansuetũ: aliud indomitũ quod armentario quodã motu mentis velut deside atqꝫ dissoluto prumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

¶ Armille sunt ornamenta in circulorũ modũ que viri militares ab Imperatoribus donati in sinistris brachiis gerere consueuerunt. Hec Pris. brachialia vocat. Dicuntur aũt armillæ ab armis: qꝫ antiqui humeros cũ brachiis armos vocabant. Unde arma ab his dependentia sunt vocata. Liui. lib. i. Additur fabule qꝫ vulgo sabini aureas armillas magni ponderis brachio leuo gẽmatosqꝫ magna specie anulos habuerũt. Hier. lib. ii. Reg. Tuli diadema qđ erat in capite eius et armillã de brachio illius: et attuli ad te dñm meum.

¶ Armillatus dicitur qui armillas habet. Pro. Atqꝫ armillatos colla molossa canes. Et armillatus nomẽ viri sub Nerone et Domitiano.

¶ Armillum vas vinarũ in sacris: dictũ qꝫ armo id ẽ humero deportaretur

¶ Armilustrũ festũ apud Romanos: quo res diuinas armati faciebant: et sacrificãtes canebant tubis. Itẽ locus in quo huiusmodi ludi fiebant. Var. hoc nomen ab ambitu lustri dictum existimat: qꝫ ibi circunfertur pompa et equi currunt.

¶ Armenia regio asie inter taurum et caucasum montes sita: et a Cappadocia ad caspiũ mare vsqꝫ protensa ab armenio thessalo comite (vt inquit Strab.) sic dicta. Et vt Ply. li. vi. auctor est duplex ẽ: maior scꝫ et minor: vbi preciosum inter reliqua aromata nascitur amomũ. Hanc hebrei ararab. vocant. In ea araxes fluuius et pars euphratis et tigridis et insignis ciuitas artaxata.

¶ Armeniacus dr qꝫ primũ genus ab armenia sit aduectum. Hoc aũt genus pomi Armeniacuꝫ dicitur qđ precox persicũ etiã dicitur. Et vt inquit Hippocrates calidum est et stypticum stomacho vtilis in cibo sumptus.

¶ Armoracea ce (vt inquit Palladius) agrestis raphanus est. Dicit a Col. etiã armoradũ armoraciaqꝫ cymã

¶ Arnon vt Josephus lib. iiii. scribit fluuius est: qui de montibus arabie descendẽs in stagnũ asphaltiten erumpit diuidens moabitidem et amonitidem.

¶ Aro as. pprie significat terrã iam pro cissam rursus vomere euerto. Ply. In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? agruꝫ bene colere. Quid secundũ: bene arare. Quid tertiũ: Stercorare. Cõposita huius verbi sunt. Desaro. Exaro. Peraro. Inaro. et Subaro. Plyn. Sunt qui iam natas inarant segetes.

¶ Arator sumitur tam pro boue qꝫ pro homine bouẽ ducente. Plyn. Arator nisi incuruus preuaricatur.

¶ Aratrum instrumentũ quo terra aratur. greci arotron dicunt.

¶ Aratro tras. quasi aratro: quod est segetes iam natas rursus arando proscindo: quod impinguãdi agri causa fit:

¶ Aromata latine odoramenta. Et inde aromacopola: quem nos aromatariũ vocamus: qui aromata vendit. Grece ἀρωμα.

¶ Arpe falx siue ensis falcatus. Uide infra in dictione harpe: vbi harpya et harpagones que aspirantur: qm̃ nunc in psilem versa est aspirata.

¶ Arpinũ pe. pro. ciuitas a qua arpinates dicti sunt eius incole: quales fuere. M. Cicero. Plautus comicus et. C. Marius: qui septies consul fuit.

¶ Arostema pe. pro. matis. Grece. ἀρρωστημα. Latine egrotatio. ἀρρωστεω egroto. arrosteia ægrotatio. arrostos ægrotus.

¶ Arsenicũ idẽ est quod arsenicũ et auripigmentũ: cuius vis reprimi ac tolli excrescẽtia dubiũ nõ est.

¶ Arrha e. et arrabo pe. cor. Græce ἀρραβων vtrunqꝫ sumitur pro parte solutionis: quæ prius datur: vt reliqua reddatur. Terẽ. Ea relicta arraboni est. Hinc

¶ Arrho as. a quo subarrho: qđ est arrhã facio. Am. Anulo suo subarrhauit me dominus meus.

¶ Arreptitius: qui a demone rapitur: qui etiã abreptius dr. Ueteres Arreptitiũ dicebant laruatũ: quasi a laruis arreptum.

¶ Arripio is. Uide in abripio.

¶ Arrigo gis pe. cor. Uide in dictione rego.

¶ Arrogo as pen. cor: signi. tribuo. Hie. in prologo Esdre. Interrogent hebreos et ipsis authoribus trãslationi mee: vel arrogent vel derogent fidem. Plerũqꝫ arrogare est nimiũ attribuere: seu arroganter præsumere. Unde arrogans: qui sibi temere atqꝫ insolenter tribuit: quæ in eo nõ sunt. Et arrogantia p quam temeritas atqꝫ impudentia vanam sibi comparat auctoritatẽ. Item. Arrogare est in filium ac familiareꝫ asciscere a quo fit arrogatio: que est cũ is: qui asciscit aliquem in filium interrogat an velit illũ iustũ sibi filium esse: et is qui asciscitur rogat an id fieri patiatur. Uel ideo Arrogatio dicitur: qꝫ per populi rogationẽ fiat.

¶ Arsenothelys. Uide in dictione Androginus.

¶ Arsinoe fuit filia Ptolemei Lagi filii. qui egyptum post Alexandrũ tenuit et fuit iuxta Lysimachi regis Macedonie forma prestantissima. a cuius noie Ptole

meus philadelphus eius frater vrbem condidit in cy
renaica regione.
¶ Ars multipliciter dicit̃. Nam quędã est ars quę in
speculatione tantũ consistit: vt astrologia ⁊ theorice.
id est speculatiua vocat̃. Quedã in agendo: quę actu
perficit̃: ⁊ practice .i. actiua dr̃: vt saltatio. Teren. in
And. Quid est quod tibi ars mea efficere hoc possit
amplius. Quędam in effectu: quę operis quod oculis
subiicit̃ ⁊ consumationẽ nõ finem accipit: qualis est
pictura. Dicta ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς .i. a virtute quam
gręci vniuscuiusq; scientiã vocant. Est etiã ars quæ
constat ex præceptorũ collectione ab arcto as: ꝙ ar-
ctis pręceptis .i. angustis: ⁊ breuibus concludat. Ut
est ars Seruii: ars Donati: ars Prisciani. Ars etiã
astutia vocat̃: qua quis nõ facile falli: sed magis ali-
os fallere potest: quæ gręce dr̃ τέχνη. Ab ars compo-
nuntur Iners: Solers: Artifex. Huius diminutiuũ
est articula.
¶ Artifex qui artem aliquã facit: dictus ꝙ scientiam
suam per artus exerceat: siue ꝙ apte operã inter se ar
ctent artifices.
¶ Artificiũ quasi artis factio: quod ars ipsa operat̃:
vt cum dicimus orationẽ magno artificio compositã
Hinc artificiosus a. um. quod cum arte factum est: vt
oratio artificiosa.
¶ Artitus pe. pro. dr̃ bonis artibus instructus.
¶ Artus: qui alligant membra membris ab arctan-
do. Sunt enim nodi: membra vero trunci. Uer. lib. v.
Et magni membrorũ artus. Et dr̃ tantũ de animanti
bus: partes sunt corporis inter iuncturas dicti ꝙ in-
ter se arctent̃. Unde minores partes per diminutio-
nem articuli dicunt̃ quales sunt digitorũ quasi paruí
artus. Et distingunt̃ artus a mẽbris quia artus dicũ
tur ossa cũ neruis ⁊ venis. Membra aũt proprie voca
mus carnem artus tegentẽ. Unde membrana superior
mẽbri pars: hoc est pellis: Sed sępenumero confundi
tur. Apud Plau. in Menę. tamen artua dr̃. Ita mihi
imperas vt ego huius membra atq; ossa atq; artua
comminuã illo scipione: quem ipse habet. Hinc dedu
citur. De artuo as. qd̃ est per artus diuido.
¶ Articulus dimi. ab artus est: ⁊ ponit̃ pro iunctura
siue nodo: vel parte membri. Ply. Articulus membra
distinxit. Unde articularis morbus: Sed ⁊ in vitę di-
cuntur articuli de nodo ad nodũ. Ci. in Cato. Itaq;
ineunte vere in iis quę relicta sunt existit tanq̃ ad ar
ticulos sarmentorũ ea q̃ gemma dr̃. Articuli etiam in
montibus dicunt̃: vt apud Ply. in calce operis. Sic
articulos fidei tanq̃ membra religionis nostrę dixe-
runt. Interdũ ponit̃ pro digito: vt apud Ouid. li. ii.
de pon. At reditus iã quisq; suos amat ⁊ sibi quid sit
Utile sollicitis supputat articulis. Interdũ pro mo-
mento ⁊ tempestiua rerum faciendarũ hora siue pun-
cto: seu alicuius rei aut temporis particula. Terẽ. in
adel. Uide vt in ipso articulo oppressit eam. Hie. ad
Iuli. Filius meus frater tuus. Ausonius in ipso iam
profectionis articulo cum mihi præsentiã suam tarde
dedisset: ⁊ cito abstulisset atq; in puncto temporis sal
ue valeq; dixisset. Item articulus color est de quo Ci
ce. lib. iiii. ad Heren. Articulus habet̃ cũ singula ver
ba interuallis distingunt̃ cęsa oratione. Similiter ar
ticulus dr̃ quo genus discernitur.
¶ Articularis ⁊ articulare: quod ad articulos ptinet
vt articularis morbus qui et articularius dr̃ qui per
omnes artus vagat̃: quo Aennius laborasse fertur.
Sere. Si vero articulos tabes inimica per omnis. Hu
ferit: ex ficu betas cũ melle iugabis. Uel pelagi lati-
ces simul: et baccheia dona Sumere curabis nimio
sed parcito vino. Aennius ipse pater cũ pocula siccat
iniqua. Hoc vitio tales fert̃ meruisse dolores.
¶ Articulo as. significat iungo ⁊ quasi articulũ: id est
nodũ nodo appono. Aug. lib. xiiii. ciuit. dei. Neq; ea
sola membra mouemus ad nutum quæ cõpactis arti-
culata sunt ossibus: sicut pedes ⁊ manus: ⁊ digitos.
¶ Arto as. sępe vrgeo. Hie. in prologo. Iudith. Et se
positis occupationibus quibus vehemẽter artabar
huic vnam lucubrationẽ dedi. Hinc componit̃. Coar
to simul continenter arto stringo. Lact. lib. vii. Tũc
annus breuiabit̃ ⁊ mensis minuet̃: ⁊ dies in angustũ
coartabit̃. Liui. lib. ii. de bel. pun. Angustę fauces co
artant iter. Inde percoarto quod est maxime vel per
fecte constringo. Col. lib. ii. Tunc demũ conuertem⁹
et vtrunq; siccatũ pcoartabimus in strigam: atq; ita
manipulos vinciemus.
¶ Arsaces pe. cor. nomen propriũ parthorũ regis cu
ius memorię hunc honorẽ parthi tribuerunt propter
quęsitũ constitutũq; regnũ: vt oẽs deinde reges suos
arsaces appellauerint: sicut dicti sunt ægypti Ptole-
¶ Arsis latine vocis eleuatio: sicut ⁊ thesis (mæi.
positio vocis: vt arm ·. ar. eleuatio. ma. positio est. in
his duobus per diuisionẽ pedes legitimi colligunt̃.
¶ Artaba: mensura apud ęgyptios sextariorũ .lxxii.
composita ex numero propter septuaginta duas gen
tes: quę orbem impleuerunt.
¶ Arthabanus: nomen parthorũ regis ex arsacidarũ
genere qui inimicus. Tyb. Cęs. armeniã inuasit.
¶ Artanes fluuius scythię thracię in istrũ defluens.
¶ Artemisius apud macedonas mensis maius dr̃.
Quo noie etiam vocat̃ mons archadiæ sicut scribit
Plynius libro quarto.
¶ Artemisia Mausoli Carię Regis vxor: q̃ insignis
pudicitię fuisse perhibet̃ ⁊ virum vltra humanę affe-
ctionis fidem amasse creditur. Nam cũ nobiliũ poe-
tarum atq; historicorũ laudibus pędicet̃. in hoc vel
maxime ꝙ defunctũ maritũ sic semp amauit vt viuũ:
et mirę magnitudinis extruxit sepulchrũ in tantum
vt vsq; hodie oĩa sepulchra pretiosa ex noie ei⁹ Mau
solea nuncupent̃. Est ⁊ artemisia herba ab artemisia
Mausoli vxore vel ab artemide dea cognoiata. Eius
duo sunt gña. Altera latiorib⁹ foliis: altera teneriori
bus ⁊ nõ nisi in maritimis nascẽs. Sũt qui ĩ mediter-
raneis eodẽ nomine appellãt simplici caule minutis
foliis quam quidã botryon: alii ambrosiam vocant:
quã Plyn. ambrosiam putat quę in Artemisio monte
dr̃ abundare a qua etiã nomen sortita est.
¶ Artemisiũ: vt Demosthenes pro Cthesiphone do-
cet. promontoriũ Eubœę est. Et Artemisiũ lucus est
prope ariciam dianę sacer quasi dianum dictũ latini
nemorense dixerunt. Unde ⁊ nemorensis rex dict⁹ est
sacerdos illius religionis.
¶ Artemon onis. pe. pro. Nam gręce ἀρτέμων dicit̃:
siue artemum quodq; quidã malum quidam velum in
telligunt nauis amplissimũ: quod extendit̃ quasi ar-
rectus temo· vt in actibus apostolicis Artemone le-
uato secundũ auræ flatum tendebant ad littus. ἀρτέ
μωνα, ἐπάραντες τῇ πνεούσῃ κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλόν
¶ Artaxares nomen proprium Xersis filii: qui longi-
manus dictus fuit: quoniã manũ alterã haberet lon-
giorem. Hic aiebat beneficium addere longe magis

regale esse q̃ auferre. Fuit ⁊ alius Artaxerses Cyri iunioris frater cognomẽto memor. Hic cũ paup quidam malũ ingẽtis magnitudinis ei obtulisset: iucunde suscepit per solem inquiens hic is mihi videt: quẽ vrbem quoq; ex parua magnã reddere posse existimẽ.

¶ Artaxata: armenię ciuitas.

¶ Arteria latine significat venã vitalem: seu semitã in qua est vitalis spiritus. Gel. Arteria est conceptaculum spũs naturalis misti confusiq; cũ sanguine in quo plus spũs est ⁊ minus sanguinis. Cice. lib. iii. ad heren. Leduntur arterię si anteq̃ vox bene ꝑmulsa ẽ: acriore complent clam ⁊ interuallis longioribus vti conueniet. Recreatur enĩ spiritu vox: ⁊ arterię conticendo requiescunt. εξ αερος και τηρεω αρτηρεια γινεται. Unde quidam doctus fecit dactylũ in primis tribus syllabis q̃ ridicule alii viderint.

¶ Artocrea ex. ⁊ artocreas ex. mas. gñis epulũ ex pane ⁊ carne. Per. Artocreasq; popello.

¶ Artocopus pe. cor. pistor seu factor panis: sed pro dispensatore siue conseruatore accipi solet: quasi qui in pane laborat. Nam αρτος panis κοπος labor.

¶ Artoptesii panes dicti ab artoptesia instrumento panibus coquendis in clybano accõmodato: cuius meminit Plautus in Aul.

¶ Artopticius panis: qui ex fermento duriore conficitur: torreturq; in artopta. Ply. lib. xviii. Siliginę farinę modius: gallicæ viginti duas libras panis reddit. Italicę duabus tribusve amplius in artopticio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunq; genere.

¶ Artopta a quibusdã dicitur mulier: quę coquit panem in clybano vel furno πτεω coquo. Plaut. in Au. Ego hic artoptã ex proximo vtendam peto. At Iul. Pollux dicit esse instrumentum Artocopi in quo panes torrebantur.

¶ Artolaganũ pe. cor. genus panis siue placentę ex simila in oleo coctæ in patella. In eo ponit parum vini cũ pipere ⁊ adipe vel modico oleo. Est enim panis: qui habebatur in deliciis: a laganis nomen habens propter candorem.

¶ Aruica penul. pro. genus frumenti.

¶ Aruina pe. pro. durum pingue inter cutem ⁊ carnẽ vt auctor est Ser. Ver. lib. vii. Pars leues clypeos: ⁊ lucida spicula tergent Aruina pingui.

¶ Arundo aquaticus frutex oĩbus notus. Et quoniã ex arundinibus fiebant sagittæ q̃nq; arundo ponitur pro sagitta. Ver. Perq; illa venit arundo. Hinc Arũdineus a. um. Hie. lib. iiii. Reg. An speras in baculo arundineo atq; confracto ęgypto?

¶ Arundinetũ locus vbi arũdines consitę sunt: sicut salicetũ oliuetũ: ⁊ hmõi: vt est illud: Fulgebũt iusti et tanq̃ scintillę in arundineto discurrent.

¶ Aruspes. Uide infra in dictione haruspex

¶ Aruum ab arando dictũ ager aratus necdũ satus qui tamen sementi datur: Sallust. Quia numidę pabulo pecoris magis q̃ aruo student.

¶ Ars ab arceo quia arcet. i. prohibet hostes accedere. Est enĩ locus vrbis vel in monte situs natura munitus. Inde etiã summitates montiũ ⁊ cuiuscunq; altitudinis ex quibus facile possunt depelli hostes arces dicuntur. Huius dim. est arcicula.

¶ Arymphei populi sunt de quibus Ammianus sic habet. Ubi mõtes ryphei deficiũt Arymphei inhabitant iusti hoies ⁊ morũ placiditate cogniti.

A ante S

¶ As assis libra a grecis Mna mina a nostris interpositione i litteræ quæ ex. xcvi. drachmis conficit: siue duodecim vnciis. Uncia vero ab vno dicitur. Sextans vncię duę: quasi sexta pars assis. Quadrans vncię tres: quarta pars qui ⁊ triunciũ dicitur. Triens quattuor vnciæ tertia pars. Quincunx vncię quinq; Semis vnciæ sex dimidiũ assis: siue selibra: id est media pars libræ: quasi semis as. Septunx vncię septẽ a septẽ ⁊ vncia. Bes. vnciæ octo dempto triente quasi des. Dodrans vncię nouem dempto quadrãte: quẽ et nonunciũ dicimus. Dextans vncię decem: dictus quasi assi deest sextans. Deunx vncię vndecim quasi vnica dempta ex asse vnica. Aeris aũt minima pars Sextula dicitur: ꝙ sit sexta pars vnciæ. Semiuncia ꝙ sit dimidia pars vncię. Silicũ dictũ est ꝙ semunciã secet. Et sciendũ ꝙ veteres volentes aliquid diuidere in partes ęquales vt hereditatẽ ⁊ quiduis simile id assem appellauerũt: ⁊ partes vncias. Unde illud Plynii de luna haud dubiũ est lucere dodrãtis semũcias horarũ ab secunda adiicientẽ vsq; ad plenum orbem. Unde etiã habemus: ex asse herede fecit. i. totius hereditatis. Sue. in Cæsa. Nouissimo testamento tres instituit heredes sororũ nepotes. Octauiũ ex dodrãte. Pinariũ ⁊ pedium ex quadrante. Interdũ dicitur nummus libralis ex ęre deductũ nomen. Hor. Quẽ si diminuas vilem redigat ad assem. Similiter Triens quadrans. Interdũ hę partes assis apud poetas accipiuntur pro calicibus a mensura. Prop. Cũ fuerit multis exacta trientibus hora. Mar. Te conuiua leget musto quincunce. Cõponitur autẽ as cum eo q̃d tres vt tressis. Per. Hic dama est non tressis agaso. Octo ⁊ as octussis. Hora. Quanti emptę parui. quãti ergo? octussibus. Et sic per oĩs numeros vsq; ad centum vt centussis Persius. Et centuz grecos curto centusse licetur.

¶ Asarotum pe. pro. pauimentũ picturę arte elaboratum a grecis inuentũ sic dictũ ꝙ verri nõ debeat. Nã deducitur ab α priuatiua particula et σαιρωμ. σαρω. π. σεσαρα verro scopo. Scopa quoq; a grecis saros dicit. και τοκαλιτιτρομ. Solebãt quippe purgamenta cœnarũ quę analecta vocant in pauimento quoq; euerri dum subtegulanea pauimẽta in vsu erant: postea asarotis inuentis cessauit vsus scoparum manibus colligi purgamenta cœperunt: pauimenta vero spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis: quę miro artificio paruulis testulis in varios colores tinctis et imagines pictis strauit. Nam pargami in asaroto columbam effecit bibentẽ: quę aquam capitis vmbra offuscabat alia cibi escam arripiẽte. Papi. lib. Syl. Uarias vbi picta per artes Gaudet humus superantq; nouis asarota figuris.

¶ Asbistę populi libię: apud quos vulgatissimũ templum inter medias yrenas conditũ est.

¶ Asbestus latine inextinguibilis ⁊ nomen lapidis est qui cum ignẽ nõ habeat propriũ: alieno tamen sic ardet: vt nõ possit extingui. Aug. lib. xxi. ciuita. dei: Asbeston archadię lapidẽ propterea sic vocari: ꝙ accensus semel iam nõ possit extingui: εξα και σβεμμυω γινεται.

¶ Ascalon pe. cor. ciuitas Palęstinę a qua Ascalonitę homines in ea nati.

¶ Ascalonia cepę genus q in ascalone plurimũ nascatur. Vide in dictione Cepe.

¶ Ascalabotes latine stellio siue tarantula dicit: q apud gręcos ascalos circulus est. Stelliones autem circulis quibusdã depicti sunt ꝛ veluti lucẽtibus guttis in modum stellarũ.

¶ Ascanius nomen ęneę filii. Quo etiã noĩe dictus est lacus in phrygia: ꝛ fluuius ex eo oriens ascania ciuitate: quã condidit ascanius ęneę filius: est et lacus ascanius. Unde ipsa regio ascania: vt scribit Strab. lib. xii. quę gemina est: altera phrygię: altera misię.

¶ Ascendo is. ex ad ꝛ scando: sed d abiicitur: significat sursum siue ad aliquid scando. Hinc ascẽsio ꝛ ascẽsus pro ascendẽdi actu. Ascensiones etiã sunt quę a gręcis syncatatheses: hę sunt sine quibus multa comprehendi ꝛ percipi sensibus nõ possunt: nec memoria quoq nec notitię rerum: nec artes sine ascensione cõstare possunt. Per ascensionẽ enĩ cognita approbamus. Ascensiones has siue approbationes voluntarias esse scribit. Gel. fieriq hominũ arbitratu quib[9] visa noscunt diiudicanturve.

¶ Asclepiades nomen historici cyprii qui fuit tempore: quo Pygmalion regnabat in oriente: quo etiã tẽpore scribit esum carniũ nõ fuisse. Alius fuit philosophus cęcus: quẽ ferunt: vt Cic. lib. v. Tus. att. Cum quidam quęreret quid ei cęcitas attulisset: respondisse vt puero vno esset comitatior. Fuit ꝛ alius asclepiades prusiensis medicus qui lapsu scalarum interiit. Fuit ꝛ alius asclepiades a quo carmen asclepiadeum dictum est.

¶ Ascitę arabes dicti sunt ab vtribus: quos gręci ascos vocant: quoniã bubulos: vt Ply. inquit vtres binos sternentes pyraticã exercent.

¶ Ascra vicus beotię in aspero: ꝛ sterili loco in dextera parte heliconis Hesiodi patria. De hesiodo multa scribunt gręci ꝛ quo pacto fuerit interfectus Plutarchus in symposiis lib. quinto.

¶ Ascia cũ c post s ab ascindendo. Carpentariorũ instrumentũ est. Huius dimi. est asciola.

¶ Ascio as. ascia cędo: quo verbo vsus est pater me[9]. Aug. sup ps. Et si adhuc nodosum ꝛ curuũ ꝛ corticosum tñ q doletur: ascieť deplanetur ꝛ possit venire ad aliquã fabricã vsus humani.

¶ Asia sine c nomen est tertię partis orbis quo ad numerum. Nã quo ad magnitudinẽ dimidia reperitur. Est aũt duplex. Asia maior scꝫ ꝛ minor: qua phrygia ꝛ lycia concludiť. Alii diuidunt eã vt vnam concludat ab oriente phrygia ꝛ Lycaonia. altera ab oriente determinetur armenia minore. Dicta est autem asia ab asia nympha oceani ꝛ tethyos filia Iapeti coniuge: siue ab asio manei Lydi filio. ab Asia fit asius a. um. quia vt Pris. inquit in multis prouinciarũ noĩbus similia sunt deriuatiua primitiuis: ꝛ appellatiua propriis: vt Italus propriũ est: ꝛ gentile. Similiter danaus Latinus Hispanus Siculus ꝛ Sicanus. Itẽ asianus a. um. asiaticus a. um. quę inuicẽ pro possessiuis proferri possunt. Proprie aũt Asius et asiaticus possessiua sunt q̃uis ꝛ propria inueniant: vt Scipio asiaticus qui vicit asiam. Asianus vero gentile. Est ꝛ Asia nomẽ paludis in Mysia prope Caystron fluuiũ cuius prima pducitur. Ver. Iam varias pelagi volucres et quę asia circum: alias corripitur: vt Europa atq Asia pulsus.

¶ Ascribo is. ex ad ꝛ scribo: sed d abiicitur significat adiungo: vnde ascripti dicebanť: qui in colonias nomina dedissent: vt cęteris coloniis adderentur. Itẽ ascripti milites: qui supplendis legionibus ascribebantur: quos etiã accensos dicebant q ad legionum censum essent ascripti. Et velatos quia vestiti inermes sequebanť exercitũ. Et ferentarios: quia de fundis lapidibus pręliaturi ea modo ferrent quæ in hostes iacerent. Et rotarios q id hominũ genus anteq̃ acies coirent in modũ rotantis tempestatis dimicarent. Est ꝛ ascribere tribuere ꝛ imputare. Cic. Neq enim mihi negligentiã velim ascribas: Sed hęc magis per translationem cum proprie ascribere sit iuxta scribere.

¶ Ascriptitius: qui ad aliquaꝫ rem ascriptus est: vel qui ex numero eorum est qui se in alterius imperium dediderint.

¶ A secreto vel a secretis: qui est socius secretorum consiliarius

¶ Asella potest eẽ dimi. ab asina: Sed ꝛ locus sub brachiis cõcauus asella vocať: siue axilla. Unde est illud Abscondet piger manũ sub asella.

¶ Asion noctuarũ genus maximũ quos gręci quandoq scopas vocant: aliquãdo nycticoraces. i. vlulas: et quandoq otos quasi auritas quoniã plumeas eminentes habent aures.

¶ Asilus pe. prod. Gręce œstrus a sono vocis vulgo tabanus dicitur. Ver. Est lucos silaris circa ilicibusq virentẽ Plurimus alburnũ volitans: cui nomẽ asilo Romanũ est œstrũ graii vertere vocantes. Asper acerba sonans quo tota exterrita syluis Diffugiunt armenta.

¶ Asylum cũ ypsilo intemeratũ templũ est consecrationis lege concessum ab α priuatiua particula ꝛ συλάω rapio spolio aufero violove. Aut sicut exponit. Ser. Dicitur asylum quasi asyron q inde extrahi nullus posset. Nã in id fugientes tuti erant: nec inde per vim extrahi poterant. Quod prius athenienses. post Romulus construxit inter capitoliũ ꝛ palatiũ in sacro luco qđ quercetũ dicitur. Unde pedianus totus populus Rom. a principio tres fuerunt tribus. Taciensis vna a Taceo rege. Ramnes altera a Romulo. Luceres altera a Lucumone.: siue a luco: quẽ lucũ Asylum vocauerat romulus. De hoc Verg. lib. viii. Hinc lucum quẽ romulus acer asylũ rettulit. Scribit Liu. lib. xxxvi. templũ apollinis delii fuisse asylũ: aliaq sacra templa a gręcis vocari asyla.

¶ Asinus: aĩal notũ cuius fœ. est asina quod datiuũ et ablatiuũ plurales ꝛ in is ꝛ in abus terminat. Hier. lib. i. Reg. De asinis: quas nudiustertius pdidisti ne sollicitus sis quia inuentę sunt. Hinc asininus a. um. vt caro asinina.

¶ Asinarius aria. rium. quod ad asinos pertinet: vt mola asinaria.

¶ Asinari[9]: qui asinos pascit: vel custodit. Ca. Ager quando instruiť. cccl. iugerũ villicũ: villicã operarios bubulcos tres asinariũ.

¶ Asine es. pe. cor. oppidũ achaię. Luc. li. viii. Quas asine cautes: ꝛ quas chios asperat vndas.

¶ Asopus vel asopis. pe. pro. fluuius achaię ab asopo Egine patre sic dictus.

¶ Asotus pe. pro. Lasciuus prodigus popino belluo Mar. Viuis asotos. i. lasciue incontinenter. Asotia propinatio incontinentia luxus. Gel. Cedere equidẽ vobis debui vt in tali asotia. i. luxu pdigalitate atq

nequitia artiũ nos vinceretis ἐξ ἀκριβείας.

¶ Asper ra.rũ.qđ visu vel gustu vel tactu:aliove sensu insuaue est. Aug. Asperũ discrepantia coniunctarum partiũ facit. Asperitatẽ namq; nõ gignit:nisi inæqualitas partiũ:vt sit longior vna altera inferior. Lene illud proprie videtur ostendere in quo positio partiũ ita apte pariliterq; digesta est:vt nulla earum mensura vlterius emineat. Transfertur ad alia quę dura sunt. Teren. Asperũ pater hoc est aliud sodes para. Unde ꝛ pro nocente qñq; capit. Uer. Asper acerba tuens. Et pro iniquo. Idem. Tum aspera Iuno. Cic.in Lęli. Monere ꝛ moneri propriũ est verę amicitiæ:ꝛ alterũ libere facere nõ aspere:alterũ libenter accipere nõ repugnanter. Huius dimi.est asperulus.

¶ Asper nummus videt dici ab eo ꝙ in asperitatem cusus signatusq; est. Per. Quid asper vtile nummus habet. Sue.in Nero. Exegitq; ingenti fastidio ꝛ acerbitate nummum asperum.

¶ Aspero as.asperum facio. Col.lib.ix. Iunctis parieti modicis asserculis qui paulũ formatis gradib⁹ asperantur ne sint volantibus lubrici. Uer.pro coagulum siue durum facio posuit.lib.iii. Et glacialis hyems aquilonibus asperat vndas. Hinc componit exaspero quod est valde asperũ facio. Hiero.ad Helio. Mollem ocio manũ durus exasperat capulus. Per translationẽ. Quinti. Rem verbis exasperauit

¶ Asparagus pe.cor.ꝙ ex asperis virgultis legatur Mar. Mollis in æquorea:quę creuit spina Rauenna. Nõ erit incultis gratior asparagis. Sunt qui nõ ab asperitate sed a lingua chaldęa deducant:quia chaldęi asparagos appellant herbã:quę crescit in virgulta ꝛ in caulem. Huius duo sunt genera.hortense ꝛ syluestre. Sed incultũ gratius est.

¶ Aspergo is.si.sum.ex ad ꝛ spargo quasi ad aliquid spargo:vel aliquantũ madefacio. Plaut.in Epi. Ah guttura pectus mihi ardens aspersisti. Uerg.lib.iii. Geor. Aut tecto assuetus coluber succedere ꝛ vmbrę Pestis acerba boum pecoriq; aspergere virus.

¶ Aspergo inis.tam mas.ꝙ fœmi.gñis. gutta terræ cruore permista. Sta.lib.vii. Utraq; aspergine latos mutat agros. Amb. Et cautes niuea rorãt aspergine

¶ Aspergillum instrumentum:quo nos aquis sacris aspergere solemus.

¶ Aspernor naris.ab aspergo fit significatq; recuso:auerto:nõ ignosco fastidio.

¶ Aspernabilis:qui est dignus vt aspernet. Gel. Nõnunꝗ apud me ipsum soleo res eiusmodi paruas quidem minutasq; ꝛ holbus nõ bene eruditis aspnabiles

¶ Asphaltũ latine dici potest tutamen a verbo ἀσφαλίζω:quod est tueor. Quo noie dictus est lacus Syrię in prouincia:quę hactenus pentapolis dicta fuit sic dictus quia nihil viuum in eo submergitur:vnde mortuũ mare ab historicis noiatur. Asphaltum etiã bitumen dicitur.

¶ Aspicio is.ex ad ꝛ specio e in i mutata ꝗuis Prisc. aspicio compositũ dicat. Uarro eñ habet Spectare dictum ab antiquo quo etiã Ennius vsus est. Uos epulo postꝗ sperit:ꝛ quod in auspiciis distributũ est qui habent spectionẽ quã nõ habebant:ꝛ qđ in augurus etiã nunc augures dicunt aues specere. Consuetudoq; cũ prępositio verbis cõiuncta fuit etiã seruat vt aspicio:conspicio:despicio:respicio:sic alia. In quo specto:quod spectare volo. Hinc specula et speculum ꝙ in eo specimus imaginem. Festus quoq; ait Auspiciũ ab aue spectenda. Nã qđ nos cũ prępositione dicimus aspicio:apud veteres dicebatur specio:quod naturaliter spexi spectum facit:qđ spicio facere nõ potest:a cuius supino legitime ex analogia specto frequentatiuũ format. Unde expecto ꝛ respecto:ꝛ alia huiusmodi sunt cõposita. Pręterea deriuata noia specula speculũ ꝛ specimen nõ solum specio significationẽ præ se ferunt sed etiã analogiã eius seruant:naturãq; ipsius specimẽ redolet:vt apud Plau. in Casi ostendit. Nũc amici an inimici sis imago Alcesime mihi sciam:nunc specimen specitur:nunc certamen cernitur. Spicus vero spica spiculũ ꝛ specille ꝗuis cũ spicio quandã similitudinẽ habeãt:nõ tamẽ significationẽ si pro video sumit gerunt:nec vllo pacto attingunt. Miror igitur cũ Prisc. aliter senserit:presertim cũ in denoiatiuis dixerit. A simplici quod in vsu nõ est specio is.speculũ pro speciculũ per syncopam ci euphonię causa. Et paulo infra. Aspecio is.vt a specie specimen. Est aũt aspicere ad aliquid oculos intendere. Plaut.in asi. Si quem alium aspexerit cęca continuo fiet.

¶ Aspecto as sæpe aut fixe aliquẽ intueor. Plaut.in Amph. Cœlũ aspectat obseruabo quẽ rem agat.

¶ Aspectus us.sumit pro visu intuitu cuiuscũq; animalis:vt horridus aspectu.i.visu horribilis ꝛ qui effigiem habet horridã. Transfertur etiã ad inanimata. Ply. Prærupta rupes ꝛ aspectu horrida.

¶ Aspiro as pe.pro.ex ad ꝛ spiro sed d abiicit. Et ppue aspirare significat afflare. Uerg. Aspirant auræ in noctem. Per translationẽ sumit pro olere. Ambr. super Lucã. Bonũ odorẽ sanctificatiõis aspirãt. Interdum pro auxiliũ præbere:fauere. Uer. Aspirat primo fortuna labori. Interdũ pro incumbere:ꝛ quasi toto spiritu intentũ esse:vt Scipio aspirat ad consulatum. Interdũ pro iungere iuxta accedere:seu prope tangere. Gel.lib.i. Ad horũ aũt syncerітatẽ:veritatẽq; verborum an aspirauerit cæcilius considęremus. Cic. Treba. Ultra etiã accersitũ ab eo quẽ cęteri nõ propter eius superbiã sed propter occupationẽ aspirare nõ possunt. Et quando significat inuadere:seu quasi ad aliquẽ ire:vt de diuo Uincentio legitur. Cũ apud Cęsaraugustanã ciuitatẽ Datiano cuidam pręsidi sęuiendi in Christianos rabies aspirasset ꝛc. Ci. Aliter nunꝗ(inquit)aspirant ad curiam.

¶ Aspis idis. serpens paruus qui veneno suo queq; viuentia concite occidit:oua gignit ex quibus filii pcreantur. Sunt aũt plures aspidũ species disparesq; effectus ad nocendũ:vt scribit Solinus. Appellatur q; somniculosa aspis:ꝙ somnũ lętiferũ percussis immittat. Est ꝛ nomẽ insulę ppe cyclatas. Sunt ꝛ alię hoc nomine in Lycia ꝛ Caria. Est ꝛ nomen vrbis quę a latinis clypea dicitur. Sir. In clypei speciẽ curuatis turribus aspis. Stra. Cosura insula est ante aspidem sita carthaginensem vrbem:quã clypeã vocant

¶ Asportare quasi hinc alio portare. Cuius contrarium est importare:quod est aliunde huc portare.

¶ Assa nomen regis iudæorũ:qui nonnullas vrbes in Iudęa condidit.

¶ Assaradon vltimus assyriorũ rex ꝛ senacherib fili⁹

¶ Assarius nummus siue gñs ponderis. Iosephus lib.iii. Arę dei assariũ offerũt ꝛ vnã drachmã. Idem. Quattuor drachmis venderetur assarius.

¶ Assecla ab assequendo nomen deductũ ꝛ significat eum qui dominũ sequit:ꝛ qui oĩbus imperiis dñorũ

adest: hoc est presto est: vel qui iuxta voluntatē alterius quid sequit̃. Liui. lib. v. Et eo deuolui rem: vt aut patricii: aut patriciorū assecle habendi tribuni pleb. sint. Hie. Seruus paternus ⁊ alumnus et formosus assecla ⁊ procurator calamistratus honorandus est.

¶ Assector comitetū presto. Uide in dictiōe deduco.

¶ Assequor pe. cor. proprie significat iuxta sequor. Li. lib. xxxvii. Tantū moratus dū eumenes cū classe assequeretur samū petere intendit. Uide in dictione reuolo auctoritatē. Ci. Quandoq; ponit̃ pro acquiro: obtineo: vt hic assecutus est maximas dignitates. Quandoq; pro equo siue attingo. Cic. Nullā partem videar tuorū meritorū assecutus.

¶ Assentio tis. si. sum. consentio cuius significationis est ⁊ assentior. Lactā. Cui opinioni poeta noster assensit Cic. lib. de repub. Ar. quibus assentior sollicitam ⁊ periculosam iustitiā nō esse sapientis. Hinc assensus pro consensu.

¶ Assensor qui alicui assentit. Cic. Torcinio. Quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem.

¶ Assentor assentaris significat insidiose ⁊ concilliande alicuius vtilitatis gratia effusus et plerunq; falso quempiam laudo.

¶ Assero is. pe. cor. asseui assitū iuxta semino: vel iuxta planto. Cato de re rust. Arbores facito: vti bene maturate sint vitesq; vti satis multe asserant̃: ⁊ sic vbi opus erit de arbore deiiciant̃. Assero vero is. asserui assertū: significat affirmo approbo. Hiero. ad Dama. Primū em̃ asserūt eius fuisse peccatū: ꝙ nō recte diuiserit. Interdū significat approprio: attraho: vendico Liui. lib. iii. M. Claudio clienti negociū dedit: vt virginem in seruitutē assereret. Idem ibi. Cū repelleretur assertor virginis a globo multorū. Ubi assertor significat illū clientē decemuiri qui virginē asserere volebat in seruitutē. Asserere manū veteres dicebāt comprehendere cū eam prendebāt in libertatē. Hinc asserere etiā pro tueri ac liberare seu in libertatē restituere accipit̃. Ply. Marco suo cōmendabat memoriam suā: orabatq; vt se ab iniuria obliuionis assereret. Et assertor defensor. Mar. Assertor venias satisq; prestes. Quemadmodū desertor qui patriam indefensam reliquit ⁊ quasi proditor est. Idem. Qui loquitur curios assertoresq; Camillos.

¶ Asseres tabule sectiles dicti sunt ab assidēdo: ꝙ admoueantur hereantq; parietibus trabibusq;. Huius nominatiuus singularis est assis asseris sicut puluis pulueris. Ply. Uernisq; asseribus contabulare pauimenta oportet. Hinc asso as. de quo infra. Palladius fœminino genere vsus est cū ait. Asseres quernę cū esculeis nō misceant̃. Asserū structurā coassationem vocamus: ⁊ a tabulis tabulationē. Interdū asseres accipiunt̃ pro lignis quibus vtebant̃ lecticarii. Sueton. in Cali. Ad primū tumultū lecticarii cū asserib⁹ accurrerūt. Huius dimi. Asserculi de quo exemplum habes in dictione aspero as. Dicit̃ ⁊ assis is. Unde et dimin. assiculus. Col. lib. vii. Assibus roboreis compingitur solum nec extre alię parte prohibentibus aduersis assiculis. Uarro posuit primitiuū. Aut ex assibus dentatis cū orbiculis qđ vocant plostenū pœnicum: in eo quis sedet vt agitet: quę trahant iumenta Hinc fit assula diminutiuum.

¶ Assеuero as. a seuerus deducit̃. Et est asseuerare proprie inter ipsa argumenta probationesq; vim animi motumq; quasi quandā seueritatē admiscere. Quint. Altera ex asseueratione probatio est. Ego hoc feci: tu mihi hoc dixisti. Aliqñ ponit̃ pro simpliciter affirmato.

¶ Ascio perfecte scio: affirmo vel attribuo: vt apđ Collum. Uide in dictione conscisco.

¶ Ascisco is. asciui. scitum. Ab ascio ⁊ accusatiuū post datiuū semp ferme postulat pro assumo arrogo attribuo. Quin. lib. viii. Quo in gñe idem precipue cipue custodiendū ne id qđ similitudinis gratia asciuimus: aut obscurū sit aut ignotū. Lactan. lib. iiii Et illos: qui temere sapientiū sibi nomē asciuerant: erroris stultitięq; damnarūt. Aliquādo asciscere est aggregare admittere. Liui. lib. i. Ne quid diuini iuris patrios ritus negligendo: peregrinosq; asciscendo turbaret̃. Cic pro Archia Qđ si mihi a vobis tribui concediq; sentiā pficiā profecto vt aulū licinū nō modo nō segregandū cū sit ciuis a numero ciuiū: verum etiā si nō esset puteris asciscendū fuisse. Huic contrarium est descisco qđ cū ablatiuo semp construit̃ cum a vel ab. Et vltra ablm̃ aliqñ habet actm̃ mediante ad Et dissentio siue recedo ⁊ ab imperio ductuq; alteri⁹ subtraho: rebello: deficio ve signifi. Liui. lib. ii. Preneste a latinis ad romanos desciuit. id ē rebellauit. Pro dissentio. Gel. posuit. Eam rem Cęciliū nō incōsyderate dixisse: neq; temere a menandro atq; a multorū opinionibus desciuisse. Pro recedo. Lactan. lib. iiii. Desciuerunt a te ⁊ abiecerunt legem tuā.

¶ Assido is. ⁊ assideo es. ambo habent pe. cor. Ambo q; actiua ⁊ assedi assessum faciunt: quorū etiā reliqua tempora sic similia sunt: vt nō facile dignoscant̃ sicut in imperatiuo cū vtrunq; asside faciat. Differūt tamen inter se: ꝙ assido sit: quasi assisto. Assideo quasi asto. Assido semp cū motu est: ⁊ de loco ad locū quisq; tendit vt inquiete sit: vt si quis eat vt sedeat moret̃ hereat quiescat siue sit apđ aliquid. Aliqñ etiā cū paruo motu: vt cū quis in pedes erectus est si se sessum apđ aliquem ponat hunc assidere tertię coniugationis dicimus. De loco ad locū: Teren. in Heauton. exemplū ponit vbi menedemus propter filii abitū anxius Chremeti ait. Domū reuertor mœstus aio perturbato atq; incerto prę egritudine: assido accurrunt serui soccos detrahunt. De stantibus vero in pedes. Salusti. de Cicerone in senatu orationē cū habuisset inquit: Sz vbi ille assedit Catilina vt erat paratus ad dissimulanda oīa demisso vultu: voce supplici postulare a patribus ne quid de se temere crederent. Ci. in fragmēto academicorū. Et simul assidamus inquā si videtur sane istud quidem inquit: sum em̃ admodū infirmus. Assideo aūt quasi iuxta sedeo sine motu ⁊ in loco semper est aut herens: aut sedens apud aliquid. Hier. ad Aug. Dum em̃ languenti multo tp̃e assidemus. Cice. pro Planco. Huic assident: pro hoc laborant. Plaut. in Ru. Ut fortunati sunt fabri ferrarii qui apud carbones assident. De his duobus asside in imperatiuo facientibus hoc erit exemplū. Duo hic sumus. Ego sedeo ⁊ dico Platoni nō sedenti. Asside. Tuz ab assido est. At si ambo sedemus ⁊ Plato assurgere cupiā velit: nolimq; ego vt assurgat: dicamq; ei. Asside. Tunc ab assideo fit. Et licet sedeo neutrū sit. Assideo tamē actiuum est scđm Prisc. Nam assideor facit passiuum. Sallust. lib. iiii. histo. Amissumq; assideri sine prelio audiebat. Uerum Cicero ⁊ Hier. cū datiuo iunxere: sicut modo monstratū est. Similiter Plyn. lib. xxxiii. Nos vidimus Agrippinā claudii principii edēte eo

naualis prælii spectaculū assidente ei indutā paludamēto auro textili sine alia materie. Assido etiā tertię coniug. Sal. in Jug. cū actō iunxit: Sed hiempsal. q̄ minimus ex illis erat natura ferox etiā antea ignobilitatē Jugurthę despiciēs Atherbalē dextra assedit ne medius ex tribus qd̄ apud numidas honori ducit iugurtha foret. Videtur ꝙ assedit significet iuxta se sedere fecit. Sed aliomō actiue capit: sicut si dicam9 Hiempsal atherbalē dextra adiit: ita hiēpsal atherbalem dextra assedit dictū est ꝙ ita soluēdo clarescit hiempsal ad atherbalē. i. iuxta atherbalē dextra sedit. Sic etiā fit in illo Sallustii exēplo. Assideri sine prælio audiebat. i. iuxta oppidū amissum sederi audiebat Hoc etiā ostendit in obsideo ꝛ circūsideo si soluant: vt obsideo pontē: signat sedeo siue sto circum pontē. In obsido quoq ꝛ circūsido fit scd̄m vim ppositionū: vt supra dictū ē in Sallustio. Oppidū circūsedit. i. sedit circū oppidū: Sed qꝛ sido actiuū: sedeo vero neutrū: ideo interea q̄ a sido: ꝛ ea q̄ a sedeo componunt q̄uis in significatione differāt: hoc etiā interest ꝙ in his q̄ a sido componunt si ppositionis eoꝝ solutio fiat oīno constructio remanebit actiua: qꝛ tunc sido actm̄ in se inclusum gerit subaudiendū per translationē reciprocam: qd̄ nō fit in cōpositis a sedeo etiā si actiua erant: vt est assideo ꝛ obsideo. Qꝛ si præpositionē soluamus Amissum oppidū assideri audiebat erit sederi iuxta amissum oppidū. Hic nullus actus inclusus sub audiēdus exigit: qꝛ sedeo neutrū ē ꝛ iuxta vim ppositionis adiungit ꝛ quiescit. In assido si soluat ppositio alius actus exposcit: qm̄ a sido actiuo cōponit: vt hiempsal dextra atherbalē assedit. i. iuxta atherbalē dextra se sessum locauit: vel dextra iuxta atherbalem se statuit.

¶ Assestrix fœ. verbale ab assessor qui iuxta sedet: vt Da mihi sediū tuarū assestricē sapientiā. Sunt autē assessores quoꝝ officiū est assidere præsidi atq consulere atq in his fere causis constat cognitionibus postulationibus libellis edictis decretis epistolis.

¶ Assiduus ab assideo iugis cōtinuus: ꝙ in ea re quā quis frequenter agit cōsedisse videat. Unde assiduitas diligētia ꝛ econtrario. Resides dicunt segnes et ociosi. Aliqn̄ assiduus dicit frequens ꝛ assidue frequēter. Ter. Assidue veniebat. Assidui etiā dicebantur qui locupletes erant: ꝛ facile cum id tp̄us postulabat munera populo præstabāt. Et assiduus qui asse suo. i. sua pecunia ꝛ sine stipēdio militabat. Et tunc ab asse. id est ære dando deducitur.

¶ Assidellæ mensæ ad quas sedentes flamines sacra faciebant.

¶ Assilio is. pe. cor. ex ad ꝛ salio signi. inuado. aggredior. Ouid. lib. xi. meth. Cū sępe assiluit defensę mœnibus vrbis. Et assilire dr̄ de aīalibus maribus cū fœminas ineunt. Col. lib. vii. Nā nisi prius ea marē conuiuit assilientē admissariū calcibus proturbat.

¶ Assisto is. Uide in dictione sisto.

¶ Assis is. tabula sectilis. Ply. Uernisq assibus contabulare pauimenta oportet. Uide supra in dictione

¶ Asso as. tabulo a quo coasso pro cōtabulo (asseres. Uitru. Cum assatū fuerit sup altera coassatio struatur: clauisq fixa duplicē præbeat contignationi loricationē. Ply. Necessariū binas per diuersas coassationes susterni capita eoꝝ præfigi clauis ne torqueantur. Est ꝛ asso as. pro torreo a quo assatus: vt de diuo Laurentio. Assatus sum iam versa ꝛ manduca. Plau. tamen in Mus. Assus dixit. Ne faxis. Nam elixus esse quam assus soleo suauior.

¶ Assus a. um. qd̄ est torrefactū. Proprie dr̄. sine pigmento alicuius saporis quemadmodū merū solū dicimus. Unde assa voce veteres dixerūt sola voce linguę: aut vocis humanę nō admistis aliis musicis. Uarro. In conuiuiis pueri modesti vt cantarent carmina antiqua in quibus laudes erant maioꝝ ꝛ assa voce et cum tibicine. Cato. Melos aūt in cantibus est bipartitum. Unum est qd̄ est in assa voce. Alterū quod vocant organicum.

¶ Assula dimi. ab assis tabella a quo fit aduerbiū assulatim qd̄ est minutatim. Plau. Priusq pulsando extium foribus assulatim dabo. Idem in Mene. Faciā qd̄ iubes securim capiā ancipitē atq hunc senē exossem nisi dedolabo assulatim viscera.

¶ Asula per simplex s oppidū in agro Brixiano

¶ Assatura frustū carnis assę. Hie. lib. ii. Re. Partit9 est vniuersę multitudini assaturā bubulę carnis

¶ Assuetus vsitatus ab assuesco cis.

¶ Assumo is. pe. pro. modo signat accipio. Cic. Neq id onus inuitus assumpsit: mō nimiū tribuo. Idē. Si id mihi assumo videor id mihi meo iure quodā vēdicare

¶ Assur Judeę ciuitas: quam ędificauit Salomon. Quo noīe dictus est filius Sem.

¶ Assuerus sicut testatur Josephus fuit Cyrus Xersis filius: qui post Dariū patruū perside rexit imperiū Hunc Cyrū dixit Artaxersem apud gręcos vocari q̄ longimanus cognominatus regnauit. xl. annis.

¶ Assus ciuitas troadis arte ꝛ natura munita. De q̄ est illud Stratonici dictū. Qui celeri passu Assumit: mortis periculū addit. Ex asso fuit Cleantes philosophus Stoicus: qui zenoni successit.

¶ Assyria regio asię maioris quę nunc syria dr̄: habēs ab ortu Indiā: ab occasu tygrim fluuiū: a meridie mediam: a septētrione caucasum. Unde assyrii qui postea syrii ꝛ syri. Hanc Porphyrio ꝛ acron volunt prius dictā syriā postea vna addita syllaba assyriā vocitatā alii quadrupertitā faciunt diuisionē in syrios assyrios leucosyros ꝛ cęlesyros. Ply. Duplicem syriam assignat. Unā palęstinā alterā antiochiā. Dicta est autē assyria: vt docꝫ Aug. li. xv. ciui. dei. ab assur filio Sē.

¶ Ast coniunctio ponit modo pro sed. modo pro atq modo pro ergo: mō pro tā: mō pro tū: modo p cum.

¶ Asta ciuitas ęstuaria inter sacrū pmontoriū ꝛ herculeas columnas. Et Asta in liguria vrbs non longe a nouaria distans. De hac Claudianus. Nec plus pollentia rebus Contulit ausoniis aut mœnia vindicis astę. Meminit ꝛ Ply. lib. xxxv. Cum aspiratione vero aliud significat.

¶ Astu gn̄is neut. vt cornu. Teren. in Eunu. An in astu venit? Et sic pro vrbe ponit: Nā asty apud græcos vrbs est: sed a latinis mutatur y in u ꝛ fit astu: vt Prisci. docet. Inde fit astus us. ꝛ astutus et astutia. Ponitur ꝛ astu aduerbialiter pro astute. Ter. in Eu. Quod si astu rem tractauit dii vestrā fidē quantā: et q̄ verā laudem capiet Parmeno.

¶ Astutus ab astu vrbe cautus dr̄: in qua qui assidue versati sunt: cauti fiunt. Uel astus quasi tutus ab arte: vt inquit Fest. Hinc astutia: q̄ vt auctor est Hier. est subtilitas cautelę rudibus incipiētibusq necessaria: per quam sophismatū dignoscere ꝛ quęrere versutia possit ne falsorū fraudibus argumentorū abducātur a simplicitate veræ sapientiæ: quę ducit ad vitam Hinc astutulus diminutiuum.

¶ Asturia ciuitas hispaniæ: in qua asturcones equi (gignunt.

¶ Asturcões equi ab asturia oppido hispaniæ ita appellati: qbus nõ vulgaris in cursu grad⁹ sed mollis alterno crurum explicato glomeratio est. Ply. lib. vii. In asturia hispaniæ gignere Tieldones vocatos equini gñis: qui quotiẽs minori forma sunt asturomones dñr. Syrius. Hic paruus sonipes neqȝ marti notus ad idẽ. Aut incõcusso glomerat vestigia dorso. Aut molli pacata celer trahit esseda collo

¶ Astura flumẽ ⁊ oppidũ maritimũ in latio. Ply. lib. vi. Antiũ indẽ colonia flumẽ astura ⁊ insula. Et libro xxxii. Tenuit ⁊ nostra memoria nauim Caii principis ab astura antiũ nauigantis.

¶ Astur qđ ab asturia est. Mar. de asturconib⁹. Hic breuis ad numerũ rapidos qui colligit vngues Venit ab armiferis gentibus astur equus.

¶ Astaroth antiqua ciuitas Og regis basan in qua habitauerũt gygantes ⁊ postea cecidit in sortẽ trib⁹ manasses regionis bethaniæ. Sunt aũt duo castella in bethania hoc vocabulo nouẽ inter se milibus separata inter adaram ⁊ abellam vrbes.

¶ Astages nomẽ propriuȝ fluuii in mare defluentis.

¶ Astaphis pe. cor. vua passa dr̃ ασαφις græce.

¶ Asteismos latine vrbanitas: ⁊ est trop⁹ multiplex numerosusqȝ virtutis. Nã asteismos putaꝛ quicqđ rustica simplicitate carẽt ⁊ faceta satis vrbanitate exponitur: vt apud Ver. Qui bauiũ nõ odit amet tua carmina Meui. i. pro pœna ei cõtingat: vt diligat Meuiũ peiorẽ poetã. Atqȝ idẽ iungat vulpes ⁊ mulgeat hircos. i. faciat ea q̃ contra naturã sunt. Nã αςειος vrbanus αςειζομαι vrbanus sum.

¶ Aster stella vna. Astrũ latine sydus qđ ꝯstat ex pluribus stellis q̃ aliqđ signũ cõponãt: vt Gemini Libra et hmõi. Dictũ astrũ ab αςραπτω qđ est fulgeo. Est ⁊ aster nomẽ ciuitatis. Sciendũ ꝙ in aster a. um terminata noĩa imitatiua sũt vt parasitaster qui imitaꝛ parasitũ. Philosophaster qui est phõrum imitator Cic. Ẽ inio solet eẽ fuluiaster. Surdaster dim⁹. est: q̃ est aliquantulũ surdus. Siliter recaluaster q̃ nõ est toto capite caluus sed sola fronte. Catulaster nõ paruũ catulum sigt: sed ipm catulũ Pullastra nõ paruã pullã: sed paruã gallinã. Pullaster nõ paruũ pullũ sed ipm pullum. Filiaster quo quidã vtunꝛ pro priuigno nõ paruũ filiũ: sed qui eũ imitaꝛ sit filiastra. Oleaster: pinaster menthastrũ. Siliquastrũ ꝙ syluestria sint oleã: pinum: menthã: siliquãqȝ imitantia

¶ Astericus seu asteriscus dim. ab aster signũ est ad paruæ stellæ siltudinẽ: quo vtimur cũ aliquid in scribẽdo omissum est. Hie. Qui editioni antiquæ theodotionis miscuit asterico ⁊ obelo.

¶ Astrale qđ ad astra pertinet. Unde astralia fata dicta sunt ab Aug. lib. v. ciui. dei.

¶ Astrolabiũ instrumentũ: ex quo astrorũ motus colliguntur. ex των αςερων και λαμβανειν.

¶ Aurichalcum ex auro ⁊ ære dictum est χαλκοσ enī es dicitur: quasi sit æs aureū: habet enī colorē auri. Siue ꝓpter cognationem quę est inter au. ⁊ o. Nam dicimus plostrum ⁊ plaustrū. Cotes ⁊ cautes: sicut e cōtrario: dixerūt ausculū ꝓ osculū. Hier. in apoc. Et pedes eius similes aurichalco. Hoc ptiosius oībus metallis fuit: q; ⁊ splendorē auri ⁊ ęris duritiaz possideret. Dicit̄ ⁊ orichalcū: q2 in locis montosis inuenit̄ ορος enī latine mons dr̄. Plau. in Mi. Ego istos mores orichalco comparem. Sta. lib. x. the. Emicat effigies ⁊ sparsa orichalca renident.

¶ Auripigmentū in syria foditur ad pictorum vsum in summa tellure auri colore sed fragili lapidum specularium modo.

¶ Aurigo pe. pro. morbus qui ⁊ regius: a colore auri quē bilis per totū corpus diffusa repræsentat. Hinc auriginosus dicitur qui eo morbo laborat.

¶ Auriga pe. pro. ⁊ generis cō. scđm Pris. qui vel q̄ currū regit: sic dictus q; splendorē sibi agat auris: q̄si fauoribus populi. i. clamoribus. Quandoq; generę fœ. ponitur pro ipso curru.

¶ Aurigor aris moderor rego.

¶ Aurata piscis ab auri colore nomē accepit: cuius amator Sergius orata cognominatus est: vt refert. Macro. Nam arata prius dictus quasi aurata ab oro qđ vulgo pro auro dicūt. Mar. Non ois pretiū laudē q; aurata meretur.

¶ Aurelia familia apud Rom. ex sabinis oriūda: a sole dici credit̄ cui peculiariter Romæ sacra faciebat. antiquitus dicti auselij: vt Valesij: Papisij: ꝓ aurelij Valerij: papirij. Fuit ⁊ nomē ꝓpriū matris Cęsaris.

¶ Auras fluuius ab hemo in istrū defluens.

¶ Aures ab hauriendis vocibꝰ dictę sunt: detracta aspiratione. Virgi. Vocēq; his auribꝰ hausi. Aut q2 greci vocem ipsam αυδην vocant ab auditu ꝑ mutationem litterę aures velut audes. Et taz cartilagines q̄ foramina auriū dicūtur aures. Lucr. li. vi. Triste supercilium furiosus vultus ⁊ acer Sollicitæ porro: plenęq; sonoribus aures. Et tā de aiantibꝰ q̄ de eis q̄ carēt aia recte dicunt̄. Vir. in geor. Binę aures duplici aptant̄ dentalia dorso. Hinc inauris ⁊ auritus.

¶ Auricula nō est parua auris licz recte format̄: sed est exterior ps auris: vel ps infima q̄ mollis est. Hier. in exo. Et pones sup extremū auriculę dextræ aaron. Idē ꝯtra Iouī. Si digitū amputes: si summitatē auriculę est idē dolor: sed nō tm̄ damnū: nec tanta cū dolore deformitas: q̄ta si oculos eruas.

¶ Auritus a. um. pe. pro. quod magnas habet aures Virg. Auritosq; sequi lepores. Et auritus dicitur q̄ bene audit. Hora. libr. car. Doctus auritas fidibus canoris ducere quercus.

¶ Auricularius secretariꝰ: ꝯsiliariꝰ. Hiero. li. ij. Re. Fecitq; eū sibi Dauid auriculariū a secreto.

¶ Auricularius a. um. qđ ad aures pertinet. Unde auricularium specillum dicimus. Similiter auricularis ⁊ hoc auriculare: vt Verminatio auricularis cū putride aures vermibus scatent.

¶ Auriscalpiū instrumentū quo aures purgant̄.

¶ Aureę sunt freni qui circa aures equoꝝ religātur immo pars habenæ quę circa aures ponitur.

¶ Aurunci barbę caprarū. Unde ⁊ pro barbatis hominibus poni solent.

¶ Aurunca vrbs quam condidit Auson. Vlyssis ⁊ calypsoos filius siue Circe.

¶ Ausonia olim pars Italiæ dicebat̄. in qua fuit Beneuentuz. Tarracina: ab Ausone Vlyssis ⁊ Calypsoos filio. Nunc aūt pro tota italia ponit̄. q̄ a pēnino finit̄. Inde ausonius a. um. ⁊ Auson: pro est q̄ est ex ausonia: ausoniū mare pars Ionij ē: brutiā alluit a Tarentino incipit: tñ cur dicat̄ aliter scribit Sudas. αυσονιων ιταλων και αυσονεσ οι βασιλεισ παρα το αυσω το τολμω οι παντα επι τολμοντεσ τω πρωσαγματικαι αυσονιοσ ποντοσ ητοι σικελικοσ απο αυσονοσ του οδυσσεωσ και καλυψουσ υιου εκ εβασιλευσ αυτοσ.

¶ Ausculto as. cū actō significat audio. Plau. Tum illū sumusse loquentez auscultabax: cū pro obedio. Teren. in An. Pamphilū ne adiutē: aut auscultem seni censet. Itē auspicio cerno. Afra. Ludos hinc auscultaui procul. Auscultare aūt veteres ꝓ osculari dicebant. Plau. Et inter se auscultant: ⁊ columbatim os cū ore conserunt. Et tunc ab osculo hoc est ore deducitur: quod ausculum dicebant.

¶ Auspiciū quasi auis speciū: ab auium spectione dicitur sicut auguriū quasi auiū garriū: ab auium garritu ⁊ voce ⁊ garriendo. Auspiciū ab auiū volatu fit. Duo sunt auspiciorum genera. Unum ad oculos: alterum ad aures pertinēs. Ad oculos volatus: ad aures vox auium. Thiresias thebanꝰ primus auspicia auiū inuenit. Unde etiā in dictione augur. Virg. pro potestate posuit Cōmunem hunc ergo populū paribusq; regamus Auspicijs. Ab eo qđ præcedit ad id quod sequitur q; iisdem auspicijs creati consules parem habent potestatem: Auspicium antiqui curiosissime obseruabant: adeo vt nihil publice sine auspicijs nec domi nec militię geretur. Unde auspicium capitur quādoq; pro ductu ⁊ fortuna: quia dux belli au

teq́ iret in expeditionē auspicia capere solebat. Qñ q́ capitur pro presagio.

¶ Auspices qui auspicio p̄sunt: quos idem esse quod augures. Ci. his verbis declarat. Quid de augurijs loquar: tue partes sunt. Tuuz inquit auspiciorū patrocinium esse debet. Quãobrem hi augures auspices q́ dicebantur: ⁊ auspices qui p̄positi sunt celebrãdis cõnubijs ex parte viri. Nã ex parte vxoris p̄nuba dr̄ q̄ auspitiū p̄ nuptijs capere solebant. Aliquãdo auspex capit̄ pro eo qui dux militie est. Hora. Nil desperandum teucro duce ⁊ auspice teucro.

¶ Auspicor: auspiciū capio: vel incipio tã in bonū q̄ in malū p̄pterea q̄ nihil veteres rei magne ordiebantur nisi auspicato. Sue. in aug. Militiã inauspicantibus nõ tribunatū modo legionū sed etiã prefecturas alarum dedit. i. militiã incipientibus ⁊ felici auspicio incohantibus. Ply. li. vij. At hõ infeliciter natus iacet manibusq́ pedibusq́ deuinctis: aial ceteris imperaturum a supplicijs vitaz auspicat̄. Col. lib. xij. Possit ab Idibus Ianuarijs auspicari culturarū officia. In auspicatus nõ auspicatus vsitatū est veteribus sic dicere: si quid aliquãdo aliter euenisset q̄ vellent auspicatam rem dicimus que auspicijs probata est.

¶ Auspicato aduerbiū. Terē. Haud auspicato huc me appuli. i. non feliciter. Quint. Itaq́ illos. Home. sicut apud nos. Virg. auspicatissimū dederit exordiū. i. felicissimum.

¶ Auster ventus meridionalis ab hauriendis aquis dictus licet quãdoq́ nõ aspiret̄ in principio. Nam nebulosus atq́ humectus est: qui etiã notus grece eadē ratione appellatur: quoniã νοτισ latine humor dicitur. Ponitur tamen quãdoq́ p̄ alijs ventis. ab auster fiūt duo adiectiua. Australe ⁊ austrinuz. Sed hec non absurde per h. scribi videntur.

¶ Austerus a. um. pe. p. greca dictio que apud nos significat acre asperū ⁊ imite. Hora. in ser. Molliter austerum studio fallente laborem. grece αυστηροσ.

¶ Austro as: significat humecto. Plau. Austrati ad ignem sedent.

¶ Austrum radius rote. Lucreti. Ut fluuius versare rotas atq́ austra.

¶ Ausugani populi sunt inter Feltriam ⁊ Tridentū ab ausugo oppido dicti. Nūc vallis sugana vulgo appellari solet.

¶ Aut cõiunctio separatiua: vt Aut onera accipiūt veniūt aut agmine facto. Aliquando dubitatiua: vt aut librum volo aut pretiū. Si semel subijciat̄ diminutiua est: vt aut age diuersas. Quod em̄ grauissimum erat: Iuno optauit. Aliquando coniunctiua: vt Aut dauni tu magne pater diuū miserere.

¶ Automedon pe. cor. nomen auriga achillis.

¶ Autolecythus pe. cor. mendicus scurra. grecū est αυτολκκυθοσ sed λκκυθοσ est vt vrceolus olei αυτοσ ipse: qm̄ nec aliud possident ait Sudas. Ideo Iuue. de codro vrceoli sex: ⁊ subdit: και γαρ εικον θεν ταισ λκκυθοισ αργυρια. et alia multa.

¶ Autographum dicim⁹ p̄pria ipsius manu scriptū Greci αυτον ipsuz dicūt: γραφω scribo. Vñ autographa epistola apud Sue. in Aug. ipsius manu scripta significatur. Antigrapha vero rescripta.

¶ Autocineton pe. prod. Grece αυτοκινητον. seipsuz mouens ⁊ nõ ab alio mouetur.

¶ Automata sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata vt sua sponte: nullaq́ apparente causa moueant̄: qualia sunt horologia machineq́ versatiles. ¶ Automaton em̄ interp̄tatur vltroneū ⁊ sue spontis. Scribit Victru. hydraulicas machinas ⁊ aquarū expressiones automatas a Ctesibio primo repertas fuisse: vbi automata appellat mechanica instrumenta que per semetipsa moueant̄. Mors naturalis ⁊ fatalis dicitur a Demosthene αυτοματοσ: quasi sue spontis ⁊ nulla extrinsecus vi coacta Demetrius moscus Laconicus. λεγεται οτι μαιομαι το εσσυμαι τι ποιειν.

¶ Autonomus pe. cor. q̄ viuit suis legib⁹.

¶ Autonomia libertas viuendi suis legibus. παρα τονομω νομοσ.

¶ Auturgus artifex p̄ seip̄m faciēs.

¶ Auturgia manualis op̄atio: ab αυτοσ και εργαζομαι.

¶ Autopyrus fermentū dr̄: q̄ ⁊ zymitis.

¶ Autumo as. pe. cor. existimo: cēs o: affirmo. Plau. Nisi hoc ita factū est peride vt factū esse autumo nõ causam dico eum quin simules probri.

¶ Autūnus dici putat̄ q̄ tunc maxime augeant̄ hominū opes coactis agrorū fructibus. Hinc autūnale adiectiuū: vt tēpus autūnale: ⁊ ideo per c. scribendū est cū ab auctus a. um. dicatur.

¶ Auxiliū ab augeo: qm̄ augebant numerū ij q̄ accedebãt alienigene. Proprie em̄ dr̄ sociorū cū legiones ex Romanis p̄stent. Inde Vege. li. ij. de re mi. Auxiliares ex diuersis locis veniunt: ⁊ legionibus semper auxilia tanq̄ leuis armatura in legione iungebãtur: vt in his p̄liandi magis adminiculū esset q̄ principale. Inde apud historicos legionarij ⁊ auxiliarij discretim ponuntur.

¶ Auxiliaris ⁊ auxiliarius vtrūq́ dicit̄ p̄ eo q̄ in auxilium alicuius venit. Asinius Pol. Militē nõ mõ legionariū sed ne auxiliariū quidē vllū quoq́ misi.

¶ Auxiliari significat adiuuare: auxilio esse. ⁊ tã accusatiuo q̄ datiuo p̄struit̄: q̄ñq́ etiã genitiuo. Hier. in Esaia. In die salutis auxiliatus sum tui.

¶ Auximū piceni vrbs: a qua auximates populi dicti sunt: vt inquit Strab. Vulgo osmū dicit̄.

A ante X.

¶ Axamenta carmina q̄ a salijs in vniuersos hoies componebantur.

¶ Axinomantia genus magice diuinationis per dolobellas securesq́ quas greci axinas vocant. Unde Ply. lib. xxx. scribit peluibus securibus ac multis alijs modis diuina magos promittere.

¶ Axare antiqui pro nominare posuerunt.

¶ Axis p̄prie significat diametron mundi. Est eniz linea q̄ ab vno mūdi cardine in alterū tēdit. Apul. in Cosmo. Eos polos dicimus a quibus velut a cardinibus axis est ductus diuisor ⁊ discriminator mundi orbē terre in medietate constituēs. Duo sunt autem axes q̄ ⁊ cardines dicūtur q̄ circa eos rotari orbis videatur: ⁊ poli a grecis vocant̄. Nã vt quidaz putant axis ab agendo. i. mouēdo deducitur. Et axit p̄ egerit veteres vsurpauere. Unus australis siue antarcticus: hoc est arctico opposit⁹: q̄ terre obiectu a nobis cerni nõ potest. Aliter septētrionalis siue arcticus siue aractous aut boreus qui nunq̄ occidens semper cõspicit̄. Virg. Hic vertex nobis semp sublimis: at illum sub pedibus styx atra tenet: manesq́ profundi. Hinc pro septemtrionali parte ponitur: q̄ hic polus

dũtaxat nobis notus sit circa quē orbis vertaᷓ. Itē axis dicitur stipes seu lignũ teres circa quē tota currus vertitur. Idē lib. iij. Georg. Post valido nitens sub pondere faginus axis. Hũc greci αξωνα dicunt. Licet quãdoq̧ ꝓ toto curru capiaᷓ: vt apud Iuuen. Dignus aricinos q̃ mēdicaret ad axes. Itē axis dicitur totum cœlũ: vt axē humero torquet. i. cœlũ sustinet. Dicitur ⁊ axis circa quem aliquid agitur hoc est mouetur. Unde axiosi factiosi q̃ vna quid agerent facerentq̧. Et axis fera est in India humili pelle pluribus candidioribusq̧ maculis.

¶ Axilla locus cõcauus subter brachiũ vbi nascunᷓ pili. Inde fit ala vt inquit Cicerõ.

¶ Axungia interior porci pinguedo inueterata: ab axe plaustrorũ vngendo dicta: vt facilius circa eũ rota vertaᷓ. Hęc q̃to vetustior: tãto vtilior ē ⁊ multas vires hr̃e crediᷓ: qm̃ id aial herbarꝫ radicib⁹ vesciᷓ. Ply. Folijs cũ axungia strumas discutit. Diciᷓ ⁊ axugia. Idem libr. xx. Et syluestri ruta cũ axugia veteri illitos ramices sanari produnt.

¶ Axioma pe. pro. a Varrone profatũ ⁊ ꝓloquiũ dr̃ a Cice. lib. i. Tus. ꝓnunciatũ siue ꝓloquiũ. Et est sententia in qua nihil desideraᷓ: vt ãnibal pœnus fuit. Scipio numantiã deleuit. Et oino quicqd ita dr̃ plena et ꝑfecta verborꝫ sentētia: vt id necesse sit aut verũ aut falsum eē: id a dialecticis axioma appellatũ est: alibi Cice. dixit. Fũdamētũ dialecticæ esse axioma: quod ait esse quasi effatũ. Est p̃terea axioma. i. ꝓnunciatũ qđ alij adiunctũ: alij connexum dixere. id tale est. Si plato ambulat plato moueᷓ. Si dies est sol est super terrã. De hoc Mart. capella li. dial. intelligi volens sic ait. Qđ fuerit ex noiatiuo casu nois ⁊ tertia verbi persona cõiunctũ ꝓloquiũ diciᷓ. Ergo miser est. M. Crassus: sed trahant alij ⁊ vsurpent q̃tũ velint hui⁹ dictiũculæ significationē: græce tñ dr̃ αξωμα. i. dignitas ⁊ postulatio αξιοω ꝓbo dignũ facio: peto: dignor rogo: volo: censeo.

¶ Axius fluuius paphlagonũ ꝑ mygdoniã fluens. Ply. lib. iiij. Mox antigone europus axium ãmnē eodē noie ali⁹ ꝑ qđ rhedias fluit.

¶ Axiũ vrbs in Mysia inferiore.

¶ Ax⁹ macedonũ fluui⁹. axos vrbs cherõesi thracię

¶ Axon ionũ fluuius in minore asia: axona flumē in extremis rhenorum.

A ante Z

¶ Azana æthyopię regio q̃ sinũ rubri maris barbaricum appellatum obtinet aqua azanum mare dictum est a Plynio lib. vi.

¶ Azelos p. ꝓ. latie dici p̃t sine amore infelix: sine inuidia: ab a priuatiua ζηλοσ etiãm ĩta alia significat.

¶ Azymus pen. cor. cũ y. apud nos diciᷓ sine fermento: ζυμη em̃ fermentum dicitur.

¶ Azotus pe. pro. vrbs syriæ. Hinc azotius a. uꝫ. vt viri azotij: qui azotum habitant.



De littera B

B Littera muta est. q̃ non in sonuꝫ suũ: sed in sonũ e. lrę finiᷓ. Nã gręci vita noiant. Seritq̧ virtutem ⁊ potestatē mediã inter p. et ph. Quare nos ob litterarũ affinitatē dictiones græcas traducētes nõ nunq̃ p. ⁊ ph. in illã ꝯuertimus: vt cũ apud gręcos πυξοσ scribaᷓ: apud nos buxus. Et qđ illi αμφω nos ambo trãscribimus. At ecõtrario qđ illi cũ b. scribũt nos cũ ph. traducimus: vt θριαμβοσ triũphus. Conuertiᷓ qñq̧ b in v. euphonię vel differētię causa: vt aufero ꝓ abfero. Aufugio ꝓ abfugio. Transit etiã in f vt sufficio: in c. vt occurro. in g. vt suggero. in m. vt summitto. in p. vt nubo nupsi.

B ante A

¶ Babylon pe. cor. nomē principalis vrbis in chaldęa. Et apud nos ꝯfusio vel translatio dr̃ ꝓpter linguarũ cõfusionē eorꝫ qui ædificabant turrim. cui⁹ altitudo quinq̧ milliũ centũ septuaginta quattuor passuũ fuit. Hebręi nãq̧ babel confusionē appellãt. Hęc vrbs adeo nobilis fuit: vt chaldæa tota: ⁊ mesopotamia a se babylonia dicta fuerit. Et pri⁹ quidē dicebatur ciuitas regni Nēbroth: in qua eorꝫ qui ędificauerunt turrim longe diuisę sunt linguę: quorꝫ principem fuisse Nēbroth gygantē Iosephus affirmat. Postea a Nino vel Semiramide instaurata mœnibus ac hortis pensilibus: tēploq̧ ac arce maxime fuit admirabilis. Hęc campi planicie vndiq̧ cõspicua: natura loci lętissima: castrorũ facie mœnibus paribus ꝑ quadrũ disposita murorũ ei⁹ vix credibilis relatu firmitas ⁊ magnitudo. i. latitudine cubitorꝫ. L. altitudine quater tm̃. Ambitus eius quadringentis octogita stadijs circũueniᷓ. Murus coctili latere atq̧ interfuso bitumine ꝯpactus. Quem tã latũ fuisse quidã scribunt: vt quadrigę sibi inuicē occurrentes facile pertransire possent. Unde ⁊ inter septē spectacula orbis numeratur. Fossa extrinsecus late patēs vice amnis circũfluit. A fronte murorum centũ portę ęreę: ⁊ Euphrates in ea fluit. Hęc vrbs cũ aliquãdo defecisset: ⁊ Semiramis c●ca cultũ corporis occupata eēt soluta adhuc altera crinũ parte: ad eã recuperandã cucurrit: nec prius decorē capillorũ redegit in ordineꝫ q̃ vrbē in suã potestatē restitutã vidit. Babylon maxime celebrauit intexere colores diuersos picturę: et nomen imposuit. Babylonica em̃ appellatur. In Babylonis regione est Seleucia ⁊ berillus in ea reperitur. A babylon fiunt babylonius a. um. ⁊ babylonicus a. um. Unde babylonios dicimus qui ex babylone sunt. Et captiuitatem babylonicam.

¶ Bacca per duplex cc. cõtinet ĩtra sui nominis ambitũ fructus diuersorꝫ generũ lauri oliuæ: corni: myrti ⁊ aliorꝫ hm̃oi. Est ⁊ bacca lapis p̃tiosus siue vnio.

¶ Baccatus a. um. quasi baccis hoc est lapillis p̃tiosis ⁊ margaritꝫ ornat⁹. Vir. Colloq̧ monile baccatũ.

¶ Baccula dim. parua bacca. Ply. lib. xxv. Omnes colore buxeo: caulibus paruis. flore purpureo ferũt bacculas paruas vt cappari.

¶ Baccar aris. pe. cor. ge. fœ. herba est radicis odoratæ ad cynnami similitudinem hederæ pene folijs rotundioribus: mollioribusq̧. Ex hac radice fieri solebat vnguentũ qđ baccariũ dicebatur. Valet herba contra fascinationes. Unde Virg. Baccare frontem Cingite ne vati noceat mala lingua futuro.

¶ Bacchar cum h. genus est vasis vinarij: qđ et baccharium dici potest.

¶ Bacchus Iouis ex Semeles filius: putatus ē deus vini: ⁊ pro ip̃o vino poni consueuit. Hic multinomius fuit. Nam Dionysius. deinde liber pater. Postmodum cũ bellasset in India ⁊ multas secum habuis-

set fœminas q̄ bacchę dicebant bacch⁹. Idē Osiris q̄q̄ Priapus. q̄q̄ Bromius: q̄q̄ brotinus dictus fuit ꝛ leneus. Hic orbē fere terrarū paragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit: ꝛ prim⁹ oīm triūphauit vectus indico elephāto vt scribit Diodo. Primus emere ꝛ vendere instituit: ꝛ diadema regum ac triumphū inuenit. Dictus bacchus απο του βακχειρ .i. ebrius sum ꝛ clamo ꝙ in bacchanalib⁹ clamores fierent. Uel vt scribit Diod. a mulieribus quę illū bacchantes .i. furentes sequebantur.

¶ Baccha bacchi sacrificula: quę ꝛ bacchis idis. Et baccha villa quędā circa mæotidem

¶ Bacchius a. uȝ. possessiuū est a baccho siue bacchenus. Colu. Pierij nemoris bacchea voce frementem. Bacchius substantiuū genus pedis est ex trib⁹ syllabis cōstans: quaꝝ prima breuis est: reliquę longę: vt honestas: hoc pedis genere vtebant in carminib⁹ sacrorū bacchi. Cui contrarius est Antibacchius.

¶ Bacchium genus vasis vinarij. quo in sacrificijs bacchi vtebantur.

¶ Bacchanal vel bacchanale: locus in quo bacchi festa celebrabantur.

¶ Bacchanalia q̄ ꝛ Dionysia bacchi festa: in quibus viri ꝑ noctē fœminis ꝛ tenerę ętati turpiter miscebātur per dolū. Unē est illud. Qui curios simulant ꝛ bacchanalia viuunt: hæc a multis græcię vrbibus triennio quoq̄ celebrabant. Sciendū est ꝙ nōīa dierū festorū tantū pluraliter declinant: et genitiuū pluralē tā in orū q̄ in ium termināt: vt bacchanaliorū ꝛ ium.

¶ Bacchari ꝓprie significat bacchanalia celebrare Per translationē vero ponit ꝓ furere: vagari: discurrere. Ueteres eñ quicq̄d vehementius agitaret bacchari dicebant a bacchātibus. Uir. Totaq̄ incēsa ꝑ vrbē Bacchat. Quietiā loca ipsa in quib⁹ esset bacchatū: bacchata vocabāt. Hiero. ad Algasiā bacchari ꝓ seuire posuit: ꝓprio ꝯtra se furore bacchant. Aliquādo etiā bacchatū dicitur baccho dedicatum. Huius verbi cōpositum est Debacchor.

¶ Bacchides pe. cor. nomē ꝓpriū viri: qd̄ apud nos luctus fortis vel vetustas in vomitu dici potest

¶ Bacchiadę dicti fuerunt qui e corintho exules in Siciliam deuenerunt. ꝛ vrbem inter pachynū ꝛ pelorum ædificantes siculi facti sunt.

¶ Bacchilio fluuius q̄ de Uicētinis mōtib⁹ defluit.

¶ Bactra orū. scythię prouincia vltra assyriā a flumine bactro cognominata: Uir. li. ij. geor. Neq̄ bactra neq̄ indi Laudibus italię certent. est ꝛ bactra oppidū regionis ipsius caput sub mōte paropaniso qd̄ antea zariastes dicebat. Eius ꝓuincię populi Bactriani vocati sunt: quoꝝ rex fuit Zoroastes magicę artis inuentor. Huius gētis primus institutor fuit vt Iosephus scribit Geter filius aram. Similiter bactri idem dicuntur. Hieron. Bactri canibus ad hoc ipm nutritis obijciunt senes.

¶ Baculus et baculū vtroq̄ modo dicit. Nam apud grecos bactron neu. ge. dr̄. Oui. li. xv. met. Esse solet baculūq̄ tenēs agreste sinistra. Cui⁹ etiā dimi. ptulit. Cic. li. ij. de fi. bo. Bacillū aliud inflexū ꝛ incuruatum aliud ita natum. A baculus fit bacillus a quo imbecillus a. uȝ. ꝛ imbecillis ꝛ hoc imbecille. Unde imbecillitas pro infirmitate.

¶ Badius equus dicitur cui est phœnicis color.

¶ Bælua immanis fera a vastitate seu a valentia vel a balatu a quocūq̄ sit primā vocalē trahit a principali Quidā a bellū deriuant. Hinc bæluinus a. um. quod est bæluę. vt beluina rabies. Ambro. Cum ipsa habitudo corporis suauis et grata: vt neq̄ beluina vastitas horrori sit: nec gracilitas infirmitati.

¶ Bælutus a. um. pe: pro. quod est bestię simile

¶ Bæluata dicta sunt tapetia a Plauto beluarum figuris picta intextaq̄.

¶ Bænacus pe. ꝓ. lacus Cisalpinę gallię: cuius littori Salundiū brixianū oppidū adiacet. Hunc aūt aureas arenas euoluere ꝛ ex eis nutrire pisces quos indigenæ Carpiones vocant nusq̄ alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in paduȝ. De hoc lacu Uir. li. ij. georg. Fluctib⁹ ꝛ fremitu assurgēs benace marino.

¶ Bagous lingua persica spado dr̄. Oui. Quem penes ē dñam seruādi cura bagoe. Sudas aūt noster affert rōnem βαγωας ονομα κυριον ανηρ ευνουχος.

¶ Bahal numero singulari inq̄t Hier. bahalim pluraliter eodē idola noiant ge. mas. Ubicūq̄ eñ in fine hebraici sermonis im syllabā legim⁹ numero plurali est gene. mas. Ubi aūt oth, numero plurali; gen. fœ. Ergo cherubim ꝛ seraphim plurali intelligim⁹ numero genere mas. Interꝑtatur aūt bahalim apud nos ascendētes vel supiores. Cū duodecim ꝯpositores Sudæ scribūt sic βααλ τυριων ην θεος.

¶ Baię arum. ciuitas cāpanię secus campanū mare sita: a Baio Ulyssis socio illic sepulto. In huius agro aquę calidę sūt ꝛ ad voluptatē ꝛ ad varios morbos cōmodę. Syrius. Primores aditur capuę docet ille repentes. Unde ferant nomē baię comitēq̄ dedisse Dulychię puppis stagno sua nōīa mōstrat. Hora. Null⁹ in vrbe locus baijs ꝑlucet amœnis. Hinc fit Baian⁹ a. um. vt sinus baianus qui hinc misseno monte illinc puteolis clauditur.

¶ Bayę cū y. gręca: palmaꝝ folia dnr̄. Hier. Cui lēcis de folijs palmaꝝ quas bayas vocāt ꝯtextuȝ erat.

¶ Baiulus pe. cor. operari⁹ ꝛ ꝓprie q̄ vecturas onerū corꝑe suo victus quęrēdi gratia portat. Sic baiulo as. porto. Plau. in Asi. Ego baiulabo: tu vt decet domū ante me ito inanis. Forte baiulo inde dictum: qr̄ nutricius. bailus ꝛ nutrix baila vulgo dicūt: ꝛ merito: qr̄ baiulant vlnis quos nutriunt.

¶ Balius color a quibusdā accipit ꝓ vario a q̄busdā ꝓ spadice: hoc est palmeo qualis est ęquorū. Nā ꝛ balius vulgo dr̄ is qm̄ spadices hoc est palmaꝝ cū fructu suo termites gręci vocant βαια.

¶ Balanitę vuę a magnitudine.

¶ Balanus pe. cor. genus glandis: Acron dicit esse herbā vnguētariā ꝛ ab Hor. ꝓ vnguento myrobolano positā. Mar. Hoc ex vnguento constat ꝛ ex balano Hinc fit balanatus. a. um. Persi. Tun cū maxillis balanatū gausape pectis. Balanus etiā a glādis specie dicit id genus alui subducēdę qd̄ clysteris loco subdit ꝯstabat vt Iuli. Pollux inquit ex adipe ac nitro parte plurima: Itē Balanus nomē est vrbis in Epiro. balaninū vnguētū qd̄ fit ex glāde myrobalani

¶ Balęna cū diph. belua marina quā alij pistricē: alij cetū appellāt. Gręci φαλαιναν: phalenā dicūt quasi conspicuā beluā cōuersa φ. in b. Iuue. Quātum delphinis balęna Britannica maior.

¶ Balaustiū flos mali punici vtilis nō mō medicinis sed etiā tingendis vestibus q̄ sibi cōcolores fiūt. Et color ipse dicitur balaustinus.

¶ Balausus herba non multū dissimilis narciso.

¶ Balbus qui vitio linguæ non bene põt exprimere verba ⁊ obscure loquitur. Persi. Rancidulũ quiddaꝫ balba de nare locutus.

¶ Balbutio is. pe. p. balbutiui vel balbutij itũ. Et ẽ balbutire quadã linguę hesitatione ⁊ confusione trepidare. Hor. in Ser. Balbutit scaurũ prauis fultuꝫ male talis. Hiero. Experiar q̃ hortamini affectu intãtiũ more balbutientiũ: q̄ quæcũq̧ audierint fari gestiunt cũ nec dũ possint ad plenũ verba formare.

¶ Baleares duę insulę in hispania funda bellicosę: a teli fundęq̧ iactu: qđ gręce βαλλειν dicimus appellatę: vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Græci gymnesias dixerũt. Has vulgus maioricã ⁊ minoricam appellat. Apud quos primũ inuenta est funda vt inquit Uegetius. Uñ Uirg. li. i. geor. Stupea torquẽtem balearis verbera fundę.

¶ Balare ꝓpriuꝫ est vocis ouis. Hier. vero in tobia etiã hœdis dedit. Cui⁹ cũ vocẽ balãtis vir ei⁹ audisset dixit. Uidete ne forte furtiu⁹ sit: reddite eum dominis suis.

¶ Balneũ ⁊ balnea dicunꝰ in priuatis. In publicis vero fœ. gen. ⁊ numero plurali tm̃: licꝫ ⁊ balnea legaꝰ ⁊ balnearia. Cic. Eo latere qđ ꝓximũ est balnearijs colũnas posuerat. Sũt eñ aquę calidę q̄ cũ alię ad aliũ morbũ idoneę essent quib⁹ vtebãꝰ: multitudis potius q̃ singulari vocabulo appellarũt. Differũtq̧ balneę a thermis q thermę dicanꝰ: q̄ natura sunt calidę balneę quę a nobis calefiunt igni: ⁊ in eas descẽdim⁹ vt lauemur: nã thermę dicunꝰ a græco θερμον: qđ calidũ significat. Ea quippe q̄ a calẽtib⁹ aquis aut a fornice igni calefacto lauandi sudãdi ve vsibus deputata thermas vocauere. Thermæ balneęq̧ apđ Romanos voluptatis ⁊ mũdiciarũ causa cõstitutę tã publicę q̃ priuatę. Balneis aũt nomẽ inditum est q: græci balanion dixerunt q anxietatẽ pellat ex alo vt interpretatur August. li. ix. con.

¶ Balineę ab antiquis balneę dicebantur.

¶ Balneator ge. cõ. q̃uis ⁊ balneatrix inueniaꝰ: qui curã habet balnearũ qui ⁊ Mediastinus dicitur.

¶ Balneatorius a. uꝫ. qđ ad balneandũ ꝑtinet. Martianus Jurecõ. Instrumento balneatorio legato balneatores continentur: qm̃ sine his balneæ vsum suuꝫ pręberе non possunt.

¶ Balneolũ cũ accentu in antepe. dimi. est. Juuen. Cum iam noti celebresq̧ poetæ. balneolũ gabijs Romę conducere furnos Tentarent.

¶ Ballista per geminũ ll. tormentũ muros cõcutiẽs Et βαλλω iacio: vulnero. Oui. li. i. de trist. Ut grauę ballistę mœnia pulsat onus. Luca. ꝓ instrumento hastã quandã iaciente posuit. Neq̧ eñ solis excussa lacertis Lãcea sed tẽso ballistę turbine rapta. Haud vnũ cõtenta latus transire quiescit. Nonius ballistaꝫ appellat qua saxa maiora iaciunꝰ. Ci. li. ij. tus. Ut eñ ballistę lapidũ: ita reliqua tormenta telorum. De harꝫ ballistaꝝ ꝯfectione scribit Ui. lib. x. q ea magnitudine formenꝰ vt lapides. cxx. pondo eiaculenꝰ. Sciendũ ergo est q ballistarũ quędã maior dr: quędã minor. Ballistã maiorẽ prisci dixere trabẽ validã ita libratã vt cũ pars densior ponderibus attracta descenderet eleuata ꝓceritas sua funiculis quos haberet alligatos funda saxũ maximi ponderis longe emitteret: eiq̧ maxime Bricolę nunc est appellatio q̃q̃ Onagrũ maiorem ipsam machinã dixere: hanc ballistã inuenerunt phœnices: vt docet Pli. Ballista minor q̄ ⁊ manuballista dicta est aliq̃ñ Scorpio q̄ hastẽ facit manus tractabilis est ⁊ subtilibus paruisq̧ spiculis scorpionis instar infert mortem. Hinc exballisto as. De his duob⁹ ballistarũ generibus sic scribit Ueget. li. de re mi. Ballista funibus: neruis: chordisq̧ tendiꝰ: q̄ q̃to ꝓlixiora brachiola habuerit: hoc est q̃to maior fuerit: tãto spicula lõgius emittit: q̄ si iuxta artẽ mechanicã tẽpereꝰ: ⁊ ab exercitatis hoībus q̄ mensurã eius ante collegerint: dirigaꝰ: penetrat qđcũq̧ ꝑcusserit. Onager aũt dirigit lapides sꝫ ꝓ neruoꝝ crassitudine ⁊ magnitudĩe saxoꝝ põdera iaculaꝰ. nã quãto maior fuerit tãto maiora saxa fulminis more ꝯtorquet. His duob⁹ gñibus nulla tormẽtoꝝ species vehementior inuenit. Ballista etiã dictus est mons apđ Ligures

¶ Ballistarij artifices ballistarũ dicunꝰ

¶ Ballistariũ locus vbi sita est ballista. Plaut. Intẽta ẽ ballista ꝓbe q̃ ego haud multũ post emittã e ballistario. Ubi etiã ballistã accipi videtur pro telo.

¶ Baltheus ⁊ baltheũ in singulari: in plurali neutrũ tm̃: militare cingulũ: vel zona bullis ornata. Uar. ait. Qui gladiatores baltheũ cingulũ e corio habebant bullatum baltheum dictum.

¶ Balsamũ arbuscula sola vni terrarũ iudææ quondã ꝯcessa neu. ge. viti similior q̃ myrto. Seriꝰ malleolis vt vitis. ⁊ colles implet vinearũ modo sustinens sese sine adminiculis. Intra tertiũ annũ est fructifera ꝓceritas intra bina cubita subsistit. Opobalsamũ succus collectus ex arbore. Nã οπος dr̃ succus. ꝓfertur oībus odorib⁹. xylobalsamũ lignũ balsami. ξυλον eñ lignũ. Inciditꝰ eñ vitro: lapide: osseis ve cultellis ⁊ succũ emittit quẽ opobalsamũ dicũt eximiæ suauitatis. Sũma opobalsami ꝓbatio est vt lac coaguletꝰ ⁊ in veste maculas nõ faciat. Hier. tñ ꝓ arboris succo balsamũ dixit. Et quasi balsamũ nõ mixtũ odor me⁹. Carpobalsamũ fruct⁹ balsami. Carpos eñ latine fruct⁹.

¶ Bambatiũ seu bãbitiũ Cottonũ illud albissimum qđ nent mulierculę ad telas texẽdas. Hoc fiũt vestes q̄ vulgo bõbycinę appellanꝰ. q̃uis xylinę siue grossipinę vel grossampinę dici debeãt a frutice qui id fert q̄ xylon grossipion seu grossipinus vocaꝰ.

¶ Bambilius aĩal volatile q̄ vulgo barbellus dꝛ: de quo Amb. li. Hex. Fertur hic corniger vermis ꝯuerti primũ in speciẽ caulis: atq̧ in eã mutari naturã. inde ꝓcessu quodã fieri bãbilius: nec eaꝫ tñ formã figurãq̧ custodit: sed laxie ⁊ latioribus folijs pinnas videtur assumere. Ex his folijs mollia illa Seres depectunt vellera q̄ ad vsus sibi ꝓprios diuites vẽdicarũt

¶ Baphia dicunꝰ loca tincturæ in quibus tingũtur pãni: nos tinctoria dicimus. Lampri. in Alex. scribit probum fuisse baphijs ꝑpositum.

¶ Bapha dicũtur tincta: vnde dibapha bistincta.

¶ Baptismus ⁊ baptismũ ⁊ baptisma atis: latine immersio vel intinctio diciꝰ a verbo gręco βαπτω imergo. Gre. baptisma gręco eloquio dr̃ qđ latine tinctio q: ibi homo spiritu gratię in melius imutatur: ⁊ lõge aliud q̃ erat efficitur. Prius eñ fœdi eramus deformitate pctõrum: in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

¶ Baptæ dicebantur viri tincti: fucatiq̧ qui sacris intererant instar mulierum. βαπτειν enim inficere: tingere: fucare.

¶ Baptisteriũ in quo quis lauatur quasi lauacrum ⁊ tinctoriũ ⁊ piscina ipsa. Nã baptisteria in domib⁹ sũt veluti lacus quidã ex ligno aut lapide ædificati in q̄

bus lauandi gratia mergi solet. Hæc in cellis. i. in locis secretiorib⁹ solēt ꝯstitui: quaꝝ alię caldariæ sunt in quibus calda lauamur: alię frigidarię: in quib⁹ lauamur frigida. Ply. ad Apollinarē. Cella frigidaria in qua baptisterium amplū atq opacū. Idem ad Gallum. Inde balinei cella frigidaria spatiosa ⁊ effusa cuius in ꝯtrariis parietibus duo baptisteria velut electa sinuanꝰ abunde capacia. Hęc eadem piscinę dicūtur latine ⁊ natatoria ⁊ nationes. Sidon. Piscina seu si grecari volumus βαπτιστήριον.

¶ Barach: nomen viri ꝓpriū: ⁊ apud nos significat fulmen.

¶ Barachias nomē viri: ⁊ benedictus seu fulgur domini interpretatur.

¶ Barabbas ꝑ duplex bb. et est syra dictio quia apd nos significaꝰ filius patris. Componitur eni ex bar: qd apud illos filius dicitur: ⁊ abba pater. Sedulius. Tunc coluere bahal: tunc elegere barabban.

¶ Baratro luxurioſus dicitur.

¶ Barathrū imensæ magnitudinis nomen est: quia βαραθρον. i. graue in aſpiciendo: poniꝰ ꝓ loco imensę ꝓfunditatis apud inferos: ⁊ pro loco ꝓcipitii: vnde quis imergi nō possit Diome. docet esse ꝓprie locum athenis vn̄ dānati ꝓcipitabanꝰ. Sunt q̄ dicāt barathrū ꝓfunditatē eē a similitudine loci q̄ est in ęgypto ꝓfundissimi: cui nomen est barathrū.

¶ Barba vtroq numero non solū hoīm sed brutoꝝ quoq ⁊ alioꝝ quadrupedū est. Hora. li. i. Ser. Atq lupi barbā varię cū dente colubre. Ply. li. xxx. Cū geminos transit sol cristis ⁊ auribus ⁊ vnguibus gallinaceorum: si luna rasis barbis eoꝝ. Idem li. xxviii. Afferunt ⁊ magi sua cōmenta primū oīm rabiē hircoꝝ si mulceatur barba mitigari. Siluius numero plurali de hoīe etiā dici posse ostendit li. xiii. Indociles nūc ꝓpexis in pectora barbis Verrere hi... Hui⁹ nois cōposita possunt declinari secūduz tertiā ⁊ secundam declinationē: vt imberbis ⁊ hoc imberbe: ⁊ imberb⁹ a. um. qd est sine barba. Barbatus vero dr̄ qui barbā habz. et barbire est barbā emittere.

¶ Barbo genus piscis q geminā barbā habeat inferiore labro. Alio nomine mulus dicitur. Hinc Cice. in parado. Barbatulos mulos nuncupauit: Grece Trigla vocatur in viuariis non crescit.

¶ Barbitos pe. cor. ge. maſ. fœmininiq ⁊ hoc barbitū: instrumentū musicū qd pulsaꝰ plectro vel calamo Hor. Age dic latinū barbite carmē lesbio primū modulate ciui: fœmi. aūt gene. Sapho ad Phaonē. Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. neutro Ausonius. Hoc genere ⁊ chordas ⁊ plectra ⁊ barbita cōde. Grece βαρβιτον dicitur.

¶ Βαρβαρολω. υιος λυπης ωσ φοβεσ του αερος.

¶ Barbari factitio nole inquit Strab. dicti sunt ab initio qui difficulter aſpere atq duriter loquebātur. quasi duriloq ⁊ crassilingues: quēadmodū ... atq balbi dicūtur qui lingua ipediti sunt. Oēs igitur qui crasse loquūtur: barbari dicunꝰ: quales sunt oēs gentes ꝓter grecos. Ply. Plautus credo Neuiū poetam latinū barbaꝝ dixit. Nunc etiā ad eos trāslatū ē hoc nomen qui nō sunt latini q hi miniorē linguā habeāt ac magis cultā. Quinetiā inter hos si quis nō recte proferat: barbare loqui dr̄. Et ꝑ metaphorā barbari dicunꝰ illitterati: malis moribus: fieri crudeles. Interdū barbarus sumiꝰ ꝓ horrido feroq intuitu. Ply. de quodam myrrhæ genere. Troglodytica myrrha aſpectū aridior est sordidaq ac barbara: ab voce βαρβαρ: qm̄ in grecā aduētantes eā vocē facerent cum ꝓnunciare grece non possent.

¶ Barbaculus pe. cor. dimi. a barbarus.

¶ Barbaria barbaroꝝ regio: ⁊ qnq accipiꝰ ꝓ gente ipsa fera. Hier. cōtra Ioui. Arabes ⁊ sarraceni ⁊ ois eremi barbaria cameloꝝ lacte ⁊ carnibus viuit. Hoc etiā noie dicta est insula gangetis indię fluuii: vt ait Ptolemeus.

¶ Barbaricus a. um. pen. cor. eiusdē significationis est cū barbarus: hoc est ferus ⁊ malis morib⁹. Apul. Feris ac barbaricis moribus.

¶ Barbaricū neu. gen. clamor exercitus dr̄ q eo vociferandi genere barbari vtantur.

¶ Barbaries ad imitationē pertinet: ⁊ significat inciuilitatem feritatemq.

¶ Barbarica pauimenta sunt q̄ ⁊ subtegulanea vocātur ex testis tusis rudere ⁊ calce: In italia vero festuce subiciebanꝰ ꝓpter qd carnea vocitata.

¶ Barbarismus est cōtra romani sermonis legē aut scripta aut ꝓnūciata vitiose dictio. Fit eni in vna pte orōnis tm̄. latine dissonās dr̄: ⁊ ꝓprie in soluta orōne fit. apud poetas metaplasmus. i. transformatio vocaꝰ Fitq barbarism⁹ duob⁹ modis scripto ⁊ ꝓnunciatione. Et hoc quadrifariā. Adiectione: detractione: mutatione: transmutatione litterę: syllabæ: tpis. Adiectione litterę: vt Relliquias danaū: ꝓ reliquias: syllabę: vt Mauors ꝓ mars: tpis: vt Italiā fato ꝓfugus. vbi prima syllaba cū corripi debeat ꝓducīꝰ. Detractione litterę fit barbarismus: vt infantibu ꝓ infantib⁹ Syllabę: vt Salmentū ꝓ salsamētū. Tēporis: vt Feruere leucaten auroq effulgere fluctus. Mutatione litteræ fit barbarismus: vt Olli ꝓ illi. syllabę: vt Pernuces ꝓ pnices. tēpore: vt Vnius ob noxā. Trāsmutatione litterę fit barbarism⁹: vt Tymbre ꝓ tymber: Temporis: vt Dominus pen. pro.

¶ Barbaralexis dctō pegrina ē: vt gaza ⁊ magalia.

¶ Barcę vrbs in arida libya: quā libes metropolim habuerunt: sic dicta a regina eoꝝ Barce: a qua Barcęi dicti sunt eius incolę. Hier. ad Dar. Lateq vagātes barcęi: a barca oppido: qd in solitudine situm est quos nūc corrupto sermone aphri baricianos vocāt: hi sunt q̄ ꝓ locoꝝ qualitatib⁹ diuersis nōibus appellantur ⁊ a Mauritania ꝑ Aphricā et ægyptū Palęstināq Phœnicē Cœlosyriā ⁊ Osrhoenē Mesopotamiam atq Persidē tendūt ad Indiā.

¶ Bardesanes nomē ꝓpriū historici babylonii: q̄ in duo dogmata apud indos gymnosophistas diuidit: quoꝝ alterū appellat bragmanas: alteꝝ Samanęos q̄ tantę cōtinentię sint vt vel pomis arborū iuxta Gāgem fluuiū vel publico orizæ: ⁊ farinæ alanꝰ cibo. Et cū rex ad eos venerit adorare illos solitus sit.

¶ Bardus stultus a tarditate ingenii. Cęcil. Nimis audacē: nimisq bardū. Gallice vero dr̄ cantor q̄ virorū fortiū laudes canit agente bardoꝝ de quib⁹ Luc. Plurima securi fudistis carmina Bardi.

¶ Bardiacus vestis est. Mar. Lassi bardiacus quod euocati.

¶ Bardocucullus: genus vestis oī tpe ꝯmodę: cum qua etiā cubare soliti erant imbriū tpe in castris milites: ⁊ i agris rustici. Mar. Gallia santonico vestit te bardocucullo Cercopithecoꝝ penula nuꝑ erat.

¶ Barrhus elephas a cui⁹ ossis similitudine dentes barrhi dicunꝰ. Hora. Quid tibi vis mulier nigris di

gnissima barrhis. Hinc barrhire dicunt barrhi. id ē elephantes cū vocē edunt: ⁊ barrhitus ipsa vox.

¶ Barrhitus: us. vox elephanti. Barrhitus etiam dicitur romanoꝝ clamor militū fit cū vtraq̄ acies se iunxerint. Auctor Vegetius.

¶ Barro vir fortis: a quo fit dimi. barrunculus.

¶ Baris idis: lingua ęgyptia significat cymbam quę vectat cadauera ægyptioꝝ ad sepulchra. Prop. Baridos ⁊ contis rostra liburna sequi. Hoc noīe etiā dicta est ciuitas phrygię. Similiter ⁊ fluuius indię.

¶ Baris grece dicitur porticus ⁊ domus.

¶ Barnacida ę. vestis genus quaꝫ nunc Guarnaciā dicim⁹ forsan qm̄ βαρρηνιος αλομενος: iū puer verna

¶ Bascāda vas Britānicū. Mar. Barbara depictis venit bascanda Britānis. Sed me iam mauult dicere Roma suam.

¶ Basia pudicorū affectuum sunt: oscula officiorum suauia libidinum vel amorum.

¶ Basis a nostris dici pōt sustentamentū. Sūt eniꝫ bases sessiones colūnarū statuarū seu fabricaꝝ q̄ a fūdamento cōsurgūt ⁊ suppositę fabricę sustinent pondus. A qua similitudine orbiculi illi: quibus vasa in mensis collocant̄ ne toralia polluant̄ vocari solent. Treba. iuriscon. de lega. li. iij. Cui corinthia vasa legata essent ⁊ bases huic quoq̄ hoꝝ vasoꝝ collocādoꝝ causa paratas deberi respondit. Est ⁊ basis figura in narrationib⁹ cū oīa pedetentim insinuandi gratia ꝓferūtur: vt apud Ter. in Eu. Matri mercator dono dedit: mater vbi accepit ⁊c.

¶ Basilica ꝓprie locus in quo negociationes: ꝯsilia ⁊ iudicia exercebant̄ quasi regia. Græce em̄ βασιλικην basilicen regiā vocant. Nā vt Vitr. li. v. scribit. Debent basilicę adiunctę esse foro. Sen. Fremitu iudicioꝝ basilicę resonabāt. Ply. in epistolis. Descēderam in basilicā iuliā auditurus q̄bus ꝓxima ꝯperendinatione: respondere debebā. Iurecōsulti de verborū significatione basilicā publicis vsibus accōmodatā esse demonstrant. Quidā basilicaꝫ accipiūt ꝓ loco domi ampliore in quo dn̄m expectāt salutatores cliētes patronos: serui dn̄os: in quo etiā chorex ⁊ ꝯuiuia maiora fieri solent. Apud ecclesiasticos basilicæ dicūtur sacella numinibus dicata: q2 ibi regi oīm deo cultus ⁊ sacrificia offerunt̄. Et basilicon. Plaut. in Epi. vocat vestimenti genus regiū: cū ait Suparū subminiū: ricā basilicū aut exoticū. Ply. Genus nucū quod optimū est: ⁊ quasi regiū vocari ait basilicā. Est enim basilica nux quā alio noīe iuglandē appellamus. Vide in dictione iuglans. Celsus Emplaustrū ob excellentiā basilicon dictum scribit.

¶ Basilicus a. um. regi⁹ siue regalis vł. Unde Plautus in cap. Basilicas edictiones atq̄ impiosas habꝫ Et in pseu. Basilicus status ⁊ basilicus victus. i. regalis ⁊ excellens. in persa. Et basilica facinora pro regia. Idē. Basilice ornatus incedit ⁊ fabre ad fallaciam: id regie ⁊ excellenter.

¶ Basileus sustentamentum populi dicit̄. Ob hanc causam rex dicit̄ apud grecos ꝙ tanq̄ basis populuꝫ sustinet. Quāto em̄ quis magis p̄ponitur tanto amplius pondere laborum grauatur.

¶ Basilicanus: dicitur custos basilicę.

¶ Basiliscus: genus serpentis: ꝙ in capite album habeat instar diadematis: vel ꝙ reliqua serpentū generaꝫ eius virus fugiant. Hunc regulū vocant qui teste Ply. li. viij. in solitudinibus aphricę habitat cū candida in capite macula velut quodā diademate adornatus. Acutissimū habet caput: rude os: oculos ⁊ colorem ad nigredinem vrgentem.

¶ Basilia insula in oceano septētrionali immēsę magnitudinis: quæ distat a scytharū littore tridui nauigatione: vt ait Ply. li. iiij.

¶ Basterna vehiculū itineris: q̄ mollibus stramētis composita a duobus animalibus deportat̄.

¶ Basternę populi vltra danubium.

¶ Basilidij sunt populi scythię europę: vt Pompon. refert: qui ab Hercule descenderunt.

¶ Bassaris is. vel idis. bacchi sacrificula a bassareo baccho q̄ bassareus dictus est a vestis genere: quā induebat̄: q̄ bassaris dicebat̄: vt inquit Porphyrio: quę plane vestis vsq̄ ad pedes fluebat. Statius. Si decet aurata bacchū vestigia palla verrere. Et a bassareo lydię loco cognominata est. Hor. li. car. Non ego te candide bassareu inuitū quatiā. Rursus bassaris vacca mulsaria dicitur. Persi. Et raptū vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

¶ Bathauia Germanię prouincia q̄ nūc Baueria dr ⁊ bathauiū oppidū a βαθυ qđ altū significat: Hic bathauus a. um. pen. indifferente. Luc. li. i. Vangionesq; bathauiq̄ truces quos ęre recuruo Stridētes acuere tubę. Cor. Tacitus de situ Germanię. Omniū harum gentium virtute p̄cipui bathaui non multum a ripa insulam rheni colunt.

¶ Batrachus pe. cor. rana ⁊ nomen ꝓpriū sculptoris et quidam cyrenaicus portus.

¶ Batrachomyomachia: ranarū ⁊ muriū pugna.

¶ Batris: genus vasis longioris manubrij: qđ alij Trullam appellant.

¶ Batus vt scribit Hiero. genus mensuræ est: quæ apud hebræos dicit̄ bath. decima pars chori est: ⁊ de speciebus tā liquidis dicit̄ vini: olei: et hmoi. Ser. de pō. Continet amphorā vnā. Batis vero gen⁹ herbę est aculeatę sponte nascentis. q̄ ⁊ marina est ⁊ hortensis. Et Batus nomē viri ꝓpriū eius qui Cyrenē condidit. quod lingua libyca regē significat.

¶ Battus per duplex tt. nomen est pastoris.

¶ Batuo is. virgis verbero. Plau. in. Casi. Qui quęso potius q̄ sculponeas quibus batuatur tibi os senex nequissime. Sue. de Calig. Mirmillonē e Ludo rudibus secum batuentem ⁊ sponte prostratū confodit ferrea sica. Cice. Paeto. transtulit ad rē obscœnā cū inquit: Equidē tā etiā obscœna verba ꝓ obscœnis sunt. Batuit em̄ impudenter: depressit multo impudentius. Atqui neutrū est obscœnū.

¶ Battillus quoddā ignis receptaculū ferreū: quo pruna colligit̄ ad similitudinē palę. A neotericis bernacius dr quo prunas ad cinerē e foco tollere solemus vt alio transferamus: Apitius de petasone. Et armillam inquit illius candēti battillo vrio: ⁊ melle ꝯtegis Et de diuo Laurentio scribit̄. Allati sunt battilli cū prunis. Hiero. li. numeroꝝ gn̄e neutro vsus ē. Ignium receptacula fusciulas ⁊ tridētes vncinos ac battilla

¶ Battillū etiā rustici vocant ferreū instrumentum quo ad sulcos: elices fossasq̄ in agris faciendas vtuntur. Item. Battillus significat fere bracteā ⁊ laminā Unde nos vulgo quoq̄ ferrum tali forma nominam⁹ battillum.

¶ Bathyllus cū th. aspirato ⁊ y greco fuit nomē adolescentis. de quo Hora. in Epo. Nō aliter samio dicūt arsisse bathyllo Anacreonta teium.

¶ Bathynon interpretatur profundum.
¶ Baubare factitium verbū a voce canū cum latrāt
bau. bau. facientes. Lucil. lib. v. Et cum deserti bau-
bant in edibus omnes.
¶ Bauli ville nomen est q̄ inter promontoriū Misenū
baiarūq; lacū flexo mari alluitur. Seruius causā no
minis inde factā memorat: q olim hercules iuxta ba
ias fecit baulam bobus: ⁊ eam sepsit. Qui locus pri-
mo baulia dictus: mox dici cepit bauli.

B ante D.

¶ Bdelliū arbor nigra magnitudine olee: folio ⁊ ro-
bore similis caprifici. Nascitur in bractianis: vt Ply.
li. xii. scribit. Cuius etiam succus bdellium dicitur.

B ante E

¶ Beati a bene habendo dicti sunt. Qui sint dicen-
di beati. Sen. li. vi. epi. declarat his vbis. Hoc nos
doce beatū nō eū esse quē vulgus appellat (ad quē pe
cunia magna cōfluxit) sed illū cui bonū oē in aio est
erectū ⁊ excisum ⁊ mirabilia calcantē: qui neminē vi-
det cū quo se cōmutatū velit: qui hoiem ea sola parte
existimat qua homo est: qui natura magistra vtitur:
ad illius leges cōponit: sic viuit quomō illa pscripsit.
cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum cō
uertit: certus iudicij: icōcussus: intrepidus: quē ali
qua vis mouet: nulla perturbat: quē fortuna cum in
eum quod habuit telum nocentissimū vi maxima in-
torsit pungit non vulnerat. Cice. li. v. tus. Hos existi
mo beatos qui sint in bonis nullo adiuncto malo. A-
pul. li. de philosophia. Illum omnibus beatum vide-
ri: cui ⁊ bona suppetunt: ⁊ quēadmodū carere vitijs
debeat callet. Felices dicūtur bonorum omniū com-
potes. Alie quoq; res beate felicesq; dici possunt: vt
vox beata. i. plena ac pfecta. Et vocis felicitas apd
Quinti. Interdum ponitur beatus pro nobili. Hor.
li. car. Nescias an te generum beate phillidis flaue.
Huius dim. est Beatulus. Pers. Tandēq; beatulus
alto compositus lecto.
¶ Bebryaū siue bebryacū vicus est inter Cremonā
⁊ Veronā qui vulgo dicit Labina: clarū duabus cla-
dibus romanorum: Cornelij ⁊ Tatij. In eo Vitellius
cū Othone confluxit. Cor. Tacitus. Eo die quo be-
briaci certabatur auē inusitata facie apud regiū lepi
di celebri luco consedisse in colle vt memorant: Nec
deinde cetu hoim aut volantium alitum territā pul
samve: donec Otho se ipse interficeret.
¶ Bebrycia regio: q̄ vt Salus. docet maior phrygia
dicta est. A qua bebrycius a. um. ⁊ bebryx icis. pe. in
differente. Val. Flaccus li. ij. Bebrycis ⁊ scythici p-
cul inclementia saxi. Lucan. li. vi. Pinguis bebrycio
discessit vomere sulcus. Sil. li. iij. Possessus baccho
seua bebrycis in aula.
¶ Beelzebub idolū fuit Accaron. qd in regū volumi
ne vocatur Idolū musce. Beel ipse est bel siue Baal
zebub musca. Et interptatur vir muscarū.
¶ Beelphegor interptatur vir habens hiatū vel de
us hians: vel simulachrum ignominie. Idolum fuit
moab vocabulo baal siue beel. super montem phegor
quem latini priapum ferunt.
¶ Beelsephon vir habēs arcana: vel dominus aqui-
lonis: seu vetustus deus habens speculam.
¶ Beemoth. ex hebrea voce latine animal significat
Ideo aūt diabolus beemoth. i. animal dicitur. q de
excelsis ad terrena decidit: et pro merito suo vt ani-
mal brutū effectus sit. Ipse est ⁊ leuiathan.
¶ Belbina pe. p. Insula egine proxima. Fuit ⁊ incō-
tinenti laconie agro belbina vt inquit Strabo
¶ Belial apud nos dicit absq; iugo: vel absq; dño.
¶ Belge ciuitas Gallie: a qua regio belgica dicta ē:
quasi bellorū gens: vbi vehicula quedā primū inuēta
fuere que Esseda dicuntur. Virg. Belgica vel molli
melius feret esseda collo.
¶ Belus per simplex l. nomē pprū regis assyriorū:
et pater Nini qui primus regnauit: ⁊ postea dictus ē
Bel. Vñ beelzebub. Nā eorū lingua sol bel dicit. Vñ ⁊
helios. Ergo addita digāma ⁊ facta deriuatione a so
le: regi nomen impositū est. Hoc etiā noie dictus est
fluuius syrie vbi primo cōpertum fuisse vitrū Plyni.
scribit li. vi. Iosephus li. ij. belli iudaici. Stadijs ait
duobus a ptolemaide belū amnē distare iuxta quē se
pulchrū Memnonis sit: ⁊ vitrea in rotunda valle are-
na quā venti ex circūdatis iugis cōuehant in exhau-
sta seculis vi: sed āte oia mirabili natura mutādi alia
quoq; in vitrum que attigerit metalla.
¶ Bellus a. um. per duplex ll. dimi. est a bonus. Var.
Ita cū eis bellū geras vt bella oia domū auferas. i.
bona oia. Idē. Bellior p melior posuit. Venio nunc
ad vltimū testamentū qd dicitur physicon. in quo gre
greci belliores q̄ romani nostri. Et qm̄ bonū quādo-
q; pulchrū significat: vt apud Terē. Forma bona for
tasse: bellū quoq; p pulchro accipit: vt bellus puer:
bella puella: bellū corpus. Mar. Bella es nouimus et
puella verū est. Hinc belli hoies aliquādo boni ⁊ pru
dentes: aliquando formosi atq; elegantes dicuntur.
Et bellissimus optimus vel pulcherrimus. Terē. in
Adel. Ego iā prospiciā mihi: atq; vnū quodq; quod
erit bellissimū carpam.
¶ Bellulus a. ū. diminutiuū formatū a diminutiuo
id est pulcherulus. a quo aduerbiū bellule. Plau. Nā
nurus bellule se habebat.
¶ Bellatulus a. um. vocabulum blandientis eiusdē
significantie cum bellulus. Plaut. Cum imus ergo
cubitum bella bellatula.
¶ Bella e. oppidū cāpanie. Vir li. vii. Moenia belle.
¶ Bellum pprie dissensio hostilis per quā arma mo-
uentur: ⁊ significat totū tempus quo sunt in militia
homines: prelū certamen ipsum. Pugna etiā citra
arma fit nudis verbis. Vergil. exēplū de bello ⁊ pre
lio ponit. Infantē fugiens media inter prelia belli.
Et Liuius refert populum Rom. nullo bello: multis
vere prelijs victū esse. Aliquādo tñ bellum capitur
pro prelio. Salu. In eo bello trecenti milites deside
rati. Dictū bellū vt Pris. sentit: ab eo qd est bonum p
antiphrasim diminutiuū: q minime bonū sit. Alij nō
per contrariū a bono deducunt: q boni gratia bella
olim susciperentur: nec ad inferendam sed ad propul
sandam iniuriam: pacemq; parandam. Quapropter
hostes etiam ab equando dicti sunt. Alij a duello de-
riuant abiecta d. et digamma in b. conuerso. Festus
a beluis: q: beluarū perniciosa sit dissensio.
¶ Bellicus a. um. qd ad bellū ptinet: vt arma bellica
¶ Bellica e. dicebatur colūnella illa ante tēplū bello
ne: sup quā iaciebāt hastā cū bellū indicerent.
¶ Bellicosus ferox. Sal. in Jug. Libyes quā getuli
minus bellicosi erant.
¶ Bellax adiectiuū: idem quod bellicosus.

¶ Bello as. oppugno: bellū gero: cōfligo. Plyn. Romana arma primū Claudio principe in Mauritania bellauere Ptolemęū regē a. C. Cęsare interemptum Est ⁊ bello: aris. deponēs. Virg. Et pictis bellantur amazones armis. Cōposita sunt debello ⁊ rebello pri mū significat expugno. Vñ debellatos hostes dicim⁹ victos. alterū repugno. Unde rebelles.

¶ Bellator nō modo qui bellū gerit: sed etiā per quē bellum geritur. Virgi. li. x. Et inter Bellatoris equi caua tempora conicit hastam.

¶ Bellatrix quę bellum gerit seu bellicosa est. Idem Aurea subnectēs exertę cingula māmę Bellatrix.

¶ Bellarius a. um. quod bello aptū est: vt arma sagittę ⁊ hmōi quasi instrumenta bellica.

¶ Bellaria vero dicunt res bellis aptę: vtpote arma sagittę ⁊ similia: quasi bellica instrumenta. Item bellaria cibi secundę mense a bonitate vt Don. ait ad irritandam gulam: quę Tragemata aut pemmata greci: ea veteres nostri bellaria dixere vt inquit Gelli. q mellita esse sueuerunt. Macro. in Satur. Adhuc dicente Furio secūdę mensę illata bellaria nouo sermoni principiū dedere. Vina quoq dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc vocabulo appellata: dictaq esse ea liberi bellaria

¶ Belligero as. bellū gero. Plau. in cap. Belligerāt ętholi cū aulidis. Hinc Belliger. Unde Mars belliger dicitur a bello gerendo.

¶ Bellipotens cū accētu in aṅpe. qui bello pollet.

¶ Bellona pe. p. belloꝝ dea Martis soror: cuius quidā Palladē dicāt cui pprio sanguine sacerdotes sacrificabāt. añ cui⁹ tēplū colūmula erat q bellica dicebat.

¶ Belone p simplex l. piscis est: q alio noīe dicit acus siue acicula ab acu. Greci em̄ βελονην παρα το βαλλω: acū noīant. Acus siue belone vnus piscīū dehiscēte ppter multitudinē vtero parit a partu coalescit vulnus quod et in cęcis serpentibus tradunt.

¶ Bubulus a. um. pe. cor. a boue fit idem est q̃d bouinus. Unde lac bubulũ: ex quo nomẽ est butyro. Imperiti bubulum inclinari putant a bubalo. Ply. Stomachum exulceratũ lactis asinini et bubuli potus reficit Col. li. vii. Defricare bubula vrina conuenit. Idem significat bouillus.

¶ Bubile pe. pro. locus vbi boues morant. Plautus in Persa. Metuo vt possim in bubile reijcere ne vagẽtur. Col. li. ii. Lata bubilia esse oportebit pedes decẽ vel minime nouem. Hoc idem dicitur bouile.

¶ Bubsequa pe. cor. bubulcus: qui oues sequit. Sido. Ad Eutropiũ. Si relinquare inter bubsequas rusticanos subulcosq; runcantes tũc est tibi summa votorum beatitudo.

¶ Bubulcus: qui bobus arat: siue qui boues fundi aratorios pascit. Hinc

¶ Bubulcitoas. pe. cor. bubulci officiũ facio. Plaut. Docet me amare et te bubulcitare. Aliq̃n bubulcus adiectiuũ est a boue sicut bouillus. Ply. Bouilę carnis iure facile curatur. Idem. Stomachũ exulceratũ lactis asinini et bubulci potus reficit.

¶ Buberiæ ludi: quos veteres a bobus pecoreq; appellarunt: qui et boalia boum gratia instituti.

¶ Bubecii qui ludos celebrabant.

¶ Bubastis ciuitas ęgyptii: vbi conuentus quotannis agebatur in honorẽ dianę. Hinc bubastites præfectura. Aegyptus enĩ diuidebat in præfecturas oppidorũ: quas nomos vocant. Bubastis etiã dea quæ colitur in ęgypto. quę (vt ait Herodotus) apud grecos Diana est.

¶ Bubona boum dea: sicut pomona pomorũ: et Mellona mellis dea est.

¶ Bubo onis. generis mascu. et fœmi. scd̃m Pris. a bouis quoq; mugitu auis feralis debilis ad volandum in cauernis cõmorãs. Oui. li. viii. met. Ignau⁹ bubo dirum mortalibus omen. Ver. li. iiii. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Bubones etiã abscessus sũt circa inguen maxime: a quo et nomẽ vitio: nã et inguina gręci bubones vocant: vulgo quoq; nostri collectiones et inflammationes eius partis. Inguinarias appellant.

¶ Bubino as. pe. pro. menstruo mulierũ sanguine inquino. Cuius compositũ est imbubino. Lucil. Hæc inquit ambubinat: at contra te imbulbitat. Nam imbulbitare est pueri stercore fœdare. Tractum a fimo quod βολβιτον gręci vocant.

¶ Bucca est os. i. ipsa concauitas interior intra malas faciei a mento ad oculos q̃ spiritu a pulmone reuocato et oppressis labiis retento inflatur nõ ora labiorũ. Hora. li. i. Ser. Quid causę merito quin illis Juppiter ambas Iratus buccas inflet? Plautus in tru. pro maxillis exterioribus posuit: Quę istas buccas tam belle purpurissatas habes. Id est vtrunq; latus oris. Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpitur factitio nomine sclopus dicitur. Persius. Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas. Hierony. ad Paulinũ. Unde accidit vt omissa cõpositione verborũ et scribentiũ sollicitudine dictẽ quicquid in buccam venerit. Quandoq; tñ bucca accipitur pro ipso ore. Unde illud ꝓuerbialiter dictũ. Quicquid in buccam venit. Et bcuca tuba dicit. Iuue. Et phrygia vestit bucca tiara. Hinc buccina.

¶ Buccina pe. cor. dimi. a bucca pro tuba siue pro cornu. Hie. ad Darda. Bucca vocatur tuba apud hebręos: deinde per diminutionẽ buccina dicitur. Scd̃m aliquos pastoralis et cornu recuruo efficitur. Col. li. vii Ad quẽ saturę pabulo libenter recurrunt cũ pastorali signo quasi receptui canitur. Nã id quoq; semper crepusculo fieri debet ad sonũ buccinę pecus si q̃d in syluis substiterit septa repetere ↄsuescat. Apud Varronem videtur esse instrumentũ q̃d inflari possit apd̃ quod inquit Orphea vocari iussit: qui cum eo venisset stola et cithara cantare esset iussus: buccinaz inflauit vbi tantũ circunfluxerit mox ceruorũ aprorũ et cęterarum quadrupedũ multitudo: vt nõ minus formosum mihi sit visum spectaculũ q̃ in circo maximo ędilium sine aphricanis bestiis cũ fiunt venationes. Tuba ex ęre vel argento quę in bellis et solennitatibus

concrepat. Var. de suibus loquens. Subulcus debet consuefacere oia vt faciant ad buccinam.

¶ Buccino as. buccina cano: vt buccinate in neomenia tuba. Unde buccinator a vocis similitudine & cantu: & pro laudatore trāsferri solet. Ci. Tiron. Quare q pollicteris te buccinatorem fore.

¶ Buccinū sonus buccinę: quod & hic buccinus dicitur. Ply. li. ix. Nō tamen vsq pelagi libras quinquagenos nummos excedere & buccini centenos sciant: qui ista mercantur in solo.

¶ Buccina nomen oppidi in Sicilia vt meminit Dionysius: quo noie etiā dicta est insula Pontiani pontificis exilio & morte clara.

¶ Buccea & bucca fit pro ore & significat frustulū alicuius rei esui aptæ: quantū scz bucca cōmode capit. Vulgo bolus dicitur. Aug. Cęsar ad Tiberiū. Ne iudæus quidē mi tiberi tam diligenter sabbatis id ieiunium seruat: q̄ ego hodie seruaui qui in balneo demū post horā primā noctis duas bucceas manducaui priusq̄ vngi inciperē. Mar. buccas dixit pro bucceas: vel buccellas.

¶ Buccella dimi. a buccea. Hie. in prouer. Melior est buccella sicca cum gaudio: q̄ domus plena victimis cum iurgio.

¶ Buccellatū panis castrensis & frumentacei genus de quo. Spartia scripsit. Poscenniū Imperatorē phibuisse pistores exercitū sequi: ac iussisse milites oēs buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus sic scribit. Viginti dierū frumentū ex eo qđ erat in sedibus consumendū ad vsus diuturnitatē excoctū buccellatū vt vulgo appellant humeris imposuit libentiū militum.

¶ Buccones: qui tumidioribus sunt buccis. Plaut. in Bac. Stulti stolidi futuri fungi bardi blenni. buccones: solus ego oēs anteo stultitia.

¶ Bucculentus qui magnam habet buccā. Plau in Merca. Ego dicā tibi canū varū ventrosum bucculē

¶ Bucea per simplex c folliculus grani fabę (tum interior qui albus est.

¶ Bucerus a. um. pe. cor. a boue. Unde bucerū pecus qđ de bobus dicit. Et bucerię boum armenta παρα το βουσ και κερασ: quasi armente: vel boues cornuti Oui. met: Armentaq bucera pauit.

¶ Bucētestabenus a pungēdis bobus κεντειν pungere significat. Bucentum stimulus. Gręci βουκεντρον dicunt.

¶ Bucephalus pe. cor quasi bouis caput. Quo noie dictus ē equus Alexādri ab aspectu toruo: seu ab insigni taurini capitis armo impressi. Ex cui⁹ noie vrbē bucephalō Indię sepulchro circūd edit. Est & port⁹ q ab aliis bucephala: ab aliis bucephalas: ab aliis bucephalon.

¶ Buccula per duplex cc diminu. a bucca: que oris pars est. i. pusilla bucca. Apul. lib. vi. de asi. Tunc Iuppiter perpressa cupidinis buccula: manu q ad os suum relata consauiauit. Unde et q̄nq ponitur pro parte cassidis per quam mittitur spirit⁹ quæ buccam tegit. Nā cassis caput: buccula vero barbatas partes armat: vel in qua defigunt cristæ in summo galeę cono: q buccę paruę habeat similitudinem. Iuuen. Lorica & fracta de casside buccula pendens. Unde in cōm. Cęsaris legit. Buccarū tegmen.

¶ Bucula per simplex c. dimi. est a boue. Ply. Eidem morbo buculę iecur contritū prodest. Ver. li. i. Geor. Aut bucula cœlum suspiciens patulis captauit naribus auras.

¶ Buculus bos iuuenculus. Col. li. vii. Cum deinde buculos compręnderis perducito ad stabulum & ad stipites religato.

¶ Bucardia lapillus bubulo cordi similis in babylone tantum nascens.

¶ Bucentaurus composita dictio a bu: qđ magnum quiddā signat: & centaurus. i. magna nauis centauro insignita. Veteres eñ solebant magnis rebus bu syllabam pręponere a magnitudine scz bouis.

¶ Bucolica orum. a custodia boum dicta sunt. i. απο των βουκολων. qui dicuntur armentarii q pręcipua sint alalia apud rusticos boues.

¶ Buglossa siue buglossus: satiua & syluestris est. Satiua quā boraginē vocant: latini ab asperitate linguā bouis nomināt: q folia aspera admodū linguę bouis habeat: optimæ virtutis. Ferunt hanc herbā in vinū delectam animi voluptates augere: & ob id Euphrasinum vocari: quasi sit hærba lętificans. Est & hoc nomine piscis qui alio noie putat solea dici. Arist. Cartilaginea sunt bos pastinaca torpedo: squatina: rana buglossa: psitta: Speusippus. Germana inquit genera sunt psitta: buglossus: tenia: dorion.

¶ Bufo rana terrestris nimię magnitudinis. Verg. Inuentusq cauis bufo.

¶ Bupodes pe. cor. magnos pedes. Bupodas magnos pueros dicunt.

¶ Bulbito as. puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

¶ Bugones a græcis dictæ sunt apes: quoniā ex boue putrefacto nasci phibeant. auth. Var. de re rusti.

¶ Bulbus Diascorides βουλβοσ ρομαιοι αλλι ουμας γρεσεμοι Δε αλλιουμ μαριμουμ φυλλα εχει καυλον ομοια κρινω.

Genus cępe nō absimile ascaloniæ venerem impēdio excitat. Mar. Cū sit anus coniūx: cū sint tibi mortua membra. Nil aliud bulbis q̄ satur esse potes. Collu. lib. xi. Quæq viros acuunt: armant q puellas. Iam megaris veniant genitalia semina bulbi. Generaliter vero apud idoneos auctores bulbi sunt radices rotundæ tunicatę quales sunt Croci narcissi colocasię squillę: & harundinū. Palladi. Nunc & liliorum bulbos ponemus: vel lilia ante habita sariemus summa diligentia ne oculos circa radices nascentes & minores bulbos sauciemus qui a matre subtracti atq in alios digesti ordines noua lilieta formabunt. Item violarū plantę & croci bulbi serendi sunt. Varro & Apici⁹ ita scribunt. Aqua decoquant bulbos: qui veneris vsum quęrunt. Bulbi aūt megarici quos Cato celebrat dicti sunt q megaris ciuitate gręciæ venirent: Sed bulborū nobilissima est scilla. Col. li. v. Bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus anno celerius maturā perticā pręebet.

¶ Bulla aurea insigne erat triumphantiū quā in triumpho pręse gerebant inclusis intra eam remediis: quę crederent aduersus inuidiā valentissima. Hinc deductus mos vt pretexta: quæ magistratuū erat et bulla in vsum puerorū nobiliū vsurparet ad omen et vota conciliandæ virtutis et similis cui primis in annis munera ista cesserūt. Erat hæc bulla rotunda: vt Macro. inquit in cordis figurā formata: quā ante pectus annectebant a collo: vt bullā inspicientes: ita demum se hoies esse cogitarēt: si corde pręstarent Romani deposita adolescentia eā exuebāt. Libertinorū

vero filii lorū in collo pro bullæ decore gestabāt. Ascon. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea: libertinis scortea quasi cōmuniens pectus puerile. A cuius rei specie Plutarcho auctore i proble. dicta est bulla tumor quidā excrescens tam in aqua cū bullit: ꝙ in vrina cū spumā facit: ⁊ repente euanescit. Cornutus. Ebulire ꝓprie dicitur expirare: metaphora sumpta a bullis q̄ in aqua fiunt: ⁊ cadentibus guttis rumpunt. Ex quo etiā prouerbio aliter apud Varronem dicit homo bulla est: quia scz similis bullæ vita homis sit fluxa ⁊ momento caduca. Plau. in asi. Accepit bullam pro capite clauorū Iussisti in splendorem dare bullas has. Nam clauorum capita more bullæ quasi turgentia formata sunt et splendent ad fores decorandas. Sic Cicer. tradit Verrem bullas aureas ex valuis templi megnificentissimis abstulisse. Bullę etiā dicuntur ornamēta quibus cingula decorantur Calphurnius in bucolicis. Alternat vitreas lateralis cingula bullas.

¶ Bullula diminuti. parua bulla. Cel. li. ii. de vrina. Aut si quasdā inquit maculas repręsentat: vt si bullulas excitat.

¶ Bullo as. bullas facere significat: hoc est tumorem illū excrescentē: qui spiritu in aqua vel vrina excitat Cato de re ru. Vinū græcū sic facito. Mustiq; xx. in ahenū aut plumbū infundito ignem subdito. vbi bullabit vinū ignem subducito. Ply. li. xviii. Item maris ipsius tranquillus sonitus spumę aut aquę bullantes Idem. Magna signa sunt vrinę bullantis ⁊ crassę.

¶ Bullatus a. um. bulla insignitus vestis bullata in qua erat bulla. Et bullatus tumidus excrescēs. Persius. Nō equidem hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat.

¶ Bulgæ auctore Pompeio sacculi scortei sunt ad ferēda numismata siue cętera ad iter necessaria: quas alii Vulgas appellant. Sene. ab equis quibus portātur hipoperas vocat. Cuius hęc sunt verba ex libro epistolarū ad Lucil. xiii M. Cato censorius: quē taz necessariū reipu. fuit nasci ꝙ Scipionē. Alter enim cum hostibus nostris bellū: alter cū morib⁹ gessit cantetio vehebatur hippoperis quidē impositis: vt secū vtilia portaret.

¶ Bullio is. iui. itum. significat feruescere ⁊ bullam facere. Cuius compositū est ebullio: qđ est valde seu extra bullire: extra fundere sicut aqua in aheno calefacta ebulliens nō se ipsa capit: sed intumescit: ⁊ funditur. Cic. li. iii. tus. Qui se virtutes ebullire volent: et sapientias nihil aliud dicent. Vnde etiā accusatiuum habet. Hiero. in Exo. Ebulliet fluuius ranas. Et ebullire est expirare. Cornutus Metaphora sumpta a bullis quę in aqua fiunt ⁊ candentibus guttis rumpuntur: ⁊ spiritū quo continent amittunt: propterea ebullit: expirat. Nam cū ebullit aqua igne subiecto altius quidā vapor emittit. Hiero. li. ii. Mach. pro scaturire posuit. Ipse ebullire fecit de psīde eos qui pugnauerant contra nos.

¶ Bulis nomen ciuitatis a bulone cōditore sic dicta a qua buli ⁊ bulienses. Ci. in Pisonē. Parthenii ⁊ bulienses illusi

¶ Bulimon gręci magnam famem dicunt. Bupæda magnum puerum.

¶ Bupho genus herbę: quę a bobus deuorata anginam procreat. eosq; necat. Gręce quippe βους bos dicitur φονος mors. Hanc herbā quidā Chameleonez vocant. Alii Cinozoroi q̄ fœtore eius vicinie canum auribus decidant κυων em̄ canis οζειν fœtere.

¶ Bumastos magna mamma. Quo noīe dictū est genus quoddā vuę grossioris q̄ tumeat ad similitudinē mammarū bouis βους bouis μαζος mamma quę etiā bumamma dicitur: siue quia veteres gręci rebus magnis bu prępsuere.

¶ Buprestis vt inquit Ply. animal est Scarabeo longipedi simile venenatū est. Rarū in Italia fallit inter herbas bouem maxime. Vnde ⁊ nomē inuenit. Apud Iurisconsultū titulo ad legē Corneliā scribit. Si cui temere pigmentarii dederint pytiocampas aut buprestis quę ambo venenata sūt teneri pœna legis corneliæ de sicariis ⁊ veneficis. Est ⁊ buprestis herbę genus quā in laudibus ciborū habuere.

¶ Bura siue buris pars aratri posterior decuruata: q̄ fit in silitudinez caudę bouis q̄si bouis vra: q̄ bouis caudā significat q̄ manu bubulci tenet. Var. li. i. de re rusti. Et sępe fracta bura relinquūt vomeres in aruo Ver. li. i. Geor. Continua in syluis magna vi flexa domatur: In burim.

¶ Buris vrbs mediterranę achaię: de qua Ouid. li. xv. meta. Si quęras helicen: ⁊ burin achaidas vrbes.

¶ Burrhum qđ nunc dicimus ruffum: pari modo rubēs cibo ac potatione burrhus dicit qđ a gręcis πυρρον scribit. Hinc burrhe dicunt vestes ruffę. Sūt tamen qui byrrhum scribant.

¶ Burrhenica genus potionis Lacsapa missū a ruffo colore nomen dictū.

¶ Burrhanicū: genus vestis.

¶ Burdo dicit: qui ex equo ⁊ asino natus est.

¶ Burgundia Gallię prouincia celticę ducatus titulo insignis cū antea sub regibus fuerit a que burgundium burgundiones.

¶ Burcana insula: vt li. iiii. docet Ply. in oceano germanico: q̄ nunc fabaria a frugis similitudine sponte prouenientis: sic appellata.

¶ Busiris pe. pro. Neptuni ⁊ libyes filius: ⁊ deus lini appellatus. Oui. li. Hero. Si te vidisset cultu busiris in isto. Sta. tñ corripuit li. xii. the. Nō trucibus monstris busirim infandūq; dedisti. Huius genitiuus est busiris vel busiridis. Ver. Aut illaudati nescit busiridis aras. Hic rex fuit ęgypti qui cū susceptos hospites immolaret ab hercule interemptus est cū ⁊ eū occidere voluisset. Est ⁊ busiris nomē vrbis in ęgypto a busiride condita in qua fuit templū magnū Isidis quę quidē vrbs in ęgyptiis solis vrbs ab græcis vero thebæ dicitur. Hinc busirica prefectura.

¶ Busicon ficū mariscā dicūt quę magna erat.

¶ Bustū (si Seruio credit) vocat qñ exustū iam cadauer est. Qđ ⁊ Ver. sensisse videt cū inquit Semustaq; seruant busta. Liui. quoq; li. v. scribit locū fuisse iuxta æquimeliū noīe busta gallica qm̄ illic aceruatos cumulos suorū defunctorū ex pestilentia vsserant galli. Cic. vero li. ii. de legibus putat bustū appellari tumbam aut monumentū. Pœnaq; fuit Solonis lege constituta si quis bustū aut violasset aut deiecisset. Sue. in Cęs. posuit pro sepulchro. Iudęi qui etiā noctibus continuis bustū frequentarūt.

¶ Bustuarii gladiatores dicti sūt qui ante sepulchra in honorē defuncti digladiabant. Cic. in Pisonē. Si mihi cū illo bustuario gladiatore ⁊ tecū et cū collega tuo decertandū fuisset.

¶ Buteo ex accipitrū gñe auis est quā gręci a nume-

ro testiū triorchē vocāt ὄρχις apd̄ eos testicul⁹ dicit̄.
¶ Buti ubata veteres vsurpauerūt pro eo qđ nugatorium est ꝛ nullius valoris.
¶ Buthysiam magnū sacrificium appellauere qualis est hecatombe ꝛ immolatio magnarū hostiarū. Suet. in Nero. Gymnica inter buthysię apparatū barbam primā posuit. Gręci em̄ thysiā dicunt sacrificiū ꝛ pręponentes bu significāt magnū sacrificiū. Et Plutar. Buthytas appellat sacerdotes.
¶ Butyrum pe. cor. bouis caseus. βοῦς em̄ bouis τυρὸς caseus: qꝛ vt plurimū sicut inquit Ply. lib. xxviii. fit ex bubulo lacte. Quā aūt sit lactis natura tamen iam pinguior ꝛ crassior ꝛ solidior materia est: qđ aut frequenti agitatione: aut cōcussione assidua cohibet in se atqꝫ solidatur.
¶ Buxus vel bussus arbor exigua semp virens ꝛ tonsilis. Producit ex se viscum ꝛ semen seu granū qđ cartegon dicunt. Buxū vel bussum materia ipsa. i. lignū Nam in plerisqꝫ noibus arbores sunt fœmi. gnis: fructus vero ꝛ ligna neu. Verg. Dant arbuta syluę cruentaqꝫ myrta ꝛ cerea pruna volubile buxum. Ex buxo fiunt tibię multiforatiles: ꝛ pectines ad capillos explicandos: ꝛ pyxides ad vsus plurimos. Gręce πυξός quod π plęrunqꝫ in b conuertit̄. Unde buxoluz gręce pyxis idis. Hinc buxeus a. um. quod ex buxo est. Buxeta loca buxis consita. buxolus.

B ante Y

¶ Byzari et budici vulgo putant̄ imaginosi et qui a consuetudine cęterorū viuendi recesserunt. Hi apud gręcos byzeres ꝛ buzeres dicuntur.
¶ Byzeres ꝛ buzeres pe. pro. populi sunt. Val. Fla. Buzeresqꝫ vagi. Pomp. ꝛ Plyni. Buzeros appellāt. Ab his portus quidā in ponto appellabat̄ byzaricus
¶ Byrsa: coriū ac tergus. Ver. Mercatiqꝫ solū facti de noie byrsam Taurino q̄tum posset circūdare tergo. Quo noie etiā dicta est arx in media carthagine. A byrsa corio fit byrseus pro coriario.
¶ Byssus genus ligni subtilissimi. Item lana conchę adherens colore luteo ac perlucido. Ex hoc fiunt pręciosissimę vestes byssinę appellatę. Et byssinū eiusmodi color appellat̄: qui aliquando dicitur byssus hoc fit si coco tinctū tyrio tingatur.
¶ Byzantiū vrbs thracię quondā a Pausania sparta norū rege cōdita: a qua byzantę populi dicunt̄. Post ea a constantino in maius aucta gloriosissimi imperii sedes est totius caput oriētis. Est alia ciuitas i aphrica: quam quidā bizantiū appellant: ꝛ populi byzātas Martianus. Qui byzantiū incolūt in aphrica messes centesimo incremēto fœnerantur. Stra. byzaciū perc vnde byzacenus ager apud Solinū. Ptole. quoqꝫ regionē byzacitin. Stephanus byssacitas ꝛ byssacenos. Sudas τῷ βυζαντίῳ ἐπὶ σεβήρου τοῦ βασιλέως ῥωμαίων τετειχισμένῳ γεωργίᾳ τείχει πεποιημένῳ μυλιτικῷ καὶ τᾳλοιπα.

Sequitur de littera C.



C LITTERA MUTA est. Quę ante n sequente vocali in eadem syllaba ponit̄: sed profert̄ sub voce g ob cognationē litterarū: vt Cnid⁹. Cneus. Trāsit etiā per cōpositiones ꝛ deriuationes in g. vt quadringenti pro quadrincēti. In s vt parco parsi In x vt duco duxi: noceo noxa.

C ante A.

¶ Caballus equus. Sene. epist. lxxxvii. O q̄tū erat sęculi decus imperatorū triumphalem censoriumqꝫ super oīa: hoc est Catonē vno caballo esse contentū. Hinc caballinus a. um. Per. Nec fonte labra prolui caballino.
¶ Caballii populi sunt asiatici.
¶ Cacabus pen. cor. nomē a sono tractū: quem supra ignem positus facit: a nostris ꝛ olla in qua pulmētarium coquimus. Paul. Jurecon. Inter ahenū qđ supra focū pendet, ꝛ cacabū nō multū interest. Nā hoc pulmentariū coquit̄: in illo aqua ad potandū calefit: Apitius. Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo vt aqua ad tertiā deferueat. Antiqui em̄ calidā et frigidā in cœnis adhibuere
¶ Cacus (vt fabulę ferunt) Vulcani fili⁹ fuit: ore ignē euomens ꝛ in vasta spelunca habitās: vastus corpore prędę ac latrociniis semp intentus: cuius soror caca vocabatur. Quē hercules claua interfecit.
¶ Cacabo as. pen. cor. propriū est vocis perdicum. Ouid. Cacabat hinc perdix hinc glacitat improbus anser.
¶ Cacos latine modo malus: modo deformis: modo timidus dicitur. Et barbara est dictio: ait Theodorus Gaza lib. quinto Iliados.
¶ Cacia gręce κακία: quā latinus vertit in maliciam inquit Hiero. apud gręcos duo significat ꝛ maliciam et afflictionē seu angustias quā κακοσιν Gręci dicūt et hoc magis pro malicia transferri debuit. Cice. vitiositatē interpretari mauult q̄ maliciā cū vitiositas nomen sit generalius ad oīa vitia pertinens: malicia specialius. Apud veteres malicia τῶν μέσων: quasi sit ꝛ bona ꝛ mala: vt dolus bonus ꝛ malus. Unde apd̄ Plau. dr̄ cū laude. Ue ciuem summa omni malicia.
¶ Cacephaton vel potius cacophaton dici pōt mala locutio: vel mala consonantia. Cacon em̄ malum dr̄: phaton dictū. Fit aūt cū particulā m sequit̄ n: vt Numerum cū nauibus ęquat. Item cum sequens dictio duas habet syllabas duabus pręcedētibus similes vt O fortunatā natam me consule Romā. Huic contraria est Euphonia.
¶ Cacosyntheton mala seu deformis cōpositio συνθετὸν e compositū dr̄: vt apud Ver. Versaqꝫ iuuencum Terga fatigamus hasta.
¶ Cacoethes gnis neut. malus mos dictio tetrasyllaba κακὸν malum ἔθος mos. Nam ἔθος consuetudo. Vitiū curatu difficillimū cū vlcus quidē pressum est: sed quę circa sunt intendunt̄ ꝛ intumescunt (vt inquit Celsus) Ply. Caro vituli recentia vulnera nō patit̄ intumescere: fimum bubulū cū melle fœminū vituli cinis vlcera sordida q̄ cacoethe vocant lacte mulieris sanant. Iuuen. pro ambitione sumpsisse videtur: per translationē quę cū semel alo insederit nō facile amoueri potest. Tenet inquit insanabile multos scribendi cacoethes.
¶ Cacologus penultima cor. maledicus: cacologia

maledictio.

¶ Cacobasilea malum regnū: cacodæmon: infelix.

¶ Cacozelus ineptus imitator. pe. pro.

¶ Cacectia siue cacesia vel cacexia: species est phthisis quasi malus corporis habitus: quo alimenta corrumpuntur: qđ fit cū longo morbo vitiata corpora etiam si illo vacent refectionē tamen nō accipiunt. Tamen apud Aristotelem aliud significat.

¶ Cachinnus solutus risus: a sono risus fictū vocabulum. Iu. Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni. Persi. Ingeminat tremulos naso crispāte cachinnos. Hinc Sene. pręcipit vt risus sit sine cachinno: vox sine clamore. Apud antiquos nō de risu tantū dicitur: sed ⁊ de sono vehementiore Catul. Procedunt leuiterq́ sonant clangore cachinni.

¶ Cachinor aris. depo. ⁊ cachinno as. neu. pro immoderate rideo. Lucre. lib. iiii. Quā famulę multæ fugitant: furtimq́ cachinnant. Dicitur ⁊ de sono vehemētiore. Accius. Scęna sonando crepitu clangētes cachinnant. Venit th ex gręco καγχαζω.

¶ Caco cas. ventris onus depono excresco. Marti. Ventris onus misero nec te pudet excipis auro. Bassa bibis vitro: carius ergo cacas. Hinc cacaturio cacaturis.

¶ Cacaturio is. Mar. Cœnaturit nō cacaturit.

¶ Cacula pe. cor. militis seruus ἀπὸ τῶν καλῶν. id est a lignis. Erant em̄ caculę militū serui fustibus: clauisq́ ligneis armati ad tutelā dominorū. Plau. Video caculam militarem.

¶ Cacumē pe. pro. vertex summitas montis.

¶ Cacearia insula in ponto quā Pompo. lib. ii. Collisariam vocat.

¶ Cado is. cecidi casum significat ruo. Aug. sup Io. Qui nō intrat per ostiū in ouile ouiū sed ascēdit aliūde: veh misero mihi quia casurus sum Interdū cadere est euenire. Ci. lib. iii. offi. Nec pręter sapientē cadere in quenq́ potest. Interdū occidere ⁊ mori. Vergi. Cadit ⁊ ripheus iustissimus vnus. Et cadere dicunt illi qui leuati a summo ad inferiora labunt. Cadere a causa est aduersario in causam concedere: qđ olęriq́ faciunt: ne maiora incurrant damna qđ est litem perdere. Huius cōposita sunt Accido. Cōcido. Decido. Excido. Incido. intercido. occido. procido. recido. et succido: quę habent pe. cor. Deriuatiua sunt casa: caso as. ⁊ casito de quibus infra.

¶ Cadauer pe. pro. a cadēdo. Nā vt inquit Hier. Ab eo q̄ post mortē ceciderit cadauer dicit. Et ꝓprie de corporibus mortuis: q̄uis et de oppidis ad soluz deductis quandoq́ dicat. Ser. Sul. Cice. Tot oppidorū cadauera proiecta iacent. Hinc cadauerinus a. um. penul. pro. Aug. lib. ix. ciui. dei. Si tantis sacrificiorū cadauerinis nō contaminant nidoribus.

¶ Caducus a. um. pe. pro. nō solum memētaneū significat q̄ facile cadat: sed q̄ cadere faciat. Unde morbꝰ caducus q̄ facile cadat. Ply. lib. xvii. In drupis quoq́ quę maturescētes tunc sunt precipue caducę id rigulis magis euenit etiā si nō ceciderint fastidiendis. Quandoq́ caducus mortuus đr. Verg. lib. vii. Hinc multū fieri ad supos: belleq́ caduci Dardanidę. Unde ⁊ cadauera ⁊ caducū qđ sub aliqua conditione legatum est. Caduca hereditas đr cū heredes ceciderunt. Et caducarii qui huiusmodi hereditatē accipiunt. Iu. Legatū omne capis: necnō ⁊ dulce caducū. Caduca auspicia veneres dicebant cum aliquis in templo excidit: veluti de manu virgæ.

¶ Caducor eris. pręcipitor. Var. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.

¶ Cadulę guttæ q̄ de carne pingui cadūt dū assatur.

¶ Cadiuus a. um. pe. pro. qđ per se cecidit. Unde cadiua poma dicunt quę non sunt manu collecta sed sua sponte in terrā cecidere. Et cadiua folia q̄ per se ex arboribus cadunt. Ply. Colligi mala post æquinoctiuz autumnale cadiua separari stramentis storiis paleisve sterni.

¶ Cadus vas vinariū quo vinū condit inquit acron. Cuius prima corripit. Mar. In vaticanis cōdita musta cadis. Continet vrnas duas: vel vt aliqui volunt tres cū dimidia. Urna quadrantali ⁊ amphora. Primi in alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt: ⁊ gręcū est. καδος.

¶ Caduceus ⁊ caduceum: virga Mercurii erat qua pax significabat. Nā quia mercurius orationis deus est: ⁊ deorū nuncius (vt gentiliū more loquamur) merito a diis mittebat vt dissidentiū aios oratione sedaret. Hinc caduceatores dicunt legati pacē petētes a caduceo quē manu gestabāt. Cato. Caduceatori nemo nocet. Et caduceū ipsuz apollo inuenit: eoq́ Mercuriū donauit a quo ipse lyra donatus sit.

¶ Cadurcū tentoriū siue culcitra: qua merces tegūtur: a cadurcis gallię populis: vt inquit Plyni. apud quos lini pręstantia palmā obtinet in culcitris. Iuu. Institor hybernę tegetis: niueiq́ cadurci. Sunt qui putant esse institā quę supra lectū obtenditur: ⁊ tegit vndiq́ ⁊ cū corpus Christi: aut sancti alicuius viri ossa per vrbem comportant cadurco. i. supernę quod proles sustinēt operiūt. Iuue. Violato pœna caduco

¶ Cadiscus: vasculū quo suffragia colligunt gręce καδισκος diminutiuū a cadus.

¶ Cadmus nomē propriū phœnicū regis Agenoris filii: qui fuit tyrius a quo Cadmeus a. uz. Marti. Te cadmea tyrus Et thebę cadmeę dicunt a cadmo conditore. Prop. Cū tibi cadmeę dicunt pontice thebę. Ferunt cadmū. xvi. litteras e phœnice in gręciā detulisse α. β. γ. δ. ε. κ. ι. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His palemedē troiano bello. iiii. adiecisse. ξ. θ. φ. χ. Aiūt quoq́ Cadmum historiā inuenisse ⁊ primū prosaicā orationē instituisse. Apul. vero ascripsit pherecidi. Fertur item inuenisse auri metalla atq́ conflaturā. Est ⁊ cadmus mons qui Laodicæ imminet: ex quo Licus fluuius fluit. Noster autem Suidas ita scribit de cadmo καδμος ὁ μιλήσιος εὑρετὴς τῶν γραμμάτων ἐπιγράμματι ἐπώνυμος καδμος πανδίονος μιλήσιος ἱστορικὸς ὃς πρῶτος κατὰ τινὰς συγγραφὴν ἔγραψε καταλογάδην μικρῷ νεώτερος ὀρφέως. Et subdit ἀπεγράμματα πρῶτοι φοίνικες ἐφεῦρον.

¶ Cęa nomen insulæ maris ęgęi: a Cęo Titani filio sic dicta. De qua Ply. lib. iiii. Insulę Cęę quattuor ferme partibus q̄ ad bœotiā vergebant eodē mari deuoratis. Hanc Ptole. et vulgus nauticū etiam nomināt Hinc cęus a. um. Unde eresistratus e cęa insula cęus dictus est. Et vestis cęa quæ ab aliquibus coa dicitur Plynius libro quarto scribit ex cæa insula profectam delectationi fœminarū vestez: auctor est Varro. Est autem cæa vestis bombycina tenuissima derasis velleribus a paruis animantibus confecta ibi primū inuenta. Hanc prima texisse dicitur pamphile: siue vt Aristo. inquit pasiphile platis filia. De hoc etiam in dictione coos.

¶ Cęcias: ventus qui ita flare dr̄ ab Arist. nō vt nubes propellat: sed vt ad se vocet. Flat inter aquilonē et exortum ęquinoctialem.

¶ Cęcubū vinū sic dictū a cęcubis campanię populis apud quos nascit̄. Ply. lib. iiii. Setini ⁊ cęcubi obtenduntur agri. His iungunt̄ falerni caleni. Mar. Cęcuba fundanis generosa coquunt̄ amicie.

¶ Cęcus quasi oculis captus vel quasi oculis cōcisus vel oculis carens. Et cęcus dr̄ insidiosus: occulte malus: latens: tacitus: qui videri nō potest. Col. li. i. Ex quibus sępe contrahunt̄ cęci morbi quorū causas ne medici quidē perspicere queunt: Sic dicimus cęcam noctē in qua nō videmus. Ver. Cęca regens filo vestigia. Transfert̄ ⁊ ad aīm. Unde cęci dicunt̄ improuidi Hinc cęcitas tā animi q̄ corporis orbitas.

¶ Cęculus dimi. a cęco. Est ⁊ nomē propriū eius: qui pręneste condidit: a quo cęcilios ortos putant: quorū familia Romę nobilissima fuit.

¶ Cęcilia genus serpentis cęci. Col. lib. vii. Est ⁊ magnorū animaliū noxiū virus. Nā ⁊ vipera ⁊ cęcilia sępe cū in pascuo bos improuide supercubuerit lacessita onere morsum imprimit.

¶ Cęcutio is. parū video: ⁊ cęcutiēs quasi semicęcus Var. Utrum oculi mihi cęcutiunt: an ego vidi seruos in armis cōtra dn̄os. Hie. ad Pauli. Ut rarus sit qui nō in earum cęcutiat lectione.

¶ Cęculto as. obtusam aciem habeo ⁊ quasi cęco similis sum. Fest. Cęcultare est cęcos imitari. Cęcultant cęci similes sunt oculorū acie obtusa. Plau. Nū nam mihi oculis cęcultant: est ne hic noster Hermio.

¶ Cęcilius poeta dictus (vt inquit Fest. a cęculo prenestinę vrbis conditore: vel vt quidam aiunt a cęcutientibus oculis.

¶ Cęco as. cęcū facio. Cuius composita sunt excęco: qd̄ est valde seu pfecte cęco. Ply. vt cū lauat̄ si oculos attingat: excęcet. obcęco de quo infra.

¶ Cęcum vallū: in quo pręacuti pali affixi herbis vl̄ frondibus occulunt̄. Itē cęcū intestinū: qd̄ a dextra parte incipiēs in sinistriorē peruiū ⁊ longū est. Ideo q̄ dicitur cęcū quia id quo peruiū est lata fusum ac seminatū ab vtraq̄ parte huc atq̄ illuc volutū.

¶ Cęcinos amnis vocat̄ qui Reginū agrū a Locrēsi diuidit. Est ⁊ oppidū Italię haud procul a Sicilia cęcinum dictum.

¶ Cędes mors ferro aut alia vi illata pręsertim ab eo qui occidere aut ferire volebat Inde dicimus aliquē commisisse cędē. Huius dimi. est cędicula.

¶ Cędo is. cecidi pe. pro. cęsum verbū actiuū: cuius passiuū est cędor. Et est cędere flagellare. Ter. Verberibus te cęsum in pistrinū Daue dedam. Item excidere. Cic. Aut eius partes quasi membra quędā cędenda. Item percutere. Iuu. Ebrius ⁊ petulans qui nullū forte cecidit. Item Occidere. Ver. Cędunt̄ vigiles. Per translationē vero ponit̄ quandoq̄ pro immolare: vt apud eundē. Cędunt binas de more bidentes. Item pro Frangere. Cic. Cędere ianuā saxis: instare ferro. Huius cōposita sunt. Abcido: concido: circuncido: decido: excido: intercido: occido: pręcido: recido ⁊ succido: quorum penultima producitur. At cedo sine dipth. cessi pręteritū ⁊ supinū cessum facit: multaq̄ significat. Nā quādoq̄ cedere signifi. abire ⁊ locū victori dare. Cic. Cui quidē exercitus nři Imperatoresq̄ cesserunt. Quandoq̄ discedere euitareatq̄ subtrahere. Plau. Cedam⁹ inhdi. Lucil. Quādoq̄ pudor ex pectore cessit. Hinc cedere irę dicim⁹ dare locū irę ⁊ quasi ab ira discedere. Cedere bonis: discedere a bonis: ⁊ quicqd̄ nostrū erat tradere creditori. Cedere iure: discere a iure ⁊ ius qd̄ habebamus alteri tradere. Quod ⁊ de iure cedere dicimus: ⁊ cedere est in ius alicuius venire: vt cedunt mihi ea bona. id est in ius meū veniūt. Et cū actō mediāte in. Hier. sup Matth. Ita fiebat vt oblatio liberorū sub occasione templi ⁊ dei in sacerdotū lucra cederet. Rursus cedere ponitur pro dare. Ennii. Saluete optima corpora cedite manus vestras: measq̄ accipite. Pro concedere obsequi nō repugnare. Ver. Cedo equidē nec nate tibi comes ire recuso. Pro succedere seu in sortē contingere. Idem. Cesserit ausonio si fors victoria Turno. Pro incedere. Plau: in Aul. In hostē absolutus cedas. Inuenitur ⁊ cedo imperatiuū pro dic: ⁊ nō nunq̄ pro da. nec habet aliā personā nisi tantū cedite pluraliter: habetq̄ primā correptā. Ter. in Andria. Cedo cuiū puerū. Lactan. li. iii. Cedo igitur quid dixeris. Ci. in Cato. Cedo qui nostrā remp. tantam amisistis. i. dic. Ter. in Phor. posuit pro da. Quin tu mihi argentū cedo. Phor. Immo vero vxorē tu cedo Cedere diē inquit Ulpia. signifi. incipere deberi pecuniā sicut venire diem signifi. eū diē venisse quo pecunia peti possit. Huius verbi cōposita sunt abscedo accedo: pcedo: decedo: discedo: excedo: incedo: intercedo: pręcedo: pcedo: recedo: retrocedo: secedo: et succedo: quę habent penul. produ.

¶ Cędua sylua q̄ relinquit̄ vt ex ea ligna cędant̄.

¶ Cęsim aduerbiū signifi. cędendo sicut punctim pungendo. ⁊ cęsim dr̄ vno ictu. Col. lib. v. Maior autem pars operis in vineā ductim potius q̄ cęsim faciēda est. Hinc ductim signifi. cum mora.

¶ Cęlum instrumentū: quo vtuntur argentarii dū vasa sculpunt: vt est illud. Cęlo fabricata myronis. Et cœlū vocatur qd̄ alio modo dr̄ mundus: cuius circunflexu cuncta tegunt̄: ⁊ stellis splendet quasi quadam cęlatura: a cęlo sculpo: eo q̄ sit cęlatū hoc est syderibus sculptū siue signatū. Et sic cū ę diph. scribit̄ Amb. lib. hexa. Cęlum dr̄ quasi impressa stellarū lumina velut signa habeat tanq̄ cęlatū appellat̄: sicut argentum qd̄ signis eminētibus refulget cęlatū dicim⁹ Var. a cauo deriuat. κοιλον em̄ concauū dicunt: quia scȝ id necessario in sculptura exigit̄. Et sic cū œ diph. scribi debet. Quidā sine diph. scribunt a cęlando a cōtrario noīe q̄ apertū sit. Interdū cœlum sumitur pro aere. Ver. Maria ac terras cœlumq̄ profundū. Ply. lib. ii. Et hoc cœlum appellauere maiores quod alio noīe aera. Hinc grandines sunt ⁊ pruinę: hymbres: procellę: turbines ventorū: hoc regnū. supra lunā pura oīa ac diuturnę lucis plena. Aug. Huic sūt cœlo in quo sunt luminaria ita vicinus est aer: vt ⁊ ipse cœli nomē acceperit: nō solum sermone communi scd̄m quē dicimus serenū vel nubilū cœlū: sed etiā nostrarū ipsarū consuetudine scripturarū cū dicunt̄ volatilia cęli cū aues in hoc aere volare manifestū sit. Aristo. accipit cęlū pro octaua sphera: q̄nq̄ pro corpore quinto: q̄nq̄ pro toto vniuerso. Dicitur p̄terea cęlum palatū oris. Ply. Cerebrū viscerū excellentissimū est pximum cęlo capitis sine cruore sine sordibus.

¶ Cęleste qd̄ e cęlo est. Unde cęlestia numina ⁊ cęlestia auguria: q̄ a cęlo fiunt cū vel fulminat vel tonat.

¶ Cęlicus a. um. idem est qd̄ cęleste: vt regna cęlica.

¶ Cęlitus aduerbium signifi. e cęlo sicut diuinitus a

deo. Hierony. Tandem celitus inspiratus preclsam morsu linguā in osculantis se faciē expuit.

¶ Celites dii celestes. Aug. lib. de gramma. Celeste celetes: qui iter sibi faciunt ad celum.

¶ Celicola pen. cor. qui vel que celū habitat.

¶ Celebs gñis cōmunis: qui nunq̄ duxit vxorē: seu qui eā amisit. Dictus celebs (vt inquit Hiero.) q̄ celo dignā vitā agat qui coitu careat. Augu. Celebs qui nō habet vxorē. vel que nō habet maritū qualia sunt numina in celo: q̄ absq̄ coniuge sunt si agapetas non attendamus. Prisc. Celebs dr̄ quasi celestiū vitā ducens. Hi accipiunt celibes nō tam pro vxore carentibus q̄ pro castis ꝛ omni venere abstinentibus: Sed proprie dr̄ celebs qui vxorē nō habet etiā si concubinas habeat. Nā celebs ꝛ marit⁹ relatiua sunt. Quin. Nā clarus an obscurus magistratus an priuatus ciuis an pegrinus: liber an seruus: maritus an celebs: parens liberorū an orbus sit. Ci. lib. de legibus. Celibes esse phibento. Dicimus tñ torum celibē ꝛ vitam celibem actā in celibatu. Ouid. Que si nō fuerat celebs te vita deceret. Hinc celibatus tus. pro vita que agitur sine vxore. Martianus. Cōstituit Mercurius pellere celibatū. Hiero. ad tranquillū. Nihil prodest absq̄ operibus celibatus: ꝛ nuptie: cum etiaʒ fides si operā nō habuerit: mortua esse dicaf. Suet. Uerum amissa vxore lepida: duobusq̄ ex ea liberis mansit in celibatu.

¶ Celsus a celo. i. altus ꝛ sublimis a quo fiunt excelsus ꝛ precelsus in quibus ̄ppositiones habēt vim augendi. Excelsitas. Ci. Etenim magis est scd̄m naturaʒ excelsitas animi ꝛ magnitudo. Quidā tñ hoc nomen sine diphthongo scribunt.

¶ Celibaris hasta dicebaf: qua caput nubētis comebatur.

¶ Celius mons vrbis Rome ex septē a celio vibeno nobilissimo duce tusco dictus q̄ Romulo aduersus latinū regem cū auxiliaribus venerit inclyt⁹. Hunc montē Tul. Hosti. vrbi addidit: vbiq̄ ipse habitauit quo frequētius habitaref (vt inquit Liuius) In eo habitauit Ennius poeta. Fuit ꝛ Celius nomen patris saturni.

¶ Celo as. sculpo siue signo. A quo celata vasa dicuntur: que veteres ancesa vocabāt: q̄ circūcedendo fiant. Et celum ipsum quo celanf. Ply. lib. xxxiii. construxit hoc verbū instar eorū que pretiū signant. L. Crassus inquit orator duos scyphos mentoris artificis manu celatos sestertiis centū: cōfessus est tñ nūq̄ se his vti propter verecundiā ausum.

¶ Cello is. per duplex ll frango siue cedo: quo verbo nō vtimur: nisi in cōpositione. Eius cōposita sunt excello pro extollor ꝛ supero: antecello: precello: pcutio: euerto. Procello eiusdē significati: a quo procella. Recello reclinor humilis fio. Interdū etiā actiue ponif pro reclino. Uar. Alius tenerā abietē solus percellit.

¶ Celistomia dr̄ cū vox quasi in recessu oris auditur ϛομα em̄ os dicitur. Fit a celo oris: q̄uis ꝛ ab oris cōcauitate dici possit κοιλον em̄ concauū dicunt. Et sic per æ scribendū erit.

¶ Cementū a cedo is. vt quidā putant. Sunt em̄ cementa ois rudior materia qua edificia consurgūt: proprie cesi lapides apti ad edificandū exciso monte aliquo vel effosso. Fodinas quoq̄ rustici campanie cemētarias appellant. Liui. Nec erat difficile murū subruere q̄ cementa nō calce durata erant: sed interlita luto structure antique genere. Col. lib. ix. Sub porticibus quadrate hare cementis vel etiā laterculis extruuntur. Idem ibi. Modus sylue pro cuiusq̄ facultatibus occupaf: ac si lapidis et opere vilitas suadeat: haud dubie cementis ꝛ calce formatus circundatur murus. Aliqñ ponitur pro ipso opere. i. edificio: quod structo lapide erigitur. Ply. Pallidus lapis in cemēto raro vtilis. Licet em̄ cōtra iniurias fortis: ad structuram tñ infidelis est: nisi multa suffrenatione deuinctus. Hieron. in instrumento veteri posuit pro calce aqua sabuloq̄ fermentata cū alt. Habueruntq̄ lateres pro saxis ꝛ bitumen pro cemento.

¶ Cementarii dicunf cementorū: hoc est edificiorū qui ex lapidibus sunt structores: quos fabros murarios appellant. Hiero. ad Pauli. Agricole cementarii fabri metallorū lignorumq̄ cesores lanarii qui vilia opuscula fabricant. Hi de pretio totius operis faciundi si cū dño conuenerint: edificandūq̄ id cōduxerint redemptores vocitantur.

¶ Cementitius a. um. quod ex cemento est vt parietes cementitii.

¶ Cenos grece: latine nouus.

¶ Cene vrbs circa sinum laconicum. Tenaron ante vocata. Hinc cenites portus apud Plyn. lib. iiii. Et Ceneus Juppiter dictus est. Oui. Uictor ab echalia ceneo sacra parabat Uota Joui.

¶ Cepe gñis neu. ꝛ indeclinabile a capitis magnitudine dicitur. Unde ꝛ primā diph. vocalē accepit. Hieron. Impelle pelusioten vt edat cepe. Dicitur ꝛ cepa cepe. Oui. Cedenda est hortis eruta cepa meis. Inuenitur etiā scd̄m Pris. Cepitius ꝛ hoc cepitiū. Ceparū plura sunt genera: nobilissima ascalonia: ab oppido Judee. Nā vt refert Stra. lib. xvi. Ascalonensiū regio precipue fert cepas. Col. Pompeiā vel Ascaloniam cepā eligito ꝛ cōponito in fidelia. Optime sunt rotundissime: russe acriores q̄ candide: sicce q̄ virides. Cepa oculos mordet. Unde a grecis nomen impositum Cromyon quasi pupillā oculi comprimi cogeret: sicut scribit Arist. in proble. Unde lachrymosa dicitur a Columella.

¶ Cepula dimi. a cepa. Pal. hoc mense cepulas seris.

¶ Cepi p̄teritū a capio cū æ diph. scribif cū eius cōpositis. Accepi: concepi: recepi: precepi. Cœpi vero defectiuū cū œ a cœpio pro incipio formatur: qđ apđ antiquos in vsu erat. Ter. in Adel. Sex totis mensibus olfecissem: q̄ ille quicq̄ cœperet. Cato. Cœpiam seditiosa verba loqui. Nunc aūt p̄terito eius pro presenti vtimur cū suis deriuatis. Cœperam cœpissem: cœpero: cœpisse: cœptū ire. Et cœptū cœpi. Hoc est principiū. Ouid. Dii cœptis nā vos mutastis et illa Aspirate meis.

¶ Ceruleus color viridis cū nigro sicut mare qui greco verbo a latinis dr̄ Glaucus. Et Gelius sentit eundem esse cesium. Hunc Uenetū quoq̄ colorē ꝛ thalassicuʒ appellari ab eruditis inuenimus. Dictus ceruleus quasi celuleus a celi colore. Dicitur ꝛ cumatilis color qđ grece κυματα fluctus vocant. Alii a cera deducunt. De quo in dictione cera. Ceruleū arena est: cuius tria sunt genera egyptiū scythicū: ꝛ cypriū. Post ea probatū est atticū marmorosum ꝛ syricū siue pressum. Uide Ply. lib. xxxiii.

¶ Cera licet a greco nomen habeat. κηριον em̄ greci fauum dicunt: qđ absq̄ diph. scribif. tñ Apuleio teste consuetudo cōuertit κ in æ diph. Quidā etiā a careo deducunt: eo q̄ mellis perfusione careat. Unde etiaʒ

primā diph. vocalem assumpsisse dicitur. Est aūt cera que fit expressis fauis. Cera aliqñ pingere solebant: quapropter ⁊ tabellę ita pictę cerę vocabant̄. Ouid. Perlege dispositas generosa per atria ceras. E cera etiā fiebant pugillares in quibus scribere mos erat. Unde ⁊ pro epistolis: ⁊ pro pugillarib⁹ ponitur qñq;. Iuuena. Nonne libet medio ceras implere capaces. Quadriuio. Quandoq; pro cerata tabula. Unde di in prima cera: ⁊ in secunda cera ima cera: et extrema cera. Nā romani testamenta scribebant in tabulis ceratis. Suetonius in Cęsa. Quinti. Pedium ex quadrante heredem instituit: reliquos in ima cera. id est vltima parte tabulę testamentarię. Hinc syncerū et procerum.

¶ Cero as. cerā impono. Col. lib. vlti. Sexta quaq; oliuitate dolia cerare oportet. Huius compositū est Incero. Iuue. Genua incerare deorum.

¶ Ceratura ę. ipsa ceratio. Col. Uetera nō crediderā propter olei succū ceraturā pati.

¶ Cereus a. um. qđ ex cera est: vt imago cerea. Sumitur quandoq; pro molli ac facili. Hor. Cereus in vitium flecti monitoribus asper. Qñq; pro pingui. Accius. Pinguē turturē cereamq; ficedulam. a cerę videlicet colore. Quandoq; pro vncto. Mar. Cerea si pendet iubis ⁊ trita lacerna.

¶ Ceratū videtur esse sicut vulgo appellat̄: qđ vulneribus supponi solet. Hiero. ad Ctesiphontē. Deniq; vt omnē stultitiā meā diligentius recognoscas etiā stomachū meū post illud susceptū ceratū tuum te absente curaui. Constat ex rebus siccioribus: ⁊ igni appositum mollescit: sed appositū corpori durescit ⁊ pertinacius heret. Dictum a cera: quę fere oībus ceratis adhiberi solet. Quidā nō ceratū sed cerotum appellant a greco κεϱωτον.

¶ Cere foliū genus herbę. Palladius. Cere foliū locis frigidis seratur.

¶ Cereus cerei. funale. Mar. Hic tibi nocturnos prestabit cereus ignes. Huius diminutiuū est Cereolus Hiero. Magnū honorē prębēt huiusmodi homines beatissimis martyribus quos putant de vilissimis cereolis illustrandos.

¶ Cerulus a um. pe. cor. Catul. Cerula vertentes abiegnis equora palmis.

¶ Ceruleus. a. um. idē quod cereus. Prop. Ceruleus cucumis tumidoq; cucurbita ventre.

¶ Cerinus. a um. pe. pro. eiusdē est significantię.

¶ Cerosus. a um. quod habet admixtā ceram. Unde mel cerosum dicitur nondū depuratū. Plyni. Liquore veluti mellis cerosi.

¶ Certū vel ceris: gen⁹ quod faui similitudinem habeat. Ply. Ramorum fici teneri cauliculi cū melle ulceribus: quę ceria vocantur: illiniuntur.

¶ Ceroma atis et ceromatum a cera fit. Significat q; oleum cęnumq; quibus permixtis vngebantur athletę cum essent centauri. Inde Iuuen. Ceromatico collo dixit. Dicti m non q; ceroto simile sit: sed grecum est κηϱωμα τοσ. Significatq; apud grecos tabulam ceratā: in qua scribi esset solitū. Hęc inspersio haphe dicebatur. Mar. Et flauescit haphe. Nam ea inspersione perfusa obluctantium corpora quodammodo flauescebant lepras patiētibus similia. Fiebat ex oleo terraq;: nec ex omni terra: sed ex quibusdam ei⁹ generibus: quibus robustiora fieri corpora: et ad tolerandos ęstus: atq; algores firmiora arbitrabantur vt erat albida quędam terra pertenuis ex albano agro: ⁊ rubrica: ⁊ balanus puluis. Adhibebatur quippe oleum tū ad agilitatē pręstandā: vt corpora lubrica fierent: tum q; natura olei est tepefacere membra: et contra algores munire. Terra vero ad indurādos magnos artus: ⁊ aduersus ęstum firmandos adiungebatur. Sta. de Palęstritis. Post q̃ oleo gauisa cutis petit ęquor vterq; Procursu mediū atq; hasta vestit arena. Cum madidos artus alterno puluere siccant. Collaq; demersere humeris ⁊ brachia late Uasta tenent. Ponitur ⁊ pro loco in quo palęstritę vngebant̄. Plynius. Idem palęstras athletarū imaginibus: ⁊ ceromata sua exornant. Sunt ⁊ qui dicant etiā ceroma significare tabellam ceratā: in qua olim scribere consueuerunt.

¶ Cerete gñis neu. ciuitas Tuscię: quę Strabone teste Agylla dicebat̄. Declinat̄ ⁊ Ceres ceretis pe. cor. Uerg. Est ingens gelidū lucus prope ceretis amnē. Festus. Cere neutro gñe declinat: sic inquiens. Cerimoniarū causam alii ab oppido cere dictā existimat Nomē ab hoc patriū est hic ⁊ hęc ceres ceretis penultima producta. Uergilius libro. x. Qui cerete domo qui sūt mintonis in aruis. Potest etiā declinari scđ; Prisc. hic ⁊ hęc ceritis pe. cor. vel hic ⁊ hęc ceretis pe. producta.

¶ Cerimonię pe. cor. vel ab oppido cerete vel a carēdo, dictę sunt. Nā vrbe a Gallis capta cū vestales virgines simulachra deorū ex hostibus erepta traducerent in opidū cerete potissimū cōuenere vbi benigne fuerunt hospitio susceptę donec a gallis ciuitas per Camillū liberata fuit. In cuius beneficii memoriam Romani pręstiterūt. vt oīs diuinus cultus cerimonię a Cerete diceret̄. Liuius lib. v. scribit. L. Albinium de plebe vnū virgines: sacerdotes: sacraq; plaustro Cere inuexisse. Inde cerimoniis sit enatū nomen.

¶ Cesim aduerbiū significat per incisionē gladii: siue incidendo.

¶ Cesar cognomen Iuliorū est. Ille eñ qui primus Cesaris nomen adeptus est: ab eo dictus fertur: q; ceso matris vtero sit natus. Uel ab Elephanto in pugna occiso. qui lingua maurorū Cesar appellat̄. Uel q; oculis cesiis. hoc est glaucis fuerit. Uel a cesarie: cū qua natus proditur. Plynius lib. vii. scribit Scipionem Aphricanū primum fuisse dictuz Cesarem: a ceso matris vtero. Qua de causa ⁊ Cesones appellati. Iulius aūt Cesar a quo familia Cesarū postea prorogata est nō est natus ceso vtero materno: qui matrem Aureliam habuit: quā amisit cū in gallia bellum gereret. Cuius etiā pater Cesar est nuncupatus: qui pretura functus Pisis obiit. Rarum facinus scribit de Cesare Dion. Historicus grecus: cuius verba greca subieci. τον δε δακτυλιον του πουπηιου εσ την ϱωμην αφελομενοσ επευψε ιμαπισευσ ειαν αυτου την αμαεϱεσιν αυτοσ δε ενεχϱονισε τω αιγυπτω δια τουσ κλεοπατϱασ εϱωτασ ην γαϱ καισαϱ εϱωτικωτατοσ και πλειστοισ και αλλαισ οσαισ πουπϱιτυχοι συνεγινετο κλεοπατϱα δε και πεϱικαδεσα τη γυμαικων εγενετο και τεφϱεγμα αξιοτατον ειχε.

¶ Cesarea vrbs palęstinę in littore maris magni: quę turris stratonis vocabat̄: sed postea ab Herode in honore Cesaris nobilius ędificata cesarea est appellata in qua idē Herodes in honore Cesaris magnificam domū albo marmore cōstruxit: vbi nepos ei⁹ herodes ab angelo pcussus eo q; nō dedisset honorē deo

consumptus a vermibus expirauit. In hac Cornelius centurio a Petro baptizatus est. Altera philippi a philippo Herodis filio in honorē Cæsaris ad radices montis libani ædificata: vbi duo fontes Ior .s. et dan oriuntur. Tertia cappadocię. Iose. Moga primum dicebat: quę postea cappadocia nunc aūt cęsarea a Cęsare. Quarta mauritanię.

¶ Cęsaraugustana vrbs hispaniæ taraconensis: de qua habetur in gestis diui Uincentii.

¶ Cęsareus a.um. et cęsarianus a.um. vt milites cęsariani

¶ Cęsaries coma a crebra cęsione. Ideo q̧ proprie virorū est. Unde cęsariati comati dicunt. Plau. in mili. Cęsariatus miles.

¶ Cęsanna vrbs flaminię prouincię a cędendo: q̧ exiguo amne cęsa .i. diuisa sit. Uel q̧ ager eius duobus fluminibus Sapi ⁊ Rubicone sit diuisus. Hinc cęsennates dicti sunt cęsennā habitātes: ⁊ cæsennetia vina quę inter generosa numerabantur.

¶ Cęsa gallicū telū. Uar. Qui gladiis cincti sine scutis cū binis cęsis essent. Hęc ⁊ gesa dicunt gallica lingua. Unde ⁊ viros fortes galli gesos vocant. Uer. li. viii. Alpina coruscant gesa manu: ⁊ cęsa particulę orationis quę gręci cōmata vocant: differuntq̧ a membris quę gręci dicunt. Cola. Membrū eīm est pars orationis ex pluribus verbis absolute aliquid significās Hoc modo. Et si vereor iudices ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientē timere. Cęsum autem pars orationis est nondū ex duobus aut ex pluribus verbis quicq̄ absolute significans. Hoc modo. Et si vereor iudices ne turpe sit. Aliquādo tamen cæsa oratio dicitur cum nō efficiuntur membra ex connexione verborum sed singula verba aliquid significantia proferuntur hoc modo Quis est iste Gellius ? armiger Catilinę stipator tui corporis concitator tabernariorum: latrator fori. Eadem incisa dicūtur: de hoc etiam in comma.

¶ Cęsura proprie incisura. Ply. lib. xvii. Ante calēdas martias crescit ad brumā vsq̧ desinitq̧ cū durescere incipit. hoc signū q̧ tēpestiuā habet cęsurā. Et cęsura a cadēda voce: quę diffinitur q̧ sit decora terminatio vocum in medio versuum notata. hęc quadrifariā diuiditur. Alia pentimemeris dicit̄ siue semiquinaria. alia heptimemeris siue semiseptenaria. Tertia trochaica. Quarta bucolica. Pentimemeris est quū post duos primos pedes superans syllaba inuenit̄ quę dictionē terminet: vt Arma virumq̧ cano: et Italiam fato. Habet eīm ex quinq̧ dimidiū. Heptimemeris ē cū post tres pedes similiter syllaba inuenitur: vt Arma virumq̧ cano troię. Continet eīm septenarii medietatē. Trochaica est cū post duos pedes trocheus partē orationis perficit. vt nil nostri miserere Bucolica. Cum post quattuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens: vt inuertitur trocheus partem orationis terminans: vt oīa vincit amor ⁊ nos cedamus amori.

¶ Cęstrū instrumentū quo cauat̄ ebur. Alii putāt esse genus teli persico bello inuenti. Iul. Pol. pro stimulo siue stilo accipit cęstrū. Pręterea Sphyrenā piscem attici cęstrā vocant latine Sudim appellatā: quia rostratus sit ⁊ similis belonę Habetur ⁊ herba cęstron pro betonica ceu a varietate remediorū ⁊ efficacia nomine imposito Sed ⁊ mugil piscis ideo cestreus videtur a gręcis appellatus q̄r teli modo publica atheniēsium pœna intret adulteros. Utcunq̧ hoc genus missilis qđ gręci cestron vocant nostri Uiriculum. Nā et tenebram vulgo ita dicimus: Sed hoc nomen sine diphthongo scribitur.

¶ Cęsuratim significat succincte breuiter per cęsurę commata: Sido. Claudiano. Tota illo dicto sic cęsuratim succincta q̄ profluens.

¶ Cęsuratū vas appellat̄ cęsim orificiatū.

¶ Casia per simplex s. frutex est amplitudine cubitorum triū: suauissimi odoris & virtutis cynamomi. Hier. appellat herbam cum in canticis inquit. Casia quoq₃ qm̄ id genus herbę aquis indesinentibus nutriri dicit̃ & coalescere redēptionē humani generis p aquas baptismi indicat datam. qui vt Ply. li. xii. scribit iuxta Cynami campos in ęthiopia: sed in montibus crassior sarmento tenui cute verius q̄ cortice nascitur. Sunt tn̄ qui dicūt casiam esse nomē herbę atq₃ arboris sicut balsamus herba & arbor balsami. Virg. Tū casia atq₃ aliis interens suauib⁹ herbis. Hęc alio nomine dicitur fistula vt auctor est Hiero. in explanatione ps. Eructauit vocales in laudes dei & omnes pituitas & rheumata voluptatū suo colore excoquēs

¶ Caseus a coeundo vel vt inquit Var. a lacte coacto dicitur. Nam fit lacte coagulato hędino in primis vitulorumve coagulo.

¶ Casses rętia sunt: ꝙ vacuas habeant maculas. Vñ & cassum p inanī & vacuo: & incassum pro frustra quasi absq₃ cassibus sine quibus venatio est inanis: tractū ab aranearū cassibus ꝙ sint leues & nullius ponderis Sunt etiam casses galeę ꝙ vacua sint ad capita recipienda. Sed differunt genere: & diuersum habent genitiuum. Cū em̄ significat laqueum vel ręte est gene; mas. & habet genitiuū ntō similē: vt cassis is. Ouidi⁹. Incidet in casses pręda petita meos. Pro galea foe. gene. est & cassidis genitiuū facit. Iuue. Lorica & fracta de casside buccula pendēs.

¶ Cassida ę. idem quod galea. Prop. Aurea cui post q̄ nudauit cassida frontem.

¶ Cassiculus dimi. a cassis pro ręte: Hier. Nequaq₃ araneарū mihi opponas cassiculos. Dicitur & cassiculum neutro genere. Festus. Cassiculū ręticulū a cassibus per diminutionem dictum.

¶ Cassita penū prod. auis quā alij alaudā: alij galericum dicunt.

¶ Cassiteros pe. cor. latine stannū: vel plumbū dicit̃. Inde Cassiterides insulę decē in Indico oceano. vñ plumbum cādidum effoditur. Ply. lib. iiii. Ex aduerso celtiberię ꝯplures sunt insulę cassiterides dictae a gręcis a fertilitate plumbi.

¶ Cassiope siue cassiopea Cephei regis Aethiopum vxor & Andromedes mater quę cū nereidib⁹ de pulchritudine certauit. Pro quo facto in sydera ꝯstituta fertur. Est autē sydus ita figuratum: vt in sella sedeat. Constat stellis. xxx. occidens cum scorpione capite cuꝫ sedili resupina ferri prospicitur. Exoriri autem cum sagittario.

¶ Caspiū mare dicit̃ qđ inter caspios montes est a q̄bus nomen accepit. Et hyrcanos & immensum occupat spatium. Caspię portae varię dicuntur. Quidam amazonas portas caspiis egressas ad Alexandrū venisse in hyrcaniam ꝓdidere. Sed illę caucasię fuerūt per quas transitus est ex hyberia in scythiam. Neronis quoq₃ principis ꝯminatio ad caspias portas vt inquit Ply. Verum mons taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdā transitur in Armeniaꝫ in ciliciam & in mediā. Sed illę tm̄ caspię portę appellant̃ q̄ apud Medos existunt: sicut ex Ptole. Plyn. et Strabone licet intelligere: p has trāsitus est ex Babylone ac perside ad mare caspium. Et hinc fortasse caspię dictę sunt: ꝙ aliquę gentes vicinis insidēt mōtibus appellatę caspię. Iuga vero caspia ꝓcul hic absunt: & ad Armenios vlterioresq₃ populos pertinent Portę aūt caspię vt Solinus inquit pandunt̃ itinere

in anufacto millibus octo passuū longo. Nā latitudo vix ex plaustro permeabilis.

¶ Castalius fons caballinus ⁊ libethris dicit̄. Est in radicibus parnasi: musis sacer: a virgine Castalia: q̄ Apollinē fugitans p̄cipitata ⁊ in fontē versa est: cui⁹ aquā dicunt̄ bibere poetę. Hūc fontē dicit acron fuisse in Lycia: vbi armenta Apollo fertur pauisse.

¶ Casteria significat locū vbi cum nauigatio ꝯquiescit remi ⁊ gubernacula reponunt̄. Plau. Quin si pol reposui remū sola ego in casteria vbi quiesco omis familiæ causa ꝯstitit tibi.

¶ Castrū numero singulari: locus est muris munit⁹: dictum a casa: ꝙ sit ꝯiunctio quędam casarum.

¶ Castra plurali numero appellātur exercitus cū in procinctu pergunt: aut incerto quodlibꝫ loci itinere demorant̄. Similiter locus in quo milites tētoria fixerūt: vel ipa tētoria in quib⁹ milites diuersant̄. Vñ ⁊ de nauib⁹ Virg. dixit. Nos castra mouem⁹: q̄m in illis milites essent. Dicta castra quasi casta ⁊ castrata: ꝙ ibi castret̄ libido. Inde enim mulieres abesse iubebat militaris disciplina. Vel a castri similitudine: ꝙ fossa valloq̄ quasi muro circūdari solent.

¶ Castrametor pe. cor. castra loco vulgo a cāpare d̄r

¶ Castellū paruus vicus muris circūdatus dimi. a castro. Et castellū d̄r receptaculū illud qđ aquā publicā suscipit. ex quo fluit aqua fistulis. Frontin⁹. Omne plumbū ⁊ oēs impensæ ad aqueductus ⁊ castella ⁊ lacus pertinentes inde erogantur.

¶ Castellani dicti qui castel' uꝫ habitant: sicut ab oppido oppidani: ⁊ a vico vicini.

¶ Castellatim aduerbiū: quasi turmatim per castella disiecti. Li. li. vij. Ut hostes et nocturno pauore attonitos ⁊ circa collē castellatiꝫ dissipatos aggrederet̄.

¶ Castrare ꝓprie est virilia amputare. Iuue. Nullus ephebū deformē sæua castrauit in arce tyrānus. Licet ⁊ de quacūq̄ trūcatione siue priuatione q̄q̄ dicatur. Pacu. Ut esset aliquis qui linguā eius castraret. Quidā castratos spadones ⁊ eunuchos ita distingūt vt castrati sint quib⁹ testes naturaliter desunt. Spadones quibus violenter detracta est virilitas. Eunuchi a dñis castrent̄ vt diuti⁹ eis abutant̄: inde nomē ευνη και εχω αλλα σπαω euello: inde spadones. Ulp. tamen spadonū nomine omne genus euiratorum cōprehendi scribit.

¶ Castrensis ⁊ hoc castrense qđ ad castra pertinet. Vñ castrenses vigiliæ ⁊ castrense peculiū est qđ a parentib⁹ vel cognatis in militia agenti donatū est vel qđ ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: qđ nisi militaret nō acquisiturus fuisset. Et quasi castrēsia bona dicunt̄ q̄ licet in militia filiofamilias nō acquirūt̄: ita tamen fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuisset vt sunt ea quę ex officijs acquiruntur.

¶ Castigo as. pe. p. ꝓprie verbis rep̄hēdo: quasi casti. i. honestū ago. Virg. Hic grauis entellū dictis castigat acestes. Añq̄ castigare est vindicare / punire. Idē lib. vi. Castigatq̄ dolos: subigitq̄ fateri. Hinc castigatum dicimus correctum emendatūq̄.

¶ Castitas ⁊ pudicitia paria putant̄: cū sit pudicitia ab iniuria turpium libidinuꝫ libera. Castitas ab his ꝯtingi est remota. Virgilius. li. ij. geor. Casta pudicitiā seruat dom⁹. Castū d̄r imaculatū quasi castratū Nā castrare est pudenda āputare. Qui vero sine pudendis est: necessario castus est. Per trāslationē castus capitur ꝓ honesto ⁊ ꝯtinenti: vt sit castus quasi vacuus. Plau. in penu. Ut deceat nos esse a culpa castas. Unde dicimus vxorē castā: ⁊ castum cantum: in quo nihil est lasciui. Et castā manuꝫ quę se ab alienis ꝯtinet. Item pro pio ⁊ religioso. Virg. Quiq̄ sacerdotes casti dum vita maneret.

¶ Castor aïal: latine fiber pontic⁹: cuius testiculos medici castoreū vocant. Hic ꝯprensa pte nō anteq̄ cōcrepuerint ossa morsu resoluit. Castor ⁊ Pollux fratres quos Tindaridas vocant: sicut ⁊ Helena eorum soror Tindaris nūcupata græce discuri appellātur. Hi post mortē inter notissima sydera ꝯstituti fuere. Quod plane signū gemini dicitur: ⁊ gentibus ꝓ dijs habiti sunt. Unde Romæ in foro erat ędes castoris ⁊ pollucis: quoniā sicut Dion. li. vi. antiquitatū scribit in pugna ad lacum regillum apparuerunt forma augustiore ducentes equitatum romanum aduersus latinos qui hastis feriebant propellabantq̄ aduersarios: socios vero cohortabantur. Quę potissima causa fuit vt latini fugarentur ⁊ castra caperentur. Idē Mox visi sunt sudorem equoruꝫ abluentes iuxta fontem miturnæ. Deinde ꝯspectu mortalium se subduxerūt. Castor quoq̄ ⁊ mecastor ⁊ per e castor. aduerbia iurandi: quasi per ędem castoris.

¶ Castula palliolū quo puellę nudæ infra papillas p̄cingebātur. Var. Castulā mulier sumpserat ꝓ succula. Hæc ⁊ perizomū ⁊ pręcinctoriū appellatur.

¶ Casus mō fortuna est vt Boe. li. v. de ꝯso. Mō inopinatus euentus. Sene. Multa em̄ casu poti⁹ q̄ ratione eueniūt. Modo ruina. Curti⁹. Inopinato rhedę casu opp̄ssus. Mō calamitas ⁊ infortuniū. Virgil. Sed si tātus amor casus cognoscere nostros. ⁊ breuiter troię sup̄mū audire laborē. Et casus dñr vocabulorum formæ: q̄ in aliā atq̄ aliā cadunt effigiem. Et casum veteres antiquū vocabant quasi iam cadentem.

¶ Casos insula iuxta mare carpathiū ambitu octoginta stadiorum: in qua est oppidum eiusdem nōis.

¶ Casura ę. casus seu cadēdi actus. Hier. Ante mentis nr̄æ oculos semp euāgelicū illud appareat stolidissimi viri: q̄ ædificiū qđ sūmope fecerat ingruētib⁹ fluminib⁹: flātib⁹ ventis ⁊ imbrib⁹ inundationib⁹ pluuiarū totū amisit in casura. qđ erat ędificatū i sabulo.

¶ Cata præpositio greca in ꝯpositione significat in: aduersus: de: dis. ex. circum. vndiq̄. sub. iuxta. per / secundum. Catha vero cū expiratione veluti sicut tanq̄ ⁊ quēadmodum.

¶ Catabasis inferior solis meatus / descensus.

¶ Catabathynon dici potest demersum cauū ⁊ ꝓfundum: ex κατα και βαθυνον profundum.

¶ Catabathmus: oppidū in aphrica: ⁊ vallis repente ꝯuexa vt scribit Ply. Pōponius catabathmos vallis deuexa in ægyptū finit africam απο του καταβαινειν. Et significat catabathmus locum decliueꝫ atq̄ deuexum.

¶ Cataclysmus diluuiū ⁊ inundatio d̄r. Hier. ꝯtra. Iouin. Primus Lamech sanguinarius ⁊ homicida vnā carnē in duas diuisit vxores. Fratricidiū ⁊ digamiā eādem cataclysmi deleuit poena.

¶ Catachlysis effusio caligis ⁊ tenebrarū. nā caligo a græcis αχλυ et αχλυσ dicit̄ καταχλυσισ.

¶ Cataclytū locus ꝯcauus ab aqua cadente απο κατα και κλυζομαι. Ambr. lib. hexa. Nilus fluuiorū maximus eo loci vbi se ex altissimis montib⁹ in cataclysta illa pręcipitat magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruit.

¶ Catachresis pen. p. tropus quā nos abusionē vel vsurpationē dicimus: cū alienis abutimur perinde ac ppriis cū propria deficiūt: vt facies simillima lauro. Naz facies hominis est. ex κατα χρησισ dicitur vsus catachresticus abusiuus.
¶ Catachesis instructio.
¶ Catechizo as. instruo/doceo/erudio: vt ē apd apostolū. Cōmunicet aūt is q catechizat ei q se catechizat
¶ Catecuminus instructus seu audiens di.
¶ Catacrisis ɔdemnatio vel diiudicatio. κρισισ em iudicium.
¶ Catadromus pe. cor. latine decursoriū. καταδρομεω em decurro. Sue. in Nero. Notissim⁹ eques ro. elephanto supsedens per catadromū decurrit.
¶ Categoria κατηγορειασ accusatio pdicamentū κατηγορεω accuso. pdico. κατηγοροσ accusator. Vn categorię siue categoremata Aristotelis .i. pdicamēta. Et ppositionū quędā a dialecticis categoricę nominātur. quas pdicatorias latine dicere possumus. Sunt aūt decē pdicamenta: circa q versari videt ois qstio. ουσια .i. essentia: qualitas: quātitas: ad aliquid agere: pati: vbi: quādo: situs: habere. Appellatas vero categorias ɔstare: vt indt Aug. in dialo. ppterea q nō possunt nisi a subiectis agnosci. Quis em qd sit homo possit agnoscere: nisi sibi hoiez ponat ante oculos quasi subiectū homini?
¶ Catagrapha q vocāt pictores mō excurta appellant a breuitate imaginū quas ita repsentari cū sunt obliquę postulat ratio. Hęc ꝛ cataglypha dicuntur.
¶ Catalepsis occupatio/dephensio. Catalexis terminatio. Catalysis dissolutio. Catalyma matis. refectio diuersorium.
¶ Catalogus pe. cor. sermo vel scriptura q numeruz vel ordinē designat. Hier. ad Oceanū. Ubi catalog⁹ describit oim mansionū: etiā de lectis.
¶ Catalecticū metrū dicit cui vna tm deest syllaba: vt apud Hor. Mea renidet in domo lacunar. Est em senariū iambicū vna syllaba minus. Acatalecticū di qd legitimo fine claudit: vt Nec fonte labra prolui caballino. Est em senariū iambicū perfectum.
¶ Catamithus cū i. latino pducto: puer meritorius quo quis abutitur. μισθον gręci mercedez dicūt quasi κατα μισθον .i. pro pretio.
¶ Catholicus dici pōt vniuersalis quasi circa omia verset. fit em ex cata et holon: id quippe totū dicunt.
¶ Cataphrattus: vndiq munitus: ex κατα vndiq ꝛ φραττοσ munitus αφραττω quod est munio. Ser. in. xi. li. ęne. Cataphratti equites q ꝛ ferro muniti sūt et equos similiter munitos hnt. Sal. Et sequebātur equites cataphratti. Est etiā cattaphratta lorica siue thorax militaris. Vn Vege. scribit exercitū romanū pedestrē cataphrattis et galeis fuisse munitū. Et Liui. li. xxxvij. pedites loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarii q cataphrattis muniti sunt. Lāpridi. de Alexan. Cataphrattarios quos illi clibanarios vocant decem millia in bello interemim⁹. Cataphrattę aūt naues p tectis nauibus accipiuntur
¶ Catapulta iaculū celere vel sagitta. Plau. in Cur. Atq ita te neruo torquebo vt catapultę solent.
¶ Cataplasma atis. emplastruz siue malagma: quod ɔstat ex floribus: eorūq surculis ꝛ axungia.
¶ Cataploos gręce. latine nauigatio.
¶ Cataphrigę heretici qui in phrygia fuerūt: vt mōtanus priscilla ꝛ Maximilla. Hi aduentū spūssancti: non in apostolis: sed in se traditum asserunt.
¶ Catapotia pilulę dicūt: απο του καταπινειν qd ē deuorare vel bibere proprie: qm neq estur neq lingitur id genus: sed deuoratur: vel q καταποτησ λεγεται λαρυγξ λαρυγγοσ.
¶ Cataractas qdaz cœli fenestras: qdaz nubes: qdā subterraneas specus interptantur. Alij a descēdēdo pro pēdulis portis sumūt: ex ligno ferrove q demitti ac tolli possunt. Liui. Pendulas ꝛ recidentes portas cataractas. idē. Porta cataracta deiecta clausa erat Eā partim funib⁹ subducūt in tm altitudinis vt subire recte possent. Dictę cataractę q ex alio defluere videantur. Gręci em καταρειν defluere dicunt. Vn cataractę etiā dicunt e terra exeuntes aquę ꝛ ita ex alto defluentes: ꝛ ruere potius q defluere videantur: quales esse in ægypto nili cataractas legim⁹. Ita loca ipsa e quibus exeunt cataractę dicuntur. Unde in maximis imbribus apertas esse cœli cataractas dicere solemus. Dicitur ꝛ hic cataractes: quo noie etiam dictus est fluuius quidam. Stra. Post olbiam pāphyliæ cataractes est fluui⁹ magno strepitu ex alta rupe deiectus. Unde ꝛ nomen.
¶ Catarrhus latine fluxio seu distillatio. Differt a coryza ꝛ brancho. Coryza dicit cū pituita nares tātū obsidet grauedo latine dicta. Catarrhus vero cū fauces palatūq. At branchos cū ꝛ guttur ꝛ arteria corripitur: ob id ꝛ artericū qnq id vitiū appellant. Oia hęc tn Hippocrates coryzas vocabat: nostri distillationes quia gręce catastagmi nominātur in ɔmune. Dictus est autē catarrhus α καταρρεω fluo/ distillo. ex κατα και ρεω fluo.
¶ Catarytus pe. cor. latine irriguus ex κατα scdm ꝛ ρυαξ riuus: quasi iuxta riuos. Plyn. lib. v. Hypponē oppidū aphricę catarytū a gręcis dictū pter aquarum irrigua.
¶ Catascop⁹ latie speculator. est em σκοπειν speculari
¶ Catascopiū genus nauigij exploratorij q circūquaq speculetur.
¶ Catastrophe latine subuersio volumen.
¶ Catastroma p. p. nauis pte seu pauimtū significat
¶ Catorthoma pe. p. gręci κατορθωμα opus virtutis rectū. Ambr. lib. pri. offi. Hoc est perfectū officiū quod catorthoma gręci dixerunt. κατα circū quaq ορθων rectum. Cice. lib. pri. offi. recte factum interptatur. Catorthosis recta effectio. Catorthoo egregie cum virtute aliquid facio.
¶ Catatyposis dicit secūdū figurā: qd fit cū aliquid iuxta alterius formā describit: vt apud Virg. lib. iiii. Omnia Mercurio similis vocēq coloremq.
¶ Catasta locus erat vbi venales serui exponebant a καθισω verbo gręco qd significat expono. Tibul. Nota loquor regnū ipse tenet quem sepe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Est ꝛ catasta machina lignea qua serui vincti tenebantur. Ply. Tandē in catasta videre grisogonū syllę. Hanc ꝛ longam ꝛ magnam compedem vocant.
¶ Cathartica dicūtur purgatoria. a καθαρω purgo.
¶ Cathedra dicit subselliuz: απο του κατα: και τησ εδρασ εδρα sedes est seu sella. Et scribitur cū h. quia hedra incipit ab h. abiecta a. vt fit in Methodus: ephebus ꝛ multis alijs.
¶ Catexochen: significat per excellentiam.
¶ Caterua pprie gallor legio: sicut phalanx Macedonū q certo numero ɔstat. Nā auctore Vege. i cater

ua erāt sena militū millia. Plærūq̄ tñ ꝓ multitudine sumit. Cateruatim aduerbiū significat ꝑ varias cateruas. Cateruarij cateruatim ꝯglobati. Sueto. in Aug. Sed ⁊ cateruarios oppidanos inter āgustias vicoꝝ pugnātes temere. Sciendū est ꝙ oīa fere aduerbia in tim. finita: significant sicut de cateruatim dictū est: vt turmatim ꝑ diuersas turmas / vicatim: oppidatim / manipulatim / regionatim / gregatim. domesticatim / municipatim / ꝓuinciatim: ⁊ sic de singulis. Sunt tñ aliqua q̄ nihil ab alijs differūt: vt priuatim nihil differt a priuate: nec sepatim a sepate: nec ꝓperatim a ꝓperāter: nec raptim a festinanter: nec affatim ab abundēter: nec vbertim a copiose.

¶ Catena dicta est ꝙ se capiēdo teneat: q̄ in ea anulus anulū capit. Quidā hoc nomē a cane deduci putant: ⁊ ꝓprie dici qua venatici canes vincti tenentur sed largius sumitur. Sene. ad Lucil. Una est catena quæ nos alligatos tenet amor vitæ.

¶ Catillus pars supior molæ: sicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuū est a catinus.

¶ Catillones: qui catillos liguriunt: ⁊ pro gulosis accipi solent.

¶ Catinus qđ ⁊ catinū đr pe. ꝓ. vas in mensa escaria vbi pultē aut virulenti quid ponebāt a capiendo appellarunt. Var. scribit siculos vas: in quo ponebant esculenta catinon appellare. A catinus fit diminutiuū catillus. A catinū catillū ⁊ catinolium.

¶ Catina pe. cor. vrbs Siciliæ. Silius li. xiiij. Tū catinæ nimiū ardenti vicina typhœo. Stra. tñ Diodo. et Ptol. nō catinā sed catanā scribunt. Unde catanæus charundas qui leges athēniensibꝰ dedit απο του κατω και αρω dicitur: quia cū ignes ex ætna erumpant superiora ima fiunt

¶ Cathimea terra q̄ in æs ꝯuertit̃ vt fiat aurichalcū:

¶ Cato quasi sapiēs ⁊ cautus. Cautū eñ sabini acutū dicūt. Et cata dicta accipienda sunt acute dicta vt auctor est Var. Porphirio tñ horatianꝰ interpres catū exponit ꝓ experto ⁊ docto cū ait Hora. Post hec ille catus q̄tūuis rusticus ibit. Et Plyn. Catos a sapiētia dictos intelligi vult sicut corculos. Hor. Catꝰ decorę more palestrę. Ci. Sed hō catus nūq̄ terminat: magnitudis nec diuturnitatis modū. Duo aūt fuere Catones celebratissimi: senior videlʒ: q̄ ⁊ porciꝰ ⁊ cēsorius dictus est. alter vticensis q̄ seipm̄ vticę interfecit: ne in Cęsaris manus viuus veniret. Hic viua virtutū imago vocat̃ a Sene. ⁊ exēplar viri sapiētis. de quo Quintil. Hic inquit nisi credit̃ fuisse sapiēs vix scio cui reliq̄rit huiꝰ nois locū. De quo cēsorio Sen. ad Lucil. M. Cato cēsorius quē tā necessariū reipu. fuit nasci q̄ Scipionē. Alter eñ cū hostibꝰ nr̄is bellū: alter cū moribus gessit Dion. Historicus grecus. την τε γ'ρωσ εκων δη τεσων περιελαβε και κατεφιλησε και ασαβονσ ασει περεχωσε αφρικη ειχων δε αυτην το τε κατων και σκηπιων και τον ιοβαν τον λιβυην εχοντεσ συμμαχον. Hic fuit optimus orator: optimus senator optimꝰ imꝑator: q̄ librū de re rusti. origines ⁊ orationes scripsit. Fertur a Plutarcho ꝙ M. Cato vxorē ⁊ filiū ꝑdiderit inducta noua victus ⁊ medicinæ formula.

¶ Catus aīal muriceps fœ. ge. scd̄m Ser. li. de græcis latinisq̄ noibus. Cati etiā populi sunt Germanię sicambris vt inquit Stra. finitimi.

¶ Catulus pe. cor. ꝓprie significat cati: hoc est felis filiū ꝓpter sagacitatē. Var. Catulus a sagaci sensu ⁊ acuto. Sed ponit̃ large ꝓ oīm feraꝝ filio siue imaniū siue mitiū. Unde de colubro. Virg. Catulos tectis atq̄ oua relinquēs: ⁊ de leonibꝰ Ply. Raptor appropinquante tigridis fremitu abijcit vnū ex catulis. Ply. Simię gestāt catulos quos māsuefactę intra domos pepere. Idē. Muriū quoq̄ catuli ostentū faciūt. Idē Delphinū catulos noiat: Lacertaꝝ quoq̄ ⁊ ceteroꝝ serpentiū filij catuli dicunt̃. Hinc fit aliud diminutiuū catellus. Accipit̃ qñq̄ catulus ꝓ ip̄o cane. Apul. Catulos secū ducēs venaticos atq̄ sagaces. Interdū ꝓ quodā vinculi genere qđ etiā canis đr. Plautꝰ. Faciā te delicatū catulo vt accubes ferreo. Et catulus nomē fuit viri romani. De quo Luc. lib. ij. Ut catulo iacuit lepidus. Hinc catulaster catuli imitator: sicut ab Antonio antoniaster. Catulaster etiā significat ipsum catulū: hoc est paruū canē siue filiū. Catullus vero per duplex ll. nomen est veronensis poetę. A catulo (vt Var. inquit) fit canis aīal latrabile.

¶ Catulinus a. um. qđ ex catulo. Unde Plau. Catulinā carnem esitauisse Romanos ostendit.

¶ Catularia porta Romæ dicta est: q̄ non longe ab ea ad placandū caniculę sydus frugibus inimicū rufę canes imolabantur: vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur.

¶ Catulire est gestire. ⁊ coitū maris appetere. Var. Fœturæ principiū admittendi faciūt veris pricipio. Tū eñ dicunt̃ catulire. i. ostendere se velle maritari. Plau. Quin meā vxorē vidi catulientē. Hinc catulitio q̄ dicit̃ cū canes maritari q̄runt: quo etiā tpe terra aperit̃. Ply. Catulitionē rustici vocāt gestiētē naturę semina accipe: eaq̄ alam inferente oibus satis.

¶ Caua ę. foramē in quo aues nidificant. Ply. Multo tñ efficacissime ripariarū pulli ita vocant in ripaꝝ cauis nidificantes.

¶ Cauus a. ū. ꝓprie ꝯcauū vacuū: a chaos qđ q̄si vorago q̄daʒ erat inanis. Vir. Tū dea nube caua tenuē sine viribꝰ vmbrā. Cauus locus cauatus seu elbuso: vulgo đr ꝯcauus. Var. Facere his cauos optet laxiores vbi pullos parere possint. Colu. li. xij. Deinde cauuʒ quē feceris surculo obturato. Idē scribit cauuʒ eē locū q̄ inter ędiū parietes relinq̄bat̃ patulus vt eēt

¶ Cauediū: vt Ply. iunior in epistolis dictione mutilata siue cauū ędiū vt Var. in dictione integra. Locus est sub dio vacuus cinctus vndiq̄ porticibus ad ꝯmunē oīm vsuʒ. huiꝰ tria sunt genera. Tuscanicum corinthiū / tetrastylon / displuuiatū ⁊ testudinatū.

¶ Cauo as. fodio / euacuo. Ply. lib. xxxvi. In syphno lapis est q̄ cauat̃ tornaturq̄ in vasa coquendis cibis vtilia. Huiꝰ ꝯposita sunt ꝯcauo / excauo ⁊ recauo pe. cor. Oui. li. ij. met. Est locus in geminos vbi brachia ꝯcauat arcus. Hier. ad Eusto. Quot petras excauet ⁊ habitet coluber in foraminibꝰ earum.

¶ Cauea a cauo fit: significatq̄ locum sub terra vacuū atq̄ obscurū. Quoniā vero in hmōi locis esse cōsueuerūt ferarū cubilia caueas ꝓ ipsis feraꝝ receptaculis vsurpamꝰ. Apul. Bestiā factū imittimus cauee. Sue. Bestiarū more quadrupedes cauea coercuit. Et ab haꝝ similitudine ꝓ septis ex ligno: siue ex ebore aliave materia factis in quibꝰ auiculas tenemus: quas vulgo etiā caueas vocant. Aug. li. iij. de ci. dei. Uolauerant pulli de cauea ⁊ Mancino ꝯsuli auguriū malū fecerāt. Plau. in Cur. Quia eñ i cauea si forēt ꝯclusi itidē vt pulli gallinacei. Iteʒ cauea est area in medio theatri in qua equitum subsellia ꝯstituta esse

cõsueuerũt ꝙ velis tecta caueę similitudinẽ haberẽt Virg. Hic totũ caueę ꝯsessum. Plau. in Am. Ut ꝯqui sitores singuli in subsellia eãt ꝑ totã caueã spectatori bus. Quãq; ponitur pro populi ꝯsessu.

¶ Cauerna dr̃ q2 caua grę. crypta dr̃ hocẽ ꝯcauitas quędã terrę vacua atq; obscura. Vñ Cauernosus a. um. ꝓ loco passim vacuo ⁊ veluti cauernis pleno.

¶ Caucasus pe. cor. mons indię editissimus ad septẽ trionẽ versus Scythas / Indiã a Scythia dirimens asper ⁊ inhospitalis. Virg. Sed duris genuit te cau tibus horrens Caucasus. Hic fertur syderibus pro ximus: vñ astra maiora visuntur: ⁊ eorũ ortus / occa susq; diligenter ꝓspiciunt. A caucaso fit

¶ Caucaseus: a. um. Virgilius. Caucaseasq; refert volucres.

¶ Cauda quã veteres etiã codã dicebãt. Inde cau dati ⁊ codati dicunt: qui caudas habent. Interdum ponit cauda ꝓ virili mẽbro. Hor. in Ser. Quęcunq; excepit patienter verbera caudę. Idẽ libr. i. Accidit vt quidã testes caudamq; salacem Demeteret ferro.

¶ Caudacus significat suauem ⁊ mansuetũ.

¶ Caudex ꝓ cautex d. pro t. posito. Similiter et co dex dicit prima pars arboris. cui radices adhęrent. Liber siue tabula. Luct. Caudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Vir. Quin ⁊ caudicib9 sectis mi rabile dictu. Et caudex est pluriũ tabularũ ꝯtextus: vñ tabulę codices dicunt: ⁊ naues quib9 ꝯmeat9 sub uehũtur caudicarię siue codicarię appellãt. Vñ Api us Claudius Caudex cognominatus est. qm̃ prim9 Romanis ꝑsuasit nauẽ ꝯscendere. Sene. de breuita te vitę. Claudi9 is caudex fuit ob hoc ip̃m appellat9: q2 pluriũ tabularũ ꝯtextus caudex apud antiquos vo cat. Vñ publicę tabulę codices dñr. Ponit ꝓ duro se dili seu ꝓ sede meretricia q̃ plerũq; ex truncis fieri so let. Iuue. Horrida quale facit residẽs i codice pellex.

¶ Caudicalis ad caudices scindẽdos idone9. Plau. in pseu. Te cũ securi caudicali ꝓficio prouincię.

¶ Caudis oppidũ Samnij. Vñ caudinę furcę ⁊ cau dinę fauces nobilitatę insigni clade ⁊ ignominia quã Romani exercitus sub Sp. Posthumio a samnitib9 acceperunt.

¶ Caudicarię naues q̃ ꝯmeat9 ꝑ tyberiũ subuehũt ꝙ ex lignis grossiorib9 cauatis fierẽt. Fitq; a caudice dũ ꝓ trũco seu tabula ponit q̃ ⁊ codicarię dicuntur.

¶ Caueo es. caui cautũ. significat fugio / vito. Amb. Caueatur iracũdia: aut si ꝓcaueri nõ potest cohibea tur. Interdũ cauere est attendere ⁊ diligenter ꝓui dere: vt caue tibi. i. attende ⁊ ꝓuide ne quid mali tibi accidat. Vale. max. Caue tibi Roma. Plau. Caue ne mo id intelligat. Interdũ significat abstinere. Et tũc cũ abltõ mediante ꝓpositione ꝯstruit: q̃uis in sensu idẽ sit cũ fugio: vt caue ab illo: caue ab errore: qđ est abstine ab errore seu fuge errorẽ. Et sic semper habz in se negationẽ sicut alia verba ꝓhibitiua. Vñ recti9 dicitur caue facias: q̃ caue ne facias: cũ tñ idẽ sit: et vtroq; mõ dictũ reperiatur. Ci. Treba. Tu q̃cęteris ne ab essedarijs decipiaris caueto. Proper. Tu caue ne tristi cupias pugnare puellę. Dicim9 etiã caue vt facias hoc. Inuenit ⁊ cauo is. in eadẽ significatione. Hora. in Ser. Uade vale caue ne titubes: mandataq; frãgas. Ubi ue. syllaba existẽte breui imꝑatiui modi. Caue ꝯiugationis tertię esse ꝯuenit. nã caue a caueo ꝓducit ue. Hinc ꝯponit ꝓcaueo qđ ẽ diligẽter caueo Teren. Hoc tẽpus ꝓcauere mihi me monet.

¶ Cautum est significat ꝓuisũ est. Cautio est: cau tione opus est: seu prouidendum est.

¶ Cautus ⁊ per syncopã catus sumitur ꝓ hõie pru denti qui sibi scit cauere. Et nõnunq̃ pro re cui caue tur. Ci. pro Ceci. Quo res mulieri esset cautior. Vñ incautus q̃ nescit sibi cauere. Liui. lib. iij. In incautũ hostem decumana porta erupit.

¶ Cautes: vide in dictione cos cotis.

¶ Caurus ventus ab occasu flans: q̃ ⁊ corus dicitur

¶ Cauilla ę. cauillũ ⁊ cauille: irrisio quędã iocosa: vul go scritiũ siue calmo dicitur. Plau. Pone hoc sis au fer cauillã. Idem in Tru. Postq̃ in vrbẽ crebro hic factus sum cauillator probus. Quid id est amabo. Istęc ridicularia cauillationes vis opinor dicere: ita vt pauxillũ differat a cauillibus.

¶ Cauillo as. ⁊ cauillor aris. deponens a caluo is. fit l. littera abiecta: significatq; fallacia ⁊ dolo vtor. Vñ Boe. super Top. scribit cauillationẽ partẽ quandã logices esse cũ inquit. Colligendi facultas triplici di uersitate tractat. Aut em̃ veris ⁊ necessarijs argumẽ tationib9 disputatio decurrit: ⁊ disciplina vel demõ stratio dicitur. Aut tm̃ ꝓbabilib9 ⁊ dialectica dicitur Aut aptissime falsis ⁊ sophistica ⁊ cauillatoria ꝓhibe tur. Sic Sene. ⁊ Cic. cauillationes dixerũt q̃ græce sophismata nũcupãt. Ulp. Cauillationis natura quã gręci sophisticã appellauerũt: hæc est. vt ab euidẽter veris ꝑ breuissimas mutationes disputatio ꝑducat. Caius iurecõ. diffinit ꝙ sit subdola ratio quã conscij nobis mendacij vincendi tñ causa ꝓferim9. Ci. li. ij. de ora. accipit cauillationẽ ꝓ gñali quodã facetiarũ genere tãq; scõmate faceto ⁊ cauillo dicaculo ⁊ face ta vrbanitate cũ inquit. Cũ duo sint facetiarũ gene ra. Alterũ ęqualiter in oñi sermone fusum. Alterum peracutũ ⁊ breue: superior cauillatio: altera dicacitas noiata est. Idẽ lib. iiij. de natura deorũ: cauillari pro cauillũ dicere accipit. Atq; etiã in eo cauillatus ẽ. æ state grauẽ esse aureũ amiculũ: hyeme frigidũ. Sue. in Uespa. Et maxime tñ dicacitatẽ in deformibus lu cris affectabat vt inuidiã aliqua cauillatione dilue ret: trãsferretq; ad sales. Alias significat irrisionem.

¶ Caula latine stabulũ dr̃ in quo oues recõdunt: Ad dita c. αυλη: qđ nõ solũ atriũ vel aulã: sed etiã stabulũ ⁊ oĩa septa designat. Festus a cauo caulã deriuat: ꝙ antiqui ante vsum tectorũ oues in antra ducebant sciebat ne gręce ἀπο του καυλων. Nã etiã nũc fiũt ex viminibus.

¶ Caulis in herbis dicit ipsum robur: siue stipes. i. ea herbę ps vñ se ꝑducũt folia aut ramusculi. Ply. li. xviij. Sed maior pars malũt faballa maturę sat iõis: q̃ trimestrẽ fructũ eius. Nãq; siliquę caulesq; gratis simi sunt pabulo pecori. Et accipit siliquas ꝓ cortici bus caules ꝓ stipitib9. idẽ de gẽtiana. Folio fraxini sz magnitudie lactucę. Caule tenero pollicis crassitu dine cauo ⁊ inani ex īterualllis foliato triũ aliqñ cubi torũ. sz qm̃ nulla pene herba maiorẽ caulẽ hz q̃ brassi ca: iõ ꝓ brassica ponit. Similiter in arborib9 ⁊ in vite

¶ Caulis dicit robur ad quẽ alimẽtũ defertur ⁊ intel ligitur quod supra terram exurgit. Planta est radix vnde alimentum attrahit a terra. Ramus qđ a caudi ce exit. Surculus q̃ e ramis oritur. Var. Ex sarmẽto caules q̃ nati sunt de his plurimũ valẽt. Virg. lib. xij. Pubertibus caulẽ folijs. Ponitur ꝓ quibuscunq; ho lerib9. Iuue. Spes homini: caulis miseris atq; ignis emendus. quãdoq; pro cauda. Ply. li. xi. Boũ caudis

Longissimus caulis atque in ima parte hirtus. Idem Asinis longior quam equis sed setosus veterinis leoni infima parte vt bobus: et sorici et pantheris: non item vt vulpibus et lupis villosus: sues intorquent. Canum degeneres sub aluum reflectunt. Quinque sicut docet Ser. sumitur pro virili membro. Quinque pro ferro et pro quolibet hastili. A caulis fiunt composita vnicaulis et multicaulis. Idem li. xxj. Est et illa differentia quod quedam in his multicaulia: ramosaque sunt vt carduus.

¶ Cauliculus dimi. Plyn. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus.

¶ Caulesco is. a cauleo esse conuenit. Est autem caulescere virgam fieri licet quinque ponatur pro folia producere. Unde et decaulescere contrarium quod significat sine foliis fieri. Plyn. lib. xix. Raphanus vti iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

¶ Caulon oppidum quod a Plynio collocatur in prima regione italie. Et Stra. in. vi. Caulonia appellat a locris conditum: vbi vinum optimum nascitur: Aulon vero est mons calabrie contra tarentinam regionem vt inquit Porphirio ferax boni vini: cuius meminit Mar. Nobilis et lanis et baccho fertilis aulon.

¶ Cauma atis. latine calor. εξ του καιω ουτω λεγεται.

¶ Causis combustio: et causon estus seu ardor.

¶ Causia altas causea: tegmen capitis aptum calori. Ual. Max. lib. v. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia que velatum caput more macedonum habebat. Causis enim grece latine combustio.

¶ Causon estus. Inde ab Hippocrate et Auicenna causon febris estuans appellatur

¶ Caunus insula in mari oceano et estate et autumno pestilens propter estus ac pomorum copiam. Unde caunij colore admodum virili pallentesque existunt in quos olim Stratonicus cytharoedus versu homerico ita locatus est. Tale quidem genus est hominum quale est foliorum. Ab hac ciuitate aduehebantur fici cauneae dicte. Ci. li. ij. de diui. Cum M. Crassus exercitum brundusij imponeret quidam in portu caryotas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

¶ Caupo ge. co. tabernarius: hoc est esculentorum potulentorumque etiam venditor. Ulp. Caupones et stabularios eque eos accipiemus: qui cauponam vel stabulum exercent.

¶ Caupona vocatur tam mulier que vinum vendit quam ipsa taberna vinaria.

¶ Cauponius a. um. quod ad cauponem pertinet: vt ars cauponia. Iust. lib. i. Iussitque cauponias et ludicras artes et lenocinia exercere.

¶ Cauponaria e. ars cauponandi.

¶ Cauponor pen. pro. significat lucri causa quasi ad cauponem vendito. Enni. Non cauponantes bellum sed belligerantes. Ferro non auro vitam cernamus vtrique.

¶ Causa proprie dicitur id ex quo vel propter quod vel per quod vel a quo aliquid fit. Unde quattuor causarum genera scribi possit. Arist. Materialem ex qua aliquid fit. Formalem per quam aliquid tale fit. Efficientem a qua aliquid fit Et finalem cuius gratia aliquid fit. Per translationem tamen causa dicitur omnis actio quam in senatu vel in foro habemus. Unde tria esse causarum genera scribit Ci. demonstratiuum: deliberatiuum et iudiciale. Ex his tamen magis proprie causa dicitur que iudicialis est. Unde et causam pro lite ac controuersia ponimus. vt Ci. diligenter egit causam Milonis. Hinc causidici dicuntur patroni qui in causis iudicijsque versantur. Interdum causa pro occasio. Tere. in Eu. Iamdiu aliquam causam querebat quamobrem aliquid insigne faceret. Interdum pro excusatio: vt honesta est causa mei discessus. Interdum ratio. Oui. li. i. fast. Tempora cum causis latium digesta per annum. Interdum pro origo. Unde quidam causam a casu dicta existimant: quod initia et origines rerum que cause sunt casu eueniant. Nonnulli a chaos detracta aspiratione quod confusa illa materia prima omnium causa fuerit. Alij a greco καυσις: quod ardorem seu incendium significat: quod causa sit que nos accendit ad aliquid agendum. Alij a cauendo quod ea sit que cauet vt aliquid agatur: aut non agatur. Et causa pars appellatur. Luc. lib. i. Uictrix causa deis placuit sed victa Catoni. Diminutiuum a causa est causula.

¶ Causatiuus a. um. quod est causa vt aliquid fiat: vt nimia repletio est causatiua infirmitatis: quamuis etiam aliquando causatiuum dicatur quod antecedentem causam significat: sicut et causale: vt coniunctiones causales seu causatiue.

¶ Causarij milites dicuntur a Liui. li. vij. qui propter honestam causam puta valitudinem a militia soluuntur: quasi valitudinarij siue sontici aut qui omnino causam et admonitionem habebant ex morbo senectuteve. Tertius inde exercitus ex causarijs senatoribusque a. T. Quintio conscribebatur qui vrbi moenibusque presidio sit. Sic causaria missio dicitur per quam milites soluuntur a sacramento militari. Ulp. Causaria inquit missio est: que propter valitudinem laboribus militie soluit.

¶ Causo as. induco efficio. Hieron. ad Eusto. Saepe etenim in fabis et ordeaceis panibus nimia auiditas grande peccatum causat.

¶ Causor aris. depon. significat rei geste causam affero seu reperio: et excusationem adduco. Sue. Syllanum item socerum ad necem secandasque nouacula fauces compulit causatus quod se ingressum turbatius mare non esset secutus Gel. Negocium sibi esse causatur. Virg. Causando nostros in longum ducis amores. Causari etiam culpare est Hier. contra Uigil. Causabantur quondam apostoli quod periret vnguentum: sed domini voce correcti sunt. Idem contra Ruff. Quicquid enim me non fecisse causaris quare non ipse fecisti?

¶ Causificor causam dico. Plaut. in Aul. Non causificor quin ego illam habeam potissimum.

¶ Cauterium instrumentum est quo note imprimuntur: et morbi alioquin insanabiles inuri solent. Preterea cauterium in pictorum instrumentis continetur quo bituminationes et fortiores quaeque conglutinationes concoquuntur.

¶ Cayster fluuius Lydie sardibus primus απο του καιεσθαι. hoc est amburi: quoniam propinquus sit catacecaumene: que pars est Ephesie prorrida et deuste similis nulla preter vitem arbore: sed vino prestantissimo: quod Uictru: et Plyn. catacecaumeniten ex hac origine denominant. Hinc Caystranus campus. Strab. Post egressum caystri amnis lacus est selenusius cognomine in alterum statim lacum interfluens.

¶ Caystrus fem. ge. vrbs est cilicie mediterranea.

C ante E.

¶ Cecrops primus atheniensium rex qui annis quinquaginta regnauit. Hic athenas instaurauit. A cecrops fit cecropius a. um. possessiuum. Uir. li. iiij. geor. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis idis. patronymicum fem. Et Cecropide athenienses dicti sunt. Sudas nf. κεκροψ αιγυπτιος ων το γενος ωκισε τας αθηνας οθεν κεκροπιδαι οι αθηναι.

¶ Cecryphalea promontorium seu insula in peloponneso vbi athenienses ab egyneptis prelio superati fuerunt.

¶ Cedo is. ssi. ssum. Uide in dictione cedo is.

¶ Cedrus arbor maxima q̄ in ædificiis vtilitatē pstabat. eo φ huiōi materies ꝛ pcera sit nec onerosa partibus. Eius folia ad cupressi similitudinē respondēt lignū iucundi odoris est ꝛ diu durās nec a tinea vnq̄ exterminat̄. Virg. lib. ij. geor. Dant alios aliæ fœtus dant vtile lignū Nauigiis pinos domibusq̄ cedrum atq̄ cypressos. Ex hac arbore nascit̄ oleū qđ cedreuz dicit̄: vt Vitr. ij. inquit. Quo reliquę res sunt vnctę vti etiā libri a tineis ꝛ carie nō lędunt̄. Iuxta quem sensum Persi. dixisse videt̄. Et credo digna locutus. Hinc fit nomē possessiuū cedrinus a. nm.

¶ Cedrea primus sudor qui defluit in canali dū pix fit: cui tanta est vis vt in ægypto corpa hoīm defunctoꝝ ea perfusa seruētur.

¶ Celęnę pluralis tm̄ numeri: fuit vrbs phrygiæ. Luca: Lugent dānatę Phœbo victore Celęnæ. Potest tm̄ declinari singulari numero Celęna æ.

¶ Celæno cum dipht. fuit vna ex harpyis: ꝛ atrū seu tenebrosum significat. gręce κελαινος.

¶ Celebris ꝛ hoc celebre pe. cor. distinguit̄ a frequēti φ frequens dicat̄ creber siue de loco: siue de re aīata: vt frequens miles: frequēs senat⁹. i. creber copiosus/ multus/ frequētes domus. i. crebrę multę. Aliqñ dicit̄ qđ ab aliis frequentat̄: vt frequens locus: frequens templū in qđ multi ꝯueniūt. Et infrequēs parū frequentatū: vt infrequēs forū in qđ pauci vel raro ꝯueniūt. Phœnix infrequēs auis. i. rara repit̄. Cice. Rei militaris te infrequentē tradidisti. i. fugientē a signis ꝛ raro in pugna interentē. Celebris vero ꝓprie dr̄ velox. Actius celebri gradu celerasse decet. Quoniā vero accelerare gradū: frequētare est: factū est vt celebre ꝓ frequēti accipiat̄: ꝛ qui in oīm ore versatur. Et hoc passiue tā ad rē q̄ ad personā relatum. Cic. lib. ii. ad Heren. Locus q̄ritur celebris ne sit: an desertus. i. qui celebrat̄. Hinc celebritas frequentia Quinti. Ante oia futurus orator cui in magna celebritate ꝛ in media rep. viuendū est assuescat a puero nō reformidare homines.

¶ Celebro as. frequēto. Var. Cui nō tā cura erat vt tēpla deoꝝ q̄ vt popinas celebraret. Per trāslationē tm̄ qm̄ q̄ frequentamus etiā colimus: celebrare ꝓ colere ꝛ venerari ponit̄ ꝛ celebritas ꝓ cultura atq̄ honore. Hinc celebrare laudib⁹ ꝛ virtutū celebritate dicimus. Itē celebriorē ꝛ celeberrimū ꝓ honoratiorē ꝛ honoratissimū. Celebriter cū cultu ꝛ honore

¶ Celebresco celebris fio. Actius. Et qualiscunq̄ fama cel. brescat tua.

¶ Celetes pe. p. gręce ιτι κελευω κελητες exhortor vocant̄ equi q̄ ad cursum soli adhibent̄: siue bigis vel quadrigis etiā nauigia vt his tpib⁹ fieri solet. Nam q̄ bigis quadrigisve adhibebant̄ ad cursum desultorū dicebant̄. Ply. Antiqui celetas tm̄ dicebāt in sacris. Postea vero ꝛ qui bigis vel quadrigis vicissent latine dicūtur desultorii: φ ex his facile desiliat̄.

¶ Celer idē ē qđ velox: a quo celerrim⁹ ꝛ celerissim⁹ fiunt sup̄latiua scđm Pris. Celero as. pe. cor. celeriter aliquid facio. A quo accelero ꝯpositum.

¶ Celeusma clamor nautaꝝ ꝛ alioꝝ cū vno aliquid iubente oēs vniformiter respondent quasi sibi inuicem iubentes. Hiero. apđ Hieremiā. Celeusma quasi calcātiū ꝯcinetur aduersus oēs habitatores terrę

¶ Cello as. abscōdo siue sciri nolo. Et ꝯstruitur modo cū vno dūtaxat actō. Lac. li. v. Vtrū ne ꝯfitebitur fugitiuū se vel pestilentem domū venderet an cellabit emptorē. Modo cū duob⁹. Plau. in Bac. Aedepol fecisti furtū ꝯtari malū cū istęc flagitia me cellauisti ꝛ patrem tuū. Modo cū abltō mediāte ꝓpositione. Cice. Treba. Sed bassus noster de hoc me libro cellauit. At cuz passiue ponitur res siue persona per quā quis aliquem cellauit ponitur in noīatiuo. Teren. in Eun. Vbiubi est diu cellari non potest.

¶ Cello is. quo veteres vtebātur pro cędo: nunc cōpositis tm̄ vtimur excello ꝛ præcello quod est excedo ꝛ antecedo.

¶ Cellus a cello. altus/ sublimis: excellēs. A quo celsitudo ꝓ excellentia.

¶ Cellatim aduerbiū significat abscōdite. Gelli. Quę maxime cellatim poterat in insidiis duo disponit.

¶ Cella dicta est φ in ea cellentur q̄ esse volumus occulta. Gręci Apothecā dicūt in qua res esculētę ꝛ potulentę reponūtur: q̄uis ꝓprie apotheca cella vinaria sit. Capit aūt cella significationē vt illi adiectiua iungūtur: vt cella vinaria/ cella olearia/ cella farinaria/ cella pomaria: cella lignaria/ cella libraria: cella casearia. Et ois locus in quo quid reponit̄ cella dicitur. Vñ Verg. Fauorū cauernas cellas vocauit cum ait. Distendūt nectare cellas. Itē loca in quib⁹ lauamur aut vngimur in domo cellę dr̄. Et loca quo religiosi se ad quiescendū ꝯferūt cellę vocātur. A quo nomine Hiero. formauit dimi. Vnaquęq̄ inquit cellulā adeat bñdictione matris suscepta. Et cella pars templi erat sacratior: in quā ingredi fas nō erat. Vñ apđ Gel. legit̄ Scipionē i capitoliū venisse: iussisseq̄ cellā Iouis apiri: ibiq̄ solū demoratū fuisse. Liui. lib. iii. In cella iouis optimi maximi habitaret exul.

¶ Cellariū videt̄ ea figura dici qua granariū panariū: vt ꝓ cella ac repositorio accipiat̄. Sed ē paucoꝝ dierū: penu longi tēporis. Hanc cellā prōptuariā seu prōptuariū appellant in quo ꝯdunt̄ ꝛ ex quo ꝓmūtur ad victū necessaria. Hier. Cōsyderate coruos q̄bus nō est cellariū: neq̄ horreū ꝛ deus pascit illos. Vñ in sacris litteris cellaria ꝓ sepulchris poni solēt: vt est illud ꝓpheticū. Populus meus intra in cellaria tua. aliquātulū donec ira mea trāseat. Vbi Hiero. Cellaria sepulchra significant: de q̄bus hoc vtiq̄ ꝓfertur: qđ ꝯditū fuerit. A penore etiā is locus penariū ꝛ penuaria seu penaria cella nūcupatur. Cic. in Ver. M. Cato sapiens cellā penuariā reip. nr̄ę nutricē plębis Romanę siciliā noīauit. Huius dimin. est cellariolum. Hiero. Sūt ꝛ culinæ in tēplo: sunt ꝛ cellariola.

¶ Cellarius q̄ in cella ꝓposit⁹ est: vt rōnes saluę sint: aut penoribus recōdendis. Col. Vt cibus ꝛ potus sine fraude a cellariis ꝓbeat̄. Plau. in capt. Prome q̄d uis te facio cellariū. Idē cellarios promos: et cōdos vocat φ ꝛ deintus promāt: ꝛ intus ꝯdant. Ait eñ in pseu. Promus ꝛ condus sum procurator peni. Auso. Promusq̄ condus magis.

¶ Cellaria locus vbi conditur vinum. Plaut. in mil. Ego eiiciar cellaria.

¶ Celox gñs nauiculę breuis a celeritate. Apul. lib. de rep. Qui celocē regere nequit/ onerariā petit. hāc ꝛ celotim vocāt ꝛ oxyā. Hāc rhodii inuenerūt.

¶ Celtę populi galliæ: q̄ cū venissent ad Iberū hispaniarū fluuiū: ibiq̄ ꝯsedissent retenta primi noīs parte: ꝛ assumpta parte fluminis iuxta qđ ꝯsederāt. Celtiberi dicti sunt: ꝛ regio eoꝝ celtiberia: Vñ Luca. lib. iiij. Profugiq̄ a gente vetusta Gallorū celtę miscētes nomen iberis.

¶ Celtiberi populi in hispania a celtis gallis & iberis hispaniarũ cõsociatis dicti sunt celtiberi. Unde Sirius Venereq; & celtę sociati nomen iberis. Luca. Gallorũ celtę miscẽtes nomen iberis. Stra. quadrifariam diuidit celtiberos fortissimi oim qui ad ortum ac meridiẽ siti sunt originẽ trahẽtes. A quibus celtibericus celtiberica celtibericũ nomen possessiuũ: vt Bellum celtibericum.

¶ Celticũ promontoriũ hispanię in oceanũ pcurrẽs

¶ Celiaci dicunt qui ventris fluxũ patiuntur. Var. Qui ex floribus nucis gręcę & cornu fiũt celiacas fieri atq; vrinapota resici.

¶ Cenchris auis genus est & latine tinnũculus dicit a tinnitu vocis ex accipitrũ gñe quẽ Arist. lib. vi. de animalibus solũ ex adunco gñe quaterna: & eo plura oua parere dicit. Dicta cenchris quasi miliaria. Est et cenchris (vt inquit Hiero.) Locus corintho vicinus immo portus ipsius corinthi: vt est illud apost. Commendo vobis Seben sororẽ nostrã ministrã ecclesię: quę est Cenchris.

¶ Cenomani fuerunt populi gallię cisalpinę: quorũ caput vrbs brixia fuit.

¶ Cenos latine vacuus. Unde cenodoxia inanis gloria Nã cęnodoxia cũ æ diph. noua gloria. καιρος enim nouũ δε Δοξα gloria. Cœnodoxia cõmunis gloria.

¶ Cenotaphiũ vacuũ sepulchrũ οτι κενος λεγεται καιταφος απο του θαπτειν Sunt eñi vt capsa q̃ ponitur in templo ad officia mortuorũ.

¶ Censeo es. sui. itum. pe. cor. significat existimo. Liui. lib. vi. de bel. pun. Censent eo venturũ obuiã pœni. Item censere: cõstituere: deliberare. Nã senator censet cũ sententiã dicit de eo qd sibi videtur assentit cum alienã approbat. Unde dicimus senatus aliquid censuit. A quo etiã censoris nomen tractũ videt. Itẽ censere succensere significat. Var. ne vobis censeam siadme referretis. Item est in ęstimatione esse. Boe. in top. Quoniã faciendi liberi tres partes sunt. Unã quidẽ vt censu liber fiat. Censebant eñ antiquitus soli ciues romani. Inuenitur etiã censio is. iui. itum. penul. prod. Ouid. Presto recensitis euoluere sęcula fastis. Cõposita a censeo sunt. Accenseo: percenseo: quod est perfecte censeo: numero. Col. Rusticatiõis magna & diffusa materia est. partesq; si velimus eius percensere: vix numero cõprehendimus. Recenseo & succenseo.

¶ Censor qui censurã gerit. Censores magistri morũ erant a censendo. i. arbitrando dicti: q illis summum arbitriũ erat aliorũ morũ. Var. Censor ad cuius censionem. i. arbitriũ censeret populus. Festus. Censores dicti q quisq; tanti sua ęstimaret q̃tum illi censuissent: qd nõ absurdũ videtur: quia & rerum & morũ censores erant. Unde Plu. in emilio. Censura maxime oim magistratuũ reuerentię: plurimę potestatis tum in aliis rebus: tum maxime ad morũ emendationem. Nã senatores e senatu remouere potest equinos ex plebeis ęrarios facere: notare infamia. censũ agere: lustrũ condere. Erant aũt duo censores: qui quinto quoq; anno creabantur.

¶ Censorius vir: qui censor fuit: vel qui dignus est: vt censor sit propter mor grauitatẽ qui alios iudicet Frequenter tñ iungit rebus: vt censoriũ dictũ qd est censoris: seu qd ad censorẽ pertinet.

¶ Censuales qui censoribus assistunt famulant. Sido. ad namatiũ. Mistus turmę censualium æmulatorum consulis proxime proximus eram:

¶ Censio castigatio. Unde censionẽ facere dicebant censores cũ multã equiti irrogabant

¶ Censura censoris dignitas: sicut a pretore pretura sicut cũ diximus. Censor qui gerit censurã. Accipit interdũ pro seueritate correctione decreto & lege.

¶ Census sus. annuus redditus: & quicqd fortunarũ quis habet. Quin. Abiere vires census mens. Unde qui centũ millia ęris in professionẽ detulissent censi dicebãtur. Census equestris constabat ex sestertiis. cccc. Item census dicebat ęstimatio rerũ ac bonorũ facta scdm quã tributa pendebant. Unde censũ agere est recensere hoim facultates. Et census dicebat quod principi aut ęrario soluebat viritim.

¶ Census censi significat eũ cuius bonis factus est census. Unde capite census: & capite censi.

¶ Censum. Eubœæ promontoriũ in septemtrionem directum.

¶ Centauri thessalię populi secus peliũ montẽ habitantes qui a poetis fingunt esse media parte viri et media equi originẽ ab Ixione trahẽtes agrestes ad modũ. Qui primi pugnare ex equis cœperunt: a stimulãdo calcaribus equo centauri dicti sunt: απο του κεντειν: qd est pugnare & stimulare: quia furentẽ taurorum gregẽ telis confecerũt: propter qd hippocentauri. i. equi stimulatores appellati sunt. His proximi erant lapithę iuxta Othryn montẽ eiusdẽ prouincię cũ quibus bella gesserunt. Centauros ab Hercule victos interfectos ostendit. Diodor. Dicti sunt nubigenę quasi filii Nubis: quoniã in castello habitauerunt nõie nephele νεφελη: qd significat nubem Centauri a latinis breuitatis causa dicti. nam hippocentauri dici debuerũt. Nã hippos equus κεντειν pungere ζυγα rota calcaris quia cũ superius essent hoies inferius erant equi. Sed diuus Hiero. de Paulo primo Eremita. ostendit centauros animalium gña esse cum inquit. Et iam media dies coquente iam sole desuper feruebat: nec tamen a cœpto itinere abducebatur: dicens. Credo in deũ meũ q seruũ quẽ mihi promisit ostẽdet: nec plura his conspicit hoiem equo mistum cui opinio poetarũ centauro vocabulũ indidit. Quo viso salutaris signo armat frontẽ. Et infra. Uerum hoc vtrum diabolus ad terrendũ eum simulauerit. an vt solet Eremus monstruosorũ animaliũ ferax istam quoq; gigneret bestiã incertũ habemus. Centaurus etiã genus nauis est: vt apud Verg. lib. v.

¶ Centaurea siue centaurion genus herbę: actius autem gręcus medicus κενταυριου του μεγαλου ριζα. Et subdit. προτεπους α κατα μηνια και ευβρια μακρα κατα σπωσα κενταυριου Δεμακρου η ριζα ξηρατικη: et multa alia

¶ Cento velum laneum: qd lana aut tomento confertum vt ictus nullos patiat. Cęsar. Eamq; contabulationem summã lateribus lutoq; cõstrauerũt: ne quis ignis hostiũ nocere posset: centonesq; iniecerunt ne aut tela tormentis missa tabulationẽ perfringerẽt: aut saxa ex catapultis lateritiũ discuterẽt. Sisen. li. iii. histo. Aceto madefactis centonibus integuntur: quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtegunt Quidã centonẽ pro stragulę gñe sup quo cubare solent. Cato lib. i. de re rust. Centonẽ posuit pro vestimento rustico: hoc est pro interiore vestimento. qd super subucula supindui solet. bombyce inserta. Tres inquit cẽtones quęris: sex culcitras: nouẽ instragula

Similiter ⁊ Macrobi⁹ dū scrophā subcentonibus iacere scribit rusticā vestem esse declarat. Fieri aūt centones constat ex pannis diuersorū colorū: vel lanis in vnum condensatis atq͡ꝫ consutis. Unde Homerocentones et Uergiliocentones quales fecit Proba Falconia. Definit Auso. poeta quid sit cento. Uariis de locis, sensibusq͡ꝫ diuersis quędā carminis structura in vnū solidaꝶ versum vt coeant: aut cęsi duo: aut vnus ⁊ sequens cū medio. Nam duos iunctim locare ineptum est.

¶ Centrū punctū sphere: aut orbis mediū certissima obseruatione distinguiꝶ. Nam in omni orbe vel sphęra medietas centrū vocatur. Aug. lib. xiii. ciui. dei. Hanc aiam Plato ab intimo terrę medio (qđ geometrę centrū vocant) per oēs partes eius vsq͡ꝫ ad summa diffundi: ⁊ extendi per numeros musicos opinaꝶ Apud in cosmographia cardinē inquit mundi. Sic enim dixerim centrū habet tellus. Hinc fit centralis adiectiuū. Ply. lib. ii. Quindecies ⁊ pluribus suberit q̄ terra centralis interueniat. Alias centron

¶ Centū nomen numerale ⁊ indeclinabile vltra centum variaꝶ: vt ducenti: trecenti: quadringenti: quingenti: sexcenti: septingenti: octingenti: nongenti: Hinc centenus a. um. Centena millia: sic ducētenus trecentenus: quadringētenus: quingētenus: sexcentenus: septingētenus: octingētenus: noningētenus Centuplus: ducētuplus: trecētuplus: ⁊ reliqua. Centesimus: ⁊ deinceps. Centies quoq͡ꝫ aduerbiū: ducenties: trecenties: quadringēties: quingēties: sexcenties: septingēties: octingēties: noningēties: Centenarius: ducentenarius ⁊c.

¶ Centuria in re mili. centū continet hoīes qui sub vno centurione sunt: quorū centenarius iustus est numerus. Hie. lib. i. Reg. Satrapę philistym incedebāt centuriis ⁊ millibus. Centurię in agris signant ducēta iugera. Centuria a centū iugeribus vocabiꝶ: sed mox duplicata nomē retinuit inquit Col. lib. vi. Sicut tribus dictę primū a partibus populi tripertito diuisi: quę tñ nūc multiplicatę pristinū nomē possidēt

¶ Centurio ⁊ centurionus đr quia centum pedibus pręest: quia singulę centurię centū militibus constabant. In exercitu eñ miles centurioni. Centurio tribuno. Tribunus legato. Legatus cōsuli obediebat. Sed seorsum magister equitū solum dictatori obtemperabat. Centurio aūt dicebaꝶ primipilus. Liuius. Centurio erat quē nunc primipilū appellamus. Ueteres aū cescebant cōmisso pręlio acies facile turbari: vt hoc incommodū euitarēt cohortes in cēturias diuisere: ⁊ in singulis centuriis singulos centuriones prefecerūt qui primocenturioni vocabanꝶ: quemadmodum a decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decē erant in singulis legionibus: sed prima quę reliquas ⁊ numero militū ⁊ dignitate pręcedebat aquilam habebat: qđ pręcipuū erat signū romanorū. Centuriones huius cohortis cęteris centurionibus digniores habebanꝶ. Prima centuria primipilū vocabatur: qꝫ circa signa grauis armatura cōstituta erat. Centurio ipse primipili centurio dicebaꝶ: ⁊ primipilus vocabaꝶ. Hic nō modo aquilę prerat: sed quatuor centurias: hoc est quadringētos milites in prima acie gubernabat: ⁊ tanq̄ princeps totius legiōis merita consequebaꝶ ⁊ cōmoda. Mar. Grata pudens meriti tulerit cū pręmia pili.

¶ Centurio as. in cēturias ordino: vt Ager cēturiatus qui in ducena iugera definit⁹ erat. Romulus eñ centenis ciuibus ducēta iugera distribuit. Et milites centuriati qui in cēturias ordinabanꝶ. Liui. lib. xxix. Scipio postq͡ꝫ in siciliā traiecit voluntarios milites ordinauit centuriauitq͡ꝫ. Centuriata comitia vt Asco. scribit dicunꝶ cum ex sexu ⁊ ętate fertur suffragium: quia per cētenas turmas diuisus erat popul⁹ romanus. Hinc succēturio. A quo succēturiati dicuntur milites nō primę: sed secūdę centurię: vbi ad insidiandū maxime collocabanꝶ. Ex quo in succēturiis: quasi in insidiis quempiā positū appellamus. Ter. in Phor. Nunc prior adito tu. ego insidiis ero hic succēturiatus: si quid deficies. Proprie aūt succēturiare significat explendę centurię grā numerū supplere.

¶ Centuriatim significat per centurias: siue abundanter: copioseq͡ꝫ a centuriis quę in comitiis fiebant suffragia.

¶ Centumuiralia iudicia dicta sunt a centum viris. Nam cū essent romę. xxxv. tribus. quę ⁊ curię sunt dictę. terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum qui centumuiri appellati sunt. Et licet quinq͡ꝫ supra centū fuerint tamē quo facilius numerentur centumuiri dicti sunt.

¶ Centussis a decem decussibus dicitur: quę sunt librę centū: vel a centum assibus qui erant nummi breues ex ęre: vt centusse. id est centum libris venditur per auctionem.

¶ Cephalęa morbus: quo totū caput infestaꝶ. Nā hemicranici ab hemicrania sunt qui dimidia parte capitis laborāt: Sed ⁊ Celsus cephalęam acutū quendā pestilensq͡ꝫ mallum appellat.

¶ Cephale siue cephalis pe. cor. significat caput. Cephalicus capitalis.

¶ Cephalus nomē viri ⁊ nomē piscis. Amb. Ille sin⁹ maris cephalos alit: lupos ille: ille saxatiles.

¶ Cephalonia insula Ionii maris: a cephalo Amphitrionis socio. Intercam ⁊ zacyntū echinades sunt ad ostium acheloi

¶ Cęphisus pe. pro. fluuius qui magna ex parte torrentis instar labiꝶ in phalerū pelagus. Ouid. lib. iii. met. In vada cephisi panopesq͡ꝫ euaserat arua.

¶ Cephisia attica regio. Nā cęcrops athenarū conditor oēm eius regionis multitudinē in. xii. vrbes digessit. Sed theseus postea has oēs in vnā athenensium ciuitatē cōgregauit. Dicta cephisia a cephiso amne. Est ⁊ cephisia fons atticę: sicut latine calliroe.

¶ Cepos latine hortus ⁊ vrbs. Sudas. κηποσ πολισ κατα βοσπωρον και κηποσ ειδοσ κουρασ δυο γαρ εισι κουραισ καφιον και κηποσ το μεν ουν το εγχρω δε κηπωσ το προμεω πωκεκοσ μισθαι. Unde apparet in vocabulario gręco nō esse bene interpretatā hanc dictionem σκαφιον.

¶ Cepurica gręci appellant quę nostri hortensia holera scꝫ q̄ in horto seruntur. Unde Sabinus Tyro librum cepuricon scripsit: hoc est hortensium qđ ē Mecęnati dicauit.

¶ Cepheus (teste Ouidio) ethiopū rex fuit: Andromedę pater quā ceto propositā fabulę dixerunt. Hāc autem perseū a periculo liberatā vxorē duxisse. Itaq͡ꝫ vt totū hoc genus perpetuo maneret ipsū cephea inter sydera collocatū esse prodiderūt vna cū vxore Casiopea ⁊ Andromeda filia ⁊ genero Perseo. Oritur Cepheus in. xv. parte capricorni. Hoc sydere nati erunt seueri: sicut Catones.

¶ Cerastes latine cornutus. genus est serpẽtis: qđ teste plynio lib. viii. quadrigemina cornua prefert simillima arietũ. Nã κερασ τατοσ similimodo ceruus dicitur. In genitiuo cerastis ⁊ cerastæ. Luca. Spinaq; vagi torquente cerastę.

¶ Cerasphoros a nostris corniger dicitur.

¶ Cerates. genus ponderis: qđ est medius obolus.

¶ Cerasus cerasi pe. cor. arbor nota a cęrasunte ponti ciuitate sic dicta. Quã cũ Lucullus deleuisset: inde illã transtulit: ⁊ a ciuitate Cerasuz appellauit. Sane arbor cerasus. pomũ vero cerasum. Ouid. de nuce Audiat hęc cęrasus stipes inanis eram. Dicitur ⁊ cerasum pro arbore. Col. Cerasa ⁊ tuberes ⁊ armeniacę atq; amygdalę: quę primę florent possunt inseri commode. In plurali cerasea cerascorũ. Ply. lib. xiiii. Cerascorũ Aproniana maxime rubẽt. Inter cerasa principatum obtinent. Duracina. Actia nigerrima sunt: et iuliana tenerrima.

¶ Cerasus cerasuntis: ⁊ cerasunta seu cerasuntia pro vrbe in ponto. Hier. ad Marcel. Accepim⁹ ⁊ canistrũ cerasis refertũ talibus ⁊ tam virginali verecũdia rubentibus: vt ea nunc a Lucullo delata existimarez si quidẽ hoc gñs pomi ponto ⁊ armenia subiugatis de cerasunte primus Romã pertulit. Unde et de patria arbor nomẽ accepit. Pomp. Rarę vrbes cerasunta ⁊ trapezus maxime illustres.

¶ Ceraunus pe. pro. cognomẽ cuiusdam Ptolemæi. Quo noie significat fulmẽ qđ gręci dicunt κεραυνον Unde ceraunii montes sunt epiri. a crebris fulminibus. Plynius in armenia maiore pro illis accipit: qui caspius et niphates a Ptolemęo nominant: quibus videlicet ab ortu solis finit armenia. Huius rei causa est: q Taurus mons simulatq; frangi cœpit et innumeras obire gentes ceraunus in vniuersum vocatur: etiam si noibus populorũ per quos meant lacinię distinguit. Alio noie dicunt acroceraunia. Hor. Infames scopulos acroceraunia.

¶ Ceraunicũ latine tegulariũ: vel figulariũ. Nã deriuatur a κεραμισ: qđ est tegula. Erat locus athenis. De quo Ply. lib. xxxvi. Opera praxitelis sunt athenis in ceraunico.

¶ Cerberus pe. cor. interpretat terra quæ oia consumit: inferni custos quasi κρεοβορος. i. vorans carnem κρεασ eñ gręci carnẽ dicunt. βορορτα edacem. Canis triceps. Cerberũ ab inferis traxisse herculẽ in fabulis est. Fertur q hic fuerit serpẽs in Tęnaro laconię promontorio: cuius veneno mortales extinguebant. Et quoniã in Tęnaro ad inferos dicit esse aditus: ditis canem dixerunt. quẽ cum Hercules trucidasset: nata est fabula canem tricipitẽ interemisse: quia oĩs cupiditates ⁊ cuncta vitia terrena contempsit ac domuit. Cerberus etiã dictus est canis Alexandri epiroticus leonibus congrediens.

¶ Cercopythecus pe. pro. nomen cõpositũ ex κερκοσ quæ dicit cauda ⁊ πιθηκοσ simia quasi simia caudata: quam marmonẽ vulgo dicimus. Ply. lib. viii. Cercopythecos nigris capitibus pilo asinino et dissimiles cęteris voce sunt. Mar. Callidus emissas eludere simius hastas. Si mihi cauda foret cercopythec⁹ erã.

¶ Cercyra pe. cor. olim phęanę nomẽ fuit. Nunc aũt vulgo dicit corfu corrupte:

¶ Cerdo vilis homo lucrũ sectans: qui artes illiberales exercet. κερδοσ enim lucrum dicitur: et Cerdęno latine lucror.

¶ Cerdistos gręce: latine significat acutissimũ perinde q; prudentissimũ.

¶ Cerion gręci dicunt fauum. Unde ⁊ pro suaui ⁊ iucundo poni solet.

¶ Cerebrũ inquit Ply. est viscerum excelsissimũ proximumq; cœlo capitis: sine carne: sine cruore: sine sordibus. Hic habet sensus arcem. Hic culmẽ acutissimum. Hic mentis est regimen. Auicenna ait cerebrũ esse principiũ virtutis sentiendi ⁊ mouendi. Ambro. lib. vi. hexa. Initiũ inquit neruorũ et oim sensuũ voluntarię cõmotionis cerebrũ est. a cerebro proficiscit somnus. Qui cerebrũ no habent nõ dormiunt. diminutiuũ a cerebrũ fit cerebellum.

¶ Cerebrosus dicitur homo ad insaniã facilis: cui cerebrum moueat: vel a peruerso cerebro: qui totus suo consilio hęret ⁊ obstinatus a nemine persuadet ⁊ iracundię obtemperans sine ratione fertur: Hora. lib. i. Ser. Donec cerebrosus prosilit vnus. Dicitur et de brutis. Col. lib. ii. Quod eo tp̃e satuz pecori sit noxiũ et p̃cipue bobus quos pabulo suo cerebrosos reddit.

¶ Ceres dea frugũ putabat a creando dicta Saturni ⁊ Opis filia. Unde alma ceres quia nos alit: vel vt Cic. de na. deorũ scribit. Ceres dicta est tanq; geres a gerendis frugibus casu prima littera immutata a gręcis Δημητρα quasi γημητρα: hoc est terrę mater q cunctarũ frugũ creatrix sit. Hęc quandoq; luna dicit sicut liber pro sole. Verg. lib. i. geor. Vos o clarissima mundi Lumina labentẽ cœlo quę ducitis annum Liber ⁊ alma ceres. Ponitur interdum Ceres pro ipso pane: sicut Liber pro vino. Terent. Sine Cerere et baccho friget venus.

¶ Cereale: qđ ad cererẽ pertinet: vt cerealia arma:

¶ Ceritus pe. pro. quasi cereritus. hoc est cereris ira et indignatione vexatus. Nã in cereris sacris furore corripiebant: Et sicut a baccho bacchantẽ dicimus: sic a cerere ceritũ. Hor. in Ser. Ceritus fuit aut cõmotæ crimine mentis. i. insanus ⁊ furiosus. Unde qui emotę mentis sunt ceriti nuncupari solent. Plaut. in Amph. Tu certe laruatus es: aut ceritus. Idez. Iube hanc pro cerita circumferri.

¶ Cerus genus arboris glandiferę a quo fit possessiuum cereus cerea cereum.

¶ Ceretũ oppidũ Umbrię inter spoletũ ⁊ Nursiam a quo ceretanus a. um. Nã illa vident prodigialiter in nostris ceretanis accidisse: vt aliqua vitis apud te excederet vuarũ numerũ duorũ millium.

¶ Cęrinthe es. genus herbę mellis cũ cęra misti saporem habens. Verg. lib. iiii. geor. Et cęrinthę ignobile gramen. habet folium candidũ incuruum cubitalis: capite concauo: cuius florum auidissimę sunt apes a cęra deriuatur.

¶ Ceretani populi hispani vt auctor est Ply. ⁊ Stra. apud quos generosa vina nascebant: quę ceretana dicebantur. Mar. Ceretana nepos ponat setina putabis. Sunt ⁊ ceretani populi ex Cereto vmbriæ oppido qui totum orbem vino quodã: ac turpi superstitionis genere indificant.

¶ Cerostrotũ compositũ ẽ a greco. Nã κερασ latine cornu στρωτοσ stratus ⁊ est cerestrotũ picturę genus cum ex cornibus ramenta tingunt varijs coloribus deinde vermiculatim ligno inserunt. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum. Postea cœpere tingi animaliũ cornua dentes elephantorũ secari: lignũq; ebore distingui: mox totum operiri. Plynius lib. xi.

Nunc tincta: nunc sublita: nunc quę terostrota pictu
rę genere dicunt. Proprie tamen dicitur cerostrota.
cornibus strata sicut lithostrota lapidibus strata.
¶ Cerno is. creui. ⁊ scdm aliquos cerni. Liui. lib. vii.
Et qđ haud minus timendũ erat stolide ferocē virib⁹
suis cerneret: cretũ significat video. Verg. Cernim⁹
astantis ne quicq̄ lumine toruo. Quandoq̄ cernere
est considerare: vt Cerno q̄ populus iste durę ceruī
cis sit. Quādoq̄ iudicare: statuere: deliberare. Ci. li. iii.
de legibus. Quodcunq̄ senatus creuerit. populusve
iusserit tot sunto regio imperio duo sunto. Luc. Post
q̄ pręsidiũ castris educere creuit. Pacu. Et ęquũ ⁊ re
ctum est qđ postulas iurati cernant. Quādoq̄ diuidere:
secernere: cribrare: qđ ⁊ incernere dicit. Unde et icer
nicula cribros vocamus. Ply. lib. xviii. Rursus quæ
transit arctiore cernitur. Unde ⁊ crines dicti sunt: q̄
sint discreti. Quādoq̄ dimicare. Plaut⁹. Pro patria am
phitrio dum cernit. Quādoq̄ cedere. Unde cernere hę
reditatē filii parētibus dicti sunt: hoc est cedere. Ac
cius. Regnũ tibi permitti malunt cernā tradā exerci
tus. Composita huius verbi sunt concerno: qđ Aug.
lib. v. con. pro coniungo posuisse videt cũ inquit Ta
lem naturā nasci posse de Maria virgine nō arbitra
bar nisi carni concerneret. Concerni autē ⁊ nō coin
quinari nō videbā q̄ mihi tale figurabam. Decerno:
discerno: excerno: incerno: secerno: ⁊ succerno: quod
est subdiuido. Ply. Farinario cribro succernunt.
¶ Cernulus a cerno formari videt: quasi diminuti
uum a cernus: qđ nusq̄ legi. Hier. contra Ruff. Nec q̄
tu occupatus in sensibus: ⁊ ad instruendā mihi calum
niam cernulus grammaticorũ ⁊ oratorũ pręcepta cō
tempseris.
¶ Certo as. significat altercor. contendo. Inde cer
tamen ⁊ certatio. Interdũ prouoco. Ter. in Phorm.
Benedictis si certasset: audisset bene. Hinc compo
nuntur decerto ⁊ concerto.
¶ Certatim aduerbiũ signifi. singulariter vnũ cũ al
tero: quisq̄ pro viribus a strigo L uno de altero. Fa
rechi ne po piu. Sue. in Augu. Senatus ⁊ in funere
ornando ⁊ in memoria honorāda eo studio certatim
progressus est. Hiero. in lib. Iudi. Igitur certatim
ramos de arboribus pcidentes sequebant ducem.
¶ Cere oppidũ fuit Thuscię nō longe a Tarquiniis
Vide in dictione Cærete.
¶ Certamen conflictus qui fit inter duos aut plures
Gręca certamina celebratissima hęc ferunt. olympia.
phthia. isthmia: ⁊ nemeęa: in quib⁹ gręci magnos ho
nores cstituerũt victoribus athletis. Nā olympica: q̄
in olympo arcadię monte iuxta Pisam ⁊ helidē quin
to quoq̄ anno in honorē olympii Iouis celebrabant
et qui vicisset corona oleagina donabat: Institutaq̄
sunt anno mundi quadringentesimo supra quattuor
millia in coq̄ certamine hercules primus coronatus
est. Phthia Apollini sacra erant: quorũ victor poma
referebat. Isthmia ab Isthmo parte archadię vbi ce
lebrabant in honorē palemonis quē latini portunum
dicunt: ⁊ qui vicisset coronā ex apio reportabat Ne
meęa a nemea sylua i memoriā. Archemori Lycurgi
filii fiebant: quorũ victores pinu coronati abibant.
Hęc certamina etiā ludi plurali numero dicuntur et
spectacula.
¶ Certus a. um. ponit pro claro ⁊ indubitato a cerno
pro video: q2 ea quę cernimus clara: ⁊ indubitata sũt.
Unde facio te certiorē dicimus: hoc est declaro ⁊ affir
mo tibi ista eē. Gel. Certi sumus nō ignorare te quid
vena appellat. Hinc fit incert⁹: dubius. Incerto as.
Certitudo. Interdũ certus dr cōstitutus: hoc est tā
tus ac talis: q̄tum ac quale volumus. Unde certum
vulnus fecisse aliquē dicimus cũ nec plus nec minus
fecit: q̄ voluit. Mar. O q̄ certa fuit librato dextera
ferro. Interdũ discretus. Hinc certos fere numero
plurali dicimus pro eo qđ est quosdā: quasi a cęteris
discretos. Ci. Is em̄ cũ certis aliis ad Cęsarē missus
pauloante discesserat. Sal. Apud latera certos loca
uit. Item certus firmus nō vacillans. Oui. Da mihi
quid petit certo contingere telo. Et certum dicimus
deliberatũ: in quo plærũq̄ adiungit drũs cũ infiniti
uo: vt Certũ est mihi in Asiā nauigare. Verg. Certũ
est in syluis inter spelęa ferrarũ Malle pati. Hinc fit
aduerbiũ certe: qđ cũ affirmatiuũ sit: aliqñ etiam pro
saltē ponit. Ci. Marcel. Victi sumus igitur aut si vin
ci dignitas non pōt certe fracti ⁊ abiecti. Iungit qñ
q̄ cum et: semperq̄ affirmat. Ci. Et certe contra Cę
sarem ⁊ ingressus armatus. Si aũt iungat cum ver
bo scio: vel similibus e in o mutari solet. Cicero. Et si
certe scio.
¶ Certisso as. certus fio. Pacu. Vocant cocos vnde
certissent.
¶ Cernuus ꝓprie inclinatus quasi qui terrā cernat.
Verg. lib. x. Erectoq̄ incumbit cernuus armo.
¶ Cerui animalia q̄ magna cornua gerant quasi ger
ui. g in c mutata. Vel a πο των κερατων. Hoc est a cor
nibus quę primũ binis oriunt simplicia quidē ⁊ recta
ad subularũ similitudinē: quamobrē subulones per id
tempus appellant. Hinc ceruinus a. um. penult. pro.
Mar. Ceruinus gelidũ torquet sic halitus anguem.
Et cerui dicunt furcæ quę ad casę sustentationē figũ
tur ad similitudinē cornuũ cerui. Ver. Atq̄ humiles
habitare casas ⁊ figere ceruos.
¶ Ceruisia decoctio ex fermentis ⁊ sorbis confecta:
quā Bacchus inuenit. Verg. Et pocula lęti fermenta
atq̄ acidis imitat vitea sorbis.
¶ Ceruix posterior colli pars. q̄ ab occipitio incipit
et tendit ad spinā: nam quę anterior est gula dr. Cer
uicis hæc cōmoditas est vt ad dexteram sinistramve
priorsum retrorsumq̄ vertat. Constat em̄ ex ossibus
orbiculatim vertebratis: ex quibus fit ad circunspe
ctum facilis. Hinc est q̄ qui flecti nec cogi possunt cer
uicis durę phibent. Unde dicimus hoiem durę cer
uicis: quasi indomabilē ⁊ contumacē. Antiqui vero
vt Quintil. ait ceruices dicebāt: primusq̄ hortensius
ceruicē dixit. Ci. in Vati. Inflato collo tumidis cer
uicibus intulisti. Cato. Si caput aut ceruices dolēt.
ea lotio caldo lauito. Amb. de diua Agnete. Quomo
do possum ad iniuriā summi dei ceruices meas lapi
dibus inclinare. Hinc ceruicosus pro duro et inex
orabili.
¶ Ceruicale ⁊ p apocopen ceruical pe. pro. denomi
natum a ceruicibus significat ceruicis sustentamen
tum ⁊ munimentũ. Hoc em̄ instrumēto delicatorum
ceruices confouent. Iu. Conducit comites sellā cer
uical amicas. Mar. Tinge caput nardi folio ceruí
cal olebit.
¶ Cerusa pe. pro. pigmentũ. Hie. ad Furiā. Quid fa
ciat cerusa in facie Christianę.
¶ Ceryx latine pręco ⁊ caduceator. Unde Euse. scri
bit a Nerone cerycas fuisse certamine supatos. Se.
ad Serenũ. Nō vis nisi consul aut prytanis aut ceryx

aut suffes administrare remp. hoc ē caduceator & magistratus ad remp. gerendam. Est aūt grecū κηρὺξ ἐξ τοῦ κηρυσσειν καὶ κηρυκευω tamen Sudas κηρυξ ευ πολεμω πρεσβυς εν ειρηνη.

¶ Cesso as. abstineo: ab opere vaco. Verg. Et si quid cessare potes requiesce sub vmbra. Item Cessare tardare remorari. Idem. Cessas in vota precesqʒ .i. tardus es in vota faciēda. Teren. in Eun. Paululum si cessassem pithias domi nō offendissem: ita iam adornabat fugā. Huius cōpositū est cōcesso. Plau. Postq̄ aurora est nunq̄ concessauimus lauari: aut fricari: aut ornari.

¶ Cesitiū linteolū purū & candidū. Vide supra: quia scribitur cū diphth. Cesitium.

¶ Cesa. Cesius. & Cestus. Vide supra: quoniā scribitur cum æ diphthongo.

¶ Cetus ceti sine diphth. piscis maximus in athlantico mari. Hie. Sicut fuit Jonas in ventre ceti. Am. lib. hexa. Virtute mitigauit mare: disciplina strauit cetos. Dicitur & Cete neu. gñe: & numero plurali. Hier. in Gen. Creauit deus cete grandia. Sunt autē cete maiores pisces nō ouum: sed aial gignētes tantę magnitudinis: q̄ si quando supernatāt fluctibus annare insulas putes: montes altissimos summis ad cœlum verticibus eminere. Hi etiā testudines marinę dicūtur a diuo Hiero. in epistola ad pręsidiū iaconū sicut in dictione testudo videre potes. Cœtus aūt cum œ. diphth. conuentū seu cōgregationē significat a coeūdo. i. conueniēdo in vnū. Sene. lib. iii. decla. Qui cœtum fecerit capitalis. Qui eleganter ait cœtū nomē esse magnę multitudinis coeuntis ex cōsensu quodāsaltem dignę exprimit Sudas κητος θαλασσιον θηριον πολυειδεσι γαρ λεων. ζυγαινα παρδαλις. φυσαλος. πρηστις ηλεγομενη μαλλι και δυσαργα. γωρισον εστι και κριος. ι δει μεχθρον ζωον.

¶ Cetarii dicunt maiores pisces capiētes: seu vendentes dicti ab eo q̄ cete in mari maiora sunt piscium genera. Col. lib. ix. Salsamentorū oīm purgamenta quę cetariorū officinis euertunt pręberi cōuenit. Varro. Aduertis cetarios cū videre volunt in mari turmas ascendere in malum alti vt penitus per aquam perspiciant

¶ Cetarię loca iuxta mare stagnante lacu: in quibus Thynni & alii huiusmodi pisces capiunt: et saliunt. Ply. Carteię in cetariis assuetus polypus exire atq̄ ibi salsamenta populari.

¶ Cetra scutū breue lorerū: quo (Seruio auctore) vtūtur aphri & hispani. Ver. Leuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti sunt milites cetris muniti: de quibus fit mentio apud Cęsarem & Liuium

¶ Ceuere pe. pro. est clunes mouere: q̄d fit aut adulādo: aut in re venerea turpia operando & ꝓprie de maribus dr. Crissari vero de mulieribus. Persius. An romule ceues. Hinc ceuetes auctore Probo molles et obscœni dicuntur.

C ante H.

¶ Chere. salue. hoc syro hebraicoq̄ sermone appellatur. Salomlac siue salomalac. i. pax tecū. Χαῖρε.

¶ Chabrias atheniensis phūs: & Imperator inclytꝰ. Hic dicere solebat terribiliorē esse exercitū ceruorū duce leone: q̄ leonū duce ceruo

¶ Chalasis pe. cor. tunicę gñs: q̄d ι Χαλασσαρ vocāt a laxitate: vel vt quidā dicūt nodus tunicę muliebris quo connexa circa ceruicē tunica sumitur.

¶ Chalaza: collectio sub cute buboni & ęgyptię fabę sīlis dolorē si tangat afferēs: A latinis grando dr.

¶ Chalcedonia siue chalcedon vrbs fuit in asia iuxta bosphorū thraciū ex opposito ad byzantiū. Hanc megarenses cōdidere cęci appellati qui nō potius oppositū littus elegere in quo iacet cōstantinopolis optimo loco. Hinc olim magna synodus celebrata est q̄ inter octo numerant quibus romana ecclesia pręcipuū impertitur honorem.

¶ Chalcis idis. vrbs metropolitana in Eubœa regione insula iuxta Euripum. Unde chalcidicus a. um. Alia est in chalcidica regione Syrię. Alia est ętholię. Est & chalcis auis.

¶ Chalcidius a. um. nomen gentile. Chalcidius etiā nomen philosophi.

¶ Chaldęa cū æ diphth. Asię maioris regio Arabię contermina: plana: fontiū indiga: in qua babylon ciuitas magna. Chaldęos arphaxat instituit: & a se arphaxateos nominauit: vt inquit Josephus.

¶ Chalix lapidis genus ex quo deducitur ignis.

¶ Chalestra vrbs thessalię littoralis iuxta quā axius fluuius in mare ęgeum descēdit.

¶ Chalame ciuitas persidis: q̄ nūc appellat crisiphon

¶ Chalybes cū y. cor. populi in ponto iuxta Thermodontē fluuiū sicut Stra. & Ply. testant. Hi ferrum nudi effodiūt: dicēte Vergi. India mittit ebur: molles sua thura sabei. At chalybes nudi ferrū. Ponit tamen q̄ñq̄ chalybs pro ipsa ferri materia. Oui. lib. iiii. de fast. Nec erat in pretio calybis iam massa placebat. Qñq̄ pro instrumēto ex calybe facto. Vergili. Vulnificusq̄ chalybs. Luc. Calybē frenosq̄ momordit.

¶ Chamus gñs freni dictus q̄ fit breuis Χα mos em̄ breuis dr. Hie. in ps. In chamo & frēno maxillas eorū constringe.

¶ Chamędracontes genera serpentū.

¶ Chamęcyssos: gñs hederę q̄ nunq̄ se ab humo attollit cōposita dictio ex Χαμαί: q̄d est infimū & κισσος hedera. Sic chamęplatani vocant humiles platani & coactę breuitatis. Chamę daphne pusilla laurus chamęcerasi breues cerasi.

¶ Chamelus per simplex l. gñis cōis aial quadrupes Hiero. in gen. Separauit chamelos fœtas cū pullis suis. Bactri chamelos mittūt & arabia vt scribit Diodo. Sed in hoc differūt q̄ arabici bina in dorso habēt tubercula hos dromedarios vocāt: singula bictriani Chamelus vero pro fune nautico quo nautę marinas anchoras ligant gñis mas. est: vt est apud euangeliū. Facilius est chamelū per foramē acus intrare.

¶ Chamęleon ontis: quasi paruus leo: aial est diuersa varietate cōspersum: vt pardus: & ad colores quos videt conuersione facillima variat. Nascitur in India figura & magnitudo est lacerti: nisi q̄ crura habet recta & excelsiora: latera ventri iungunt: vt piscibus et spina simili modo eminet: rostrū simile suillo: cauda pęlonga & tenuitatē desinēs & implicās se viperinis orbibus: vngues adunci: motus tardior vt testudini asperū corpus vt crocodillo: habet oculos corpori cōcolores: nunq̄ eos operit. Solus animaliū nec cibo: nec potu alitur: nec alio q̄ aeris alimento latet hyeme vt lacerta. Ab Auicenna dr stellio: sed diuersum esse Hiero. in leui. ostendit cum inquit. Negale chamęleon & stellio & lacerta & talpa. Omnia hęc immun-

da sunt. Est et genus herbe a foliorum varietate: mutat enim cum terra colores ad similitudinem chameleõtis animalis. Hanc quidã buphonẽ vocant.

¶ Chameterẽ dicunt humiles et depresse imagines. Chame enim grecorum aduerbium latine significat humi. Scribit Ply. lib. xxxvi. scopã fecisse apollinẽ palatinum vestã sedentẽ laudatã in seruilianis hortis duas quoque chameteras circa eam. Χαιως θεος ημ τυριωμ και αιεμητωμ ωσπερ κασαρ τιθεος σιδομιωμο ελατρευσε σολομωμ

¶ Chamelopardalis pe. cor. aial: cuius ad magnitudinem chameli proceritas: color pellisque panthere maculis veluti florẽtibus varigata postreme infra aluũ partes humi subsident sicuti in leonibus videmus humeri pedesque priores atque itẽ pectus preter ceterorũ membrorũ rationẽ procera: tenuis ceruix chamelo caput simile. Chamelopardalus est aial collo simis equo: pedibus: et cruribus boui: capite camelo albis maculis rutilũ colorẽ distinguẽtibus.

¶ Chananea habet diph. in pe. Est aũt chananea syria regio a chananeo filio Cham: qui eam regionẽ que nunc Iudea nuncupatur inhabitãs a se chananeã nuncupauit vt lib. i. antiqui. Iosephus refert.

¶ Chaonia pars alpestris epiri: licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Hinc chaones ppli a Troiano Heleni fratre Chaone noiati. Ibi molossi etiaz vt Scribit Stra. appellati sunt a Molosso Pyrrhi filio. Vergil. Chaoniamque oẽm troiano a chaone dixit.

¶ Chaos Hesiodus oim rerũ initiũ vocat: quod ab eo omnes deos deasque natũ sit. In theogonia scz et orpheus in principio argonauticorũ αρχαιου μεμ πρωτα χαους αμεγαρτομ αμαγκημ κρομομ τε ωσπερ ελοχευσεμ απειρεσιοσι υπ ολκοισ αιθερα και διφυη περιωπεα κυδρομ ερωτα. Et iterum appellat confusam quondã ab initio vnitatẽ hyantẽ: patentemque in profundum. Alii appellant materiã cœli et terre confusam atque informem que primũ ex nihilo facta est: de qua postmodũ omnia singillatim per species varias: formasque proprias processerunt: de qua scriptura loquitur. Qui fecisti mundũ de materia informi. Lactan. vero sic habet. Chaos est rudis inordinateque materie cõfusa cõgeries. Nec audiẽdi sunt poete qui aiunt chaos in principio fuisse. i. confusionẽ rerũ atque elemẽtorũ postea vero deũ diremisse oẽm illam congeriẽ. singulisque rebus ex cõfuso aceruo separatis: in ordinẽque descriptis instruxisse mundũ pariter et ornasse. Omnia enim deus fecit ex nihilo. Symplicius in cõmẽtariis de cœlo Aristotelis ηκουσα δε εγω τους μεμ αιγυπτιους αστρωασ τηρησεισ ουκ ελαττονομ εχημομ μυριαδωμ: et multa alia. Est aũt hoc nomen monoptoton. Licet Ver. auctoritate dixerit. Atque chao densos diuum. Dictum chaos ab χεω fundo: quod fuerit fusio. i. confusio omnium elementorum.

¶ Characias genus thytimali: herba ramis digitali crassitudine: cuius semẽ cũ melle decoctũ in vsu est ad catapocia: hoc est pilulas faciẽdas soluendi alui gratia. hanc medici corrupto vocabulo catapuciã vocant.

¶ Charchesia genus poculi apud graecos forma procera et circa mediã partẽ cõpressa ansata mediocriter ansis a summo ad infimũ pertingẽtibus. Et tribuitur Ioui sicut Scyphus Herculi: cantharus libero. Ver. Hic duo rite mero libans carchesia baccho. Hoc genere poculi aurei donata est alcmena ab Ioue pro pretio concubitus. Asclepiades aũt vir inter grecos apprime doctus charchesia a nauali re estimat dicta. Ait enim Naualis veli partẽ inferiorẽ pternaz vocari. At circa mediã fere partẽ trachelon dici. summã vero partem carchesiũ noiari et inde diffundi in vtrũque veli latus ea que cornua vocantur. Sunt etiã qui putent charchesia esse foramina que in summo malo funes recipiũt. Catul. Lucida qua summa splendẽt charchesia mali.

¶ Characate vinee. i. pedate vallate a greco χαραξ κοσ vallũ χαραττω sculpo signo fœ. gen. dũtaxat pedamentũ vitis significat. Col. lib. vi. Que defixis arũdinibus circunuincte per statumina calamorũ materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur eas nõnulli characatas vocant.

¶ Character latine notamẽ vel lineamentũ: vel lituratura signũ: figura: stilus dicendi. Unde littere characteres dicuntur.

¶ Characterismos latine designatio vt est apud Iu. Et caluo seruiret roma neroni. i. domitiano.

¶ Charis lati. gratia a quo charisma tis. in eadẽ signifi.

¶ Charites gratie tres fuerunt. Aglea. Talia. et Euphrosyne Iouis filie.

¶ Charistheũ genus marmoris virides a χαρισ gratia quod eius color gratus sit aspicientibus.

¶ Chariophylon pe. cor. genus aromatis et nascitur in India grandius et fragilius granis piperis: vt Testatur Ply. Habetque capitella dentata ac odoris medicineque gratia ad nos aduehitur a χαριεμ gratiosum et φιλομ amicum carum.

¶ Charientismos dici põt gratificatio Nã a χαριεμ quod est gratũ vel gratiosum. Figura est cũ dura dictu mitius et gratius proferuntur.

¶ Charistia neu. generis: et numeri pluralis festa vocabantur: quibus cognati conueniebãt et munera mutuo mittebant Ouid. lib. fast. Proxima cari. dixere charistia. a χαρισ gratia.

¶ Charitas. Vide in dictione caritas.

¶ Charon tis. a poetis dicitur qui transuehit tria inferni flumina acherontẽ: stygem et cocytum.

¶ Chartophylaciũ latine scriniũ dicitur. Nã φυλακη custodia. φυλασσω custodio.

¶ Chasma atis. latine hiatus fissura rictus. οτι χαιμω ειμεεμ και χασμα χαιμω est hio. Fit aũt chasma nõ solum in cœlo de quo Ply. Fit et hiatus cœli quẽ vocant chasma sed etiã in terra Unde ait iuriscon. ti. de censibus. Si agri portio chasmate perierit debebit per censitorẽ releuari. Ammianus eleganti vocabulo charismaticũ appellat terremotum quo patefactis subito voratrinis terrarũ partes per hiatũ absorbentur.

¶ Charmasynũ genus serici ex eo quod aspiciẽtes delectet

¶ Chele scorpionũ et cancrorũ brachia tñ grece χηλη dicitur vngula: sed scissa vt Theodorus gaza li. ii. pedie cyri Verg. Qua locus erigonẽ inter chelasque sequentes. Amb. de cancro loquẽs. Et periculosum est inde si chelam eius includatur. Chele signũ cœleste: et dicuntur prima pars scorpii.

¶ Chelys aial: testudo est proprie: sed capitur pro cithara ex qua mercurius eã fecit απο της χελωμης: hoc ẽ a testudine. Nã ex testudie primo facta ẽ cithara a mercurio cõsumpta iã carne sed superstitibus neruis proprie ergo chelys testudo: chelion operimentũ testudinis.

¶ Chelydros testudo marina ornatus quidam: quo donabantur mulieres. Iuue. Donant archana chelydros. Ita enim exponitur ab eruditis: quamuis nõnulli legant cylindros: cũ cylindrus aliud significat.

¶ Chelydonia de quo infra herba visui saluberrima ab hirūdine mōstrata a grecis Χελιδων: ꝛ a nr̄is hirū do transfert: a qua chelydonia herba dr̄ ꝙ eo auium gn̄e aduenie͂te nascat ꝛ discedente extinguat: siue ꝙ hirundines restituāt oculos pullis suis excecatis ea herba. Itē chelidonia vocat fauoni⁹ ventus ab octauo Idus martias flans ab hirundinis visu. Chelidonia etiā est oculus indicę testudinis qui ē lapillus.

¶ Chelenophagi pe. cor. testudinū comestores. Nam Χελωνη testudo dr̄. φαγοι comestores. Sunt aūt populi carmanię vt inquit Soli. qui non alia ꝙ̄ testudinum carne viuunt.

¶ Chenotrophia Χηνοτροφια. nātiū volucrū auiaria

¶ Chenoboscion locus vbi anseres alunt. Nā Χην Χηνος anser dicitur.

¶ Chenopus latine anseris pes dr̄. Quo noīe dicta est herba q̄ habet effigiē anserini pedis.

¶ Cherronesus per duplex rr. et vnū sc3 terra est fere vndiq͂ mari cincta Χειρρος manus νησος insula dr̄. Et ob excellentiā ponit pro peloponeso. Dicit ꝛ cheronea q̄ fuit plutarchi patria clade totius gręcię clarissima. Verū totius cherronesi triplex partitio vocatur. Prior ꝛ nobilior pars est Asia q̄ ab hellespōto vsq͂ ad halyn ꝛ cappadociā porrigit: ꝛ a monte tauro in septētrionē versa ponto ꝓcumbit euxino. Altera ē capadocia q̄ incipiē s vbi asia desinit orientē versus ad euphratē vsq͂ ꝓcurit: ꝛ ab euxino vsq͂ ad taurū ꝛ amanum montē in meridiē extendit. Tertia est oīs plaga quę a summis tauri iugis vsq͂ ad mare i austrū vergit

¶ Chersonesus idē est qđ cherronesus. Nam Χερσος terra manu facta νησος insula.

¶ Chersydros serpens qui tam in aquis ꝙ̄ in terris morat. Nā cōponit ex Χερσος terra υδωρ aqua quasi viuens in terra ꝛ in aqua.

¶ Cherubin gn̄is neu. ꝛ pluralis numeri pro illo angelorū choro. Cherub vero seu cherubim per m tam masculini ꝙ̄ neutri gn̄is est.

¶ Cheospes ęgypti rex qui celeberrimā illā pyramidem struxit: habuitq͂ in ea tā multa hoim millia opus illic tot annis facientiū vt pro apio cępa allio expensa fuerint mille ꝛ sexaginta talenta.

¶ Chēnis insula ē: vt Pōpo. scribit i quodā lacu ęgypti.

¶ Chidnei populi iuxta pontum.

¶ Chidorus macedonię fluuius.

¶ Chilias adis. numerus qui mille continet. Chilia mille. Hinc chiliarchus millenarius.

¶ Chiliarchus qui pręest mille hoibus. Sed in Ro. historiis ꝓ tribuno militū ita semp accipit vt Demarchus ꝓ tribuno plębis. Nā auctore Iosepho ordo in Roma. militia hic erat vt milites ad centuriones: illi ad tribunos: quos gręci chiliarchos vocāt mane cō uenirent salutatum.

¶ Chilon vnus ex septē sapiētibus: dicūt gre. labiū.

¶ Chilos labiū. Inde chilones: q̄ labra improbiora habent. Vide in dictione Cilones.

¶ Chimęra cū æ diph. cuius prima corripit: latine capella mons in lycia leonibus ꝛ serpētibus inhabitabilis qui etiā flammā admodū ethnę in sicilia emittit e summo vertice. Qđ vtiq͂ dedit cām fabulę vt chimęra mōstrū dicat tria capita hn̄s vnū leonis: aliud chimęræ: aliud draconis: cuius capita ignē efflant. Lucre. Prima leo: postrema draco: media ipsa chimęra. Ouid. li. vi. met. Quoq͂ chimęra iugo mediis in partibus hircū Pectus ꝛ ora leę caudā serpētis habebat

Hesiodus. Της δεηυ τρεις κεφαλαι ησαν μεν Χαρωποιο λεοντος.

¶ Chimerinos pe. cor. vnus ex cæli circulis: qui capricornū ꝯtingit in quo cū sol est: dies breuissimi sunt et hyemalis interpretat. Mar. Si daret autūnus mihi nomē operinos esset. Horrida si brumę sydera chimerinos. Duæ etiā sunt plagę orbis hītabiles: Quæ a nobis habitat θεριμη a scriptoribus noiatur. Alteram quā incolūt Antichones chimerinę a nobis hyemalis q̄ ad haustrū deflexa haustralis quoq͂ nuncupatur: cū nostra septētrionibus supposita sit.

¶ Chios insula in ęgeo seu pāphilio noningētoꝝ stadiorū ambitu: in qua nascit mastix. Hęc olim dicta ē ętholia Cleobolus chiā appellauit a chione nympha In hac tēpl̄ū Apollinis. Vn̄ chius apollo. Et chii i ea habitātes. Et ꝓmontoriū Aruisiū: a quo aruisia vina Et pe. cor. h3. Luc. li. viii. Quas asinę cautes: ꝛ quas chios asperat vndas. Sunt qui quadrigeminā chiu3 esse putent: vt Prima sit chios insula. Secūda cariæ vrbs sub mōte pellenęo. Tertia in Eubœa. Quarta in cherrōnesso rhodiorū iuxta triopiā. A chios fit chius a. um. pe. pro. Tibu. li. ii. Nec mihi fumosos veteris ꝓferre phalernos. Consulis ꝛ chio soluite vincla cado. Hęc insula ꝓtulit mēorabiles viros. Ionē tragicū Theopompū historicū ꝛ Theocritū sophistā.

¶ Chiragra pe. cor. manuū dolor. Χειρ manus αγρια dolor: atrocitas. Mar. Si nil porrigit hęc chiragra ē Hinc chirager ꝛ chiragric⁹: qui chiragrā habet.

¶ Chirocrates pe. cor. nomē architecti celebris: qui ab aliqbus dinocrates dici solet: apđ Ply. li. xxxiiii.

¶ Chirographus ꝛ chirographu3 manus inscriptio γραφω scribo. Chirographa sunt q̄ nos ꝑscripsimus in fidē alicuius. Asco. scribit chirographa dici in quibus tm̄ q̄ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiā contra fidē veritatis pactio venit ꝛ nō numerata quoq͂ pecunia: aut nō integre numerata pro tparia voluntate hoim scribi solet. Iuue. Vana supuacui dicūt chirographa ligni. Hinc chirographarius a iure cōsultis ponit pro eo q̄ suo chirogr̄pho scripsit se debitorē3

¶ Chirodita tunica prolixa vltra bra chia manus operiens. (in codice.

¶ Chiromantia manibus diuinatio μομαω. em̄ moueo cū quadā arte vel μαντεια και Χειρ.

¶ Chironomia manuū motus. Quin. legē gestus interpretatur. Chironomia a Χειρ manus: ꝛ νομος lex. Sunt em̄ motus quidā ꝑscripti q̄bus saltātes manibus vtunt. Qđ positū in gręcorū vsu fuit. Apđ Rom. aūt integris adhuc vrbis moribus in solo theatro exercebat ꝛ maxie pyrrhichia saltatio. Chironomus: ꝛ chironomō tis. q̄ manib⁹ gesticulat ꝛ ludit. Vn̄ ꝛ pro structore ponit a Iuu. qui lege quadā manuū diuidit aues ꝛ cętera esculēta cū inst spectas chironomanta

¶ Chirotheca manuū vagina q̄ etiā mani ca dici solet. Ci. in phil. Solet em̄ cito ipse accipe manices nec diutius obsidionis metū sustinere. (volanti.

¶ Chirotesia manuū impositio.

¶ Chirurgia manuū operatio εργια em̄ opatio dicit quasi manuū opus eo ꝙ manibus hęc ars exerceatur. Hinc chirurgus ꝛ chirurgicus medicus vulnerari⁹. Mar. Chirurgus fuerat nūc est vespillo diaulus.

¶ Chirogylius echinnus terrestris: vt est apud Leuiticū capitulo vndecimo.

¶ Chiron nomē medici ꝑstantis: a cuius noie herba quoq͂ dicta est centaurea ꝛ chironiū vicus qđ maxie

sit in pedibus ⁊ cruribus hñs duas oras callētes tumentesq̧ dolore modico. Dictū ceu chironis operam desyderet. Fuit hic chiron centaurus ⁊ achillis magr̃ Saturni ⁊ phillyrę filius. Oceani filię dimidi⁹ hō reliqua pte equ⁹ q̄ a mr̃e phillicydes ē dict⁹. Hic vniuersos suę ętatis hoīes bonitate ⁊ iustitia supauit. Nauigauit cū argonautis: quoꝝ medicus fuit Medicinā ⁊ herbarū vires inuenit. Medicinā ęsculapius: citharā achilles: astrologiā hercules: ab eo didicerūt. Tandē deorū miseratione cū ex vulnere obiisset relatus est ad astra ⁊ sagittariū constituit.

¶ Chlamys ydis. pprie vestis militaris pallio pene aduersa cū breuior multo ac strictior sit. Plau. Puer cape chlamydē ⁊ da palliū. Idē ad ornatū militis ait opus esse chlamyde machera: ⁊ petaso. similiter Iul. Pollux de ppaietate vocabulorū inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconsulti vero inter vestimēta puerilia numerāt chlamides. A chlamyde fit chlamydatus qui est chlamyde indutus. Plau. in Pseu. Quis hic hō chlamydatus est? aut vñ est: aut quē queritat? Chlamydula dimi. Idē. Tu sume chlamydulā. Sudas. Χλαμυσ ρουμασ Δευτεροσ ρωμαιων βασιλευσ πρεσβιασι σαυρων δε ξαμενοσ και το σχηματησ φορεσιασ αυτων καταμαθων. εξ αυτων λαβων εφευρε την Χλαμυδοσ στολην. Et multa subdit.

¶ Chlæna genus vestimenti qđ sup alia portabatur. Postea lęna dicta.

¶ Choa nomen est mensurę

¶ Cholax nomē parasiti ab assentādo. Est enī colace.

¶ Chœnix icis. ⁊ chœnica e. nomē mēsu (ue adulorę quotiēs sextarius q̄ter assumit. Quidam dicūt esse mensurā diurnę escę. Uñ pythagoreū ęnigma ē. Sup chœnice nō sedendū: hoc ē nō curandū de crastino eē

¶ Chondros latine granū thuris dicitur.

¶ Chobar pprium nomē flūinis. Et qr graue interptatur. Tigrim ⁊ euphratē ⁊ oīa magna ⁊ grauissima flumina q̄ in terra chaldęorū esse phibētur significat chorus. Uide infra in dictione corus.

¶ Cholera ppli numero ⁊ choleræ morbi gñs est pcipitis in quo ⁊ vomitus ⁊ deiectio simul flūt. Uñ cholerici apud Celsum. Accipit ⁊ pro bile. Lampri. Alexander inqt cęsar iudices qui furtorū fama laborassent si casu aliquo videret commotione animi: et stomacho choleram euomebat.

¶ Choragos latine corcę princeps: ⁊ expensę suppeditator ⁊ chorii conuiuiiq̧ magister.

¶ Choraules a choro ⁊ tibiis dicti sunt qui modulantur ad choros: vel q̄ in choro fistulas inflāt Χοροσ nāq̧ chorū ⁊ tripudiū sigt. αυλοσ vero fistulā seu tibiā qui tibiis ad choreas canūt. Apul. Erat quidem iuuenis satis corpulētus choraula doctissimus. Uñ apud nos vsitandū nomē pro latino auledus. Ci. Qui citharœdi esse nō possunt auledi fiunt. Et qr gratissimi principibus choraules quorum delicię ambrosię choraules ambrosius dixit Iuuenalis. i. tibicen gratissimus.

¶ Chorocitharistę qui choro citharizāt: sicut psallocitharistę q̄ psallūt. i. canūt ad citharā. Sue. in Domi. Certabat etiā ⁊ prosa orōne: grece: latineq̧ ac pter citharœdos chorocitharistę quoq̧ ⁊ psallocitharistę.

¶ Chorea pe. indifferēter a Χορευω salto. Uer. Pars pedibus plaudūt choreas: ⁊ carmina dicūt. Idē. Immemores nostri festas duxere choreas

¶ Chorda latine funis. Nā grecū est: vt inquit Iul. Pol. Cordū vero sine h aliud significat

¶ Choriābus pes ex prima ⁊ vltima pductis duab⁹ mediis breuibus vt filiolis. Dictus choriābus qr iambicā desinentiā habeat: ⁊ in choris apud veteres celebratissimus extiterit.

¶ Choragiū instrumentū apparatusq̧ nuptiarū feralium quidē atq̧ funebriū. Fest. Choragiū est scænicum instrumentū quo scȝ scęna instruit ⁊ apparat: cuius pfectus dr choragus. Plau. in persa. Χορεγ. i. vñ ornamenta ab chorago sumito dare debet. pbenda ędiles locauere. Et in Tri. Ipsa ornamenta a chorago hæc sumpsit suo piculo. Uic. li. v. Post scęnā porticus sunt cōstituēdę vti cū imbres repētini ludis interpellauerit habeat ppl's: quo se recipiat ex theatro choragiaq̧ laxamentū hēant ad cōparandū vti sūt portic⁹ pōpeianę

¶ Chorānei gñs quoddā hoīm syluestre in persia tantę velocitatis vt ceruos cōprendāt cursu.

¶ Chorytus pe. pro arcus theca: aliqñ ⁊ sagittariū: vt inqt Ser. Syr. Paruulus ex humero chorytos ⁊ aureus arcus: Pendētesq̧ sonāt aurata lynce pharetrę.

¶ Chorthos gramē in cōe signi. sed pcipue fœnū.

¶ Chresis: latine vsus dr. Uñ catachresis abusio.

¶ Chrisis latine vnctio dr. Unde Christus vnctus. Ideo aūt nos vnxit qr luctatores contra diabolū fecit: ⁊ Chrisma vnguentum.

¶ Chrisa ciuitas phrygię. Chrysa insula Indię quā aureū solū habere pditū ē. Et chrysa fluui⁹ agri syracusani.

¶ Chrysos cū y dr aurū a q̄ mlta deducunt.

¶ Chrysomelon gręci appellant arietē illū qui vt est in fabulis lanā aureā habuit.

¶ Chrysomela sunt poma aurea q̄ alio noīe dicant armeniaca qr colorē aureum habeant.

¶ Chrysoceras latine auricornu: oppidū est apud byzantiū europę latere chalcedoni vt inqt Stra.

¶ Chrysolithus pe. cor. lapis preciosus aureo nitore trāslucēs Χρυσοσ aurū λιθοσ lapis: q̄si aureus lapis. Oui. Per iuga chrysolithi positęq̧ ex ordine gemmę

¶ Chryselectrus in colorē lutei coloris electri declinās.

¶ Chrisendethū pe. cor. dici pōt auro ligatū. Mar. Sicq̧ videre potes miseri chrysendetha cinnę.

¶ Chrysophis cui videtur aurū inesse.

¶ Chrysogonus nomē viri pprium cōpositū ex Χρυσοσ aurū ⁊ γονη fœtū qr aurū vndecūq̧ pariat. Iuue. Sūt quæ Chrysogonū cantare vetant.

¶ Chrysolāpis lapillus noctu ignei coloris: licet die pallescat.

¶ Chrysostomus aureū os στομα. στοσ os dicitur.

¶ Chrysocola humor: qui in aurifodinis per venas auri defluit: ⁊ crassescēte humore rigoribus hybernis vsq̧ in duritiā pumicis indurat q̄ subtilissime cōtusa auri picturā pbet. Ply. scribit hęc li. xxxiii. Et infra chrysocola aurifices sibi vendicāt ad glutinandū aurū. Uñ ⁊ ipsa appellata est. i. auri colla ⁊ glutē. Chrysocolā terrę gñs eē quidā dicūt: quā e macedonia apportari: ⁊ illic fodi auctor est Uictr.

¶ Chrysocomus comas aureas hñs: quo noīe dict⁹ apollo a fulgore radiorū q̄ comę sūt folis aureę.

¶ Chrysippus phūs asianus stoicorum cum Zenone princeps. Hic zenonis discipulus fuit acutus sane: vt qui multis pceptoribus repugnauerit: statuā habuit athenis in ceramico positā. In dialectica clarissimus fuit: ita vt nō illepide diceret quidā. Si apd deos dialectica haberetur nō temere alia eēt q̄ quę a chrysippo inuēta fuit. Scripsit librorū volumina supra quinq̧ ⁊ septingenta. Ferunt Carneadē philosophū cyre

neum perlectis chrysippi libris ita dixisse. Nisi chrysippus esset ego nõ essem. Cõponiturq; hoc nomẽ ex Χρυσος aurũ ⁊ ιππος qd̃ est equ⁹: q̃si aureus equ⁹ Suidas. Χρυσιππος απολλωνιδου σολευς η ταρσευς φιλοσοφος μαθητης κλεανθους καθηγησαμενος της στωικης σχολης μετα κλεανθην.

¶ Chrysopassus lapis auro aspersus. πασσω enim spargo significat.

¶ Chrysoprasius pe. co. lapis auro admistus ⁊ porri viriditatẽ habens. Nã πρασον significat porrũ. Unde ⁊ prasinus pro viridi.

¶ Chrysoaspides appellati sunt milites a clypeis auro (cælatis.

¶ Chryses nomen ꝓpriũ vatis Junonis. Chrysę vero vrbes multę vocant̃. Chryseis fuit chrysę sacerdotis filia q̃ a grecis rapta in prędæ distributione Agamẽnoni cõtigit. Homerus auct. in principio lib. i. Iliados. res notissima est.

¶ Chromaticus qui nulla verecundia colorẽ mutat: et magis ad verbũ coloratus dici potest.

¶ Chronica orum. gñis neu. nõ chronica cę. vt indocti vsurpant: temporalia dicunt̃ ꝓprie annales. Inde chronismos i. tp̃alitas a Χρονος tp̃us. Sinchronius contẽporaneus. Inuenitur ⁊ chronicus a. um. Aug. lib. iiii. ciu. dei. Nã sicut scribũt qui chronicã historiã prosecuti sunt. Chronici qui de tẽporibus scribunt. Ply. lib. xxxv. Quod ⁊ ipsius Timagorę carmine vetusto apparet chronicorũ errore nõ dubio.

¶ Cronos aũt saturnus dictus est.

¶ Cronia orum. Saturni festa erant.

¶ Chytra ⁊ chytron latine olla. Inde chytrapos odis. olla quę pedes hʒ: quę ⁊ chytrapida ę. dicitur

C ante I.

¶ Cibus ⁊ victus differũt scd̃m Do. q: cibus etiã delicatus prębetur. Victus in paruis aridisq; alimoniis est cõstitutus. Ter. in An. Lana ac tela victũ quęritans. Quidam hoc nomẽ cũ y scribũt ⁊ a ʒυβισις: quę est pera deducũt eo q: pera cibum feramus.

¶ Cibo as. cibũ infero. Col. lib. ix. Atq; ea gña q̃ intra septa villę cibant̃ fere persecuti sumus.

¶ Cibariũ nõ significat locũ vbi reponũt̃ cibi: sed ipsum cibum: vt cibaria misit eis

¶ Cibarius a. um. qd̃ ad cibũ pertinet. Et nõ solũ de pane sordido sed etiã de alio indigno dr̃. Ci. li. i. Tus. Cui cũ pegrinanti in ęgyptũ comitibus nõ secutis cibarius in capsa panis datus esset nihil visum illo pane iucundius. Hie. con. Jouí. Nã cũ monachũ esse se iactet: ⁊ post sordidã tunicã ⁊ nudos pedes ⁊ cibariũ panẽ ⁊ aquę potũ ad candidũ vestẽ: ⁊ nitidã cutem ad mulsum: ⁊ elaboratas carnes ad iura apitii ⁊ paxamii ad balneas quoq; ⁊ fricticulas ⁊ popinas se cõferat.

¶ Cibale qd̃ ad cibũ pertinet. Var. Est eñ lac oĩm rerum quas cibali causa cupimus liquentiũ maxime alibile. Et id ouillũ: inde caprinũ.

¶ Cicada dicta est quasi cito cadens. Viuit eñ rore et cito decidit. Cicada ex oĩbus q̃ viuunt sine ore est pro eo aculeatũ quiddã in pectore hʒ: linguę simĩ: quo rorẽ lambit ⁊ pectus tõm fistulosum: quo vocẽ emittit

¶ Cicatrix ꝓprie est signũ vulneris obducti quasi circa cutẽ: vel dicta quasi occęcatrix. Est eñ caro callosa pro cute inducta vbi hiatus vulneris qd̃ iã coiuit fuerat. Vñ cicatrico as. pe. cor. qd̃ est cicatricẽ induco.

¶ Cicer genus leguminis.

¶ Cicercula leguminis gñe similis piso vt inquit Col.

¶ Cicera gñs leguminis. Palla lib. iiii. Cicera serit̃: quę distat a cicercula solo colore.

¶ Cichorea ⁊ cichoreũ vtroq; modo dr̃. Hor. li. i. car. Me cichorea leuesq; maluę. Ply. lib. xx. Cichoreũ refrigerat in cibo sumptũ.

¶ Cicina auis nocturna.

¶ Cicindula: seu cicindella: gñs muscarũ qd̃ noctu lucet igneũ mõ laterũ ⁊ cluniũ colore grecis a lampyris dicta. Quidã noctilucã: alii nitedulã vocãt: nõ añ maturã pabula aut post desecta cõspicit̃: nũc pennarũ hiatu refulgẽs: nũc cõpressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis: quẽ vulgo lampadẽ vocant cicindella appellat̃: q̃ nocte tota seruat̃ accẽsa ⁊ lãpyridis instar (lucet.

¶ Cicones pe. cor. popi li thracię iuxta hebrum fluuium inhabitãtes. Tibul. Nã ciconũ ille manus aduersis reppulit vndis.

¶ Ciconia auis: q̃ serpẽtibus pullos nutrit. Quo etiam noĩe vocatur lignũ rostratũ: quo e puteis hauriri aqua solet apud Hispanos: qd̃ ⁊ ciconiũ a nõnullis dr̃: Hispani telonẽ dicũt. Item ciconia mensurę gñs est. Col. li. iiii. Sed huic operi exigẽdo quasi quandã machinã cõmenti maiores nostri regulã fabricauerunt: in cuius latere virga ꝓminens ad eã altitudinẽ qua deprimi sulcũ oportet cõtingit summã ripę partẽ. Id genus mensurę ciconiã vocant rustici.

¶ Ciconius nomẽ eius qui brixiã condidit.

¶ Cicum membrana tenuis malorũ punicorũ.

¶ Cicur pe. p. aĩal qd̃ ex fera factũ ẽ mãsuetũ: vt aper ceru⁹: leo: ⁊ quicqd cicurari. i. mãsuefieri põt. Qd̃ eñ a fero discretũ ẽ id cicur dr̃. Ci. Alię sũt ferę: alię cicures: alię natãtes: alię volucres. Cicur ingeniũ dr̃ mite: ac mãsuetũ. Et a cico mẽbrana tenui deriuari videtur. Hinc vecturii quoq; nobiles noĩati sunt cicurii.

¶ Cicuro as. mãsuefacio verbũ vetus qd̃ alio ṽbo dr̃ (exarmo.

¶ Cicuta p. pro. herba venenosa caule viridi: ⁊ geniculato altior sępe binis cubitis: in cacuminibusq; ramosa: foliis coriãdri tenuioribus graui odoratu semine aniso: crassiore radice cõcaua nullius vs⁹ Nã semini tñ ⁊ foliis refrigeratoria vis ẽ. Ser. docet cicutã esse qd̃ ẽ inter canarũ nodos. Ver. Est mihi disparibus septẽ cõpacta cicutis. Fistula.

¶ Cieo es. ⁊ cio is. ambo ciui. citũ faciũt: Sed cũ a cieo es. fit citũ pe. cor. A cio vero ꝓducit̃. Ovid. lib. ii. met. Nec fruit̃ somno vigilãtibus excita curis. Idem li. i. de tris. Accitus toties in gñs oẽ ioci. Et cieo quidem signĩt moueo. Ver. Cœlũ terrãq; ciebo. Cio vero voco ꝓprie: q̃uis ⁊ pro commoueo vsurpet̃. Liui. lib. i. Principes vtrinq; pugnam ciebãt. Proprie aũt dixi quoniã vocare aliquo modo mouere est: sicut ⁊ mouere vocare adeo vt alterũ pro altero quãdoq; sumi posse videat̃. vt illud Ver. Misenũ ęolidẽ: quo nõ pręstãtior alter. Aere ciere viros: martẽq; accẽdere cantu. Col. lib. vii. Cio is. posuit ꝓ eo cõmoueo. Nullo inquit tempore ⁊ minime ęstate vtilius est boues in cursum cõcitari. Nã ea res cit aluũ. A cieo igitur ꝓmoueo fit citus. i. velox: ⁊ concitus cõmotus: ⁊ percitus in furorem iracundiamve motus. Cito as. frequentatiuum a quo cõcito: excito: incito: recito: suscito: resuscito: exuscito: oscito: procito. Similiter cõcieo: ⁊ excieo: et si qua sunt alia composita. Primum significat commoueo. Liui. Galli quos pręde populationumq; concieuerat spes. Scd̃m foras moueo ⁊ excutio. A cio fit excio. Statius. libro. iii. th. Suus excit in omni

arma antiquā tirynthia deus. Accio siue arcio procio prouoco: siue a longe voco. Percio: pulso: tango: percutio: ⁊ valde cōmoueo. Concio simul voco: vel simul cōmoueo: ꝯgrego. Hinc cōcio onis. Ex quibus etiaꝫ fiunt. Concito: excito: procito: frequētatiua. Porro ꝙ preterita ⁊ supina eadē amborū simpliciū sunt: itēq̃ compositoꝝ orta est nō parua interpretandi ea verba difficultas. Nā cito as. frequentatiuū est amborū primitiuorū cio ⁊ cieo. Ideo aliquando vocito aliquando frequenter moueo significat. Pro vocito. Cice. in Ver. acti. iiii. Citatur reus: causa agitur. Pro crebro moueo. Col. lib. viii. Ne immaturis herbis citetur aluus: eoq̃ vitio pecus emacietur. Igitur nō somniculose spectanda sunt frequentatiua: composita preterita: participiaq̃ compositorū vt que vocationis magis proprietatē habent a cio. Que vero motionis a cieo sumantur.

¶ Cileo es. lui. significat moueo. Unde et furcille ꝙ his frumenta cileantur. i. moueantur.

¶ Cyllenus pe. pro. ⁊ p duplex ll ⁊ cū y dictus est Mercurius ꝙ oēm rem sermone sine manibus ꝯficiat: quibus partibus corporis qui carent vocant κυλλοι. i. mutilati vulgo strupiati dicuntur. Siue ꝙ in cyllene monte sit nutritus arcadie: aut a cyllena nympha sit educatus.

¶ Cillibe pe. cor. mense rotunde. Var. scribit cillibā mensam quadratā escariā q̄ nunc in castris a cibo cilliba dicta: postea rotunda facta. hec ⁊ cilibantuꝫ dr a cilice poculo greco. i. calice dictum.

¶ Ciliaci X aspirata in κ tenuē immutata Χιλοσ γαρ λεγεται το σιτον ερτω sομαΧω dicuntur qui ex vitio stomachi i. ventris ꝓfluuiū patiunt. Ply. li. xx. Hippocrates ciliacis ⁊ dissentericis bis coctū cū sale. Celsus lib. iiii. In ipsius vero ventriculi porta ꝯsistit qui et longus esse cōsueuit. Cilicus a grecis noiatur.

¶ Cilicia regio est (vt Ply li. v. testat) in minori asia Syrie ꝓxima plurima iacēs cāpo. Tauro monti subiecta: q a cilicie nomē sortita est: quē pristina etas pene vltra euū memorie abscondit phoenice ortus qui apud gentiles antiquior Ioue de primis terre alumnis habebat. Hec regio ab orienti a mano claudit a septētrione tauri iugis: ab occidente pāphylia. Huius metropolis ē Tharsos quā intersecat cydn⁹ am.

¶ Ciliciū a cilicibus ppłis dictū est: apd quos (nis. (vt inquit Var.) cilicia primū ꝯfecta sunt. Fiunt autē ex villis hircorū atq̃ caprarū q̄ adhibent: vt Vege. inquit ad excipiendū impetū sagittarū. Asco. scribit cilicia tecta esse de pilis in castrorū vsum atq̃ nautarū

¶ Cilix nomem propriū phoenicis filii: a quo cilicia et cilix adiectiuū dr homo qui e cilicia ortus est cilices pyrate fuerūt quos Cn. Pōpeius funditus deleuit.

¶ Ciliū folliculus quo oculus integit ꝙ cilere mouere sit. Vel quasi celiū a celando ꝙ oculū celet. Inde fit superciliū quod pilis obtegitur: cuius prima corripitur. Unde est illud in priapeis. Conueniens latio pone supercilium. Nam teste Plyn lib. xi. Extreme ambitum gene superioris antiqui cilium vocauere. Unde ⁊ supercilium.

¶ Cilones dicti sunt quorū capita oblonga ⁊ cōpressa sunt: vel quibus frons eminentior est ita vt a dextra: sinistraq̃ recisa videatur. Chilones vero cū h ex greco a labiis improbioribus q̄ illi vocāt Χιλα. Unde pisces improbius labrati chilones dicuntur.

¶ Cimas insula inter istri ostia: q̄ vt Pompo. scribit vrbē habet quā qui bithini colunt bithinida appellāt.

¶ Cimbri pplī: qui nūc flamingi germani: lingua gallica latrones: qui inundatione oceani fugati cū gallis atq̃ Italiā adiissent: sedes a senatu ro. petierunt: a quo repulsi armis petere ꝯstituerūt: qđ precibus impetrare nequiuerāt. Actū erat de romanis nisi Marius illo seculo ꝯtigisset a quo primū apud aquas sextias: mox ꝓpe athesim debellati: ⁊ ad internecionem redacti sunt. Hi etiā vt docet Dio. vocati sunt cimerii qui quoniā remotiores sunt a nobis apud inferos esse putantur: Sed Homerus dixit cimerios populos in asia amazonibus ꝓximos qui ex vltimo occidētali oceano aduenerūt. Fertur Val. maxi. Cimbros ⁊ celtiberos in acie gaudio exultare ꝯsueuisse tāq̃ gloriose ⁊ feliciter vita essent excessuri. Lamentari vero in morbo quasi turpiter perituri.

¶ Cimerii populi scythici a quibus bosphorus cimerius vocatus est: in cuius ostio fuit oppidū Cimerion. Horum clima obscurū est. de quibus Homerus. Illis sol nunq̃. phaeton sua lumina spargit Perniciosa sup nox semper tendit istis. Hinc deductū est prouerbium: vt dicant vmbre cimerie. Unde Lact. li. iiii. O cecum pectus o mentē cimeriis: vt aiunt: vmbris atriorē. Ephorus scribit Cimerios in Italia quoq̃ fuisse iuxta lacū auernū: eosq̃ in subterraneis habitasse domiciliis: quorū morem patriū esse: vt nemo solem aspiciat: noctu vero egrediant. De cimeriis ita scribit Festus. Cimerii dicunt hoies qui frigoribus habitatas terras incolunt: quales fuerūt inter baias et cumas in ea regione in qua cōuallis satis imminenti iugo circundata est: q̄ neq̃ matutino: neq̃ vespertino tpe sole contingitur.

¶ Cimolia creta ab insula Cimolo qua vtuntur fullones in vestibus abluendis. Hanc nūc vulgus terram saponariā vocat. Hec ⁊ medicamētis apta dr.

¶ Cinedus cū e diphth. puer ad patiendū aptus. a κινεω moueo: vel experior αιδοια verenda. Alii cinedos pudore vacuos appellant. κενοσ eñ vacuus ουδειϛ pudore. Alii interpretant saltatores vel pantomimos a πο του κινειν ꝙ libidine oībus anteirent. Plau. in Aul. Ita fustibus sum mollior magis q̄ vilus cinedus. Hinc cinedicus a. um. Idem in Sti. Lepidam ⁊ suauē cantationē aliquā occupito cinedicā.

¶ Cinnabary per duplex nn latine cinnabaris: ⁊ cinnaber: vt piperi nos piper. Ply. lib. xxix. Et colore dilutum cinnabary clariore fieri

¶ Cinnamomū frutetū in ethiopia qđ situ breui nascitur fistule duplo prestans odorifera: ⁊ dulcis ⁊ cinerei coloris ad medicine vsuꝫ. Nascitur ⁊ in sabeis ⁊ in India que australis est.

¶ Cinnamū similis est arbuscula cū cinnamomo: vel eadē est que ⁊ cinnamomū: de qua Oui. li. iii. fas. Cinnama tū primū captiuaq̃ thura dedisti.

¶ Cinnus per duplex nn. capillus dicitur. Plautus in Tru. Tinctos compositos crispos cinnos tuos vnguentatos. Proprie tamen cinnus est plurimorum commistio. Nā ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectū putatur. Ci. libro de oratore Cinnus vtriusq̃ particeps vel vtriusq̃ querimus expers. Uede concinnus a. um. ⁊ concinno as. fiunt: de quibus alibi.

¶ Cincinni per duplex nn. a κικι specie olei: vt quibusdam videt: eosq̃ duntaxat capillos significāt qui ita intorti sunt: vt oleo perfusi madescant. Inde cin-

cinnati dicunt: qui ita capillos habent. Iuue. Altior hic quare cincinnus. Plau. in Tru. Iam ego istos fictos cōpositos crispos cincinnos tuos vnguētatos vsq; ex cerebro expellam. Hos capillos Mar. anulos vocat. Ait eni Un⁹ de toto peccauerat orbe comarū (Anulus.

¶ Ciner & cinis tā mas. q̄ fœ. gn̄is puluis in quē materia vsta redigit. Inde fit cinereus a. um. vt color cinerius: Similiter cineratius: a. um. quod ex colore cineris. Ply. lib. xxxiii. Terra est alia ruffa: alia cineracea. Cinericius a. um. vt panis subcinericius qui coctus est sub cinere.

¶ Cinefactū in cinerē dissolutū: a cinefacio: qd̄ est in cinerē reduco. Figuratio: vt tepefactū & labefactum Lucil. li. iii. Ad vos horrifico cinefactū te ꝓpe cūbet

¶ Cinifiones a cinere dicti sunt: & cineloncs & cinerarii pro parasitis ab officio calamistrorū in cinere calefaciendorū quibus matronę capillos crispabāt. Horati. Custodes lecticę cinifiones parasiti.

¶ Cingo is. xi. ctū. ablt̄o post actō iungit. Gel. Scuto pedestri & gladio hispanico cinctus cōtra Gallum constitit. Per translationē cingere ponit pro circuire & circūsepire. Liui. lib. i. Nā & muro lapideo cuius exordiū operis sabino bello turbatū erat vrbē quam nondū munierat cingere parat. Aliqñ tamen accusatiuo solum contentū est. Ply. Cum eū saltū venatores cinxissent. Dictū cingo quasi circum ago. Huius cōposita sunt. Accingo. circūcingo. discingo. De quo in accingo. Incinctus. Liui. lib. x. Incinctū gabino cinctu sup telum stantē. Intercingo. Plyn. Thebaicus intercinctus aures guttis inuenit in aphricę parte. Pręcingo. Idem qd̄ cingo. Plau. in Bac. Inde hippodromo et palęstra vbi reuenisses domū cincticulo pręcinctus in sella apud magistrū assidens tum librū legens: si vnā peccauisses syllabā fieret coriū tam maculosum q̄ est nutricis palliū. Interdū pręcingere est pręparare. Unde ꝑcinctos strenuos & expeditos dicimus. Procingo: cingo: apparo: a quo ꝓcinctus apparatus bellicus: & expeditus. Oui. Hęc in ꝓcinctu carmina facta puta. Ply. Unū curas vigorēq; animi impedit ad procinctū tendētibus. Et ꝓcincta classis vocabat cum exercitus cinctus erat ꝯfestim pugnaturus. Recingo: retrocingo: vel pro simplici ponitur. Oui. lib. met. Uelant caput tunicasq; recingūt Succingo subtus cingo & ad cingulū alligo. Ci. libro xii. Phil. Ser. Galbā codē pugione succinctū in castra videtis. Et succingere est cinctu vestes ita colligere vt breuiores videant: fiatq; homo ad agendum promptior. Unde & succinctā orationē breuē dicimus et succincte breuit. Hinc succingulū balthеū dicim⁹ et succinctoriū vestis genus breuissimę quo venter: et verenda tegunt: qd̄ & semicinctū vocatur: q medium hominē cingat. i. vestiat.

¶ Cinctus us. a cingendo sicut cingulū: q̄uis et pro vestitu sumat. Uerg. Cinctuq; gabino. Huius dimi. est cincticulus. Plau. in bac. Cincticulo pręcinctus.

¶ Cingulū hōis cinctoriū dicitur: & pro anulo quandoq; ponitur qd̄ digitū curuat.

¶ Cingula ę. qua cingunt iumenta. Ouidi. de reme. Et noua velocē cingula lędat equum.

¶ Cippus instrumentū ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulū coaggregata dr̄. Cippus quādoq; etiā sepulchrū. Hor. in Ser. Mille pedes in fronte trecētos cippus in agrū hic dabat. Pręterea cippus columnā significat. Et est nomē viri propriū. Ualerius maxi. lib. vi. Genutio cippo prętore paludato portā egredienti subito velut cornua emerserunt.

¶ Circa prępositio est: quę quandoq; componitur: et postposita inuenitur ablatiuo loco ꝯiunctionis casualis. Verg. Quocirca capere ante dolis. Interdū postponitur circū: vt circum circa. Sed cū pręponitur significat iuxta: & tam locū q̄ numerū designat: vt circa forum visus es. Et circa tres annos tecū mansi.

¶ Circiter a circa fit: idemq; significat. Et refertur Modo ad tempus: vt circiter calendas Iunias. Modo ad locū. Cas. Hemina. Lapidē fuisse quadratū circiter in media arce iunctū candelisq; versum. Modo ad numerū quem attenuare videtur: vt circiter duo hominū millia cęsa sunt.

¶ Circum prępositio acuto accentu designat in vltima: ne accusatiuus nominis circus vel aduerbiū esse putetur. Hęc & componi solet & separari. Separata locum tantum significat sicut & cōposita: vt circū theatrum: Quandoq; loco aduerbii ponitur. Uer. An ne vides toto properari littore circū. Componitur aūt cum dictionibus ab a incipientibus: vt Circumago. C. vt circuncido. d. vt circunduco. e vt circumeo. f. vt circumfluo. id est circumiacio: a quo circūiectus. L. vt circumlinio. M. vt circūmunio. N. vt circūnascor. P. vt circumpono. Q. vt circunquaq;. S. vt circumscribo. T. vt circūtuli. U. vt circumuenio. Uerū iuncta vocalibus integra scribi sed nō proferri debet: vt circumago: circumeo scribant: sed proferantur: circū ago: circuo. Unde Priscia. ait Circumeo & circūago: et similia nō paterentur elisionē in pronunciatione si transiret in sequentē syllabā m. Si vero iungatur cū c. d. f. q. t. mutatur m in n. vt circuncido: circundo. circunfero. circunquaq;. circuntuli. Cū aliis remanet m integra: vt circumscribo. circumuoluo.

¶ Circumago significat circunduco. Apul. Audūq; hominē circumagens osbus ostendebat. Interdum insequor. Curti. Nec vulneratū & fere seminecē circū agere destiterūt. Interdū retrouerto: cōuerto. Ply. In ponte pętenui duabus capellis obuiis ediuerso cum circumactū angustię nō caperent: nec reciprocationem longitudo.

¶ Circūcido pe. pro. Circūseco. Col. lib. iii. Eiusdem spatii corticē circūcidito: & materiē delibrato.

¶ Circuncolo pen. corr. circumhabito. Liui. libro. v. Excepto Uenetorum angulo: qui sinum circuncolunt maris.

¶ Circunduco & circumeo inter se differunt: quoniā dicimus Hercules circuiuit terram nō circundedit: et anulus circundat digitū nō circuit. Circuitus tamē vtrūq; complectit. Cic. Catoni. Uallo et fossa circumdedit.

¶ Circunfero penultima correpta. Circumporto: circunduco. Sallusti. Fuere item tempestate qui dicerent Catilinam oratione habita cum ad iusiurandū populares conscios sceleris sui adiceret humani corporis sanguine vino permistum pateris circuntulisse. Per translationē circunferre ponitur pro purgare. Uergilius libro. vi. Idem ter socios pura circuntulit vnda Spargens rore leui. Nā lustratio a circulatione dicta est vel cęde vel victima.

¶ Circunfluo abundo. Ci. in Lel. Et circunfluere omnibus bonis copiis atq; in omni rerum abundantia viuere. Proprie tamen circunfluere est circum aliqd fluere: decurrere. Ply. Id oppidū circunfluit amnis.

Interdũ concurrere. Idem. Postq̃ varię vndiq; gentes circunfluxere.

¶ Circunfluus a. um. qđ circunfluit. Claud. lib. ii. Et aurato trahitur circunflua ponto.

¶ Circunforani seu circunforanei: qui circa fora crebro versari solent venditãtes aliquid aut emẽtes aut sciscitãtes: aut tempus inaniter terentes: aut aduocationem quęrentes.

¶ Circũiacio circũpono. Aug. in Ser. de Jo. Bap. Necesse est cũ summo labore ex hoc mundo rapere palmam salutis ⁊ quasi excubãtibus ⁊ circumiectis hostibus obsessos fructus puigili intẽtione decerpere.

¶ Circũmitto. Liui lib. ii. Uincebatq; auxilio paucitas in iugo circũmissus veiens in verticẽ collis.

¶ Circũmunio circũsepio circunroboro. Col. lib. iii. Priusq̃ pomariũ cõstituas: q̃ magnũ habere voles circũmunito macerie aut fossa ita vt nõ solum pecori sed nec homini transitus sit.

¶ Circunnascor. Ply. lib. i. Lacus amaus in asia circunnascente absinthio inficitur.

¶ Circumsidio is. ad obsidendũ eo seu me pono. Sal. in Iug. Igitur Iugurtha oppidũ circumsedit ⁊ vineis turribus ⁊ machinis oim generũ expugnare aggreditur. Circumsideo obsessum teneo. Liui. lib. iii. In nos viri armati estis agite dũ vbi hic curiam circumsederitis.

¶ Circumsto circundo. Uer. Circunstãt animę dextra leuaq; frequẽtes. Au. ad Hiero. passiuo vsus est. Et q̃ nos inquit negociorũ alienorũ eorumq; secularium curis circunstemur ingentibus: tamẽ epistolæ tuę breuitati facile nõ ignoscerẽ. Hinc circunstantię quę in vna quaq; cõtrouersia queri solent: ⁊ quasi questionẽ circunstãt. Uide in dictione locus.

¶ Circunsisto is. pro circũdo ponitur: siue ad obtinendum defendendũ: seu offendendũ circũ me pono. Li. lib. i. Centuriones armati Metiũ circunsistũt. Cęsar Si quis grauiori vulnere accepto ceciderat circunsistebant. i. firmabant se circũ fauentes ei ⁊ tela ab eo arcentes. Uerg. At fessi tandẽ ciues infanda furentẽ Armati circunsistunt.

¶ Circumscribo significat prout sonat. Per translationẽ circũscribere est dolo in re contrahẽda atq; cõmerciis aliquẽ bonis priuare: vt apud Senecã de eo qui fratrẽ circũscripsit in diuisione hereditatis cum ex altera parte matrẽ fratris: ex altera oia bona possuisset. Am. pro decipere simpliciter posuit: cũ inquit Sicut adã mulier circũscripsit: ita apostolũ fœmina circunuenit. Aliqñ in bonã partẽ pro colligere ⁊ compræhendere. Lact. Cuius scientiæ summaʒ breuiter circũscribo vt neq; religio vlla sine sapiẽtia sit nec vlla sine religione probanda sapiẽtia. Col. Diophanes bithynus vticensem totũ Dionysii pœni magonis interpretẽ per multa diffusum volumina sex epitomis circunscripsit.

¶ Circũspicio. Iusti. lib. i. Primo latebras circũspicit. Hinc circũspecto as. frequentatiuũ. Ter. in Eu. Et properãs venit nescio quid circumspectat.

¶ Circũspectus qui in oẽm partẽ circũspectat: hoc est prudẽs ⁊ sagax. Col. lib. i. Nã illa solennia sunt oibus circũspectis vt ergastuli mancipia recognoscãt: vt explorent an diligẽter vincta sint: an ipsę sedes custodię satis tutę sint.

¶ Circũspicuus componitur ex circũ ⁊ spicuus: ⁊ eum significat qui circumspicitur.

¶ Circũuado pe. pro. Liui. de secũdo bel. mace. Repẽte anceps terror hinc muros ascendẽtibus romanis illic arce capta barbaros circumuasit.

¶ Circũuenio idẽ qđ circũdo. Liui. lib. i. Sed cõsiliũ et imperii simulatio fuit vt nec vobis ignorantibus deseri vos euerteretur a certamine animus: ⁊ hostibus circũueniri se a tergo ratis terror ac fuga iniiceretur. Aliqñ circũuenire est circummunire. Sal. Pręterea Consulatũ petere. Ci. Anto. quẽ sibi collegã fore sperabat hoiem nobilẽ familiarẽ ⁊ oibus necessitudinibus circumuentũ. Aliqñ decipere seu insidiis inuoluere. Tractũ a venatoribus: qui feras laqueis rethibus ⁊ canibus circũuenire solent. Ci. lib. ii. offi. Suũ quisq; teneat ⁊ neq; tenuiores pp̄ter humilitatẽ circuuentantur: nec locupletibus ad sua: vel tenenda vel recuperanda obsit inuidia. Aliqñ opprimere. Sallu. Cuiq; optimo litteras mittit se falsis criminibus circumuentũ. Liui. lib. vi. An placeret fœnore circumuentã plæbẽ potius q̃ sortẽ creditã soluat corpus in neruum ac supplicia dare?

¶ Circũueho is. a quo frequentatiuũ circũuecto as. quod est sępe circũfero. Uerg. lib. iii. geo. Singula dũ carptim circunuectamur amore.

Circũuolito p̄prie Uerg. lib. i. geor. Aut arguta lacus circũuolitauit hirundo. Col. per translationem pro crebro viso seu pro celeriter circũdo vsus est. An honestius dixerim mercenarii saluatoris mendacissimum aucupiũ circũuolitantis limina potentiorũ.

¶ Circe solis ⁊ persæ nymphę filia: quę habitauit nõ longe a caieta vrbe campanię in monte quodã olim insula. Qui ab ea circeus siue circei ⁊ circeũ oppidum. Hinc circeienses populi Liui. lib. vi. Ad hoc latini hernicique accesserunt ⁊ circeiensiũ quidã. Cic. lib. iii. de natu. deorũ. Circẽ quoq; coloni nostri circeienses religione colunt. Circei vero vt Ply. auctor est. li. iii. quondã insula immenso quidẽ mari circũdata si Homero credit vbi latiũ antiquũ terminabatur. Str. li. v. Post antiũ circeiũ est stad. cc. ⁊ xc. mons mari ⁊ paludibus instar habens insulæ. Habet castellũ et circes sacellũ ⁊ minerurę aram Uerg. lib. vii. Proxima circeę raduntur littora terrę Diues inaccessos vbi solis filia lucos Assiduo resonat cantu. Homerus libro. x. odissex late p̄sequitur ⁊ qđ Mercurius dedit anteq̃ iret ad circen ξυρη μερμεΔαρ εσκε γαλακτι Δε εικελορ αρθοσ τρωλυ Δερι ρ καλεουσι θεο: Et subdit και το τεεγω κιρκησ επεθηρ περικαλλεοσ ευρησ αμφιπολοι Δαρατεωσ με ριερι μεγαροισι πεμοντο τεσσαρεσ

¶ Circius ventus nulli violentia inferior sic dictus: q̄ oia turbet ac circũ vertat. Hic peculiaris est Gallię narbonensis de quo Gel. Galli ventũ ex sua terra flantẽ quem sęuissimũ patiuntur circiũ appellant a turbine opinor eius ac vertigine. Luc. Solus sua littora turbat Circius ⁊ tuta prohibet statione monechi. Uentus circius cũ locare buccam implet. armatũ hominem ⁊ plaustrũ oneratũ percellit. Cato Certiũ nõ circium appellat.

¶ Circus ois in gyrũ ambitus a circuo scđm Seru. Estq; figura plana vna tantũ linea contenta: in cuius medio punctus est: a quo oẽs lineę ad circũferentiaʒ ductę inter se sunt ęquales. Et differt circus a globo q̄ circus est planities rotunda vt circuitus. Globus soliditas vndiq; rotunda vt est sphera ⁊ flaminũ glomera. Ci. de natu. deo. Cũq; duæ formę pręstãtissimę sint ex solidis globis. Sic enĩ spherã interp̄tari licet.

Ex planis asit circus aut orbis. Verg. li. v. Mediaq; in valle theatri circus erat. Et. vi. Lucentemq; globū lunę titaniaq; astra. Circus etiā dr locus muris sept⁹ Unde circēses ludi: q in circo fierent. Fueruntq; tres circi romę. Circus maximus: circus flaminus: qui et apollinaris: ⁊ circus Neronis in vaticano.

¶ Circenses ludi dicti sunt q in circo fierēt: siue qua si circūenses. Nam ante facta spectacula: vt quidam astruūt inter enses ⁊ flumina locis viretibus agebāt et medio in loco munera ponebāt: equi vero vinctis currib⁹ a circi carcerib⁹ discedētes ex vno latere recurrētes ad primā metā reducebant. Nā circus oblōgus in hemicycli speciem desinebat vbi reuoluebant

¶ Circulus ⁊ p syncopē circlus puus circus. (equi

¶ Circulo as. circūdo. Col. lib xii. Ipsa debebit ante circulari fossula q̄ repleat lapidib⁹ ⁊ calce. Sen. Apion totā circulatus est gręciā. i. obiuit oēs oras gręcię

¶ Circulatorē quandoq; accipimus pro ciclico ⁊ circunforaneo qui sua carmina coronę recitet. Talis ab Horatio vocatur ciclicus. Is etiā qui in corona hominū aliquid agit circulator appellat. Apul. Prestigiatorē stipatū mortalibus suas fallacias admirātib⁹ vocat circulatorē. Sic enim inquit lib. i. Circulatorem aspexi equestrē spathā praeacutam mucrone infesto deuorasse. Paulus iureconsul. digestis de extraordinariis criminibus. In circulatores qui serpentes circunferunt: ⁊ proponunt. Si cui ob quorū metum damnum datum est pro modo admissi actio dabitur. Hierony. Puerilia sunt hęc: ⁊ circulatorū ludo similia. Hinc.

¶ Circulatorius a. ū. quod ad circulatores spectat. Unde Quintilianus pręcipit nobis parandā vim orādi nō circulatoriā voluptatē spectantibus.

¶ Circulatim significat per circulos. Sue. In summo publico luctu externarū gentiū multitudo circulatim suo queq; more lamentata est.

¶ Circuitores docet Ulpi. vulgo appellari quibus vestiarii vel lintearii dant vestem circunferendā vel distrahendam.

¶ Circitores publici vrbis custodes

¶ Circites pen. cor. circuli ex ęre facti.

¶ Circinus pe. cor. Instrumentū quo circuli vertendo designantur. Uulgo sextus dicitur.

¶ Circino as. pe. cor. rotundū facio. Ouid. Inclinat cursus ⁊ easdem circinat aures.

¶ Cirri a quibusdā appellant capilli cōtorti ac perinde crispati quales Picus martius: ⁊ alauda ⁊ grues in capitibus gerunt. Oui. Ciris et a tonso nomē est sortita capillo. Ostreorū etiā capillamēta dicunt cirri Mar. lib. vii. Et ostreorū rapere liuidos cirros. Inde cirratus. i. capillatus. Persi. Ten cirratorū centum dictata fuisse pro nihilo pendas. Alii cirros capillos capitis attonsos putant a gręco κειρω attondeo incido. Cato de liberis educādis. Itaq; arbitrare primū capillū puerilē demptū item cirros ad Apollinē ponere solent. Inde persius cirratos vocat pueros qui cū comā nutrierūt eā Ueneri cōsecrāt detonsam.

¶ Cirres sunt ostrea quędā capillata. Mar. Teq; iuuant cirres ⁊ pelle malandria cana.

¶ Ciricus insula fuit in mysia quingentorū fere stadiorū ambitu: admodū ferax ⁊ duobus pontibus iuncta cōtinenti q̄ iuxta pontē eiusdē nois vrbē habuit: et portus duos clausos ⁊ naualia.

¶ Cis ⁊ citra differūt q cis magis pprils noibus fluminū vel montiū pręponi solet: reliquis magis citra: vt cis rhenū: cis padū: cis alpes. Citra cruorē: citra forū: citra templū. Et habet quidē cis sicut ⁊ citra cōtrariā significationē de vltra. Nā hę particulę Citra: intra: vltra: vt docet Gel. apud veteres singularibus syllabis appellabant Cis ⁊ vls. Dicebaturq; cis tyberim ⁊ vls tyberim: mox dici cœptū est. Citra tyberim ⁊ vltra tyberim: ⁊ intra calendas. Cōponiq; pōt et separari: vt Cisalpina gallia ⁊ cis padū. Sciendū est aūt q̄ q̄uis cis habeat vim localem. per translationem tamen ⁊ in tpe ⁊ in aliis rebus vti possumus: vt cis definitū tempus venisti: sicut vltra tpus a nobis datum venisti. Cis naturę leges: hoc est minus q̄ patiantur naturę leges. Aliqñ ponitur pro vltra. Sal. Cis rhenū atq; intra mare nostrū ⁊ oceanū nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Citra etiā q̄nq; pro sine ponit. Col. In agricultura voluntas facultasq; citra scientiā sępe magnā dominis afferunt iacturam. Sue. in Cęsa. Alii citra senatus: populiq; auctoritatem. i. sine auctoritate. Quintil. lib. i. Tum neq; citra musicē grāmatice pōt esse perfecta. Plyn. lib. iii. Citra fastū nominent. Sene. Ede citra cruditatem bibe citra ebrietatē. Q̄nq; ponitur pro ante: vt citra. id est ante calendas. Sue. in Au. Solebat etiā citra spectaculorū dies si quando quid inusitatū dignūq; cognitu: ⁊c. Fit aūt citra ⁊ cis: a citra: citerior. imus.

¶ Cisalpina gallia q̄ ⁊ citerior gallia: ⁊ gallia togata dr a fluuio rubicone finit. Cuius basim alpes efficiūt

¶ Cisterna locus in quo colligit aqua pluuia per euripos ⁊ canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. Ulpi. Cisterna aquā viuā nō habet. Et quidē cisternę imbribus cōcipiunt: sed per glareā immissam in spongias purificatis. Dicta cisterna q sit cis. id est infra terram.

¶ Cista genus vasis cuius dimi. est cistula a quo fit aliud dimi. cistella. Ci. lib. i. ad Heren. cistellā pro vase posuit quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebant cū ait Saturni⁹ legem ferre cœpit: collegę intercedere ille nihilominus cistellam detulit.

¶ Cisium genus vehiculi biroti: a quo cisiarii qui cisium regunt. Cic. Detulit in quadā cauponula atq; se ibi occultans perportauit ad vesperū. Inde Cisio domum venit capite inuoluto. Iurisconi. lib. xx. digest. Si cisiarius dū ceteros transire contendit cisiū euertit ⁊ seruum quassauit vel occidit: puta ex locato esse in eum actionem.

¶ Cisseus rex thraciae pater hecubę vxoris Priami. A quo Cisseis patronymicum. Euripides in tragœdia: quę εκαβη inscribitur. πολυδωρος εκαβης παις γεγως της κισσεως πριαμου τε πατρος ος μ. επει φρυγων πολιν κινδυνος εσχεν δορι πεσειν ελληνικω δεισας εξεπεμψε τρωικης χθονος πολυμηστορος προς δωμα θρηικιου ξενου.

¶ Cispius mōs in vrbe roma exquilina in regione de noie cispi hois dictus vt inquit Fest. Var. lib. i ling. latin. Exquilinus est cispius mons sexticeps apd ędē Iunonis lucinę.

¶ Cithara citharę penulti. cor. tamen κιθαρα εξ του κινειν. Instrumentum musicum alio nomine lyra appellatur: quam Hiero. scribit effici in modum deltę litterę cū chordis vigintiquattuor ⁊ per digitos variis vocibus tinnulisq; ictibus in diuersis modis concitari: de qua in dictione psalteriū aliqua dicunt

Cythera cũ y ⁊ e ante r pluralis tantũ numeri: ⁊ neutri gñis insula est contra cretam vti scribit Stra. In quã ferunt Venerẽ primũ vectã concha marina. Unde ⁊ cytherea dicta est: cuius secũda corripit: cum in primitiuo pducatur. Verg. li. x. Est paphos idaliũq; mihi: sunt alta cythera. Idem. Parce metu cytherea manent. Hanc Solinus cythereã a cythereo phœnicis filio vocauit. Porphyrussam Arist. a prestãtia purpurarum: Sed porphyrida Plynius. Est et cythera vna ex cicladibus insulis. Et vt Laertius scribit Laconiæ insula. Cytheron vero mons Bœotiæ longe a thebis. Oui. li. iii. met. Uadit vbi festus faciẽda ad sacra cytheron Cantibus ⁊ clara bacchantũ voce sonabat. De hoc tñ in dictione parnassus: ⁊ in helicone.

¶ Citharœdus qui cythara canit. Iu. Accipis vxorem de qua cytharœdus echion. Hinc citharœdicus a. um. Sue. in Nero. Item statuas suas citharœdico (habitu.

¶ Citharistria q̃ cithara canit: sicut a tympano tympanistria.

¶ Citharizo as. cithara cano. Hiero. in Apoca. Sicut citharœdorũ citharizantiũ in citharis suis.

¶ Cithirista promontoriũ a quo Masibiã vsq; nauigio. xxx. M. pas. funt

¶ Citharis pe. cor. pileus vel mitra pontificalis. grece κιθαρισ.

¶ Cithisus siue cithisum arbuscula quæ facile vbiq; prouenit vtilis om ni gñe pecudũ: vt inquit Col.

¶ Citra preppositio. Vide in dictione cis.

¶ Citrus arbor nobilissima q̃ sola apud Athlantem montẽ in mauritania nãscit romanis quondã gratissima. Nã afferebat ad ornamenta mensarũ ⁊ lectulorũ Nõ multũ crescit ⁊ folia habet maiora q̃ laurus. Hinc citreus ea. eum. vt citreę mensę. Apud Dionẽ cedruz et poma cedria pro citro ⁊ citris appellata inueniunt Alterius tamen gñis sunt citri athlanticæ ex quibus mensę fierent quã nostrates citri vñ mala medica nascuntur. Hæ folio spectant arbuti fere aut lauri. Athlanticæ cupresso fœminę siluestri folio odore caudice. Dicitur ⁊ citrũ neutro genere pro ligno.

¶ Citreũ vt cloatius scribit est persicũ malũ. De quo Verg. Felicis mali quo nõ prestantius vllũ. Oppius lib. de syluestribus arboribus. Citra idẽ malus ⁊ persica. altera generatur in Italia: ⁊ in media altera. Et paulopost de Citreo. Est aũt odoratissimũ ex quo interiectũ vesti: tineas necat. Fertur etiã venenis contrariũ qd tritũ cũ vino purgatione bidẽtes seruat viribus suis. Generant aũt in perside mala citrea quę vulgo narantia dicuntur.

¶ Citus celer. Sal. Citus modo: modo tardus incessus: hinc citior citissimus. Plau. Nullã ego rem citiorem apud hoies esse q̃ famã reor. Citissimus oim redijt. Cito aduerbiũ. Citius citissime. Interdũ citus dicitur separatus. Verg. lib. viii. Haud procul inde citę metiũ in diuersa quadrigę.

¶ Cito as. frequẽtatiuũ a cio qd est voco. Ci. in Ver. Citat reũ nõ respondet. Vide in cieo. Huius cõposita sunt cõcito pe. cor. qd sigñt ad irã prouoco. Hinc cõcitatus iratus. Gel. Erat enĩ aliquãto cõcitatior. Incito. Recito. Excito. Suscito. ⁊c. q̃ sũt in dictiõe cieo

¶ Citatus vocatus celer. Apu. Citato non testudineo gressu.

¶ Citimus pe. cor. superlatiuũ a cis. ⁊ idem est quod vltimus extremus. Et citima vocatur quę cœlo proxima sunt. Ci. Quibus erat ea minima q̃ vltima cœlo citima terris luce lucebat aliena.

¶ Ciuis vrbis colonus a coeundo dictus: q vinculo quodã societatis in vnũ coeat cœtũ: ⁊ sub legibus viuat. Hinc ciuitas quę pprie est collecta ciuiũ multitudo ad iure viuendũ. Apul. Quod ois ciuitas approbauit. Aliqñ ciuitas dicitur ius ciuiũ. Ci. Qui ciuitate donatus est. Usurpatiue dr vrbs hoc est ipsa mœnia: ⁊ ędificia. Sic dicimus apud ciuitatẽ Mantuam diuum Zambonũ natum esse: ibiq; miraculis florere. Sciendũ q a ciuis nõ fit conciuis: licet consuetudo inualuerit: vt conciues passim dicamus municipes nostros: cũ tamen rectius dicatur hic meus ciuis est siue meus municeps. Sic Cicero ciues suos dicit nusq̃ conciues. Nã apud tertiã Tusculanã legimus (inquit) librũ clitomachi: quẽ ille euersa carthagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos.

¶ Ciuilis ⁊ hoc ciuile qd est ciuis seu qd ad ciuem pertinet: vt ciuilis mos: ciuile ius. Hinc ciuilitas quę est quasi ciuilis mos: ⁊ accipit pro moderatione quadaz atq; modestia magis ciui hominiq; politico q̃ imperatori cõueniente q̃ in Augusto fuisse scribit. Sue. Clementiæ ciuilitatis: quę inquit eius multa ⁊ magna documenta sunt. Iul. Capitolinus laudat Antoninũ pium: q imperatorium fastigium ad summam: ciuilitatem deduxerit.

¶ Ciuicus a um. pen. cor. Idem quod ciuilis: vt ciuica corona quam ciuis ciui a quo seruatus fuisset in prœlio testẽ vitę dare solebat ex fronde quęrna: quoniam cibus antiquissimus e quęrcu capi consueuerat Augustin. libro. xviii. ciuita. dei. Satis apparet consequens vt ad pacem ciuicam pax domestica referatur.

¶ Ciuis fluuius thracię ex peonibus ⁊ rhodope monte profluens.

C ante L.

¶ Clades a calamis quasi calamides hoc est calamitas: vel quasi cades a cadẽdo. Vel a κλαδαω quod est amputo: frãgo. Unde κλασμα fragmentũ ⁊ cõfractio

¶ Clęmens a claritate mentis: quasi cœli mens: ⁊ is dicitur qui etiã remittit de eo qd posset prosequi. Differt pro Donati sententia a placido: q clęmens sit circa recte agentes: placidus circa delinquẽtes. Et clęmentis est nulli os lędere: placidi arridere oibus: clęmens animo: placidus vultu. Ter. in adel. Ille suam semper egit vitã in ocio comis clęmens placidus: nulli lędere os: arridere oibus. Sunt etiã qui clæmentẽ ideo dici putent q colat mentẽ: nec eam vexet irascendo. Hinc clęmentia ⁊ aduerbiũ clęmenter quibus cõtraria sunt inclęmentia: ⁊ inclęmenter.

¶ Clam prępositio separatiua est ⁊ casualibus tantũ prępositur: vt clam patre hoc egisti. Quandoq; reperitur loco aduerbii posita. Verg. Clam ferro incautum superat securus amorum. Sed oratores prępositionem potius accipiunt: siue iungatur ablatiuo: vt Asc. sentit: siue accusatiuo: vt Dona. opinat: vt claz me profectus est. i. me nesciente. Hinc compositũ fit per clam qd est valde occulte.

¶ Clanculũ dimi. est. Ter. in Eun. In cellulam ad te patris penũ oẽm congerebã clanculum

¶ Clandestinus a. um. pe. pro. occultus: quasi clã de astu: hoc est vrbe. Manili. lib. i. Et clandestinis surgẽtia fraudibus arma. Syri. libro. vii. Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.

¶ Clandestino nas. Lucil. Ait eñ dicit clandestino tibi quod commissum fuerat.

¶ Clamare est vociferare. Unde exclamatio. Quoq3 vocare. Plau. Plaudūt partim clamitāt me vt reuertar. Huius cōposita sunt acclamo. Conclamo. Declamo. exclamo. inclamo. proclamo. pręclamo. reclamo. et succlamo: quę habent pe. productam.

¶ Clamor vox q̄ clamādo fit ꝛ ꝓprie calamorū sonus quasi calamor. Cū eñ arūdines vēto agitant̄ magnā vocē emittūt. Dicitur ꝛ clamos sicut arbos.

¶ Clamosus a. um. a noiatiuo clamos: quod clamore obstrepit vociferaturq3. Iuue. Securū iubeant clamoso insistere circo. Quintil. Nō turbidus nō clamosus sit altercator.

¶ Clango is. xi. vel gui. tuba cano. grecū est κλαγγο Clangor eñ vox tubarū est. Hiero. in li. numerorum Si semel clangueris venient ad te principes. Et in Esaia. Et erit in die illa clanget̄ in tuba magna. Interdū addit̄ tuba: vt in eodē. Filii aaron sacerdotis clangent tubis. Hęc eñ tria idem significāt Clango: tuba cano: ꝛ tuba increpo. Clangor etiā dr̄ sonorū anserū ꝛ aliarū rerū cōstrepentiū. Ci. li. ii. Tus. De aquila Iouis satelles pastu dilaniat fero tu3 iecore opimo farta ꝛ saciata affatim clangorē fundit vastū. Col. de anseribus li. ix. Eiusq3 gn̄is anser ꝓcipue rusticis gratus est: q nec maximā curā poscit: ꝛ solertiorē custodiam prębet q̄3 canis. Nā clangore prodit insidiantē.

¶ Clanius fluuius campanię iuxta acerras vrbem a κλαριον: qđ est viola: qua illius ripę abundare dicunt̄ vel vt Macro. existimat a Clanio gygante.

¶ Clarū oppidū in cōfinio Colophoniorū: qđ nō longe ab epheso esse perhibetur.

¶ Clarus fluuius a cacuminibus Alpiū per plures valles excurrens in Istrum intrat.

¶ Claros insula vna ex cycladibus: a qua vt Homerus inquit apollo clarius dictus est.

¶ Clarus a. um ꝓprie dr̄ qđ est lucidū nō obscurū: vt clara dies. Figurate tn̄ pro insigni: atq3 excellenti accipitur: ꝛ eo qui veluti fulgore quodā famę resplendet qui ꝛ inclytus dr̄: q̄uis plus sit inclytus q̄3 clarus ꝓpter in: q̄ ibi auget. Hinc clarū hoiem: ꝛ clara gesta dicimus. Item quoniā: quę clara sunt ab oibus cernuntur. Clarum etiā pro aperto ꝛ manifesto sumit̄: vt clarus sermo: clara oratio. Interdū ponit̄ pro audibili. Teren. Dic clare. A clarus fit cōpositū. Pręclarus: quod est valde clarus. Ci. O pręclarū custodē ouium vt aiunt lupū. Aliqñ sumit̄ pro bono seu pro optimo. Idem in Lelio. Actum est pręclare.

¶ Claritas luciditas: vt claritas solis. Aliquādo excellentia ꝛ splendor: vt claritas gn̄is: claritas rerum gestarū. Interdū facilitas: vt claritas orationis: dr̄ et claritudo. Sal. Cū pręsertim tā multę varięq3 sint artes animi quibus summa claritudo paratur.

¶ Clarifico as. clarum facio: illustro

¶ Clareo es. rui. clarus sum: vel manifestus seu notus sum: vt Claret q mihi sis inimicus. Turpil. in prima fictione. Cuius aduentu hodie claret cypros. Hinc

¶ Claresco: clarus fio. Augu. lib. vi. con. Grandior erat: tanq̄3 si ista multo clari9 clarescceret totumq3 occuparet magnitudine. Inde inclaresco valde clarus fio. Hiero. in Exo. Iamq3 aduenerat tertius dies: ꝛ mane inclaruerat.

¶ Clarigo as. pen. cor. clare repeto a vocis claritate dictum. Plyn. lib. xxii. Hac semꝑ ꝛ legati cum ad hostes clarigatūq3 mitterent̄ vsi. i. res raptas clare repetitū. Nā cū Romani bellū indicere alicui volebant pater patratus proficiscebat̄ ad hostiū exercitū pręfatus ꝛ quędam solennia verba clara voce dicebat se bellum indicere ob certas causas.

¶ Clarigatio pręter pręfatā significationē accipitur pro talea nūmaria maxime q̄ principis vel reipub. edicto conceditr̄. Liui. li. viii. Veliterninis derecti muri ipsi vrbe adducti iussi trans tyberim habitare: vti ei9 qui cis tyberim captus fuisset ad mille pas. hoc est pōdo clarigatio esset. Nec prius q̄3 ęre ꝑsoluto is qui cepisset extra vincula captū haberet

¶ Clasma latine fragmentū et fractio dicitur.

¶ Classis ęquocū noiē est: significat eñ nauiu3 multitudinē a πο τωρκαλωρ hoc est a lignis q̄uis abusiue ꝓ vna tantū naui ponatur. Ver. lib. vi. Lycię ductorem classis orontē: Significat et hoium collegia. Nā Liui. de Tul. Serui. rebus gestis scribit vrbem in quinq3 classes diuisam: censumq3 ab eo institutū fuisse rē saluberrimā tanto futuram imperio: quo pacis belliq3 munia nō viritim vt antea: sed ꝓ habitu pecuniarū fierent tū classes centuriasq3 hūc ordinē ex censu descripsit. Qui centū millia ęris aut maiorē cēsum haberēt: inter primarios numerabātur: et sub primę classis titulo. Ex his. lxxx. fecit cēturias. xl. Senū. xl. Iuuenū. Seniores ad vrbis custodiā: iuniores vt foris bellū gerēt. Arma his galea: clypeus: ocreę: lorica oia ex ęre: hęc vt tegumēta corporis essent. Pręterea tela in hostē hastę et gladius. Additę sunt fabarū duę centurię quę sine armis stipēdia facerent: datum munus vt machinas in bello ferrarēt. Intra centum et lxxv. millia census. Secunda classis ex quibus. xx. cēturię seniorum. xx. et iuniorū. Arma vt in superiore pręter loricam. Tertia classis a. lxxv. ad quinquaginta millia census. Arma vt in superiore pręter ocreas In quarta classe a quinquagita ad. xxv. millia census centurię. xx seniorum. xx. iuniorum. Arma mutata nihil pręter hastam: et verutum datum Quinta classis centurias. xxx. habuit fundas lapidesq3 missiles gerētes. In his accēsi cornicines tibicines in tres centurias. Ex. xi. postea millibus vna centuria. Et fuit hęc immunis militia. Significat ꝛ classis equitū ordines Verg. Scio me danais e classibus vnum. Unde ꝛ classis procincta dicitur exercitus instructus. Apud antiquos classes clypeatę dicebantur: quos nunc exercitus vocamus. Sonitus quoq3 tubarum ꝛ ipsa tuba classica nominantur. sicut a Vergilio pro vtroq3 vsurpatum est lib. vii. Classica namq3 sonant. Liui. lib. v. Vocatis classico ad consiliū militibus. Et alibi. Concionem classico aduocari iussit. Capitur quandoq3 pro signo bellico. Suetonius. Et ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alterā ripam. Vege. scribit classicum dici quod buccinatores per cornu dicunt: hoc insigne videtur imperii quia classicum canitur imperatore pręsente: vel cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc Imperatoris legibus fieri necesse est. Item classes testes vocabantur qui et classici.

¶ Classicus a. um. quod est classis vel quod ad classe3 pertinet: vt classicū bellum: bellū nauale. Prop. li. ii. Et canerē siculę classica bella fugę.

¶ Classici dicebant̄ nō oēs qui in classibus erant: sed primę tantū classis hoies qui centum millia ęris: aut amplius censi erant. Classici etiam dicebant̄ ꝓcones

qui tuba vel cornu iussu magistratuū ex arce vel circum muros populū ⁊ comitiū vocabāt: dicti a calando .i. vocando siue a clangore. Unde classica pro ipsis tubis. Infra classem vero cęterarū classiū qui minore summa ęris q̄ꝫ qui in prima classe censebāt. Et classici (vt docet Festus) dicebant testes qui signādis testamentis adhibebantur

¶ Classiarius idē est qđ assiduus ⁊ diligēs: q2 omniū classiū ciues semp parati erant ad oēm reip. necessitatem: ꝓpter et qđ ab asse dando assidui dicebant. Apul. Et laudū eius classiarius atq3 assiduus pręco. At qui priuatim quoscūq3 in iudiciū vocabāt iussu magistratuū dicebant Liburni ꝙ fere e liburnia essent.

¶ Clathrus ⁊ clathrū vtroq3 modo dr. Sunt aūt clathra ligna quibus transuersis aliquid munimus sepimusve: vt fenestras q̄ ob id clathrę dicunt. Et clathrare verbū qđ significat clathris claudere. Quo Col. ⁊ Plau. vtunt. Nā in milite Plau. ait. Mirū est facinus quomodo hęc hic transire potuerit. Nā certo neq3 solariū apđ nos neq3 hortus vilas neq3 fenestra nisi clathrata. Col. lib. ix. Spissi deinde clathri marginibus insigunt: qui sup aquā semp emineāt etiā cum maris ęstus intumuerit. Idē paulopost. Satis est vacerras inter pedes octonos defigere: serisq3 ita clathrare ne spatiorū laxitas pecudi prębeat fugā. Cato clathros posuit pro lignis: quibus caueę muniuntur.

¶ Claua teli genus: quo hercules vtebat. Est eñ fustis teres ad claui similitudinē capitatus. Ply. de ligno. Iterū deinde in filo politur: illisum crebro in silice ex aqua: tectūq3 rursus tundit clauis semp iniuria melius. Hinc claua herculis dicta id gñs teli quo Hercules vtebatur.

¶ Clauator qui huiusmodi claua vtebatur.

¶ Clauis est qua ostia: arculę: ⁊ id gñs multa ⁊ claudunt ⁊ aperiunt: a clam: ꝙ q̄ celare volumus hac claudere soleamus. Unde cōclauia loca q̄ sub vna eadēq3 claue clausa sūt. Et cōclauatus locus vna claue clausus. Clauem Theodorus Samius primo monstrauit a qua faber clauicularius.

¶ Clauicula dimi. a claui: vel a claua virga. Ply. Clauiculę quoq3 ipsę quib9 repeūt vites terrę: ⁊ ex aqua potę sistunt vomitionū consuetudinē.

¶ Clauiculari9 qui clauiculā .i. virgā vel clauē gerit.

¶ Clauiger vel clauigerus. Ouid. Clauiger inuidit vulcani occumbere prolem.

¶ Clauatus a. um. qđ est clauorū aculeis modo prominētibus circūdatū. Nā ⁊ clauatę vestes hinc vocātur quas vulgus a verrucis clauo similibus verruca

¶ Clauus nauis gubernaculū siue te (tas appellat moꝙ eā dirigat rectāq3 teneat. Ci. in Cato. Ille aūt clauū tenens quietus sedet in puppi. Itez clauus dr quo quid affigit a claudēdo. Nā ideo clauū figimus: vt claudat seu cōtiunet aliquid. Et clauus grecę ηλκος gñs tuberculi qđ vulgo callus dr rotunda specie coloris albi fit in plantis digitisq3 pedū maxime. Sic appellatus q2 ita pungit vt quasi clauus ferreus infixus videat. Nā caro durescit in callū semp fere pungentez. Quo morbo Silius Italicus interiisse fert. De quo Ply. lib. iii. epistolarū. Modo nunciatus est Silius Italicus inedia finiuisse vitā. Causa mortis valitudo erat illi natus insanabilis clauus cuius tedio ad mortē inreuocabili ꝯstantia decurrit. Ply. lib. xix. Clauis pedū illini itē lienis ⁊ tēporū doloribus. Fiunt ⁊ callosa quędā in candido oculi tubercula: q̄ claui nominant oculorū. Arbores quoq3 clauū huiusmodi patiuntur: qui ⁊ fungius ⁊ patella dr. Pręterea clauus est vestimēti gñs veluti quibusdā clauis aureis distinctū: qđ ⁊ a plumarū similitudine plumatile vocabat: ⁊ a verrucis clauo similibus verrucata vestis. Quasi latior ipsa vestis erat: latusclauus dicebatur. Hac soli senatores ⁊ patricii induebant. Unde laticlauos appellari senatores legimus. Hor. lib. i. ser. describere volens senatorē dixit. Et latū demisit pectore clauū. Sue. de Nero. A laticlauo cuius vxorem attrectauerat cęsus. Ab Oui. Clauus simpliciter dr pro senatoria dignitate illo versu. Curia restabat claui mensura coacta est. Suet. de Au. Clauo nec lato: nec angusto. Aliqñ etiā sacerdotes ⁊ pontifices lato clauo induebant. Silius. Sacrificā lato vestē distinguere clauo. Pręclauū pars vestis erat q̄ ante clauuz texebatur. Afra. Totū diē pręclauū vnū texere. Hic etiā clauata dicunt vel vestimēta clauis intexta: vel calciamēta clauis cōfixa. Et clauati socci ꝙ sola habeant clauis intexta. Clauata vero sunt vestimenta etiā si nō ex auro: sed ex cocco: aut aliis coloribus clauos ⁊ verrucas habeant. Lampri. in Alexan. Conuiuium neq3 optimū: neq3 nimis parcū sed nitoris summi fuit ita tamē vt pura mantilia mitterentur sępius cocco clauata: aurata vero nūq3. Quę aūt cum auro. Auroclauata dicunt: ⁊ auroclauatę vestes a textura aureorum clauorū. Unde Tacitus imperator interdixit auroclauatis vestibus.

¶ Clauiculus dimi. a clauo. Quo noīe etiā vocatur capreolus in vite. Col. lib. v. Ac ne q̄ relictę sunt procellis ventorū decutiant: molli ⁊ laxo vinculo ad surgentis subsequi cōueniet dū clauiculis suis quasi quibusdā manibus adminicula cōprehendant. Hic etiā Pampinus a nostris: ⁊ a grecis helice dr.

¶ Clauarius nomē est officii quo appellatus est Suetonii pater: ab eo ꝙ pręfectus fuit donatiuo imperatorio inter milites dispertiēdo. Unde Cor. Tacitus scribit clauariū donatiui nomē esse qui ait: Seditiose militū voces terrebāt clauariū: donatiui nomē est.

¶ Claudia nomē virginis vestalis: q̄ cū in suspitionē stupri venisset ⁊ simulachrū mr̄is Ideę i vado Tyberis hereret: ad cōprobandā pudicitiā suā fert cingulo duxisse nauē quā mlta hoiz milia trahere nequerāt

¶ Claudius Claudianus poeta ęgyptius: vt gręci ⁊ latini eius patriā affirmant: ⁊ ipse de se sic scribit contra vulgi errorē: floruit sub Theodosio et Honorio Augustis: eius opera in lucem ⁊ pristinū nitorē redegit Pontic9 Uirunius de vtraq3 lingua benemeritus tp̄ibus nostris: ⁊ multa vir humanitate: qui inter alia: q̄ plurima scripsit de rebus nouis ⁊ insolitis aliquando nobis cōmentarios in eundem poetā plenos omni genere disciplinarū ostendit: ⁊ q̄ꝫtum potest curat imprimere magnos ⁊ diffusos.

¶ Claudus quasi pedibus clausus .i. impeditus qui ex pedibus aut cruribus fœmoribusve vitiatis non possunt passus facere. nam eos claudunt.

¶ Claudeo es. claudus incedo: qđ claudicare dicere solemus: q̄ꝫuis ꝓ errare qñq3 ponat per methaphorā.

¶ Claudit as ipsa actio. Ply. Repulsu durioris materię claudicatē illico affert.

¶ Claudo is. si. suz. includo. Uer. li. iii. Geo. Aut int9 clausos sceū ad ꝓsepia seruāt. Interdūclaudere ponit pro circuire. Idē. Claudite nymphę dictee nymphę nemoꝝ tā claudite saltus. Interdū ꝓ obsistere arcere

vt apud eundē lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pōtus. Ulpia. Clausos pro victis accipit si mō ita vincti sint vt omī mō erūpere nō possint. Interdū p claudicare. Sal. Nihil socordia claudebat. Idē in histo. Equi pre labore claudunt.

¶ Claustrū in plurali tam mas. q̄ȝ neu. gene. est, p loco in quo quid clauditur. Apud antiquos clostra p claustra dicebantur.

¶ Claustrarius q̄ claues ⁊ cetera ad claudēdū opa facit

¶ Claustrinus pen. pro. q̄ claustri ianue preest.

Claustrinus a. um. quod est claustri.

¶ Clausula vocatur sententia. Hanc greci perihodon dicunt ⁊ breuitate ⁊ conclusione.

¶ Clazomene pe. pro. vrbs Ionie asiatice: quā condidit Paralus. Hec prius grina noīabat vicina colophoni. Unde ⁊ Apollo grinaeus dict⁹ est apud Virgi. quoniam ibi esset eius oraculum.

¶ Clazomenia insula que Marathusa dicitur: a qua clazomenij quos in meonia sitos esse constat.

¶ Cleantes nomē philosophi. q̄ Zenonis attici scholā successor excepit. Hic Phanij Asij filius egregius pugil cū Athenas venisset: ⁊ Zenoni adherens generose philosophatus est: ⁊ in hisdē permansit dogmatis. Celebratus maxime fuit in labore. Nā cuȝ valde pauper esset: mercēnariā vitā agebat: ⁊ noctu quideȝ in hortis aquā hauriebat: per diē vero in sermonib⁹ exercitabat. Unū phreantes appellatus est: quasi puteos hauriens. Tradunt illū: q̄ a zenone audierat ossibus boum ⁊ testis fictilibus pscribere solitū cū pecunia nō suppeteret ad chartas emendas.

¶ Clearch⁹ phūs fuit cui⁹ meminit Hie. contra Ioui.

¶ Cleone mediocre oppidū distat ab argo stad. cxx. a corintho. xc. Unū Cleoneus a. um. vt leo cleoneus: q̄ ⁊ nemeus. Luca. Ille cleonei proiecit terga leonis.

¶ Clepo pis. psi. ptū: furor, furto surripio: tractum a κλεπτω verbo greco. Unū cleptū furto subtractū. Li. Si quis clepsit ne populo scelus esto: neue cui cleptū erit. Plau. Rape: clepe: harpaga. Cice. de repu. Nō modo vt spartae rapere vbi ⁊ pueri clepere discunt.

¶ Cleptes latine fur.

¶ Clepsydra pe. cor. κλεπτω ⁊ υδωρ aqua. Nā ppriū furacis hoīs q̄ cleptes dicit: est velare ⁊ abscōdere: q̄ claȝ ⁊ p insidias surripuerit. Clepsydra vero duo significat: fontē. s. ⁊ horologiū aquariū horos aqua dimetiens. Est eñ fons Athenis in arce illa Minerue quondā nūc beate Marie virgini consecrata. Is per alueū subterraneū latentē q̄ȝ fluens stadia. xx. surgit tādē in riuos ad vicū phalereū. Erat pterea vas quoddā vitreū graciliter fistulatū qđ equalib⁹ dimēsionibus signatas hores ostēderet. Ad cuius etiā funduȝ erat foramen qđ aquā guttatim emitteret. Et ita hore per aque diminutionē quot essēt videri poterant. Itaq̄ȝ nō absurde siue de fonte siue de horologio accipias clepsydra noīatur. ab aque furto: q̄ȝ aquā aut velet aut furet. Ceterū Cic. in scđa Tusculana p horologio capit cū inquit. Cras ad clepsydrā consimilia sunt hoc tpe clepsydris vascula illa apud nos visitatissima: q̄ in medio instar duor turbinū coarctant ex q̄bus puluisculū per foramen minutū sensim delabitur ex parte superiore in inferiorē: atq̄ȝ ita legitimū tempus hore metitur: vulgo dr horologium puluisculi. Apud veteres oratoribus acturis causas forenses p̄scribebat et tēpus dicendi datis clepsydris quib⁹ exhaustis āplius dicere vetabant. Ply. in epstis. Dixeram horis pene quinq̄ȝ nā tribus clepsydris quas spatiosissime acceperā sunt addite quattuor.

¶ Cleros latine sors siue sorte electus. Inde cleric⁹ sortitus dici potest. Nā vt Hier. ad nepo. scribit propterea vocantur clerici q̄r de sorte sunt dñi. vel quia dñs ipse sors. i. pars clericorū est. Et q̄r vel ipse pars dñi est: vel dñm partē habet. talē se exhibere debȝ: vt ⁊ ipse possideat dñm: ⁊ ipe possideatur a dño. Clerus etiā vermiculus aluearibus noxius. Aris. Examina infestant clero: sic eñ vocant vermiculos qui in paui mento nascunt: ex quibus crescētibus velut aranea obducit alueo ⁊ faui carie pereūt. Hinc morb⁹ hmoi clerus vocatur: hoc est fauus cū fetu putrefactus. Cum vero morbo/aut ignauia/aut infecūditate naturali fetum nō peragunt.

¶ Clibanus κλιβανος ελληνισι λεγεται: pe. cor. nō est pprie furn⁹ sed forte quid simile furno: vel instrumentū quo aliquid coquit sub testa: qđ ex aere seu ferro fieri solet: sepe etiā ope figulino. Ply. li. xix. Cortices quoq̄ȝ decussi clibanis ⁊ furnis prebent vsuȝ. Unū panis testaceus is dicit apud nos quē illi clibanitin. Scribitur a nōnullis cū γ. κρυβανος. De hoc ⁊ in dictione furnus. Col. li. iij. scribit scrobē clibano similē esse: vt imus q̄ȝ summus patentior sit: vt latius radices vagentur.

¶ Cliens quasi colens q̄r debet dñm honorare et est correlatiuū patroni. nā patron⁹ defensor cause est dictus quasi pater. Cliens aūt defensione indigens. i. litigator q̄ patronū colit ⁊ sequit: vt ab eo defendat. Hui⁹ dimi. est clientulus. Aliqñ tñ cliens ponit p sectatore ⁊ q̄ sub tutela alterius ⁊ pene famulus est.

¶ Clientela clientū multitudo: necnō ⁊ eor qui potētē aliquē ciuē/principēve fauore psequunt: ⁊ cui⁹ dignitatē factionēq̄ȝ tutant ducti aliqua mercede vel beneficio. Similiter clientela dr clientiū officium erga pronos. Itē dicitur clientiū siue clientarū genus Cato eñ clienta femina dixit.

¶ Clima atis. regio. Et clima apđ Varronē quoquo versus pedū est sexaginta.

¶ Climax latine scala: ⁊ figura que dicitur gradatio vt apud Oui. Viderat hanc: visamq̄ȝ cupit/potiturq̄ȝ cupita. Hinc climatericus a/um. scalarius. Plyni. in epistola ad Caluisiū. Habeo climatericū tempus sed euadeo: Ply. alter li. vij. natu. historie. climateras nūcupauit legē scansilē. Scansili inquit ānorū lege occidua quā climateras appellant. Climatericū tempus dubiosum dicitur: qm̄ chaldaei climateras appellant pericula vite: fortunarūq̄ȝ hoīm q̄ fieri grauissima in septēnarijs dicunt. Unū septimū quēq̄ȝ annū piculosū esse Censorin⁹ autumat. Alij climatera piculosuȝ eē dicūt annū sexagesimūtertiū. Unū Augustus ad Caiū nepotē. Nā vt vides climatera cōmunē seniorū omniū tertiū ⁊ sexagesimū annū euasimus. Si quis hāc materiā diffusius noscere cupit: Censorinū adeat.

¶ Cline latine lectus/lectica mensa. Inde Hexaclinos torus discubitorius: qui sex capiebat. Mar. Et testudineū mensus quater hexaclinon.

¶ Clinopale palestra lecti dicitur. κλινη grece lect⁹: et dicitur dimi. clinidion. i. lectulus παλη: palestra siue lucta. Sue. in Domi. Assiduitatē concubitus velut exercitationis genus clinopalen vocabat. Sic Vergilius nocturna bella noīat colluctationes venereas et ab Apuleio militia amatoria dicit.

¶ Clinicus pe. cor. medicus qui curat, medicamētis

dictus a lectis ægrotantiũ: quos frequentare solet quasi lecticularius. Var. Sote filia clinici .i. medici. Dicũtur & clinici qui ita morbo affecti sunt: vt surgere e lecto non possint: nullaq́ amplius de eorũ salute spes est. Unde legimus Petronillam voluntate Petri apostoli clinicã factã: quasi paraliticã sideratãve proptereaq́ decumbentem grabato: quem græci clinen vocant.

¶ Clino as. grecũ est. & significat inclino: licet nõ sit in vsu: eius tñ ɔposita vsurpant: q̃ sunt acclino/ declino/ inclino & reclino pe. pro. Virg. li. xij. Defigunt tellure hastas & scuta reclinant. Clisis inclinatio.

¶ Clio vna musarũ απο του κλεουσ a gloria q̃ poetis gloria a ɔpositis nascat libris. Hesiodus in theogonia εννεα θυγατερες μεγαλου Διοσ εκ γεγαυιαι κλειω τε ευτερπη τε θαλεια τε μελπομενη τε τερψιχορη τε ερατω τε πολυμνια τε ουρανιη τε καλλιοπη τε η δε προφερεσ τατε εστιν απασων.

¶ Clisius nomen fluuij in agro brixiano.

¶ Clitorius fons Arcadiæ: qui semel potus vini odium facit. Ouidius lib. xv. meta. Clitorio quicũq́ sitim de fonte leuauit: Vina fugit.

¶ Condylis pe. cor. Iunctura & nodus articulorũ in digitis & eminens stricta in pugnũ palma. Nam quattuor digiti: vt scribit Aristoteles ternos habent condylos: pollex vero duos. Gręci etiã condylon pugnũ vocant: qui fit cõplicatis digitis in cõdylos: & tuberculum. Unde Plutarch. scribit cum quẽ Castor condylo percussisset statim mortuũ in cacozeliam incidit Martianus in primo. Caput illi virga cõminuens ei demq; quibus fuerat eblandita ictibus crebris cõplicatisq; in condylos digitis vulnerabat
¶ Condyloma atis. pe. pro. κονδυλωμα morbus: vt Iul. Pol. inquit qui nascitur circa coronã ani siue podicis tuberculũ insanabile. Et circa sedẽ fiunt condylomata magna: sed nõ laboriosa. Nascuntur ex inflamatione. Nec sunt hemorrhoides sed eminẽtes tumores nunc molles nunc duri figura rotunda & nihil eminentes. Sunt aũt tria morborũ genera: vt scribit Celsus lib. vi. quæ anus recipit. Primum morbum dicit esse

Rhagada quando pluribus locis cutis scindit̃. Secundũ Condyloma. Tertiũ hemorrhoides cũ ora venarum sanguinẽ fundunt.

¶ Condo is. didi. itum. pe. cor. significat in vnum interiorẽ locũ ad custodiã do: vt sit cũ quempiã cõpeditum in carcerẽ ꝯdimus: ⁊ abscondimus. Verg. Et nota ꝯduntur in aluo. Ply. Si libeat credere vt sub vna ficu turmę condant̃ equitũ. Quandoq; ꝯstituo ⁊ edifico quasi simul do: vt troiani romam condiderunt. Et Ci. multos libros ꝯdidit. Hinc incõditus pro inornato: incõposito. Quandoq; repono. Ply. Formicę condunt ęstate fructus: quibus hyeme fruantur. Aliq; compono. Ply. Opus ꝯdidit perpetuo oibus legendum. Aliq; recondo sepelio. Idem. Post ꝯditum monumento corpus. Aliq; potior. Verg. li. vii. Optato condunt̃ tibridis alueo. Huius verbi composita sunt abscondo: ⁊ recondo.

¶ Conditor pe. cor. qui aliquid facit. Cõditor pe. pr. a condo is. qui fercula condit.

¶ Cõditaneũ modo a ꝯdendo: modo a ꝯdiendo fit: significatq; qꝺ cõdi vel ꝯdiri potest. Unde apud Var. Conditaneã, oleã in agro crasso: ⁊ calido maxime serere conuenit.

¶ Conditoriũ a ꝯdendo sepulchrũ dr̃. Ply. Tam rara in amicis fides tam parata obliuio mortuorũ vt ipsi nobis debeamus ꝯditoria cõstruere oiaq; heredum officia pręsumere. Sue. appellat ꝯditoriũ illum alueolum ⁊ loculamentũ in quo reconditũ erat corpus Alexandri magni qꝺ aureũ erat. Ammianus vocat ꝯditorium muraliũ tormentorũ repositoriũ machinarum. Petronius Arbiter accipit pro sepulchri repositorio cum ait. In conditoriũ etiã prosecuta est defunctum. positumq; in hypogeo greco more corpus custodire cœpit. Hypogea em̃ greci dicunt subterranea.

¶ Condititius a. um. qꝺ ꝯditũ est ⁊ seruatũ. Col. lib. ix. de columbis. Duobus aut tribus mensibus accemptant ꝯdititia cibaria: ceteris seipsos pascunt seminibus agrestibus.

¶ Condītiuus a. um. qꝺ apte condi potest. Var. lib. i. de re rust. Cõditiua mala structea cotonia scantiana scandiana mustea in loco arido ⁊ frigido supra posita palea seruare recte putant. Aliquando ꝯditiuum dr̃ quod ꝯditũ ⁊ seruatũ est: Col. lib. viii. Itaq; mane priusq; procedant in pascua ꝯditiuis cibis sustinẽdę sũt ne immaturis herbis citetur aluus.

¶ Condocefacio. instruo. Ci. li. v. tus. Nemo est enim qui eorum bonorũ animũ putet esse indicẽ cumq; condocefaciat: vt ea quę bona malave audiantur possit contemnere.

¶ Conduco is. pe. pro. simul duco: vel pro simplici ponitur. Plaut. in epid. Mane me iussit senex ꝯducere aliquã fidicinã sibi huc domũ. Interdũ significat aliquid pretio accipio: qꝺ vulgo dr̃ affitto seu ad appensionem vel ad militiã sumo. Ci. Tiro. Huic ego locũ in proximo ꝯduxi. Plau. in pseu. Quantulo argenti te ꝯduxit pseudolus? Interdũ colligo ꝯgrego. Var. Mane suscitat nostra: populũ in foro ꝯduxit. Interdum emo. Plau. Cędendũ conduxi ego illũ. Interdũ Conuerto. Lucil. Et virtute tua ⁊ claris conducere chartis. In tertia aũt persona: vel infinito significat vtile esse. Et si de homine loquamur cũ datiuo tantũ construitur. Col. lib. i. Nam id minime ꝯducit agricolę. Si aut de re alia tunc quandoq; datiuum exigit. Plau: in cap. Ut potissimũ qꝺ in rem recte conducat tuam id petã: id ꝓsequarq; corde aio atq; viribus. Et iterum ibi. Nã si ea memorẽ quę ad ventris victũ cõducunt mora est. Ci. Lentu. Et reipu. rationibus putem ꝯducere. A cõduco fit participiũ ꝯductus a. um. et conductus us. nomen.

¶ Conducibile: quod vtile est. Plau. in bac. Nõ ego istud facinus mihi ꝯducibile esse arbitror. Potest etiam dici ꝯducibile qꝺ ꝯduci potest.

¶ Conducticius a. um. qꝺ cõduci solet: vel cõducit: siue ex eorum numero est quę conducunt̃. Plaut. in epi. Sed vna me res turbat ratioq; apocidi quo mõ ostendam fidicinã aliquã ꝯducticiã. Cõducticia domus tamen dr̃ quę ꝯducta est. Sic ꝯducticia opera dr̃ mercenaria quę ꝯducta est. Var. Oẽs ii agri coluntur hominibus seruis aut liberis aut vtrisq;. Liberis aut cum ipsi colunt vt plęriq; pauperculi cũ sua progenie aut mercenariis ⁊ ꝯducticiis operis liberorũ.

¶ Cõfarreatio Vide in dictione difarreatio. A confarreo. Apul. formauit participiũ cõfarreaturus. Talis inqt mulieris publicitꝰ matrimoniũ cõfarreaturꝰ

¶ Confero pe. cor. simul pono και ελλιμη φερω φερεις και φορεω φορω. Ci. lib. iii. offi. Oẽs curas cogitationesq; meas conferebã. Ponitur qñq; pro Confero. Ver. lib. ix. Et si cõferre manu furor iraq; mõstrat Quandoq; pro tributo. Amb. Magna fœmina q̃ multo amplius inuenit qꝺ imperatori conferret: q̃ quod ab imperatore acciperet. Aliq; pro contollo. Verg. ⁊ conferre gradum ⁊ ꝓcedere longius audet. Aliq; pro disputo seu incõperationẽ deduco. Hier. in ꝓlo. paral. Quendã auctorẽ qui apud hebręos in admirationibus habebat̃ assumpsi ⁊ contuli cũ eo a vertice: vt aiunt vsq; ad extremũ vnguem. Et sic ꝯfirmatus ausus sum facere qꝺ iubebatis. Et dicimus ꝯfero te illi et cum illo. Oui. Confer amycleis medicatũ vulnus ahenis Murice [illegible] tyrio turpius illud erit. Aliq; pro paro dispono. Plau. in Cur. Ita tuum ꝯferto amorẽ semp si sapis ne id qꝺ ames populus si sciat tibi sit ꝓbro. Quandoq; pro impono: inicio. Idem in Amp. Ne posterius in me culpã ꝯferas. Aliq; ꝓ facio. Ter. in heau. Syrus cũ illo vestro cõsusurrat. cõferuntq; consilia adolescentes. i. simul faciunt. Aliq; ꝓ ꝯiungo Ci. ad Octa. Nã vt ordiar a principio: ⁊ perducã ad extremũ ⁊ nouissima ꝯferam primis. Quandoq; pro transfero. traduco. Ter. in Eu. Metuet semp quẽ ipsa nunc capit fructũ ne quando iratus tu alio cõferas Idem ibi. Usq; adeo ego illius ferre possum ineptias et magnifica verba: verba dũ sint. Verum em̃ si ad rẽ conferent̃: vapulabit. i. deducent̃. Aliq; pro cõtra fero. Liui. li. i. Aliquotiens latinus exercitus cominꝰ cum romanis signa cõtulerat. Aliq; pro Valeo seu ꝓsum. Col. lib. i. Ceterũ ad ęstiuos temperandos calores plurimũ ꝯferunt salientes riui. Conferre in pauca est ꝯcludere inquit. Ci. lib. iii. offi. Conferre verba in pauca est reducere. Plau. Nunc verba in pauca conferam. Col. lib. i. Sitq; vtriq; ꝓximum horreum: quo cõferatur rusticũ instrumentũ. i. in vnũ reducat̃. Et cõferre donare: vt Multa cõtuli in Catonẽ. i. multa donaui Catoni. Similiter conferre ire: vt Cõtuli me domũ: ⁊ cõtuli me ad Catonem.

¶ Confercio is. ex con: ⁊ farcio: sumitur sicut cõpleo Ci. in Catil. Vino languidi: cõferti cibo sertis redimiti vnguentis obliti. Inde ꝯfertus ta. tum. a quo confertissimus ꝓ frequẽtissimꝰ siue creberrimꝰ. Li. li. ii. In cõfertissima turba ꝓpe regiũ tribunal cõstitit.

¶ Conficio is.pe.cor.finio:perficio. Ci. Nā si hoc ex pectandū sit dum totū bellum conficiā. Et in passiua voce: vt Uir inops fame frigore dolore conficit.i.cōsumitur ⁊ fere perit. Ci. Plagis ꝯfectum ante oculos cecidisse. Lactan.li.ii. pro destruo siue occido posuit. Ignis quidē permisceri cū aqua nō potest:quia sunt vtraq̄ inimica. Et si cominus venerint alterutrū qd superauerit ꝯficiat alterū necesse est. Idem ibi. Cum Annibal duos exercitus populi romani astu ⁊ virtute confecit. Et hoc est ex vi p̄positionis con: quæ ⁊ in bonā ⁊ in malā partē accipi solet vt ꝯficere pro perficere ⁊ pro cōsauciando trucidare. Inde Cōfectores ferarū. Suet.in Tito. Notissima hierosolymorū oppugnatione.xii. p̄pugnatores totidē sagittarū confecit ictibus. Item cōficere est facere. Ter. in phor. Bonas me absente hic ꝯfecistis nuptias. Item explicare. Ci.lib.ii.offi. Honestatis pars ꝯfecta est quam tibi cupio esse notissimā. Item exequi:vt apud eundē Si me amas confice:quancūq̄ ei fidē dederis prestabo. Item colligere. Per magnā inquit idem in Uerg. dices ex illa re pecuniā confici posse. Item frangere Ply. Nucem dentibus ꝯficere ac plagæ imponere. Itē consumere. Ter. Qui cū hic nō videant me credant conficere argentū suum. Ci. Nec me langoribus dedi quibus essem cōfectus. Itē simul facere. Ci. Confeci quæ iussisti oīa. Festus. Cōfecerūt vna fecerunt. La. lib.ii. Quomodo pōt ex multorū deorū aceruo vnus deus confici? Confectus etiā defessus d̄r. Cic.lib.ii. offi. Nec me langoribus dedi quibus essem cōfectus.

¶ Confido is.pe.pro. Credo ⁊ certus sum. Et tum de preterito:tū de presenti:tum de futuro tp̄e d̄r. De preterito. Ci. Quoniā probatā rationē officii mei vobis esse cōfido. De p̄nti. Idem. Et q̄ a Cratippo nr̄o principe huius memorię philosophorū hec te assidue audire confido. De futuro:vt apud eundē Ita fore ꝯfidimus. Et dicimus ꝯfido tibi:⁊ in te. Uerg. Et afflictis melius ꝯfidere rebus. Aliq̄n cōfidere significat audere:qd in bonā ⁊ in malā partē accipitur: In bonā. Ci. lib.iii. de legibus. Uir excellens ⁊ fortis ꝯfidere sibi debet:et suę vitæ ⁊ actæ:⁊ ꝯsequenti. In malam etiam accipitur. Unde cōfidentē dicimus qui leges iuraq̄ contēnit ⁊ nihil timet. Quamobrē ⁊ p̄ temerario impudenti ⁊ improbo poni ꝯsueuit. Teren.in phor. Homo ꝯfidens q̄ illū dii oēs perdant. Ci. Qui fortis est idem fidens:quoniā ꝯfidens mala ꝯsuetudine loquendi in vitio ponit̄. Uerg. Nā quis te iuuenū ꝯfidentissime nostras iussit adire domos. Hinc ꝯfidentia:quę sicut docet Don. est audacia cū improbitate. Ter.in And. O ingentē ꝯfidentiā. Aliq̄n tamen ꝯfidens ponitur p̄ constanti ⁊ graui. Idē ibi. Nescio quis senex venit modo ellum ꝯfidens. Do. Cōfidentē pro ꝯstanti nō mala significatione posuit ⁊ confidētia : ꝯstantia: duritia:patientia. Plau.in Aul. Scapularū ꝯfidētia virtute vlmorū freti. Et ꝯfidenter:ꝯstanter. Plautus. Quę nō deliquit decet audacē esse cōfidenter. Q̄nq̄ etiā Temerarie. Accius. Qui in puellę domū tam cōfidenter irrupit.

¶ Confiteor eris.ssus.verbū cōmune:simul aut totū simul fateor seu affirmo. In significatione actiua. La. lib.v. Ut doceret quibus pœnis affici oporteret qui se cultores dei ꝯfiterent̄. In passiua:vt in Gorgonio martyre legitur. Ut quid in illo crimen inducit̄:qd a nobis oībus ꝯfitetur. Duobus aliis modis apud sacras litteras capitur ꝯfiteri. Est em̄ confessio laudantis:seu gratias agentis. Est ⁊ cōfessio gemētis. Confessio laudantis ad honorē pertinet eius qui laudat̄. Cōfessio gemētis ad pœnitētiā pertinet eius qui cōfitetur. Cōfitentur em̄ hoīes cū laudant deū:ꝯfitentur cū accusant se. Sed cū ad pœnitentiā refertur.cū accusatiuo ꝯstruitur:⁊ q̄nq̄ cū datiuo vltra accusatiuum:vt in ps. Dixi:confitebor aduersum me iniustitiā meā dn̄o. Cum aūt ad laudē seu gratiarū actionē:datiuum tantū exigit:vt est illud Confiteor tibi dn̄e rex cœli ⁊ terrę. Solet assignari differentia inter ꝯfiteri et profiteri:q illud necessitatis sit:hoc voluntatis. Ci.pro Manili. Hoc ego nō solum confiteor:verum etiam profiteor.

¶ Confessor:proprie qui ꝯfitetur rogatus:nō qui alterius peccata audit.

¶ Conflare simul flare:q p̄prie dicunt̄ venti facere cū sunt diuersi. Interdū est sufflare. Plyn. Philiscus officiū pinxit pictoris ignē cōflante puero. Interdum signare quia hoc nō nisi cōflato igne fieri potest. Unde conflatā pecuniā dicimus:hoc est signatā. Interdum cōcitare cōtrahere. Et vt plurimū de malis d̄r. Dicimus em̄ Tu tibi hodie cōflasti inuidiā: inimicicias odiū. Sal. Magnā illi inuidiā conflauerāt vsq̄ adeo vt nōnulli equites populi ro.qui p̄sidii causa cum telis erant circū ędem ꝯcordię. Dicimus quoq̄. Mihi conflaui æs alienū:qd est feci me debitorem alienę pecunię. Idem. Alienū æs grande ꝯflauerat quo flagitiū aut facinus redimeret. Idem d̄r p̄c ꝯtraho:quibus correspōdet Dissoluo ęs alienū qd est ęs alienum qd cōflauerā restituo. Quint. Nō ego ęs alienū luxuria cōtraxi. Ci. Patri persuasi vt ęs alienū filii dissoluerent. Interdū ꝯgregare. Lact.lib.ii. Ita cōflauit ex his oībus populū. Interdū ꝯficere creare. Idē li. vii. Et quicq̄d est in hoc opere mundi cōflauit ac perfecit ex nihilo Uerg.lib.i.geo. Et curuę rigidū falces conflantur in ensem.i.cudunt̄:fabricantur.

¶ Conflages pe.pro.dicunt̄ loca in quę diuersi confluunt venti a conflo as.

¶ Conflatile pe.cor.qd conflando factū est. Hier.in exo. Fecerunt sibi vitulū cōflatilem.

¶ Confinis pe.pro.qui simul finit. Un̄ cōfines agros dicimus qui eodē loco finiūt. Uide in dictione finis.

¶ Confiniū idē qd cōfinis. Col.lib.iiii. Mediocritas in electione loci maxime p̄batur quoniā in confinio boni maliq̄ posita est. Lact. Ex quorū cōfinio nasus exoriens ęquali porrectus iugo vtramq̄ aciē simul ⁊ discernit et munit.

¶ Confligo is.pe.pro.ango:pugno:cū dimicādo homines se inuicē sternunt. Sal. Optimum factu ratus in tali re fortunā belli tentare statuit cū Antonio q̄ primū cōfligere. Hinc

¶ Conflicto as.qd est freq̄nter pugno: percutio:simul affligo. Ci.lib.ii.ad Heren. Malo magno est hominibus auaritia:idcirco q̄ hoīes magnis ⁊ multis incōmodis ꝯflictant̄.i.ꝯcutiunt̄:cōcertant̄:vexātur

¶ Conflictor deponens. Ter.in And. Nā qui cū ingentis conflictat̄ huiusmodi.i.atteritur.

¶ Confluere: cōcurrere:ꝯuenire:⁊ p̄prie de riuis d̄r q̄uis ad alia transferat̄. Apul. Pleriq̄ qui ad mercatum confluxerant interuenere. Plau.in Epi. Id ego experior cui multa in vnū cōfluunt: quę meū pectus pulsant. Hinc confluus:⁊ cōfluuiū: vbi multi riui simul fluunt. Confluus a.um.qd simul fluit.

¶ Cōfluges pe.p̄. Loca sūt in q̄ riui diuersi defluūt.

¶ Conformare qd est eiusdē forme. Amb. li. i. offi. Ut qd habes largiaris pauperi & consortē & cōformē tuū adiuues. Per translationē sumit pro cōuenienti & cōgruo. Unde cōformo as. cōuenio. adapto. vt apd Apostolū. Nolite cōformari huic seculo.

¶ Cōforto as. & cōfortor passiuū. Hier. lib. ii. Regū. Conforta bellatores tuos aduersus vrbem: vt destruas eā: qd est anima & accende. Et illud. Cōfortare et esto robustus.

¶ Cōfundo perturbo & oīa in vnū misceo. Aliqñ confundere est terrere. Liui. li. vi. cōfusam eam ex recenti morsu animi cū pater forte vidisset.

¶ Confuto as. pe. cor. ex con & futo redarguo. Unde confutatio significat cōfundo interdū opprimo: conuinco: cōficio. Ter. in phor. Cōfutauit verbis admodum iratum patrē. Et est cōfutatio vt ait Ci. lib. i. ad Heren. Contrariorū locorū dissolutio. Et cōfutare: cōmouere. Titin. Coquus magnū ahenū quando feruit paula confutat trua.

¶ Congrus & cōger vtroq modo dicitur pro quodā piscis genere.

¶ Cōgero is. pe. cor. cōgrego & coaceruo. Tib. Diuitias alius fuluo sibi cōgerat auro. Hinc cōgestitius a. um. qd cōgestū est. Col. li. ii. Nō deterius tñ etiam pinguibus harenis vel cōgestitia humo cōueniunt.

¶ Congius mensure gñs capax sex sextariorū: vt inquit Prisc. Et est pars amphore. Cōgius em cū deest efficit quidē vt ne sit iuste mensure amphora: sed cum accedit & addit nō ille vnus facit amphorā sz supplet.

¶ Cōgiariū rii vnus imperatoriū siue donatio imperatoria vt scribit Sene. lib. iiii. de benefi. Hoc donabatur pplus sicut donatiuo milites donabant. Sic Plyni. in panegyrico laudat Traianū q cōgiarium populo dedisset quo locupletate sunt tribus cū donatiuum milites accepissent. Huius congiarii diuerse fuerunt summe. Tiberius em cōgiariū populo trecētos nummos viritim dedit. Callicula cōgiariū populo bis dedit tricenis sestertiis. Nero quadragenos nummos populo diuisit. Est & cōgiariū mensure gñs: vt apud Paulū iureconsu. Quin. lib. vi. Congiarium cōmune est liberalitatis atq mensure.

¶ Conglobo as. pe. cor. a globus fit: significatq coaduno. Hier. li. ii. Re. Et cōglobati in vnū cuneū steterunt in summitate tumuli. Hinc cōglobatim aduerbium qd significat per globos. Augu li. vi. con. Ipsa occurrebāt vndiq aceruatim: & cōglobatim cernenti.

¶ Congredior simul gradior. Var Oēsq in vnā domum cōgressi simul discubuere. Am. lib. offi. Qui sapientibus cōgreditur sapiens erit. Et cōgredi est ad obsistendū vel pugnandū: vel disputandum ire. Gel. Qui ter cū hoste cōgressus victor rediit. Unde & congressus pro pugna. Salu. Multi eo cōgressu perierūt.

¶ Congruo is. grui. Cōuenio. Tractū a gruibus: q nō se segregāt siue cū volant: siue cū pascūt. Plaut. in Cur. Sane illi inter se cōgruunt cōcorditer. Unde congruū & incōgruū: cōgruens & incōgruens. Lact. li. ii. Est aūt peruersum & incōgruens vt simulachrū hois a simulachro dei colatur.

¶ Conicio is. pe. cor. a con & iacio multis accōmodatur significationibus. Ci. M. Celio. Sin se in intimū conicere vellent nō satis comode calciati & vestiti id facere possent. Item ibi. Atq illo repentino hoim impetum se in fugā cōiecisse: Sal. Ex eo numero cōplures. Q. Metellus celer pretor ex senatucōsulto causa cognita in vincula cōiecerat. Plaut. in Epi. Ornate epidice & palliolū tuū in collū conice. Terē. in heau. Hec vbi aperuit ostiū cōtinuo hic se cōiecit intro. Et ibi. Syre mi obsecro ne me in letitiā frustra cōuicias. Et in pho. Hinc me cōuce rem ptinus in pedes. In quibus significatio est: qd vernacula lingua dicimus butare. Interdū in hoc verbo con auget: vt sit cōicere simul vel oēs iacere. Liui. li. ii. Clamore subito vndiq in vnū hostē tela cōiciunt. Cesar lib. i. Pro vallo carros obiecerāt: & e loco supiore in nostros veniētes tela cōiciebant: Per translationē vero significat interpretari: cogitare. colligere: diuinare. Idcirco tuz nō exigit accusatiuū cū prepositione: sed naturali contentū est: neq tamen a prima significatione alienum. Nā cuz quis aliquid conicit. i. simul iacit confert que agenda sunt: & sic cogitat & colligit & interptatur: diuinatq quid agere debeat. Ter. in phor. Tu cōicito cetera. Et in Eun. Quid illud mali est nequeo satis mirari: neq cōnicere. Plau. in Cur. Mane sis dū huic cōicio somniū. Pro diuinare. Cic. posuit lib. de diuina. Num igitur aut haruspex aut augur: aut vates quis aut somniās melius cōiecerit: aut ex morbo euasurū egrotū: aut ex periculo nauē: aut ex insidiis exercitū q medicus: q gubernator: q imperator.

¶ Coniecto as. frequentatiuū existimo. iudico. Ter. in Eunu. Neq scio quid dicā aut quid cōiectem.

¶ Coniector interpres somniorū & oīm coniecturarum hoc est directione quadam rationis ad veritatē. Ci. Defert ad coniectorē quidā somniasse se ouum pendere ex fascia lecti cubicularis. Hie. in plogo lib. Reg. Interroga quemlibet hebreorū cui magis debeas accōmodare fidem. Et si nostra firmauerit puto q eum nō estimes coniectorē: vt in eodē loco similiter diuinaret.

¶ Coniectus us. directio quedā rationis ad veritatē a quo dicta est cōiectura.

¶ Coniectura cōiiciendi actus & est idē qd quis per rationē & signa & tpa & huiusmodi cōiicit & cogitat et colligit. Ci. Corni. Quantū copiarū haberes cum ipse coniectura consequi poteram: tum ex litteris tuis cognoui.

¶ Coniecturale adiectiuū qd per coniecturā colligitur & pponitur. Ci. lib. i. ad Heren. Cōiecturalis est cum de facto cōtrouersia est. Hoc modo Aiax in sylua postq resciuit que fecisset: per insaniā gladio incubuit. Ulysses interuenit: occisum conspicat corpore telum cruentū: teucer interuenit cum fratrē occisum inimicū fratris cū gladio cruento videt capitis arcessit. Hic quoniā cōiectura verum queritur: de facto erit controuersia: et ex eo constitutio coniecturalis nominatur.

¶ Coniectariū efficax atq perfectū. Cic. Illud vero mihimet coniectarium.

¶ Conium gñs herbe noxiū que cū tritico nascitur. Amb. Dum tritico coniū quid inter alimenta vite noxium reperitur. Et nisi precisum fuerit cōsueuit saluti nocere. Et paulopost. Sturni vescunt conio quoniā qualitate sui corporis venenū succi letalis euadunt.

¶ Coniugo as. pe. cor. simul iugo quasi in in vnū iugū iungo. Unde coniugatio in verbis dicta est apud grammaticos: q sibi ad vnū sonū multa coniugat: et quasi vno iugo astringat. Cic. in Cato. pple dixit. Adminiculorū ordines capitū cōiugatio & religatio & propagatio vitiū sarmentorū. Cōiugata apud rhetores sūt q ab vno gñe veluti iugo flectunt: vt a iustitia

iussus iussa iussū. Hinc locū a ꝯiugatis dicimus cum ita argumentemur. Si risus gaudium est ergo et ridere gaudere.

¶ Cōiunx scd̄m Priscianū ⁊ coniux sine n scd̄m Phocam a cōiugo as. abiecta go syllaba ⁊ addita x. Iugū enim instrumentū est: quo boues iugant̄ .i. iungūtur Unde iugari dicimus qui maritali iugo instar boum colla subiiciūt. Hor. Diua ꝓduces sobolē patrūq; prosperes Decreta sup̄ iugandis fœminis: prolisq; noue feraci lege marita. Fœdera quoq; matrimonii vincula iugalia dicuntur.

¶ Coniugiū matrimoniū. Verg. Coniugio iungam stabili ꝓpriamq; dicabo. Alii cōnubio legunt.

¶ Coniungo is. xi. ctum copulo. Tractū a iugo. Inde ꝯiunctura: ꝯiunctio: ꝯiunctiuus ua. um. ⁊ ꝯiūctim

¶ Coniuro as. pe. pro. quasi cōtra iuro: frequēter in malum dicitur: sicut ⁊ cōspiro. Sal. Sed ante cōiurauere pauci in quibus Catilina fuerat. Ter. Quæ est hęc ꝯiuratio vt oēs mulieres eadē ęque studeant? In bonū cum honesta causa fit. Unde Mutius Scęuola. Trecenti inquit cōiurauimus principes iuuentutis Romanę vt in te hac via grassaremur. Hora. Coniurat amicę.

¶ Conniueo es. ⁊ cōniuo is. iui. vel xi. ctum. Coniuere est oculos genis integere. Plyn. lib. xi. Grauiores alitum inferiore gena cōniuent. Idem columbę ⁊ similia vtraq; gena cōniuent. Transfertur etiam ad alia. Gel. lib. xv. dixit cōniuere caua ventris et stomachi. Pro stipari claudi ⁊ cōtrahi. Hinc cōniuere quasi pro transire ⁊ nō videre ponitur. quandoq; Ci. in Phili. Quibusdā in rebus etiā cōniueo. Idem pro Cœlio. Proh dii immortales cur interdū cōniuetis in hoīm sceleribus maximis? Sue. in Cęs. Delicta neq; obseruabat oīa: neq; pro modo exequebatur: sed desertorū ac seditiosorū inquisitor: ac punitor acerrimus cōniuebat in cęteris. id est reliqua vitia oculis veluti clausis pręteribat tanq̄ dissimulanter illa cōniuere. Habet hoc verbū ni syllabā productā. Silius. Cōniuent solemq; pauent depręndere visu.

¶ Connubiū ius legitimi matrimonii a nubo: cuius prima producitur. Cū in cōnubio q̄nq; ꝓpter metri necessitatē corripiatur. Ver. Connubio iungam stabili. Est enim Sistole.

¶ Conon nomen propriū atheniensis ducis qui Lacedęmonios profligauit: ⁊ athenas in pristinā libertatem restituit. Fuit ⁊ alius Conon Samius: astrologus de quo Proper. Me creat archites soboles babylonius orops. Horon ⁊ a proauo ducta conone domus

¶ Conopæū cū æ diph. tentoriū seu vel um ⁊ papilio ille lineus vel laneus seu bombycinus qui toro circūdatur ad arcendū culices quo maxime vtuntur alexādrini: q; ex nilo culices confluāt: quos gręci κωνωπας dicunt. Prop. lib. iii. Fœdaq; Tarpeio conopæo tendere saxo. Suidas κωνωπη πολισ και κωνο[illegible] θηλικωσ παρια ερσοφαρειερ πλουτω ειδοσ μυιασ

¶ Conquinisco is. conquexi: caput inclino. Vide in dictione Oquinisco.

¶ Consalutare est vltro citroq; salutationē dare. Ci. lib. ii. de ora. Qui cū inter se (vt ipsorū vsus ferebat) amicissime consalutassent.

¶ Consanguinei dr̄ qui sanguine inter se cōnexi sūt

¶ Conscius ꝓprie qui rem scit. Ci. M. Rutilio. Cum et mihi cōscius essem: quanti te facerē. Nonius tamē de verborū differentiis ait. Scius secum: conscius cū alio scius est. Licet consciū indifferenter legamus. Sal. Populares conscios sceleris sui.

¶ Conscientia sciētia. Ci. Nulla re tam lętari soleo q̄ officiorū meorū conscientia.

¶ Conscisco is. consentio: siue sciens consentiensq; infero. Ci. Mario. Mortem mihi cur consciscerē causa nō est visa: cur optarem multę. Aliq̄n Consciscere est ꝓpter consensus: siue conscie effectum cōstituere aut decernere. Liui. lib. i. Censuit. consensit: vt bellū cum priscis latinis fieret. Nec mirum. Scio em̄ siue scisco decerno significat. Plau. in Cur. Rogationes plurimas ꝓpter vos populus sciuit: quas vos rogatas rumpitis. Ci. lib. iii. offi: Durius etiā athenięses sciuerunt: vt ęginitis qui classe valebant pollices pręciderentur. Hinc scitum statutū: siue decretū. Liui. lib. i. Cætera quoq; oīa publica priuata sacra pontificis scitis subiecit. Inde plębiscitū plębis decretū. Cice. lib. i. ad Heren. In rem confert̄ vt si quis ex testamento q̄d facere iussus est ex plębiscito vetetur. Per translationē consciscere ponitur pro cōtrahere. Col. lib. viii. Diligensq; pastor stabulum quotidie conuertit: nec patitur stercus humorē cōsciscere lutumve capris inimica. Sciendū est q; conscisco: ascisco: præscisco: ⁊ rescisco faciunt pterita in iui. sicut eorū primitiua. vt Priscianus quoq; de ascisco et descisco sentire videtur. Et conscio quidē descio ⁊ rescio raro sunt in vsu: sed magis conscisco: descisco ⁊ rescisco. Ascio et pręscio inueniunt̄: q̄uis ascio nō ita frequenter: sicut pręscio: ascisco ⁊ pręscisco: licet magis ascisco q̄ pręscisco: eo q; ascio minus in vsu sit. Pręscio vero magis. Cum ergo cōscisco: descisco ⁊ rescisco vsurpent̄: nō mirum est si conscio: descio: et rescio obsoleuerunt: quoniā fere superfluū esset in eadē significatiōe vtraq; haberi. E diuerso aūt scio sępissime reperitur: ⁊ nō scisco. Apud Plautū tn̄ legitur sciscam in Amp. Ocyus accurro vt sciscā quid velit. Pręscio in vsu est. Pręscisco minus. Verg. lib. iiii. Geor. Continuo alios vulgi: ⁊ trepidantia bella Corda licet longe pręsciscere. Ascio apud Col. in pręfatione. Et pecoribus parandis conseruandisq; quādo ⁊ hanc ascimus: quasi agriculturę partem.

¶ Conscribo. Vide in dictione scribo. Inde cōscripti qui in senatu scriptis annotati erant: qui per inopiā senatorū ex equestri ordine in senatorū numerū recipiebantur. Liui. lib. ii. Deinde quo plus virium in senatu frequentia etiā ordinis faceret: cædibus regis diminutū patrū numerū primoribus equestris gradus lectis ad trecentorū summā expleuit. Traditum inde fertur: vt in senatum vocarent̄ qui patres: quiq; conscripti essent: conscriptos videlicet in nouū senatum appellabant lectos.

¶ Consecro as. pe. cor. Vide in dictione sacro as. Ci. lib. ii. Tus. Quasi addicti ⁊ consecrati. Hos Tertul. vocat consecraneos. Sidonius. Consecraneos qui consecrati sunt: ⁊ quasi mancipati vni sectę.

¶ Consecraneū q̄d est ꝯsecratū vocabulū fere in castris repertū qualia sūt conterraneū cōmilitaneum militaneū: subterraneū: limitaneū. Iulius Capitolinus in concione quadā Maximini Cęsaris. Cōmilitones inquit sacrati: immo vero cōsecranei. Alio loco. Nullam ciuitatē æque militanaum esse dixit.

¶ Consentio tis. ⁊ cōsentaneus nea. neum. Quęre in dictione sentio

¶ Cōsentia sacra q̄ ex cōsensu multorū sunt statuta.

¶ Consequor pe. cor. immediate sequor. Verg. lib. v: Quā deinde cloantus consequitur. Gel. li. ii. Uter dies natalis haberi appellariq; debeat is in quē nox ea cō secuta est: an qui dies noctē cōsecutus est. Et cōsequi obtinere: adipisci. Ci. in Verrinis actione prima. Quod ego meo labore ꝛ vigiliis ꝯsecutus sum. Item exprimere. Idem Cesari iuniori. Extrema vero quanta ꝛ qualia sint verbis consequi nō possum.

¶ Consequētia est q̄ ex precedētibus infertur.

¶ Consector in totū vel sepe sequor. Lactant. lib. iii. Queras ab his quid sibi velint cū fœminas tam rabide consectantur: vt vix diuelli queant.

¶ Consectaneus accipitur pro eo qui in eadē heresi est.

¶ Consero is. pe. cor. cōserui sertū. simul misceo. La. lib. v. Cum inter se manus cōserere cœperūt: ꝛ insidiari ꝛ gloriā sibi ex humano sanguine cōparare. Unde milites cōserti dicuntur dum pugnant.

¶ Consero is. pe. cor. cōseui cōsitum: simul sero: dum pro planto seu semino ponitur. Ver. En quis cōseuimus agros. Lactan. lib. ii. Quē in partibus orientis omni genere ligni arborūq; cōseuit. Colu. lib. ii. Celerius etiā si eodem tp̄e stercores ꝛ lupino vel faba cōseras. Inde cōsitio. Ci. in Catone. Nec consitiones modo delectant: sed etiā insitiones.

¶ Consido dis. pe. pro. significat mecū aliis ad sedendum: seu ad habitandū colloco. Liui. lib. i. Consederant vtrinq; pro castris duo exercitus periculi magis presentis q̄ curę expertes. Col. li. viii. Neq; aut recubet: aut cōsidat: id est ponat se ad sedendū. Hiero. Hec in mentē eius cogitatio incidit: nullū vltra se monachorū in Eremo ꝯsedisse.

¶ Consessus nō est cōsessio: sed hoīes in vno loco sedentes: sicut cōuentus nō est cōuentio: sed hoīes qui in vnū locum cōueniunt.

¶ Consydero as. a syderū ꝯtemplatione dictū est.

¶ Consyderatus dr̄ qui agenda consyderat.

¶ Consyderate cū consyderatione.

¶ Consilio is. lui. vel silui. sultum. simul salio. Unde consulto tas. frequentatiuū.

¶ Consilium (vt inquit Ci. lib. ii. artis veteris) est aliquid faciendi nō faciendiue ratio excogitata. Et consilium est qd̄ cōsiliarius prebet. Aliq; ꝯsilium sumitur pro iudicibus deputatis. Ci. pro Roscio. Qui ex ciuitate in senatū propter dignitatē: ex senatu in hoc consilium delecti estis propter securitatē. Et infra Dii ꝓhibeant iudices: vt hoc qd̄ maiores consiliū publicū vocari voluerunt presidiū sectorū existimetur. Dictum cōsilium vt quidā putant a con ꝛ sileo q; vno consulente ceteri ꝯsileant. Uel a cōsileo vt sit consiliū quasi concilium. Sed magis a consilio fieri existimo: qd̄ ex con ꝛ salio cōponitur: eo q; in vnā sententiā plurimum mentes consiliant ꝛ ꝯueniant. Ut enim exiliū ab exilio is. ita cōsilium a consilio descendit. Consiliū dare est suadere. Quintil. Cum Ciceroni dabimus consilium vt Antoniū roget.

¶ Consiliarius qui consiliū prebet.

¶ Consilior aris. consiliū capio. ꝓo. Accipere animā meam consiliati sunt.

¶ Consulo lis. cōsului cōsultū. pe. cor. cū actō significat consiliū peto: vt consului doctos: id est a doctis consiliū petii. Quin. Ego aures cōsulens meas. Potest etiā in hac significatione habere duos actōs: vt consulo te bonū ꝯsiliū: Et aliqn̄ genitiuū cū actō. Macrobius. Consulo te boni. Aliqn̄ genitiuū sine actō.

Ply. lib. xxxiii. Querebat argentū auaritia. Boni cōsuluit interim inuenisse minimū rubentisq; terre excogitauit vsum. Cum datiuo neutrū est: ꝛ significat cōsilium do: vt Medicus cōsuluit mihi. Interdū prouideo: ꝓspicio ꝛ presidiū fero. Sed hoc sepius in rebus inanimatis fit: vt consule honori tuo. Consule rebus tuis. Consule saluti tue .i. prouide. Ci. Consuli quidē te a Cesare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallem hoc est Mallem q; Cesar ꝓuideret tibi: q̄ te interrogaret. Amb. Nec inuerecūda petitio q̄ nō sibi: sed liberis consulebat. Aliqn̄ post datiuū iungimus accusatiuū: vt consulo tibi commodū tuum: hoc est do tibi consiliū: qd̄ sit futurū ꝯmodum. Aliq; actm̄ cū in: pro contra. Teren. Pessime istuc in te atq; illum ꝯsulis. Interdū consulere est deliberare: sed in plurali tantū et absolute: vt consulunt senatores .i. deliberant. Huius verbi ꝯpositum est: percōsulo: qd̄ est optime consulo. Ter. in phor. Adeon rem rediisse: vt qui mihi per consultū optime velit esse.

¶ Consulto as. consiliū frequenter capio: vel consiliū frequenter do: siue frequēter delibero. Sal. Delecti quibus corpus annis firmū ingeniū sapientia validum erat reipub. consultabant. Liui. lib. i. ad hec consultanda:

¶ Consultor qui alium cōsulit: id est qui consiliū ab aliis inquirit. Ci. pro Cornelio Balbo. Et eñ si. Q. Scęuola ille augur cū de iure prediatorio consuleretur Iurisconsultissimus ꝯsultores suos nonnūq; ad Furium ꝛ Camillum reiiciebat: Idem pro Murena. Uigilas tu de nocte vt cōsultoribus tuis respōdeas. Accipitur qn̄q; pro eo qui alii cōsulit: vt apud Salustiū in Iugurth. Simul ab eo petiit vt fautor consultorq; sibi adsit. Et in illo versu ꝓuerbiali. Consiliū malum consultori pessimum est.

¶ Consultus quando participiū est significat eū qui consulitur: hoc est a quo consiliū petitur: vt Medicus consultus dixit te febribus laborare. Quandoq; nomen est ꝛ ponitur pro prudenti atq; sapienti. Ouidi. lib. i. de arte amandi. Sit tibi credibilis sermo cōsultaq; verba. Id est prudentia ac sapiētię plena. Est aūt nomen duobus modis scz cū per se ponitur. Horatius. Eris tu qui modo miles Mercator tu cōsultus modo rusticus. Uel quando habet genitiuū. Liui. lib. x. Callidos solertesq; iuris atq; eloquētię cōsultos. Hinc dicimus ꝯsultus iuris: ꝛ iuris cōsultior ꝛ ꝯsultissimus. Idem lib. i. Consultissimus iuris vt illa quisq; etate esse poterat. Aug. Quanto ꝯsultius reges nō sicut Herodes interficere quęrunt: sed sicut magi potius adorare. Sic incōsultus potest esse ꝑticipiū ꝛ nomē.

¶ Consultus us. ꝛ cōsultū pro re: quę ꝯsulitur. Hor. in epistolis. Qui cōsulta patrum qui leges iuraq; seruat. Et consultū decretū statutū: qd̄ aliqn̄ resoluitur in infinitiuū: vt illud Salustii. Nā ꝛ priusq; incipias consulto: ꝛ postq̄ consulueris mature facto opus est: id est consulere siue vt consulas.

¶ Consulto aduerbium id est deliberate.

¶ Consus consiliorū deus putabatur qui ideo templū sub tecto circo habebat vt ostenderetur tectū esse debere consiliū. Hinc consualia festa: quę fiebant in honorem Consi. Liuius. lib. i. Ludos ex industria parat. Neptuno equestri solemnes consualia vocant.

¶ Consul lis. a consulendo: q; cōsuleret populū ꝛ senatum. Nā ꝛ hoc consulere veteres vocauerūt. Unde adhuc remanet illud. Rogati bonū cōsulatis .i. iudicatis

Potest etiã dici Consul a consilio lo:sicut exul ab exilio: ꝛ pręsul a pręsilio: mutatione i in u: vt in Insulto: exulto: ꝛ resulto patet. Consulo aũt a consul. Nec obstat ꝙ consula consulendo dicatur: qm̃ ideo cõsul creabatur: vt cõsuleret: vt pote qui consiliũ haberet in se precipuũ. Prius em̃ homo is exigitur: qui cõsulat ꝙ̃ actus cõsulendi fiat. Nõ ergo a cõsulendo nominat⁹ est consul: quia a consulo deriuetur: sed ꝙ ab ipso consule verbũ consulo exercet. Et ideo ab ipso qui consulit deriuari consulo ęquissimũ est. Var. Consul nominatus quia cõsuleret populũ ꝛ senatũ. Et est cõsul qui magistratũ gerit. Proconsul qui cũ potestate extra ordinaria ad aliquã prouinciã administrandã mittitur.

¶ Consulatus tus. officiũ vel dignitas: siue tempus quo consul in officio est.

¶ Consularis vir qui consulatũ gessit: vel qui consulari dignitate dignus est. Ci. Lentulo. Qu. Maximo qui filium consularẽ amisit.

¶ Consisto is cõstiti: ꝯstanter ꝛ audacter sto: firmor: quod est audacis ꝛ robusti hois. Plaut. in Cur. Nec vobis quisꝗ̃ in foro frugi ꝯsistere audet. i. se firmare. Liui. lib. i. Cum instructę acies cõstitissent. Item erigor. Verg. Constitit in digitos

¶ Consistoriũ locus in quo cõsultandi gratia hoies consistunt. Potest etiã poni pro consistentiũ multitudine. Item cõsistoria dicunt archiua cęsarea ꝛ Imperatoris palatinę domus quę etiã vocantur. Augustalia. Unde cõsistoriani ab Ambrosio dicunt: qui senatorii ordinis: vel amplissimi sunt: qui ad principale cõsilium eligebant: ꝛ Sudas κωνσιστοριον ρωμαιοις ουτω λεγεται το συνεδριον και το σύνημα ενθα περι των επειγοντων βουλευονται.

¶ Consolida herba est quę ꝛ conserua ꝛ coagulũ dicit et grece strygnon

¶ Consobrini qui ex duabus sororibus sunt editi quasi consororini. Amitini qui: quęve ex sorore ꝛ fratre ꝓpagantur. Sed fere vulgus oẽs istos cõmuni appellatione cõsobrinos vocat. Item qui ex fratribus patruelibus: aut consobrinis ꝓpagantur: vel amitinis consobrini vocant. patrueles qui ex fratrib⁹ nati sũt.

¶ Consolor pe. pro. solatiũ pręsto ꝛ ꝓprie verbis fit cõsolatio. Ci. Sulpi. Dices quid me ista res consolatur in tantis tenebris ꝛ quasi perpetuis reipublicę. Est omnino vix consolabilis dolor. Inuenitur ꝛ in significatione passiua. Asinius. Sed cũ ob ea quę sperauerã dolebam ꝯsolabar ob ea quę timui. Hinc ꝯsolatorius toria. torium. vt Epistola consolatoria.

¶ Consono pe. cor. simul sono. Var. de apibus. Cũ iaz euolaturę sunt: aut etiã incœperunt ꝯsonant vehementer perinde vt milites faciunt cũ castra mouẽt. Inde consonantes dictę sunt ꝙ cũ vocalibus sonent nõ per se. Per translationẽ ꝯsonare significat ꝯcordare. Hieron. ad Asellam. Anteꝗ̃ domũ sanctę Paulę noscerem totius in me vrbis studia ꝯsonabant: oim pene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Hinc cõsonantia vocũ ꝯcordantia quę grece euphonia dicit.

¶ Consors eiusdẽ sortis. i. ꝯditionis ꝛ fortunę ꝛ qualitatis in omni negocio. Sappho ad phaonẽ. Nõ tantum alcęus consors patriꝗ̃ lyręꝗ̃ Laudis habet. Consors etiã dicitur qui tantundẽ sortis attulit ad societatẽ mercaturę: ꝗ̃tum ille cũ quo societas est.

¶ Consortiũ ipsa societas: quę cõsortio onis. dr. Liuius lib. vi. Quęnã ista societas quęnã consortio est.

¶ Conspicio is. pe. cor. video. Unde conspectus pro aspectu. Verg. Vix e conspectu sicule telluris in altũ Vela dabant lęti.

¶ Conspicor as. pe. pro. ꝛ conspico. deponens a con ꝛ spico vel spicor cõponitur. Spicor autẽ a spica vel a spiculis. Unñ ꝛ despico. cor. inspico cor. Perspico cor. suspico cor. Est aũt cõspicari cõspicere: seu in cõspectu habere. Terẽ. in Eun. Cur te ego in his cõspicor regionibus. Sal. in Iug. Cum interea Metellus monte digrediens ꝯspicatur primo dubius quidnã insolita facies ostenderet. Inspico protulit. Ver. lib. ii. Geor. Peruigilat: ferroꝗ̃ faces inspicat acuto. Nec Priscianũ audiendũ puto qui vult hęc verba a spicio fieri: quia si a spicio essent nõ ꝯspicor: sed cõspicior faceret. Sicut cõsternor ꝛ aspernor a sterno ꝛ a sperno secundũ analogiã licet ꝯiugationẽ mutet. ¶ Ascen. Nihil tamen ꝯspicor pro ꝯspicio cõmune habet cũ spica: presertim cũ secundã corripiat: licet inspico pro acuo a spica eam producat.

¶ Conspicuus a. um. a conspicor: sicut perspicuus a perspicor: modo significat sagacẽ: perspicacẽ acutum Quintil. Conspicuus sagax callidus: modo clarum ꝛ qui ab oibus cõspicitur. Unde Mar. Conspicuũ amphitheatrũ appellat.

¶ Conspicilia dicunt quę ocularia vulgo vocantur. Plau. Vitrũ cedo necesse est cõspicillo vti.

¶ Conspiro pe. pro. simul spiro sicut conflo proprie sumitur. Gel. lib. i. Sed em̃ acheos Homerus pugnam indipisci ait: nõ fidicularũ tibiarumꝗ̃ concentu conspiratã. Col. lib. iiii. Cœlestes admittat imbres eosꝗ̃ alendis seminibus dispenset: ac suis oibus partibus ad educandã prolem nouã conspiret. Per translationem ꝯspirare sumitur pro ꝯiurare. Unde cõspiratio quę ꝛ in bonum ꝛ in malum capit. In bonũ. Ci. pro ligario fratrũ cõspirationẽ dixit quasi vnanimitatem. Idem lib. ii. offi. Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hoim atꝗ̃ consensu. Et pro domo sua. Hãc nostrã ꝯspirationẽ in repub. bene gerẽda certi hoies fictis sermonibus diremerũt. Ply. in Epist. Proinde conspirate consentite: maioremꝗ̃ animũ ex meo sumite. Col. lib. xii. Nihil qd̃ aut maritus aut fœmina proprium esse iuris sui diceret: sed in cõmune conspirabat ab vtroꝗ̃ in malum.

¶ Conspondeo es. Quęre in dictione spondeo.

¶ Consterno as. aui. atum. significat deiicio. Salu. Qua victoria elati hostes: nostri territi atꝗ̃ animis consternati discessere. Idem. Et qui sine rectoribus exterriti aut saucii ꝯsternant. Inde ꝯsternatio q̃ est cõcitatio quędã subita ex aliquo metu. Et a sternutamento deduci videtur: ꝙ eo toto cõcutimur corpore.

¶ Consterno is. constraui ꝛ ꝯsternui diuersum est: et significat impleo. Ver. It stridor ꝛ alte Cõsternunt terram cõcusso stipite frondes. Et ꝯsternere est silicare ꝛ pauimentũ supra facere. Col. lib. i. Area si cõpetit ita ꝯstituenda est: vt vel a dño vel certe a ꝓcuratore despici possit: eaꝗ̃ optima est silice constrata ꝙ ꝛ celeriter frumenta deterunt nõ cedente solo pulsibus vngularũ tribularũ ꝛ eadem euentilata mundiora sũt lapillisꝗ̃ carent ꝛ glebulis.

¶ Constituo dispono. Verg. Qui teneant (nã inculta videt) hominesne feręne Quęrere constituit. Locũ siue tẽpus determino. Ci. Mario. Quare si quid constitutũ cum podagra habes: fac vt in alium differas diem. Aliquñ significat ꝯuenio ꝛ pactũ facio. Terẽ. in Hecy. Nam ꝯstitui cum quodã hospite me esse illum

conuenturā. Quasi formo ⁊ quasi bonā dispositionem
infundo. Unde Ci. lib. ii. Tus. Metrodorus eū perfe-
cte putat beatū cui corpus bene ↄstitutū sit: ⁊ explo-
ratum id ita semꝑ fore: qđ medici recentiores barba-
re dicunt bene cōplexionatū. Et ↄstitutio corporis
dicitur ipsa cōplexio. Constitutio etiā quāq; dicit̄ sta-
tus quę in causis potentissima est: cum sit prima cau-
sarum conflictio. Uide in dictione Status. Aliqñ cō
stituere est gubernare moderari. Ci. Ineuntis enim
ętatis inscitia senum ↄstituenda ⁊ regenda est prudē-
tia. Interdū instituere decernere: a quo ↄstitutiōes
decreta dicūtur. Nonnūq; parare. Ci. Tametsi erat
ignarus quātū sibi ac liberis suis tantū mali cōstitue-
(retur.

¶ Constitutus a. um. participiū. Cōstitu-
tus us. nomē quo hoīm ↄsistentiū multitudo significat̄

¶ Consto as. stiti. itum. ⁊ ↄstatū. Luca. lib. ii. Cōsta-
tura fides superū. Marti. Cōstatura fuit megalensis
purpura centum. Est aūt constare ↄstanter permane
re perseuerare ratum habere. Ci. Qua in sentētia si
constare voluissent suā auctoritatē cū salute recupe-
rassent. Idem lib. i. Tuscu. Et si tibi quidē ↄstare vis
omnes quicūq; nati sunt eruntve nō solum miseri: sed
etiā semꝑ miseri. Hoc est si hāc sententiā: qꝫ mors ma-
lum sit firmā ratamq; habere vis. Dicimus etiā ↄstat
pedibus: cōstat animo pro firmat. Verg. Et paribus
cyllenius alis ↄstitit. Interdū constare valere: ⁊ pas-
siue sumitur ꝓ empto aut vendito. Ply. lib. xxxiii. Et
oībus pene annis mutari pro vt nauigationes cōsti-
terint: aut vt quisq; mercatus sit: aut aliquis pręua-
lens manceps annonā flagellet. Ci. Quid mihi ↄstat
charius q̄ si in foro emissem. Interdū stare cōsistere.
Idem lib. i. Tus. Animus qui si est horū quattuor ge
nerum vnde oīa ↄstare dicunt̄. Interdū ↄpositum eē.
Idem vt hęc elementa ex quibus omnia constant.
Interdum simul stare. Sisen. lib. iiii. histo. Multitu-
dinem procul hostiū ↄstare viderunt. Interdū suppe-
ditare. Iuue. Quis feret vxorem cui cōstent oīa. In
tertia persona sumitur ꝓ manifestū est. Cic. lib. ii. ad
Cęs. Iuniorē. Cum ↄstet lupercis id vectigal dedisse
qui ante poterat id ↄstare. Rursus pro ↄuenit: vt dici
tur esse ↄcordes: vt hoc mihi tecū constat .i. cōuenio
tecum in hoc ⁊ assentior tibi. Ci. lib. i. ad Heren. Ad-
huc quę dicta sunt arbitror mihi ↄstare cū cęteris ar
tis scriptoribus. Rationē cōstare significat ęquā legi
timāq; rationē aut ostendi aut apparere: ostendi posse
Ulpi. Plane si defendendi gratia aliquid fecerit rati-
onem ei cōstare oportet: id est rationē eum iustā aut
ostendere aut facile posse ostendere. A consto q̄tum
ad primā significationē fit cōstans pro eo qui firmus
est ⁊ tenax propositi: a quo ↄstantia ⁊ cōstanter: qbus
contraria sunt: Incōstans: Incōstantia: et Incōstan
ter. Unde Ci. lib. iii. ad Heren. Inconstanti gestu te
stimoniorū incōstantiā ⁊ incōstanter locū esse dixit.

¶ Construere simul struere ordinare fabricare. Cic.
in Cato. Ut nauem aut ędificiū idem destruit facilli-
me qui ↄstruxit: sic hoiem eadem optime quę cōgluti
nauit natura dissoluit.

¶ Consuesco is. eui. ⁊ ↄsuetus sum: etum. In bono ⁊ in
malo dr̄. In bono cū familiaritatē ⁊ ↄuersationē quē
piā cū aliquo habere significat: vt sit cōsuescere simul
cōsuescere. i. simul ↄuersari. Plau. in Asi. Bene salutā
do consuescunt cōpellando blanditer. Terē. in Adel.
Quid illi tandē credis fore animi misero: qui cum illa
consueuit. i. ↄuersatus est. In malo cū de re venerea
dicitur. Idem in Phor. Cū eius ↄsueuit olim matrem
Lemno clanculū: id est coiuit. Similiter ↄsuetudo de
familiaritate: ⁊ de re venerea dicitur: vt apud eundē
in Phor. Dum expecto q̄ mox veniat qui hanc mihi
adimat ↄsuetudinē. Et cōsuescere est accipere in con
suetudinē. Col. lib. ii. Iumentis prębeas medicā: sed
inter initia parcius dum consuescāt: ne nouitas pa-
buli noceat. Item cōsuescere est viuere. Colu. lib. ix.
Nec magis humo q̄ stagno cōsueuerunt.

¶ Consuo is. simul suo: compono: coniungo. Plau. in
Am. Aduenisti audacię columen cōsutis dolis: immo
equidē tunicis cōsutis huc aduenio nō dolis.

¶ Consumo is pe. pr. in nihilū redigo. Solinus. Sūt
etiā in lycia saxa quę viuentiū quoq; corpora adalli-
gata consumunt.

¶ Consummo as. per duplex mm summā simul capio
Lactan. lib. vii. Quoniā nec rationē totius mysterii
magni ↄsummauerat: in vnumq; collegerat: nec sum-
mum bonū cōpręnderat. Col. lib. ii. Hac ↄsummatio-
ne operum colligitur posse agrū ducentorū iugerum
subigi duobus iugis boum totidē bubulcis. Et con-
sūmare est perficere qꝫ quę perfecta sunt: oīa sibi sum-
psisse videant̄. Lactan. lib. vii. Mundū deus ⁊ hoc re-
rum naturę admirabile opus sex dierum spatio consū
mauit. Unde ⁊ ↄsūmatus homo perfectus dr̄. Mar.
Quod magni trasei ↄsūmatiq; Catonis. Col. Nullus
est cousūmatę sapientię.

¶ Contagiū ⁊ cōtagio: ⁊ cōtages pe. pr. morbus qui
ex contactu ↄtrahit̄ ex con ⁊ tango is: qđ est tango.
Ver. Dira per incautū serpant cōtagia vulgus. Iu-
uena. Critice polluces dedit hanc contagio labem.
Lucre. li. iiii. Quę ↄtage sua palloribus oīa pingunt

¶ Contamino as. pe. cor. ex con ⁊ tamino. Et est pro
prie contaminare scđm Dona. cum res rei ita immisce
tur vt neutra incorrupta maneat: sed sit in vtraq; cor
ruptio. Sunt qui dicant Cōtaminare manibus lutu
lentis quicq̄ attingere ob hoc pro fœdo ⁊ maculo po
nitur. Qua ratione Teren. Contaminare fabulas di
xit. Amb. ꝓprie super Lucam. Hos sacerdos repu-
diauit: ne alios quoq; eorū lepra cōtaminet. Liui. lib.
iiii. pro dedecoro posuit. Cōtaminari sanguinē suum
patres: confundiq; iura gentiū rebant̄: qđ plebs ęger
rime ferens: nobilitatē arguebat eodem loco dicens
An esse vlla maior aut insignior ↄtumelia pōt: q̄ par-
tem ciuitatis: velut cōtaminatā indignā cōnubio ha
beri. A cōtaminatus fit ↄpositum incōtaminatus de
quo ibi. Quas quātasq; res. C. Camuleiū aggressum
colluuionē gentiū perturbationē auspiciorū publico
rum: priuatorumq; afferre ne quid incōtaminati sit.
Sunt ⁊ attamino ⁊ intamino: quę sunt contraria. De
primo Amb. lib. i. offi. Ne tetigeritis: ne attaminaue-
ritis: ne gustaueritis: q̄ sūt oīa ad corruptelā ipso vsu
De secūdo. Hor. Uirtus repulsę nescia sordidę intami
natis fulget honoribus. i. incorruptis ⁊ indiminutis

¶ Contemno is. psi. tum. sperno. vilipendo ⁊ minus
est q̄ despicio. Ci. in Uer. acti. iii. Quemq; contēpse
ris despexerit liberū esse dixerit vnq̄. Componit̄ eīm
ex con pro valde ⁊ temno reiicio. Hinc contemptus
ptus. despectio.

¶ Contempto as. frequentatiuū. Plau. Mirari noli
neq; me contempearier.

¶ Contemplor aris. a templo dicitur. i. a loco qui ab
omni parte aspici potest: vel ex quo omnis pars po-
test videri: quem antiqui templum nominabant.

Significatq; diligenter intueor: ⁊ cõsydero. Lactã. lib. vi. Uel si cœleste lumẽ qđ dicimus solem cõtemplari velint. Aennius. Cõtempla ⁊ tẽplũ Cereris ad leuã aspice. Inuenitur ⁊ ꝯtemplo as. Plaut⁹. in Asi. Hem meũ caput ꝯtempla siquidẽ ex te ꝯsultas tua.

¶ Contẽdo is. contra tendo: quod est cõtra proficiscor. Cesar lib. i. Ipse de quarta vigilia eodem itinere quo hostes ierant ad eos ꝯtendit. Et contẽdere certare. Uerg. lib. iiii. Quis talia demens abnuat aut te cum malit ꝯtendere bello: Item significat ꝯtendẽdo siue cum conatu ac nixu petere seu aliquid aliud agere. Unde ꝯtenta corpora dicimus: quę omni nixu intenduntur aduersus labores: vt in arcu neruus. Ci. lib. ii. Tuscu. Sunt quędã animi similitudines cũ corpore vt onera contẽtis corporibus facilius feruntur remissis opprimunt. Ci. lib. i. offi. Miserrima oĩno ambitio honorũq; ꝯtentio. Est em̃ cõtentio oratio acris ad confirmandũ ⁊ confutandũ accommodata. Unde a Plyn. dicta est in epistolis oratio pugnax ⁊ contentiosa. Apud rhetores contẽtio dicitur exornatio ex contrariis verbis cõcinnata. Quę antitheton. id est contra positũ dicitur: vt illud pro Cluen. Uicit pudorem libido: timorẽ audacia: rationẽ amentia. Item continuare: vt lib. iii. de ora. Nihil perniciosius ꝙ̃ sine intermissione contentio. Item Ire. Sal. in Iug. Ex prælio fugit in prouinciã: ac deinde Romã contẽdit. Item Festinare. Uer. Quę littora proxima cursu contendũt petere. Itẽ astringere intorquere: Uer. li. iiii. Geor. Tanto nate magis contẽde tenacia vincla. Item cõparare. Ci. lib. i. ad Heren. Si nostrã causã laudando extollemus ⁊ aduersariorũ per contẽtionẽ deprimemus. Item extendere: vt apud eundem. Ex contentione vocis ⁊ summissione facile diiudicabim⁹. Item extorquere. Ci. Extremũ aũt preceptũ in beneficus operaq; danda nequid contra ęquitatẽ contendas. Item iacere dirigere. Uerg. Qui tamen aerias telum contẽdit in auras. Item intẽdere. Ci. Magna est animi ꝯtentio adhibenda. Idemq; fere est contentio ⁊ intentio cũ vehementiã quandã significãt in voce. Tracta similitudine ab arcu seu cithara cuius nerui q̃to vehemẽtius intenduntur: tanto vehementiorẽ sonum efficiunt.

¶ Contineo es. pe. cor. cohibeo: seu me abstineo: aut contra voluntatẽ me retineo: vt cũ quis ob pudorem domi se cõtinet: seu ob paupertatẽ interdicit sibi accessum in publicũ. Ter. in Phor. Domi se cõtinebat. Pro cohibere. Amb. lib. i. offi. Ne vera iure ea fortitudo vocatur qñ quisquis seipsum ꝓpter Christũ vincit: iram cõtinet: nullis illecebris emollitur. Unde cõtinens pro abstinente ⁊ integro. Cuius ꝯtrariũ est incontinẽs. Lact. lib. iii. Da libidinosum adulterũ ganeonem. iam sobriũ castũ ꝯtinentẽ videbis. Et continere est intra se tenere. Sic dicimus vrbem cõtinere hostes: ⁊ locũ continere locatũ. Item ꝯtinere cõtinuare. id est simul tenere. Unde ⁊ cõtinens dr̃ continuatũ. Liui. Continẽs imperiũ vsq; ad nos habebitis. Cic. lib. ii. offi. Nec em̃ vlla res vehementer remp. cõtinet ꝙ̃ fides: quę esse nulla potest: nisi erit vicaria solutio rerum creditarũ. Sue. in Cali. Per hunc pontẽ vltro citro cõmeauit biduo cõtinenti. i. cõtinuo. Curtius. Omnia velut continẽti incendio ardere visa. Ci. li. i. Tuscu. Sed nihil te interpellabo: ꝯtinentẽ orationẽ audire malo. Idem lib. ii. offi. Cõtinere pro simul tenere posuit: ⁊ quasi inuitũ tenere cũ inquit. Nec vlla res tam vehementer rempub. continet ꝙ̃ fides.

¶ Continẽs participiũ ea potest significare q̃ continent. Continẽs fœm. gñis sumitur pro terra quę nõ est insula: quã vulgo terrã firmã appellãt qualis est Italia: vt ex Sicilia ad ꝯtinentẽ parũ intercapedinis est. Nã insula est quę mari circundatur: vt sicilia sardinia. Isthmos ita vndiq; mari cingitur: vt tamẽ in aliqua parte continẽti iungatur. Scribit Ulp. Cõtinẽtes prouincias accipi debere eas quę Italię cõiunctę sunt: vt puta galliã. Continẽs neu. gñis a rhetoribus accipitur pro firmamento rationis.

¶ Continentia fit a continẽs. de qua Ci. lib. ii. offic. Sed valitudo sustentatur notitia sui corporis: ⁊ obseruatione earũ rerum: q̃ aut ꝓdesse soleant: aut obesse. Et continẽtia in omni victu: omniq; cultu corporis tuendi causa: ⁊ in ꝑtermittendis voluptatibus. Eius contraria est incontinentia.

¶ Continẽter aduerbiũ modo significat parce. Plau. Mẽ̃ illum pater arcte ⁊ ꝯtinẽter habet. Modo coniunctæ iugiterq;. Idem. Triũ dierũ sitim ꝯtinẽter tulit. Cęsar. Belgę cũ germanis bellũ ꝯtinẽter gerunt.

¶ Contentus a. um. cũ est participiũ a cõtineor passiuę sigñtionis est: nõ actiuę: sicut putauit Ualla quoniã ablr̃m habet: vt is accipiatur: qui ꝯtinetur ab eo qđ animo suo satisfacit: siue etiã a se ipso ꝯtineatur. Nõ em̃ sicut cõpos qui possessor siue obtentor alicuius rei est: ita cõtentus accipitur quoniã qui contentus est ab eo possessus est: a quo: vel quo contẽtus est: quia necesse vt aliquid sit: a quo quis contineatur: vt ꝯtentus dicatur vt apud Teren. in Eunu. Neq; tu vno contẽta eras: neq; solus dedit. Quis hic exponat. Neq; tu vnũ continebas qui aio satisfaceret tuo. Cõtinere em̃ cohibere est siue te siue aliũ ne quid fiat reprehẽsione dignũ et ad virtutẽ ferme semꝑ pertinet. Hoc aũt loco culpatur meretrix nõ ꝙ se a libidine nõ cõtineret: sed ꝙ vno nõ contẽta erat. i. vno nõ ꝯtinebatur: vt ab aliis abstineret. Id etiã ostenditur per affirmationẽ. Plaut. in Mer. Nã vxor ꝯtenta est q̃ bona est vno viro. Nec hic vxor bona cõtinet vnũ virũ: sed se ꝯtinet: siue continetur vno viro: aut ab vno viro. Similiter Lactan. de ꝓphetis loquens. Contenti tẽporali cibo quẽ de⁹ subministrasset. i. satisfacti vt nihil amplius expeterent. Plau. in Mer. Immo dicamus sensibus leges. Censeo prius habeamus quas leges teneãt: ꝯtentiq; sint. i. ꝯtineantur: vel pacati: vel lęti sint. Quę tñ oĩa passiue sumuntur. Est etiã ꝯtentus ꝑticipiũ a contendo.

¶ Cõtinuus a. um. qđ ẽ sine interuallo a q̃ fit aduerbium ꝯtinue ꝑ perseuerãter assidue. Cõtinuo ꝓ signi-ficat statim.

¶ Cõtinuo as. ꝑseuero: perago. Apul. Scaphas ascendere mari iter continuare.

¶ Cõtestari litẽ dñr duo aut plures aduersarii ꝙ ordinato iudicio vtraq; pars dicerẽ solet. Testes estote: de hoc verbo cõtestor. Uide in dictione testor.

¶ Cõticeo es. pe. cor. Cõticẽre est simul vel oẽs tacere. Uer. Cõticuere oẽs intentiq; ora tenebant. Hinc

¶ Conticesco is. qđ est cũ aliis tacitus sum. Ply. li. xi. Tunc repente oẽs cõticescunt.

¶ Conticiniũ noctis primũ tp̃us: quo oĩa quiescendi gratia conticescunt.

¶ Contigno as. Uide in dictione tignus. Hinc contignatio quę est solariũ domus siue stratũ sit cœmẽto lateribusve: siue nõ stratũ: qualia fere sunt solaria domorũ in apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuiũ infertur bouem in tertiã ꝯtignationẽ cõscẽdisse. Plynius

Sesquipedalis paries nõ plus q̃ vnã contignationẽ tolerat. Est em̃ superior & inferior contignatio.
¶ Contingo is. cõtigi cõtactũ: idem qđ tango. Col. lib. i. Plurimisq̃ & his angustis illustratum fenestris atq̃ a terra sic editis ne manu cõtingi possint. Verg. Funemq̃ manu cõtingere gaudent. Et in tertia persona significat aliqđ per sortẽ venire in portionẽ. Hieron. ad Damasum. Pater da mihi portionẽ substantię quę mihi cõtingit. In Eun. aũt scribit: quę me cõtingit. Ponitur & p̃ accidere siue euenire. Ci: lib. v. tus. Quod nõ modo singulis hoĩbus: sed potissimis philosophis contigit. Impersonale vero cum infinito: vt cõtingit mihi esse fœlici vel fœlicẽ. Q̃nq̃ absolute: vt apud Ter. Hanc mihi expetiui: contigit: cõueniunt mores. Ex quo datur intelligi non semper seruari qđ aiunt. Cõtingere esse de malis q̃ sumus veriti: obtinere de optatis. Accidere de inopinatis tã bonis q̃ malis
¶ Contus sudes: siue hasta longior duriorq̃ ad percutiendũ apta. Ver. Assueti longo muros defendere conto. Vnde cõtatos milites Vegetius appellat. Accipitur & p̃ pertica ferrũ in capite habẽte qua nautę vtunt ad loca nauibus oportuna explorãda: a quo p̃ contor. Donatus deducit. Ver. Ipse ratẽ conto subigit. Et grecũ nomẽ ostendit Sudas.
¶ Contor aris. Vide in dictione cunctor.
¶ Contortę res dicunt perplexę: & pturbatę & sibi ipsis minime adherẽtes. Et contortũ dr̃ cũ id qđ sequit nõ cõueniat cũ supiore. Ci. lib. i. de ora. Cõtortas res et sepe difficiles necessario perdiscimus.
¶ Contra p̃positio est: quę & separat & cõponitur significatq̃ aduersum: locũ vel personã designãs. Separata est apud Ver. Contra Neptunũ & Venerẽ contraq̃ mineruã. Cõponitur aũt cũ dictionibus incipientibus a d. vt Cõtradico e vt contraeo. u vt cõtrauenio. Inuenitur etiã cõtra aduerbii loco positũ significans e regione. siue ex opposito: vt Stat cõtra starios iubet. Et cõtra elata mari respondet Cnosia tellus. Plau. in Am. Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruunt. Aliq̃n ponitur pro vicissim. Teren. in Adel. In eo me oblecto solum id est charũ mihi. ille vt item contra me habeat facio sedulo.
¶ Contradico. Au. lib. ii. ciui. dei. Dũ quocũq̃ modo nostris disputationibus cõtradicant.
¶ Contraeo is. vado contra. Greg. Quia mundi huius potestatibus cõtraire nõ p̃sumerent nisi eos sanctispũs fortitudo solidasset.
¶ Contraho is. colligo: & oẽs in vnũ cõgrego. Lact. lib. ii. Præterea vt ad se multitudinẽ cõtrahat. Ver. Contrahimusq̃ viros. Q̃nq̃ compono: conflo: vt es alienũ cõtraxi. Q̃nq̃ cõmitto. Ci. ad Qu. Fratrẽ. Ea molestissime hoĩes ferre debent: q̃ ipsorũ culpa cõtracta sunt. Q̃nq̃ paciscor: & conuentionẽ facio: vt fit in emendis vendendisq̃ mercibus. Idẽ lib. iii. offi. Tollendũ est igitur ex rebus contrahẽdis omne mendacium. Et lib. i. Nulla vitę pars neq̃ publicis: neq̃ priuatis: neq̃ forẽsibus: neq̃ domesticis in rebus: neq̃ si tecũ agas quid: neq̃ si cũ altero cõtrahas vacare officio potest. i. conferas: vel inuicẽ agas. Inde contractus. Q̃nq̃ constringo retraho: puta cũ nerui contrahuntur: et colligunt rigore aut metu: ita vt extendi nequeant. Vnde cõtractio. Idem lib. i. Tus. Sed eo ꝙ in hoc est oĩs animi contractio ex metu mortis. Et lib. iiii. Animosq̃ demittũt & contrahunt scʒ timore. Q̃nq̃ cõquiro. Liui. lib. iiii. Bonaq̃ cõtracta precii regni mercandi publicarent. Ci. li. i. ad Heren. A nostra persona beniuolentiã cõtrahemus: si nostrũ officium sine arogantia laudabimus. Contrahere frontẽ est fronti rugas inducere: qđ vernacula lingua dicimus arufare. Plau. in Am. Quid contraxistis frontẽ quia tragœdiã dixi hanc.
¶ Contracto as. simul tracto frequentatiuũ a cõtraho. Lactan. de opi. posuit p̃ cõprændo. Quæ a nobis longę remotę: neq̃ oculis contractari: neq̃ tangi manu: neq̃ percipi sensibus possunt.
¶ Contrasto as. Vide in dictione sto
¶ Contrauenio. Cic. lib. i. Tus. Ego vero facile sum passus ne in mentẽ mihi aliquid cõtrauenirer: ita isti faueo sententię.
¶ Controuersus a. um. quasi aduersus. Gel. Argumenta aũt censebat aut probabilia esse debere: aut p̃spicua & minime cõtrouersa. Et controuersa res dicitur illa de qua est controuersia.
¶ Controuersia est certarũ personarũ de re p̃pria cõtentio. Ci. Elio pro consuli. Nullam oĩno arbitramur de ea hereditate controuersiã eã hodie habiturũ. Sine ꝯtrouersia signifi. sine dubio. Idẽ li. iii. offi. Panętius qui sine ꝯtrouersia de officiis accuratissime disputauit.
¶ Controuersiosus litigiosus. L. iui. lib. iii. Quem em̃ sine hoc priuatę rei iudicẽ fecisset vt controuersiosam adiudicaret rem
¶ Controuersor aris. ex contra & versor per mutationem a in o. significat cõtendo: verbũ deponẽs ab actiuo verso factũ. Ci. in Protagora. Nunc a vobis protagora & Socrate postulo vt de isto concedatis alter alteri: & inter vos de huiusmodi nõ ꝯtrouersemini.
¶ Contuberniũ verbũ castrense sicut scribit lib. ii. de re mili. Vege. vocabat manipulus. ab eo ꝙ ꝯiunctis manibus pariter dimicabant. Et p̃prie decẽ milites sub vno papilione degentes dicebant contuberniũ: quibus p̃ęerat decanus qui caput erat contubernii. Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. Inde contubernales vulgo sodales dr̃. Et ꝯtubernalitatẽ Cyprianus appellat sodalitatẽ. Dictũ ꝯtuberniũ a tabernis. Tabernæ vero domus: q̃ fiebant ex tabulis. Vñ et tabernacula dicta sunt: licet ex tentoriis & pellibus fiant & ꝯtubernales dicti sunt: ꝙ iisdẽ tabernis vtant. Col. lib. i. Sed qualicũq̃ villico ꝯtubernalis mulier assignata est: quæ contineat eum.
¶ Contumax per. cor. qui per tumorẽ inobediẽs est: qui tribus p̃positis edictis vel vno p̃ tribus: qđ vulgo peremptoriũ appellat: litteris euocatus p̃sentiã sui facere ꝯtẽnit. Hinc cõtumacia. Dicitur q̃nq̃ etiã in bonã partẽ. Cor. Tacitus Cõtumax etiã aduersus tormẽta seruoꝝ fides supremę claroꝝ virorũ necessitates.
¶ Cõtumelia conuitiũ a ꝯtendo seu vt Vlp. et Seneca aiunt: a cõtemptu. Cõtumeliosus qui cõtumeliam inferre solet.
¶ Cõtũdo is. tudi. pe. indifferẽte ꝯtusum signat simul siue totũ tundo: frãgo cõminuo pcutio. Hor. lib. i. Epi. Speratũ meritis durã q̃ ꝯtudit hydrã. Inde ꝯtusum cõfractũ. Col. li. vii. Plus etiã eiusdẽ radix ꝯtusa prodest.
¶ Cõuallis planicies ex oĩ pte cõprẽsa mõtibus collibusq̃: dicta vt inqt Var. q̃si cauata vallis. vallis vero ex duob[9] mõtib[9] inclusa planities. Vel ꝯuallis dr̃ arcta vallis q̃si ꝯtũcta q̃les sũt q̃s metaphorice fauces appellam[9]. Vñ cõuallis appellat scissio terrę manufacta ad deducendã aquam. Plynius. Flumina ad lauandã hanc materiam iugis montium duxere.

Corogos vocāt a corriuatione pręcepisse libramento
oportet vt fruaris qñ influat. Itaq; altissimis parti-
bus ducitur conuallis & interualla sustructis canali-
bus iungitur.
¶ Conuaso as. pe. pro. significat furto omnia colligo
Teren. in phorm. Aliquid conuasassem: atq; hinc me
protinus conicerē in pedes.
¶ Conuenire simul venire congregari coire. Liuius
Postera die: arma capiunt: quo missi erant cōueniũt.
Sal. Postq̃ vnũ in locũ oēs cōuenere. Hinc conuen-
tus. Per translationē quandoq; cōcordare. Ouidius
Nō bene cōueniunt: nec in vna sede morantur Maie
stas & amor. Quandoq; interpellare seu in iudiciũ vo
care. Ci. in Ver. acti. ii. Nō dubitat quin si ipse verrē
conueniat ęquitate causę: auctoritate sua cōmouere
hominē possit: Quādoq; statuere. Apul. Cōuenimus
ad portũ q̃primũ ire. Qñq; alloqui nō inuenire & vi-
dere tantũ. Teren. in An. Conueni hodie aduenien̄s
quendā mei loci hinc atq; ordinis hoiem. Quandoq;
aptum cōueniens & decens esse. Ci in Hort. Nā quid
vereris ne nō cōueniat nostris ętatibus ista oratio q̃
spectat ad hortandũ. Quandoq; placere: pactũ face-
re: & cōtrouersia carere. Sed in tertia persona frequē
tius. Cic. lib. v. de fi. Hoc mihi cũ tuo fratre cōuenit
id est sine cōtrouersia est: & cōcordes sumus. Dicim⁹
etiā cōuenit hoc inter nos: cōuenit mihi tecum. Con
uenit tibi mecũ qđ dixisti. i. in hoc qđ dixisti inter me
et te sine controuersia est. Conuenit nobis inter nos
id est concordes inuicē sumus. Iuue. Sęuis inter se
conuenit vrsis. Item. Nō conueniũt hęc fratri mecũ
id est dissentimus ab inuicē in his: & dissimiles sumus
Teren. Hęc mihi fratri mecũ nō cōueniũt. Nonnũq̃
sine supposito: sed subintellecto. Aug. lib. ix. con. Cō-
uenerat inter nos ne passim cuiq̃ effunderet. Plaut.
in Cap. Nũc ita ꝯuenit inter me atq; hunc Tindare
Et iterũ dicito patri quo pacto mihi cōuenit de hu-
ius filio. Sic dicimus. De precio cōuenit: id est con-
cordes sumus.
¶ Cōuenę pe. cor. dicunt qui ex diuersis populis gen
tibusq; in vna mœnia cōuenerunt simulq; coalescunt.
Hiero. contra Vigi. Nimirũ respōdet generi suo: vt
qui de latronũ et conuenarum natus est semine: quos
consul Pompeius edomita Hispania de pirenęi iugis
deposuit: & in vnũ oppidũ cōgregauit. Unde & conue
narum vrbs nomen accepit.
¶ Conuentio nomē generale est ad oīa pertinēs: vti
scribit Ulp. de quibus negocii contrahēdi transigēdi
q; causa consentiũt qui inter se agunt. Nā sicut cōue-
nire dicunt qui ex diuersis locis in vnũ locũ cōueniũt
ita qui ex diuersis animi motibus cōsentiũt: & in vnā
sententiā concurrũt. Adeoq; cōuentionis nullũ esse
contractũ: nullā esse obligationē: quæ nō habeat in se
conuentionē: siue verbis: siue re fiat
¶ Conuentus dr cũ hoīes simul venerint. Fit autem
quattuor modis. Unum cũ quemlibet hoiem ab ali-
quo conuentũ esse dicimus. Altero cum significatur
multitudo ex pluribus hoīm generibus contracta in
vnum locũ. Tertio cũ a magistratibus iudicii causa
populus congregat. Erant eñ in ꝓuinciis statuti cō
uentus per rectores earum ad iudicia facienda. Un-
de Ply. de Hispania. Nunc vniuersa ꝓuincia diuidit
in septem cōuentus. Idem lib. iii. scribit in Bethica
fuisse iuridicos cōuentus quattuor. Uidelicet gadi-
tanũ: cordubensem: astysitanũ: hispalensem. Quarto
cum aliquē in locũ frequētia hoīm supplicationis aut
gratulationis gratia colligit. Ponitur interdum pro
coniugio. Iuue. Conuentũ tñ & pactũ & sponsalia no-
stra Tempestate paras.
¶ Conuentũ neutri gñis cōuentionē significat.
¶ Cōuenticulũ plerũq; in malā partē accipit. Hoc est
pro conuētu seditiosorũ aut sceleratorũ. Ci. pro Sex.
Conuenticula hoīm quę ciuitates noiantur.
¶ Cōuerto & cōuertor pro eodem accipiunt. Plau. in
Am. Sed tamen fuga in se nemo conuertitur.
¶ Conuexũ curuũ ex omni parte declinatũ qualis est
natura cœli qđ ex omni parte ad terrā versus declina
tum est. Uerg. Aspice cōuexo nutantē pondere cœlũ.
Hinc cōuexitas ipsa porrectio aduersus nos. tractũ
a concauitate nauiũ quę extrinsecus huiusmodi for-
mam habet: quę alio noīe carinata dicitur.
¶ Conuiciũ cōtumelia inquit Labeo Iurisconsultus
quasi conuociũ mutata littera a cōcitatione: vel a cō
uentu. i. collatione vocũ. Cũ eñ in vnũ cōplures vo-
ces cōferunt: conuiciũ dr. Cũ aũt nec in cœtu nec vo
ciferatione dr: nō ꝓprie conuiciũ nominat. Festus tñ
a vicis in quib⁹ primo habitũ est deriuat. Alii dicũt
conuitiũ esse maledictũ cũ contumelia & a vitio deri-
uari. Ci. Maledictũ aũt nihil habet ꝓpositi preter cō
tumeliā quę si petulantius iactatur conuitiũ: sin face
tius vrbanitas nominatur.
¶ Conuicinũ vbi plures inter se vicini sunt.
¶ Conuitior aris. cōtumeliā dico: vt apud euangel.
Et qui cũ eo crucifixi erāt: cōuitiabant ei.
¶ Conuiuiũ a viue fit: de quo Ci. Bene maiores no-
stri accubationē epularũ quia vitę coniunctionē ha-
beret: cōuiuiũ nominauerunt. Hinc
¶ Conuiuari conuiuiũ facere: aut simul cibũ sumere.
Ter. in heau. Scortari volunt: crebro cōuiuarier. Un
de cōuiuator dr qui parat cōuiuiũ. Cōuiuę vero & cō-
uictores dicunt inuitati ad cōuiuiũ. Scitũ cōuiuato
rem appellat Liuius elegantē & nitidum in apparatu
cōuiuali. Grece vt puto melius συμποσιος εκτου πι
νω πωσω πεπωκα επιον και συμ. Suũ eñ videt esse
comessatio: vñ & grecus sermo seruat vulgariter.
¶ Conuictor dr quotidianus cōuiua & qui nobiscum
viuit familiariter. Hora. Nunc quia sum tibi mecœ-
nas conuictor. Sue. in Tibe. Nihilo lenior in conui-
ctores græculos.
¶ Conuiuale qđ ad cōuiuiũ pertinet. Liui. Multaq;
conuiualia ex auro & argento vasa.
¶ Cōuiuiones a cōbibendo cōpotores dicuntur.
¶ Cōuoluolus pe. cor. vermiculi genus minoris eru
ca corrodētis pubescētes vuas quē alii voluocē ap-
pellant a cōuoluendo qui se inuoluit in pampino.
¶ Conus ꝓprie nux picea. Col. lib. vii. Remedio sũt
cupressini quindecim coni: totidēq; Gallę: ꝓpter qđ
geometrę eiusmodi figurā conũ appellāt. Hic conus
dr curuatura q̃ in summitate Galeę ꝓminet sup quā
cristæ ponunt: licet qñq; pro crista ponat: quē lingua
vernacula pinatiũ vocam⁹. Et coniferę arbores: q̃ co
nos hoc est nuces pineas similes ferũt. Oui. Et coni
ferę cyparissi. Quicqd p̃terea tali forma est. Conoi-
des dr. Unde cupressus fœmina Conoides est: q̃ in fa
stigiũ conuoluit. Quidā etiā conũ accipiũt pro capi-
tio accuminato. Est & conus musicus. Boe. in musica
Si conũ quē turbonē vocāt quis diligēter extornet
¶ Κωνοιδης Conoides arbor ferens cupressos fœ-
mina. Nā a rotunditate in acumen leuatur.

¶ Coos siue cos siue coũ siue co. Insula in mari ægeo seu: vt quidã aiũt in Icario rhodo ꝓxima ⁊ cariç opposita: quæ olim magna fuit ⁊ optime habitata ⁊ aspectu iucũdissima iis q̃ eo nauigabant. Ambitus eius quingẽtis ⁊ quinq̃ginta stadiis clauditur tota fertilis ⁊ optimo vino abundans: Est et vrbs eo nomine antiquitus Astipalea vocata. Dicta a Coo meropis filia que ibi regnauit. Strabo scribit nouẽ gentes ⁊ quinq̧ millia oppidorum esse quorum nullum sit minus co meropide. Hinc cous a. um. pen. pro. Unde Hippocrates medicus diuinus ⁊ Apelles pictor egregius Coi dicti sunt: cunm in ea nati perhibeantur. Ouid. Si venerẽ Cous nunq̃ pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. In suburbano Coi æsculapii templum fuit valde insigne ⁊ mu ltis donis opulentũ inter quæ nuda Uenus erat: que postea Iulio Cęsari Romę dicata est. Sunt qui dicant apud hanc insulam fieri vestes tenuissimas ad fœminarum ornamentum. Unde Ouidi. de arte. Siue erit in tyriis tyrios laudabis amict⁹. Siue erit in cois coa decere puta. Sudas κωσ ηνησοσ οθεν Ιπποκρατησ ο ιατροσ κτισ και μεροπισ λεγεται. postea alibi subdit. κωοσ προσ σΧιον μονε γαρ Χιοσ εδυνατο ευ Δον ο Δε κωοσ εξω

¶ Copia a con ⁊ ope. vel a capio: vt sit copia quasi capia: ꝙ multa capiat: ⁊ in singulari quidẽ abundãtiam eloquentiã: facultatẽ: potestatẽq̧ significat: vt faciaz tibi copiã spectandi ludos. Oui. Ante ait emoriar q̃ sit tibi copia nostri. Neq̧ apud oratores cum alio verbo iungitur. Poetæ cũ do iungũt. Uerg. Postq̃ introgressi ⁊ corã data copia fandi. Cũ aliis verbis abundantiã significat: vt magna copia frumenti auecta ẽ. Copia pecuniarũ ⁊ copia orõnis. Copia etiam dr eloquentia que constat verborũ copia. In plurali pro eodez significato qñq̧ sumit. Ut noui copias tuas ⁊ olim verũ copias habeo. Peculiariter tñ significat exercitus multitudinẽ vt copię Põpeii: copię Cęsaris. Aliquando etiã in singulari ponit pro multitudine. Põpeius ad Domiti. Nec solus cũ ista copia tantã multitudinẽ sustinere poteris. Idem. Etiã atq̧ etiã hortor vt cũ omni copia q̃primũ ad me venias. A copia copiosus a um. pro abundanti. Copiola dimi. Copio as. qđ est copias augeo siue cogo sicut lignor aquor: quæ sunt verba castrensia.

¶ Copem veteres pro copioso posuerũt. Plau. Atq̧ ego nunc vt gloriosum faciã ⁊ copi pectore. Hinc copona primũ: deinde caupona taberna vinaria. ꝓpter copiã rerum quę ibi venduntur.

¶ Coniscare apud Quint. sigt arietare: ⁊ fronte frontem percutere. Et satiati agni ludũt blãdeq̧ coniscãt

¶ Coppe locus in gręcia apud Orchomenon bœotię iuxta cephisum amnem qui facit lacum coppa idem nominatum.

¶ Cophinus pe. cor. latine corba. Iuue. Cum dedit ille locũ cophino fœnoq̧ relicto.

¶ Copula cuiuslibet rei duplex numerus. Unde dicitur copula matrimonii: ⁊ copulo coniungo.

¶ Coquo is. xi. ctum a cogẽdo: quoniã coctũ cogẽdo coercetur vt ad vtilitatẽ vescendi perducat. Et duo significat: coquere. s. per ignẽ. Unde aliquid dicitur coctũ: vt carnes coctę. Et maturare. i. maturũ facere Ply. Aegrescũt sexagenis diebus siti maxime anteq̃ fici coquant autumno. Amb. lib. Hexa. Unde aut arbores germinarẽt aut frumenta vel sata proruperẽt vel orta coquerent: nisi ea interior ignis animaret. Huius composita sunt. Cõcoquo simul coquo: seu digero. Unde concoqui dr cibus calore stomachi. Ply. lib. xxvii. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu difficilius in supinis. Decoquo in totũ coquo. Uide alibi. Excoquo perfecte coquo: digero. Hiero. con. Ioui. Immolatus est pro nobis agnus ⁊ aspersi calidissimo rore hysopi omnẽ pituitã noxię voluptatis excoximus. Col. Proprie cum ait. Uis frigoris excoquit terrã. Incoquo coquendo applico. Nam cum metallũ aliquod deplumbamus: vel deargentamus: vel deauramus: incoquere dicimus. Unde vasa ænea stanno ad ignem illita incoctilia dicunt. Plyni. Deinde ⁊ argentũ incoquere similimõ cœpere equorum maxime ornamentis: iumentorumq̧ iugis. Proprie tamen incoquere est intus coquere. Uer. lib. iiii. Geor. Huius odorato radices incoque baccho. Percoquo valde seu perfecte coquo. Ply. lib. xxiii. Bubulas carnes additi caules magno ligni cõpendio percoquũt. Similiter Discoquo. Idem lib. xxix. Denas virides lacertas in decem sextariis olei veteris discoquũt. Pręcoquo ante coquo: vel ante maturo. A quo precox fructus: ⁊ pręcoqua vua dr. i. pręmatura. Recoquo rursus coquo. Ply. An satis recoctũ sit. Et omnia habent pen. cor

¶ Coquito as. penul. cor. frequentatiuũ est.

¶ Coquina a coquendo locus in quo dapes coquunt quę ⁊ culina a colendo: quasi colina. Et dum publica est popina dicitur.

¶ Coquinari est coquinariã artẽ exercere. Plau. Neq̧ ego vnq̃ nisi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

¶ Coquus vel cocus: qui cibos coquit ac vendit qui et coquinarius dicitur.

¶ Coquinarius a. um. quod ad coquinã pertinet. Unde vasa coquinaria dicta.

¶ Coquinaria e. ars coquendi quę ad victum spectat

¶ Cor vnũ est ex visceribus. Nã oĩa interiora viscera dicuntur. In quo (vt inquit Ply.) habitat mens. Et scd̃m Arist. Cor fons est venarũ arteriarũ ⁊ sensuum Et sicut ait Auicenna. Est principiũ virtutis vitalis fons vitę: ⁊ radix dicitur ab interprete Galeni. Aliquando tamen accipit pro mente. Ci. lib. i. Tusc. Cor ipsum animus videt. Unde concors: discors: excors: secors: vecors: grauicors: ⁊ cordatus.

¶ Cordi est. i. delectat ⁊ placet. Cice. Ideoq̧ eo mihi magis est cordi. Ter. Si hę nuptię sũt tibi cordi. i. in

¶ Corculũ dimi. Plau. Meũ corculũ: meus (cundę. molliculus caseus. Et corculũ acutũ quasi cor sapiẽs Festus. Corculũ dicebãt antiqui solertẽ ⁊ acutũ. Ci. lib. i. Tus. Et nassica ille prudens bis consul corculũ appellatus. Ply. lib. vii. Catos corculos apud romanos cognolatos esse refert qui sapiẽtia pręstiterunt.

¶ Cordatus homo. id est insignis corde et pręstans memoria: qui solertia multa pollet ⁊ ingenio quemadmodum ⁊ corculum. August. lib. i. ciui. Nõ itaq̧ cum de ottis victis illa conscriberent poetis libuit mentiri sed cordatos hoies cogebat veritas confiteri. Lactan. lib. iii. Nõ inficior fuisse illum paulo cordatiorẽ: q̃ ceteros: qui naturam rerum putauerunt ingenio posse compręhendi.

¶ Cordoliũ cõmiseratio: ⁊ quasi dolor cordis. Plau. Mihi cordoliũ est. Idem in pen. Ubi tibi erit cordolium si quam ornatã melius forte aspexeris.

¶ Cordapsus morbus tenuioris intestini quẽ iuniores iliacum nominant.

¶ Corchorus vile olus apud Ply. Unde ꝓuerbiũ cõtra eos qui magnis honoribus inhiant cũ ipsi sint nihili κορχορος εν λαχανοις. id est corchor⁹ inter olera

¶ Corduba ciuitas hispanię Senecę ⁊ Lucani patria

¶ Corgo aduerbiũ apud veteres: quasi ex corde ago id est loquor.

¶ Cordus a. um. qđ serotina fœtura natum est: vt cordum fœnũ autũnale: qđ autumno secatur. Col. Aluntur oues cõmodissime autumnali fœno qđ cordũ vocatur. Itidem Corda frumenta dicta sunt: quę sero maturescunt. Et cordi agni serotini: qui post tempus debitũ nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto cordiscos nominat. Ply. lib. viii. Gerunt partum diebus. cl. postea concepti inualidi cordos vocabant antiqui post id tp̃us natos. Est ergo Cordus cognomen eorũ qui tarde nascunt̃. Unde apud Sueto. Cordus Cremutius legit̃. Quo noĩe etiã dictus est alius scriptor historiarũ: quẽ sequi se ait Iul. Capito. in vita Gordianorũ. v h. Quint. li. i. ꝓcipit scrutãdas esse a subtili ꝓceptore origenes nominũ Unde Agrippa ⁊ Eppiter ⁊ Cordus ⁊ Posthumius dicant̃. Quidam tamen hoc nomẽ per h scribunt Chordus

¶ Coraliũ lapis rubei coloris. Amb. lib. hexa. Quomodo etiã nõ indecorus lapis coraliũ in mari herbescit: si in aerem transferat̃ lapidis firmitate solidetur Ply. Coraliũ religiosum imprimis gestamẽ esse existimant a moliendis periculis. Gignit̃ in mari rubro et in persico et circa orchadas insulas et in siculo circa Drepanũ. Forma ei est fruticis: color viridis: braccę calidæ: sub aqua ⁊ molles exẽptæ cõfestim durant̃ et rubescunt quasi cornua. Diascorides. το δε κοραλλιον οπερ ενιοι λιθοδενδρον καλουσει δοκει μεν ειναι φυτον ηναλιον. Theophrastus aũt in lib. de gẽmis. Το γαρ κουραλλιον και γαρ τον δε ωσπερ λιθος φυεται δε τον εν αερι δε λιθος γινεται. Huius noĩs quidam primã ꝓducunt. Ouid. lib. iiii. meta. Nunc quoq; coralliis eadẽ natura remansit. Alii breuiãt. Claudius. Mergit se subito vellitq; coralia clutho

¶ Coraxis mons qui a septẽtrione colchidẽ claudit. Est ⁊ fluuius eiusdẽ noĩs qui ex mõte sui noĩs oritur.

¶ Coram ꝓpositio est: quę contrariã habet significationẽ a clam: vt coram senatu orationẽ habui. Differt tamen a palam ꝙ corã magis ad personas certas: palam ad oẽs refert̃. Coram indiget adiectione: palam nõ indiget. Etiã differt ab ante oculos. ꝙ ante oculos longe intelligi põt: corã ꝓximitatẽ significat. Terẽ. in eunu. Quę mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum.

¶ Corax a latinis đr coruus. Cic. lib. de orato. Quare coracẽ vestrũ istũ patiamur. Hinc ꝯponitur nocticorax seu nycticorax.

¶ Coracinus pe. pro. coruinus. Plynius etiã piscem quendã coracinum appellauit.

¶ Corambla herba quę oculos retundit: et hebetes facit. Ideoq; dicta corambla. Nã κορα pupillã significat αμβλυς đr retusus ⁊ hebes.

¶ Corbes: vasa ex viminibus facta cui singularis est hęc corbis. Ci. pro Sex. Messoria se corbe cõtexit. dictę corbes sc̃d̃m Uar. ab eo ꝙ spicas aliudve quid eo corruebant. Hinc minores dictę corbulę. Cato villicum dixit habere oportere corbulas amerinas quattuor. Col. vero ait. Corbulę decẽmodię trimodię. Potest etiã esse corbis ḡnis mas. sc̃d̃m Priscianũ.

¶ Corbitę pe. pro. naues onerariæ dictę ꝙ in earum malo summo pro signo corbes solerẽt suspendi. Plau. Tardiores q̃ corbitę sunt etiam in tranquillo mari.

¶ Corbonam pe. cor. Iudæi sacrũ thesaurariũ dicũt Auctores Iosephus ⁊ Eusebius.

¶ Corcira pe. pr. Insula in Ionio mari olim phęacia a phęaco dicta: qui genitus fuit e nympha Asopi filia rapta a neptuno ⁊ ad insulã delata: cui nomen fecit. Ubi grauida Neptuno peperit phęacũ qui fuit pater alcinoi. Luca. li. ii. Hinc late patet omne fretum seu vela ferant̃. In portus corcyra tuos seu leua petatur Illyris. Homerus aũt libro κ παι λαεσεμην εχεμεν και εμος γαμβρος καλεεσθαι αιθιμενων οικον δε γω και κτηματα δοιην ει κ εθελων γε μενοις. αεκοντα δε σ ου τις ερυξει φαιηκων. Ita eñ semp vocat Home

¶ Corinthus vrbs Achaię fere in medio Isth (rus. mi peloponnesiaci sita. Isthmos gręci vocant angustias peninsularũ inter q̃as nobilitate peloponesiacę pręferunt̃. Corinthus primo a Sisypho latrone colli filio fertur condita fuisse ⁊ corcyra nominata: authore Strabone: postea Ephyre. Deinde euersa ⁊ instaurata a Corintho Horestis seu Iouis filio. Corinth⁹ est appellata olim celeberrima ⁊ ditissima. Hęc habet arcem: quę Acrocorinthus đr. A corinthus fiunt corinthius ⁊ corinthiensis adiectiua: quę sic ab inuicem distinguntur. Corinthii sunt qui corinthũ habitant: seu qui ex corintho nati sunt. Corinthienses: qui alibi nati sunt sed negociantur corinthi. Sudas. κορινθος απο κορινθου του μαραθωνος η απο κορινθου του πελοπος.

¶ Corinthia vasa dicunt̃ ex ęre corinthio fabrefacta ꝙ auro argentoq; cũ ipso ęre cõfusis fiebant. Nã ęs corinthiũ maxime laudabat̃. Unde factũ est vt oĩa vasa ex ęre elegantia corinthia sunt appellata ꝓpter quæ apud veteres tanto in pretio fuerunt ęris metalla: vt argenti quoq; atq; auri pretium transcẽderint. Tria autem sunt genera corinthii ęris vt docet Ply. Candidum qđ nitore accedit q̃ proxime argento. Alterũ in quo auri fuluus color conspicitur. Tertium in quo ęqualis temperies omniũ fuit.

¶ Corinthiacus a. um. qđ ex corintho est. Oui. li. iii. de tris. Illa corinthiacis primũ mihi cognita terris.

¶ Corinthiarius a Sue. positum est pro amatore nimio corinthiorũ vasorum.

¶ Corycium de bolze da caualcare. Sudas κωρυκιον κωρυκος θυλακιον το παρα ημιν βουλγιδιον η πλεγμα δεκτικον αρτου.

¶ Coriago morbus quo boues laborant. Col. lib. vii. Et infesta pestis bubulo pecori Coriaginem rustici appellant: cum pellis ita tergori adhęret: vt appręhensa manibus deduci a costis nõ possit. Ea res non aliter accidit q̃ si bos aut langore aliquo ad maciem perductus est: aut sudans in opere faciendo refrixit: aut si sub onere pluuia madefactus est.

¶ Corium animaliũ est pręsertim eorũ quę crassiorem pellem habent ac duriorẽ q̃uis quãdoq; pro quacũq; pelle dicatur etiã rerũ inanimatarũ: ⁊ quandoq; tergus. Uerg. Tergora diripiunt costis. Apud Plynium corium terrę est: nõ tam cutis eius faciesq; summa q̃ tectoriũ ⁊ staturẽ quoddã crassius: cui ⁊ aliud quoq; subesse potest coriũ. Nã in parietibus struendis ordines ipsi laterum coria a Uictruuio dicunt̃: hoc est quæ vulgo turba opificum appellat cursus.

Dicitur ⁊ corius mas. gñe. Plau. in Pe. Heri in tergo meo tris facile corios cõtriuisti bubulos. A corũ fit excorio as. qđ est corium detraho.

¶ Coriarius: qui coria cõcinnat præsertim crassiora.

¶ Corycum pe. cor. nomẽ est vrbis et montis excelsi in cilicia optimũ crocũ ferentis. A quo coricius a. uz. vt crocũ coriciũ. Mar. Quod de coricio quę venit aura croco. Coricus etiã portus.

¶ Coriza morbus cũ humore obturatur nasus: latine grauedinem vocant.

¶ Corycei dicunt̃ curiosi. Ci. ad Atticũ. Oẽs eñ corycei subauscultare vident̃ qđ loquor. Nã tota coryci montis asiatici: seu vt quidaz dicunt ꝓmontorii in creta ꝑternauigatio latronibus plena fuit: qui dispersi per portus ad mercatores furtim accedebãt ⁊ subauscultabãt quid rerũ ferrẽt: ⁊ quo nauigarẽt postea illis discedẽtibus adoriebãt̃ eos: ac deripiebant. Ex quo factũ est: vt oẽs curiosa: ⁊ secreta auscultãtes corycei dicerent̃: Et in ꝓuerbio diceret̃. Hunc ergo coryceus auscultauit: cuiꝰ cõsilia secreta patefacta sũt.

¶ Corythi pe. pro. sunt thecę arcuũ siue sagittarũ q̃uis sagittarũ ꝓprie dicant̃ pharetrę: q̃uis Nonius corici legat. Sta. li. ix. the. Cœlestibus implet corython telis.

¶ Corythus penultima. cor. oppidum Thuscię prope Aretiũ in paruo colle eiusdẽ nois sitũ a corytho rege positũ. Ver. lib. ix. Nec satis extremas corythi penetrauit ad vrbes. Quidã hęc duo noia scribunt cum h in principio Chorythus.

¶ Cornelia Romana Gracchorum mater ⁊ maioris aphricani filia: quæ a Val. maximo laudat̃ ꝙ matronę campanę ornamẽta sua pulcherrima ostentãti: nõ aurum nõ gemmas nõ deniq3 vestes opposuerit sed liberos: qui maxima sunt matronarũ ornamenta.

¶ Corna ę. nomen est duarum vrbium.

¶ Cornus fœm. gñis tam quartę q̃3 secũdę declinati. scđm Prisc. Hęc ramos habet duricie ⁊ rigiditate cornibus similes fructũ circa solstitia facit primo candidum postea sanguineũ. Ver. lib. ix. Cõiecto sternit iaculo volat itala cornus. i. telũ ex corno factũ. Cornũ gñis neutri fructus Idẽ Baccę lapidosaq3 corna.

¶ Corneus a. um. qđ a corno est. Plau. Durã ac corneam virgã. Potest etiã esse a cornu deductũ nomen. Unde hybernę coronę corneę dictę sunt qm̃ negantetũ flores terra laminis e cornu tinctis fieri solebant.

¶ Cornetum locus vbi sunt frequentes corni: sicut a pino pinetum.

¶ Cornu cornũ ⁊ hic cornus scđm Pris. A curuore vt inquit Var. Ply. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Oibus fere caua sunt cornua ceruis tãtum solida: ⁊ singulis annis decidua. Hinc fiunt vnicorniũ: bicorniũ: tricorniũ: quadricorniũ. Per translationẽ cornua fluminũ dicunt̃ flexus curuitates alueorũ: ꝙ multis in locis ad cornuum similitudinẽ flectantur. Item cornua antennarũ significant vtranq3 partem antennę. Ver. Cornua velatarũ obuertimus antennarũ. Similiter in prœlio Cornua dicunt̃ vtraq3 pars exercitus. In exercitu enim est dextrũ ⁊ sinistrum cornu: ⁊ quod inter vtrunq3 est dicitur medium Item cornu genus est tubæ obtortæ: a quo cornicines dicti sunt.

¶ Cornicen pe. cor. qui cornu canit. Iuue. Quadraginta dedit gracchus sestertia dotem Cornicini: siue hic recto cantauerit ęre. Dictum ita quia qđ nunc ex æreest: tunc fiebãt bubulo cornu.

¶ Corniger pen. cor. gerens cornua. Unde bacchus corniger dictus est: quia simulachro liberi patris cornua adiiciebant̃: ꝙ vini inuentor fuerit hoies eñ nimio vini potu truces redduntur.

¶ Cornigenus a. um. qđ est ex genere cornua habentiũ: sicut caprigenũ qđ est ex gñe caprarum.

¶ Cornipeta pe. co. aial qđ cornibus petit. i. ferit.

¶ Corniculũ dimi. a cornu. Quo etiã noie vocatũ est oppidũ iuxta Tarquinios: a quo oppidani corniculani appellati sunt.

¶ Cornipes pe. cor. aial pedes habens sicut equus ⁊ capra: ⁊ huiusmodi vnguiũ aut pedũ animalia. Oui. lib. ii. fasto. Cornipedi fauno cęsa de more capella. Nã Faunus caprinos pedes habere fertur

¶ Cornutus a. um. qđ habet cornua vt facies Moysi cornuta erat. Potest etiã dici cornutũ qđ procedit ex cornu. Mar. Occubuit tandẽ cornuto ardore potitꝰ: Cornutæ quadrupedes a veteribus dicebant̃ elephãti. Nã qđ in his dentes multi dicũt cornua sunt: Sed mirum est qđ scribit Sudas de Cornuto: ⁊ dicit duos mirabiles viros fuisse: vnũ Liuiũ ⁊ Cornutũ.

¶ Cornicularius nomen est ordinis in militia: sicut cõmentariensis ⁊ accensus. Docet Asco. perinde ac cornicularius a corniculo sic inclinet̃: vt a cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat: is cornicularius dicebatur. Liui. lib. x. scribit Papiriũ consulem equites oẽs ob insignẽ in bellis operã donasse corniculis armillisq3 argenteis: tanq̃3 cornicula sint inter donatitia ornamenta militaria.

¶ Cornix auis quę dux auiũ esse đr Unde ⁊ cornices accipi solent pro iis qui se sapiẽtiores ac duces alioꝝ videri volunt. Unde Hiero. in quodã ꝓlogo vtitur: ⁊ Cicero pro Murena. Huius dimi. est cornicula. Hierony. ad Paulinũ. Malo alieni operis interpres existere q̃3 (vt quidã faciunt) informes cornicule alienis me coloribus adornare.

¶ Cornicor pe. pro. deponens: significat more cornicum garrio. Persius. Nescio quid tecũ graue cornicaris inepte.

¶ Corona est quã greci Στέφανον vocant: a nr̃is olim strophia a στρέφειν qđ est vertere. Postea ꝑ diminutionẽ strophiola appellata: deinde a serẽdo serta. Et cũ videatur corona a choro dici: caret tñ aspiratione Fuerũt aũt apud Rõanos diuersoꝝ generũ coronę in magno pretio habitæ scz triũphalis: q̃ fiebat ex lauro et triumphanti dabat̃: qnoniã ea arbor pręcipue est lętitię victoriarũq3 nuncia. Obsidionalis quã liberati ab obsidione dabant ei qui ipsos liberauerat ex gramine decerpto inde vnde obsessos ille seruasset. Nam vt ait Plyni. summũ apud antiquos signum victorię erat: victos porrigere herbam e terra. Ciuica: quaz ciuis ciui a quo seruatus est in prœlio testem vitę salutisq3 ꝑceptę dat. Et hæc hmõi erat. Primo illignea postea magis placuit ex quercu: q3 ante causa vitę in hac arbore hoibus fuit qui glãdibus vescebant̃. Etiã ex ilice. Muralis erat qua donabat̃ ab Imperatore qui primus murum subiit: inq3 oppidũ hostiũ per vim ascendit: ⁊ aurea erat. Vallaris: quę ⁊ castrensis đr: similiter aurea habens insigne valli: hac donabat̃: qui primus hostiũ castra pugna introiuit. Naualis quoq3 aurea: quasi rostris auiũ insignita: qua donari ꝯsueuerat: qui primus maritimo prœlio in nauẽ hostiũ vi trãsiliebat. Oualis myrtea erat: q̃ vtebant̃ imperatores

qui ouantes introibant ciuitatẽ: quando bellum leuiter: & sine cruore perfecissent. Corona etiã dr ornamẽtum muliebre. Hora. lib. i. car. Et scindet hęrentẽ coronã crinibus. Et corona ponitur pro conuentu hominũ circumstante. Item pro circulo circa lunã. Itẽ pro signo cœlesti Ariadnę Minois filia: quę conuersa est a baccho. Vergil. lib. i. Georg. Cnosiaq; ardentis decedat stella coronę. Ferunt ariadnã coronam dono accepisse a Theseo: inde nupsisse libero patri: et post eius mortem liber pater coronam in cœlo collocauit Alii dicunt hanc coronã dedisse bacchũ Ariadnę cũ ad Minoem in creta venit. Alii dicunt coronã fuisse datã a Venere baccho in nuptiis deorũ. Hęc cancro et leone exoriente occidit: exoritur cũ Scorpio nonis Octobris: hꝫ stellas nouẽ in rotundo dispositas.

¶ Corolla dimi. parua corona. Proper. Me iuuet externis positũ languere corollis.

¶ Coronula similiter dimi. Hie. lib. iii. Reg. Et sculpturę inter iuncturas & inter coronulas.

¶ Corono as. coronam capiti impono.

¶ Coronarius rii. qui coronas cõficit. Ply. Factũ. i. ex ingenio Glycerę coronarię dilectę illi. Coronarius. a. um. qđ ad coronas ptinet. Vñ aurũ coronariũ

¶ Coronamentũ coronarũ multitudo. Plyni. Atria quippe coronamentis referta. Aliquãdo accipit̃ pro floribus frondibusq; et aliis ex quibus coronę fiunt. Idem in hortis seri & coronamẽta iussit Cato inenarrabili florum maxime subtilitate.

¶ Corolariũ (auctore Varrone lib. i.) significat id qđ additũ est pręterq̃ qđ debitũ tanq̃ auctariũ quoddã et id quod supra mensurã vel pondus iustũ aducitur: a corollis nomen deductũ q: ex cũ placuerant auctores in scena dari solitę sint. Unde & corolaria dicunt̃ ipsę coronę. Sue. in Augu. Itaq; corolaria & pręmia alienis quoq; muneribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat. Plyn. lib. xxi. Paulatim & Romę subrepsit appellatio corolis inter initia ppter gracilitatẽ nolatis: mox et corolariis postq; e lamina ęrea tenui inaurata aut margẽtata dabant̃. Ci. in frumẽtaria. Noli hos colligere qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis ac de scęnicorũ corolariis decimã emerũt. Hęc aũt cum pretii parui forent factũ est vt corolariũ pro re leuiori accipiatur. Apul. symbolicos corolariũ vocauit posticum concubitũ cum ait. Mihi iam fatigato de propria liberalitate photis puerile obtulit corolarium.

¶ Coronę vrbs in peloponesso Messeniorũ a qua coroneus sinus dictus est

¶ Coronea vrbs in bœotia: Pap. Messe coroneã baccho glissenta colentes.

¶ Coronis nidis. rostrum nauis: finis: extremitas: apex: cornu: arcus: & huiusmodi.

¶ Corpus nõ solum pro massa compacta ex artubus et membris. Senec. Corpore truncato caput abest. sed etiã pro sola carne ponitur. Cic. Gallio. Ego hic cogito cõmorari quoad me reficiã: nam & vires & corpus amisi. Mar. vtranq; significationẽ posuit. Viuebant laceri membris stillantibus artus: Inq; omni nusq̃ corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicim᷒ obesi corporis homines. Et corpus dicitur quod est compositũ ex materia & forma. Corpus (inquit Hierony.) q̃q̃ caro dicatur: interdũ tamen ęthereum vel aerium nominatur quod tactui visuiq; nõ subiacet: et plęrunq; visibile est atq; tangibile. Unde Apostolus corpora cœlestia appellat & corpa terrestria. Cœleste corpus solis lunę stellarũ. Terrestre ignis aeris terrę aquę & reliquorũ quę absq; anima his sentiunt̃ elementis Corporũ tria genera Pomp. esse affirmat. Unum qđ vna specie cõtinetur: vt homo lignũ lapis. Alterũ quod ex ꝯtingentibus hoc est pluribus inter se cohęrentibus constat: vt ędificium nauis armariũ. Tertium qđ ex distãtibus compactũ est: vt puta ex pluribus corporibus vni nomini subiectis: vt Populus Legio Grex. Hinc Corporeus. a. um. quod est ex substantia corporis: vt lapis. Ediuerso Incorporeũ: vt virtus.

¶ Corporale quod est vel habet corpus. Incorporale contrarium.

¶ Corporo as. interficio: & corpus sine anima relinquo. Ennius. Corpus ꝯtemplat̃ vnde corporet vulnere. Hinc fiunt cõposita Cõcorporo & Incorporo.

¶ Corporatura: corporis quãtitas: hoc est habitus et status ipsius corporis. Vege. lib. i. scribit corporaturam boni tyronis implere sex pedũ longitudinem. Col. lib. vii. Habilis eñ & modica corporatura pecoris operarii debet esse: neruisq; & musculis robusta nõ adipibus obesa. Victru. lib. vi. Sed ex cœlo roscidus aer in corpora fundens humorẽ efficit ampliores corporaturas.

¶ Corporatio idem qđ corporatura. Col. lib. vii. Custodiendũ est ne incorporatione vel statura vel virib᷒ impar cũ valentiore iungatur.

¶ Corrado is. pe. pro. simul siue totum rado: aufero: vendo alieno. Teren. in Heau. Nihil relinquo in ędibus nec vas: nec vestimentũ: corrasi oĩa. id est vendidi vel alienaui. Lactan. lib. v. Nõ propter humanitatem quę nulla in his erat: sed vt oĩa cupiditatis & auaritię instrumenta corraderent.

¶ Corrigo is. pe. cor. ex con & rego significat emendo Lactan. libro. viii. Anteq̃ mores aliorum corrigas: tuos corrige.

¶ Corripio is. pe. cor. repręhendo. Multi eñ corripiuntur: qui tamẽ nõ corrigunt̃. Aug. lib. i. de ciui. dei. Ea ipsa tamen quę cum eis nõ perpetrant nolunt plęrunq; corripere cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere. Proprie autẽ corripere est aliquid celeriter rapere. Verg. Hic arcumq; manu: celeresq; sagittas corripuit. Adaptatur hoc verbum ad omnes actus humanos: vt corripitur somno corripitur febribus & multa alia huiusmodi.

¶ Corrumpo is. contamino: vitio destruo. Et tam ad animũ q̃ ad corpus refertur. Unde corruptor & corruptela. Teren. in Adel. Pisces ex sententia nactus sum hi mihi ne corrumpant̃ cautio est. Lactan. libro. iiii. Cœlestes litteras corruperunt vt nouã sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. Aliquando corrumpere est subornare inuitare & illicere. Ply. lib. vii. Aduersis studiis copia odorũ corruptum criminantibus.

¶ Corruda pe. pro. syluestris asparag᷒ vocabat̃. Cato. In harũdineto corrudã serito vñ asparagi fiant. Var. li. i. rei rust. Itez olera q̃ arida loca sequunt̃ sic: vt vmbrosis locis alta seras vt corruda nõ noceat q̃ ita petit asparagus.

¶ Cors cortis. Vide in dictione Cohors.

¶ Corsica pe. cor. insula q̃ vt docet Strabo distat a Sardinia stadiis. lx. Hãc gręci Cyrnũ appellãt. Hęc maligne colit̃ q̃ aspa sit: & multis i locis inaccessibilis

In ea sunt castella Blesim: Carax: Emicome: Uapanes. Huius insulę longitudinē asserunt milliaria centum sexaginta. Latitudinem septuaginta. A Cyrno Herculis filio dicta est Cyrnus: vt placet Fabio pictori. A Corsica vero muliere cuius taurus cū ex continenti in insulā tranasset nomen quod habet rettulit Scribit Strabo lib. v. Captos a Romanis insulę huius alpestres in admiratione fuisse ꝙ viri hispidi inhūani ferino aspectu viderenť. Hāc Romanis Mauri abstulere: quā postea ademarcus in classe Genuensi imperator recepit.

¶ Cortina pe. cor. multa significat. Nam cortinę sunt vasa in quibus pigmenta coloresq; coquunť: quibus lanę tinguntur: ⁊ vela pingunť immersa. Ply. lib. xix. Fere die liquatis cortina velis elutra tum mergitur in experimentū. Et lib. xxxv. Hoc cū fecere nō apparet in velis: sed in cortina pingi: mirumq; cū sit vnus in cortina color ex illo alius atq; alius sit in veste accipientis medicaminis. Ser. accipit cortinā pro tripode Apollinis vnde oraculum. Uel ꝙ Apollinis tripos tripos corio pythonis serpentis tectus sit: vel certa illic responsa fundantur: quasi certina. Uerg. Neq; te Phœbi cortina fefellit. Uel quia illic cor vatis teneť. Illuc eñ raptę phœbades vaticinabantur. Cum aūt hę cortinę Apollini delphico antiquitus dicarentur alio noīe Delphicę sunt nuncupatę. Plyn. lib. xxxiiii. Exęre factitauere ⁊ cortinas tripodū noīe delphicas quando donis maxime Apollinis delphici donabanť Uar. libr. iii. Cortina dicta est ꝙ est inter terrā ⁊ cœlū a similitudine cortinę Apollinis. Ea a corde ꝙ inde sortes primū extimatę. Cato. Cortinam plumbeā accipit pro vase quo oleum fluit: vbi oleum in torculario factores premunt. Ait enim Cortinā plumbeam in lacum ponito quo oleum fluat. Item Cortinę dicūtur aulęa ⁊ vela ad locum contegendū pro vt vernacula lingua appellitamus. Unde Hierony. apud Exodum. Decem cortinas facito de bysso retorta. Hę etiā velaria seu velares a velis dictę sunt. Nam velum. plagę ⁊ stragula inter se germana sunt. Item locus velatus in theatro ex quo egrediuntur recitatores et mimi. Uerg. Magni cortina theatri.

¶ Cortinale a cortina: sumitur pro loco in quo sunt cortinę: hoc est vasa quibus sapa decoquitur. Colu. lib. i. Cortinale vel defrutū fiat: nec angustū nec obscurum sit: vt sine incōmodo minister: qui sapam decoquit versari possit

¶ Cortex tam masculini q̃ fœmi. gnīs est veluti corium cuiusq; rei: vt in arborib⁹ liber: ⁊ in cęteris rebus crusta quędā ad tegendū data. Nā corium ꝓprie animalium est. Ouid. lib. i. Meta. Sentit adhuc trepida renouo sub cortice pectus. Huius dimi. est corticula. Col. Corticulis resolutis. Hic decortico as. ⁊ excortico.

¶ Cortona: ciuitas tuscię a qua cortonēses. Dionysius vocat eā cortoniā qr inde cortoniēses formauit. Hęc ante Corton dicebať. T. liui. lib. ix. Itaq; a Perusia ⁊ Cortone ⁊ Aretio: quę ferme capita hetrurię populorum erant.

¶ Corybantes a pupillis oculorū siue genis dicti sūt Gręci κορυβαντιαν eos dicunt qui ad similitudinem leporū oculis patentibus dormiūt: qd̄ etiā quidā corybantire dixerūt: Qui cū custodes Iouis essent nō modo excubare sed etiā apertis oculis dormire cogebantur. Iuue. De conuiua corybanta videbis. Hi in Ida monte phrygię saltando ⁊ cantādo sacra cybeles faciebant: et sacerdotes excisis testibus degebant. Dicti corybantes ꝙ κορυβαντιαν eos gręci dicunt: vt Strabo dicit: qui capita saltando iactant furiisq; agitenť. Diodo. Corybantū scribit Iasonis et cybeles filiū fuisse ac simul cū Dardano sacra matris deū in phrygiā detulisse eosq; qui in sacrificiis eius deę incumbere voluerunt de suo noīe appellasse. Alii a Galea dictos volunt q̄ gręce κορυσ dr̄ ꝙ galero quodam capita tecti insaniēdo luderēt. Suidas. κορυβαντεσ ενιοι τουσ κουρητασ και τουσ κορυβαντασ τουσ αυτουσ υπειληφασιν. ησαν δε διοσ τροφεισ ουτοι και φυλακεσ τιμησ δε αυτουσ δεκαφασιν αλλοι εννεα ησαν δε τησ ρεασ παιδεσ και κορυβασ ο αυτοσ τοισ κουρησιν οι ησαν του διοσ τροφεισ και διδασκαλοι και τησ ρεασ παιδεσ.

¶ Corydalus pe. cor. gręce κορυδαλοσ auis ē a galea dicta: κορυσ eñ latine galea. Unde etiā nostri galeritam nisi potius a galero ⁊ alaudā dicunt.

¶ Corydalla vrbs lycię.

¶ Corus sine h ventus occidētalis gręce Argestes dicitur: qui contra aquilonē flat: ⁊ ꝑducit primā. Iuuena. Atq; habitas coros semꝑ tollendus ⁊ haustro. Quandoq; mutamus o in au ⁊ Caurus dicimus. Uergil. Semper hyems: semꝑ spirantes frigore cauri. Et Corus est mensurę genus quadragitaquinq; modios continentis: modius vero capit vigintiduo sestertia. Chor⁹ cū h cōuentū ⁊ multitudinē significat ⁊ veluti coronā eorū qui ad ludos cōueniunt: siue saltantium atq; canentiū. Nam multorū vocibus ⁊ concentu constat: vt Seneca ⁊ Macrobius tradunt. Et apud Priscos ex seruis symphoniacis cōparabatur. Unde apd̄ Iurisconsultos lib. iii. de legatis. Si chorus legetur perinde est ac quasi singuli hoīes legati sint. Hieron. Ubicunq; chorus est ibi diuersę voces in vnū canticū congerunť. Quomodo eñ diuersę chordę vnam vocē efficiunt cantici: sic ⁊ diuersę voces cum simul fuerint congregatę chorū domini efficiunt. Et a Χαρα scd̄m Platonē lib. ii. de leg. quę est lętitia deducitur. Festus a corona deriuat: habetq; primā correptā. Uerg. lib. vi. Uescētes lętumq; choro pęana canentes. Idē. Omnis quā chorus ⁊ socii comitenť ouantes. Hinc Chorea ⁊ choraules. Hier. ad Dardanū scribit Chorum esse musicū instrumentū ex simplici pelle cū duabus cicutis ęreis ꝙ per primā inspiratur: ⁊ per secundam vox emittitur.

¶ Coruscare nō solum splendere sed etiam vibrare significat. Uergilius. Talia vociferans sequitur strictumq; coruscat mucronē. Et Crispare. Idem. Tum syluis scęna coruscis.

¶ Corylus pe. cor. arbor ⁊ fructus a nostris dr̄ Auellana. Uerg. lib. ii. Geor. Plantis edurę coryli nascunť Coryletū locus cōsitus corylis. A Corylus etiā Colurna opera dicta sunt ex corylo arbore facta.

¶ Corymbi: vuę hederarum quibus coronabatur bacchus. Tibullus. Sed varii flores et frons redimita corymbis.

¶ Corynophoros latine dicitur clauam ferens

¶ Cos cotis. fœminini generis lapis quo cultri acuuntur. Proprie tamē cos siue cotes cautesve dicitur saxum asperū atq; abruptū. Uerg. Quā sit dura silex: aut stet marpesia cautes. Sed quod nos cotē vel cautem dicimus. Gręci ακονην dicunt in vtroq; significato. Hinc Cotes siue Aconas olearias ⁊ aquaticas dicimus: ꝙ illas ad ferrū oleo: has aqua madefacim⁹.

Est & cos nomen ciuitatis seu insulæ: de qua supra in dictione Coos. Huius diminutiuū est coticula: de quo infra. Et compositum decotes.

¶ Cossi vermes in ligno editi qui apud phryges & in ponto p delicatissimis cibis sumunt. Hiero. cotra Iouini. In ponto & phrygia luxuria est comedisse xylophagion ita em̄ appellat cossos vermes obesos ex lignoꝝ carie nascentes qui apud illos a patrefamilias in magnis redditibus ↄputāt. Sic Ply. lib. xvii. Luxuria cossos doboꝝ delicatiores adhibere in cibo. A similitudine hoꝝ cossoꝝ hoies rugosi corporis ab antiquis cossi dicti sunt. Unde & cossutioꝝ familia apud Romanos dicta est. Ex qua Cossutia vxor Cæsaris: cuius meminit Suetonius in vita Cesa. sic Cossuuli & cossuulani.

¶ Cosmus nomē ppriū & latine dr ornatus & mund⁹ id est orbis a κοσμεω orno et decoro. Ponitur interdū p ipso vnguēto: quo quis ornatur. Martial. Qui cosmi redolēt alabastra fociqꝫ deoꝝ. Fuit em̄ Cosm⁹ nobilis vnguentarius: a quo vnguenta cosmiana dicta sunt. Petronius. Affert nobis inquit alabastrum cosmiani.

¶ Cosmicus adiectiuū idem qđ mūdanus: & Microcosmus paruus mundus: quo noie vtit Aris. p hoie.

¶ Cosmographia cū accētu in pen. mūdi descriptio.

¶ Cosmographus pe. cor. descriptor mundi.

¶ Cosmeta pe. pro. ornator siue ancilla seruiens dñe ad ornatum. Iuuena. Ponunt cosmetæ tunicas. Et cosmeta imperator dicitur.

¶ Costus fœ. gñis: & costum radix magni odoris: seu arbuscula aromatica: Hiero. con. Ioui. Quomō aūt virginitati aīe nō piudicat imitatio virginū diaboli: ita & veris ieiuniis costū isidis & cybelę & quorūdā ciboꝝ in æternum abstinentia.

¶ Costa. Virgi. Et pede subigit terram fricat arbore costas.

¶ Cosyros pe. cor. nomen insulę siculę. Vñ cosyrii dicunt. Cosyra vero vnde cosyrei aphricana insula est. Sunt tñ qui vnā insulam esse velint.

¶ Cotię alpes dictę sunt a cotio rege: qui perdomitis gallis eas extruxit molibus magnis compendiarias & viantibus opportunas.

¶ Coticula diminutiuū ē a cote: licꝫ nō seruet significatū pmitiui. Non em̄ est parua cos: sed lapis: quo fit auri vel argenti experimentum. Modicus quidē est & raro quaternas vncias longitudinis: binasqꝫ latitudinis excedens.

¶ Cotile pe. co. gręce κοτυλη om̄e ↄcauū: poculi & mēsuræ genus: sextarius: iunctura coxę cū natibus: et pondus nouem vnciarū.

¶ Cotylum scribit Strabo vocari locū in Ida monte. Vñ Scamandri & Granici & Aesopi fluminū origo xv. mil. pas. a scepsi: & inde nomen cotylo quasi conceptaculū & acceptaculū significet.

¶ Cotyla est vas siue poculū ad potandū. quo Diogenes cynicus vsus est anteqꝫ vidisset puerum manu concaua bibentem.

¶ Cotidie qͣuis a quoto & die ↄponat: per c. & nō per q. scribēdū esse quidā existimant: qr tāta est affinitas īter c. & q. vt q. i c. mutari facile patiat: vt sequor secutus: loquor locut⁹: quis cuius. Vñ Quinti. li. i. Inst. Frigidiora his alia vt quicquid c. quartā haberet ne interrogare bis videremur: & quotidie nō cotidie vt sit quot diebus. Verū hęc iā etiā inter ipsas ineptias euanuerūt. Victorin⁹ quoqꝫ lib. de orthogra. p c. capitalē litterā scribere pcepit: sic inquiens. Quis em̄ cocus a coquendo: et Cotidie a quoto & die deriuata sint: p c. & nō per q. scribenda sunt.

¶ Cotones pe. cor. a coton portus in mari arte & manu facti. Qui etiā cotonia scđm Ser. dicūtur. Coton etiam nomen vrbis est in syria: a qua hęc cotana: vel coctana pluralis tantum numeri dicta sunt pro quodam ficus paruę genere. Mar. Paruaqꝫ cum canis venerunt cotana prunis. Plyn. lib. xiii. Syria in ficoꝝ genere habet carycas & minores eius generis quę cotana vocant.

¶ Coturnix: auis aduena terrestris magis qꝫ sublimis: nostri qualeam dicunt. græce ortyx. Vñ ortygometra. Dicta coturnix (auctore Festo) a sono vocis.

¶ Coctonū nōnulli bambatiū vulgares indocti bombicē. litterati xylon: siue gossipion appellāt genus illud ligi candidissimū ex ægypto.

¶ Cothurni tragica calciamenta quibus calciātur tragœdi qui in theatro dicturi sūt alta voce. Sudas. κοθορνος υποδημα αμφοτερο δεξιον. Est aūt calciamenti genus humile in modū crepidaꝝ: sed tale est vt dextro & leuo pedi ↄueniat. Aliqñ capit p calciamento subleuato subere quo mulieres grandiores appareant. Iuue. Si breue parui sortita est lateris spatiū breuiorqꝫ videtur: Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis. Aliqñ p alto dicēdi genere. Virg. Sola sophocleo tua carmia digna cothurno. A cothurn⁹ fit

¶ Cothurnatus a. um. Mar. Grande cothurnati pone Maronis opus.

¶ Couinum theda. Vñ couinarius eques a Tacito nuncupatur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios cataphrattos intelligunt. Idem in vita Agricolæ. Media campi couinarius eques strepitu ac discursu complebat.

¶ Coxa & coxendix p eodē accipiunt. Var. li. i. de re rust. Lata fronte naribus simis: lato pectore: crassis coxendicibus. Sunt qui coxendicem seu coxā intelligant coxarum vertebrū quo femora vertunt: qđ græce ισχιον. Vñ Ischiadici dicunt coxendicibus laborantes. Ply. li. xxv. Coxēdicib⁹ & articulis oibus cū axungia vtilissima. Cato incantamentū docet ad sanandas coxendices luxas: hoc est loco suo motas. Suet. de Aug. Coxendice & femore: & crure sinistro nō perinde valebat: vt sępe etiam inde claudicaret. Ply. in epist. Hunc dū sequit colligitqꝫ per lęne & lubricū pauimētū fallēte vestigio cecidit: coxāqꝫ fregit q̄ parū apte collocata reluctāte ętate male coiit. Cels. li. iiii. Coxis prima sunt genua de osse dixit.

C ante R.

¶ Cranos: siue cranium apud græcos significat capitis caluariam.

¶ Crantor solēnis academicus phūs fuit Xenocratis Platonis discipuli: condiscipulus Polemonis: q̄ nouis opinionibus academiā Platonicā repleuerūt. Hic scripsit librū de ↄsolatione: quē Cice. æmulatus ē. Periit aquę intercutis morbo. Taxauit stoicoꝝ indolentiā: q̄ esse nullo mō pōt: nisi plane hoiem saxeū esse velimus: & om̄i sensu carentem.

¶ Cras: nō solum secundū ↄsuetudinem accipitur p die proxime futuro: sicut heri p die pxime elapso: sꝫ etiā p futuro tpe: vt i sacris lris. Loquit Phitonissa

ad Saulem. Cras eris mecū. Et lib. Gene. dixit Jacob. Exaudiet me cras iustitia mea.

¶ Crastinus a. um. pe. cor. a cras fit: sicut abheri hesternus: vt dies crastina. Et nō solū ꝑ die sequēti hodiernum: sed ꝑ quolibȝ alio. Virg. Si vero solē ad rapidū lunasq; sequētes Ordine respicies: nunq̄ te crastina fallet hora.

¶ Crastino aduerbiū idē qđ cras. Gel. Si dn̄s messium ad amicos rejecit crastino seges nō metet.

¶ Crastino as. significat diē de die traho ⁊ differo. Hinc ꝑcrastino et recrastino eiusdē significationis. Hiero. ad Pauli. Scilȝ nisi tu semper recrastinans: ⁊ diem de die trahens caute ⁊ pedetentim tuas possessiunculas vendideris non habet Christus vnde alat pauperes suos.

¶ Craneū gymnasiū erat apud corinthū. Cice.

¶ Crasis latine dici potest temperamentum: complexio: mistio.

¶ Crassus pinguis: grossus: ac ponderosus. Hinc

¶ Crassities ⁊ crassitudo pro pinguedine.

¶ Crassare pinguē facere: vt incrassat᷑ ipinguatus recalcitrauit. Grassor vero p g. aliud significat

¶ Crassamentū grossities. Gell. Surculi duo erant teretes oblonguli pari crassamento eiusdē longitudinis derasi atq; ornati similes. Sic Colu. Crassamentum vini fœculenti dixit. Idem libr. viti Crassamen Semper inquit in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur.

¶ Crassescere est pinguē fieri. Col. li. ix. de turturib᷒ Nec q̄ tritico vel alijs frumentis minus crassescant verū q̄ semine eius maxime delectant. Interduȝ est grossū siue dēsum fieri. Ply. lib. i. Qui neq; in nebulā densetur ne crassescat. i. grossus fiat. Aug. Incorporeus carne vestitur sermo crassescit.

¶ Cratos latine dicitur potentia imperiū.

¶ Cratera pe. pr. ⁊ ge. mas. Siue crater eris. cuppa grandis ac patēs: ἀπὸ τοῦ κρατεῖν qđ est tenere: capere. Vel potius qđ est misceo. Quidā aiunt tres vrnas ꝯtinere. Vrnā vero quartariū dici certum est: q̄ quattuor sextarios ꝯtineat. Hora. in serm. Siue grauis veteri cratere limus adhesit. Stat. li. x. The. Et bacchus in altos crateras paterasq; redit. Vir. Craterasq; duos statuā tibi pinguis oliui. Ab hui᷒ vasis similitudine crater in mōte ętna appellatus est foramē illud ꝑ quod ignis euomit. Ouid. Et ꝑnos curr᷒ medio cratere recepit. Et crater ī fontib᷒ dr̄ receptaculum qđ ⁊ labrū dr̄: ex quo fistulis aqua decurrit: sicut ⁊ castellum. Et crater signū cœleste: quod oritur xvi. calendas Martij vespere.

¶ Ascen. Cratera noīatiui casus ⁊ prime decli. fœ. gene. licet fiat ab actō tertię: q̄ est mas. sicut etiā panthera: statera. Quocirca vbi crateras accusatiui cas. masculinū legeris: dixeris esse tertię nō prime.

¶ Cratippus fuit teste Plutarcho philosophus peripateticus de quo Cice. li. iij. offi.

¶ Cratylus cū y. nomen philosophi: cui Plato librū de significatione nominū inscripsit.

¶ Cratinus fuit poeta comicus clarus apud Athenienses: de quo Horatius. Eupolis atq; cratinus aristophanesq; poete.

¶ Crates is. notā habet significationem. Vñ craticius a. um. quod est factum ex cratibus. Crates etiam nomen est philosophi Thebani: qui vt philosophię vacare posset: proiecto in mari nō paruo auri pondere: Abite inquit pessum malę cupiditates: ego vos mergam: ne ipse mergar a vobis. Neq; putauit se posse et virtutes ⁊ diuitias simul possidere.

¶ Crathis cum th. aspirato nomē est duoꝝ fluuioꝝ: quoꝝ vnus est apud Achiuos: alter apud calabros. Ouidi. lib. xv. meta. Crathis ⁊ hinc sybaris nostris ꝯterminus oris Electro similes faciunt auroq; capillos. Et lib. Fast. iii. Est prope piscosos lapidosi carthidis amnes Parnus ager.

¶ Craterus penu. cor. nomen viri proprium. De quo Persi in tertia satyr. Et quid opus cratero magnos promittere montes.

¶ Cratio is. cratibus operio. Ply. lib. xviij. Vtilissimum simul ⁊ herbas arare: deinde cratire: serere florez ex fœnilibus atq; ex præsepibus fœno dilapsum spargere priusq̄ cratiant.

¶ Crapula pen. cor. grece κραιπάλη: siue quasi lucta capitis. Dolores em̄ ⁊ vertigines in eo vinū facit resinatū maxime. Nā ⁊ medicamēta quib᷒ vini leuitas excitatur crapulę dicūt: Siue ἀπὸ τοῦ πηρός: qua voce vt photion ait poetę vinuȝ significant q̄ πάλλειν id est vibrare faciat.

¶ Creber frequēs. Hierony. Et creber in oratione esset. Hinc aduerbium

¶ Crebro. crebritas: ⁊ crebritudo pro frequentia.

¶ Crebresco scis. crebui: celebris fio: ⁊ diuulgor. A quo percrebresco.

¶ Credo. is. didi. ditū. ex cre. ⁊ do. scđm Prisci. quasi a cretū ⁊ do: Et significat dictis vel factis fidem habeo. Cicer. li. iiij. ad Heren. Nimiū quirites creditis vnicuiq; cū estis simplicib᷒ ⁊ mansuetis aīs. Nōnūq̄ credere est ꝯfidere. Virg. Nimiū ne crede colori. Sallust. Virtuti satis credebāt. Aliq̄n fidei ꝯmittere seu seruandū tradere. Plau. in Aul. V͠ tis obijcit mortē qui mihi id aurū credidit. Cice. li. iiij. ad Herē. Nam cū canes funguntur officijs lupoꝝ: cuinā pſidio pecuaria credemus: Et nō solum tradere sed etiā reuelare ac manifestare significat. Lactan. li. 4. Iudei quoq; quibussolis arcanū dei creditū fuerat. Interdū mādare. Col. li. 2. At iā pcenseam᷒ quot opis in areā perducāt ea q̄ terrę credidim᷒. Quq̄ mutuare. Mar. Dimidium donare lino q̄ credere totū Qui mauult. mauult ꝑdere dimidiū. Hinc creditor ⁊ creditū. Et si cōstruat cū actō mediante in. significat imittere: inijcere. Virg. lib. 2. georg. Inq; nouos soles audēt se gramina tuto Credere. Inter credere deo. credere deum: ⁊ credere in deū: ecclesiastici hoc interesse putāt Qꝫ credere deū: est credere deū esse. Credere deo ē fidem habere deo: siue verbis eius. Credere in deuȝ est fide bona se ꝯijcere in deuȝ. Primū bonū: secundū melius: Tertiū optimū. Huius verbi ꝯposita sunt. Accredo: concredo: quod est oīno credo: siue ꝯmitto Colu. in pfa. Iāq; qui ędificare velint fabros ⁊ architectos aduocent: qui nauigia mari ꝯcredere: gubernandi pitos. Veteres creduas pro credas dicebant. Plau. Ipsus nec amat nec tu creduas.

¶ Creditor dicit᷑ cui debet᷑ ex quacūq; actione vel ꝑsecutione vel iure. Caius de Ver. sig. Creditoꝝ appellatione nō hi tm̄ accipiunt᷑ q̄ pecuniā crediderūt: sed oēs q̄bus ex qualibȝ causa debet᷑: sicut ex emptor vel ex locato. vel ex alio vllo ꝯtractu debet᷑.

¶ Creditum appellat᷑ id quod nobis debetur.

¶ Credulus q̄ oīa facile credit. a quo credulitas credendi facilitas. Incredulus: qui nō facile credit.

¶ Credibile qđ ita verisimile est: vt facile credi possit. Huius ꝯtrarium est incredibile.

¶ Cremasteres nerui a quibus testes depẽdent. Columella libro septimo. Priusq̃ ferruꝫ admoueas duabus angustis ligneis regulis veluti forcipibus apprehendere ⁊ ipsos neruos: quos græci κρεμασηρας ab eo appellant ꝙ ex illis genitales partes dependẽt cõprẽsos præcipit.

¶ Cremera pe. cor. fluuius apud quẽ Fabij a Veientibus occisi fuere. Iuue. Quid cremerę legio.

¶ Cremo as. cuius passiuũ est cremor. Hier. in Leui. Cũq̃ cremati essent adipes sup altare. Huius ꝯpositum est ꝯcremo. Liui. Inclusi cum ꝯiugibus ac liberis domos sup seipsos ꝯcremarunt.

¶ Cremor apud Catoneꝫ accipit̃ pro lacte expresso ex grano aqua macerato.

¶ Creare ꝓprie est de nihilo aliqd facere: qđ etiã ad hoies ꝑtinet nõ solũ ad deũ. Aug. libr. iij. de ciui. dei. Alba illa quã filius Aeneę creauit. Ascanius Romę mater. Hinc creator/creatio/creatrix/creatura. ꝯposita ꝓcreo: qđ ꝓ simplici ponit̃. Recreo ꝓ instauro: ⁊ quasi nouã carnẽ facio. Plyn. Sic em̃ defecta longis ęgritudinibus corpora recreant̃:

¶ Crepida dæ. pe. cor. ⁊ crepis idis. teste Ser. Thuscum calciamentũ qđ corrigijs ligabat̃. Sudas. κρηπισ θεμελιον η ειδοσ υποδηματοσ η τουσ ποδασ κρατουσα υποβωθρα. miror: ꝙ quidam poeta primã corripuerit: sed fuit qr η. in ε. mutauit scđm dialecticos linguaꝝ. Pers. vero ostendit fuisse grecũ cũ ait. Non hic qui in crepidis graiorũ ludere gestit. Hui⁹ dimi. est crepidula. Gel. lib. xiij. Crepidas ⁊ crepidulas id genus calciamenti appellarũt: quod greci κρηπιδασ vocant. Et paulũ supra. Oia inquit ferme id gen⁹: qbus plantaꝝ calces tm̃ in fine tegunt: cætera ꝓpe nuda ⁊ teretibus habẽtis iuncta sunt soleas dixerũt. nõ nunq̃ voce greca crepidulas. Hora. in ser. Chrysippus dicat sapiens crepidas sibi nunq̃ Nut soleas fecit. Quidã hoc nomẽ a crepitu hoc est a sono quẽ ambulando reddunt: dicunt appellatum.

¶ Crepidarius ij. qui crepidas ꝯficit. Crepidari⁹ a. um. qđ ad crepidas ꝑtinet. Gel. Sẽpronius asellio. libro reꝝ gestaꝝ. xiiij. Crepidarium inquit cultellũ rogauit a crepidario sutore.

¶ Crepido pen. pro. significat oram terræ quã aqua alluit. Ex hoc appellata ꝙ ibi aqua alluens crepitat cũ currit: aut vndas appellit. Col. li. ix. Prætaciũtur in girũ moles. Sic em̃ maris atrocitas obiectu crepidinis frangit̃: ⁊ in tranquillo ꝯsistens piscis sedibus suis nõ exturbat̃. Per trãslationẽ vero ⁊ putei extremã oram q̃ ad ipm̃ puteũ respicit: q̃ vulgo dr̃ os putei et editioris cuiusq̃ loci extremitatẽ solemus crepidinẽ appellare: vt apud Hiero. In crepidine vię. Sen. Quis crederet iacẽtẽ sup crepidinẽ Mariũ aut fuisse: aut futurũ ꝯsulẽ? Vñ etiã ꝓ abrupti saxi altitudie ponit̃. Virg. lib. x. Forte ratis celsi ꝯiuncta crepidine saxi. Expositis stabat scalis ⁊ ponte parato.

¶ Crepo as. pui. pitũ. Vñ crepitus. crepare sonare. Plau. in mene. Dic mihi nunq̃ tibi intestina crepãt? Cui ille rñdet. Vbi satur suꝫ nulla crepitãt: qñ esurio crepant. i. murmurant ⁊ sonãt id qđ intestinis inanibus accidere solet. Per translationẽ ponit̃ ꝓ dolere queri: accusare. Hora. lib. i. Car. Quis post vina grauẽ militiã aut paupiẽ crepat. Itẽ ꝓ ferire. Cic. li. iij. offi. Itaq̃ si vir bonus habeat hanc vim: vt si digitis ꝯcrepuerit: possit in locupletũ testamenta nomẽ eius irripe. Itẽ ꝓ frangi. Virg. Et acuto murice remi Obnixi crepuere. Item ꝓ incitare. Turpil. Age tu hymeneũ increpa. Hinc ꝯponunt̃ cõcrepo ꝑsono. Hier. in Iosue. Buccinis oia ꝯcrepabant. Increpo. ꝑcrepo valde crepo. Cice. in Ver. Locum istum lictoris ꝑcrepare totum mulieꝝ vocibus cantuq̃ symphoniæ. Et habent pen. cor.

¶ Crepito as. p. cor. de cymbalis ⁊ hm̃oi dicit̃: huius et de alijs rebus dici possit ꝓ crepitum facere. Aug. libr. xxi. de ciui. dei. Eundemq̃ faceret aqua velut in igne crepitare.

¶ Crepitus sonit⁹ ⁊ ꝯcussio q̃ ex impulsu resultat: vt pedentis: quos stoici liberos esse aiũt. Plau. in Cur. Vbi quid surripuere opto capitulo calidũ bibunt tristes atq̃ ebrioli incedunt: eos ego si offendero ex vno quoq̃ eoꝝ eijciã crepitum polentariũ. Et crepit⁹ plagarum dixit Cic. in verrinis.

¶ Crepitaculum sistrum: instrumentum quod manibus ꝑcussum reddit sonum.

¶ Crepitulum ornamentũ capitis: quod in capitis motu crepitum facit.

¶ Creperus a. um. pe. cor. idẽ quod dubius. Vñ creperum bellũ anceps ⁊ dubium. Et senes decrepiti in dubio vitę ꝯstituti.

¶ Crepusculũ lux dubia q̃ fit ante solis ortum: ⁊ ante occasum: a crepero. qr tũc multis dubiũ est: sit an iam nox. Ply. Oriente sole aut occidente matutini vespertiniue cognoiari: prout alterutris eoꝝ mane vel crepusculo ꝯtingit. Col. li. vij. Iuxta ꝯseptũ saxis ⁊ canalibus sal supiectus ad quẽ saturę pabulo libẽter recurrunt cũ pastorali signo quasi receptui canit̃. Nam id quoq̃ semp crepusculo fieri debꝫ: vt ad sonũ buccinæ pecus si qđ in syluis substiterit septa repetere cõsuescant. Luc. Longa repcusso nituere crepuscula phœbo. Hinc crepusci apud Sabinos nolati qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vespertinam crepusculas centum dixit.

¶ Crepundia dicunt̃ prima munuscula: q̃ dant̃ pueris: vt sunt faciolę/lintheoli/vestes/bullę/coralia/ensiculi/crepitacula ⁊ puerilia ornamenta hm̃oi: quibus pueri nutricant̃ a crepando. i. tinniendo dicta: qm̃ infantes hm̃oi crepitaculis maxime gaudent. Plaut⁹. Sunt crepundia? Ecca: video. qua facie sunt? Ensiculus aureolus primũ: litteratus post: altrinsecus securicula anceps. Itẽ aurea lr̃a: post hæc sicula argenteola: ⁊ duę ꝯnexę maniculæ ⁊ sucula ⁊ bulla aurea est quã pater dedit mihi natali die. Ply. li. ix. Semestris locutus est Crœsi filius in crepundijs: quo prodigio totum id ꝯcidit regnum.

¶ Cresco crescis. creui. sicut cerno: crescere augeri est. Iuue. Crescit amor nũmi q̃tum ipsa pecunia crescit. Hinc crementũ pro augmento. Huius ꝯposita sunt Accresco/adaugeor. cõcresco simul cresco ⁊ ꝯiũgor. Vñ ꝯcretum ꝯglutinatũ. Virg. Multa diu cõcreta modis inolescere miris. Idem. Cõcrescunt subitę currenti in flumine crustę. i. ꝯgelascunt. Decresco diminuor. Hiero. lib. 2. Re. Domus Dauid ꝓficiens: ⁊ semp seipsa robustior. Domus aũt Saul decrescens quotidie. Excresco: Incresco valde cresco: Idẽ li. i. Reg. Increuerũt serui qui fugiunt dños suos. Vñ incrementum. Recresco rursus cresco. Plynius lib. ix. Circa toronem vesci illis auulsas etiam aiunt ⁊ ex relictis radicib⁹ recrescere. Succresco inferi⁹ vel pau=

latim cresco. supercresco.

¶ Creta æ. ⁊ crete. es. insula in medio pōto centū vrbium fama clara: quę vt scribit Strab. a septētrione ægęo alluit simul ⁊ cretico pelago: ab haustro aphro. Ad occidentē egilā ⁊ cythera spectat. Ad orientem carpathon. Habet in lōgitudine. cclxx. mil. paſ. in latitudine quinquaginta mil. Circuitus eius. dlxxxix. mil. paſ. ꝯplectit. Insignes in ea vrbes sunt: cortina cydonea: Gnosum Minois regia: vt Strabonis chorographi patria: Nullū in creta aial noxiū est: optimiqꝫ vini feracissima ē. De qua Virg. Creta Iouis magni medio iacet insula pōto Mons idęus vbi ⁊ gētis cunabula nrę Centū vrbes habitāt magnas vberrima regna. Dicta est creta ab habitātibus curetibus ⁊ p syncopā creta. Alij dicūt cretā dictā a crete quodā Iouis filio curetū Rege. Alij a crete nympha Hespidis filia. Arrianus nō a crete sed a creo cretis gtm̄ faciente noiatā dicit. ab eo q̄ Iouē abscondit in monte Lycęo. Vñ cressa tm̄ fœ. ge. i. cretēsis. Similiter cressęus ⁊ cressius. Sunt aūt hęc noia q̄ ex maſ. fœmininū ad similē formā mittunt. s. creo cressa. Libyx libyssa. Phœnix phœnissa: Magnes magnessa. thraix thraissa. Tibul. Etiā phœbo gratissima dona Creo tulit. Auso. Pręperib⁹ pennis sup aera vectus hō creo. A crete vero fiunt creticus ⁊ cretensis Creta etiā dicit terra tenax: a creta insula in qua melior est vel a crescendo: qm̄ ꝓprietas eius est: vt in macerādo crescat qđ in primis cretæ vmbricę accidit: quā vocant saxū q̄ nō nisi poliēdis vestibus adhibebat dūtaxat cādidis. Erant ⁊ cimoliæ cretę duo gñа: candidū vnū: ⁊ alterꝫ ad purpurissum inclinans: vtcūqꝫ vestib⁹ aptum. hac medici aduersus morbos vtunt. Laudat ⁊ creta thessalica. Item q̄ argentaria appellat nitorē argenteū reddens. Vilissima creta qua pedes venalitū trās mare ad vectorē notare mos erat. Vñ cretat⁹. Iuue. Nup in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

¶ Creticus a. uꝫ. qđ ex creta insula est: sicut ⁊ cretensis. vñ dicim⁹ creticū pelagus: siue cretēse. Creticus etiā iudicās siue arguēs dr. κριμω/γαρ λεγέται: delibero iudico. Iuue. Critice pelluces. Et medici dies criticos vocant iudicarios in qbus. s. de ęgritudinis rōne ferri iudiciū pōt a nris decretorius dr.

¶ Creticū substantiuū gen⁹ pedis est: q̄ ꝯstat prima ⁊ tertia longis. Alio noie Amphimacrus.

¶ Cretęus a. uꝫ. quod ex creta terra est. Ouі. Strataqꝫ cretęam bęlua strauit humū

¶ Cretatus a. um. quod est creta inspersum. Plyni⁹ Tantūqꝫ nō cū laureatis fascibus remitti illo: vñ cretatis pedibus aduenissent.

¶ Cretosus a. um. quod est creta plenum.

¶ Crene gręce: fons latine. Vnde hippocrene: equi fons dicitur.

¶ Crenæ sunt incisurę: a quibus crenata herbarꝫ folia vocāt. Hoc est serrata: sectaqꝫ per ambitū. Hodie quoqꝫ multis locis signa: quib⁹ agrestes numerꝫ aliquē in ferulis descriptū habent: crenę appellant. In sagitta quoqꝫ partis extremę sectio: in quā neruus inserit arcū tendere volentibus: crena dr. Sed ⁊ in ipō arcu sūma cornua crenas suas habent: in quibus collocatur sedetqꝫ neruus.

¶ Creontes nomen corinthiorꝫ regis: qui Creusam filiam Iasoni desponsauit. De quo Sene. in Medea. Alter fuit Thebanus Iocasti œdipi Regis Thebanorū vxoris pater. Fuerūt ⁊ alij hoc nomine

¶ Cribrum instrumentū ex pellibus suillis ⁊ plurimū crebris ꝑtusum foraminib⁹ ad frumenta purganda: Gręce dr λικμος και λικμαω. Apul. Aspernati latrones clamorē absonū meū cędētes huic inde miserum coriū: nec cribris iā idoneū relinquunt. Sunt ⁊ cribra q̄ e setis equorꝫ farinę a furfurib⁹ seperandę gratia facta sunt. Farinaria setacea ⁊ subcernicula dicuntur. Sunt excussoria e lino ⁊ pollinaria a polline: q̄ a nōnullis ab incernēdo cernicula dicta sunt: quibus frumēta emundamus.

¶ Cribro as. purgo. Cribramus eñ triticū ⁊ hmōi: vt a puluere ⁊ rebus imundus secernat.

¶ Cribari⁹ a. uꝫ. qđ ad cribros ptinet. Plyn. li. xviij. Itē cribraria q̄ simili mō in tertio remāsit cribro.

¶ Crimissus sicilię fluuius. græce κριμισσος.

¶ Crimen ꝓprie dr delictū. Sene. Vitā agens simplicē rectā sine crimine. Aliqñ crimē appellat id qđ p ꝯtentionē alicui obijcit ⁊ obtrectatio. Vñ criminari dicimus. Cic. Hęreditatē mihi negasti obuenisse vtinā hoc tuū verum crimē esse. Et sic dr a cerno: sicut a discerno discrimen. Virgi. Dissice ꝯpositā pacē. sere crimina belli. i. ꝯtentiones ⁊ iurgia: ex quib⁹ bellum oritatur. Aliqñ ponit pro falsa suspitiōe. Idē. Formidine crimen acerbat. Aliqñ ꝓ causa: vt apud eundeꝫ. Et crimine ab vno Disce oēs.

¶ Criminosus a. um. ꝯtentiosum/ꝯtumeliosum ⁊ crimen inferens. Aug. li. x. con. Nec illa res me copiosū faciat: nec illa criminosum. Colu. lib. i. Criminosum tñ senatori fuit supra q̄nquaginta iugera possedisse.

¶ Criminale qđ est criminis: vt criminalis causa.

¶ Criminari est culpare/accusare: ꝯtumeliose reprę hendere. Et dicimus criminor te furti illi vel apđ illū Teren. Hanc metui ne me criminaret tibi.

¶ Crines capilli a discretione dicti: q sint discreti: hoc est απο του κρινειν.

¶ Criniculi: vt docet Aug. sup p̄s. sunt qui fiunt intorquendo. Ambr. li. de paradiso. Nā si Eua: hoc est sensus primę mulieris accēsas habuisset faces nunq̄ ꝑuaricationis suę criniculis nos implicasset.

¶ Crinire est crines emittere. Vñ crinitus a. um. qđ multos siue longos crines habet. Virg. Crinitus Iopas. Transfertur etiā ad arbores. Vñ a Papinio dictū ē. Crinit arbos ꝓ eo qđ est frondescit.

¶ Crisis latine dici pōt iudiciū. Vñ Catacrisis diiudicatio. Chrysos cū h. ⁊ y. significat auruꝫ: Crysostomus q̄si os aureū. Chrysos sine h. obscōditū denotat.

¶ Criticus pen. cor. iudicans siue arguens. απο του κριμω delibero iudico. Vnde poetarum interpretes: quos postea grāmaticos dixerunt. critici. i. iudiciales dicebant qui iudicabant de poematibus quasi iudicantes ⁊ arguentes. Vnde Ser. sup. xi. Aen. dicit. Critici culpant hoc loco. Et critici dies vocantur a medicis iudiciarij: in quibus de ægritudinis ratione ferri iudicium potest: quos nostri decretorios vocare possunt.

¶ Crissare pędicare ⁊ ceuere: nō nisi magno cū pudore exponi pñt. Est eñ primū mulierū apte se motātiū dū in re venerea sunt. Iuuen. Frictū crassantis adorat. Alterꝫ masculorꝫ dū pędicantur. Mar. Sed pędicantur sed pulchre neuole ceues. Ceuere etiā adulātium gestus significat. Persi. An romule ceues.

¶ Crisa nomen oppidi: quod Crisus phoci filius cōdidit. Hinc Crisęus sinus. Sunt ⁊ alię vrbes hoc nomine appellatę.

¶ Crito nomē philosopi atheniensis qui ita Socratem amauit: vt nunꝙ aliquid ex iis quæ sunt ad vitaȝ necessaria ipsi deesse passus fuerit.

¶ Critobolus fuit medic⁹: de quo Ply. li. vii. inquit. Magna ⁊ critobolo fama est extracta Philippi regis oculo sagitta ⁊ deformitate oris curata orbitate lumi

¶ Critias phūs fuit q̃ dixit aīam esse sanguinē (nis sicut ⁊ multi alij. Vñ Virgi. Purpureā aīam nolauit. Orige. lib. ij. periarchon. Sanguinē olim aīalium animā ipsorū esse euidētissime demonstrat: ex illo qđ scribitur. Non manducabitis sanguinē: quia anima totius carnis sanguis est.

¶ Crocū venatorē fuisse dicūt precibusꝗ musaruȝ in astra relatū. Et pro sagittario ponitur.

¶ Crocus: puer ⁊ flos: qui safranū dicit̄. Crocū herba. hinc croceus a. um. ꝑ colore qui vulgo đr gialdus vt vestis crocea. Idē color etiā flāmeus đr. Ply. Lutei video honorē antiquissimū in nuptialib⁹ flāmeis totum fœminis ꝯcessum.

¶ Croccatus a. um. quod est crocei coloris. Unde dicimus pannum croceatum.

¶ Crocotulę vestes crocei coloris. Plau. Pathagiatam caltulam aut crocotulam. hę vestes etiā crocotæ appellantur.

¶ Crocin⁹ a. uȝ. idē qđ croceus: qđ est lutei coloris

¶ Crocinū pe. cor. vnguentū qđ crocomegma dicit̄. Fiebat ex croco trito ⁊ vino ꝓcipue dulci Hoc Romani nō solū corpora sed ⁊ pulpita spargebant. Proper. Pulpita solēnes nō oluere crocos.

¶ Crocatarius hmōi vestiū infector. Plau. Qui incedunt infectores crocatarij.

¶ Crocodilus pe. ꝑ. aīal quadrupes quasi croceus: quia crocei coloris ē: vel ꝙ crocū fugiat: ꝙ mella cōficientes in egypto sternūt me mel absumant crocodili: qm̄ mirū in modū eo delectant̄. Hic præ oīb⁹ eximiosit maximus. Ex ouo em̄ ad duo ⁊ viginti cubitos excrescit. Quattuor menses hyemales nō comedit: et sola bestiaꝝ nō habet linguā. De hoc Horati⁹. Stercore fucat⁹ crocodili iāꝗ subādo Fuit ⁊ crocodilon oppidū arsinoe postea dictū siliter ⁊ flumen.

¶ Crocodilon ex eo dictum autumant: ꝙ κροκον δειλει. i. ꝙ crocū fugit ac eius odorē reformidat. Ex genere amphibio ē. Viuit em̄ in terra ⁊ in aqua hui⁹ stercus medicamentū est faciei crocodilean vocāt vt Plynius ⁊ Galenus testantur.

¶ Crocotillū veteres valde exile dicebant. Plaut⁹. Extortis cum crocotillis crusculis.

¶ Crocinū pe. cor. genus vnguenti. de quo Ply. lib. xiij. Prop. Et crocino nares murrheus vngat onyx.

¶ Crocare ⁊ crocire verba factitia a voce corui. a q̃bus crocatio ⁊ crocitus us. pe. pro. Et crocito as. frequentatiuum. Plau. Simul radebat pedibus terraȝ et voce crocitabat sua.

¶ Crotalum pe. cor. grece κροταλον crepitaculū instrumentum musicū: quo egyptij in deoꝝ cerimonijs vtebantur. Pulsant̄ aūt laminis quibusdā crotala ex ære rotundis sonū ex collisione reddentibus a pulsatione dicta: κροτον: latine plausum: et κρουειν pulsare atꝗ ꝑcutere. Sunt qui dicunt crotalū esse anulum æreū qui ferreo baculo ꝑcutiebat̄ ad sonū fistulę reddendū. Virgili. de coppa. Crispum sub crotalo docta mouere latus

¶ Crux furca siue patibulū in quo dānati figuntur. Hanc veteres Gabalū vocauere. Var. Nos barbari ꝙ innocētes in gabalū suffigimus hoies: vos nō barbari ꝙ noxios absoluitis. Hinc

¶ Crucio as. a quo cruciatus ⁊ crucifigo is.

¶ Crucium vinū insuaue: ꝙ bibendo cruciet.

¶ Crudus a. um. recens atꝗ acerbū: vt crudum vulnus. i. recens: ⁊ quasi adhuc cruentuȝ: a quo recrudescere dicimus quasi renouari ⁊ ad pristinā acerbitatē redire. Et crudū dicimus in passiua significatiōe: qđ nō est coctū a similitudine crudę carnis q̃ adhuc cruēta est. Similiter cruda poma dicunt̄ q̃ acerba atꝗ immatura sunt. Cic. Poma q̃ cruda sunt vi auellunt̄: q̃ aūt cocta ⁊ matura: decidūt. Itē crudi cibi q̃ indigesti ⁊ nōdum ꝯcocti sunt in stomacho. Iuue. Et crudū pauonē in balnea portas. In actiua vero significatione: vt crudus homo: cuius stomachus nō facile ꝯcoquit. Quinti. Crudo oratori declamandū non putat Cic: Quod in cœnā nō veniret ꝙ eēt crudior. Et crudus dicitur qui est truci ꝯspectu. Hinc cruditas. Colu. lib. vij. Cruditatis signa sunt crebri ructus ac vētris sonitus: fastidia cibi.

¶ Crudescere est crudū fieri: a crudeo es. Inde Incrudesco ⁊ recrudescere.

¶ Cruor sanguis qui ex aliquo vulnere spargit̄.

¶ Cruento as. cruore inficio. Hiero. Pauimenta patris sanguine cruentata.

¶ Cruentus a. um. qđ cū cruore est: vt cruenta victoria. Sal. Cauete ne aīam amittatis: neu capiti poti⁹ sicut pecora trucidemini: sꝫ virorum more pugnātes cruentā atꝗ luctuosam victoriā hostib⁹ relinquatis. Huius ꝯtrariū est incruētus a. um. qđ est sine sanguine. Idē. Neꝗ tamen exercitus populi Ro. lętam aut incruentam victoriaȝ rettulit. Aliquando cruentus ponitur ꝓ crudeli: vt cruenta vox: ⁊ cruenta oratio.

¶ Crudelis a cruore: qui est imitis asper.

¶ Crudaria argenti vena q̃ in sūma reperta est.

¶ Crumena pe. pro. loculus. a κρεμαω suspēdo ꝙ plæruꝗ suspensa gestetur. Quidā cū h. scribunt απο του χρηματος quę est pecunia. Iuue. Quis em̄ te deficiēte crumena. i. pecunia ꝯtinens pro ꝯtento.

¶ Crumenula diminutiuū est.

¶ Crus tibia ꝙ illo curramus. Sunt aūt crura a genibus vsꝗ ad inferiorē pedē nō æquali mō ducta sed teretibus suris extātibus sensimꝗ tenuatis firmata Tibia est os. Sura caro posterior. Crus ex sura ⁊ tibia ꝯstat. Cuius diminutiuū est crusculū. Mar. Pectus cicadæ crusculumꝗ formicæ.

¶ Crustuminū oppidū iuxta Veios: a quo crustumini dicti: ⁊ crustumina trib⁹: ⁊ crustumina pyra q̃ ⁊ crustumia dicuntur.

¶ Crustumia pyra sūt ex ꝑte rubētia putāt̄. glatiola nūc dicta a crustumino oppido sic appellata. Virg. li. ij. ge. Crustumijs sirijsꝗ pyris grauibusꝗ volemis.

¶ Crusta est pars exterior eorū q̃ nō comedunt̄: vt vitri marmoris ligni gelu ⁊ hmōi. Vñ icrustare marmore dicimus parietes q̃ externe tabulis marmoreis vestiunt̄. Virg. lib. geor. Concrescūt subitę currenti in flumine crustę. Ply. Crustas parietū excisas tabulis marginatis inclusas esse. Huius dimin. est crustula. Iuue. Nos colaphū incutimus lambēti crustula seruo. Crusta etiā dicitur quā vuln⁹ seu vlcus ducit: qñ solidatur: qua detracta fere remanet cicatrix.

¶ Crustū est eorū q̃ comedunt̄: vt sit pars panis vel placentę vel alterius edulij. Virg. Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vñ ꝑ diminutionē crustu-

lum. Hora. Ut crustula blandi doctores elementa velint vt discere prima. Qd genus dulciarii esse putat Porphirio. Inueniũt tñ crusta & crustula dici de iis q̃ comeduntur. Hier. in Exo. Tolle panes azymos & crustulã absq; fermento. Uar. de lin. lati. Crustulũ a crusta pultis: eo q vt coriũ exuitur crusta dicta.

¶ Crustare a quo incrustare: significat crustã ducere seu applicare. Unde crustati parietes. i. crusta marmoris intecti. Secabant enim marmora in laminas: et parieti apponebant. Prim⁹ apud Romanos Mamura eques domus suę parietes legitur e formiis in cælio monte operuisse. Hinc vasa quę vitreis crustis tecta sunt: crustata dicuntur.

¶ Crustarius qui incrustat. Plyni. Habuit & teucer crustarius famam.

¶ Crustarius a. um. qd ad crustas ptinet. Unñ crustarię tabernę quibus crustata opera vendunt

¶ Crypta subterranea cauerna: vel testudo: ab κρυπτω verbo greco quod est occulto. Iuue. Et solitus medię cryptam penetrare suburrę.

¶ Cryptoporticus nomẽ ɔpositũ ex greco latinoq;: & significat subterraneas porticus cũ amplis fenestris qbus refrigerãdi gratia p ęstatẽ vtimur. Potest etiã dici porticus vndiq; septa & quasi sepimento parietũ abscondita tanq; subterranea. Ply. in epl'is. Subest cryptoporticus subterraneę similis ęstate incluso frigore riget: ɔtẽtaq; aere suo nec desyderat auras nec admittit. Hinc crypticus a. um. qd significat occultũ & subterraneũ. Sidon. Potẽs antiquitus crypticis arcubus fornicauit. Jul. Firmicus crypticos homies appellat secreta fideli taciturnitate custodiẽtes

¶ Crystallus fœ. ge. & crystallũ dr ex κρυος qd ẽ gelu σελλω ɔtrabo: ita vt gelu ɔcretũ crystallũ dicat. Nã vt scribit Ply. ex gelu vehemẽtiore ɔcreto nascitur. Nõ alibi certe repit q̃ vbi hybernę niues rigent: glaciẽq; esse certũ est. Hinc cristallinus a. um. penu. cor. Mar. Frangere dũ metuis crystallina frangere peccas. Juu. Grandia tolluntur crystallina maxia rursus Murrina: deinde adamas notissimus & beroniceo.

C ante T.

¶ Ctesiphon pe. cor. nomẽ architecti q̃ templũ Dianæ ephesię tradit extruxisse op⁹ mirabile & toto orbe celebratũ: qd postea ab Erostrato incensum fuit hac tñ de causa: vt ob aliqd facin⁹ noiaret: rursusq; ornamentis muliebribus collatis ædificatũ. Uide in dictione Ephesus. Itẽ Ctesiphon locus parthorũ. Stra. li. xvi. sic hz. Prope Seleuciã vicus maxim⁹ est noie & re ctesiphon in quo parthorũ reges hyemabãt. Hic vicus ciuitatis potentiã ac magnitudinẽ habz adeo vt parthorũ multitudinẽ & apparatũ oẽm recipiat ac venalia ac necessaria artificia illis suppeditet. Quin et Ctesiphontẽ babylonici regni caput fuisse. Plyn. lib. vi. scribit.

C ante V

¶ Cubo as. bui. ltũ. Quis cubatio nõ cubitio: sicut & eius ɔposita q̃ tã primę q̃ tertię ɔiugationis inueniũtur: vt Accubo as. & accũbo is. Decubo as. & decũbo is: Incubo. as. & incũbo is. Recubo bas. & recũbo is. Occubo as. & occũbo is. Uirg. Nec adhuc crudelib⁹ occubat vmbris. i. iacet mortuus. Idẽ. Seu versare dolos: seu certę occũbere morti. Secubo as. & secũbo bis. quod est seorsũ seperatus cubo. Proper. Miles depositis annosus secubat armis. Liui. li. xxxix. Per locũ adolescẽs vetat eã mirari si p aliquot noctes secubuisset religionis se causa: vt voto pro valitudine sua facto liberet. Habet tñ cũbo aliqua ɔposita q̃ nõ habet cubo: vt discũbo: qd est cibi capiendi gratia iaceo nõ discubo. Procũbo nõ procubo. Similiter cubo habet aliqua ɔposita: q̃ nõ habet cũbo: vt Excubo nõ excũbo. Supcubo: nõ supercũbo. Est aũt cubare iacere: & pprie ęgrotorũ est. Hora. Cubat hic in valle quirini. i. ęgrotat sicut interp̃tes exponũt. Idẽ Trãs tyberim longe cubatis ppe Cesaris hortos. Cic. li. ij. tus. Itaq; narrabat eũ grauiter & copiose de ipso nihil esse bonũ nisi qd honestũ esset cubantẽ disputasse. Col. li. vij. cubitorẽ bouẽ appellat qui sæpe discũbit. ex pulcaci ɔtumacia. Qd quidẽ vitiũ fame & siti tollẽdũ esse censet nõ igni aliisve tormentis

¶ Cubito as. frequentatiuũ. Ci. p Cęlio. Et ppter nocturnos quosdã manes metu tecũ semper pusio cũ maiore sorore cubitauit.

¶ Cubatus us ipsa cubandi actio. Ply. Si in cubatu tonuerit: omnia pereunt.

¶ Cubile pe. pd. lectus: q in eo cubetur. Et cubilia loca in quibus feræ cubant.

¶ Cubiculũ locus in quo cubile sternitur: vt ibi sup cubetur. Sene. ad Lucil. Quid prosunt multa cubicula: In vno iacetis.

¶ Cubiculari⁹: qui in cubiculo ministrat. Cic. Hic vestri ianitores: hunc cubicularii diligunt.

¶ Cubiculare: qd ad cubiculũ ptinet: vt vestis cubicularis: qua in cubiculis vtimur: & cubicularis lect⁹, apud Cice. lib. v. Tus. legitur.

¶ Cubitus & cubitũ vtroq; mõ dr curuatura brachij vbi lacerto iungit: & accipit a Ply. lib. vij. Inuenim⁹ in monumentis Salaminę Cautimenos filiũ in tria cubita triẽnio accreuisse p mensura cubiti. Hiero. li. iij. Reg. Domus quã ędificauit rex Salomon dño habebat. lx. cubitos in longitudine. Aug. Qui inde nõ vident ɔputare nisi trecẽta cubita lõgitudinis. Constat aũt cubitum ex sex palmis: digitisq; xxiiij. vt auctor est Uictru. li. iij. Sesquipes hoc est pes vnus cũ dimidio facit cubitũ. Pes est sexta pars altitudinis in corpe nostro. cubitus quarta. Est p̃terea cubitus regius q̃ maior est ɔmuni cubito tribus digitis sicut refert Herodot⁹ li. i. Est & cubitus geometric⁹: q tm̃ valet q̃tũ sex nostra cubita: vt Orige. Augustinusq; tradiderũt. Cubitus in corpore humano est: in quo decens flexura brachiorũ sic dictus q supra eũ cubare soleamus. A cubitus p mẽsura fit adiectiuũ cubitale. Inuenit etiã substantiuũ cubitale p ornamento cubiti. Hor. in ser. Ponas insignia morbi. Fasciolas cubitale focalia.

¶ Cubus: vide in dictione Thessera.

¶ Cubo as. pe. cor. pprĩũ est vocis noctuę. Ouidi⁹. Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

¶ Cucurio is. pe. pro. gallorũ pprĩũ est. Idẽ. Cucurire solet gallus: gallina gracillat.

¶ Cuculus pe. cor. & cucullus p duplex ll. auis nota Mar. Quis per plures cuculus cantauerit annos. Hora. in Ser. Cui sępe viator Cessisset magna compellans voce cucullũ. Cucullus etiã genus vestis est Iuue. Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos. Unde cõstat fratres nros Eremitanos male vti hoc vocabulo cuculla fœ. ge. Sunt qui accipiant cu-

cullum p nautico aut rustico tegmine ad arcēdas plu
uias. Col. Cultā vestitāq; familiā magis vtilit q̄ de-
licate habeat munitā diligēter a vento pluuiaq;: quę
cuncta phibent pellibus manicatis/centonibus ꝯfe
ctis: vel sagis cucullis. Iuue. Contētusq; illic vene-
to duroq; cucullo. Suidas. κοκκυξ. i. Δοσ ορνεον οπαρ
κρι μ κουκκοσ. Itaq; cū cuccus grecū sit nomē: cuccu
lus est dactylus duplo cc. in prima.
¶ Cucullio vt Iuli. Capitolinus docet ē genus pilei
viatoriū quo capite obtecto vagari nocte solēt. Apd
Catonē de re ru. videt accipi p cucullo cū inqt. Quę
opera p imbrē fieri poterint: nouos fieri centones cu
cullonesve familiam oportuisse sarcire.
¶ Cucumæ p.c. vasa ęnea sunt ad calefaciendū aquā
Amb. Dij tui aut ærei sunt ex qbus cucumę meli⁹ fiūt
ad vsus hoim. Petronius arbiter in saty. Frangitur
ceruix cucumę ignēq; valescētē restringuit.
¶ Cucumer ⁊ cucumis pe. cor. a curuore dr. Virg. in
geo. Cresceret in ventrē cucumis nec sera comantez
Cucumeres quasi curui meres. Hi pepones etiā di-
ci putant q in cibis impēsius refrigerant: aluūq; mo-
liunt. Sed Hier. in lib. numeri diuersos ostendit cu-
cumeres ⁊ pepones cuz ait. In mentem nobis veniūt
cucumeres ⁊ popones.
¶ Cucumerarium locus: in quo sunt cucumeres: vt
apud Esaiā. Derelinquet filia syon: vt vmbraculum
in vinea: ⁊ sicut tuguriū in cucumerario. pro tugurio
Cyprian⁹ custodiariū posuit. Solet em̄ fieri tuguria
culū in quo custos vigil obseruat ne cucumeres aufe
rautur ex cucumerario.
¶ Cucurbita: ppꝛie auguria est. Sed apud Celsum
cucurbitā ⁊ p diminutionē cucurbiticulā eā appella-
ri legimus: q nūc vulgo ventosa dicit. Hac vtunt me
dici ad sanguinē leui sacrificatione educendum.
¶ Cudo is. cusi. ⁊ cudi a cędendo: vt qbusdā videtur
Virg. Ac primū silicis scintillam excudit achates.
Ser. i. feriendo elicit. Nā cudere ferire ē. Vn̄ ⁊ incus
dicit q illic aliqd cudamus. i. feriamus. Cudit pecu-
nia dū imprimit. Terē. in heau. Argentū cudo qd ti
bi dem. Hier. per trāslationē cudere p ꝯponere vsus
est. Cū ⁊ eandē inquit in multis festiuitatibus multo
rū sctōꝝ patrū studia miro cuderit eloquio. Passiuuz
ptulit Ter. in Eu. At em̄ in me istęc cudet faba. Qd
est in me hoc malū recidet: in me hęc vindicabit culpa
Ut laborat solū in quo cudit. i. batuit faba cū siliquis
exuit. Vel q qdaz male coctā fabā ⁊ q̄ nō maduerit: sz
dura pmanserit supra caput coqui velut ipsi irati gra
nū saxo ꝯminuūt: tū vniuersuz malū ad coquū puenit
Huic⁹ ꝯposita sunt Accudo: Excudo: Incudo: Procu
do: pcudo ⁊ recudo: qd est itez cudo. Var. Ut hi solēt
qui vetera metalla recudunt: ⁊ habet pe. pro.
¶ Cuso as. frequētatiuū a cudo: a quo accuso: Excu
so: incuso ⁊ recuso.
¶ Cuias significat vnde: ⁊ nō tm̄ patriā gentē: natio
nēq; innuit: vt apud Cic. li. v. Tus. Socrates quidē
cū rogaret cuiatem se esse diceret. Mundanū inquit
Totius em̄ mūdi se incolā ⁊ ciuē arbitrabat: sz etiā p-
tes ⁊ sectā: vt cuiates philosophi vos estis: stoyci ne
an epicurei? Sic nras ⁊ vras. Ci. Nō solū etiā ista ve
stra oratoria sed ⁊ hęc etiā leuia nostratia. Dicit ⁊ cu-
iatis cōi gnē. Vn̄ apd Plau. frequēter legit. cuiatis
est? i. cuius patrię ⁊ gētis. Actius. Qui neq; cuiatis
esset nunq̄ potuimus multa rogitādo scire.
¶ Cuius a. uz. qd antiqui p q. quius scribere solebāt
refertur ad personam hois. Virg. Dic mihi damœta
cuiuz pecus? an melibœi?
¶ Culcitra ad quietē parat: dicta q in ea tormentuz
vel sagū aliudve qd inculcet. Non est ergo q̄ sup nos
habet cū dormim⁹: sed sup quā quiescim⁹. Ci. lib. iiij.
Tus. Eripiam⁹ huic ægritudinē: quo mō collocem⁹
in culcitra plumea psaltriā abducamus.
¶ Culex gnāli noie vermiculi parui alati culices di-
cunt. Hos greci canopas vocant. Vn̄ ⁊ canopęū.
¶ Culeus vter siue saccus lino vel canabe: vel corio
factus: ab occulēdo. i. claudēdo: Eo vtimur a portan
da frumenta. Ply. li. vij. Iunius valens meruit in p-
torio diui Augusti centurio vehicula cum culeis do-
nec exinanirent sustinere solitus. In eo etiā scelestis
simi hoies cū simia ⁊ gallo ⁊ serpēte inclusi in mare ia-
ciebant. Vn̄ Iuue. Quis tā pditus vt dubitet Sene
cā pręferre Neroni. Cuius supplicio non debuit vna
parari Simia nec serpēs vnus nec culeus vnus. Est
et culeus nomē mēsurę ꝯtinētis quadraginta vrnas
vt est apud Ply. ⁊ Col. Hinc sesquiculeare doliū sexa
ginta vrnas capiēs. A greco id nomē tractum. vagi-
nas em̄ κουλεουσ appellant.
¶ Cululus calix fictilis quo in sacris vtebant pōti-
fices ⁊ vestales virgines. Accipit ⁊ p vrceolo. Hora.
Reges dicūtur multis vrgere cululis: Et torquere
mero quē perspexisse laborent.
¶ Culicola sunt cortices nucū viridiū: a similitudine
culeaꝝ qbus oleum aut vinū ꝯtinetur. Quod ⁊ dimi
nutiuū a culeum videtur.
¶ Culus: anus pars posterior et ppꝛie inter clunes
et nates. Virg. seu magis Ouid. in Priap. Ut culum
rugā nō habuisse putes. Mar. Cū sit ⁊ hic culo tritior
ipse tuo. Hic alio noie podex dr. Iu. Et podice leui cę
dūtur tumidę medico ridente mariscę. Culū aūt dici
putant quasi culeon. i. vaginā. Vn̄ in Priap. legimus
Et quod nos culū culeon ille vocat. Quidā a colēdo:
q fœdo libidinis pruritu colitur.
¶ Culigna vas proprie vinarium.
¶ Culina pe. pro. locus in quo coquūtur epulæ quasi
colina a colo is. vt Var. ait q locupletiorē in ea ignez
colam⁹. Iuue. ꝯtinēs p ꝯtento posuit. s. culinā pro ci
bis coctis cū inquit. Sequitur sua quēq; culina. Ibi
¶ Culinarius ⁊ culinor aris. qd est culinā exerceo.
¶ Culmen: qd culmis tegitur: ⁊ ab antiquis culmina
dicta sunt tecta: quia ędificia de culmo. i. paleis e mes
sibus ꝯtegebant.
¶ Culmus frumēti calamus a radice vsq; ad spicam
dictus q colatur: qui ⁊ calam⁹ dicebat. Vn̄ ⁊ columē
primo: postea culmē. Stipula ipsa folia q̄ ambiūt cul-
mū. Dicunt etiā culmi vt docet Var. qui in sūmo cam
po nascunt: q summū culmen teneant.
¶ Culpa vt Do. inquit est ei⁹: q nesciēs aliquē læsit.
¶ Culter ⁊ cultruz dr. Prop. Et canis in nostros ni-
mis expꝛecta dolores Cū fellenda meo pollice cultra
forent. Fest. Clunaculū est cultrū sanguinariū. Hinc
¶ Cultellū ⁊ cultell⁹ diminutiua. Est aūt culter quo
vtimur in mensa. Iuue. Spectas ⁊ chironomūta vo-
lāti cultello donec peragat dictata magistri Oia nec
sane minimo discrimine refert Quo gestu lepores et
quo gallina secetur.
¶ Cultrarius minister q victimā cultro victimat qui
alio noie dicit victimarius. Sueto. in Cali. Admota
altaribus victimas succinctas pomparum habitu ela
to alte malleo cultrarium mactauit:

¶ Cultus us. ornatus a colo is. cuius ꝯtrariũ est in-
cultus. Amb. lib. hexa. Ea primo est gratia q̃ si desit
tota dom⁹ defozmi horret incultu.

¶ Cum: ꝑpositio copulatiua quoq; iũgitur notanti so
cietatẽ ⁊ ꝯiũctionem animi. vt Sũma cũ beniuolẽtia
sũma cũ hylaritate illũ excepi. Itẽ iũgit ablatiuo: si
comite aliqua ꝑsona quis fecerit quippiã: vt cũ So-
crate ꝓfectus sum. Et mihi cũ illo negociũ est. Et cũ
hoste pugno. In ꝯpositione vero postposita inuenit:
vt mecũ/tecũ/secũ/quicũ/quibuscũ. Interdũ ornat⁹
vel metri causa. Aliqñ aduerbiũ est ⁊ accipitur ꝑ qñ.
Qd quidã quũ scribũt. Et apud veteres quom scribe
bant. Virg. Cũ faciã vitulã ꝓ frugib⁹ ipse venito. Ci
ce. Nõ nihil me ꝯsolatur cũ recordor quãta me ꝯplecte
ris beniuolentia. Iũgitur mõ indicatiuo. vt Cũ di-
co/cũ dicebã/cũ dixi/cũ dicã. Modo subiunctiuo: vt
cũ dicerẽ. Interdũ ponit ꝑ dũ. Ci. Cũ me in aphricã
ꝯtulissem. Interdũ ꝑ quia: et exigit tñ: iũgiturq; sub
iũctiuo. Ci. ꝓ Deiotaro. Cũ in oĩbus causis grauio-
rib⁹ initio dicendi ꝯmoueri soleã: tñ in hac multa ita
me ꝑturbãt. Aliqñ ꝑ qm: siue ꝑ causa. et similiter sub
iũctõ iũgitur: vt cũ inueniã latinos ꝓprio sermõe hec
parũ attigisse conat⁹ sum ꝓ virib⁹. Iunguntur quoq;
cũ ⁊ tũ. Que licet idẽ fere significent: diuerso tñ mõ
ordinãtur. Nã in cũ est quiddã min⁹: in tũ quiddã ma
ius. Et hoc duob⁹ modis fit: vt aut generale ꝑcedat
sequatur speciale/aut ambo sint specialia. Primo mõ
sic. Quint. Quod cũ oĩbus ꝯtendũ est: tũ nobis ꝑci
pue qui rõnez dicẽdi a bono viro nõ seperam⁹. i. oĩb⁹
multũ: mihi aũt maxime. Altero mõ. Idẽ. Quod op⁹
Marcelle victori tibi dicam⁹: quẽ cũ amicissimum no
bis: tũ eximio lfar amore flagrantem dignissimũ hoc
mutuę in nos charitatis pignore indicabam⁹. i. mul-
tũ ꝓpter amorẽ tuũ in nos: plus tñ ꝓpter amorẽ litte
rarũ. Aliqñ etiã cũ ⁊ tũ ꝯiunctiuo iũgũtur. Ci. Graui
teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo cla-
rissimo viro: qui cũ suis virtutibus tũ vero: te filio su
perasset olim fortunas si te ante vidisset q̃ vita dece-
deret. Qñ aũt fit sub duob⁹ verbis fieri debet sub eo
dẽ mõ ⁊ tempore: vt Ci. in principio li. de natu. deoꝝ.
Cũ multę res in philosophia nequaq̃ satis adhuc ex
plicatę: tũ difficilis brute qd tu minime ignoras que-
stio est de natura deoꝝ. Ponit quoq; tũ sine cuz gemi-
natũ vel triplicatũ in rebus parib⁹. Quintil. Nec in-
dignet Herodot⁹ equari sibi Titũ Liuiũ tũ in narrã
do mirę iucũditatis clarissimiq; candoris: tũ in ꝯcio-
nib⁹ supra q̃ enarrari põt eloquẽtem: ita dicunt oĩa
tũ rebus: tũ personis accõmodata. Ponitur nõnũq̃
tũ pro aliquãdo. Ci. Tũ hoc tũ illud argue. i. mõ hoc
mõ illud. Quoq; pro tũc. Virg. Tũ primũ nostri cacum
videre trementẽ. Quoq; est aduerbiũ ordinis ꝑ dein-
de. Idẽ. Aeneas matri Eumeniduz: magneq; sorori
Ense ferit sterilẽq; tibi ꝓserpina vaccã. Tũ stygio re
gi nocturnas inchoat aras. Quoq; ꝑ pręterea. Idem
lib. iij. Tũ vox tetrum inter odorẽ. Sunt qui distin-
guãt: vt quãdo ꝑpositio est: cum c. scribi debeat: quã-
do aduerbiũ seu ꝯiũctio cũ q. Sed cũ ratio non sit sa-
tis põderosa: iaz doctoꝝ vsus obtinuit: vt cũ c. semꝑ
scribatur. Quare vnusquisq; prout voluerit scribet.

¶ Cũ maxime vna pars est et significat nimis. Ter.
in Hecy. Hanc bacchidẽ amabat vt cũ maxime tum
Pãphilus eũ pater vxorẽ ⁊ ducat orare cœpit.

¶ Cum potestate est dicebat de eo q: populo alicui ꝑ
ferebatur negocio seu qui magistratuz gerebat. Ci.
lib. ij. artis vete. Felix an infelix: priuatus an cum po
testate sit.

¶ Cũ imperio est: dicebatur cui nolatis dicebat a po
pulo imperium.

¶ Cũprimis significat imprimis. Apulei. Hic cũpri
mis nobilis ac facundus. Sic dr cũprime.

¶ Cumę arꝫ. vide in dictione Comũ.

¶ Cumatilis color: qui ⁊ cęsius: cęruleus alio nole. dr
Nam grȩci κυματα fluctus vocant. Plau. Cumatilẽ
togam aut plumatilem.

¶ Cumera pe. cor. vas ingens vimineũ: vel etiã fictil
le: quo frumenta ꝯdũtur: vt inquit Acron. Modo dr
vas qd capit quinq; vel sex modios: qd lingua sabino
rũ trimodiũ vocatur. Hor. li. ser. Cur tua plus cume
ris laudes granaria nostris?

¶ Cumerũ vas nuptiale: a similitudine camerarꝫ dictũ

¶ Cumulus pe. cor. aceruus ꝓprie dr. quis Vir. cu-
mulũ ꝓ altitudine ⁊ quasi acumine aque posuerit. In-
sequitur cumulo ꝑruptus aquę mons. Ec cumulus ẽ
qui additur mensurę planę: vt inquit Festus

¶ Cumulare implere/coaceruare: ⁊ quasi ad cumu-
lũ addere. Tractuz a mensuris q̃bus nihil põt addi.
Et dicimus cumulo tibi honores: ⁊ cumulo te hono-
rib⁹. Amb. li. i. offi. Honorib⁹ te cumulaui. Hinc

¶ Cumulatis aduer. aceruatis: cumulate: abũdãter

¶ Cuminũ: vide in dictione cyminũ.

¶ Cunę ⁊ cunabula ꝓ eodem accipiũtur: dicta quasi
cynȩ ⁊ cynabula. Nã κυνειν greci eniti dicũt: ⁊ pare
re. v. in u. latine ꝯuertit. αλλα κυω εσι τω ρεια. Sunt
eñ lectuli in quib⁹ infantes solent iacere: qui etiã in-
cunabula dicunt. Vñ sæpe legim⁹: Ab incunabulis.
Nã in hoc loco nihil significat: sicut ⁊ in aliquib⁹ dicti
onibus: vt columis ⁊ incolumis: Sũt q̃ cunabula ⁊ in
cunabula a cunis deducãt: ⁊ ea ꝓprie dici existiment
q̃ ad cunas muniẽdas ⁊ ornandas ꝑtinent: in quibus
iacet ⁊ ꝯditur infans. Plau. in Am. Sed puer ille quẽ
ego laui vt magnus est: ⁊ multũ valet: nec eũ quispiã
colligare quiuit incunabulis. Et in Tru. Fasciis op⁹
est puluinis cunis incunabulis. Per translationẽ va
rie sumuntur. Idẽ in Pseu. Sed istic seruus Carino
huc qui aduenit quid sapit vsq; a cunabulis. i. vsq; ab
infantia: vel vsq; a puero. Hoc est ab ea ętate q̃ incu-
nabulis agit. Col. Cũ a primis cunabulis Simo li-
beris parentibus est oriundus audisse potuerit. Li.
lib. iiij. Ab incunabulis imbutũ odio tribunoꝝ. Vir.
lib. iij. Cunabula ꝓ initijs posuit. Mons idæus vbi ⁊
gentis cunabula nostrę Centũ vrbes habitant. Si-
militer Cic. li. de opti. gñe dicẽdi. Non fuit de orato-
ris quasi incunabulis dicere. Hier. Habitatio deser
ti ⁊ incunabula monachoꝝ talibus inchoant alimen
tis. Ci. in Sal. posuit ꝓ nutrimẽtis: cũ ait. An vlluz
existimas posse fieri ciuẽ egregiũ qui nõ his artibus
⁊ disciplinis sit eruditus? An vlla alia putas rudimẽ
ta ⁊ incunabula virtutis: quib⁹ animi ad glorię cupi-
ditatẽ alant? Nam rudimenta ꝓ initijs: ⁊ incunabula
ꝓ nutrimentis dixit. Quoq; incunabula vocamus nu
trigonẽ puerilẽ a cunabulis. Sue. de Vespa. Quare
princeps quoq; ⁊ locum incunabulorum assidue fre-
quentauit?

¶ Cuncti significat quidẽ oẽs. sed qui sint ꝯiuncti.
Oẽs etiã si sunt disiũcti ⁊ diuersis locis.

¶ Cunctor aris. cũ c. ante t. a cũctus fit. Contor aris
cũ o. sine c. a cõtus: quę est ꝑtica: ambo significant im
morari differre: ab eo q cuncti simul sine difficultate

moueri nõ possint: vel ab eo q qui contis vada rimã tur paulatim pcedunt. Li. li. i. Alij dũ cõctanẽ in ripis inter pugnæ fugæq̃ ↄsiliũ oppressi. Col. Nã dispendiosa est cõtatio: primũ q auib⁹ prędam cęterisq̃ aĩalib⁹ pbet. Cunctanter cũ mora. Incũctanter sine mora. Liui. lib. i. Tũ illũ haud cũctãter discidisse corpus ferũt. Aug li. vi. con. Qd violari nõ põt incũctãter pponebã violabili. Ponit qñq̃ cũctari p dubitare. Sue. de Aug. Cũctari se ne si supesset eripet legibus reũ. Qñq̃ p manere. Virg. Reginã thalamo cũctantẽ. A cũctor fiũt ↄposita: pcũctor et recũctor: qd est iter moror. Aug: Tũ me recũctantẽ abripere atq̃ excutere ab eis: ⁊ transilire quo vocabar.

¶ Cunctatio mora seu dubitatio.

¶ Cuneus ελληνιστι λεγεται σφην ως ξενοφων εν τη παιδεια αλλας σφην των ξυλων εσιν: instrumentũ quod ad scindenda ligna adhiberi solet. Hui⁹ prima ps acutior est: vt quãuis rimulã facile intret: sequẽs autem latior ⁊ amplior. Virg. Nã primi cuneis scindebant fissile lignũ. Per trãslationẽ cuneus sumiẽ p peditũ multitudine in cunei formam redacta: q̃ cũcta in acie primo angustior deinde latior pcedit: vt Vege. lib. ij. scribit. Ab huius etiã cunei similitudine dicta sunt loca in theatro. i. graduũ ordines in quib⁹ vulgo spectatores stabant inter sedentiũ subsellia. Iuuen. Digna tuo cuneis an habẽt spectacula totis Quod secur⁹ ames. Vict. lib. v. Cunei spectaculoꝝ in theatro ita diuidanẽ vt anguli trigonoꝝ qui currũt circa curuaturã circinationis dirigãt ascensus: scalasq̃ inter cuneos ad primã pcinationẽ. Inde theatrũ elegãti epitheto cuneatũ diciẽ. Virgil. Cuneati hinc læta theatri. Excuneati ab Apuleio dicti sunt qbus sedẽdi loc⁹ non fuit in cuneis ↄfertis. Sed ⁊ ↄstipatã turbam cuneos dicim⁹. Cypri. Stipat⁹ clientũ cuneis. Virg. lib. iiij. geor. Per cuneus geminat⁹ eñ populi q patrũq̃. Et cuneus dict⁹ est ager in hispania cõtiguus sacro promontorio.

¶ Cuneatus a. um. qd est in formã cunei factũ. Unde a Liuio forma scuti cuneatio appellaẽ cuius sũmũ latius in imũ strictius erat. Et cuneat⁹ ager apd Col. in cunei formã factus: vtputa cũ est longus pedes cẽtũ latus ex vtraq̃ parte pedes. xx. et altera pedes. x. apud Ply. li. iij. Hispania cuneatur angustijs. i. in cunei formã effiẽ. Hinc excuneatus: de quo in dictiõe cuneus: ⁊ discuneat⁹ vide loco suo.

¶ Cuneatim significat per cuneos. Ammia. Imperator cuneatim stipatus.

¶ Cuniculus aĩal lepori simile: qui sub terra effossa latere solitus est. Mar. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Itẽ cuniculus diminutiuũ est a cuneo: a quo cuniculus aĩal appellat⁹ est vt inquit Var. Item cuniculus foramen sub terra occultũ qd neut. gene. Fest. Cuniculũ ptulit: ex quo vapor trahiẽ in balnearib⁹ vaporibus.

¶ Cunire est stercus facere: dictum a cunis infantiũ quæ sepe stercore fœdantur.

¶ Cunila q̃ ⁊ cunilago quãdoq̃ ã: Ply. diciẽ ab Aristo. Conyza herba est: quã Theodorus Gaza pullicarẽ ↄuertit: q pulices necat. Col. lib. x. Cunilę nostratis: quã satureã rustici vocant. Hui⁹ vero herbę multa sunt gña. Nã quędã bubula appellaẽ: ⁊ semen pullegii habet: qd ↄtra serpẽtes in vino bibiẽ. Quędã satureia: a grecis Origanũ Heracleoticum. Tertia a grecis Mascula: a nostris cunilago odoris fœdi radicis lignosę: folijs asperis: cui⁹ manipulũ si quis in domo posuerit: oẽs a tota domo blattas ad eã tradunt ↄuenire. Prodest aduersus oĩa venenata.

¶ Cunnus per duplex nn. pars mulieris pudenda.

¶ Cupę vasa vinaria maiora q̃ vulgo vegetes appellanẽ. Luca. Nãq̃ ratem vacuę sustentãt vndiq̃ cupę. ¶ Cupis eñ naues in mari sustinenẽ: cũ ipsaꝝ latera carinęq̃ resarciunẽ. A priscis caupę dictę a cauo. vñ Caupones a caupis.

¶ Cupes cupedia ⁊ cupedula. ab antiquis dicebanẽ lautiores cibi: siue cupiditas lautiorũ ciborũ q reb⁹ cupidinis alimenta prębeant. Gel. Cõlectã hãm⁹ ad cœnulam nõ cupedulas ciborũ: sed argutias quęstionũ. Cic. Ambitio mulierositas putacia liguritio temulentia cupedia.

¶ Cupedinarij: qui esculenta et potulenta vendunt. Var. lib. reꝝ huma. Numerius equitius cupes ⁊ macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerũt infesta. His in exiliũ actis publicata sunt eorũ bona: ⁊ ædes vbi habitabant dirutę: exq̃ ea pecunia scalę deũ penatiũ ędificatę. Ubi habitabãt locus: vbi venirent ea q̃ vescendi causa in vrbẽ erãt allata. Itaq̃ ab altero foꝝ cupedinis appellatũ est. Teren. in Eu. Ad macellũ venim⁹: ↄcurrunt mihi lęti obuiã cupedinarij oẽs cetarij: lanij: coqui.

¶ Cupedinariũ forũ: ⁊ cupedinis foꝝ: a cupiditate: vel q ibi fuerit domus cupedinis romani equitis.

¶ Cupio is. cupiui. vel cupij. itũ. pe. p. secũdũ quartã ↄiugationẽ: qd apud antiquos pferri solebat. Ouidi. lib. fast. Mars vidit visamq̃ cupit: potiturq̃ cupita. Luc. lib. i. Effringere vt arta Naturę prim⁹ terrarũ claustra cupiret. Est aũt cupere optare: q̃q̃ ab inuicẽ separenẽ: q cupim⁹ q̃ in spe sunt: optam⁹ q̃ nõ speramus. Cic. in Ora. Neq̃ vero cupientib⁹ nobis atq̃ exoptãtibus fructus ocij datus est. Et cupe minoris vis est q̃ desyderare. Teren. in Heau. Quãto diutius abest/tanto magis cupio: tanto magis desydero. Huius verbi ↄposita sunt concupio: a quo ↄcupisco: quod est in vsu frequentiori: ⁊ significat vehementer cupio. Iusti. lib. ij. Nihil victores preter gloriã ↄcupiscunt. Sal. Nã vti quisq̃ domũ aut villam: postremo vas aut vestimentũ alicui⁹ ↄcupierat: dabat operã: vt is in pscriptoꝝ numero esset. Hinc ↄcupiscentia q̃ est bonaꝝ q̃ ac malaꝝ rerũ appetitus. Discupio valde seu varijs modis cupio. Cælius ad Ciceronẽ. Te videre ⁊ oĩa intima ↄferre discupio Habeo aũt q̃ multa. Percupio valde cupio. Plaut⁹ in Asi. Percupio obsequi gnato meo. Dicim⁹ etiã bene cupio ⁊ male cupio.

¶ Cupidus auidus. Teren. in adel. Tace. Egomet ↄueniam ipsum: vt cupide accipiat. i. bene ⁊ libenter Hoc est magna auiditate. Accipiẽ interdũ p amatore: sicut cupere pro amare. Teren. in And. Vel q ipsi bene cupio Glycerio. Ponitur tamen ↄsequens pro antecedente. Optime eñ amamus aliquos: cum illis bene cupimus.

¶ Cupido mas. gñe accipiẽ p deo: qui filius veneris fuisse fingiẽ a poetis: a quo cupidineus a. um. Cupido vero fœ. ge. pro cupiditate: q̃uis cupiditas leuior sit q̃ cupido. Lucil. lib. xix. Cupiditas ex hole cupido ex stulto nunq̃ tollitur q cupiditas per quędaꝫ sit temperatior defluens a cupedine.

¶ Cupressus. vide in dictione cyparissus.

¶ Cupriũ gen⁹ quoddã ęris. Unde apud Palladiũ.

Cuprini claui dicitur. Legimus quoq; Cyprium.

¶ Cur aduerbium significat quare: licet quidam qui per q. scribendum putent ⁊ a quare per syncopen atq; apocopen deductum a et e. litteris detractis

¶ Cura est flagrans in corde stimulus. Unde dicta ē sollicitudo anxietasq; quasi coreda q cor edat ⁊ excruciet. Virg. Quando hæc te cura remordet. Quãdoq; ponitur p studio et diligentia: vt salus tua ē mihi curę. i. ad salutem tuam studiũ adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Mar. Teq; piget curæ præmia ferre tuę. i. præmia operis abs te facti. Quãdoq; pro Amore. Virgi. At regina graui iamdudum saucia cura. Idē etiã apud inferos inter monstra habitantia in faucibus inferorũ ponit curas quasi deas aliquas. Et vitrices posuere cubilia curæ. A cura fiunt composita Tricurus et Securus .pe. prod.

¶ Curiosus a multa cura dicit: siue in bonum: siue in malum. In malũ quotiens plus diligẽtię q̃ oporteat rebus vel nostris vel alienis adhibetur. In bonũ cũ cura supra modũ vtimur ad res bene gerendas. Est igitur curiosus q multum siue diligenter aliqd curat. Ci. A pro. pul. Ita est homo non modo prudens verũ etiam ęquus vir ⁊ curiosus. Et pro Sex. Etem anim⁹ eius vultu: flagitia parietib⁹ tegebãtur. Sed hæc obstructio: nec diuturna ē neq; obducta: ita vt curiosis oculis perspici non possit. In bonum quoq;. Col. lib. iii. vsus est aduerbio. Sin autem ipsã vitẽ sternere voles iuxta radicem: ita ne ipsaʒ lædas curiose fodito. Similiter Incuriose. Gel. si quis nõ incuriose legat. Non ē ergo curiosus a parua cura vt Valla putauit sed a diligenti et optima. De deriuatione quoq; cum dicat. Curiosus non tam a cura q̃ a curia videtur descẽdere cuius compositum magis est in vsu. Incuria .i. negligẽtia. tametsi curia a cura dicatur: nõ ei assẽtio. Neq; de compositione: vt a curia cõponatur incuria. Sed dico ita venire curiosus a cura per adiectionẽ litteræ i: quemadmodũ ⁊ Curia nisi a Curio sumere velim⁹. vtrũq; Plau. in Aul. posuit. Etiã agnũ misi quo quidẽ agno sat scio magis curiosã nusq̃ esse vllã bestiã: volo ego ex te scire qd scit agn⁹ curio quia ossa et pellis tot⁹ ē ita cura macer quin exta inspicere i sole licet: ita is pellucet quasi laterna punica. Fest⁹ exponit Curionẽ agnũ quasi cõfectũ ⁊ extenuatũ curis. Similiter Incuria p adiectionẽ i: liquet non a curia sed a cura cõponi qd significatio eorũ apte declarat. Nã cura ⁊ incuria diuersa sũt ⁊ opposita: ex aduersaq; eoꝝ significatiõe facile mõstratur incuria a cura componi: qm̃ in negatiue stat. ⁊ alterius significatio ex cõtrario alterius edocetur. eo q sicut cura diligẽtia est. ita incuria negligẽtia: vt Cice. in Læl. ostẽdit. Vituperanda est rei maxime necessarię tanta incuria. Qd non significaret: si a curia cõponeretur: Nã esset loc⁹ a curia diuersus. quoniã curia locus erat vbi curas publicas gerebant ⁊ vbi cura sacrorum publica. Nec adiectionẽ litteræ .i. incuriosus ⁊ incuria nisi euphonię causa factã puto. q nõ recte sonet Curos⁹ ⁊ Incucura. Curia vero accepisse i: arbitror vt aliã a cura significationẽ caperet. nihilominus primitiui naturã semp oleret. A curiosus fit curiositas p affectiõe ⁊ diligẽtia. Ab incuria incuriosus. Amb. li. i. off. Incurios⁹ salutis glorię cupidus. Ply. Rebellat sæpe humor incuriose datus. Aliqñ incuriosus capit pro pingui: vt apud Apuleium.

¶ Curia a cura dicta est. Curiaꝝ duo gña erant Romę. Nam locus vbi senatus rempu. curat: curia dicit. Et vbi cura sacrorum tractatur: curiam appellamus id est vbi vel sacerdotes res diuinas vel magistratus humanas curat. Et non solum pro loco: sed etiam pro hominibus curia sumit. Luc. Victo iure minax iactatis curia gracchis. Curię etiam nominant: in quib⁹ vniuscuiusq; partis populi Rom. quid gerit. quales sunt hę in quas Romulus populum distribuit numero. xxx. quas quoniã tũc reipub. curam per eaꝝ partium sentẽtiã expediebat. curias appellauit. Ibi postea additæ alię quinq; fuere ita vt in sua quisq; curia sacra publica faceret: feriasq; obseruaret. Curia in qua habebat senatus: templum erat. Habebat aũt modo in ęde apollinis: modo in delubro cõcordię: modo in hoc modo in illo templo.

¶ Curiales dicunt qui sunt eiusdẽ curię: sicut tribules eiusdem tribus. Curiales flamines curiaꝝ sacerdotes. Curiales mensurę in quibus imolabat Iunoni: quę curis est appellata.

¶ Curiata comitia: conuentus qui litiuʒ causa in curiis fiebant.

¶ Curiones a curiis dicti sunt: in quib⁹ sacerdotes ita res diuinas curabãt: sicut senatus res humanas in curia hostilia curare solebat vt inquit Var. Et curiones dicunt pręcones. Iuli. Capitolinus. Ille qui curionẽ dici iussit: imposturã fecit ⁊ passus est. Euse. lib. iiij. ecclesiasticę histo. Misso curione ad populum iubet voce maxima protestari polycarpũ tertio cõfessum se esse christianũ. Plau. vero in Aul. Agnũ curionem appellat macilentum tanq̃ ob curam sit emaciatus. Unde a cõtrario. Apu. in floridis agnũ opimum ⁊ pinguem dicere volens appellauit incuriosuʒ. Et curiones dicti sunt quidam Romani ciues.

¶ Curionatus us. ipse magistratus appellat.

¶ Curionia: sacra q̃ a curionibus in curiis fiebant.

¶ Curionium dicebat ęs quod dabat curioni ob sacerdotium curionatus.

¶ Curo as. a cura fit. Et est curare operã dare. Cic. Cura vt valeas. Aliqñ incũbere ⁊ curã habere. Plautus. Tu quę agenda sunt cura. Sed in idẽ recidunt. Aliqñ mederi. Ci. Difficili⁹ alij aliis morbis curant. Aliqñ reficere. Unde curare corpus dicim⁹ cũ de hominib⁹ loquimur. Qd est cibo lauacro: ⁊ his similib⁹ operam dare. Virg. Corpora curam⁹: fessos: sopor irrigat artus. Terẽ. in adel. Aedepol syrisce te curasti molliter. i. cibasti vel refecisti. Cũ vero de apibus et hmõi alalibus cibo tm̃ accipim⁹: Hui⁹ cõposita sunt: Accurro. vnde accuratus. Concuro. Plau. in Bac. Magis vnũ in mente est mihi nũc satis vt cõmode pro dignitate obsonii hęc concuret coquus. Procuro. de quo alibi. Percuro pfecte curo. Col. li. vij. Hic idem sanguis nisi missus fuerit saniẽ creabit. Qui si suppurauerit tarde pcurabit.

¶ Curator qui pupillis loco tutoris dat: dict⁹ q pupillariũ bonorũ curaʒ gerat. Et curator dr qui rei frumentariæ: ⁊ agris diuidũdis ppositꝰ ē. Et Aul. Gell. Catulus dicit curator restituendi capitolij. Et gñali vocabulo cursatores dicunt ppositi. Uñ ⁊ a Frotino de curatorib⁹ aquaꝝ scriptũ est. Sue. in Cali. Curatorem muneꝝ ac venationũ p cõtinuos dies in cõspectu suo cathenis verberatũ nõ prius occidit q̃ offensus putrefacti cerebri odore.

¶ Curatorius a um. quod ad curatoreʒ ptinet: vt curatoria actio.

¶ Curatio inquit Do. medicorū est: cura mentis: curatura diligentię. Inuenitur etiā curatio ꝑ inūctione muneris. Plau. Quę mea curatio est. Liui. lib. ij. Vt facile appareat nō tam ad honorez eius curatio altior fastigio suo data: esset factum.

¶ Curius nomē Romani ciuis exactissima frugalitate ꝛ ꝑspecta fortitudine. Hic cū in scamno sederet: et samnitū legati magnū auri pōdus publice missum attulissent: inuitarētq;: vt eo vti vellet rńdit. M. Curiū malle imꝑare locupletib⁹ ꝙ̄ locupletē fieri: et qui acie vinci nō potuit eū pecunia corrumpi non posse.

¶ Cures tm̄ pluralis numeri sabinoꝝ oppidū cui imperabat. T. Tacius cui⁹ ciues Quirites dicebātur. Conuenerūtq; Romulus ꝛ Tacius in hanc sententiā Vt e duobus populis vnus efficeretur: ꝛ Sabini Romam migrarent/Romaq; nomenq; retineret: sed Romani ꝛ Sabini quirites appellarentur. Ouid. libr. ij. Fast. Te Tacius paruiq; cures caninaq; sensit. Hic etiam populi cures. Virg. lib. ix. Tacioq; seni: crurībusq; seueris.

¶ Curis lingua sabinoꝝ hasta ē. Vñ Juno dicta est curitis: q̄ eandē hastam ferre putabāt.

¶ Curetes pe. pr. quidā cretę populi: de quib⁹ Oui. lib. iiij. meta. Largoq; satos Curetas ab imbri. Alij fuerūt sacerdotes Cybeles qui ꝛ corybantes dicunt̄ qui ad sacra cybelis admissi sūt casti ꝛ puri: illicq; saltāt armati. Dicti a κορυβαν: qđ iactationē significat capitis q̄ capita saltando iactent. Furijsq; agitētur. Alij fuerunt populi in Dalmatia. Luca. Illuc bellaci confisus gente curetum. Item alij ętolis vicini.

¶ Curculio pe. cor. nō per. g. vt patet ex Plauto: qui comœdiā inscripsit curculionē prologū ꝑ primas litteras versuū. Curculio scripsit aīal paruū frumentuz corodens quasi gurgulio eo nihil: in eo pene aliud ꝙ̄ guttur videtur. Est eñ curgulio via patens seu fistula in gutture per quā spūs attrahit̄ atq; emittit̄. Constat ex ossibus flexuosis ꝛ mollibus: quasi ex anulis in catenę modū ꝯpactis ꝛ imperfectis. Dicit̄ etiā spiritalis fistula q̄ semper patet: vt spūs liberum habeat exitū qui ad pulmonē corq; defertur.

¶ Curro is. cucurri. cursuz. Cuius ꝯposita quādoq; geminant syllabā qñq; nō. Virgi. libr. iiij. Decurrere iugis alij de parte patentes. Transmittunt cursu cāpos. Liui. lib. xxij. Qua cuiq; ꝓximū fuit decurrerūt Cato ꝯtra Pisonē. Video hac tēpestate ꝯcurrisse oēs aduersarios. Ter. in Hecy. Vna illarū interea ꝓpere ꝓcurrit. Currere vero ꝓprie in terra dicimus. Vnde fit cursus. Sed figurate ꝛ in mari naues velociter volantes currere dicūtur. Virgi. Sed tibi qui cursum venti quę fata dedere. Apul. Et inopinati auiū curs⁹ terrorem adiecere. Et habet passiuū in tertia persona: vt inquit Prif. sicut multa alia. Nā dicimus curritur spatium. Aratur terra. Inseritur arbor. Terē. in Adel. Decurso spatio: Bibitur vinum ꝛc. Composita huius verbi sunt. Accurro quod est ad aliquē locū vel hoīem auxiliandi ꝯplacendive causa curro. Ter. in And. Ibi tū exanimatus Pamphilus bene dissimulatū amorem ꝛ celatū indicat: accurrit mediaz mulierem amplectitur. Concurro simul curro: ꝛ ꝯcurrere simul oēs currere. Lactan. li. ij. Tuz vero alacres ad deoꝝ templa ꝯcurrunt. Aliquando significat contra siue aduersus currere. Nam cū duo exercit⁹ collatis signis prœlium ineunt: ꝯcurrere dicunt̄. Virg. Audetq; viris ꝯcurrere virgo. Sal. Maximo clamore cum infestis signis ꝯcurrunt. i. simul oēs aduersus currunt. Circūcurro: a quo circūcurso. Amb. Discite virgines nō circūcursare per alienas ędes. Decurro: discurro: per diuersa loca curro: aut huc aut illuc curro. Liuius lib. pri. Signoq; dato iuuentus romana ad rapiendas virgines discurrit. Excurro: extra curro. Cice. Apio pul. Mandaui vtriq; eorū vt ante ad me excurrerent: vt tibi obuiā prodire possez. Aliqñ de malo intelligitur: vt cū fiūt excursationes a militib⁹: q̄ idē sunt qđ incursiones. Nā excursiones vocantur respectu illoꝝ a quib⁹ recedūt: incursiones respectu eoꝝ in quos incurrit̄. Liui. li. i. in fines romanos excurrerūt populabūdi magis ꝙ̄ iusti more belli Incurro ꝛ introcurro: intercurro īter mediū curro. Cice. lib. i. ad Heren. Alterū genus narrationis est: quod intercurrit nōnunꝙ̄ fidei aut criminatiōis aut translationis aut alicuius apparationis causa. Occurro: pręcurro: ātecurro: siue cito ante eo. Plaut. in Am: Me captas quia tute ab naui clanculū alia via ꝓcucurristi. Ter. i Eu. Abi ꝓcurre vt sint domi parata. Procurro. Percurro perfecte siue ad finē vsq; curro. Recurro retro curro: aut cito sequor. Plau. in Cistel. Ego ad anū recurro rursum. Ter. in Adel. Vbi me illic nō videbit iā huc recurret sat scio. Cice. Terentię. Etsi Desippo quoq; ita imꝑaui statim vt recurreret. i. subito reuerteretur. Hinc recurso as. qđ est sepe currēdo ꝛ recurrendo aut voluendo ꝛ reuoluēdo eo. Vir. Vrit atrox iuno ꝛ sub noctē cura recursat. Succurro. Transcurro: vltro vel de loco ad locū subito vado. Teren. in Eu. Tu ibi atq; obsera ostiuz intus dū ego transcurro ad forum.

¶ Curso as. sepe curro: vel ꝯtinuo sepe vado. Ci. Cato. Alij scandāt malos: alij foros cursent. Ter. in Hecy. Trepidari sentio ꝛ cursari horsuz sursum

¶ Cursito as. frequentatiuū a curso frequentatiuo dicome. Sunt q̄daz iteratiuoꝝ ꝛ iteratiua sepe i tres gradus deducūt verba: quale est video deinde viso ꝛ qđ plus est visito. Itē curro. deinde curso et cursito. Ter. in Hecy. Hodie mihi haud potestas data ē: ita cursitādo atq; ambulādo totū hūc ꝯtriui diem.

¶ Cursus us. ꝛ cursio currendi actū significant: qđ ē de nauigante ꝛ equitante potest intelligi.

¶ Cursura ē idē qđ cursus. Var. Equi alij sunt idonei ad rem militarem. Alij ad vecturam. alij ad amissuram. alij ad cursuram.

¶ Cursorius a. uz. qđ ad cursum ꝑtinet: vt nauis cursoria. Sido. Tiphim cursoriam ascendi.

¶ Cursor qui currit. Et cursor tabellarius dicit̄ a celeritate eundi. Mar. Cursorē sexta tibi rufe remisim⁹ hora.

¶ Cursim aduerbium significat currendo ꝛ incursim celeriter. Cęcil: Nullus sum nisi meam rem propero incursim perdere. Plau. Cursim curram quod ē currendo curram.

¶ Currus: carrus: cui⁹ dimin. est curricul⁹: vel curriculū: q̄ eo veteres ad cursum in ludis vterent̄.

¶ Curriculus vel curriculū breuissimū vehiculi genus. Curti⁹. lib. viii. Aliorū turbati equi in amnem ꝓcipitauere curricula. Est etiam curriculum cursus. Iuue. Et totas effudit habenas Curriculo quē si deuoces subsistere nescit. Ci. ꝓ Rabi. Exiguum nobis vitę curriculū natura circūscripsit: immensum glorię Plautus in Epi. Nam vt apđ portum te ꝯsperi curriculo occœpi sequi vix modo adipiscendi potestas

data est: Itē curriculū significat tēpus. Verg. li. viij. Curriculo expulerat sōnū cū fœmina primū .i. medio tēpore. Et curriculū locū siue interuallū vbi curritur denotat a carceribus ad calcem: qui grece. σταδιοδρομος λεγεται ελλιμισι. Apule. Quos sæpe in curriculo vectores fuisse ꝯstat.

¶ Curiculo aduerbiū .i. cursim: statim: celeriter.

¶ Curule neu. gene. per simplex r. Et curulis fœ. ge. sedes ex ebore qua maiores magistratus vtebanẗ in curru. Hora. libr. i. epistol. Cuilibet hic fasces dabit eripietq̧ curule Cui volet importunus ebur. Naꝫ senatores qui curulē magistratū. hoc est maiorē honorē gessissent honoris gratia in curiā vehi soliti erant curru in quo sella esset: sup quā ꝯsiderent.

¶ Curules etiā dicebanẗ equi quadrigales: vel magistratus qui curulibus vehebanẗ. Luca. li. iij. Prætor adest vacueq̧ loco cessere curules.

¶ Curruca: parua auis q̄ alienos pullos ꝓprios putans nutrit. Iuue. Tu tibi tūc curruca places.

¶ Curuus a. um. qđ est inflexū ac ꝯtortū: a quo incuruū valde curuū. Ter. in Eu. Incuruus tremulus labijs demissis. Do. incuruus valde curuus. sicuti infractus valde fractus: procuruus. Virg. Neq̧ illa ꝓcuruā Expectant falcem. Recuruus. Curuum etiā dicitur bura: quæ quasi temo est inter boues.

¶ Curuo as. flecto: deorsuꝫ aspici capite deflexo. Lactan. li. ij. Quia curuāt cœleste alal ad venerāda terrena. Idē in eodem. Ille vobis sublimeꝫ vultū dedit vos in terrā curuamini. Hui⁹ ꝯposita sunt Accuruo: qđ est iuxta curuo. Col. li. iiij. Nā fragilis est ea parte materia qua rota r accuruata cū deponereẗ corpat vitiū. Recuruo rursus curuo. Idē li. iij. Ois nux vnam radicē mittit: r simplici stilo ꝑrepit. cū ad scrobē solidū radix ꝑuenit duritia humi coercita recuruaẗ. Incuruo est eiusdē cū simplici significationis.

¶ Curuesco curuus fio Amb. Oleaꝝ nō recuruescētiū vbertate baccarū. Huius ꝯpositū est incuruesco: quod ꝑtulit Cice. in Tusc. Ramos baccarum vbertate incuruescere.

¶ Curuamen ipsa curuatio. Ouidi. li. ij. me. Sectus in obliquū est lato curuamine limes. Sel. Sub alio atq̧ alio cœli curuamine.

¶ Curtus a. uꝫ. incultus quasi mutilus. Hora. Nūc mihi curto Ire licet mulo vel si libet vsq̧ tarentū. A Martiale dict⁹ ē curtus calix .i. fractus. Et a Persio curta suppellex. Hinc curto as. a quo Decurto. De q̄bus in dictione Decurtatus.

¶ Cuspis posterior ꝑs hastę: licet q̄nq̧ ꝓ ipsa hasta: r quādoq̧ ꝓ sūmitate hastę. Hinc ꝯponiẗ tricuspis et deriuatiuū fit. Cuspido as. quo vsus est Ply. libr. xi. Vrorum cornibus barbari septētrionales potant: vt nasq̧ binas capitis vnius cornua implent: alij p̄fixa his pila cuspidant.

¶ Custos q̄ rē aliquā tueẗ r curat. Vn̄ custodeꝫ ostij dicim⁹ qui curat ne q̄s iniussus ingrediaẗ. Custodeꝫ horti: q̄ ꝓhibet aliquē in eū ingredi. vel damnū facere. Custodē sacroꝝ qui sacra ministrat atq̧ obseruat Virg. At domus herculei custos pinaria sacri. Cice. lib. ij. offi. Malus enī custos ē diuturnitatis metus.

¶ Custodio is: iui. itū. obseruo. Gel. lib. i. Parsimoniā apud veteres romanos r victus atq̧ cœnaruꝫ tenuitas nō domestica solū obseruatione ac disciplina sed publica quoq̧ animaduersione: legūq̧ ꝯplurium sanctionibus custodita est.

¶ Custoditū quod cū custodia est: incustoditū quod sine custodia est. Mar. Incustoditis et apertis lesbia semper Luminibus peccas

¶ Custodia obseruatio: Q̄nq̧ etiam poniẗ ꝓ eo qui custodit. Tibul. Sed pretiū si grande feras custodia victa est. Q̄nq̧ ꝓ eo qui custodiẗ. Sue. in domi. Nec nisi secreto atꝫ solus plerasq̧ custodias receptis quidē in manu catenis audiebat. Et diges. de reoꝝ custodia scribiẗ. Ne quis receptā custodiā sine causa dimittat. Et alibi. Si custodia se interfecerit: vel ꝑcipitauerit: militis culpę ascribiẗ. Itē custodia carcer appellaẗ. Colu. lib. i. Nā illa solēnia sunt om̄ibus circunspectis vt ergastuli mancipia recognoscant: vt explorent an diligenter vincta sint: an ipse sedes custodię satis tutę muniteq̧ sint.

¶ Custodiariū locus in quo quis aliquid custodit. Cyprianus. Derelinquetur filia syon: sicut casa in vinea: r sicut custodiariū in cucumerario.

¶ Custoditio est opa ad aliq̄d custodiendū sumpta.

¶ Cutis pellis siue coriū. Ply. Ergo cutis ipsa sensu caret maxime in capite vbicūq̧ per se ac sine carne ē vulnerata nō coit: vt in bucca cilioq̧. Hui⁹ dimi. est

¶ Cuticula. Composita sunt intercus morb⁹. intercutaneū qđ intra cutē est. Subcutaneuꝫ qđ subcute. Subtercutaneū qđ. subtercutē est. Recutiti etiam a cute dn̄r iudęi .i. circūcisi r cute hoc ē ꝑputio ꝑuati.

¶ Cuciones dicti videntur a contractione: q̄ in emēdis vendendisq̧ mercibus tardi ꝑueniant ad iusti pretij finem.

C ante Y

¶ Cyamus significat fabem. Sudas. κυαμοει δοσ οσπριου. magn[illegible] lis est.

¶ Cyane es. pe. indifferēte nympha sicula fuit: quæ in fontē sui nois ꝯuersa fertur. Ouid. li. ix. meta. Cognita cyane p̄stanti corpore nympha. Et li. de pōto. Quaq̧ suis cyanē miscet anapus aquis.

¶ Cyaneus color cęrule⁹. Var. Cyanea penula amictus grassaẗ. Diciẗ r cyanus. Ply. in noie. Est r cyanicolos. Gręci κυανους dicunt. Hinc Cyaneus gēma appellaẗ ex iaspidū genere colore cęruleo.

¶ Cynum metallum.

¶ Cyaneę siue cyanitæ insulæ seu maris scopuli sub thracio bosphoro qui speciem habēt inter sese ꝯcursitantiū quę naues fluctibus imergant ob aduersos in se ventos ꝯfligentes: quę et a ꝯplodendo sunt etiam Symplegades appellatę.

¶ Cyathus pe. cor. paruū poculū. Iuue. Cardiaco nunq̄ cyathuꝫ missurus amico. Ad cyathū stare dn̄r pincernæ regibus q̄bus cyathissant: hoc est in cyatho vina ministrant. Sueton. in Cęs. Sed. C. Mem. etiam a cyathum r vinum nicomedi stetisse obiecit. ελληνισι κυαθοσ λεγεται οτι κυω εστι τοφιλεω και γαρ ουτωσ εισ την φιλιαν εσχονται ωσ ωηθην ει και ονυιδασ εφη κυαθοσ ουν παρα το χυω χυαθοσ ητοι το χεω. Est etiā cyathus genus quoddā mēsurę: quo cibaria gallis dari solebant. Colu. lib. ix. Nam singulis capitum quaterni cyathi diurna cibaria sunt cuꝫ magis terni: vel bini prębeantur. Plynius libro vigesimosecundo scribit cyathum per se pendere drachmas decem.

¶ Cybele es. r cybeles is. vel lę. penul. corr. Nam vt docet Seruius: anapestus est in hac dictione cybele

pareiſſus ⁊ ꝑ ſyneresin cypreſſus deiñ ꝯuerſione y. in u. cupreſſus dr. Virg. Aeriꝫ quercus: aut coniferę cypariſſi. Idē. Et tenerā ab radice ferens ſyluane cupſſum. Dicta cypariſſus ꝙ corpus ei⁹ a rotunditate in aerē erigit̃. Vñ ⁊ conos dr alta rotūditas ⁊ fruct⁹ ei⁹ conos appellat̃. Hęc arbor natu moroſa eſt: ⁊ Plutoni ſacra: quoniam ſucciſa nō regerminat. Ideo funebri ſigno ad domos defunctorū illā poſuere maiores. Petro. in ſaty. Gaudent ferali circū tumulata cupſſi A cypariſſus fit cypariſſinus. et a cupreſſus cupreſſinus deducitur:

Cypiron gñs eſt herbę paluſtris ſeu iunci: q̄ ⁊ cype
Cypirus vero alta herba eſt: q̄ gladiolus dr: (rus radice bulboſa ⁊ odore vicino nardo. Eſt ⁊ ꝑ ſe indica herba q̄ cyperis vocatur. gingiberis effigie ꝯmāducata croci vim reddens.

Cyprus inſula in carpathio mari inter ciliciam et ſyriā diues: luxui dedita. Vñ ⁊ veneri ſacra. Horati⁹ Sic te diua potēs cypri. A cypro vrbe in ea ſic appellata. In ea mercatus erat quondā nouē regnorum ſedes. Vrbes in ea ꝑclarę cythera: a qua Venus cytherea dicta eſt. Paphos / palepaphos ⁊ Salamina. Hęc inter maiores nostri maris inſulas locū ſibi vēdicat: cui⁹ ſeptētrionales partes tracheę Ciliciç oppoſitę ſunt: ibiq̃ ꝯtinenti ꝓxima eſt. Orientales iſſico ſinui Occidētales pamphylicū alluit pelagus. Auſtrales egyptū. Ambitus inſulę triū milliū ⁊ quadringentoꝝ viginti ſtadioꝝ. Hinc Cyprius a. um. Vñ tres paruę inſulę huic ꝓpinquę Cypriç noïantur. Et Venus cypria ꝙ ei primū in cypro templū ſit ꝯſtitutū: vel q: parientibus ꝓſideat. Nā grece κυειν parere eſt. Similiter cypricus a. um. poſſeſſiuū: ⁊ Cyprianus nomē viri ꝓpriū. Cyprus etiā dicit̃ vua florens ⁊ ſpecies quędā extrinſecus virgulti in egypto ferens etiā florinū quēdam fructū i modū florentis vuę ꝓlatū. Sed videtur magis inquit Hier. ad fructū vitis reſpicere: cū dicitur in canticis. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. Ply. li. xij. circa finē dicit arborē odoratā in egypto foliis: ⁊ ſemini coriādro ſimilis. Coquit̃ in oleo ⁊ exprimit̃. Inde vnguentū regale: cyprus ſiue cyprinū dicit̃. Vñ in canticis ſcribit̃. Cypri cū nardo: nardus ⁊ crocus / fiſtula ⁊ cinnamomū cum vniuerſis lignis libani. Naſcitur in multis locis ſed in cypro inſula odoris ſuauitate pręſtat. Ideo cyprus eſt appellata.

Cyprinus genus piſcis: de quo Ply. ⁊ Ariſto.

Cyprogenia dñr quę ſunt in cypro genita: etiā venus: vt Homerus in hymnis.

Cyrceū nauis aſiana ꝑgrandis. Plau. Cū percunctor portitores ⁊ quę nauis venerit ex aſia negāt veniſſe. Conſpicatus ſum interim circeum quo maiorē non cenſeo.

Cyrene es. ⁊ cyrenę tm̄ plurali numero pe. pro. oppidū lybię inclytū potenſq̃ ꝯditū a Batto laconico: quē Callimach⁹ ꝓgenitorē ſuū fuiſſe tradit. Ab hac cyrene tota libya cyrenia dicta eſt a cyrene: q̄ ⁊ cyrenia virgine Penei regis Arcadię filia: quam rapuit Apollo e monte pelio ⁊ in aphricā: q̄ vergit in egyptū tranſtulit: ex qua filios ſuſcepit. iiij. Ariſteū: Nomiū Anteū ⁊ Argū. Hinc Cyrenaicus a. um. vt regio cyrenaica: ⁊ phīa cyrenaica. quā Ariſtippus ſocratic⁹ cyrenēſis inſtituit. Hinc Hegeſias phūs: de quo Ci. lib. i. Tuſ. originē duxit. Hanc regionē Ply. appellat pētapolitanā: a numero quinq̃ vrbiū: quib⁹ maxime inclyta eſt: quaꝝ hęc ſunt noïa: Beronice / Arſinoe: Ptolomais: Apollonia: ipſaq̃ cyrene. Scribit Sal. Cyrenēſes magnū ⁊ diuturnū bellū geſſiſſe cum carthaginēſibus de finibus agroꝝ. Eſt ⁊ cyrene nomen vrbis in cypro inſula: quā cyrus ꝯdidit ex qua natuꝫ putāt Simonē patrē Alexādri ⁊ ruffi: vt ē apd̓ Euā. Augu. lib. de paſtorib⁹ ſcribit Simonē cyreneū: qui angariatus eſt: vt xpi crucē tolleret fuiſſe aphrum: ⁊ hanc cyrenē aphricę contiguam eſſe.

Cyrnus grece κυρνος inſula eſt in mari liguſtico: quā latini corſicā dicūt: Dictę cyrnus a cyrno corſicę rege prius Terāne noïata: q: ibi terannei ppl̄i theſſalię habitauerūt: longa paſſuū. cl. millia lata maiore ex parte. l. Circuitu. cccxxij. milliū diſtnas a vadis volateranis. lxij. millibus paſ. Hinc cyrnęus a. um. Verg. Sic tua cyrnęas fugiāt examina taxos. Hęc primo teraphne poſtea a cyrno cyrne appellata eſt.

Cyrnea vaſis vinarij gñs. Plau. Cadus erat vini inde impleui cyrneam.

Cyrrha iugū parnaſi mōtis bœotię. Mar. Quid tibi cū cyrrha: quid cū ꝑmeſidos vnda? Cyrrhea vero vrbs in helicone iuxta Nyſam. Luca. Sed mihi iā numē: nec ſi te pectore vates Accipiā cyrrhea velis ſecreta mouētē Sollicitare deū. bacchūq̃ auertere nyſa.

Cyrios: latine ꝓprius authēticus dñs. Vñ

Cyriacus ꝓprium nomen.

Cyrus ꝓprium nomē regis perſarum. Cyrrus vero nomē duorum fluuiorū: quorum vnus eſt in Albania: alter in Media.

Cyſſus gñs hederę: quę ſola ſine adminiculo ſtat: a grecis orthocyſſos dicitur. Quo etiam nomine dict⁹ fluuius quidam.

Cytheron. vide in dictione cithera

Cytiſus pe. cor. gñs fruticis inter campos et ſyluas: a cytiſa ciuitate. Colu. lib. iij. Cytiſum: quē greci aut zeas: aut carnicin: aut triſarin vocant ꝙ plurimū habere expedit: ꝙ gallinis / apib⁹ / ouibus / capris et omi gñe pecudū vtiliſſimus eſt. Idē libr. x. vtraq̃ cytiſus. Eſt eñ ſatiua ⁊ altera ſuę ſpontis.

Cytorus pe. pro. mōs in aſiatica regiōe q̄ paphlagonia nūcupat̃. In eo buxus plurima naſcebat̃. Vñ ⁊ buxifer a Catullo dr. Verg. Et iuuat vndātem buxo ſpectare cytorū. Fuit ⁊ cytor⁹ ſiue cytorū ciuitas ſynopēſiuꝫ emporiū a cytoro phryxi filio ꝯdita et appellata: vt teſtatur Strabo:

Cytinus flos ſatiuę punicę vt balauſtū ſilueſtris vt eſt apud Dioſco. Ply. vero cytinū interꝑtat̃ pomum ipſm imaturū ⁊ primū partū ei⁹ florere incipiētis: flores vero ipſos in ipſo cytino erumpētes Balauſtia naturę aſtringentis.

Cytheris nomē fuit libertę voluminij: quā gallus amaſſe dicit̃. Verg. eam lycorim nominat.

Cythera pe. pro. inſula ꝯtra cretā. In qua primum delata eſt venus. Vñ Venus cytherea dicta eſt. Feſt. tamē ſcribit cythereā venerem dictaꝫ ab vrbe cytherea. in quā primo deuecta eſſe dicitur cōcha cū in mari eſſet cōcepta.

Cyzicus ſiue cyzicū inſula in ꝓpōtide duobus pōtibus ꝯiūcta ꝯtinenti: habēs vrbē eiuſdē noïs: mœnibus arce ⁊ turrib⁹ marmoreis: cui nomē indidit cyzicus rex: quē Iaſon ꝑ imprudētiā iteremit. De hac Ouid. lib. i. faſt. Hinc propōtiacis hęrētem cyzicon oris. Cyzicon ęmonię nobile gentis opus. Fuit hęc ciuitas magnitudine: et pulchritudine cum primis

Asiæ vrbib⁹ ꝯparãda paci ꝛ bello apta trib⁹ armamẽtarijs īclyta quoꝝ armoꝝ aliud īstrumẽtoꝝ: aliud frumenti erat receptaculũ. Huius habitatores cyziceni appellant. Verũ pius papa in Asia hanc cyzicũ appellat: nõ Cyzicũ. Et de cyzico sic scribit. Nũquid cyzicus nobis nõ satis ꝯstat adeo claritatẽ rebus adimũt tẽpora: ꝛ nos homũciones diuturnã quærim⁹ in hoc sæculo gloriam quã potentissimę ciuitates retinere non potuerunt.

De littera D.



D Littera Quãdoq; pro th. aspirato ponitur: vt Theos deus. Qñq; ꝯuertitur in b vt q̃ olim duellũ nos iaꝫ bellum dicimus. Et duellona bellona Qñq; in l. vt a sedeo: olim sedda dicebatur q̃ nunc sella. Qñq; in r. vt meridies ab eo q̃ est medius dies. Interponitur nõnũꝗ in ꝯpositis hiatus ꝓhibendi causa: vt in prodest redarguo. Subtrahit qñ sequẽs syllaba ab s. cũ alia ꝯsonante incipit vt ascendo: aspicio. Quando aũt cõuertatur in alias litteras dictum est in ad.

D ante A

¶ Dacia per c. regio in Scythia: quã quidã Thraciæ partem: quidã contermināa dicunt. Alij prouinciam citra ꝛ vltra Istrum esse autumant. Hęc vt Ptolem. scribit a septẽtrione parte Salmatię: a carpato monte: a meridie danubio terminat: quam nõnulli vvalachiam magnam esse voluerunt. Cuius populi Daci: ꝛ dacę dicuntur: qui olim (Strab. teste) daui appellati sunt. Ex quo apud Athenienses dauorum nomina seruilia plurimũ abũdabãt. Hinc factũ ẽ vt in comœdijs serui introducantur Daui nominati: qui alio nomine Getę dicti sunt.

¶ Dacicus dictus est qui daciaꝫ vicit sicut a Germania germanicus. Iuue. Cũ lance beata Dacic⁹ ꝛ scripto radiat germanicus auro.

¶ Dactylus pe. cor. a latinis dr̃ digitus. Ad cuius similitudinem metri pes vocat. Iteꝫ dactyli carycę. i. fructus palmæ. Apitius. Et croci dragmę singulę dactyloꝝ ossib⁹ torridis quinq; his deniq; dactylis nũc mollitis est: Est ꝛ dactylus vuæ genus in longuꝫ porrectæ: A Columella dactylides dicuntur vuę a digitali gracilitate.

¶ Dæmon: latine sciens dr̃. Aug. lib. ix. de ci. dei. Dęmones dicunt: quoniã grecũ vocabulum ob scientiã nominati. Nostræ religionis homines appellant spiritus in cœlo a deo creatos: qui de cœlo deiecti partim in terrę infimo: partim in hoc aere damnati sunt. Hinc Eudęmon ꝛ Cacodęmon pro bono et malo dęmone. Dęmon etiam animus humanus in corpore situs vocatur.

¶ Dæmoniũ idẽ q̃ dęmõ. Dęmoniosus ꝛ dęmoniac⁹ qui a dęmone possidet. Vñ de apostolo Thoma scribitur ꝙ dęmoniosi liberabant.

¶ Dædalus pen. cor. ꝛ ici põt ingeniosus. Quo nole dictus est atheniẽsis faber egregius: Icari pater: q̃ serrã asciam ppendiculũ terebrã glutinũ lithotolram inuenit: malũq; ꝛ antẽnaꝫ naui imposuit. Hic accusatus ꝙ perdicã sororis filium interemisset: iudicij metu in cretam fugit: vbi Labyrinthum fabricauit: vbi Minotaurus includeretur: opus potentissimũ humani ingenij. Dictus dędalus (vt quidã existimant) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν: quod est variare. Alij hoc verbuꝫ a dędalo deriuatũ putant: ob multiplex variũq; ingeniũ hominis: ꝓpter q̃ greci δαίδαλον variũ dicũt. Et Lucret. Terrã ob rerũ artificiosiq; varietatẽ dędalam nolant. Ennius simili mõ Mineruam. Verg. Circeu. Plau. Logodędalos vocauit: qui dolũ coluit sermonis ornatu.

¶ Dædala neu. gene. vrbs Lycię: a monte lycię: seu a Dędalo ibi sepulto: quum eum coluber aquaticus ex amne nino in paludem quam dędalus ꝯmeabat egressus momordisset.

¶ Dalmatia regio Illyrica contermina liburniæ versus occasum: a qua dalmatę dicti sunt populi: qui (vt Appian⁹ scribit) domiti ab Augusto fuere. In ea Iadera ciuitas insignis rerũ abundantia ꝛ ragusiũ oliꝫ epidarus dicta. Hinc

¶ Dalmaticus a. um. Sue. Extrema bella duo per se gessit: dalmaticũ adolescens adhuc ꝛ cantabricũ.

¶ Dama genus capræ syluestris tã mas. q̃ fœmi. generis. Virg. Cũ canibus timidi veniẽt ad pocula damę. Mar. Dente timetur aper: defendunt cornua ceruum. Imbelles damæ quid nisi pręda sumus? Huius diminutiuum est damula.

¶ Damascus vrbs nobilissima ꝛ caput Syrię. Unde damascena pruna auctore Ply. li. xv. dicta credũtur.

¶ Damon nomẽ philosophi pythagorici: q̃ cum phyrthia arctissimo amicitię vinculo ꝯstrictus fuit.

¶ Damocles nomen propriũ vnius ex assentatorib⁹ Dionysij.

¶ Damœtas cũ diph. œ. nomen pastoris: de quo Virgil. in Buc. Dic mihi damœta. ꝛc.

¶ Damnũ ꝛ dãnatio a dẽptione: quasi diminutione: cũ minus de re factũ est: ꝙ quãti ꝯstat. Hinc damnosus a. um. Colu. libr. i. Quod etsi per partes nõnunꝗ dãnosum est: in sũma tñ ꝯpendiosum.

¶ Dãno as. damno afficio. Vñ indẽnis q̃ nullo afficit dãno. Sed cũ de peccato vel de peccati pœna agitur qñq; ablatiuo: qñq; gtõ iungitur. Ci. li. iiij. ad heren. Maiores nostri si quã vnius peccati mulierẽ dãnabãt simplici iudicio maleficioꝝ multoꝝ ꝯuictam oportebat. Quo pac to: quoniam quam impudicã iudicarãt eam veneficij quoq; damnatã existimabant. Et lib. i. Tuscu. Sed plurimi contra nituntur: animosq; quasi capite damnatos morte multauit. Quãdo vero non apponitur ꝯtium / vel peccatum / pœnaq; peccati accusatiuo tantum iungitur: ꝛ significat culpo. Hiero. in pręfa. pent. Quid igitur dãnam⁹ veteres: minime Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Cice. lib. iiij. Tuscu. Rerum naturam ꝙ errorem damnare voluimus. Interdũ damnare accipitur pro exhęredare. Unde e duobus filijs alterum hæredem instituit: alterũ damnatum legim⁹. Interdũ pro cõpellere. obligare ꝛ necessitate astringere. Ter. Tuus est damnatus gnatus: nõ tu. Interdum pro liberare. Virgi. Damnabis tu quoq; votis. Et est translatio quasi vt damnati ꝯpelluntur maleficiis eorum pœnas luere: ita tu votis supplicium cõpelleris eos exaudire. A participio dãnatus fit compositũ indemnatus: qui indicta causa: id est nõ defensa aut incognita causa dãnatus est. Sallu. Hi primo cœpere quęq; pessimũ ꝛ omnib⁹ inuisum indemnatuꝫ

necare. Aliqñ indemnatus dr̃ nõ damnatus. Liui. li. ii. Eum indemnatũ in dicta causa non debere violari Composita a damno sunt ↄdemno ⁊ prędamno qđ est ante damno. Liui. lib. iiii. Totã culpã eius temporis in prędamnatũ collegam transferentẽ omnes tribus absoluerunt.

¶ Dan vicus est in quarto a paneade milliario euntibus tyrũ qui vsq̃ hodie sic vocat̃: terminus Judeę puincię cõtra septẽtrionẽ. De quo ⁊ Jordanus flumen erumpens a loco sortitus est nomen. Jor. quippe pison. i. fluuiũ siue riuũ hebręi vocant.

¶ Danista fœnerator creditor. Plau. Morigerus est mihi danista qui de me argentũ nõ petit: a dando: q̃ det fœnori: vel a gręco απο του Δανιζειν qđ est mutuare. Danistic⁹ fœneratorius. Danisma mutuũ vsura.

¶ Danunt qñq̃ a veteribus dicebat̃ pro dant: ⁊ duis pro dederis. Plaut. Cui se virtutẽ dii danũt lenoniã.

¶ Danubius ⁊ danubiũ dr̃. Ser. Jster fluuius est scythię qui ⁊ danubius noĩatur. Sal. Nomẽq̃ danubiũ habet in iugis germanię montis Sarnob̃ oritur per innumeras gẽtes dr̃ Danubius: vbi Jllyricũ attigit Jster. lx. amnibus acceptis in mare inuoluit̃. Ambr. lib. Hexa. Danubius de occidẽtalibus partibus barbarorum. atq̃ Romanos interfecans populos donec ponto ipse condatur.

¶ Danaus ęgypti frater. Argiuorũ rex q̃ anno egressionis populi Jsrael. xxxvii. Stenelo rege expulso argos tenuit: ibiq̃ quiquagita ãnos regnauit. Genuit quiquagita filias quę bellides dictę sũt. Hę vna nocte viros suos ęgypti filios preter vnã interfecerũt. A Danao fit patronymicũ fœminũ danaides. Sene. in Hercule. Ut neq̃ frustra Danaides plenas fecerũt.

¶ Danae cũ ae: sed nõ diph. gręce Δαναη nomẽ Acrisii filię. Frequenter immo fere semp ęe diuidit̃: vt apđ Ouidiuz lib. ii. de tris. Quid danaeñ danaesq̃ nurus matremq̃ lyei.

¶ Dapes sunt magnifici ⁊ oppipari apparat⁹. Mar. Jlla quidẽ lauta est: dapibusq̃ instructa supbis: Sed nihil oĩno te recitãte placet. Hinc dapalis cœna quę diuersis ⁊ amplis dapibus cõstat. Plyn. Pauonẽ sibi gratia Romę primus occidit orator Hortensius dapali cœna sacerdotii.

¶ Dapaticus a. um. quod est ampliũ ⁊ magnificum: vt negocium dapaticum

¶ Dapsa apđ veteres genus sacrificii: qđ fiebat: aut hyeme sęuienti: aut vere a gręcis Δαψ vocatur.

¶ Dapsilis pe. cor. abundãs: liberalis. Gręci a Δαψιλεα largũ dicunt. Col. lib. iiii. At sponta dapsilis musto Δαψιλειαν largitatẽ abundantiã rerũ: liberalitatemq̃. Unde nostri quoq̃ dapsiles aliqñ lautos ⁊ liberales appellant. Plau. in Aul. Jstas magnas factiones dotes dapsiles: nihil moror. i. affluentes ⁊ largas Dapsile aduerbiũ abundãter. Sue. in Uesp. Ced ⁊ cõuiuabat̃ assidue: ac sępius recte ac dapsile.

¶ Daphnis latine laurus. Fuit (teste Seruio) Mercurii filius formosissimus.

¶ Daphne propriũ nomẽ puellę nymphę. Et daphne vt docet Stra. nemus apud Antiocenses. Uide in dictione Epidaphne.

¶ Dardanus nomen electrę Jouisq̃ filii. Qui cũ Jasium fratrẽ interemisset: inde fugiens samothraciam deuenit. Unde Uerg. Hic ortus in agris Dardanus Jdęas phrygię penetrauit ad vrbes Threiciãq̃ samon: quę nunc samothracia fertur. Et ab ipso Dardano dardania regio in phrygia vocata est: ⁊ dardanidę populi. Hic Erichthoniũ genuit qui filium habuit Troem: qui Troiam: quę prius dardania appellatur: a suo noĩe vocauit: Hic filios habuit Assaracũ et Jllum: qui vrbem regiã a se Jllion noĩauit. Huius filius fuit Laomadon Priami pater.

¶ Darideus nomen regis Persarũ tempore. Tiberii Caii ⁊ Claudii Jmperatorum.

¶ Darius nomen regis persarũ: qui. xxxvi. annos regnauit: cui Xersis filius ex atosa Cyri filia successit in regno. Hoc nomen habet pe. prod. quoniã apud gręcos scribitur per ei diphthongum.

¶ Daricus pen. cor. numisma persicum darii imagine percussum.

¶ Darientius fluuius Medualorũ sese per cõfragogosa loca in Rhodanũ pręcipitans.

¶ Dasela densitas spũs et signũ est vocalis aspiratę.

¶ Dardanarii dicunt̃ propolę qui oĩa pręemunt vt: demũ chari⁹ vendant. Dicti a Dardano quodã contaminatissimo ⁊ pflagratissimo mago: a quo etiã dardanię artes a Col. vocant̃ magicę. Eius sunt verba. At si nulla valet medicina repellere pestem Dardanię veniunt artes.

¶ Datatim aduerbiũ significat inuicẽ dando. Plau. Tũ isti qui pila ludũt serui scurrarũ datatim in via.

¶ Datarius: qui in postulationibus ac litteris manu pontificis maximi subscriptis diẽ ⁊ locũ notat quib⁹ datę sunt litterę. Datarius a. um. qđ est dandũ. Lingua vernacula dadare. Plau. Eho an nõ prius salus? Nulla est mihi salus dataria.

¶ Daunia Apulia: a Dauno Jllyricę gentis claro viro: qui eam condidit.

D ante E.

¶ De prępositio est: quę separata modo significat απο hoc est a vel ab vel ex vt audiui de patre meo. Modo περι: vt cũ dicim⁹ de partibus orationis. περι μερων του λογου. Modo propter. Teren. in Eun. Quantũ me amas de fidicina hac. Modo deorsum: sicut sus sursum. Unde susq̃ deq̃ fero veteres dicebant. Hoc est sursum an deorsum res feratur paruifacio. Modo memoratiuam vim habet: vt Cicero scripsit de officiis. Modo significat nõ: vt delumbe: qđ est nõ habẽs lumbos. Composita interdũ auctiua est: vt deamo: deprauo. Jnterdũ diminutiua vt decresco: deferuesco. Jnterdũ priuatiua seu negatiua: vt desperatus: demens dedecet. Jnterdũ localem vim obtinet: vt deambulo descendo. Jnterdũ deficientẽ vim sui simplicis indicat: vt disco: dedisco: tego: detego: doceo: dedoceo. Jnterdum est honoris exhibitiua vt defero: deduco. Significat qñq̃ in totũ vel oĩno: vt demando. Qñq̃ aperte seu palam vt demonstro. Cõponitur aũt cum dictione incipiente ab a vt deamo. b vt debacchor. c. vt decerno. d vt deduco. e. vt deerro. f. vt defero. g. vt deglutio. h. vt dehisco. i. vt deiicio. l. vt delabor. m. vt demiror. n. vt denudo. o. vt deosculor. p. vt depello. q. vt dequutio. r. vt deriuo. s. vt desudo. t. vt detraho v. vt deuenio. Patitur tñ nonnũq̃ elisionẽ metri gratia: sicut in deinde ⁊ dehinc. Uerg. Oscula libauit nate dehinc talia fatur: vbi eliditur e: ⁊ dicimus dhinc.

¶ Dehabeo es. significat nõ habeo. Hiero. ad Eustо. Jta ille moderatur vniuersa: vt nemo quid postulet: nemo dehabeat.

¶ Deamo valde amo qđ vulgo dicit̃ cordialiter amo.

Ter. in heau. Ne ego sū fortunatus deamo te Syre.

¶ Deambulo de loco ad locum: vel hinc inde ambulo: vt fit salutis vel relaxationis causa. Teren. in Adel. Deambulare huc libitū est. Aug. lib. v. con. Ante tribunal deambulabat solus.

¶ Deambulatoriū locus in quo deambulamus.

¶ Deartuo as. quasi per artus incido. Plau. in Cap. Cum igitur ego denunciatus deartuatus sum miser

¶ Deauro as. a summo vel ad imū auro: vñ deauratꝰ

¶ Debacchari ꝓprie est pręe ebrietate valde furere. Teren. in Adel. Satis debacchatus iam leno es: audi si vis nunc: ego debacchatus sum in te an tu in me? Per translationem dicitur cum quis ira pectus furit

¶ Debellare bello vincere vel capere: ⁊ ꝓprie debellamus hoīes: expugnamus castra: vrbes naues ⁊ hmōi Ply. lib. vi. Darium Alexander debellauit.

¶ Debilis ex de et habilis: quasi parum habilis: hoc est male habitudinis. id est infirmus. Hinc debilitas et debilito tas.

¶ Debeo es. bui. bitum. Pertinet ad ola: quibus deuincti sumus: qđ vulgo teneor seu debitor: siue obligatus sum dicitur. Ci. Planco. Perfice vt ne minus respub. tibi ꝙ̄ tu reip. debeas. Idem Seruio. Homo et maximis meis beneficiis deuinctus ⁊ ꝓpe olm qui mihi debere aliquid videnꝭ gratissimus. Aliqñ debeo est dare debere. Plaut in Cur. Beatus mihi videor subduxi ratiunculā ꝗ̄tum æris mihi sit: ꝗ̄tumqꝫ alieni siet: diues sum si nō reddo eis quibus debeo. Sal. Res aūt opportuna videꝭ q̄ eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandē pecuniam debebat. Sed cum accipiꝭ pro eo qđ vernacula lingua dicimus deuoir: verbum familiariū est: vt tu debes legere.

¶ Debitor ꝓprie đr is a quo inuito exigi pecunia potest: inquit Modestinus.

¶ Debitio ipse actus. Cic. Per quē dissimilis est pecuniæ debitio ⁊ gratię. nam qui pecuniā dissoluit statim nō habet id qđ reddidit. Qui aūt debꝫ eo retinet alienū. Gratiam aūt ⁊ qui refert habet: ⁊ qui habet in eo ipso quod habet refert.

¶ Debitū ⁊ participiū ⁊ nomen esse potest. Quando nomen: significat id qđ debeꝭ: vt omne debitū dimisi tibi. Quando participiū đr obligatū. Liui. libi. xxii. Cum Romanus plures ꝙ̄ poenus recepisset: argentumqꝫ pro eis debitū sępe iactatū in senatu re: quam tunc cōsuluissent partes tardius erogaretur

¶ Decacumino as. pe. cor. cacumen ꝑcido siue cacumine priuo. Col. lib. vi. Potest etiā vimus sic disponi vt adhuc tenera decacumineꝭ: ne altitudinē. xv. pedum excedat.

¶ Deca gręce Δέκα latine decem. Decatos decimus Decas adis. numerus denarius seu quicq̄d numerū denariū cōtinet. Unde Liuius libros suos decadas nuncupauit q̄ decē volumina singulę ꝯtinerent. Itē decadas decennalia spatia nuncupamus.

¶ Decapolis pe. cor. Iudeę regio est decē vrbiū trās Iordanē. Hanc multi Cęsaream esse dixerunt

¶ Decarchon gręci eum appellant qui decem pręest equitibus.

¶ Decachordiū instrumentū musicum decem chordas habens.

¶ Decalogus pe. cor. sacrū volumen qđ decem legis pręcepta continet.

¶ Decaphorus penult. cor. lectica quę fertur a decem hominibus: sicut hexaphorus quę a sex.

¶ Decadoros pe. pro. longus decem palmis.

¶ Decalicatum calce litum.

¶ Decaluo as. Uide in dictione caluo.

¶ Decedo is significat discedo: ꝓprie vero a mandato custodię loco recedo: vt consules de ꝓuincia dicūtur decedere: ⁊ pręsides de vrbibus. Et decedere est deorsum ire siue minui. Lactan. lib. i. Id aūt solidum existimandū est: cui nihil discedere id perfectū cui nil hīc posit accedere. Decedere via est per errorem siue honoris gratia digredi. Sue. in Cęsa. Et cum luminibus extinctis decessissent via diu errabundus tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Idem in Tibe. Nec mirū cū palam esset ipsum quoqꝫ eisdē assurgere ⁊ decedere via. Plau in Tri. Decedā ergo de via: de semita: de honore populi. Rursus decedere ponit pro mori. Et per se plenum est: vt subintelligaꝭ vita tanꝙ̄ de custodia et gubernatione corporis proficisci: vt eo modo dicaꝭ decessit: quo defunctus est. Cic. tamē in Cato. dixit Uetat pythagoras sine iussu Imperatoris dei pręsidio ⁊ statione vitę decedere pro discedere: sed semper ablatiuū desyderat vt excessit e vita.

¶ Decerno is. ꝓprie statuo cōstituo definio: siue de magnis rebus certā sententiā profero. Unde senatus decretū. Ci. lib. i. offi. Quare expectanda quidē magis est discernendi ratio ꝙ̄ decertandi fortitudo. Teren. Quicq̄d peperissent decreuerūt tollere. i. deliberauerunt. Per translationē vero pertinet ad ea quę sunt dimicationis. Liui. lib. i. Obuiā egressi vt postꝰ acie decernerent: ꝙ̄ inclusi de tectis dimicarent.

¶ Decerto as. frequentatiuū. Amb. Unguentarii spectare solent nō decertare.

¶ Decermina dīr quę purgandi causa decerpuntur.

¶ Decretū nomen id significat qđ definitur. Unde decreta pontificū ꝯstitutiones dicunꝭ. Decretū participium vt cū dicimus. Decretū est. i. statutū ⁊ definitū. Decreta senatus a consultis sic distinguunꝭ ab aliquibus: vt decretū dicant particulā quandā esse senatusconsulti vt cū prouincia alicui decerniꝭ tanꝙ̄ decreta sint specialia: consulta generalia.

¶ Decretorius a. um. Ponitur pro iudicario: in quo scilicet iudiciū ferri potest: vt dies decretorius qui et criticus. Aliqñ dicitur qđ est decretū firmatū extans q̄ ad aliquid arguendū iudicandumve. Quin. Et quidam litigationibus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorē pręstitisse cōtenti cū turba laudantium destituūt subsellia pugnamqꝫ illā decretoriā imperitis ac sępe pullatę turbę relinquunt. Decretorius sydus: ⁊ tpus decretoriū đr id ex quo de prouentu aliquarū rerū futuro sumiꝭ indiciū. Plyn. lib. xviii. Res summa vitiū agitur decretorio vnius sydere illo: qđ caniculā appellauimus. Unde carbūculare dicuntur vt quodā rrediniis carbone exustę. Idem. Aquila exoritur vesperi decretorio die florētibus oleis.

¶ Decerpo ex de et carpo significat detraho: siue in de capio. Unde decermina.

¶ Decet cōuenit: honestū est: aptum est. cōsentaneū est. Cic. lib. de opti. or. genere. Decere inquit quasi aptum esset: cōsentaneumqꝫ tempori ac personę: Q̄ tum in factis sępissime: tum in dictis valet. In vultu deniqꝫ ⁊ gestu ⁊ incessu. Contra itemqꝫ dedecere. Et modo personale est. Qui. de reme. Unde decent alos mollia regna tuos. Modo impsonale: qđ nonnunꝙ̄ est

¶ Decũbo is. idẽ qꝺ decubo. Hiero. Quintũ iã diem decumbens lectulo nimia festinatione dictaui Aliqñ decũbere significat mori. Ci. li. ii. tus. Mittũt etiã vulnerib⁹ cõfecti ad dños qui quærũt quid velint si satis factum iis sit: se velle decumbere

¶ Deculto. as. ex de ꝛ occulto in quo abiicitur o. ꝛ c.

¶ Decurro is. decurri ꝛ decucurri decursum deorsũ curro. Ver. Sũma decurrit ab arce. Per translationẽ decurrere est a principio ad finẽ vsq̃ currere. Lac. li quarto. Quæ oro tãtę affluentię vbertate decurrens Itẽ pręterire. Idẽ li. vii. Decurso tẽporũ spatio. Augusti. li. ix con. Tolerabam illud interuallum temporis: donec decurreret.

¶ Decurtatus participiũ a decurto idẽ est qꝺ mutilatus breuiatus. Ci. Mutila sentit quędam ꝛ decurtata Et a Hiero. Decurtatus liber dicitur.

¶ Decussare est in decusses formare atq̃ diuidere: ꝛ ꝑ integrã lõgitudinẽ dissecãdo trahere. Decussis enĩ dicit a decẽ assibus. Nã numerus denarius perfectus ꝛ absolutus est. Vñ ꝛ decumanus limes Colu. li. iiii. Nã duas regulas eius latitudinis quo pastinator sulcũ facturus est in speciẽ gręcę litterę decussabimus.

¶ Decussatim significat per decusses. Col. li. vltimo. Rapam in alueo aut sera cõponito deinde sicut consueuerunt salgamarii decussatim ferramento lunato incidito.

¶ Decutio is pe. cor. ssi. ssum. ex de ꝛ quatio significat deiicio deorsum quatio demeto decido. Liui. libro. i. Rex velut deliberabũdus in hortũ ędiũ sequẽte nuncio filii: ibi inambulans tacitus summa capitũ papauera dr baculo decussisse. Hier. per translationem ad Dardanũ dixit. Ut decutiã superciliũ iudęorũ qui synagogę angustias latitudini ecclæsię pręferunt.

¶ Dedecus pe. cor. ꝛ dedecoro as. Vide in decor.

¶ Dedignor aris. Vide in dictione dignor.

¶ Dedisco is. dedici. Vide in dictione disco.

¶ Dedico as. pe. cor. per verba cõsecro siue honoris gratia deputo: aut dicẽdo defero. Cæcil. lib. i. annalium. Legati qui missi sunt veniunt dedicãt mandata

¶ Dedo is dedidi deditũ: significat in perpetuum do vel totũ subdo: siue in manus potestatẽ ve ꝛ arbitriũ do. Unde dedere se hostibus dr qui se in hostiũ potestatem tradit. Et traditio ipsa deditio dr. Et qui ita se dedunt dedititii vocant. Plau. in Am. Conuenit victi sint eo pręlio vrbem: agros: aras: focos: seq̃ vti dederent. Liui. lib. i. Sic ad supplicium numitori remus dedit. Cęsar lib. i. Heluetii oĩm rerum inopia adducti legatos de deditione ad eũ miserũt. Et dedere est simpliciter dare. Terẽ. Verberibus te cęsum in pristinũ Daue dedam. Forma deditionis describitur apud Liuiũ in deditione collatię. Ita enĩ rex interrogauit. Estisne vos legati oratoresq̃ missi a populo collatino: vt vos populumq̃ collatinũ dederetis? Sumus. Est ne populus collatin⁹ in sua potestate? Est. Deditis ne vos: populũq̃ collatinum: vrbem: agros: aquam: terminos: delubra: vtensilia diuina humanaq̃ oia in meã populiq̃ Ro. deditionẽ? Dedimus. Et ego recipio.

¶ Deditus a. um. in totũ vel valde datus. Ter. in hecy. Prius q̃ hanc vxorẽ duxi: habebam alibi animum amori deditũ. Dedita opera. i. data opera siue accurata opera: seu de industria: vel ex cõposito data opera quasi cura adhibita: ꝛ labore impenso. Idem in Eun. Apud antiphonẽ vterq̃ pater ꝛ mater: quasi dedita opera erant: vt nullomodo introire possem quin viderent me. Fest. Deditũ interpretatur valde datum.

¶ Dedititius a. um. a deditus fit: ꝛ is est qui se in alterius imperiũ dedidit. Curtius Multitudo dedititiorum incolis nouarũ vrbiũ cũ pecunia capta dono data est. Per abusionem tñ dicimus ego sum dedititius tuus. i. tibi deditus ꝛ tuo imperio obnoxius.

¶ Dedocere est secus ab eo qꝺ quis doctus est docere: vel falsum id esse ostendere. Quintil. lib. ii. Cera in eluendis quę semel insederũt vitiis difficultas consequatur cũ geminatũ onus succedentes pręmat. Et quidẽ dedocendi genus plus q̃ docendi propter quod Thimotheũ clarũ in arte tibiarũ ferunt duplices ab iis: quos alius instituisset solitum exigere mercedes: q̃ si rudes traderent. Græce Διδάσκω όθεν Διδάσκαλος.

¶ Dedoleo es pe. cor. nõ doleo: vel dolore me priuo. Ouidius lib. iii. fas. Quid me in desertis morituram Liber harenis: Seruabas? potui dedoluisse semel.

¶ Dedolo as. pe. pro. significat dolabra vel eiusmodi ferramento deorsum vel pulchre dolo: cædo. Col. lib. quinto. Hęc eorũq̃ similia pedamẽta post putationẽ retractanda sunt: partesq̃ eorũ putres dedolandę.

¶ Deduco is. pe. pro. proprie deorsum duco. Vergil. Carmina de celo possunt deducere lunã. Siq̃ deducere est de loco ad locũ siue de re ad rem ducere. Idcirco et ablatiuus datur nonnũq̃ separatiuus: accusatiuus vero similiter. Et tam in passiua q̃ actiua significatione: qꝺ pręmonendũ esse diximus ne quis in passiua ablatiuos huiusmodi putet esse agentes nisi in exemplo Ciceronis qꝺ dicemus. In actiua. Plau. in Cur. Deduco pedes de lecto clam miles ne sentiat Hic ponitur pro detraho. In passiua. Hiero. ad Helio. Ubi quies nõ est: ibi mens a ꝓposito sępe deducit id est reuocat siue remouet. Idem in Paulo. Nec tamen accepto itinere deducebat. Lactan. lib. iiii. pro deriuare seu descendere posuit. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductũ: ꝙ hoĩem sibi deus religauerit. Cice. Terentię. Neq̃ legis improbissima pœna deductus est: quo minus hospitii ꝛ amicitiæ ius officiumq̃ pręstaret. Hic deductus pro deterritus sumitur: ꝛ ablatiuus pœna agens est: licet sine pręppositione sit. Nã hoc fit interdũ ꝛ in aliis. Aliqñ sine ipso ablatiuo separatiuo ꝛ cũ accusatiuo mediante pręppositione ponit pro delabi: vt apud Lactã. li. ii. Homines aũt ipsos ad tantã cęcitatẽ esse deductos: vt viuo ac vero deo mortuos pręferant. Proprie in significatione sua cũ actõ mediãte ꝑpositione Cęsar in primo commentariorũ. Cęsar vna ęstate duobus maximis bellis cõfectis maturius paulo q̃ tpus postulabat in hyberna in sequanos exercitũ deduxit. Verg. lib. geo. pro diuertere sine ablrõ ꝛ actõ posuit. Riuos deducere nulla Religio vetuit. Sumitur ꝛ deducere pro in tenuitatẽ ducere. Pomp. Vocẽ deducas oportet vt mulieris videant verba: quare ꝛ pro subtili et nihil subrusticũ proferre ponit. Hor. Cũ lamẽtamur nõ apparere labores Nostros et tenui deducta poemata filo. Ver. etiã deductũ carmen significãtissime dixit ꝙ quasi filum de inuentione deducat. Tractum a lana q̃ purgatur ꝛ in fila trahitur. Inde etiã pro imminuere ꝛ detrahere: ꝛ deductio pro imminutione: vt inquit Asco. Interdũ pro mouere. Sal. Arma deponere: pręsidia de locis deducere. Interdũ pro officii vel honoris gratia alicui comitatũ pręstare: ꝛ fit fere

cum pompa quadā: ⁊ sepe cū multo populo. Amb. Deduximus fratres hostiā viuam dominū et fratrē meū Satyrū. Hie. ad Julianū. Ut sanctissimā coniugem tuā nō quasi mortuā: sed quasi ꝓficiscentē deduxeris. Liui. Frequentes eū deduxerūt domū. Cuius cōtrarium est reducere. Ci. in Cato. Hæc enī ipsa honorabilia ꝙ videntur leuia atq; cōmunia salutari appeti: assurgi: deduci: reduci: consuli. Comitari est minorū tam paucorū ꝙ multorū. Uer. Ipse vno graditur comitatus achate. Et magna comitante caterua. Assectari fere quasi per vrbem: vt fit cū quis amicitia vel propinquitate vel discendi studio: vel alicuius cōmodi assequendi gratia quempiā assectatur: quasi iuxta illum preeuntē sectatur: vti puer herum: filius patrē: discipuli preceptorē. clientes patronū. Ci. li. de orat. Cum maior natu ⁊ consularis. Sergius Galba assectaretur. Est ⁊ ꝓsequor qđ est quasi deduco: sed in itinere cū quempiā aliquantū longe comitamur. Liui. lib. ii. Decedentē domū cū fauore ⁊ laudibus ꝓsecuti sunt. Hie. Quo gemitu te abeuntē prosecutus sim: iste quoq; littere testes sunt.

¶ Deerrare est de via sine ratione declinare. Cic. Si transitionibus nullis vtemur: ⁊ si nō deerrabimus a proposito.

¶ Defamo as. pe. pro. fama priuo sicut diffamo. Gel. Ut vocabula eorū quoq; defamata atq; deformia cum ipsis viderentur. Sed ex græco omnino veniunt. Φημι και Φημη.

¶ Defæco cū diph. significat fæce purgo: quasi fecem detraho. Ply. lib. xviii. Per brumam vitem ne colito: vina tñ defecari etiā diffundi. Hyginius suadet. Unde oīa pura inturbata ⁊ sine sordibus ac vinū sine fecibus: defæcata dicunt. Plau. in Aul. Nunc defæcato demū aīo egredior domo. i. ab angore purgato. Proprie Col. lib. vltī. Et defecatū vinū in amphoras bonas adducito.

¶ Defendo is. di. sum. ex de ⁊ fendo. Unde ⁊ offendo: ꝙuis fendo nō reperiatur: significat tueor. Lactan. Qui sepe etiā malas copiose defendisti causas. Duobus aūt modis ab aliquo defendi dicimur: vel cū ille nos defendit: vel cū ipsi defendimus nos: vel alius defendit nos ab illo tanꝙ iniuriā inferente: vt si nobis aduersent iudices: ⁊ Cicero tueatur. Recte dicemus defendi nos a iudicibus nō ꝙ illi nos defendant: sed ꝙ presidio Ciceronis ab illorū iniuria defendamur. Differt tñ defendere a propugnare: quia defensio est quoquomodo fiat: ꝓpugnatio nō nisi per cōtentionē. Rursus defendere est auertere depellere prohibere. Gel. M. Claudius hostes defendebat a pinnis facillime. Cic. lib. iii. offi. Etenim si quis nō defendit iniuriam: neq; ꝓpulsat a suis cū potest: iniuste facit. Hoc aūt fit ex vi ꝓpositionis de: quæ duplicē facit significationē. Cū enī tueor significat tunc de auget. Qñ vero prohibeo ꝓtectionis detractionē ⁊ negationē facit. Dicimus aūt Defendo frigꝰ tibi ⁊ defēdo te a frigore. Uer. Solstitiū pecori defendite iā venit estas. Et alibi. Hic ego dum teneras defendo a frigore myrtos.

¶ Defensito as. frequentatiuū est. Cic. lib. i. offi. Si igitur nō poterit siue causas defensitare: siue populū concionibus tenere: siue bella gerere: illa tñ prestare debebit: que erunt in ipsius potestate.

¶ Defero pe. cor. affero. Uer. lib. iii. Celeris mandata per auras Detulit. Aliqñ denuncio. Cic. Ruf. Scito contubernales duntaxat meos delatos esse. Idē Sulpitio. Eiq; nec opinanti voluntatē tuam per litteras detulisse. Aliqñ in accusationē defero. Unde delator occultus accusator calumniator. Sue. in Dom. Princeps qui delatores nō castigat: irritat. Aliqñ prodo: quod celatū est. Hiero. Sed forte conquesta medelatorem: ꝙ te ꝓdiderim clamabis. Pertinet etiā ad dignitatem ⁊ honorē ⁊ venerationē ⁊ officium: variisq; modis ponitur: ac ꝯstruitur. Ad dignitatē. Liui. li. i. Omnes nume pompilio regnū deferendū decernūt id est offerendū atq; tradendū. Ci. Octauio. Que tibi nō anteꝙ postulares maiora ꝙ velles plura ꝙ speres detulit senatus. Ad venerationē ⁊ officiū. Ambr. Nouerit deferre senioribus. i. venerationē exhibere: inseruire ⁊ subuenire. Aliqñ deferre est tribuere. Hieron. ad nepo. Honorent clericos: ⁊ ipsi a clericis quasi episcopis honor deferatur. Scitū est illud oratoris Domitii. Cur ego inquit te habeā vt principē cū tu me nō habeas vt senatorē. Habeo hic Honoro seu accipio significat. Alias pro loco. Cic. Treba. Uniuersum studiū meum ⁊ beniuolentiā ad te defero i. tibi attribuo. Nauis in portū delata est. i. deuecta. Hic delatus est lectica. i. deportatus. Ille detulit argentū. i. de loco tulit. Et diuinos honores parentibus detulerunt. i. dederunt seu celebrauerunt.

¶ Deferuescere signifi. decrescere. Ci. lib. iiii. Tusc. Aut rogandi orandiq; sunt vt si quā habent vlciscēdi vim: differant in tēpus dū feruescat ira. Deferuescere aūt certe significat ardorē animi inita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architæ: qui cū villico factus esset iratior: quo te modo inquit accepissem nisi iratus essem? Sed hoc per translationē quasi ira sit ignis quidā animū incendēs. Col. proprie deferuescere pro refrigerari posuit li. ii. de fœno loquēs. Prudentes agric[illegible] ꝙuis iam illarū tecto nō ante componunt: ꝙ per paucos dies temere congestū in se cōcoqui ⁊ deferuescere patiantur

¶ Deficio is. ex de ⁊ facio ꝯstruitur cū datiuo ⁊ significat deesse vel nō sufficere. Ci. in Uer. Actio. iiii. Uereter ne mihi crimina nō suppeterēt: ne oratio deesset: ne vox viresq; deficerēt. Idē. Ser. Sulp. Sed opprimor interdum ⁊ vix resisto dolori: ꝙ ea mihi solatia deficiunt que ceteris: quorū mihi exempla ꝓpono: simili in fortuna nō defuerūt. Et more suo hic fecit Cicero: vt per desum deficio exposuerit. Hinc defectus pro priuatione deducit. Legimus etiā deficere absolute positū pro deesse. Hircius. Quare neq; tanti sum animi: vt sine spe castra oppugnanda censeā: neq; tanti timoris: vt ipse deficiā. Aliter alibi dixit. Martius Rufus questor in castris relictus a Curione cohortatus suos ne animo deficiant. i. terreant: ⁊ animus desit. Inuenitur etiā cū actō pro derelinquere positū ꝙ ꝙ in sensu idem sit cū deesse. Ci. Prudentia nunꝙ deficit oratorē. Cesar. Frustra mee vite subuenire conamini quē iam sanguis viresq; deficiunt. Sal. in Jug. Desero vsus est in similibus. Sed de studiis partium deq; oibus ciuitatis moribus si sigillatim atq; pro magnitudine parem disserere tēpus ꝙ res maturius me desereret. Accōmodatur huiusmodi noīatiuus rebꝰ inanimatis vt dies me deficiet: vox te deficit: ⁊ oratio illum deficit. Lactan lib. ii. Nō enī verendū est ne te in tam bona causa deficiat oratio: qui sepe etiā malas copiose ac fortiter defendisti. Cesar lib. ii. Ipsos res frumentaria deficere cepit. Si quis tñ in his datiuo pro actō vtatur: nō culpandus erit. Frequentius tñ

cum actõ vsurpatur. Et notãter dixi rebus inanimatis accõmodari in hac significatione quia nõ recte dixeris vxor vel resp. me defecit: sed a me defecit. Item deficere cũ actõ significat non suggerere. Vir. Cum iam glandes atq; arbuta sacrę deficerẽt siluę .i. nõ suggererẽt glandes atq; arbuta. Interdum absolute ponitur pro finiri desinere defetisci vt hic prę mœrore defecit. Martianus. Tum demũ id agere cõsiliũ erat cũ vita defecit. Aug. cum infinito posuit in quodam sermone. Aliquid deus defecerat pascere seruũ suũ Heliam? Nõne illi cui deerant homines alites ministrabant? Construit quãdoq; cũ abltõ sine prepositione ⁊ sic sumitur pro carere siue priuari. Col. li. iii. de vite loquens Cũ transtuleris inquit de humido in aridum locũ vide ne pristino alimento deficiat. Idẽ. Cõmode fluunt; nec deficiunt macro solo. Et li. iii. passiuo vsus est. Iugatũ quadã parte deficitur: quadã superat. Et li. viii. Qui si memoria deficitur quo minus agnoscat cuiusq; progeniem pice liquida eandẽ notã scrofę ⁊ porcis innotat. Capitur ⁊ pro dissentire recedere seu rebellare: ⁊ tũc abltõ iungit cũ ppositione. Sal. in Iug. Quod oppidũ primũ omniũ post malã pugnã ab rege defecerat. Deficere em̃ dñt qui ab iis quorũ sub imperio sũt desciscũt: ⁊ in hostiũ numerũ se cõferunt. Cice. in Lę l. Difficile est amicitiã manere si a virtute defeceris. Liui. li. ii. Eodem anno due colonię pometia et chora ad aurũcos deficiunt. Subintelligitur enim a Romanis deficiũt transeũtes ad. Aurũcos. Inde defectores qui transeunt de vno exercitu ad aliũ. Defectio recessus: vel militũ ab imperatore vel ciuitatis a dño: qui dicunt deficere cum ab eorũ gubernatione discedũt. Nonnunq; accipit pro diminui debilitari ⁊ virib⁹ exhauriri. Ply. Gñs vini (quod bion vocam⁹) prodest stomacho dissoluto pręgnantibusq; ⁊ defectis Mar. Dulcia defecta modulat carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defectus a. um. participiũ a defio vel deficior habet significationẽ actiuã in voce passiua. Col. Diligẽtis patrisfamilię est primam quamq; arborẽ senio defectam tollere .i. quę defecit. Quintil. lib. iii. Ut si obsessi ⁊ impares ⁊ aqua ciboq; defecti de faciẽda ad hostẽ deditione deliberẽt .i. qui defecerũt. Huic fit cõparatiuũ defectior ⁊ suplatiuũ defectissim⁹. Col. in prœfa. Sed siue fundũ locuples mercatus est e turba pedisequorũ lecticariorũq; defectissimũ ãnis ⁊ viribus in agrum relegat ⁊c. Defectus tus. nomẽ significat pœnuriã nõ vitiũ aut culpã: aut morbũ: vt defectu ciborum dedimus nos hostibus. Liui. li. iiii. Defectus alibi aquarum circa torrides fontes riuosq; stragem siti pecorũ morientiũ dedit. Interdũ defectus dicit diminutio. Gel. li. ii. Sed de lunæ motibus solisq; defectibus. Ply. li. i. Defectus autẽ suos ⁊ solis rẽ in tota cõtemplatione naturæ maxime mirã ⁊ ostẽto similẽ Defectus animi: siue defectus animę vt Celso moris est loqui lipothimia ⁊ lipopsychia grece dicitur a nris etiã animi deliquiũ: ⁊ verba linqui aĩo et intermori et deficere ⁊ extinctę animę spẽm pbere quos. Pli. ⁊ defectos animo qñq; appellat. Defectata vero corpora et defecti sunt quos greci παρετους quasi resolutos dicunt: ⁊ resolutionẽ ipsam παρεσιν λεγουσι.

Defectio recessio siue rebellio. Liui. lib. i. Ob residuas bellorũ iras maxime sollicitati ad defectionẽ voluntarios traxere. Cic lib. iiii. Tus. Omniũ aũt perturbationũ fontẽ esse dicunt intemperantiã; quæ est a tota mente a recta ratione defectio. Aliqñ dicitur diminutio ⁊ decretio. Idẽ in Cato. Quoniã delectabant ad defectiones solis ⁊ lunę multo nobis ante prędicere. Sunt ⁊ defectiones mulierũ a conceptu. Qđ genus etiã malaciã prægnantibus vocare Ply. solet. Est em̃ malacia in stomacho debilitas ⁊ in mari malacia pro tranquillitate capitur.

Defectiuus a. um. qđ est mancũ: Cic. lib. i. offic. Et enim cognitio cõtemplatioq; naturę manca. id est defectiua quodammodo.

Defetiscor eris. defessus inquit Prisc. compositũ a fatiscor fessus: qđ quidam a Fateor deriuari volunt: Sed Diomedi assentiendũ puto qui ait. Fessus appellatio est: postea sequitur. Differt aũt fatigatus a fesso ꝙ fatigatus dr cũ quis per aliũ laborare cõpellitur: vt lassatus. Fessus vero cũ quis labore deficit vt lassus. Fessus igitur nomen est nõ participiũ: quia sicut lassus nõ est participiũ ita nec fessus qđ eorũ significatio quasi eadẽ plane ostendit: quã verius docuit ex qua ostendit nõ esse idem fessus ⁊ fatigatus: igitur neq; a fatiscor fessus: neq; a defetiscor defessus: qr fessus nomen est: ⁊ eius compositũ est defessus: ipsaq; verba supinis atq; pręteritis carere existimo: quemadmodũ et fatisco. Et quoniã fatisco in vsu est: nimirũ fatiscor obsoleuit: compositũ tamen defetisco. remansit: et in eadem pene significatione sumitur: qua fatisco qđ deficio significat defetiscor vero cesso siue deficio. Et sic duo verba nobis relicta sunt. Alterũ neutrũ simplex et alterum deponens compositũ. De fatisco Col. li. ii. Sed omni solo qđ prędictorũ leguminũ segetibus fatiscit vna pręsens medicina est: vt stercore adiuues ⁊ absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Vir. li. i Ge. Neu puluere victa fatiscat. De Defetiscor. Ter. in Phor. Isthęc res mihi sollicitudini est: neq; defetiscar vnq; ego experirier donec tibi id qđ pollicitus sum effecero De Defessus. Idem in Adel. Defessus sum ambulando. Eius ɔtrariũ est Indefessus. Clau. lib. iii. Accingar lustrare diem per deuia rerum Indefessa ferar nulla cessabit hora. Nõ requies nõ somnus erit dũ pignus ademptũ Inueniã.

Defigo is. pe. pro. deorsum figo. Aliqñ etiã defigi pro defatigari ponitur ac viribus attonitorũ modo linqui vt apud Plyniũ libro. vii. Defatigatur postremo expiret.

Definio is. pe. pro. termino decerno ⁊ quasi finem do. Diffinio vero discerno quasi dispertiẽdo distingo Unde diffinitio vocata est qua in disputando vti solemus. Et est oratio: quę id qđ diffinit explicat quid sit Est em̃ coactę in se atq; cõplicatæ rei explicatio: veluti cũ dicimus Homo est animal rationale ⁊ mortale: Explicat em̃ diffinitio id quod breuiter ⁊ anguste designabatur.

Defioculus dicitur qui est captus vno oculo: quem luscum alio noĩe vocitamus

Defit deest: ⁊ cũ datiuo ɔstruitur. Terẽ. in Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar quin qđ opus sit benigne præbeatur. Verg. Lac mihi nõ ęstate nouũ nec frigore defit. Pris. hoc loco ait Deficio aũt loco passiui defio facit: ⁊ inde defectus.

Deflagro as. pe. pro. vehementer cõburor. Ideo cũ abltõ ɔstruit. Ci. li. iii. off. Ictu fulminis deflagrauit

Deflecto is. deorsum flecto. Col li. iii. Cũ iam satis amplũ incrementũ susceperit ramũ oliuæ deflecte et ad crus arboris ficulneę religa. Ci. li. iii. off. pro declino

per translationem posuit. Hoc autẽ de quo nũc agimus idipsum est qđ vtile in quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit.

¶ Deflacco as. attero. Tractũ a vestibus siue a flacco vt ait Nonius.

¶ Deflorere est sine floribus esse: qđ fit cũ flores decidunt. Unde ⁊ deflorescere quod est sine floribus fieri. Ply. lib. xvii. Pessimũ est inter oĩa cũ deflorescentem vitem ⁊ oleam percutit imber: quoniam simul defluit fructus. Ci. ad Herẽ. per translationẽ. Formę dignitas aut morbo defloreſcit: aut vetustate. Eiusdem significantiæ est Effloreo vt est in p̃o. Dies eius tanq̃ flos agri sic efflorebit. Aliqñ etiã deflorescere est flores emittere. Col. lib. ii. Est cũ totã spicã edidit octo diebus defloreſcit: ac deinde grandeſcit diebus. xl. quibus post florem ad maturitatẽ deuenit. Sic efflorescere est valde floridũ fieri. Ci. in Lel. Quę tamen efflorescit amicitia etiã si tũ minus eam secutus sis.

¶ Defluere deorsum fluere et proprie de fluminibus dicitur. Per translationẽ significat decurrere delabi Ci. in Lel. Ad leues amicitias defluxit oratio. Salu. in Iug. Ubi per socordiã vires tempus ingeniũ defluxere. Quod est quasi cecidere ⁊ periere. Lactan. lib. iii. pro in nihilũ redigere posuit Nauis sine gubernatore abit pessum ⁊ corpus relictum ab anima defluit. Quandoq; ponit̃ pro valde fluere abundare. Ambr. Peccator q̃uis foris abundet ⁊ delicie fluat ⁊ odorib⁹ fragret: in amaritudine animę suæ vitã exigit. Quãq; pro subtus fluere. Verg. lib. iii. Geor. Adisq; aries in gurgite villis mersatur missusq; secundo defluit amni Defluere etiã dr̃ quod ętate morbo ve soluitur. Unde defluere capillus dr̃. Et qui ita defluit: dicit̃ defluus. Et defluuiũ capillorũ fluxus

¶ Defluxus idem quod defluuium.

¶ Defluus a. um. qđ decidit aut decidere solet. Ply. lib. xx. Hippocrates capillos mulierũ defluos fricari raphanis iubet Amb impropꝛie. Alliga sensum tuũ; nõ sit remissus ac defluus.

¶ Defluuiũ ipse decidendi actus. Ply. Sed defluuia comarũ facere dicitur

¶ Defodio is. pe. cor. sepelio obruo. Liui. Fuerantq; defossi annis quindecim supra quingentos ⁊ durauerant scz libri. Plau. in prolog. aul. Domi suę defossam multis cũ opib9 aulam inuenit. Col. vero lib. viii. p fodiendo facto posuit cũ dixit. Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli ⁊ viuam pecudẽ quæ sit pustulosa resupinã obruamus. Et Defodere est infra siue deorsum fodere. Idem lib xii. Pastinatur terreni iugerum: ita vt solũ in altitudinẽ triũ pedũ defodiat̃.

¶ Defœtus a. um. per œ diph. idem qđ destitutus sicut effœtus fœtu destitutus. Oui. in Ibin. Sic quoq; qđ rarum est solito defœta fauore Fortunę facies inuidiosa tuę. Hinc Defœtissimus. Col. Sed siue fundum locuples mercatus est e turba pedisequorũ lecticariorũq; defœtissimũq; annis ⁊ virib⁹ in agrũ relegat.

¶ Deforme turpe quasi seorsum a forma a quo Deformitas: ⁊ deformo as. quod est a forma sua deiicio. De quo in dictione Formo.

¶ Deformicatũ. Uide in dictione formicatio

¶ Defrico as. pe. cor. valde frico. Col. li. ii. Totumq; eorum suppalatũ sale defricato.

¶ Defrigo is. xi. Uide in dictione decoquo.

¶ Defringo deorsum vel valde frango siue decerpo: decido. Col. lib. vi. Plerunq; fit: vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitiũ defringatur. Uer. Aut summas defringe ex arbore plantas.

¶ Defraudare per fraudẽ aliquid decerpere vel fructum diminuere aut priuare vt est illud. Qui sophistice loquitur: odibilis est in omni re defraudabit̃. Defraudare vero geniũ est interrumpere voluptatem.

¶ Defrugo as. pe. pro. oẽm fructũ exhaurio. Defrugare segetẽ videt̃ qui vel nimia fœtura exinanit agros: vel per inscitiã aut negligentiã perdit lacessitve fruges olno cũ vel festinata sementis est: vel serotina pręs propereq; aut pręposteræ quid agitur: defrugari segetem contingit. Ply. lib. xviii. Oraculũ illud magnopere custodiendũ: segetẽ ne defruges. Col. Constat segetem nimia defrugatione exinaniri

¶ Defrutũ a deferuendo vt inquit Palladius vinum decoctũ Plynio auctore vsq; ad ad mediã partẽ. Sapa vero a sapiditate: mustũ est ad tertiã partem decoctum. At Col. aliter. Mustũ inquit q̃ dulcissimũ decoquitur ad tertias: ⁊ decoctũ sicut supra dixi defrutum vocatur. Sic Nonius. Sappa qđ nunc Mellacũ mustũ ad mediã partem decoctũ defrutũ si ex duabus partibus ad tertiã redigatur.

¶ Defrutare mustũ decoquere vt inde defrutũ fiat. Col. lib. ii. Sed defrutũ quoq; ⁊ defrutare vinũ licet Hinc defrutarius a. um. vt vasa defrutaria apđ Col. dicunt̃: quę sunt ad defrutum idonea.

¶ Defugere: recusare: in totum fugere. Lactan. li. v. Nõ defugi hunc laborẽ vt implerẽ materiã quã Cyprianus nõ est executus.

¶ Defundo deorsum fundo. Cato de re rust. Aquam defundito nõ omnẽ eo addito oleum

¶ Defungor eris. Uide in dictione fungor.

¶ Degener re. cor. qui maiorũ suorũ moribus nõ respondet. Ponitur q̃nq; pro ignobili: ⁊ vili. Uer. Degeneres aĩos timor arguit. Est aũt gñis oĩs. In ablatõ degenere vel degeneri. Luc. Si me degeneri strauissent fata sub hoste. Degenerare qđ est a genere desciscere. Hier. ad Dama. Hic obruta silicis frumenta in loliũ auenamq; degenerant. Uer. lib. ii. Ge. Pomaq; degenerant succos oblita priores. i. deteriorant̃ in sapore. Propter. Du mihi sunt testes non degenerasse propinquis. Dicimus aũt degenerare tam a malo q̃ a bono. Liui. lib. ix. Ne degeneraueris a familia imperiosissima ⁊ superbissima.

¶ Dego is. Ex de ⁊ ago sed abiicitur a pręteritũ facit degi supinũ dactũ scđm analogiã: sed nusq̃ legi: neutrum est sed in tertia persona passiue eo vti possumus Et q̃nq; absolute: q̃nq; cũ actõ significatq; deduco: siue ad finẽ vsq; duco ⁊ ago. Lactan. li. v. Quo rectius vita degatur nõ est necesse oĩa circuire. Item degere est viuere. Idem in eodẽ. Idcirco eum voluit sub aliena dictione atq; imperio degere: ne rerum pꝛosperitate corruptus in luxuriã haberet̃. Item expellere detrahere. Plau. in aul. Nunc ego istũ soror laborẽ degã et diminuã. Idẽ in Epi. Degit̃ coriũ de tergo meo.

¶ Degrummari significat a grumma mensura dirigere. Lucil. Uiamq; degrummaris vt in castris mensor faciat olim.

¶ Degulo as. pe. cor. gulæ trado. Plau. Postq̃ degulato patrimonio pauper est factus.

¶ Dehabeo es. Uide in dictione debeo.

¶ Dehinc dequi in anci. Ter. in And. Dehinc vt quiescant porro moneo. Item significat appresso vt aduerbium ordinis. Sal. Imprimis arduũ videtur res

gestas scribere: primũ q facta dictis exequãda sunt: dehinc quia plerique delicta quę tu reprehenderis malivolentia atque inuidia putant esse dicta.
¶ Dehonesto as. contrariũ verbi honesto qd significat honore afficio. Aug. lib. v. con. Quid nocuerunt tibi in quo imperiũ tuũ dehonestauerunt.
¶ Dehonestamentũ cicatrix est vultũ hois dedecorans: aut oculi effossio. Gel. lib. ii. Quo dehonestamẽto corporis maxime lętabatur.
¶ Dehiscere valde hiscere: siue deorsum pessumque aperiri. Hic em̃ de auget. Plyni. lib. ix. Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinẽ vtero parit. id est se aperiente.
¶ Deiero as. pe. cor. valde vel sancte seu libere iuro. Hie. li. Re. Et addidit Ionatas deierare Dauid: eo q diligeret eũ. Gel. li. i. Nã cũ amicus eũ rogaret vt pro re causaque eius filiũ deieraret his ad eũ verbis vsus est
¶ Deiurus pe. p. qui sctẽ ac valde iurat. Deiuriũ sanctũ iusiurandũ. Gel. Octo ad hostes redire voluerũt q deiuris vinci forent duo reliqui romę manserunt.
¶ Deiicio is. pe. cor. deorsum iacio vel deorsum mitto Plau. in Asi. Iussin colũnis deiici operas aranearũ. Verg. Toto genitrix que plurima cœlo deiicit in terras. Liui. li. ii. pro iaciẽdo defigo posuit. Dũ intẽtus in eũ rex totus aduerteret: alter elatam securim in caput deiecit. Per translationẽ ponit pro auerto. Ci. in phil. Nec vero vsque nec a repu. oculos deiiciebam. Item pro depellere vt apud eundẽ. Si me ędilitate deiecisset. Ab hoc verbo fit Deiectus us. pro deiectione
¶ Dein ex de et in. Sumitur pro deinde. Exin pro exinde proin proinde subin subinde. Et hęc habent accentũ in prima. Significatque deinde postea.
¶ Deinceps proprie significat gradatim per ordinẽ siue per vices siue qd dicere solemus: vnũ post aliũ. Liuius lib. i. Ita duo deinceps reges alius alia via ille bello hic pace ciuitatẽ auxerũt. Cic. Thermo. Si tñ tres fratres sũmo loco natos promptos nõ idisertos quos video deinceps tribunos ple. per triẽniũ fore te nolo habere iratos. Col. lib. vi. Quo quomõ et qualis generis faciendũ sit: nõ pigebit deinceps pręcipere. id est per ordinẽ. Interdũ sumit pro deinde siue postea. Hie. Versa est et ipsa sine coitu in matrẽ: vt nõ sit iam admodũ qd fuerat: sed purpura verissima ad indumentũ et gloriã summi regis diuinitus aptissime dedicata: vt nulli deinceps ea vti vsu fœmineo licuerit nisi deo. Interdũ significat pterea. Liui. Extemplo concilio scelera in se fratris originẽ nepotũ vt geniti vt educati: vt cogniti cędem deinceps tyranni seque eius auctorẽ ostendis.
¶ Deinsuper pe. cor. significat desup. Sal. lib. i. hist. ad medũ deinsup astantiũ manibus in murũ attollit.
¶ Deintegro pe. cor. significat totũ denuo siue a principio ad finem. Terenti. in An. Posthac quas faciet deintegro comœdiat.
¶ Deintegro as. pen. cor. diminuo.
¶ Deiphobus pe. cor. nomẽ filii Priami ex Hecuba. Deiphobe vero nympha fuit Glauci filia. Verg. Deiphobe glauci fatur quę talia regi.
¶ Deiphylus pe. cor. fuit Steneli filius Capanei in bello amicissimus. Deiphile nomẽ Adrasti regis filię et Tydei vxoris matris Diomedis.
¶ Deiopea siue deiopeia nympha λεγεσθαι οιωσωσ οτι δια αειρεσι εφιμερον τον ερωτα εφιμι και οπον φοιμ. Ita vt ab hac proprietate nominarit ventorũ flatibus conueniente.
¶ Deiugo as. pe. cor. disiũgo: cui ctrariũ est ciungo.
¶ Delabor pe. p. demittor. Liui. li. i. Cœlo repente delapsus. Quãque cõsumor et ad nihilũ redigor. Ci. li. ii. offic. Habenda est aũt ratio rei familiaris: quã quidem delabi sinere flagitiosum est. Quãque Decido. Ver. Serta pcul tantũ capiti delapsa iacebãt. i. quę deciderãt.
¶ Delachrymare est lachrymas vel aquã more lachrymantis emittere. Col. lib. v. de vite loquens ait. Vt interdũ potius deuexa q in germine delachrymet.
¶ Delanio as. pe. cor. discindo: et quasi lanã traho. Unde lanius qui pecus discindit.
¶ Delapidata dicuntur lapide strata quales sunt vie apud Bergomum.
¶ Delasso as. valde lasso. Plau. in Asi. Eum etiã hominem in senatu dare operã aut clientibus sibi labore delassatũ totam noctem stertere.
¶ Delecto et oblecto frequentatiua sunt et cõposita a Lacio is. Delecto em̃ a delicio et oblecto ab oblicio qd ex de et lacio cõponitur. Unde fit lacto as. Delecto sępius in tertia persona auctores vtunt. Cice. Rufo. Itaque me et supiores litterę tuę admodũ delectauerũt quibus expectatũ meũ aduentũ abste amãter videbã Et habet nihilominus in se significationẽ actiuã quã doque etiã passiuã: eodemque modo cstruitur quẽadmodum oblecto. Idem Peto. Plures iam pauones confeci q tu pullos colũbinos: tu te isthic atheniano iure delectato ego me hic hirciano. Oblecto vero plerumque in se significationẽ passiuã habet q̃uis et actiuã Et q̃q passiuã habeat tñ regit actm̃ nõ alterius personę aut rei q eius qui se oblectat. Et vltra actm̃ ablatiuum postulat. Ex quo passiua eius significatio monstratur. Ter. in Eu. Me speres me te oblectes. Quo item modo delecto sumitur ex supiore Ciceronis auctoritate. Idem in actiua significatione sumpsit cũ in Catone ait. Quas si exequi nescirem tñ me lectulus meus oblectaret. qd est quasi delectaret. Et pro Archia. Adolescentiã agunt senectutẽ oblectant scz litterę. Quãque cũ ablatiuo mediante in. Et hoc vt ostendatur maior vis delectationis. Ter. in Adel. In eo me oblecto: solũ id est charũ mihi: vt sit quasi in eo cõsisto tanq in delectatione mea pręcipua. Si em̃ dixisset eo me oblecto hoc ad partẽ quandã ptineret oblectationis: quã de illo nõ in illo sumit. Sic Lact. li. ii. inquit illos nõ disputare vt doceãt: sed vt se oblectẽt in ocio. Et fit oblecto ab oblicio: sicut a delicio delecto. Et sicut a delecto fit delectatio delectamen et delectamentũ: sic ab oblecto oblectatio oblectamen et oblectamentũ. Delectare vero proprie significat attrahere ducere. Ennius. Et me apollo ipse delectat ac ductat Delphicus. Quadrigarius. Fabius de nocte cœpit hostiũ castra oppugnare hostem delectare. Et qm̃ q grata ac iucũda sũt nos attrahere solent: factũ est vt delectare sit gratũ esse ac iucũditate afficere. Legimus etiã delector qd quidã deponẽs putauerunt. sed magis passiuũ est: licet nõ habeat ablatiuũ cum pposition. Col. li. i. Iucũdus vtique viro si etiam matrona comitat cuius vt sexus: ita animus est delicatior amœnitate aliqua delectãda erit quo patiẽtius morel cũ viro. Quod in aliis etiã verbis fieri solet: vt desyderiũ tenet me: ego teneor desyderio. Sic oblector et hmõi quę significationẽ passiuã innatam habẽt Lactan. lib. ii. Auro et gemmis et ebore delectantur. Idem. Oblectat friuolis et specie simulachrorum capit.

Ci. Celio. In cōmunibus miseriis hac tantū oblectabar specula. Differūt tñ delector ⁊ oblector a delecto: et oblecto: q̄uis eandē significationē passiuā innatā habeant: q hæc actm̄ eiusdē personę extrinsecus volunt cū ablatiuo sine ꝑpositione: vt delecto siue oblecto me hac re. Illa vero sine actō ipsius personę cum ablatiuo tantū eius quo delectamur: vt delector siue oblector tua consuetudine.

¶ Delectatio inquit Ci. lib. iiii. Tus. est voluptas suauitate auditus animū deliniens ⁊ qualis est hæc aurium tales sunt oculorū ⁊ tactuū ⁊ odorationū ⁊ saporum quæ sunt oēs vnius gnīs ad perfundendū animū tanq̄ illiquefactę voluptates. Scōm hanc diffinitionem delectatio a delecto est. Item oblectatio est ab oblecto cū actiuæ significationis sunt. Cum vero delectatio aut oblectatio sumit̄ pro voluptate eius qui eiusmodi quę dicta sunt a Cicerone: aut aliis delectatur siue oblectat̄: tūc a delector oblectorve erit q̄uis a delecto vel oblecto in passiua significatiōe etiā sumi (possint.

¶ Deliciū in singulari ⁊ delicię in plurali oblectamenta ve: que nobis voluptati sunt a delicio: quod ex de et lacio cōponitur. Mar. Stellę delicium mei columba verona licet audiente dicā vicit maxime passerem catulli. Sue. Titus amor ac delicię gnīs humani. Dicitur etiā delicia fœ. gñe. Plau. Mea voluptas: mea delicia. Licet delicia dicatur etiā genus tigni qd̄ a culmine ad tegulas angulares infirmas versus fastigiatū collocatur. Unde tectū ipsum deliciatū et tegulę deliciares dicunt̄: sive colliciares.

¶ Delicias facere sępe legitur pro eo qd̄ est ferme lasciuire ac lusitare: ⁊ se quodāmodo fastidire ac superiorem esse verbis aut gestu ostendere qd̄ aliter dr̄. Deliciari. Plau. Eia delicias facis mi Menęchme quin amabo is intro. Hie. sup canticis. Deliciabit̄ aūt non in vno solo edendi gustandiq̄ sensu sed ⁊ auditu deliciabitur et visu.

¶ Delicatus a deliciū fit: ⁊ idez est qd̄ plenus deliciis seu qui in deliciis viuere assuetus est. Et per metaphorā mollis ac tener dr̄. Col. Cultā vestitamq̄ familiam vtiliter magis habeat q̄ delicate.

¶ Delico as. penu. cor. Indico explano. Tite. Quid istuc est: aut iste vult sermo mater delica. i. explana. Veteres etiā Delicare ꝑ dedicare q̄n̄q̄ dicebāt

¶ Delego as. pe. pro. deputo pręficio vt cū quempiā mei loco officio negociove exequendo præficio. Col. lib. iiii. Immo quis nō imprudentissimū quēq̄ etiam eum qui nihil aliud operis facere valeat huic negocio delegat. Ci. Post delegatā mihi hāc prouinciā. id est post onus mihi impositū. Hinc subdelegare dicimus delegatas nobis a principe causas: alteri cognoscendas iniungere. Delegare etiā significat legatos mittere. Liui. Decernunt: vt duodecim delegarent̄ ad regem. Veteres delegare pro discedere ⁊ dispertire posuerunt. Plau. in Am. Si cui fautores delegatos viderit. Et delegata dixerūt diis cōsecrata: quę nūc dedicata dicimus.

¶ Deleo es eui. etum. ex de ⁊ leo: vt inq̄t Pris. Unū letū li ḡt destruo: ⁊ refert̄ ad lineā ⁊ ad notā. Tractū a tabella geometrica nā ibi scribūt seu lineas faciūt quas postea delent vt alię supponant. Aliqn̄ est in totū leuare et remouere. Ter. Delebo oēs dehinc ex aio mulieres. Diom. vero. Deleor deleitus ⁊ deletus. Var. Delitę litteræ. Quod tñ a delino esse potest.

¶ Deletile pe. cor. qd̄ delet. Var. Si displicet tibi tam magnū sumam spongiā deletilē. Interdū deletile seu deletitiū est deletū: vt charta deletilis seu deletitia: quę abrasis prioribus litteris rescribitur. Alio nōie palimpsestus vocatur.

¶ Delebile qd̄ deleri pōt. Cuius ꝯtrariū ē indelebile.

¶ Deligo as. pe. cor. deorsuz vel valde ligo. Liu. li. ii. Stabāt deligati ad palū nobilissimi iuuenes. Col. li. vi. Si tradux traducē nō ꝯtingit media virga inter (eas deliget̄.

¶ Deligo is. pe. co. de magis idoneis aliquē lego ad aliquid egendū: vt populus delegit imperatorē ad bella: ⁊ imperator milites ad arma. Plau. Continuo delegit viros amphitrio primorꝫ principes eos legat teleboīs hostibus. Unū delectus militum dr̄. Eligere est de quouis numero ⁊ quauis multitudine electionē facere ad emolumentū vel dignitatē: vt OS optimā sibi mansionē elegit. Hinc electio ⁊ elegantia et postulat duplicē actm̄: sed vltimū cū in: vt cardinales elegerunt Alexandrū in pontificem. Cooptare dr̄ inter collegas aut fere pares. Ci. in Bruto. A quo in collegiū augurū fuerā cooptatus.

¶ Deliberare dictū est a libella qua quid perpendit̄: et significat definire. Ci. in Ver. Deliberatū est. i. firmū et decretū est. Aliqn̄ dubitare. Ci. li. iii. offi. Est eñ totum sceleratū ⁊ impiū qui deliberant vtrum id sequātur qd̄ honestū esse videant.

¶ Deliberatiuū genus est qd̄ in consultatione positū habet in se suasionē ⁊ dissuasionem

¶ Delibro as. pe. cor. decortico. Col. li. iii. In ea nitidissimū ramū elegito ⁊ eiusdē spacii corticē circuncidito ⁊ materiē delibrato. Idem lib. v. Cortex quoq̄ aridus fissusq̄ per summa trunci dependēs delibrandus est. Est ⁊ delibro a libra deductū ⁊ compositū a libro as. cuius pe. pro. de quo in dictione libro.

¶ Delibo as. pe. pro. siḡt more religioso Libo: ⁊ osculor. Interdū violo destruo vitio. Col. lib. ii. Neue aut cornu bos ad stipitē vehemētius offendat: aut extremo iugo truncū delibet deplantetq̄. Gel. li. i. Repēditur quippe ⁊ cōpensat̄ leue damnū delibatę honestatis. i. vitiatę. Et delibare est degustare sacrificare et aquā sulco deriuare: Sed cū grecū sit vide qd̄ significet.

¶ Delibatoriū locus delibationi accōmodatus. Ply. lib. xvi Fuit ⁊ memoria nostra in porticibus septorū a M. Agrippa relicta ęque miraculi causa quæ delibatorio sup̄fuerat. xx. pedibus breuior sesquipedali crassitudine. (cet. λειβει.

¶ Delibutus: vnctus. Ter. in Phor. Si te delibutū gaudio reddo. Cic. lib. iii. ad Heren. pro conspersus posuit. Aut si quā rem deformabimus turpē: vt si cruentā aut cœno oblitā: aut rubrica delibutā inducam⁹ Est aūt participiū sine verbo: nec scio an ꝯpositū sit.

¶ Delinquo is. fallo seu a bono deficio pręteritto. Plau. in Am. Ex me quæris quid deliqueris. Quoniam vero prætermittere ea quę prętereiri peccare est delinquere pro peccare ponit̄. Sed ꝓprie delinquere vt Aug. in psalmorū interpretatione inquit est tanq̄ deliquido quodā defluere a stabilitate firmamenti virtutis atq̄ iustitię.

¶ Deliquiū defectus: vt deliquiū solis cum sol in cursu suo deficit. Et deliquiū animi cū animus linquitur et quis animo deficit

¶ Delictū peccatū a delinquo is. q qui peccat delinquat officiū suū. Nā ꝓprie delictū est cū non fiunt quę fieri debent: peccatū cū fiunt quę fieri nō debent.

¶ Delinio is. pe. pro. valde linio vngo seu frico: Cic.

per translationē vsus est ad Casi.li.i. Jam est bienniū cum virtuti nunciū remisisti delinitus illecebris voluptatis. Et delinitus dr̄ mente alienatus. Plaut. in Am. Delinitus sum pfecto ita vt qui sim nesciam.

¶ Delinimentū oblectamentū. Lact. lib. vi. Uitia vero quibusdā delinimētis naturalibus illicere aīos hominū ⁊ inanium iucunditatum specie captos ad acerbas amaritudines miseriasq̄ perducere.

¶ Delino is. pe. cor. delini deliui ⁊ deleui delitū penu. cor. Unde delitus pro fœdatus. Ci. Caluo. Tulli moleste q̄ litterę delitę mihi a te redditæ sunt.

¶ Delinio as. Ex de ⁊ linio qđ a linia fieri certū est significat designo vt fit cū articulatim hoīes aut res a pictoribus imitanť. Ply. de Apelle. Arrepto carbone extincto e foculo imaginem in pariete deliniauit. Unde ⁊ liniamēta dicta sunt. Idē paulo post. Nec qui succederet operi ad pscripta liniamēta inuentus est.

¶ Delenio is. pe. pro. permulceo: ac valde placo cuius passiuū protulit. Col. lib. x. vt scire liceat aliud esse delenio: aliud delinio. Sed tñ inqt iracundia notę melioris facile deleniter assiduo interuētu cor̄ qui curāt aluearia. Plau. in Sti. Senex castigat filias q̄ hę viros taz pseuerēt pegrinātis paupes ita sustinere fratres. neq̄ relinquere: contraq̄ verbis delenitur cōmodis.

¶ Delimo as. pe. pro. deorsum seu de aliqua materia limo. Ply. Alii delimataz ęris scobē aceto spargunt. Apul. delimatū posuit pro delinito. Anus inquit muneribus delimata cōsensit. Eiusdē significatiōis est Elimo. Ply. lib. xxxiiii. Alii elimatā scobē in fictili cado coquunt in carminis donec percoquať figulinum.

¶ Deliro as. pe. p. a recto recedo. Translatio ab aratore. Nam lira est recta fossa q̄ contra agros tuendos ducit: et in quā vligo terrę decurrit. Et quia rectus est sulcus delirare dicunť: qui vltra sulcū. i. a recta via declinant. Hor. Quicquid delirant reges plectunť achiui. Est aūt compositū ex de ⁊ liro quasi deorsum liro. Lirare vero est agros in sulcos dirigere.

¶ Delirus pe. pro. qui a ratione discedit Ratio enim est via recta per quā oēs ducunť. Uide i dictione lira.

¶ Delirus pe. cor. qui insanit. Lucre. Quod facit hic idem perdelirus esse videť. Nā contra sensus a sensibus ipse repugnat.

¶ Deliteo es pe. cor. ex de ⁊ lateo significat deorsum latens sto. Sed nō inueni nisi in pręterito. Uerg. Limosoq̄ lacu per noctē obscurus in vlua delitui. Hinc Delitesco qđ est eo vt lateam.

¶ Delos grece latine manifestus. Quo noīe dicta est insula in Aegeo oim cycladū clarissima alumna apollinis tēplo et mercatu. Dicta Delos vt docz Aristo. q̄ cum mersa esset subito apparuit. Nā Δηλοω ostēdo significat. Hæc pyrpile dicta est ab igne ibi primū reperto. A quibusdā Cynthia ab aliis Asteria: ab aliis cynetū. sed imprimis ortygia quoniā in ea primū coturnices inuentę sunt: quas græci ortygias vocant. Uerg. Linquimus ortygię portus. Interpres callimachi και θουκυδιδης θειμον γενομενον μεγα βουλομενος ενγυησασθαι φησιν οτι το σουτομην μεγα δωσετην Δηλον νησον σεισθηναι.

¶ Delius qui est ex delo: vt apollo delius.

¶ Deliacus a. um. eiusdē significationis. Unde deliaca dicta sunt vasa ex ęre preciosa ab insula delo: vbi fuit nobilitas ęris. Ply. lib. xxxiiii. Antiquissima ęris gloria deliaci fuit mercatus in delo concelebrante toto orbe. Cic. pro Roscio. Domus chrysogoni referta vasis corinthiis ⁊ deliacis. Ex ęre deliaco fiebant pedes tricliniorū fulcraq̄.

¶ Delphi tam pro oppido q̄ȝ oppidanis plurali tantū numero sicut Gabii Leontini Puteoli. Hinc Delphicus a. uz. Unde Delphica laurus q̄ victores delphis ea coronarentur. Et est viridior laurus

¶ Delphin ⁊ delphinus gn̄s piscis vel potius maris bęlua parit catulos decimo mense interdū binos nutrit vberibus sicut balena ⁊ decem annis ad summā magnitudinē peruenit. Hi etiā simones dicuntur ad qđ nomē vocati accurrere feruntť. Ferunt delphinuz nō modo oim marinorū: sed etiā terrestriū animaliuz velocissimū pene volucri ęquantē ⁊ ad puerorū amorē duci solere. Lingua est his contra naturā aquatiliuz mobilis: pro voce gemitus humano silis: dorsum repandū: mulceť musica arte psertim symphonię.

¶ Delubrū locus in quo dei simulachrū dedicatū est. παρα το θεου λαυβαμε λεγεσθαι φασιμ quasi deum capiēs vel dei repositoriū sicut candelabrū in quo ponitur candela. Unde Hier. sup Joel. posuit pro tēplo. Uniuersa inquit donaria in delubro eius cōsecrarūt. Alii acc. piūt delubrū pro loco ante aras vbi aqua currit a diluēdo. Religio eñ sacrificii apud antiquos exigebat vt ante sacrū sacrificulus manus ablueret. Alii delubrū dei simulachrū acciplūt a delibrato ligno ita dictum. Seru. ait delubrū esse qđ vno tecto plurima complectitur numina.

¶ Deludo is. pe. pro. Uide in dictione ludo.

¶ Delumbe adiectiuū quo significať nō habens aliquid lumborū. i. virtutis. In lumbis eñ virtus corporis sita est. Nā de hoc loco sigt nō: vt sit delūbis homo effœminatus ⁊ mollis ob nimiā venerē qui effractis pudoris claustris in venerē soluiť. Persi. Sūma delumbe saliua hoc natat in labris. Hinc delūbe carmen p lasciuo minimeq̄ virili. Idē significat elumbe.

¶ Deluo is. lui. delutū: depurgo diligēter lauo. Cato Laserpitiū aceto deluito. Et deluere est malefaciēdo aliquid delere. Uar. Oborteq̄ interlegendū lachrymę litteras deluebant.

¶ Deluto tas. ex de ⁊ luto qđ a lutū fit. Cato. Granariū totū oblinito crasso luto postea cōspergito amurca omne qđ lutaueris vbi aruerit eo frumentū condito nō nocebit. Lutū eñ a luo: q̄uis eius supinū nō inuenerim: cū tñ Col lib. vii. supinū ostendat dicēs. Et eluta ⁊ siccata vinacea: q̄ de lorea eximunť. Est autez delutare vsq̄ deorsum luto aspergere. Cato. Habitationē delutare terra q̄ȝ maxime cretosa vel rubicosa.

¶ Demando as. in totū cōmitto. Hier. ad Sabi. Et omni ordini pręuidebat pręcipueq̄ ordinibus quorū ei cura cū Barnaba fuerat demandata.

¶ Demarathus nomē sparthanorū regis qui ob indignationē ad regē persarū diffugit. Alius fuit vt scribit Liui. corinthius negociator diues: qui ob seditiones domo profugus tyrannidez Cypselli fugiens in ethruriā cōmigrauit cōportatis opibus luculētis: q̄ a Tarquiniēsibus ethrurię ppl̄is exceptus Tarquiniū priscū regē populi romani ex illustri ethrusca vxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex corintho fictores. Eucirapus ⁊ Eugrammus a quibus italię traditam plasticē. hoc est figulinā artem ferunt.

¶ Demens qui est mente diminuta a quo Dementia.

¶ Dementio is. demente ex eo deliro insanio. Lact. lib. iiii. Ecce aliq̄s instinctu dęmonis percitus dementire efferť insanit. Lucre. Dementit eñ deliraq̄ fatur.

¶ Demento tas. eiusdē significationis. Apul. in magia. Confessa est sese mea magia in amorē inductā dementare. Illud vero in actibus apostolicis nō tam significat dementē esse ꝙ demētem facere. Sic eñ scriptū est. Attendebant eum propter q̄d multo tempore magicis suis dementasset eos.

¶ Demetior diligenter ⁊ quadā ratione metior. Cic. Que nō insidiis sed aperte ⁊ palam laborat et verba verbis quasi demensa ⁊ paria respondeant.

¶ Demensum quasi mensuratū vel equatū. Et id est q̄d seruis dabat̃ singulis mensibus vñ viuerēt. Ter. Quod ille vnciatim vix de demenso suo suum defraudans genū cōpersit miser. Ser. eñ quaternos frumēti modios accipiebāt in mēse. Quod vtrū a mense an a metiendo deducatur incertū est.

¶ Demeto is. pe. cor. Uide in dictione Meto

¶ Demereo es. rui. itum. quasi lucror. Gel. Thais corinthia ob elegantiā venustatēq; grandē demerebat

¶ Demereor: de aliquo bene mereor concilio deuincio: placo beniuolū facio beneficiū presto: ⁊ exigit accusatiuū. Oui. Dic mihi quid feci si nō te semp amaui Crimine te potui demeruisse meo. Quinti. Simul vt pleniori obsequio demererer amātissimos mei. Lact. de ira. Uotis dona offerūt iustis ac bonis opibus demereri eū laborātes. Suet. de Aug. Profectum mox auunculū in hispanias aduersus. Cn. Pōpei liberos vix tū firmus a graui multitudine per infestas hostibus vias paucissimis comitibus naufragio etiā facto subsecutus magnopere demeruit. Est ⁊ demereri valde mereri. Lactan. lib. iiii. Si vna hostia placabilis placabiliores vtiq; hostie plures q̄ multiplicata demereantur potius ꝙ offendant.

¶ Demetrius nomē Seleuci filii. Fuit ⁊ alius Demetrius phalereus Theophrasti discipulus qui ob eximias virtutes atheniēsibus prefuit annis decē trecētisq; sexaginta statuis ereis honorat᷒ est. Hic vt Plutar. inquit monebat Ptolemeū regē vt de regno imperioq; libros sibi compararet atq; perlegeret. Que enim amici nō audiēt monere reges: hec in libris scripta sunt. Fuere ⁊ alii Demetrii vocati.

¶ Democedes pe. cor. fuit Crotoniata medicus illustris: qui cū inter Darii captiuos esset: et Darius ipse ob inuersum pedē grauiter egrotaret: ita vt iam septem dies insomnes egisset: nec a medicis vllis iuuaretur: ductus in mediū Democedes vinctus cōpedibus dariū penitus liberauit. Dehinc summo in honore apud regem habitus est.

¶ Demiror pe. pro. valde miror. Ter. in Hecy. Sed demiror quid sit quāobrē tantopere hoc oēs nos celare volueris. Aliq̄n demirari est nescire quoniā vt Do. inquit Admiratio ignorantiā facit. Ter. Quid mihi dicent ⁊ quā causam reperient demiror.

¶ Demitto deorsum mitto: vt Coelo demittitur alto. Inde demissitie tunice dicte a Plauto longe ⁊ demisse ad talos: ⁊ nulla zona succincte. Ait eñ. Sane gēus hoc mulierosum est tunicis demissitiis. Item demittere est humiliare: ⁊ q̄d vulgo d̄r sebassare. Uer. li. iii. Geor. Demisse aures incertus ibidē sudor. Et alibi. Uultū demissa ꝓfatur. Itē defodere: vt li. ii. Ge. Alteq; iubebis in solido puteum demitti: omnemq; repones Rursus humum.

¶ Demolior iris. a mole deductū est: et significat diruo deiicio. Cic. lib. de offi. Demoliri ea quorū altitudo officeret auspiciis. Inuenitur ⁊ Demolio. Lac. li. quarto. Deliquerūt te filii Israel: ⁊ altaria tua demo

¶ Demonstro as. aperte vel palam monstro. (lierūt. Plau. in asi. Et edes demonstraui nostras. Demōstrationem dialectici diffiniunt esse cū certis ac necessariis rationibus aliquid probatur.

¶ Demoror pe. cor. multū moror seu detineo. Lactā. lib. iiii. Cū moyses dux eorū ascendisset in montē atq; ibidē. xl. diebus demoraret̃. Col. li. iiii. Prudētis magistri est eiusdem nomē elationis aucupio quo potiri nequeat studiosos nō demorari:

¶ Demorior: in totū morior. Col. lib. v. Siue eñ caput demortuū est: duo induant̃ statim vimina.

¶ Demo is. ex de ⁊ emo abiecta e significat detraho. Demos grece latine populus. Unde cōponunt̃ multa noīa δημος επιδημια και τα λοιπα.

¶ Demosthenes pen. cor. nomē oratoris clarissimi et grecorū oīm oratorū principis: ⁊ latine robur populi dicitur. δημος eñ populus σθενος του σθενεος robur. Hic natus patre: qui cultellarius cognominat᷒ est: ꝙ scʒ domū haberet officinā ⁊ operarios cultelloꝝ Relictus puer in hereditate locupleti tutorū fraude et negligentia direptis bonis vix habuit vnde preceptoribus mercedē solueret. Uerū cum multo studio ⁊ laborioso peruigilio in clarissimū oratorē euasisset libertatis grecie defensor: publice grauibus concionibus Philippū insectatus est: vt pote publice libertatis insidiatorē: post cuius mortē patria pulsus tandē reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro ⁊ antipatro rebus grecis preposito cū apertā cedē videret relictis athenis in calabriā insulā vbi asylū erat neptuno sacrum concessit: haustoq; veneno se necauit. Hic eloquentie studio flagrans iugiter lucubrabat: adeo vt a se duos vel tres menses continuos domi inclusus sine intermissione studeret abrasa parte capitis: vt exeundi facultatē sibi preriperet. De hoc Hieron. Demosthenes plus olei ꝙ vini expendisse dicitur: et omnes opifices nocturnos semper vigiliis preuenisse. Mortuus est sicut Sudas ετελευτησε φυγων εισ καλαυρι αν εν τω του ποσ ειδωνοσ ιερω δια τον μακεδονα αντιπατρον προσενεγκαμενοσ φαρμακον το εν τω δακτυλιω ετη βιωσ ασ δυω και εξηκοντα.

¶ Democritus p. cor. nomē philosophi abderite: qui diuisa substātia cū duobus fratribus peregrinat᷒ est in varias orbis terrarū partes quo scientiā perciperet. Postea in patriam reuersus cum summa inopia in hortulis iuxta sue vrbis muros se ad solas rerū naturas contēplandas contraxit. Fertur ꝙ quocunq; fortune casu ⁊ mutabiliū rerum audito in risum soluebatur sicut Heraclitus in fletū. Unde Gelasinus nominatus est. Tandē teste Cice. lib. v. Tus. se occecauit vt nature secreta subtilius rimaret̃. Agebat centum ⁊ nouē annos cum mortuus est. Hic dixit oīa ex athomis fieri ac plures esse mundos ⁊ corruptibiles Fertur Theologiā ac Astrologiā didicisse a magis ⁊ chaldeis: cū gymnosophistis quoq; congressus est. In philosophia adeo ꝓfecit vt pentathlos siue quinquercio. i. quinq; certaminū dici posset. Namq; naturalia moralia mathematica liberales disciplinas artiumq; oīm peritiā callebat. Hunc Plynius virum sagacem ⁊ vite vtilissimū fuisse refert: sed nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Constat hūc diuitiis opulentū fuisse in tantū vt pater eius xersis exercitui epulum hospitaliter dederit.

¶ Demodocus nomē citharoedi apud Home. Com-

ponitur ex δημος ⁊ δοκησις æstimatio quasi populi æstimatio.
¶ Democratia principatus populi. Democraticus: qui fouet principatum populi. παρα το δημος και κρατεω.
¶ Demophon nomen thesei ex phedra filii qui etiam athenarũ rex fuit.
¶ Demarchus tri. ple. Demarchia ipse tribunatus.
¶ Demulceo valde seu leniter mulceo sicut fit catulis cũ manus sup eos tractamus. Ter. in Heau. Nõ possum pati quin tibi caput demulceam.
¶ Demũ significat ad postremũ. Terẽ. in Adel. Ego nouus maritus anno demũ quinto ⁊ sexagesimo fiã. Ponitur etiã pro dũtaxat: vel oĩno presertim qñ iungitur cũ is ea id. vel ita. Ci. in Sal. Ea demũ magna voluptas equalẽ ac parẽ verbis vitã agere. Plyn. Ea demũ sola auiũ nõ nisi volatu depascit. Quintil. Ita demũ mihi satisfacies si apud patrẽ fuisti.
¶ Denarius a. um. idem qꝺ decẽnarius. Unde denarie cerimonie dicebant sicut tricenarie quibus sacra edituris decẽ cõtinuis rebus vel triginta certis quibusdã rebus carendũ erat. Hinc vndenarius duodenarius ⁊ huiusmodi. Denarius vero substantiuũ est genus monete argentee quod denas libras eris valeret: vt inquit Var. Dicitur ⁊ denariũ neu. gñe. Plau. in Ru. Quis me est mortaliũ miserior qui viuat alter hodie quẽ ad recuperatores modo damnauit centũ denaria philippea.
¶ Denarro per ordinẽ narro. Gel. lib. ii. Hec nobis Fauorinus summa cũ elegantia verborũ totiusqꝫ sermonis comitate atqꝫ gratia denarrauit.
¶ Denaso as. pe. ꝓdu. nasum aufero. Plau. in Cap. Nãqꝫ edepol si habites ꝓpius os denasabit tibi mordicus. id est destruet.
¶ Denato as. pe. cor. frequẽtatiuũ est verbi deno as. quod est deorsum nato. Aug. per translationẽ dixit. Quanto humilius sedebat tanto amplius capiebat. Confluit enĩ aqua ad humilitatẽ conualliũ denatat de tumoribus collis.
¶ Denego as. pe. cor. dare nego seu nõ do. Lact. lib. ii. Si alimẽta frugibus longa siccitas denegauit.
¶ Denigro as. pe. cor. nigrũ facio. Ply. Capillum denigrat suffitu.
¶ Deniqꝫ a denus siue vt quidã volunt a denuo significat ad extremũ. Terẽ. in Heau. Fodere ⁊ arare aut aliquid facere deniqꝫ.
¶ Denobilito as. vitupero dedecoro. Ter. in Eunu. Tu iam pendebis qui stultũ istum adolescentulũ denobilitas flagitiis.
¶ Denoto as. pen. cor. culpo increpo. Cypria. Nam cum denotarentur discipuli eius ꝙ ederẽt nec prius manus lauissent.
¶ Dens ab edẽdo quasi edens: sed potius grecũ esse quis nescit: ελληνες γαρ ο δους ο δοντος εξ εδω λεγουσι. Sed ⁊ omne quo aliquid teneri vel execari potest solet dens appellari. Verg. lib. vi. Tum dente tenaci anchora fundabat naues. Hinc bidẽs tridens ⁊ huiusmodi. Dentes diuersa sortiunt noĩa. Qui enim prius apparẽt aptis labiis primores vocantur: lati ⁊ acuti quibus fit morsus. Ipsi enĩ vt Ply. lib. vii. Nec cibo tantũ ⁊ alimẽtis necessariis quippe vocis sermonisqꝫ regimẽ primores tenẽt concẽtu quodã excipiẽtes ictum lingue. Qui vero sequunt quasi rotunda specie acuti in modũ serre: serrati dicunt ab antiquis caninī appellant in quocunqꝫ animali. Plyni. lib. vi. Lupi dextre caninus in magnis habet opibus. Sequuntur maxillares qui duplices sunt cibumqꝫ conficiunt. Iuue. Interqꝫ molares difficili crescẽte cibo Genuini nouissimi nascunt homini vt ait Ply. Dentium quidã dicunt serrati a similitudine serre qui pectinatim coeunt ne contrario occursu atterant quales habẽt pisces ⁊ canes. Quidam cõtinui vt homini et equo. Quidam exerti: hoc est extra os producti: vt apro ⁊ elephanto.
¶ Dentio is. dentes emitto. Plautus. in mili. Venter creat oẽs has erumnas: auribus peraudiẽda sunt ne dentes dentiant. Hinc dentitio dentiũ emissio. Ply. lib. xxviii. infantibus nihil butyro vtilius per se ⁊ cũ melle priuatim et in dentitione et ad gingiuas ⁊ ad oris vlcera. Dens lupi adalligatus infantibus prohibet pauores dentientiqꝫ morbos.
¶ Dentatus qui magnos habet dentes qui ⁊ dentosus dr. Plynius tñ dentatũ dictũ fuisse M. Curium. lib. vii. scribit quoniã cũ dẽtibus natus fuerit. Hinc edentatus qui est sine dentibus. Macro. Edentate belue morsus. Similiter edentulus.
¶ Dentale lignũ quo vomer arandi causa inducitur: sed pro vomere poni solet. Col. lib. vii. Et dentalibus terram subigere quo minoris bubus id administrari possit. Dicitur etiam dens vt Var. inquit ꝙ eo quasi dente moleretur terra.
¶ Denticulus paruus dens. Denticulo dentes imprimo. Denticulatum quod est ad similitudinem denticuli factum.
¶ Dentatim ⁊ denticulatim aduerbia significant ad similitudinem dentium.
¶ Dentifriciũ medicamentũ quo dentes fricant: vt fiant candidi. Ply. docet ex pumicibus fieri dentifricia. Apul. in magia. Primo igitur legere e ludicris meis epistoliũ de dentifricio versibus scriptum
¶ Dentiscalpiũ instrumentũ quo scalpunt dentes.
¶ Dentifragimbulũ. Plautus in Bac. Ne tu hercle haud longũ es ab infortunio ita dentifragimbula hec meis manibus gestiunt.
¶ Densum coarctatio nimia ꝯiunctarũ partiũ. Rarũ contra in quo interuallis frequentibus laxior partiũ videtur esse coniunctio. Hinc densitas ⁊ densitudo. Compositũ condensus.
¶ Denso sas. cogo spisso. Lucil. libro. iiii. Densaturqꝫ globus quartum pede prima relato. Hinc condenso. Col. lib. viii. Torrido sale contingitur: rursusqꝫ ponderibus condensatur. Est ⁊ denseo es. a. quo densesco. is. densus fio.
¶ Denudo as. pe. pro. spolio nudum reddo.
¶ Denuncio as. Vide in dictione Indico
¶ Denuo aduerbiũ significat rursus quasi de nouo.
¶ Depalmare est palma percutere. Gel. Quemcunqꝫ depalmauerat numerari statim serui. xii. tabulas viginti ⁊ quinqꝫ asses iubebat
¶ Deparcus. Vide in dictione Parcus.
¶ Depango is. planto seu defrigo. Col. lib. iiii. Deinceps pastinat malleolus vitibus inserendus: cumqꝫ sat erit medio spacio qꝺ vacat inter vites per vnam lineam depangere. Inde depactus.
¶ Depecto is. xi. vel. xui. xum. diligenter pecto. Oui. libro. iii. fas. Interea liber depexos crinibus indos. Vicit: et eoo diues ab orbe redit. Plyni. lib. xix: Arg depectendi digerendiqꝫ iustum est e quinquagenis

fassium libris quinas denas carminare. Per translationem ⁊ in malam partē. Ter. in Eun. Ego ne si viuo adeo exornatū dabo: adeo depexū: vt dum viuet meminerit semp mei. i. ornatū cultū dictū a cōtrario sensu. Quod si depressum legamus a patior siue a pando significet laceratū. A depecto fit depexo as.

¶ Dependo dis. fere pro simplici pendo est: qđ varie sumitur: vt pecuniā vel tributū pendere est dare vel soluere seu pati pœnā. Sed de hoc impendo.

¶ Depēdeo es. deorsuz pendeo. Col. lib. iiii. Sed si ꝑ vnumquēq; pampinū maior numerus vuarū dependeat. Aliqñ Dependere est sustentari. Ci. Ois illorū salus a nostra salute dependebat.

¶ Depereo is. ex de ⁊ pereo accipit̄ pro morior. Col. lib. iiii. Nos tñ plus quattuor milibus conserimus: quia negligentia cultorū magna pars deperit. Qñq; deperire est impatiēter amare. Plau. in casi. Hic ipsius casinā deperit. Hie. lib. ii. Reg. Accidit vt Thamar ⁊ damar ⁊ Ammon ⁊ depiret in eam valde.

¶ Depiles pe. cor. qui sunt sine pilis. Var. lib. i. de vi. patrū. Ex ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles ꝓpter ętatem.

¶ Depilo as. pe. cor. pilos detraho. Mar. Cū depilatos chreste coleos portes. Et depilo rarefacio. Luci. Depilati omnes sumus

¶ Deplanto as. Uide in dictione Planto.

¶ Deplano as. pe. ꝓ. in planū deduco. Lactan. li. iiii. Ego ante te ibo ⁊ montes deplanabo.

¶ Depleo es. Col. Conchę quibus deplet̄ oleum.

¶ Deploro as. pe. ꝓ. ꝓpter actum plorationis qui in re miserabili exigitur si lachrymę manant: tunc ꝓprie si non manant: significat quasi plorando lamentor. Cic. in Cato. Nō libet deplorare mihi vitā: qđ multi et hi docti fecerūt. Et lib. ii. offi. Admonebat me res vt hanc quoq; intermissionē eloquētię deplorarē nisi vererer ne de meipso aliqua viderer queri. Aliquādo Deplorare est plorandi finē facere. Unde deplorata cadauera dicebant̄: quibus vltimus luctus persolutus erat. Et remp. deploratā dicimus iam euersam. Ab hoc tractū est. Conclamatū est quando affines heiulantes conclamabāt Diciturq; in omni re iam deperdita: quia post lachrymas affinū mortuū plane cadauer erat. Inde ⁊ indeploratū dr. Oui. in Ibin. Indeploratū proiiciere caput.

¶ Depontanus pen. ꝓ. Uide infra in dictione Pons.

¶ Deponere: est deorsum ponere. vt Depone sarcinā. Ci. per translationē dixit pro dimittere. Existimaui honestissime molestias posse deponi si me ad philosophiam retulissem. Per translationē etiā significat priuare. Plau. Ut me deponat vino eam affectat viam. Sue. Ne imperio turpiter depositus priuatus viueret. Aliqñ Derelinquere ⁊ quasi desperare. Unde depositi desperati dicunt̄. Verg. Ille vt depositi proferret fata parētis. Ci. in Ver. acti. i. Itaq; mihi videor iudices magnā ⁊ maxime ęgram ⁊ ꝓpe depositā reip. partem suscepisse. Aliquando est apud aliquē quicq; ponere seruandū seu ꝓ pignore. Habet enim hoc loco de vim augendi: vt ostendat̄ totū fidei eius cōmissuz quod ad custodiā rei pertinet. Verg. Ego hanc vitulam ne forte recuses: depono. Ad seruandum vero vt gladiū pecuniā. Ci. lib. iii. offi. Si gladiū quis apud se sana mente deposuerit repetat insaniens reddere peccatū sit: officiū nō reddere

¶ Deponens verbū. Ideo dr quia deponit aliquid de quantitate cōmunis verbi scz futurum participiū in dus a significatione passiua. Nā cum participia quattuor habeat verbū cōmune: vt criminans criminaturus criminatus ⁊ criminandus. Hoc nō habet deponens scz futurū a passiua significatione vt minor minans minaturus ⁊ minatus nō minandus.

¶ Depositū qđ deponitur hoc est quod alicui sub fide traditur: vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro a pluribus in solidum certa conditione custodiendum reddendumq; cum fuerit de iure discussum traditur. Et sic est nomē Cic. Quid si quis apud te pecuniam deposuerit: bellum patriæ inferat: reddes ne depositum? Non reddere depositum maxima iniustitia est.

¶ Depositorius qui aliquid deponit. Depositarius qui depositum accipit

¶ Depopulari: est destruere siue deprędari. Apud antiquos etiā Depopulo dicebatur.

¶ Deposcere est multū desiderare: siue ratione quadam exigere. Col. lib. ii. Canabis solum pingue stercoratumq; ⁊ riguum vel planū atq; humidū ⁊ alte subactum deposcit.

¶ Deportare est de aliquo loco aliquid portare. Col. lib. v. Nec ꝓcul amari vel nauigabili flumine quo deportari fructus ⁊ per quod merces vehi possint. Unde deportati dicuntur quibus aqua ⁊ igni interdictū est: vel quibus princeps ꝓuinciam annotauit. Transfertur etiā ad ea quę delectationē: laudem ⁊ vituperium habent quę nostra opera sumus assecuti: vt cum inde reuertimur quo ꝓfecti fueramus: aut cū vbi sumus inde quicq; deportatur. Cice. Trebatio. Mihi crede nihil ex ista ꝓuincia potes quod iucundius sit deportare. Idem in Cato. Teq; nō cognomen solum athenis deportasse. Uituperationez. vt Deportauit Verres amicā. Pro deporto vulgo Reporto dicitur: cum reporto retro porto seu reueho reducove quod portatum siue delatum deductum fuerat. Lactanti⁹. lib. iiii. Repente viribus roborati ipsi lectulos suos reportarent: quibus fuerant paulo ante delati. Hieronymus ad Dama. Et inuentam sup humeros reportat ad caulam. Cice. ꝓ se. Itaq; pub. Lentuli beneficio excellenti atq; diuino nō solum reducti sumus sed equis insignibus ⁊ curru aurato deportati. Trāsfertur etiam ad verba: cum quis pro verbis verba reportat. Vergilius. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat.

¶ Deprauo as. pen. ꝓ. prauū facio vitio: vt cum quid est scriptorū: aut maledicorū vitio corruptum. Ter. in Phorm. Nihil est tam bene dictum quin narrando possit deprauarier

¶ Deprehendo is. significat caute vel incautū quempiam capio: vt dephensus in adulterio: in scelere: in sermone: dephensus ab hostibus: a tempestate. Ver. Deprēnsis olim statio tutissima nautis. Hor. in Sermone. Deprænsi nō bella est fama treboni. Unde et Deprehensa gñs animauersionis militaris qui certo in errore dephensi fuissent: castigatione maior: ignominia minor. Interdū dephendere est animaduertere cognoscere. Lactan. lib. i. de Ioue loquens. Nōne a sua prima pueritia impius ⁊ pene parricida deprēnditur. Amb. lib. i. offi. Qui ea quæcūq; vana sunt deprēndit: ea quæ sancta sunt: nescit.

¶ Deprecor pen. cor. qñq; ponitur ꝓ simplici. Unde Hiero. Noluit inquit veniā deprecari. Quādoq; De

precari est impetrare. Idem apud Exodũ. Ascendã ad dominũ si quo modo quivero eũ deprecari ꝓ scelere vestro. Quãq; vehementiã supplicationis denotat. vt sit Deprecari vehemẽter sive suppliciter precari. Sue. in Cesa. Satis constat Sillam cũ deprecãtibus amicis ⁊ ornatissimis viris aliquãdiu denegasset: atq; illi pertinaciter contenderẽt expugnatũ tandẽ proclamasse. Ci. in Lel. At C. Blosius cumanus hospes familie nostre Scevola: cũ ad me qui aderant cũ Lenate ⁊ Rutilio consulibus in consilio deprecatũ venisset. Et lib. i. ad heren. Deprecatio cũ ⁊ peccasse ⁊ consulto fecisse reus confitet: et tamen postulat vt sui misereatur. Hic lib. iii. Reg. ablativo iunxit. Petitionẽ vnam paruulã ego deprecor a te ne confundas faciẽ meam. Habet q̃q; contrariã suo simplici significationem ⁊ precis negationẽ seu detractionẽ importat: sicut in Dedecet despero ⁊ huiusmodi. Et sic deprecari significat recusare. Asinius Ciceroni. Nec periculũ est vllum qđ pro libertate aut refugiã aut deprecer. Verg. Equidẽ merui nec deprecor inquit Ouid. li. i. de pon. Sepe precor mortẽ: mortẽ quoq; depcor idẽ. Ne mea sarmaticũ cõtegat ossa solũ. hoc est nõ precor mollem recuso ⁊ qđ vernacula lingua dici solet. Non te prego dequesto maio tene desprego. Liui⁹. de bel. mace. vtranq; significationẽ cõplexus est. Ego si qđ scelerate in fratrẽ admisi nullam deprecor pœnã: si innocens sum ne inuidia conflagrẽ cum crimine nõ possum deprecor. Hoc postremũ pro abominor detestor sive recuso sumit: primũ pro vehemẽter precor. Quãq; Deprecari est depellere abigere pro pulsare sive redarguere prece adhibita vel quouis alio modo. Inde dicimus. Ignominiã ⁊ inuidiã ⁊ pœnam deprecatus est. Sue. in Aug. Cum lectorius adolescens patricii generis in depcanda grauiore adulterii pœna allegaret se esse possessorẽ. Ci. lib. iiii. ad Heren. Audes verbum facere? Audes quicq; petere? Audes supplicium deprecari? Nõ significat recusare neq; precari ne de se suppliciũ sumatur: sed depellere: sive redarguere. Quintil. lib. iii. scribit deprecationẽ depulsionẽ esse. Item Ci. in Catil. lib. i. Nunc vt a me. P. C. quandã prope iustã querimoniã detester atq; deprecer. percipite queso diligẽter que dicã. Idẽ pro Balbo. Quiddam de cõmuni aditione olim nostrũ deprecãdę maliuolentię causa breuiter ꝯmemorandũ videt. Qua de re si Gellius scripsit deprecari significare execrari detestari depellere vel abominari non fuit culpandus a Lau. Valla. cũ depello hisce Ciceronis exẽplis probe conueniat: ⁊ deprecor maxime cõgruat: ꝓpter prepositionẽ de: que ambobus preposita est. Execror vero detestor abominor cũ pene idem significẽt: qđ recuso etiã ipsi verbo deprecor conuenisse in ea significatione qua supra. Mortẽ quoq; deprecor idẽ diximus accipiendũ vt ⁊ illud. Ci. lib. vi. de repub. Etiã in Claudii inuidiã Gracchi caritas deprecabat. id est propulsabat ⁊ defendebat. Salu. in Iug. Sed quoniã eo natus sum vt Iugurthe scelerum ostentui essem non tam mortem ⁊ erumnas tantummodo imperium inimici ⁊ cruciatus corporis deprecor. Est aũt deprecor quandoq; verbum commune vt apud Aug. qui ad Hieronymũ scribens ait. Unde agnosco dominũ a me potius deprecandũ vt tue voluntati det facultatẽ mittendi quod rescripseris

¶ Deprimo is. pe. cor. deiicio humilio defigo. Varro. Ab eo depressus a quo erigi extollique sperabã. Lact. lib. iii. Ita dum hoĩem querit extollere rem ipsam depressit. i. in imo fixit humiliauit. Idem li. vi. Altera q̃ ad inferos deprimat. i. deorsum premat vel mittat. Ci. lib. iii. ad Heren. Et maxime sedata ⁊ depressa voce principia dicemus. i. demissa.

¶ Depromo is. pe. pro. Vide in dictione Promo.

¶ Depso sis. significat subigendo manibus aliquid molle ⁊ tenerũ reddo. Quo verbo vtitur Cato lib. de re rust. Cuius compositũ est Condepso: ⁊ deriuatiuũ Depsiticus a. um.

¶ Depudico as. pe. pro. significat violo stupro et pudicitiam aufero.

¶ Depubet pe. pro. Sr qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depuberẽ porcũ dicimus quẽ lactentem occidimus.

¶ Depudet pe. cor. pudorẽ abiicit. Ouid. Depuduit profususq; sua signa reliquit. Aug. lib. viii. con. Depuduit vanitatẽ: ⁊ erubuit veritati. Hieronym⁹. ad Eusto. vsus est. Depudesco. Nõ depudesco inquit infelicitatis mee: quin potius plango nõ esse qđ fuerim.

¶ Depugnare: probe pugnare. Lactantius libro. v. Retinuit quod erat ei contrarium cum quo depugnare posset.

¶ Depuo is. Vide in dictione Pauio.

¶ Depurgo gas. probe vel deorsum purgo. Cato de re rust. Terrã cum stercore bene permisceto depurgato ab herba graminibusq;.

¶ Deputo as. pe. cor. proprie deorsum puto. Col. libr. iii. In agro macro ⁊ sicco vineam imbecillam imbrumam amputato: quam partem nõ deputaueris circa calendas Febru. repetito et deputato. Ambrosi. in Ser. de quadragesima. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearũ. Item Deputare est existimare censere iudicare: quod vulgo dicitur Reputare nõ vt multi putant delegare. Terẽ. in Hecy. Edepol ne meam esse herus operam deputat parui pretii qui ob rem nullam me misit frustra vbi totum desedi diem. Plautus in Am. Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum: nec causam liceat dicere mihi neq; in hero quicq̃ auxilii fiet: nec quisq̃ sit quin me omnes esse dignum deputent. Item Assignare attribuere. Hieron. super Mattheum. Pharisei opera dei principi demoniorũ deputabant.

¶ Derbices seu Derbię ⁊ Derbii sunt populi hyrcanis propinqui. De quibus Hieronym⁹. Massagete et Derbices miserrimos putant qui egrotatione moriantur: ⁊ parentes cognatos propinquos cum ad senectam venerint iugulatos deuorant: rectius esse dicẽtes vt a se potius q̃ a vermibus comedantur

¶ Derbenses populi ex quorũ numero fuit Timotheus apostoli discipulus.

¶ Derelinquere significat ꝑsus seu in totum relinquere deserere.

¶ Derepente: tota vna dictio quia vt docet Don. adverbiis prepositionem separatim non addimus. Si enim separaueris nõ est latinum de repente. Terentius in Hecy. Ita corripuit derepente tacitus sese obuiam.

¶ Derideo es. pen. pro. significat cum alterius contemptu rideo.

¶ Deripio is. pe. cor. tam in bonũ q̃ in malũ sumi põt In bonũ. Verg. lib. ii. Geor. Collaq; prelorũ fumosis deripe tectis. i. confestim defer. In malum. Lactã. libro. v. Quomodo se rapinis ⁊ fraudibus abstinebunt

qui mercurii furta noverũt: doctis nõ fraudis esse deripere sed astutię.i.surripere. Diripere vero in malum est cũ significet ac diuersa diuerse rapere: vt fit in vrbiũ expugnatione. Gel. Nam cũ oppidũ tolosanum in terra italia. Q. Cepio consul diripuisset: multũq; auri in eius oppidi tẽplis fuisset quisq; ex ea direptione aurũ attigit misero cruciabiliq; exitu periit.

¶ Deriuo as.pe.pro.a Riuus descẽdit: cũ aqua deflectitur aliquo. Unde z deduco riui more siue deflecto significat. Per translationẽ plerĩq; vsi sunt. Terẽ.in Phor. Quid vis nisi vt maneat faniũ atq; ex crimine hoc Antiphonẽ eriptã. atq; oẽm in me deriuẽ iram senis.i.deflectam. Do. Deriuatio vl inflexio criminis ab eo ad quẽ pertineat ad eũ ad quẽ nõ pertinet. Cic. in Uer.acti.iiii. Quid est quamobrẽ putes te tuã culpam nõ modo deriuare in aliquẽ: sed cõmunicare cũ aliquo posse. Ambro. Plerĩq; varias significationes de vineę appellatione deriuant. Col.lib.i. Proprie dixit. Crebrosq; sulcos aquarios (quos nonnulli elices vocant) faciamus z oẽm humorẽ in cloacas atq; inde extra segetes deriuemus. Ci.pro Milone posuit pro deuitare. Fecerunt id serui Milonis dicã enĩ nõ deriuandi criminis causa: sed vt factũ est neq; imperante neq; pñte dño qd suos quisq; facere seruos voluisset. Hinc fit Deriuatiuus a.um.qd ab alio deducitur

¶ Derogo as.pe.cor.detraho: qd patet ex eius contrario Arrogo. Hiero.in prolo. Esdrę. Interrogent hebręos: z ipsis auctoribus trãslationi meę: vel arrogent vel derogent. Festus. Derogare cũ quid ex lege veteri quo minus fiat sancitur lege noua. Ci.li.ii.ad Heren. Cũ duę leges inter se discrepant videndũ est primũ num abrogatio aut derogatio sit. Quid est ergo derogatio nisi detractio aliqua legis. Abrogatio ipsius legis ablatio. Illa partis legis: hęc totius sublatio est. Derogo igitur detraho qd similiter fit cũ dignitati honoriq; alterius detrahitur.

¶ Dersęi cũ ę diph. populi sunt gręcorũ in littoribus thracię sicuti Herodotus ostendit.

¶ Desęuio is.valde sęuio: qd Hiero.ad dicta transtulit cũ in lib Reg.inquit. Latrantes canes qui aduersus me rabido ore desęuiunt.

¶ Descendo is.ex de z scando. pprie significat de loco excelso ad imum deuenio cuius contrariũ est Ascẽdo. Liui.lib.i. Tenuere tñ arcem sabini atq; inde postero die cũ romanus exercitus instructus q palatinum capitoliniũq; collẽ campani cõplessent non prius descenderũt in ęquũ q ira z cupiditate recuperandę arcis stimulante aios romani aduersum subiere. Per translationẽ vero dicimus. Descendo in prœliũ: descendo in campũ: descendo in forũ z huiusmodi alia: quia de quiete ad laborẽ: de loco tuto ad periculũ: de vita ad mortẽ est iste descẽsus siue ad aiam siue ad corpus siue ad vtrũq; spectet. Persius descendere p humiliare posuit. Ut nemo in se se tentat descendere nemo. Sed pcedenti spectat mantica tergo.

¶ Descisco is. Uide in dictione Ascisco

¶ Descobinatus: sautius abrasus sectus. Uar.in Melea. Sin aũt delectationis causa venamini: quãto satius est saluis cruribus in circo expectare q his descobinatis in sylua curare.

¶ Describere pprie significat de exemplari scribere: in qua significatione etiã sunt Excribere z Transcribere. Ci. Cornifi. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi in quo sępe suspicatus sum te a iudicio nostro sic vt doctum hoĩem a nõ indocto paulum dissidere. Huic tu libro maxime velim ex animo si minus grauare suffragere dicã tuis vt eum si velint describent: ad teq; mittant. Per translationẽ vero ponitur pro disponere seu designare. Idem in Lel. Uel sunt ordines: mea est descriptio. Item pro pingere. Plau. in asi. Nõ potuit pictor rectius describere eius formã Item pro denunciare. Lactan.lib.v. Quod prophetę multo ante descripserant. Licet z pro accurate scripserant intelligi possit. Nam hoc verbum etiã scriptoribus: id est condentibus aliquid conuenire potest cũ eius descriptio pro dispositione z accurata scriptione operis ponitur: vt Teren.in phor. Ego descripsi porro illis quibus debui. Uerg. Immo hęc in viridi nuper quę cortice fagi Carmina descripsi et modulans alterna notaui experiar. Lactan.lib. v. Quid est enĩ cur illum vel in carminibus vel in omni sermone describant conquerentes eius absentiã cũ sit facillimũ bonos esse si velint. Et hoc ex vi prępositionis de: quę diligentiã scriptoris prę se fert. De excribo. Gellius Haud quicq dubitauimus quin ea plauti foret: z omnium maxime germina ex qua duos hoc versus excripsimus. De transcribo. Hiero.in pręfa.psal. Unde cõsueta pręfatione cõmoneo tam vos: quibus forte labor iste desudat: q eos qui exemplaria ista habere voluerint: vt quę diligenter emendaui cum cura z diligentia transcribant. Scribere propriũ eorum est qui aliquid condunt.

¶ Deseco as pe.cor.ferro incido. Col.lib.iii. Etsi fieri potest iuxta aliquem nodũ serrula desecato. Idem lib.xi. Bonus operarius prati iugerũ desecat.

¶ Desero is.penul cor.rui.rtum. derelinquo deficio. Hinc milites patrię desertores dicunt qui patriã deserunt quam defendere deberẽt. Uerg. Desertorem asię. Sue.in Cęsa. Desertorũ ac seditiosorũ inquisitor ac punitor acerrimus: cõniuebat in cęteris. Hinc Desertũ locũ appellamus inhabitatũ quasi ab hominibus derelictũ: quẽ gręci Eremũ nominãt. Quomõ autem differat desertor ab Emansore. Uide in dictione Emensor.

¶ Desertum z participiũ z nomẽ esse potest. Participium idem est qd derelictũ: z qñq; asperũ atq; incultũ Uerg. Rupe sub aduersa deserti ad strimonis vndã. Nomen sumit pro loco inhabitabili: vt in hymno. Antra deserti teneris sub annis Ciuium turmas fugiẽs petisti: sed eremus producit pen. quod ignaris gręcarum litterarũ res noua videbit quoniã est ερημος ερημου και ερημοω τω απολειπω και μονος οικεω εσι και λοφος και ερημια λεγεται παρα την ερα μ.

¶ Deserto as.frequentatiuũ est. Actiuo. Cum me solum vterq; parens desertassent.

¶ Deseruire: est obtẽperare seu diligenter humiliterue seruire. Cice. Tyroni indulge valitudini tuę: cui quidẽ tu adhuc dũ mihi deseruis seruiuisti zc. fac bellus reuertare. Potest etiã significare: male seruire qd vernacula lingua dicit Deseruire.

¶ Desedeo es. z desido is.pe.cor. sicut in assidio dictũ est. Primũ cũ quiete sedeo qd est cõtinue sedeo: seu sedendo tempus consumo. Sue.in Cęsa. A quo ad accersendã classem in bithyniã missus desedit apud Nicomedem.i.mansit cõmoratus est. Secundũ cũ motu procedo vt quiescã: siue morer. Ter.in Hecy. Ubi totum desedi diem michonũ hospitẽ dum expecto. Festus. Picena regio in qua est Esculum dicta q sabini

cū esculū ꝓficiscerent̃ vexillo eoꝝ picus desyderat. Quod est a desido .i. descenderat: vt moraretur.

¶ Deses idis. a desedeo: qui nihil agit ꝛ ociosꝰ sedet: vel qui stat sēpꝰ ad sedendū sup his que transigenda ꝓpere forent. Liui. li. i. Desidem romanū regē inter sacella ꝛ aras acturū esse regnū rati. Et li. iij. Sedemus desides domi mulierū ritu inter nos altercātes

¶ Desidiosus qui desidia plenꝰ est. Oui. Querit̃ egystus quare sit factus adulter: In prōptu causa ē desidiosus erat. Desidia vero est vitiū ignauiæ. Sal. Nō fuit ꝯsiliū: secordia atq; desidia bonū ociū conterere.

¶ Desilio is. pe. cor. desilui: desultū. Vide in dictione salio.

¶ Designare describere: quasi per signa demōstrare. Cesa. li. i. Cesar hac oratione lisci Dimorigem Dunatici fratrem designari sentiebat. Sed ꝙ pluribꝰ p̄ñtibus eā rem iactari nolebat celeriter cōciliū dimittit. Aliqñ significat deputare/decernere seu deligere. Sal. Catilina nihilominus in ꝓximū annū ꝯsulatum petebat sperans si designatus foret facile se ex volūtate Antonio vsurū. Col. li. iij. Ipsum aūt agrū quē seminario designaueris planū ꝛ succosum. Aliquādo significat rem nouā facere in vtrāq; partē bonā ꝛ malam. Vnde ꝛ designatio ꝯtractio ꝯductioq; populi in vnū. Hoc em̄ ei ꝯtingit: qui aliquo flagitio populi in se oculos ꝛ ora ꝯuertit: ꝛ spectaculo est vulgo: quēadmodū designatores curatores funerū qui ludis funebribus p̄erant ꝛ multitudinē retinebant ob eā causam ꝙ in his ludis fiant noua ꝛ spectanda. Senec. de bñfi. An tu Aruntiū ꝛ Acertiū ꝛ cæteros qui captandorū testamentorū artē ꝓfessi sunt non putas eadem habere q̄ designatores ꝛ libitinarios vota illi quorū merces optent nesciunt. Hi familiarissimū quēq; ex quo ꝓpter amiciciam rei plurimū est mori cupiunt. Ter. Modo quid designauit.

¶ Desioculus d̄r qui vno est captus oculo: qui ꝛ luscꝰ dicitur. Mar. Hinc desioculus: et hinc lippus.

¶ Desipio is. pe. cor. desipui. desipiui: ꝛ desipij. ex de ꝛ sapio: significat insipienter ago siue de sapientia decido: vel aliquid a cōi sensu sapientiaq; minus habeo et ꝯstruitur cum ablt̄o. Cic. M. Celio. In quo nō obiurgarer ꝙ nimio gaudio pene disiperē. Plau. in epi. gto iunxit. Desipiebam mētis cū illa scripta mitterē. Aug. li. i. ciui. dei: docet minus esse disipere q̄ȝ insanire. Porro inquit si quis hoc aggrediendū: ꝛ suadēdū putat: nō dico disipit sed insanit. Lactā. li. ij. Deniq; poeta maximus homo in ceteris prudens: in hoc solo nō poetice sed aniliter desipuit .i. more anili insipienter egit. Huius ꝯtrarium est Resipisco. Nam resipio in vsu raro est. Resipisco frequēter. Desipio in vsu est desipisco nō. Et hec oia ad mentē ꝓprie pertinēt. Est em̄ resipiscere ad mentē redire. Lact. de ira dei. Idcirco nō ad p̄nsnoxiū quēq; punit vt habeat hō resipiscendi sui facultatē. Et li. vi. diui. insti. Resipiscit em̄ ac mentem suā quasi ab insania recipit: quē errati pudet: castigat q; seipm̄ demētię ꝛ confirmat animū suū ad rectius viuendum

¶ Desino is. pe. cor. ex de ꝛ sino: significat omitto finio: cesso: vt Desine plura loqui. Hinc desinētia finis terminus. Sic dicimus. Desine artē ludicram. Cic. Mario. Libenter mehercle artē desinerem: tecūq; et cum similibꝰ nostri viuerem. Est em̄ desinere artem: renūciare arti atq; relinquere. Vnde ars desita dicit̃ relicta ꝛ omissa. Gel. li. xv. Olim tū athenensium consensu disciplina tibijs canendi desita est.

¶ Desisto is. cesso. Virg. Me ne incœpto desistere victā. Desistere inquit Vlp. est a negocio abstinere qđ calūniandi aīo instituerat. Inde destitisse is videtur nō qui distulit: sed qui liti renūciauit in totū

¶ Desolor pe. p. deponēs a solor ꝯpositū est ꝛ ꝯtrariā suo simplici habet significantiā: Sed per translationem in significatione differt. Cū em̄ quis aliquē solat̃ quasi de solo lapsum in solum siue soliditatem alleuat. Passiue tñ desolatus accipit̃ apud Hieron. ad Tyra. Sola separatione dormientis ęstuans desolatus solatio pij pignoris iactor. Inuenit̃ ꝛ desolo as. pe. pro. a solo qđ terram solidam significat: ꝓ destruo siue de soliditate deijcio. Col. li. i. Quia flagitiosū quos hostis ꝓfligendo desolasset agros nouo more emere romanū supra vires patrimonij. Virgi. lib. xi. Vidimus ingentes ꝛ desolauimus agros.

¶ Despero as. pen. p. nō spero: extra oēm spem sum. Hic em̄ de. negat. Ci. in Leli. Cuiꝰ aures clausę sunt veritati vt ab amico verū audire nequeat: huiꝰ salus desperanda est. Dicimꝰ em̄ despero salutē ꝛ de salute Ambr. Nemo veterum cōscius delictoꝝ p̄mia diuina desperet. Desperatus in morbo d̄r de quo nulla salutis spes habet̃. Hiero. in li. reg. Percussitq; dn̄s paruulū ꝛ desperatꝰ ē. Itē despatus d̄r q̄ nullā hab; spē Vñ vetus ꝓuerbiū: nō esse cū despatis certandū. Desperatio vt inq̄t Ci. li. iiij. Tus. est ægritudo sine vlla rerū expectatione melioꝝ. Sal. Ne forte desperatiōe adducti vitę mortē præferrent.

¶ Despesco is. cui significat pecus deduco vt ꝯpesco vna duco ꝛ pasco ꝛ in vno loco ꝯtineo.

¶ Despicio is. pe. cor. deorsū aspicio. Col. li. i. Area si ꝯpetit ita ꝯstituenda est: vt vel a dn̄o: vel certe a ꝓcuratore despici possit. Per translationē ponit̃ ꝓ cōtemno siue paruifacio. Nā cū quis aliū ꝯtēnit despicere videt̃ quasi infra se aspicere: quēadmoduȝ suspicio eius ꝯtrariū: sursum aspicio: ꝛ ꝑ translationē veneror quasi supra nos aspiciamꝰ illū eē collocatū. Ci. lib. ij. offi. Despiciunt aūt eas ꝛ ꝯtemnunt: in quibus nihil virtutis neruorum putant.

¶ Despectus a. um. participiū: qđ est ꝯtemptum.

¶ Despectus us. nomen: ip̄e actus despiciendi

¶ Despectio: idē qđ despectus. Ci. in Hortē. Consolabit̃ eā magnitudo animi ꝛ humanaꝝ opinionū alta quædam despectio.

¶ Despicientia despectus siue despectio: ꝛ in se plus ꝯtinet q̄ȝ ꝯtēptio: vt apud eundē li. i. tus. Totā vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine ꝛ in om̄i rerū humanarū ꝯtemptione ac despicientia ponamꝰ Et illusio plus ē q̄ȝ ꝯtēptio despicietiaq; vt in Cato. idē Cic. Contēni se putant/despici/illudi.

¶ Despecto ctas. sæp e deorsū aspicio. Clau. lib. iij. Despectāt vertice lucū. Virg. Nunc terras ordine lōgo Aut capere aut captas iā despectare vident̃.

¶ Despicor pe. cor. despicio. Ter. in Eun. Quæ nos nostrāq; adolescentiā hñt despicatā. Do. Despicatā cōtemptāq; atq; despectam a despicor. Hiero. Iesse filius Dauid non primus: aut secūdus: aut tertius sȝ oīm vltimus vngitur a ꝓpheta: ꝛ despicabilior cunctis eligitur in regem.

¶ Despoliare est exuere. Hiero. ad Eusto. Nō necesse est vt dicas despoliaui me tunica: quomō iduā illā:

¶ Despondeo es. ex de ꝛ spondeo. Spondeo autem a sponte fit. qđ veteres ꝓ dico vsurpabant: q: q̄ spōdet

sponte .i. volūtate dicit. Vñ respondeo factū est: qđ est posteriore loco dico. Postea vero spondere vsurpari cœptū est: p sponte pmittere. Vñ qui puellā spōdet/sponsor. Que spōdetur puella/sponsa. Cui spondetur: Sponsus. Qua rogatur pecunia dotis a sponso: spōsio. hoc est pmissio appellat. Et dies qua puella pmittitur: Sponsalis. Et sponsalia mentio z promissio futuraꝝ nuptiaꝝ. Est aūt despondere pmittere: qđ ad nuptias pprie ptinet: z ad eū pcipue cuia interest locare mulierē viro: siue virū mulieri. Teren. Nam aliam pater et desponderat gnataz Chremetis Despondere animū ille dicitur qui suæ spōtis statuit finē: z quasi ex desperatione mori decreuit. Var. lib. iij. de re rust. Ne reliqui si videant despondeāt animum atq; alieno tpe venditori moriant. Liui. libr. iij. Nec ipsi solū desponderāt alos: sed ꝯtemni cœpti erant a finitimis populis. Plau. i Mil. Ne lamētet: neue alm despōdeat. Apud Senecā z Col. sine animi adiectione legit despondere. Nā de turdis sic ait. Difficulter in aliā regionē transferunt: qꝛ caueis clausi plurimi despondent. Similiter dicimus despondere sapiētiā illū qui despat se posse ad sapiētię fastidiū peruenire. Et ob hoc desistit ab incœpto. Nāl. xij. Colu. inquit. Est probabilis ratio est obmutescēdi: quia nequeas oratoresse pfectus: aut in socordiā ꝯpelli: qꝛ desponderis sapiētiā. Magnæ rei qꝛtuncūq; possederis fuisse participem nō minima est gloria.

¶ Desponso as. a despōdeo fit. Ambro. Et bñ vtrūq; posuit scriptura: vt desponsata esset z virgo.

¶ Despumo as. pe. p. spuma priuo. Virg. lib. i. geor. Et foliis vndā tepidi despumat aheni. Per trāslationem despumare ponitur pro decoquere. Hierony. ad Ocea. Venter mero ęstuans cito despumatur in libidines. Persius. Stertimus indomitum quod despumare falernum Sufficiat.

¶ Despuo deorsum spuo: seu spuendo execrationem demōstro: vt apud Persiū. Est ppe te ignotus cubito qui tangat: z acres Despuat in mores.

¶ Destino as. pen. cor. ex de z stino. Vñ z ꝯstino. Est aūt destinare/deliberare/assignare/deputare/parare eligere. Col. lib. ij. Itaq; ꝯsiderandū erit vt solū qđ excolere destinamus/pingue sit. Cic. lib. v. Tus. Ad horam mortis destinatā. Sue. de Cęsare. De amplianđo impio plura ac maiora in dies destinabat. i. parabat: ꝯstituebat: deliberat. Ply. in panegyrico. Destinatio ꝯsulat⁹. i. electio. Qñq; ponit p alligare. Apu. lib. iiij de Asi. Arreptū me loro qꝫ valido ad ansulam quandā destinatū. Qñ mittere significat. Iuue. Destinat hoc monstrū cymbæ liniq; magister Pontifici summo. Aliqñ emere. Lucil. Facio ab lenone tribus vt libertatē milibus destinet. Hinc fit ꝯpositū prędestino: quod est pordino pmitto. Aug. Prędestinatio a pmittendo z puenendo vel pordinādo futurū aliqd dicit. Qñq; taxare: siue p pretio deputare. Plaut. in Ru. Minis triginta sibi puellā destinat: datq; arrhabonē z iureiurando alligat. Hoc idē significat ꝯstino Apul. Et percontato precio qꝛ centum nūmis indicaret aspnatus viginti denarijs perstinaui. Sunt qui pdestinatū intelligi velint ostensum indicatūq; vt est illud apostoli ad Roma. Qui pdestinatus est fili⁹ dei Est z prestino: de quo alibi.

¶ Desquamo: squamis exuo. Plaut. in Aul. Desquame pisces.

¶ Destituo is. ex de z statuo: significat derelinquo/dimitto. Virgi. Et freta destituent nudos in littore pisces. Interdū destituere est priuare: z sic ꝯstruit cū ablto. Col. li. iiij. Rursus nimiaz siccitatē destituere plantas naturali alimēto. Interdū dissoluere. Neui⁹ Multo nauē iubet destitui anchoris. Interdū statuere. Cecil. Destituit oēs seruos ad mēsam ante se.

¶ Distringo is. deorsum siue de alijs stringo/colligo aut excido. Col. li. xij. Tū z olea distrigēda est ex qua velis viride oleū efficere. Mar. Pergamus has misit curuo destringere ferro: Non tam sępe teret linthea fullo tibi.

¶ Destruo is. xi. ctum. significat qđ structū est vt nō structum sit efficio. ελλυρισι αρασκευαζω απολλω και λυμαινομαι και πολλα αρτι παρτο Δακτωρ πραγματων.

¶ Destructile pe. cor. qđ destrui potest. z destruetur in fine. Lactan. lib. de ira dei. Destructilia sunt omnia quę manu fiunt.

¶ Desudo as. pen. p. valde sudo. Sudo vero a sudus (si Nonio credit) fieri constat. Interduz tñ desudare per translationē ponit p laborare. Hiero. in prolog. Li. Salomonis. Mittitis solatia sumptuū notarios nostros z librarios sustētatis vt vobis nostrū potissimum desudet ingenium.

¶ Desuesco is. desueui. z Desueo es. eui. Primū neutrū. scđm actiuū. Vñ Nonius in priscis dictionibus. Desueui illū: p desuefeci illū: id est ꝯsuetudinē illi abstuli. Titi. Parasitos amoui: lenonē ędibus abstruxi. desueui ne quo ad cœnaz iret extra ꝯsilium meū. Hic desueui a desueo in actiua significatione accipit. Nā qꝫuis Pris. Cōsuesco ꝯsueui. etus. sum. dicat. Addit tñ. charisius Consueo ponit. Iccirco prisco more iuxta Charisiū: iuxtaq; significationē actiuā q̄ in prę terito desueui a Nonio prolata est: necesse est vt sueo simplex sit: vñ formatus suesco: ex quo ꝯponunt consuesco/desuesco/assuesco/insuesco: quę significationē passiuā innatā hñt: vti calesco/erubesco: z augmētatiuā: vt olesco: adolesco cū tñ oleo z adoleo actiuam siue neu. hēant. Ita sueo ꝯsueo desueo actiuā siue neutralem hře ꝯuenit. Ea eñ qꝫtum intelligo iam obsoluere: ppterea in eoꝝ locū successiue ꝯsuefacio/assuefacio z hmoi puto. Simplicis aūt suesco pterita sunt quæ dicam. Claud. lib. iij. de rap. Post hæc cunabula dulci Ferre sinu: sūmoq; Ioui deducere paruā Sueuerat: z genib⁹ ludentē aptare paternis. Ci. Metello. A te id qđ suesti petō me absentē diligas atq; defendas. Qñq; desuescere nō p negationē sꝫ p affirmationē ex vi ppositionis deponit: quasi deorsū suescere: siue descēdere suescere. Plau. in Asi. Auceps qñ ꝯcinauit areā effudit cibū: aues desuescunt: necesse est facere sumptum qui quęrit lucrū. Qñq; desuetus dicit valde suetus. Virg. lib. iiij. ęneid.

¶ Desuetudo a desuesco: sicut ꝯsuetudo a ꝯsuesco: q̄ ꝯtraria sunt. Liui. li. i. Mitigandū ferocē populū armorum desuetudine ratus.

¶ Desidero as. ex de z sidero. Sidero vero a sid⁹ deducitur. Dictum desyderare p cupere: qꝛ veluti lucē syderis qđ amamus: optemus: per translationē ponitur p deficere seu mori. Macro. Ne quid ad pfectionem cœtus desideretur inuitandos ad hūc congressum cōuentūq; censeo. Curti. In eo plio trecēti capti: quinquaginta millia desiderata sunt.

¶ Desiderium mō p vehemēti amore: vt apđ Iuue. Cur desiderio bibulę sertorius ardet: modo p nimia

cupiditate vidēdi eum qui abest. Et ꝓprie de rebus gratis optatis aut amissis dicit. Hinc dicimus post pugnā desiderari milites q̄ perierūt. Cic. in Leli. Ego si Scipionis desiderio me moueri negē: q̄ id recte faciam viderint sapiētes.

¶ Desideratiua verba sunt quæ a Prisc. meditatiua vocant. Ea terminant in rio. vt Esurio: parturio. nā desideriū magis q̄ meditationē denotant. Ci. lib. ij. Philip. Utinā aliqn̄ dolor populi ro. pariat qd̄ iādiu parturit. Ply. lib. xxxvi. Etitę oēs adalligati muneribus vel quadrupedibus in pelliculis sacrificati vteri animaliū ꝯtinēt partus nō nisi parturiant remouēdi: alioquin vuluę excidiū fit. Sed nisi parturiētibus auferant oino nō pariunt. Sic parturio ꝓprie pro cupio parere sumit: q̄q̄ interdū ꝑ pario sumptū inueniat. Scaturio ꝑ primitiuo capitur scateo. Non eni desideratiuū ē significatione: s3 voce tm̄. Amaturio aūt lecturio, dicturio cū amasco ꝛ legisco: quib⁹ placēt, relinquimus. Ipa quidem cęteraq3 eiusmodi nisi apud auctores approbatos inueniantur non in grege deriuatiuorū verborum in sco. ꝛ rio. terminatorū ascribenda cēsemus.

¶ Desum dees significat deficere. Sene. Felix ē cui nihil deest ab bn̄ btēq3 viuēdum.

¶ Desultores qui equos eligūt: alunt: ac docēt: quorum ars ē binos trahere equos: ꝛ alternatim ex vno in alterū mira celeritate transultare. Liui. libr. xxiij Nec oēs numidę in dextro locati cornu: sed quib⁹ desultorū in modū binos trahētibus equos inter acerrimā sępe pugnā in recētē equū ex fesso armatis trāsultare mos erat: tanta velocitas ipis: tāq3 docile equorum genus ē. Uar. libr. ij. de re rust. Peritus belli alios equos eligit: alit ac docet aliter quadrigarius ac desultor.

¶ Desultorij vero ipi equi duo sine ephippiis a græcis κελης κελητος και κελητιζω. ιππος. dicti q per his facile desiliant: desultores qui singulis equitib⁹ pˢto erant exercitatis ita militibus: vt altero de via fesso desilire possent in recentē. Sue. de Cęsare. Quadrigas bigasq3 ꝛ equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Cassiod. vero in episto. diuersum ab hoc gen⁹ ita nominat in ludis circēsibus. Equi inqt desultorij sunt per quos circēsium ministri missos denūciant exituros: vt luciferi quadā in astris similitudine præcursorias velocitates imitari videant. Per translationē Apul. in. i. de Asi. Iā hæc quidē ipsa vocis imutatio desultorię scientiæ stilo: quē accessimus respondet. Similiter Martianus de nuptijs philologię. Leuitate pnię desultoria gestiebat.

¶ Detego is. pe. cor: aperio: nudo. Lact. li. ij. Nunc interim falsa detegamus.

¶ Detestor: meo testimonio rem abominor, improbo execro deponens q̄uis ꝛ cōe verbū inueniatur. Hor. lib. i. Car. Bellaq3 matrib⁹ detestata. Lact. libro. vi. Hinc est illa Plauti detestanda snia. Male meret qui mendico dat qd̄ edat. nā ꝛ illud qd̄ dat perit: ꝛ illi producit vitā atq3 miseriam. Apud iuriscōsultos detestari ponitur pro absenti denunciare. Inde Detestatio denūciatio facta cum testatione.

¶ Detestabile abominabile.

¶ Deterreo valde terreo: ꝛ quasi terrore quodā ꝓhibeo. remoueo ve. Cic. lib. i. Tus. Itaq3 nō deterret sapientē mors q̄ ꝓpter incertos casus qui quotidie imminēt. Idē de opti. dicē. gñe. Nec vero Aristotelē in phia deterruit a scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Arist. admirabili copia cęterorū studio restrinxit. Nec solū ab optimis studijs excellētes viri deterriti nō sunt: s3 ne opifices quidē se actib⁹ suis remouerūt

¶ Detero is. pe. cor. ex de ꝛ tero: significat ꝓprie terēdo deijcio: qd̄ ꝛ trituro dicit. Nā spicis ꝑcussis frumēta in illis disposita deterunt cū grana in terrā minuta, dissiliunt. Col. li. i. Area optima est in silice cōstructa: q ꝛ celeriter frumēta deterunt. Per trāslationē Hier. in ꝓlo. Iob. Qui et hebræorū sermonē experte didicimus: et in latino pene ab ipsis cunabulis inter grāmaticos ꝛ rhetores detriti sum⁹. i. exercitati: quasi a simili: vt gladius exercitatus ꝛ ipso nimio vsu cōminutus. Idē posuit ꝑ eo qd̄ est damnū infero ꝛ vulgo frustro dr̄. Uestitus inquit pariter nō deterit: capilli simul nō augētur: barba in ꝯmune nō crescit calceamēta ex ęquo oibus durāt. Lact. li. vi. Quos autē primi aditus difficultas detriuerit: eos in illā vitiorū viā labi atq3 deflectere q̄ primo igressu sit quasi amœna multoq3 tritior. Detriuerit ꝑ defregerit siue deijciēdo fregerit. i. remouerit. Tritior vero ꝑ vsitatior Uñ tritū verbū ꝑ vsitatū.

¶ Deter siue deterus a. um. pe. cor. dr̄ cui aliqd deest: ꝛ quasi detritū ne bonū sit. A quo deterior deterrim⁹

¶ Detergeo es. si. sū. ꝛ detergo is. ꝑ depurgo. Col. li. iij. Quotiēs falcē acueris ea pelle aciem detergito. Idem li. viij. Aut cornu aut vngula tundūt: aut arbori affricant parietibusve detergēt.

¶ Determino: diffinio. Lact. lib. iiij. Determinanda est nobis veritas breuiter: ꝛ in suo proprio domicilio collocanda.

¶ Detexo is. valde texo, pficio. Uirg. Uiminib⁹ molliq3 paras detexere iunco. Nā de augentis est.

¶ Detineo es. pe. cor. ꝓprie ad eos ptinet q̄ priuo nō tenebant: ꝛ quouis mō detinētur siue capiunt ne abeant iniussu ei⁹ qui detinet. Lact. li. vij. Ois in vna cōmuniq3 custodia detinētur. Terē. in Eu. Detineo te fortasse: tu ꝓfecturus alio fueras. Retineo nō ptinet ad eos qui prius tenebant: ꝛ ne abeant retinētur. Et hęc tā in bonā q̄ in malam partē sumi pñt. Per trāslationē aūt Ter. in phor. Pol me detinuit morb⁹. Sal. Me ambitio mala detinuerat. De retineo. Idē. Nā imperiū facile his artib⁹ retinet quib⁹ in initio partū est. Ter. in adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri sati⁹ eē credo q̄ metu. Hinc detēto as. frequē.

¶ Detondeo es. detōdi. q̄uis tōdeo totondi faciat. Antiqui tñ geminabāt: ꝛ significat a sūmo vsq3 deorsum tondeo. Col. li. viij. Et est modus optim⁹ ꝯsiderare tēpestates quib⁹ ouis neq3 frigus si lanā detraxeris: neq3 æstū si nōdū3 detōderis sentiat. Uerū cū quęq3 detonsa fuerit vngi debet tali medicamine.

¶ Detono as. pe. cor. valde tono. Hier. Et cū ꝑsecutionis detonaret ꝓcella in villam remotiorē secessit. Sed per translationē

¶ Detorqueo es. si. tum. significat deflecto. Col. lib. iiij. Sed qd̄ in salicto ꝯserēdo vitauerim⁹ id seqmur in eiusmodi malleolo: quē ē necesse longiorē facere: si volumus detortū pangere. Cic. ꝑ translationē lib. ij. offi. posuit. Nā ꝛ voluptates blādissimę dnę maiores partes animi virtute detorquēt.

¶ Detraho is cū actō ꝓprie significat exuo id quod quis induit siue quicquid manu ꝯtingi ꝛ detrahi pōt vt detrahe vestimēta soccos palmites ꝛ hmōi. Terē. Heau. Assido occurrūt serui soccos detrahūt. Plau.

in Asi. Nudo detrahere me vestiméta iubes? Interdum detrahere ponit̃ p̱ remouere. Hiero. li. i. Reg. Detrahebát hoies a sacrificio dñi. Aug. sup Jo. Detrahe verbũ: ⁊ quid ẽ aqua nisi aqua? Accedit verbũ ad elemẽtum ⁊ fit sacramẽtum. Interduʒ p̱ auferre. Amb. li. iij. off. Qd̃ si nõ licet nõ dare: quomõ detrahere licet? Per translationẽ vero cũ fama/gloria/honor/opinio detrahunt̃. Et tũc cũ datiuo ꝯstruit̃. Hier. ad Eusto. Dicat aliquis: ⁊ audes nuptijs detrahere q̃ a deo bñdictę sunt: nõ ẽ detrahere nuptijs cũ illis virginitas añfertur. Hinc detractor ⁊ detracto as.

Detractores dĩr qui famę alicui⁹ derogant.

Detracto/as. frequẽtatiuũ: significat defugio/deuito/recuso/nego. Virg li. iij. ge. Nec mihi displiceat maculis insignis ⁊ albo Aut iuga detractans interdũq; aspera cornu. Justi. Nec ĩpe detractauit certamen. Aliq̃ñ detractare ẽ male tractare

Detrimẽtum damnũ dictũ scd̃m Var. a detritu: ꝙ ea q̃ trita sunt minoris p̃tij sunt. Sic intrimẽtum ab eo ꝙ duo inter se sint diminuta. Differũtq; ab inuicẽ: ꝙ detrimẽtum (vt Pedia. inquit) vel vnius partis dici põt. Intrimẽtum vero ad vtriusq; ptis spectat dãtis accipiẽtisq; incõmodum.

Detrudo is. p. pro. deorsum trudo siue ꝯtrudẽdo deijcio. Liui. li. ij. Jam impetu conabant̃ detrudere virum. Per translationẽ Cic. li. i. offi. Si aliq̃ñ necessitas nos ad ea detruserit: q̃ nostri ingenij nõ erũt.

Detrunco as. truncando deijcio: siue in truncos: aut de trunco seco: vt hic detruncatus ẽ: arborẽ detrũcato: partẽ voluminis detrũcauit. Distrũco aũt in diuersas ptes trũco. Plaut⁹ in Tru. Jam ego te hic agnũ faciã ⁊ mediũ distruncabo.

Detrullare: ẽ de trulla in trullã deplere: quo vsus ẽ Apitius. Qd̃ ipsum ⁊ diffundere scd̃m Ply. vocatur

Deturgeo es. detursi. Vide in dictione turgeo.

Deturbo as. fere sicut detrudo sumit̃: nisi ꝙ in deturbo maior sit violẽtia q̃ in detrudo. Est eñ deturbare deorsuʒ cũ violẽtia deijcere. Virg. Puppi deturbat ab alta. Col. vero lib. v. ad pãpinationẽ trãstulit Vinitor inquit qui añ ferro nunc manu deputet: vmbrasq; ꝯpescat: ac supuacuos pãpinos deturbet. Cic. Cn. Pompeio alr. Sʒ hoc scito tuos veteres hostes nouos amicos vehemẽter litis tuis tuis piculosos: atq; ex spe deturbatos iacere.

Deueho deorsum veho. Hieron. ad rust. Et multa genera pigmẽtorũ de paradisi dicitur fonte deuehere. Ci. li. i. ad heren. p̱ defero posuit. Qui parentẽ necasse iudicatus erit: is obuolutus ⁊ ligatus corio deuehatur in p̱fluentẽ

Deuenio is. pe. cor. de loco editiore descẽdo. Vir. lib. iiij. Spelũcam Dido dux ⁊ troianus eandẽ deueniunt. Per translationẽ vero cũ de diuitijs in paupertatẽ: de gloria ad ignominiã: de iustitia ad inquitatẽ de gloria ad ignominiã: de iustitia ad iniquitatẽ: de p̱speris in aduersa cadimus. Ci. li. iiij. ad heren. Videtur esse arrogantia illa relinquere ⁊ ad sua deuenire. Plaut. in Asi. Quid si forte in insidias deuenero.

Deuenusto as. deturpo. Gel. Tanq̃ pulchritudis sibi insignia deuenustet.

Deucalion nomẽ p̱priũ filij p̱methei: quẽ ferunt in fabulis iactu saxorum genus humanum cũ vxore pyrrha recupasse.

Deuerro is. p̱be verro: siue de loco verro. Col. li. viii. Stabula vero frequẽter deuerrẽda ⁊ purganda humorq; ois vrinę deuerrẽdus est.

Deuerra dea ab antiquis putata ẽ: quã venerabantur: vt scopis domũ verrere possent.

Deuerbero as. valde verbero. Ter. in phor. Quot me cẽses homines iã deuerberasse vsq; ad necẽ hospites: tum etiam ciues?

Deuexo as. valde vexo. Lact. lib. v. Et cũ corpora hoim occupant: aiosq; deuexant: adiurantur ab hior noie dei veri fugantur.

Deuexus a. um. a vexus esse ꝯuenit ꝯpositũ a quo Vexo as. esse videtur. Vñ ⁊ ꝯuexus. Et ponit̃ p̱ declini ac deflexo. Col. li. i. Parte campestri: pte alia collibus vel ad orientẽ vel ad meridiẽ molliter deuexis.

Deuincio is. p̱fecte vincio: vehemẽter ligo. Plau. in Cap. Aduerte aim si tu istos captiuos duos heri: quos emi de preda de q̃storib⁹ his iudico catenas singularias istas maiores quibus sunt deuicti demitto Per translationẽ Ter. in heau. Verũ vbi semel aius cupiditate deuinxit mala: necesse est consilia cõsequi consimilia.

Deuinco is. perfecte vinco.

Deuirgino as. virginitate priuo. Hiero. ad Saluinam. In egypto primum deuirginata est: ⁊ ibi fractę mammę eius.

Deuius a. um. qd̃ a recta via recedit. Ci. in Lel. p̱ translationẽ. Quid potest esse tam flexibile: tam deuium: q̃ aius eius qui ad alterius nõ mõ sensuʒ ac volũtatẽ: sed etiã vultũ atq; nutũ ꝯuertit̃? Dicim⁹ etiã iter deuiũ: qd̃ est a recta via remotũ. Hier. lib. ij. reg. Populus multus veniebat p iter deuiũ. Vñ Ci. Anagninos vocat deuios: ꝙ essẽt extra viã militarẽ collocati. Et Hora. scortũ deuiũ dixit. qd̃ ẽ a via remotũ. Prop. Lętor ꝙ sine me deuia rura colis.

Deuio as. ex de ⁊ vio as. a recta via recedo. Abusiue p̱ deflecto sumitur. Hiero. passiuum protulit lib. numeri. Vbi nec ad dexterã nec ad sinistram poterat deuiari: obuius stetit.

Deuito as. pe. p. declino. Ter. in an. Posthac incolumẽ satis scio fore hoc nũc si deuito malũ.

Deuoco as. pe. cor. vocando deduco: siue inde aut deorsum voco. Liui. li. iiij. Cũ a saucijs hostib⁹ sciscitando ꝯperisset castra volscorũ deserta esse lętus a tumulo suos deuocat. Cic. li. Tus. p̱ translationẽ locutus est. Socrates prim⁹ phiam deuocauit e cœlo: qd̃ est quasi deduxit.

Deuolo as. pe. cor. de alto volo. Plau. in am. Post q̃ in cunis ꝯditus deuolant angues iubaci deorsum in impluuiũ duo maximi. Per trãslationeʒ aũt ponit̃ p̱ decurro. Liui. li. iii. Alij inter tumultũ precipites pauore in forum deuolant. Idem lib. ij. p̱ desilio posuit. Deuolant de tribunali vt lictori auxilio essent. Aliquãdo deuolare est alio volare: hoc est discedere Cic. ad heren. Ita falsi amici sereno vitę in tempore presto sunt: simul atq; homini fortunę inuiderint: deuolant omnes.

Deuoluo is. oibus aptatur: quę a summo deorsum decidũt seu delabunt̃: vt saxa: vt aqua: siue cũ hoies inde p̱cipitant̃. Colu. li. i. Hinc prima fluens aqua e montibus orũda q̃ p saxa p̱ceps deuoluitur. Liui. li. de bel pu. Saxa ingentia in agmen Deuoluunt. Per translationem vero dicimus. Deuoluta est res: deuoluta est hereditas: quod vulgo dicitur de manu i manum. Idem li. v. Et codẽ deuolui rem: vt aut patricij aut patriciorũ assectę p̱fidi tri. plebis sint. Hier. Illa

interim cõiu nx egregia: ⁊ q̄ de fontib⁹ tullianis hau
serat sapientiã nupsit Sallustio inimico eius. Et ter
tio Messalę coruino: ⁊ quasi per quosdaʒ gradus elo=
quentiæ deuoluta est.
¶ Deuoro as. pe. cor. vorando deiicio. Cato de re ru
sti. Bos si ægrotare cœpit dato ꝯtinuo ieiunio ouuʒ
gallinaceũ crudũ integrũ facito deuoret. Referť etiã
ad alios sensus. Mar. Oculis deuorãtibus draucos.
Plau. Auscultate atq̃ operã date: ⁊ mea dicta deuo=
rate. Illud em̃ oculoꝝ: hoc auriũ auiditatẽ significat
¶ Deuoueo es. pe. cor. significat solẽniter voueo. vo
uere aũt ẽ aliquid sancte ꝓmittere. Virg. li. xii. Quo
rũ se deuouet aris. Cice. li. iij. offi. Quid Agamẽnon
cũ deuouisset Dianæ qđ in suo regno pulcherrimũ na
tũ esset illo anno: imolauit Iphigeniã. Itẽ deuouere
est morti dedere. Liui. li. ix. Equidẽ mortẽ ꝓ patria
p̄claram esse fateor. ⁊ me vel deuouere ꝓ populo Ro.
legionibusq̃ vel in medios me mittere hostes paratus
sum. Item deuouere est diris imp̄cationib⁹ malũ ali
cui optare. Ouidi. in Ibin. Illũ ego deuoueo quem
mens intelligit ibin. Hinc deuotio pro execratione.
Sue. in Cali. Lenis adeo ⁊ innoxius vt pisoni decre
ta sua rescindẽti nõ prius succẽsere in aĩm induxerit:
q̃ veneficys quoq̃ ⁊ deuotionibus impugnari se cõ=
perisset. Hę deuotiones tales erant: quales dirę fue=
runt apud priscos: quę talẽ habere potestatẽ credebã
tur: Ut nemini fas esset qui in eas incidisset euadere.
Inter carmina magica duo erant apud maiores ma=
ximę religionis: quoꝝ altero dij tutelares vrbiũ euo
cabanť ab hoste victore: ne deos captiuos ducere vi
derenť: altero deuouebant. i. morti dedebant vrbis
exercitus hoim capita: qui se traderẽt irę numinũ ꝓ
salute aliena: quale fuit carmen duorum decioruʒ qui
se ꝓ patrię salute deuouerunt. Liui. libr. ix. Equidem
mortem pro patria p̄claram esse fateor: ⁊ me vel deuo
uere pro populo romano/legionibusq̃: vel in medios
me mittere hostes.
¶ Dionysius dictus ē bacchus ꝛ dionysia bacchanalia bacchi festa. Fuit ꝛ hoc noīe ph̄us heracleates: zenonis stoici auditor: q̄ cū renū morbo laboraret cruciaretq̄ cruciatu ipatibili: succūbēs dolori clamabat falsa esse q̄ a Zenone didicerat. Zeno em̄ ꝛ stoici hoc oēs h̄nt dogma: dolorē. s. nō esse malū: sed adiaphorō hoc est indifferentē. Fuit ꝛ Dionysius tyrānus syracusanus suffectus dionysio seniori: qui cū ciuitatem syracusanā cędibus replesset expulsus est: iterūq̄ recepto cū crudelior in dies esset rursus extorris corinthū in exiliū ꝓficiscit: vbi id sordidissimū vitę gn̄s descendit in popinis lupanaribusq̄ residens vt ꝯtēnendus magis q̄ metuēdus videret. Nouissime se ludimagistrū ꝓfessus pueros in triuio docebat: vt q̄m viris imperare nō poterat: saltē pueris imparet. Erat em̄ eruditus vtpote Platonis auditor. Olim interrogatus tā exul: qd sibi ph̄ia ꝓfuisset. Scienter r̄ndit vt æquo aīo ferrē talē fortunę mutabilitatē. Regnauit hic ānis. xxxviij. Plutar. auctor est regiā dionysij puluerulentā fuisse ꝓpter eor̄ multitudinē q̄ geometricas in puluere figuras describebant. Ambo tn̄ et pater ꝛ philosophi Platonē p̄ceptorē audierūt. Plato aūt iunior ο λιθοσ εσι αμεθυσοσ εγον δ ορ πο τησ διονυσιοσ κπιθετω νηφην ημαθετω μεθυειν. i. hic lapis est amethystus. ego aūt bibulus bacchus: vel crede sobriū esse: vel disce inebriari: qr erāt duo ꝯtraria simul lapis ꝯtra ebrietatē vn̄ habꝫ nomē ꝛ bacchus: q. d. crede q̄ vnus nostrū vincet: sed melius ē bibere.

¶ Diophanes pe. ꝓ. nomē viri bithynici: de quo Colu. Diophanes bithynius vticēsem totū dionysium pœni magonis interp̄tem permulta diffusum volumina sex epitomis circūscripsit.

¶ Dioptra instrumentū geometricū ab explorando perspiciendoq̄. In qua significatione vtitur Ptole. Sed Victr. libr. viii. accipit ꝓ regula ad liberandas aquas cū ait. Libratur aqua dioptris.

¶ Dioryges sunt fossæ manufacę: qua dictione vtiť Pomponius.

¶ Dioryctos: significat abscissam ꝯtinenti.

¶ Diospolis ęgypti ciuitas: q̄ iouis ciuitas h̄ecatō pylos quoq̄ dicta fuit. Sunt ꝛ alię locis alijs hoc noīe in ęgypto quattuor p̄ter hanc pusillę ciuitates. Item in lydia ꝛ in palęstina.

¶ Diotę sunt vasa seu dolia fictilia duas ansas habē tia: ꝛ ad seruāda vina accōmodata. Hora. Deprome quadrimū sabina o thaliarche Merū diota.

¶ Dipelus vir cretēsis Scyli frater: qui ambo teste Ply. primi oīm marmore sculpendo claruere.

¶ Diphilus pen. cor. Iouis amicus. Dysphilus: malus amicus.

¶ Diphthongus est cōglutinatio duarū vocaliū vim suā seruantiū: ex δισ: ꝛ φθογγοσ: qui vocalis est son⁹ Et sciendū q̄ vbicūq̄ a vel e in noībus antē finale reperiūť: fere vbiq̄ a. ꝛ u. vel e. ꝛ u. diuiduntť: vt nicolaus: archelaus/alneus/cęreus. Excipiunť laus/fraus ꝛ heus: in quibus est diphthōgus. In gręcis vero dictionibus aliq̄n habenť diphthongi. Virg. Orpheus in syluis: inter delphinas arion. Et oīs diphthōgus aut est in principio/vt Aeneas: aut in medio: vt corvus: aut in fine: vt musę.

¶ Diphtera alio noīe bæta: vestis pastoritia ex pellibus ouiū ꝛ caprarū ꝯsutis.

¶ Diplois idis. genus pallij: quasi duplex palliū διπλοοσ em̄ duplex dicitur

¶ Diplomata genus tabellarū. Ser. scribit diploma esse epistolā vel scripturā aliquā ad aliū missam: a verbo gręco διπλοω duplico. Inde diploma duplicatio ꝛ litterę: eo q̄ duplicentur. Alij putant diplomata eē singulariū viror̄ et vicor̄ priuilegia in tabellis scripta: ꝛ in quib⁹ principis nomen adscribitur. Vulgus bullas: semidocti supplicationes: docti supplices libellos vocant: quę ꝛ breues dicunť: Ci. Apio. Diploma statim nō est datū: q̄ mirifica est improbitas in q̄busdam qui tulissent acerbi⁹. Et pro Cor. balbo. Mitto diplomata tota in ꝓuincia passim data. Sueto. de Aug. In diplomatibus libellisq̄ ꝛ epistolis signādis initio sphinge vsus est mox imagine magni Alexandri. Gręci διπλοοσ dicunt duplū: tanq̄ duplices illæ tabellę dici possint diplomata.

¶ Dipondiū ꝛ dipōdius: siue dupondiū ꝛ dupōdius: a duobus ponderib⁹ dicitur. Nā vt Var. docet duos asses pendebat. As vero nūmus libralis. ꝛ dupondiū nūmus bilibris dicebatur.

¶ Dipsas adis. latine sitis diciť. Poniť aūt ꝓ quodā aspidū genere: cuius morsu incredibilis sitis induciť Luca. lib. viij. In medijs sitiebant dipsades vndis. Et in Deuterono. Scorpio ꝛ dipsas. Luca. aūt το δε δη παντων ερπετων δειμοτα τον ων η ψαμμοσ τρεφει η διψασ εσιν οφισ η πανυ μεγασ εχιδνη ομοιοσ. et plurima dicit.

¶ Diptota pe. pro. dicuntur noīa duos tm̄ casus habentia. sic tetraptota/pentaptota: quę habent quattuor ꝛ quinq̄ casus.

¶ Diptychū pe. cor. dr̄ duplicatū. Amb. li. hexa. Explorat si quando ostreū in remotis ab oīm vēto locis contra solis radios diptychū illud suū aperiat ꝛ reseret claustra testarum: vt libero aere visceris sui voluptatem quandam capiat.

¶ Dirū crudele infestū: quasi deor̄ ira imissuꝫ. Virg. Priusq̄ Dira per incautū serpāt ꝯtagia vulgus. hic diræ furię: quasi deor̄ iræ. Aliq̄n accipiť pro magno. Idem. Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes Dira loci. Hinc diritas crudelitas. Ci. Intelligi potest ex his fratribus qui in adelphis sunt: q̄ ita in altero diritas: in altero comitas.

¶ Dirę execrationes ꝛ imprecationes quę in maliuolos effundebanť horrendę deos quosdā inauditos cōpellantes q̄bus quisquis obnoxius erat: necesse erat illum maximo affici infortunio. Hora. Diris vos agā dira detestatio

¶ Dirce nomē mulieris: lycis thebar̄ regis vxoris: quā poetæ fingunt ꝯuersā in fontē sui nois: Alia fuit dirce babylonia q̄ sua forma tumēs in piscē ꝯuersa ē. Oui. li. 4. me. Dirce quā versā squāmis velātib⁹ art⁹

¶ Dirceus cũ ę. diphthongo dicit Aonius siue thebanus. Nã pars bœotię in qua fons est dirceus: dircæa cognominata est. Et apud Virg. Amphion dirceus dictus est .i. thebanus.

¶ Diribitoriũ locus erat in quo recensebant exercitus & stipendia militiæ numerabant a diribendo. hoc est distribuẽdo. Et diribitores distributores. Ci. de reditu suo ad senatũ. Quando inquit ulla dignitate tot rogatores/diribitores/custodesq̃ vidistis? Hoc est diuisores distributoresq̃ qui inter tribus viritim pecuniã diuiderent: quos Plau. in Aul. curiarũ magistros appellauit. Qui distribuerent inquit argenti minas in viros. Ex hac similitudine structores epularum & oino ꝑpositi negociis vocabulũ id quoq̃ accipiũt ꝓ loco in quo ministri diuersant. Apul. lib. ij. de Asi. Frequens inquit ibi epulonũ diribitores pluscuii splẽdide amicti fercula copiosa scitule subministrata. Ply. in epist. pedagiũ appellat id qđ diribitorium dici videt. ἀπὸ τῶν παίδων .i. a pueris & ministris.

¶ Dirigo is. pe. cor. ex di & rego: significat obliquum emẽdo. Plau. Ciceroni. Ad mutinã iter dirigerem. Apud Plautũ inuenitur dirigere ꝓ dissidere.

¶ Dirigeo es. gui. significat pię frigore aut timore: alio casu viribus destituor. Virgil. Diriguit visu in medio calor ossa reliquit .i. diuersis modis rigidus factus est: quia pię formidinẽ ꝯtractus est.

¶ Dirimo is. pe. cor. diremi diremptũ. ex di. & emo: et interposita r. siue ex dis & emo: s. in r. mutata ꝯponi videtur. Et significat diuido. Hiero. in vitapatrũ. Ob hoc aũt dirimunt habitaculis: vt silentij sui quiete et intẽtione mẽtis diuina sectãtes nec vox aliqua: nec occursus vllus: aut sermo aliquis ociosus ꝑturbet. Aliqñ dirimere ponit ꝓ destruere. Sal. Qua nõdum frequẽtes armati ꝯuenerãt eas res ꝯsilium diremit.

¶ Diripio is. pe. co. vide in dictione deripio.

¶ Dirũpo is. varie rũpo: seu violẽter scindo. Plaut. in Cur. Geminos in ventre videor habere filios: nihil metuo nisi medius dirũpar miser. Refertur quoq̃ ad animũ. Cice. Dirumpor dolore.

¶ Diruncino as. vide in dictione runcina.

¶ Dirũcio is. significat depurgo & q̃si dirum eiicio.

¶ Dis ꝑpositio disiunctiua: de qua supra dictum est.

¶ Dis vero ditis. diuitiaꝝ & inferoꝝ deus: vt inquit Stra. Grece pluto dr: q2 terrenã oẽm vim atq̃ naturã diti patri dedicatã putabant q2 diuitię oẽs e terris oriantur & in terras recidant. Nam πλοῦτος τοῦ: latine diuitię. Quint. tamen li. i. a ꝯtrario interpretatur quia minime diues est. Ponit etiam dis pro diuite: Plau. in Aul. Dites diuitijs qui aureos montes colunt: ego solus supero. Terẽ. in adel. Dis quidẽ esses de mea: ac rem tuam ꝯstabilisses. Hinc ditior & ditissimus. Dito as. & ditio pro imperio.

¶ Discapedino as. pe. co. a capedine fit: significatq̃ refero aperio. Apul. Hyagnis primus in canẽdo manus discapedinauit.

¶ Discerpo is. psi. ptũ. ex dis & carpo. varie cædo. distraho: discindo. Liui. li. i. Fuisse tũ quoq̃ aliquos qui discerptũ regẽ patruꝫ manib9 taciti arguerent. Var. Duabusq̃ admotis quadrigis alligatũ corpus equis in diuersum iter ꝯcitatis discerpsere.

¶ Discindo is. discidi. pe. cor. a dis & scindo. Discidi vero pe. pro. fit a dis & cædo. Ter. in adel. Vide vt discidit mihi labrum.

¶ Dissecatus a. um. quod est per anatomẽ exẽteratũ Quod em̃ greci τὴν τομήν: nos dissectionem & consectionẽ vocamus: vt apud Ply. & Celsũ accipi potest. Aristo. Chamæleon: dissectus totus spirare ꝑterea diu potest. Fit aũt a disseco as. pe. corr. quod est dilanio: & varijs modis seco: siue in varias partes diuido Unde diuisiones patrimoniorũ inter consortes dicũtur dissectiones.

¶ Discepto as. disputo ꝯtendo/discordo. Aliqñ etiaꝫ moderor ꝯpono. Cice. li. iiij. tus. Itaq̃ illius verę elegãtisq̃ philosophię: quę ducta a Socrate in ꝑipateticis adhuc ꝑmansit: & idẽ alio mõ dicẽtibus stoicis: Cũ Academici eorũ ꝯtrouersias disceptarent: nulla fere sunt aut pauca admodũ latina monumenta. Hic disceptator dicit rei sententięq̃ moderator: vt docet Cice. in partitionibus ad filium.

¶ Discedo is. pe. pro. recedo. Ply. Facessite hinc: atq̃ a nobis discedite. Aliqñ tacetur locus de quo: & ponitur locus ad quẽ. Aug. Dñs discessit transiordanẽ. Aliqñ vtrũq̃ ponimus: vt Non diu est ex quo ille hic rus abijt. Interduꝫ discedere ponit ꝓ excipere: vt si dicã Cũ discessi a parentib9 nemo est mihi te charior .i. parẽtibus exceptis. Cic. Lentulo. Cũ a vobis salutis meę auctoribus discesserim: velim te existimare neminẽ esse cuius officijs me tam esse deuinctũ nõ solũ ꝯfitear. sed etiã gaudeam. Interdũ ꝓ distendi/diuidi. Idẽ lib. iij. offi. Hinc ille. Giges inducitur a Platone qui cũ terra discessisset: magnis quibusdã imbribus descẽdit in illũ hiatũ. A discedo fit discessus pro recessu: & discessio pro diuisione & hiatu.

¶ Discerno is. discreui etũ. separo. Hier. ad Tyrasiũ Ad ꝯparanda peccata gaudent tã parentes a filijs: q̃ filij a parentibus ꝓuocante diabolo separari: ad indulgentiã percipiendã nolũt ab inuicẽ deo vocante discerni. Quãdoq̃ significat certo. Apul. Armis potius discernere q̃ iure vti voluerũt. Qñq̃ distincte cognosco. Terẽ. in adel. Quid hoc malũ infelicitatis nequeo satis discernere nisi me credo huic esse natuꝫ rei ferundis miserijs.

¶ Discretus a. um. participiũ passiuę significationis vt apud Col. Discreta semina .i. separata. Am. Quid lõgius est q̃ a se recedere nec regionib9 sed moribus separari studijs esse discretũ: non terris. Huius ꝯpositum protulit Ply. Indiscreta ꝓpe specie fuere .i. indifferenti. Valla exponit actiue sic. Discretus q̃ qualitates personarũ ac rerũ momẽta discernit. Sed nullum attulit exemplũ: nec vllũ afferri posse arbitror nisi in passiua significatione.

¶ Discretio separatio. Lact. li. vij. cũ vis aliqua vtrũq̃ discreuerit q̃ discretio mors vocat. Ci. li. iiij. ad heren. sic diffinit. Discretio nosatur q̃ rerũ ꝯsequentiuꝫ ꝯtinet ꝑspicuã & dilucidã cũ grauitate expositionem

¶ Discrimẽ pe. pro. separatio/differentia. Ci. Totũ discrimen summi boni in ea rerũ ꝯparatione posituꝫ putat. Sal. Laudamus diuitias: ꝑsequimur inertiam: inter bonos & malos nullũ est discrimẽ. Vñ & ꝓ diuisione & capillorũ dimidiatione sumit q̃ fit discerniculo. Et discrimen certamẽ. Vir. Post hos æquo discrimine pistrix: Centaurusq̃ locũ tendũt superare priorem. Rursus discrimẽ ꝑiculũ dicit. Idẽ li. i. Per tot discrimina rerum Tendim9 in latium.

¶ Discrimino as. pe. cor. diuido. Ci. in phil. Etruriã discriminat Casius. Hier. in li. Iudith. Et discriminauit crinem capitis sui.

¶ Discriminatim aduerbium: significat differenter.

Var.li.i.de.re ru. Eadem de causa sunt q̃ nõ possint viuere: nisi in loco aquoso aut etiã in aqua: ⁊ discrimi natim. Et alia in lacub⁹ vt arũdines in aretino: alia in fluminibus: vt in epiro arbores vlmi.

¶ Discriminale: acus est quę crines diuidit ad ꝯcinã dum caput: vt apud Esaiã. Discriminalia ⁊ periscelides ⁊ murenulas ⁊ olfactoria.

¶ Discerniculũ: id est discriminale.

¶ Discrepo as.pe.cor.nõ ꝯuenio. Li.li.38. impsona le posuit. Nec inter scriptores reꝝ discrepat solũ: sed oõnes quoqꝫ si modo ipsoꝝ sunt quę feruntur.

¶ Disco is.didici.ꝑprie rẽ ignotã assequor: meditando: vel ab alio discendo. Huius ꝯposita sunt addisco. Condisco. Hora. Augustã amicę pauperiẽ pati robustos acri militia puer ꝯdiscat. Dedisco qḋ didici obliuiscor: seu a mente reiicio. Plau.in am. Haud ęquũ facit q̃ qḋ didicit: id dediscit. Edisco memoria cõplector. Quintil. Illud ex ꝯsuetudine mutanduz ꝑrsus existimo ne oĩa q̃ scripserint ediscãt: ⁊ cętera vt moris est dediscant. Perdisco ꝑfecte seu valde disco.

¶ Disciplina dr̃ prout a discipulo ꝑcipit. Nã vt Augusti.in dialecticis docet: discibilis rei disciplina dr̃: quę quarũcꝫ rerum scientia est. Doctrina est prout a doctore traditur.

¶ Disciplinosus dicitur qui tam bonas q̃ malas artes facile discit.

¶ Discinctus dissolutus negligens. Pers. Nõ pudet ad morẽ discincti viuere nattę. Antiqui negligentes ⁊ desides appellabant discinctos. Cõtra Accinctos solertes strenuosqꝫ vocabant. Quod a re ipsa deductum est. Molles eñ demissis discinctisqꝫ vestib⁹ vti solẽt. Strenui vero atqꝫ industrii: quo sint ad res exequendas promptiores succincti incedunt. Ser. Discincti inhabiles sunt militię: oẽs eñ q̃ militant cincti sunt: Vñ discincti iefficaces ⁊ ignaui dicũt: sicut ecõtrario percinctos strenuos vocamus.

¶ Discrucior aris.valde crucior.

¶ Discõuenio nõ ꝯuenio. Hor. Et vitę discõuenit ordine toto.

¶ Discũbo is.diuersis locis accũbo. Gel.apud cœnã Fauorini philosophi cũ discubitum fuerat: cœptusqꝫ apponi cibus: seruus assistens mẽsę legere inceptabat. Discuneatus: quasi immisso cuneo apertus ac patens: sicut ligna diducta sũt ⁊ hiãtia adactis cuneis Ply.li.ix. Cõchę ꝯtrahunt se frustra discuneatę.

¶ Discurro is.in diuersas ꝑtes curro. Liui.li.i. Signo dato iuuentus romana ad rapiendas virgines discurrit. Hinc discurso as. Lactan.li.de opi. Totos dies in hm̃oi discursatione ꝯsumunt

¶ Discus vas latũ: vt Iul. Pol.inquit ad portandas carnes aptũ.forte Lẽx. Apul. Cœnarũ reliquiis discus ornatus. Vñ a Hieron.dictus est Discophorus ille qui Danieli prandiũ portauit. Talẽ eñ inquit discophorũ inedia meruerat hebdomadis. Est ⁊ discus gñs ludi.hoc est rotũda moles saxea vel plumbea siue ferrea: cuius iactu iuuenes inter se certabant fortior iudicãdus: q̃ aut alti⁹ in sublime: aut lõgi⁹ in tractũ viti a designatũ spaciũ ꝓiecisset: ita missilib⁹ ꝯtendebãt. Hor.li.car. Sępe disco sępe trans finẽ iaculo nobilis expedito. Mar. Splendida cũ volitent spartani pondera disci. Este procul pueri sit semel ille nocẽs.

¶ Discutio is.pen.cor.ssi.sum.ex dis ⁊ quatio: ꝑprie in diuersas partes quatio ⁊ deiicio. Liui. Trib⁹ arietibus aliquantũ muri discussit. Per translationẽ mõ ponit̃ pro remoueo seu resoluo. Colu.li.vij. Etiã languor ⁊ nausea discutitur si integrũ gallinaceũ crudũ ouum ieiunis faucibus inferas. Modo variis modis examino/inuestigo. Lact. Hęc eñ prauitatis est causa ignoratio sui: quã si quis cognita veritate discusserit: sciet queadmodũ sibi vita degenda sit. Hinc discussum dicimus qḋ examinatũ aut iudicatum est. Et actus ipse discussio. Et discussor q̃ discutit. A discutio fit aliud ꝯpositũ quod est excutio: ⁊ significat ꝑ varios modos ꝯcutio/extra eiicio. Hieron.ad Ctesi. Cũ hęc se ita habeant ꝓuoco aduersarios vt oẽs retro chartulas excutiant: ⁊ si quid in meo ingenio lo vitii repererint ꝓferant in mediũ.

¶ Disiicio is pe.cor.in diuersas partes iacio. Virg. Disiecitqꝫ rates.

¶ Disiungo separo: a quo disiũctio separatio vt cum alter ab altero absum⁹. Ci. Neqꝫ eñ nõ põt mihi molestissima esse disiũctio nostra in tanta rerũ oĩm varietate. Hinc etiã disiunctiuę ꝯiũctiones q̃ res vel ꝑsonas disiungũt: vt hoc vel illud meũ vel tuũ erit.

¶ Disertus a dissero: q̃uis dissero ꝑ duplex ss.scribatur. Et is est qui ꝓbe disserit q̃ vel ornatissimis verbis abundat. Eloquens cuius oratio est grauib⁹ sententiis referta ⁊ ornatis distincta verbis. Unde. M. Antonius apud Cicer.ait a se disertos visos eẽ multos: eloquentẽ vero neminem.

¶ Dispalo as.pe.pro.et dis.⁊ palo. Palare vero vagari ⁊ errare significat a palis castroꝝ.hoc est sudib⁹ modo huc: modo illuc translatis. Dispalare itaqꝫ est passim digredi vel separare. Sisen.li.iii.hist. Dispalati ab signis digressi oẽs ac dissipati. Gel li.i. Ea ꝯcentione tranquilla ⁊ venerabili ad quãdam quasi militaris musicę disciplinã vis ⁊ impetus militũ ne sparsi dispalatiqꝫ prorueret cohibeatur.

¶ Displodo is.in diuersas partes plodo. Var.lib.ii. de re rust. Pedib⁹ nõ latis neqꝫ ingredientib⁹ q̃ displodentur: nec cuius vngulę diuaricent.

¶ Dispello is.dispuli.sum.variis locis/variisve modis pello. Liui.li.v. Cũ duę acies duo diuersa ꝓlia circũuetos etruscos a frõte ⁊ a tergo vrgerẽt: castra neqꝫ i mõtes: vñ se nouus hostis obiecerat iter fugę eẽt ⁊ equitẽ passim liberi frenis dispulissent equi: veterũ maxima pars tyberim effusi petunt. Ci.li.i. Tus. Eadẽqꝫ ab alo tanqꝫ ab oculis caliginẽ dispulit. Vir. Teucrorũqꝫ alios acer quos ęq̃re turbo Dispulerat: i.disiecerat siue segregauerat.

¶ Dispendo is. varie pendo.i.expendo/distribuo: a quo dispendiũ ⁊ dispenso as. Col.li.iiii. Celestes admittat imbres cosqꝫ alendis seminibus dispenset: ac fusis oĩbus partibus ad educandã prolẽ nouã ꝯspiret Aliqñ significat expando. Et tũc nõ a pendo sed a pãdo ꝯponitur. Plau. Ubi lubet dispendite hoĩez diuersum atqꝫ distendite.

¶ Dispendiũ dicit̃ quod incuria vel negligentia aut imoderatione dispendimus: Ply. Magno id lignoꝝ dispendio fit addito sale. Aliqñ dicit̃ dãnũ quod in dispendendo solet minus fieri Est eñ ꝯtrariũ cõpendio. Teren.in Hecy. Quid est quod mihi malim q̃ qꝫ huic intelligo euenire et gratiã ineat sine suo dispendio ⁊ mihi prosit.

¶ Dispendiosus a.um.dãnosus. Col.li.ii. Nam dispẽdiosa est cũctatio: primũ qꝫ auib⁹ prędã cęterisqꝫ animalibus pręebet: deinde qꝫ grana ⁊ ipsę spicę culmis arentibus ⁊ aristis celeriter decidunt:

¶ Dispenso as. frequentatiuũ a dispendo quod ma=
gis vsurpaſ ꝙ dispendo. Unde

¶ Dispensator: qui es pensans expendit: ⁊ necessaria
in familiã distribuit: qui grece οικονομος appellatur
Nam apud romanos cũ asses librales essent appẽde=
bantur. Qui etiaʒ stipis ponderandæ pensatores li=
bripendes sunt dicti.

¶ Dispẽno is. expãdo. Tractũ a pẽnis ⁊ volatu auiũ

¶ Dispepsia difficilis et ægra ꝯcoctio. Dis difficile:
πεπτω concoquo.

¶ Disperdo is. disperdi. vide in dictione perdo.

¶ Dispergo is. si. sum. Uide in dictione spargo.

¶ Dispereo is. ex dis ⁊ eo cõponiſ: significatq; vario
mõ: aut in totũ pereo ⁊ deficio. Mar. Disperea ſi non
hic decian⁹ erit. Lact. Cũ terrã ⁊ aquã ⁊ ignẽ dispire
ꝯsumi extingiq; videamus ꝙ sunt mũdi partes.

¶ Dispertio is. huic ⁊ illi partes do. Plaut⁹ in Aul.
Hercle iniuria dispertiuisti pingui agnũ habent.

¶ Dipesco is. cui. ex dis ⁊ pasco. quasi pecus a pastio
ne deduco.

¶ Dispicio is. pe. cor. discerno. Quinti. li ij. Naʒ pro
prietates ingenioꝝ dispicere prorsus necessariũ. Et
dispicere diuerse diligẽterve iquirere ꝯsiderare seu
mente circũspicere ⁊ ꝓuidere: ⁊ tanꝙ in oẽm partem
lumina mẽtis intendere. Ci. li. i. tus. Tñ acie mentis
dispicere cupiebãt. Col. in pfa. At ego cũ aut magni
tudinẽ totius rei quasi quãdã vastitatẽ corporis aut
partiũ ei⁹ velut singuloꝝ subtilitatẽ dispicio: vereor
ne supmus añ me dies occupet ꝙ vniuersam discipli=
nã r uris possim cognoscere. Inde fit dispicẽtia: ꝙ est
circũspectio ⁊ ꝓuidẽtia vel ꝯsideratio diligens.

¶ Dispondęus: quasi bis spondęus pes qui cõstat ex
quattuor syllabis longis vt oratores.

¶ Dispono is. pe. ꝓ. vide in dictione pono.

¶ Disputo as. pe. cor. ⁊ ꝯputo: ex ꝑpositiõe dis ⁊ ver=
bo puto: qꝺ valet purũ facere. Uar. Ideo ratio dispu
tari dicitur in qua sũma fit pura: sic sermo in quo pu=
re disponunſ verba ne sit ꝯfusus atq; vt diluceat dici
tur disputatio. Lact. li. vij. Immortales esse animas
pherecides ⁊ plato disputauerunt.

¶ Disquiro is. pe. pro. per oẽs partes quæro: vt inq
rendo nihil me lateat. Aug. lib. ij. ci. dei. Unde postea
nobis erit in dei veri domini voluntate disquirendi:
ac differendi locus: a quo disquisitio: ꝙ est inquisitio
volũtatis iudiciiq; diuersorũ. Sue. in Cęsa: Primo ꝑ
turę die. Q. Catulũ de refectione capitolij ad disqui
sitionem populi vocauit.

¶ Disraro as. significat castro ⁊ diuersis modis quod
spissuʒ erat rarũ facio. Col. li. x. Sed illud de integro
refodi debet. Hoc potest intercidi ⁊ disrarari: qꝺ op⁹
rustici castrationem vocant.

¶ Dissauior aris. cum lętitia ⁊ voluptate multa oscu
lor. Ex dis ⁊ sauior. ωσπερ ελληνισι λεγεται φιλω κυ
ριως αλλα κυεω τι αλλω σημαινει. Sauior autem a
sauium siue a suauiũ per diminutionẽ u. de sauio. Gel
lius. li. iij. Diagoras tres filios adolescentes habuit
vnũ pugilem: alterũ pancratiasten: tertiũ luctatoreʒ
eosq; oẽs vidit vincere coronariq; eodẽ olympię die.
Et cũ ibi tres eũ adolescentes ãplexi coronis suis in
caput patris positis sauiarenſ cũq; ppłus gratulabũ
dus flores vndiq; in eũ iaceret ibideʒ in stadio inspe=
ctante populo in osculis atq; in manibus filioꝝ aiam
efflauit. Pla. in bac. Quis istic habꝫ: amor voluptas
venus venustas gaudiũ iocus ludus sermo suauis:
sauiatio de dissauior. Ci. Tyrõi. Ego vos ad quarto
Calendas videbo: tuosq; oculos etiã si te veniẽs i me
dio foro videro: dissauiabor. i. mĩtũ siue sepi⁹ sauiabor

¶ Dissentio is. quasi diuerse seu aliter ꝙ alij sentio.
Unde dissensio quę est sententiarũ diuersitas. Discor
dia vero est discretio aliquorum: quos amoris vincu
lum colligauit.

¶ Dissentior eiusdẽ significationis est cũ dissentio.

¶ Dissentaneũ dissentiẽs: nõ ꝯueniẽs. sicut ꝯsenta=
neũ ꝯueniẽs. Nigidi⁹. Eum locũ facit dissentaneum.

¶ Dissepto as. frequentatiuũ est a dissepio is. a. quo
disseptatio: ꝙ dicíſ disputatio ⁊ q̃ſi colluctatio. Hier.
in Esaia. Adhuc iudicio ꝯtendam vobiscum: ⁊ cũ filij=
s vestris disseptabo.

¶ Dissero is. pe. cor. rui. tũ. varie semino. Colu. Pa=
nax vtroq; tẽpore leni ⁊ subacta terra rarissime disse
ritur. Per trãslationẽ disserere significat disputare:
enarrare: declarare. Uar. Nã vt olitor disserit in are=
as sui cuiusq; gñis res: sic in orõne qui facit disertus
diciſ. Hiero. in ꝓlo. ecclesiastes. Rogatũ ab ea vt in
morem ꝯmentarioli obscura quęq; dissererem.

¶ Disserto as. frequentatiuũ. Gel. cũ de antiquitate
quorũdam verborũ dissertaremus.

¶ Dissertio: diuisio patrimonij inter consortes.

¶ Dissideo es. pe. cor. ꝓpter dissiduũ alienus sũ. Ci
cer. in Leli. Cũ is tribunus plebis capitali odio a Q.
Põpeio dissideret: qui tũ erat consul. Transferſ etiã
ad inanimata: ⁊ ꝓ discordo seu nõ ꝯuenio poniſ. Ply. li.
xxxvij. Adamas dissidet cũ magnete lapide in tantũ
vt iuxta positus ferrũ nõ patiaſ abstrahi.

¶ Dissidiũ segregatio / discordia. Ter. Ualeant q̃ in=
ter nos dissidiũ quęrũt. Oui. li. xiiij. meta. pro disces=
su posuit a seorsum sedendo. Non bene dissidiuꝫ phry
gij latura mariti.

¶ Dissilio is. pe. cor. ex salio: significat loco moueor.
Apul. Uertibulo ossa dissilierant. Proprie aũt dissili
re est in diuersas partes salire. Ply. lib. xxxvi. Lunẽ=
seʒ siliceʒ serra secari: ac tusculanũ dissilire igni ali=
qñ ponitur pro crepare frangi. Uirg. Uerasq; dissiliũt
vulgo. Aliqñ pro cito descendere. Uirg. libro. x. Por
tisq; ab equo Regina sub ipsis dissiluit.

¶ Dissulto as. frequentatiuũ: ꝯponitur ex dis. ⁊ sal=
to quod est quasi diuerse salto. Ply. li. xxxvij. Incudi
bus hi depręndunſ ita respuentes ictũ vt ferrũ vtrin
q; dissultet, incudesq; etiam ipsę dissiliant.

¶ Dissipo as. pe. cor. ex dis ⁊ sipo significat dispergo
diuulgo. Col. li. ii. Sin aũt ꝑime messis occupandũ
erit restibile defectis stramẽtis quattuor ⁊ viginti ve
hes stercoris in iugerũ disponem⁹ dissipabimusq;.

¶ Dissonus a. um. pe. cor. quod nõ est cõueniens. Uñ
& Dissono pro discordo.

¶ Dissimulo as. diligenter ⁊ astute cello siue tego. ne
quid nosci possit vel intelligi: cui⁹ ꝯtrarium est simu
lo. Simulamus eñ falsa: dissimulamus vera. Simu=
lamus esse quę nõ sunt. Dissimulamus nõ esse quę sũt.
Ab his fiunt aduerbia. Simulanter ⁊ dissimulanter
Simulatim ⁊ dissimulatim.

¶ Dissoluo quod ligatuʒ erat non ligatum facio: de=
struo. Lact. lib. i. Dissoluat hoc argumẽtũ si quis põt
Et li. vij. Utrũne aia maneat post mortem an dissolua
tur. Et dissoluere expedire. Terẽ. in Heau. Dissolui
me ocyus: operã vt tibi darẽ. Iteʒ. dissoluere signifi
cat diuersis personis: seu varia debita soluere. Cice.
lib. ij. offi. Nunꝙ nec maius ęs alienũ fuit nec melius

nec facilius dissolutũ est. Dicimus aũt. Dissolui æs alienũ.i.qđ contraxerã ęris alieni restitui ⁊ pluribus solui. vel quasi catena qua voluebar me soluendo pecuniam dissolui.

¶ Distædet. multum aut varie tędet

¶ Distendo. in diuersas partes tendo. Leo papa. Eius multis aucta victoriis ius imperii tui terra marique distenderis minus tñ est quod tibi bellicus labor subdidit ꝙ qđ pax christiana subiecit. Col. lib. v. Stabilior est vinea quę ex vtraque parte iugo deuincta pari libramento velut anchoris quibusdã distendit. Est et Distẽdere varie implere. Tractum ab vtre qui cũ plenus est tenditur: cum vacuus relaxatur. Verg. Et dulci distendunt nectare cellas.

¶ Distento as. valde tento. Verg. Sic cithiso pastæ distentent vbera vaccę.

¶ Distero is. pe.cor. multũ siue crebro tero: qđ fit cũ aliquid subtiliter teritur. Cato. Libũ hoc modo facito. Casei.p.ii. bene distere in mortario.

¶ Distichon pe.cor. geminus versus. dis bis στιχον versum gręci dicunt. Sic tetrastichon dicimus quattuor versus. hexastichon sex.

¶ Distillo as. a quo Distillatio: quã gręci catharrum coryzam vel branchum vocant

¶ Distineo es. pe.cor. varie siue diuersis rebus causis ve impeditũ teneo. Ci. Mario. Nos hic multitudine ⁊ celebritate iudiciorũ ⁊ nouis legibus ita distinemur: vt quotidie vota faciamus ne intercalet: vt ꝙ primũ te videre possimus. Et distinere arcere repellere. Verg. lib. xi. Dum distinet hostẽ Agger murorum neque inundant sanguine fossę

¶ Distare significat differre. Lactan. lib. ii. Alioquin inter deum hominemque distaret nihil: si consilia ⁊ dispositiones illius maiestatis æternę cogitatio assequeret humana. Item Abesse. Plyni. Quod circiter quinque millia passuũ distat ab vrbe. Hinc Distantia: quę modo differentiã: modo interuallũ significat.

¶ Distito as. pe.cor. frequẽtatiuũ. Col. lib. vii. Distitent inter se aliquãto spatio ne in colluctatione alter alteri noceat.

¶ Distinguo is. diuido. Col. lib. i. Sed ⁊ lateribus distinguunt granaria vt separatim quæque legumina ponantur

¶ Distringo valde seu varie stringo. Ci. li. iii. offi. Fraus distringit nõ dissoluit periuriũ. Qñque defrico seu radendo sordes detergo. Unde distringentes vocamus qui se poliunt ⁊ sordes corporis radunt Id quod fere post quietẽ solent oẽs. Ply. de Lisippo Plurima ex oĩbus signa fecit fœcundissimæ artis inter quę distringentem se. Mar. Pergamus has misit curuo distringere ferro. Nõ tam sępe teret linthea fullo tibi. Qñque significat intendere minitari Tractũ a gladiatorib' qui cõtra aduersariũ suũ ensem stringũt id est nudant. Ci. lib. iii. offi. At ille vt ingressus est cõfestim gladiũ distrinxit iurauitque se illum statim interfecturum. Qñque colligere. Col. lib. xii. Sereno cœlo manibus distringi oliuã oportet ⁊ substratis tegetibus aut cannis cribrari ⁊ purgari. Hie. Amos propheta pastor ⁊ rusticus mora ruborũ distringens: paucis verbis explicari nõ potest.

¶ Distraho diuerse traho diuido. Ter. Ego si eo meæ fortunę redeunt abesse vt distrahar. Verg. li. vi. Turbatis distractus equis. Apul. per translationẽ lib. i. de Asi. posuit pro vendere. Caseus recens erat ⁊ scitæ saporis admodũ cõmodus pretio distrahi. Item ponitur pro cõponere sedare finire. Suet. in Cęsa. Apud eandem longo tpe sacrificare: vota suscipere controuersias quasdã interposito per Cæsarẽ iureiurando distrahere perseuerauit.

¶ Distorqueo es. diuerse torqueo. Ter. in Eun. Ah illud vide os vt sibi carnifex distorsit.

¶ Disturbo disiicio. Ci. p domo sua. Etiã se videre distrahi a cõplexu suorũ: disturbari tecta. diripi fortunas

¶ Dito as. a dis ditis fit. significatque ditem facio.

¶ Diteo es. diues sum. a quo Ditesco diues fio. August. lib. i. ciui. dei. Ut bonus seruus magnas facultates haberet ipsam dñi voluntatẽ cui pedisequus mente ditesceret: nec contristaret eis rebus viuens relictis quas fuerat cito moriens relicturus.

¶ Dithyrambus. vir thesbiacus: a quo creditur genus illud versuum fuisse cognominatum in honorem bacchi factum.

¶ Ditrocheus: pes bis trocheus. Constat eñi ex duobus trocheis. hoc est ex longa ⁊ breui: ⁊ iterũ longa ⁊ breui: vt cantilena.

¶ Diuagor pe.cor. varie vagor. Lactan. lib. iiii. Ubi animus in multa dispersus huc atque illuc diuagatur.

¶ Diuarico as. pe.cor. ex di ⁊ varico: sicut ⁊ pręuaricor. ex pre ⁊ varicor. Unde ⁊ actiuũ Varico intelligimus ⁊ Varicor deponens: licet nõ sint in vsu. Et a Varicibus dicunt. Significatque Diuaricare diuidere: quod quidẽ faciunt qui stant diducti. Quint. Varicare inquit supra modũ ⁊ in stando deforme est: ⁊ accedẽte motu prope scęnicũ. Hieron. ad Eust. Sedebit ad aquas solitudinis posita vaga ⁊ diuaricabit pedes suos omni transeunti: ⁊ vsque ad verticem polluetur. Cato. Arbores hoc modo putentur: rami diuaricentur: quos relinques: hoc est in diuersas partes: brachia disponantur. Nonius diuaricari dictũ est distendi ab iis qui vitio naturę ita sunt pedibus discretis vt eos in diuersum habeant separatos.

¶ Diuendo diuisim vel varie vendo: vt sit huic ⁊ illi ⁊ modo hoc: modo illud. Liui. lib. i. Cum diuidenda pręda. xl. talenta argenti effecisset.

¶ Diuerbia partes comœdiarum vbi plures personę versantur a personarũ varietate dicta. Liui. Inde ad manũ cantari histrionibus cœptũ diuerbiaque tantum ipsorum voci relicta.

¶ Diuerto de vna re ad aliã verto. deflecto: vt cũ qđ cœpi relinquo vt aliud agã. Siue alio me verto. Lac. lib. viii. Sed huc necessario diuertendũ fuit vt ostenderem tot ac tanta ingenia in rebus falsis esse cõsumpta. Et diuertere est hospitari. Col. lib. i. Hęc autem prętereuntiũ viatorũ populationibus ⁊ assiduis hospitiis diuertentiũ infestat rem familiarem.

¶ Diuersito as pen.cor. frequentatiuũ a diuerto pro deflecto. Gel. ad ipsa platonis penetralia. ipsarumque rerum pondera ⁊ dignitates peragendũ est nõ ad vocularum eius amœnitatẽ nec ad verborũ vetustates diuersitandum.

¶ Diuersor aris. modo diuerto significat: mõ cõuersor

¶ Diuersor qui in caupona hospitatur. Ci. li. ii. artis ve. Caupo cũ quibusdã diuersoribus illũ qui ante exierat consequitur. In itinere hoiem comprẽdit. homo in vrbem ab illo deditur.

¶ Diuersoriũ a diuertendo accipit pro villa: ⁊ quasi pro hospitio qđ ibi magis nos recipimus ⁊ commoramur ꝙ habitemus. Ci. in Cato Ex vita ista discedo tanꝙ ex hospitio: nõ tanꝙ ex domo. Commorãdi eñi

natura diuersoriũ nobis non habitandi dedit. Idem Fabio Gallo. Ne ego libentius emerim diuersoriũ tarracinæ ne semp hospiti molestus sim. proprie aũt capitur pro hospitio vt apud eundẽ. Quiescã in cęsaris sermone quasi i aliquo opportuno diuersorio. Dicitur et Diuersorius a. um. vt taberna diuersoria. Suet. in Nero. Dispositę per littora ꝛ ripas diuersorię tabernę

¶ Diuerticulum est via per quã a militari via siue de itinere nostro alio diuertimus. Ter in Eun. Cum sensi redeo rursus. male vero me habẽs: vbi ad ipsum veni diuerticulũ constiti. Ser. Diuerticula sunt semitę transuersæ quæ sunt a latere vię militaris. Hier. per similitudinẽ ita accepit libro de natiuitate virginis. Deniqȝ inq̃tum recordari possum nõ verba sed sen'us scriptoris sequens: ꝛ nunc eadem semita nõ hisdẽ vestigiis incedens: nunc quibusdã diuerticulis ad eandem viam recurrens sic narrationis stilum temperabo: vt nõ alia dicã q̃ quę aut scripta sunt aut consequẽter scribi potuerunt. Diuerticula etiã dicunt domicilia in via ad quę diuertendũ sit

¶ Diuersus nõ solum pro vario sed etiam pro separato ponitur.

¶ Diuortium: separatio: et ppie distractio matrimonii: inquit Modestinus qd inter virum ꝛ vxorem fieri dicitur: q̃uis ad alia etiã transferat. Cic. Sic doctrinarum facta diuortia. Verg. Obiiciũt equites sese ad diuortia nota. i. ad flexus viarum.

¶ Diuello is. li. sum. varie vello. Sal. Rapi virgines: pueros diuelli: liberos a cõplexu parentum. ελληνιστι σπαω λεγουσι και σπασω και τα πολλα εχουσιν.

¶ Diues. a diuo fieri dicit: q qui diues ẽ: quasi deus nihil indigere videtur. Et modo ꝯstruitur cũ genitiuo: vt insula diues opũ. Modo cũ ablatiuo. Cic. lib. ii. offi. Pub. Crassus tum cognomine diues tum copiis functus est ędilitio maximo munere. Et est gñis ois. facit eñi accusatiuũ diuitẽ ꝛ hoc diues. Qui. lib. i. de arte. Addidit externo marmore diues opus. Hinc diuitior comparatiuũ. Ci. Inde ille licentior ꝛ diuitior fluxit dithyrambus.

¶ Diuito as. pen. cor. diuitẽ facio. Acci. Nihil credo auguribꝰ qui aures vrbis diuitãt alienas suas: vt auro locuplent domus.

¶ Diuitię numero tantũ multitudinis ita ab opibus differunt q diuitię sunt quibus vtamur. opes vt aliis opitulemur. Ci. Sunt ergo diuitię ad necessariũ vsuȝ opes vero ad magnificentiam.

¶ Diuexo as. varie vexo. Lactan. li. vii. Ut si qui forte tum fuerint boni prędę sint sceleratis ac diuexent

¶ Diuido is. pe. cor. si. sum. compositũ vide (vndiq̃. tur: licet eius simplex nõ legerim. Et est diuidere sæpere partiri. Ver. Diuisum imperiũ cum Ioue Cęsar habet. Ponitur ꝛ pro pędicare. Plau. in Aul. Me quidem hercle dicam palam nõ diuides. Quod ꝛ pręcidere dicitur apud Martialem.

¶ Diuisio vt Ci. lib. i. ad Heren. ea est per quã petimꝰ quid conueniat: quid in controuersia sit: vel per quã exponimus quibus de rebus dicturi sumus.

¶ Diuersor cũ sit verbale nomen a diuido plæruncȝ apud Cic. criminis est: hiqȝ antiquitus diuisores vocabantur qui pecunias inter tribus viritim candidatorum noie diuidebant in creandis magistratibus: quos Plau. curiarũ magistros vocat. Consueuerant enim petitores magistratuũ apud romanos pecunia largitioneqȝ sibi studia conciliare suffragatorũ ꝛ per centurias tribusqȝ diuidere nummos. Ci. pro Plan. Quam tibi commodũ est vnã tribuũ deligunt: tu doce id qd debes per quem sequestrẽ: quo diuisore corrupta sit. Est ꝛ diuisor qui pueros corrumpit. Ci. pe to. Quid enim nõ honestũ est verbũ diuisor. At inest obscœnum cui respondet intercapedo. Sunt ergo diuisores nõ solum criminosi: sed etiam obscœni tanq̃ in obscœno coitu: præposteraqȝ libidine nates diuidantur. Qui ꝛ emasculatores ꝛ pędicones dicuntur

¶ Diuiso as. pe. pro. crebro siue more consueto vt partem mihi capiã diuido. Ci. lib. ix. phil. In galliã inuasit Antonius: ir. Asiam dolobella in alienã vterqȝ prouinciã: alteri se Brutus obiecit impetũqȝ furentis atqȝ oia diripere cupiẽtis vitę suę periculo colligauit.

¶ Diuidium a diuisione: sicut dimidiũ a dimensione. Ter. in adel. Totũ diuidiũ face ꝛ pro eo dimidio.

¶ Diuidia ę. tędiũ Actius. Multus me diuidia cogit plus q̃ est par loqui. Interdũ etiã dicitur discordia.

¶ Diuidicula castella ex quibus a riuo cõmuni aquã quisqȝ in suũ fundũ ducit.

¶ Diuiduũ qd separabile ꝛ separatũ est. Cuius cõtrariũ est Indiuiduũ. Plau. in Ru. Diuiduũ talentũ faciam. i. in duas partes diuisum. Hinc diuidue qd vernaculo sermone dicimus par la meitade. Idẽ in Cas. Nã qd tibi ęgre est mihi est diuidue.

¶ Diuus dr generosus απο του Διοσ. i. a Ioue. Verg. lib. ix. Quos ipsa decus sibi dia Camilla. Dius in cõpositione accipitur pro die vt perdius.

¶ Dium substantiuũ diuinũ sub cœlo lumen. Cęlum gręci Διον dicunt. Unde adhuc sub dio fieri aliquid dicimus cũ nõ fit sub tecto.

¶ Diuus a. um. idem qd diuinus: qd etiã dium dicimus: quasi απο του Διοσ hoc est a Ioue genitũ: vel q veteres in singulari dium dicebant hoc est deũ. Unde nunc quoqȝ in plurali dicimus a dio dii sicut a deo dei Cum aũt dicimus diuã fœminã intelligimus eã quæ sua virtute diuinitatẽ meretur. Sic dicimus diuos imperatores dũ sunt in vita.

¶ Diuinus a. um. qd est dei: vel qd ad deũ pertinet: vt opus diuinũ: res diuinę: quę vt Aug. lib. i. acad. inquit dicunt per quas huiusmodi diuinatio ipsa cõtingit. Hinc diuinitas sicut a deo deitas.

¶ Diuinitus aduerbiũ significat a diuinis siue a deo sicut humanitus ab humanis rem demonstrat. Diuine vero ꝛ humane ad deorũ atqȝ hoim similitudinem

¶ Diuinipotens qui in diuinis potestatem habet. Apul. Saga ꝛ diuinipotens cœlũ deponere.

¶ Diuino as. pe. pro. nõ tantũ de pręterito dicit: sed etiã de pręsenti pro verũ dico. Unde prouerbiũ aiunt diuinare sapientẽ: quia qui dicit verũ de his diuinus est. Ter. in Hecy. Plane hic diuinat. Nã idem. Plærunqȝ tñ diuinare est augurari a quo diuinatio prouidentia futurorũ quę qñqȝ etiã dicitur iudiciũ. Nã cũ de constituendo accusatore quęrit iudiciũ qd sup ea re redditur cuinã potissimũ ex duobus pluribusve accusatio in reum permittat ea res diuinatio appellat. Et vt ait Caius Bassus id iudiciũ diuinatio appellatur: quoniã diuinare iudicẽ quodammodo oporteat quam sententiã sese ferre par sit. Alii diuinationẽ appellatã esse putant: quoniã cum accusator ꝛ reus duę quasi res cognatę coniunctęqȝ sint: neqȝ vna sine altera constare possit. In hoc tñ causę genere reus quidẽ iam est sed accusator nondum est: ꝛ ideo diuinatione supplendũ est quisnã accusator futurus sit. Ita Cice

ronis prima verrinarū diuinatio inscribit̄: quia non de facto: sed de futuro querit̄: quæ est diuinatio vter debeat accusare. Cicero an. Cecilius. Alii putant diuinationē dici ꝙ res agatur sine testibus ⁊ sine tabulis: ⁊ his remotis argumenta leuia sequant̄ ⁊ iudices quasi diuinent. Huius compositū est prediuino quod Plyn. posuit pro presentio cū ait lib. x. Cum vniuersę prouolant si dies mitis futurus est. Prediuinant em̄ ventos imbresq;: ⁊ tunc se continēt tectis.

¶ Diu aduerbium pro die: a quo fit Interdiu. Plau. Nec noctu: nec diu quietus. Interdū significat longo tp̄e. Unde fit diutius longiori tempore.

¶ Diutissime longissimo tp̄e. Tamdiu tanto tempore q̄diu q̄to tp̄e. Iamdiu olim.

¶ Diutile pe. cor. aduerbiū diminutiuū significat aliq̄diu. Gel. Cū diutile tacitus cogitādo fuissem.

¶ Diutinus a. um. pe. cor. longus seu cōtinuus. Cic. Libertatis desyderio: tedioq; diutinę seruitutis.

¶ Diuturnus a. um. idem qd̄ diutinus a diu deriuatū Cic. Diuturni silentii.

¶ Diurnus na. um. a die fit sicut nocturnus a noctu. Unde ⁊ diurni dicunt̄ libri in quibus scribunt̄ gesta singulorū dierū vulgo iornalas dicunt̄. Iuue. Longi relegit transacta diurni. Alias diurnū accipit̄ pro victu atq; mercede vnius diei. Sene. Diurnū accipit: in centiculo dormit. Idē lib. ii. contro. Consors modo omnis fortunę diurnū petam.

¶ Diurno as. diu viuo: sicut perenno as

D ante D.

¶ Do das dedi datum. Cuius cōposita si sint ex monosyllabis prepositionibus sunt tertię coniugationis et preteritū geminant: vt reddo is. reddidi. perdo dis. perdidi. Excipitur sedo as. aui. ex se ⁊ do. Et dicitur verbū datiuū quoniā vltra accusatiuū postulat datiuum ⁊ quicq; dare sedulo repitur. Et ita datiuo delectatur: vt q̄nq; duos datiuos exigat pro adscribere seu imputare q̄q̄ alter eorū nō semper ponat̄ sed subintelligitur. Cice. lib. ii. offi. Ne Marco quidē Seio vitio datū ꝙ in caritate annonę assemodiū dedit populo. Ter. vnum tantū expressit. Nunc quā rem vitio dent quæso animaduertite: subintelligit̄ poetę. Plautus in Am. Nunc tibi hanc paterā quę dono mihi ob virtutē data est alcmena tibi dono. Hic dono vtrum casus datiui an ablatiui sit dubiū videtur. vtroq; modo sumi posse censeo. In datiuo pro dedico capit̄. Si autem ablatiuū esse velimus vt dono sit quasi noīe doni. Tūc dona ꝓpria significatione nō recedit. In qua Plau. tamen ipsi verbo actm̄ vltra accusatiuū sine prepositione dedit: sed appositiue. Sic. Est ager sub vrbe. Hic vobis eum dabo dotem sorori. i. vt sit dos vel nomine dotis: vel pro dote. Aliqñ vltra datiuum ponitur actūs cū ad. Ci. Cornifi. Litteras ad te nunq̄ habui cui darem: quin dederim. Idem ad Q. Fratrē Oculos aūt natura nobis vt equo ⁊ leoni setas ⁊ caudam ⁊ aures ad motus animorū declarandos dedit. Aliquando prӕter datiuū ponitur actūs cū in. Ter. in Phor. Dic quid velis dari tibi in manum vt herus his desistat litibus. Nonnūq; actūs ponitur cū ad et datiuus remouet̄. Cic. lib. ii. phil. Ad sepulturā corpus vitrici sui negat a me datum. Interdū ipse actūs cum in ponit̄. Plau. in Cap. Hoc si faxis dabo in caueam. Ci. Terentię. In viam qd̄ te des hoc tp̄e nihil est. i. ponas seu inducas. Q̄nq; regit ablatiuū cū prӕpositione post datiuū vt fit q̄n damus per aliquē aliquid alicui ab aliquo. Plau. in Cap. Sequere me viaticum vt dem a trapezita tibi eadem opera a prӕtore sumas syngraphū. Quandoq; nō per ablatiuū sed per accusatiuū cū per. Col. lib. ix. Ascensus deinde auib⁹ ad tabulata per vtranq; cellam datur. Sępius tñ post accusatiuū datiuū regit ⁊ hoc variis actibus applicari solet. Plau. in Epi. Si ęquum sit me plus sapere q̄ vos dederim vobis consiliū cautū quod laudetis. In Cur. Nunc rei diuinę operā dabo. In Mer. Me toxico morti dabo. In Cap. Do tibi operam siquid est qd̄ me velis. Gel. Cretēses quoq; prœlia ingredi solitos memorię datū est. Capitur etiā sicut vendo: vt ꝙ in caritate annonӕ assemodiū populo dederit. Item dare est offerre obiicere. Ter. in Hecy. Profecto hoc sic est vt puto oībus nobis: vt res dant sese ita magni atq; humiles sumus. Item accipere. Idem in eadem. Dabo iusiurandū nihil esse istorū tibi. Item inferre inducere. Uer. Magnā dabit ille ruinā arboribus. Itē promittere. Ter. in Hecy. Si mihi fidem das te taciturā: dicam. Item permittere vt apud apostolū ad romanos. Dedit illis deus spiritū cōpunctionis. i. permisit vt haberent spiritū cōpunctionis. Item dicere Teren. in Heau. Nunc quamobrē has partes dedicerim paucis dabo. Item obtēperare. Idem in Adel. Da te mihi. i. accōmoda te meę voluntati. Item prostituere. Mar. Casta igitur nulla est: castӕ sunt mille quid ergo casta facit: nō dat nō tamen ille negat. Itē facere. Teren. in Adel. O eschine pol haud paternū istuc dedisti. Item concitare vt apud eundē in Eun. Ludū iocumq; dices fuisse illū prӕ vt huius rabies q̄ dabit. Dare pœnas est sustinere. Lactan. lib. vii. Sed tamen docent nos sanctę litterę quēadmodū pœnas impii sunt daturi. Dare veniā est concedere qd̄ petit̄. Teren. Da veniā quӕso filio tuo. Ci. de ora. Dabis hanc veniā mi frater. Dare operā est adiuuare inseruire. Teren. in Phor. Nos operā dabamus phœdrię Dare potestatē est rem in alterius arbitrio permittere. Ply. vt qui suarū oīm rerum potestatem auunculo dederat. Dare fidem est aliquid sancte ꝓmittere. Dare in manū significat separatim ⁊ sine arbitrio aut interprete vt cū preuaricator aut iudex corruptus accipit pecuniā. Do me in disciplinā significat do operam disciplinę. Am. Sed relictis oībus in disciplinā se propheticā daret: datū est. i. fato decretoq; concessum est vt Nō dabitur regnis esto prohibere latinis. Huius verbi cōposita sunt. Abdo. Addo. Condo. Circūdo. Credo. Dedo. Edo. Indo. Obdo. Perdo. Prodo. Predo. A quo ⁊ predor passiuū de quo alibi. Reddo. Subdo. Sedo. Satisdo. Pessundo. Uenūdo. Trado et Mando.

¶ Doceo es. cui. doctū. Cuiuscūq; rei cognitionē do construiturq; cū duobus accusatiuis: vt doceo te litteras. Aliqñ cū vno tantū licet alius posset intelligi. Aliquando pretiū exprimit̄ in abltō vel genitiuo. Ci. lib. ii. phi. Iā inuideo magistro tuo qui te tanta mercede quanta iam proferā: mihi capere docuit. Iuue. Tenta grisogon⁹ q̄ti doceat: vel polio q̄ti. Aliquando cū abltō. Ci. Peto. Socratē fidibus docuit. Uergil. lib. iiii. Paucis aduerte docebo. Aliqñ cū ablatiuo cū de. Sal. in Iug. Tametsi legatos miserat qui senatum de cęde fratris de fortunis edocerent. Aliqñ absolute. Uerg. Docuit post exitus ingens. Ponitur

etiam docere pro monere qd quidā barbare dicūt aduisare. Ci. Appio Pul. Ne litteras quidē vllas accipi que me docerent quid ageres: aut vbi te visurus essē. Huius cōposita sunt. Addoceo: Dedoceo: Edoceo: Perdoceo: quę ambo significāt perfecte doceo. Sal. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plau. in sti. Nā illa oēs artes perdocet. Prędoceo prius doceo. Sal. in Jug. Ceterū illi qui centuriis pręerant prędocti a duce arma ornatūq mutauerant. Subdoceo loco alterius doceo. Aug. lib. viii. con. Nebridius amicitiæ nostrę cesserat: vt oim nostrū familiarissimo. Verecundo mediolanensi & ciui & grammatico subdoceret vehementer desyderanti.

Doctus dr qui rationē rei tantum tenet. Peritus qui cū ratione experientiā & consuetudinē tenet ἀπὸ τῆς πείρας .i. experientia. Itaq minus est doctus q̄ peritus. Cic. in Sal. Satis docte atq perite fecisti. Idē lib. iii. offi. Itaq cū sint docti a peritis. desciscūt facile sententia. Maiorē tamen vim habet doctus q̄ eruditus. Idem lib. i. offi. Nec solum viui ac pręsentes studiosos dicendi erudiunt atq docent: sed hoc idem etiā post mortē monumētis litterarū assequunt. Nec mirū est q minus sit eruditus q̄ doctus: quoniā rudis & eruditus contraria sunt. Ply. Sedere cœpit sententia hęc: pariterq & eruditū vulgus & rude in eā cursu vadit. Quint. lib. i. A pędagogis exigat vt sint eruditi quo adolescētes erudire queant: aut se nō eruditos esse sciant ne mala pro bonis illos imbuant litterarū eruditione eos insup redarguens q cedere præcipiendi peritis indignant: vt animaduertat: si pædagogos decet esse eruditos: profecto pręceptores par est: nō solum eruditos sed doctos atq peritos esse debere. Doctus cū quo componit indoctus: nomen est tametsi participiū esse possit sed tamen ablatiuū regit. Ci. lib. ii. offi. Nec mea angoribus dedi quibus essem confectus nisi restituissem: nec rursum indignis docto homine voluptatibus. Idem Cornifi. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sępe suspicatus sum te a iudicio nostro: sicut doctū hominez a nō indocto paululū dissidere. Semidoctus similiter et participiū & nomen esse potest. Plaut. in Asi. Tua ista culpa est quę discipulū semidoctū: abs te amoues.

Docilis pe. cor. qui attente vult audire. inquit Ci. lib. i. ad Heren. Vel docilis qui facile docet. Lactan. de opi. Nā si te in litteris nihil aliud q̄ linguā instruētibus auditorez satis strenuū prębuisti q̄to magis in his veris & ad vitā pertinētibus docilior esse debebis. Var. lib. i. de re rust. Cassius scribit hęc operarios parādos esse qui laborē ferre possint ne minores annorum vigintiduorū & ad agriculturā dociles. Hinc Docilitas aptitudo qua quis facile docet. Plyn. lib. viii. de elephantis. Nā qd ad docilitatē attinet: regē adorāt.

Docibilis qui idoneus est vt doceat: vt iii. Reg. Dabis igitur cor docibile seruo tuo vt iudicare possit popolū tuū. Hiero. Ingeniū docile & sine doctore docibile est. Laur. Val. contra Prisc. ita differit. Docilis qui facile docetur: et qui natura aptus est doceri. Sic Cyprianus. Docibilis est qui est ad discendi patientiā lenis & mitis. Aug. Oēs regni illius hoies docibiles dei erunt. nō ab hoibus audient

Doctrina dr vt a doctore proficiscit: disciplina vt a discipulo comprehenditur.

Documentū a pręterito docui fit: sicut a monui monumentū. Et est id qd nos docet: siue ex quo quid docemur. Sal. Quarum rerum ego maxime hæc documenta habeo: q in bello sępius vindicatum est in eos qui contra imperiū in hostē pugnauerant.

Docus: latine tignū vel trabes. Ply. lib. ii. Trabes ligneę quas docos vocant.

Dodona pe. pr. ciuitas epiri: iuxta quā propinquū erat nemus ioui sacrū vbi quercus vocales fuisse dicunt. Hinc Dodonęus. a. um. Ver. lib. iii. Stipatq carinis ingens argentū dodonęosq lebetas.

Dodrans dicitur dempto quadrante ex vncia nouem partes assis.

Dogma tis. & Dogmatum grœci dicunt. Δοκέω τὸ οἴω ἐστὶ ὅθεν δόγματα ἔρχεται nostri modo decretum modo scitū: modo placitū appellant. Sunt eñi dogmata vniuscuiusq sectę decreta quę vt inquit Ci. prodere scelus est nō minus q̄ patriā: sine quibus nec sectę philosophorū: nec religionū vires constare possunt. Unde Laertius ait sectam eam nō appellari quæ dogmata nō habet. Scribit Aug. lib. de ciuita. dei se ex Varronis philosophia collegisse dogmata fuisse solo habitu inter se diuersa. Unde etiā dogmata illa dicūtur quę synodus sanctorū sciuit: & Athanasius cōscripsit. Artes quoq liberales habent decreta sua nō tantum pręcepta sicut Medicina. Itaq est alia Hippocratis secta. Alia asclepiadis. Alia Themisonis. Pręterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est. Ply. Frequēter placita appellat: vt illud ex lib. ii. Babyloniorū placita motus terrę hiatusq & cętera omnia vi siderum existimant fieri. Idem magorum placita appellat.

Dogmatistes qui alicuius dogma sequit. Hieron. Nunc vero cum interpres magis apostoli fuerim q̄ dogmatistes.

Dolo as. ascia cędo vel dolabra seu falce. Prop. Stipes acernus eram pperanti falce dolatus. Dicitur & Dolio is. liui. itum. Var. in Aga. Nūq celatus in manu dextra scyphus cœlo dolitus artem ostentat mentoris. Huius verbi composita sunt Dedolo & Edolo: de quibus locis suis.

Dolabra pe. cor. instrumentū fabrorū quo ligna dolant. Col. lib. iii. Quę falce amputari non possunt ascia dolabra abradito.

Dolobella diminu. a dolabra. Idem lib. v. Semper circa crus dolobella dimouenda est terra.

Dolabro as. ascia vel dolabra diminuo.

Dolor est animi vel corporis cruciatus a dolendo. id est minuendo. Augentur enim corpora lętitia: dolore minuuntur.

Dolentia. idem qd dolor: cuius contrariū est indolentia. Ci. Ut qui rem expetendā: vel voluptate: vel indolentia metiuntur

Dolorio as. dolore afficio.

Dolorificus a. um. qd dolorem facit.

Doleo es. lui. itum. vnde doliturus. Aug. lib. xxi. ciui. dei. Quemadmodū dicimus hoim corpora viua futura quę semp arsura atq dolitura: nec tamen aliq̄ sint moritura. Hoc verbū si ad corpus referat neutrū acquisitiuū est: vt oculi dolent viro tuo. Sin de reb' alienis. Effectiuū est: vt doleo tuis rebus aduersis. Aliquando etiā cū actō: vt doleo tuā miseriā. Salu. quasi dolens eius casum. Huius cōposita sunt Cōdoleo: qd est simul: vel in totū doleo. Plau. in tru. Date iam soleas atq intro me ducite actutū: nā mihi de vēto misere cōdoluit caput. Dedoleo: de quo alibi.

¶ Dolus a dolendo: vel a dolando. i. delendo & minuendo. Nam & græce Δολοσ lesio dr: et accipitur pro fraude & machinatione quæ fit ad fallendū aliquē. Veteres tamen etiā in bonā partē accipiebant pro solertia et calliditate quæ aduersus hostes adhibet. Unde nunc dolum malū dicimus: quoniā & bonus dolus dicebat. Hinc Dolosus pro inuidioso. Subdolus occultus deceptor a sub. i. subtus. Dolus etiā propriū nomen fuit auctoris Mendesii. Cuius meminit Col. lib. viii.

¶ Dolon nomen propriū viri troiani egregia pedum pernicitate prediti.

¶ Dolones a fallendo dicti sunt ingentes conti ferro breuissimo q decipiant cū speciem præferant ligni: intus aūt ferrū acutū habeant Vergil. lib. vii. Sæuosqz gerunt in bella dolones. Ubi Ser. ait dolonē flagellū esse intra cuius virgā lateat pugio. Apud Liuiū accipi videntur dolones pro armamentis naualibus vbi scribitur. Sublatis raptim dolonibus ephesum petit fuga. Sudas tū Δολωνεσ τα μικρα ισια Χαλασαντεσ τα μεγα λα αρμονα τοισ μικροισ αλλα δε Δολωνεσ και λουσιν επεσθαι και αυθισ Δολωνισ προβαλομενοσ του παντοσ ολου ναυσ ο λιγασ ταυταισ τουσ Δολωνασ επαραμενοσ επλει οι δε ρωμαιοι πλησιον γενομενοι καθειλον τουσ Δολωνασ.

¶ Dolia sunt vasa grandia quibus vinū reconditur. Teren. Repleui oīa dolia: oēs serias. Veteres dolia fictilia in cellis vinariis seruabant. Quę si duas aures habuissent diotę dicebant. Iurisconsulti scribūt: vino legato cū vasis dolia legata nō sunt: quia scz ea mente vinū in dolia condimus: vt ex his postea in amphoras vel cados diffundamus. Et hoc est vinum qd diffusum nominatur. Iuue. Ille capillato diffusum consule potat.

¶ Doliola dimin. a doliis. Unde & locus in vrbe fuit sic vocatus: quia inuadētibus gallis senonibus sacra romanorū in eodem loco doliolis condita illic defossa fuerunt a flamine Quirinali sicut Liui. li. v. scribit.

¶ Doliaris & hoc doliare qd ad dolia pertinet. Unde Plautus in pseu. festiuiter appellat anum ventriosam doliarem.

¶ Dolopes pe. cor. populi thessaliæ: vt ostendit Luc. Plynius vero scribit esse populos ætolię.

¶ Doma tis. tectum ελληνισι γαρ τοιαυτα λεγεται και Δωμοσ και το Δωμα τοσ. Nam vt inquit Hieronymus: in ægypto & in Palæstina vbi vel scripti diuini libri vel interpretati sunt: nō habent in tectis culmina sed domata: quæ Romę vel solaria: vel mediana vocantur. i. plana tecta quę transuersis trabibus sustentantur. Deniqz & Petrus in actibus apostolorū quando ascendit in doma. in tectū ędificii ascendisse credēdus est. Et qn præcipitur nobis: vt faciamus domati nostro coronā: hoc pręcipit vt in tecto faciamus per circuitū quasdā eminentias: ne facilis in pręceps sit lapsus: et in euangelio. Quę audistis in aure: dicite super domata.

¶ Domus proprie ędificiū ad habitandū factū qd ex tecto & parietibus cōstat. οι Δομοσ ελληνι καλεξισ εσι Improprie pro quocūqz habitaculo. Unde & templa & auium nidi domus dicunt. Verg. libr. vi. Ostia iamqz domus patuere ingentia centū Sponte sua. Idem. Antiquasqz domos auium cum stirpibus imis eruit. Aliquando domus dr familia. Idem lib. v. Sergestusqz domus tenet a quo Sergia nomen. Aliquando sumitur pro vna tota gente. Idē. Cum domus assarici volens intelligi romanos: qui de Assarico per troianos originē ducunt. Et in sacris litteris. Domus Iacob dr. iam ingens hebręorū populus. Aliqn pro patria: vt Da ppriam tymbręe domū: da mœnia fessis. Et sciendū q domus facit gtm domus & domi datiuū domui. accusatiuū domū vocatiuū domus. ablatiuū domo. Sed cū dicimus domi locū significam⁹ in quo quis manet. Cum vero domus tunc ędificiū qd ex tecto & parietibus constat: vt domi maneo: nō domus. Et partē domus demolitus sum nō domi. Et superiora domus ascendi nō domi. Domi & in domo idem significat. Quint. In domo furtū factum ab eo qui domi fuit. Dicimus etiā reuertor domū & ad domū. Exeo domo vel e domo. Et quoniam frequēter iungitur cum his pronoībus mea tua sua nostra & vestra: & vni nomini aliena. Nō est dicendū q domus sit aduerbiū vt eram domi meę. Tu eras domi tuæ & sic de cæteris Cic. Qui cū ista ętate & forma alienę domi nolo dicere Et si nō ponant hęc pnomina subintelligunt: vt domi ero. i. meę. Huius noīs diminutiua sunt Domuscula Domuncula & Domuncio. Apul. Iam deniqz nec larem requiro: nec domuncionē paro.

¶ Domesticus a. um. qd ad domū pertinet: vt domestica negocia. Aliqn domesticus dr mansuetus ac mitis. Ply. Mite animal atqz domesticū. Et domestici dicuntur qui ex eadē domo sunt: & nobiscū habitant.

¶ Domesticatim aduerbiū significat per varias domos: siue per domesticos. Sue. in Cęsa. Quorū vt quā maxime expectatio esset ea q ad epulū ptinerēt quāuis macellariis oblocata esset domesticatim apparabat.

¶ Domiciliū habitatio longi tpis. Unde mutare domiciliū dicunt qui migrant vt aliā vrbē habitent tanquā illius ciues futuri. Nā qui ad tpus habitat mox inde discessurus. domū quidē potest habere quā conduxit. domiciliū aūt non habet. Gel. Qui domicilium in Italia nō haberet.

¶ Domo as. mui. itum. vel domaui atum. Unde domitor & domator. Qui. de tris. Quid tibi de tetrico referam domitore chymerę. Tibul. Te duce nō alias cōuersus terga domator. Nam vt docet Priscia. verba primę cōiugationis formātia pręteritū in ui. diuisas antiqui tertia declinatione declinare solebāt. Ex quo patet: q a prima cōiugatione pręteritū terminatur in aui. & supinū in atum. deriuatiua in ator: atio. Quę autem in ui diuisas. a tertia sumptū est: quāuis vt plurimū in prima coniugatione declinentur. Est aūt domare quasi sub domo & potestate vel mea vel alicuius facere siue mansuefacere: & domesticū reddere. Unī equorū domitores dicunt & domiti atqz indomiti equi. Inde mitę gentes feroces. Per translationē domare significat vincere a quo domitos hostes dicimus id est victos: & domitos populos in potestatē redactos. Hic componit perdomo pe. cor. qd est valde domo vel ad finē domo. Iusti. li. i. Terminos vsqz libyę pdomuit.

¶ Domitura rę. domandi actus. Ply. Domitura boū in trimatu optima. Col. lib. vii. Curandū ne in domitura bos calce aut cornu quenqz contingat.

¶ Domitalis aptus ad domandum.

¶ Dominus a domo fit & is pprie dicitur qui domui præest & qui domus imperiū habet. Item dnī appellatio ad eos extendit: qui rei alicuius pprietatē habēt etiā si vsusfructus alienus sit. Abusiue tū & filiifamilias & cæteri liberi qui in potestate sūt & vsufructuarii domini dicunt. Item dns vocatur cui seruitur: & cui

populi subsunt. Verg. Romanos rerũ dños. Hinc do minum pro imperio & vi dominorum. Rursus dñs dici tur maritus. Idem lib. iiii. Cõnubia nostra reppulit ac dominũ eneã in regna recepit. Item mulierũ ama tor: et domina pro amica seu amante dr. Ouidi. Hec tibi sub dño est pyrrhe puella suo. Et iterum. Nam fu ror in dominã temeraria brachia mouit. Item ponit pro conuiuii exhibitore. Var. Aut dominũ aut vinũ aut aliud quid laudato. Dominus quoq ac dña sumi solent pro deo ac dea. Ouid. Et dño soluere vota ioui A dominus fiunt deriuatiua. Dominicus domitius et Domitianus.

¶ Dominor aris. imperiũ gero. Et modo genitiuũ re git. Hier. in ecclesiastico. Et dominatus est bestiarũ. Modo datiuũ. Ver. Victis dñabitur argis. Modo ac cusatiuũ cũ in. Ouid. lib. i. met. Et qđ dominari in cæ tera posset: natus homo. Cice. Fœlix senectus si vsq ad vltimũ spiritũ dñabitur in suos. Modo ablatiuum similiter cũ in. Ser. Sul. Ciceroni. Quum casus & na tura in bonis dominatur. Verg. lib. ii. Incensa danai dominantur in vrbe. Inde fit Dominatio: imperium: et Dominatus principatus.

¶ Dona sunt que aut ꝓpiciandis diis dantur: aut no minibus pro benefactis que nulla necessitate iuris: sed sponte prestantur. Ouid. Munera crede mihi pla cãt hominesq deosq. Placatur donis Iuppiter ipse suis. Aliqñ Donum dr de rebus perniciosis. Vergil. Quas illi philomela dapes: que dona pararit. Donũ honorarium id est quod datur patrono. λεγεται και Δωραρ ειϭ η dorium.

¶ Dono as. vnde donatio: quã Vlp. dici ꝓprie existi mat: cũ quis ea mente dat vt statim velit accipientis fieri: nec vllo casu ad se reuerti: et ꝓpter nullã aliã cau sam facit q̃ vt liberalitatẽ & munificentiã exerceat. Nã si sub conditione fiat: nõ est vera donatio. Et dici mus. Dono tibi munus: & Dono te munere. Donare ciuitate est efficere ciues. & iura ciuium dare. Huius verbi cõposita sunt. Cõdono qđ qñq pro simplici po nitur: qñq significat quicq̃ ad aliorũ petitionẽ do: et quandoq ignosco. Teren. in Phor. Argentũ qđ ha bes cõdonamus tibi. Sal. Haud facile alterius libi dini malefacta condonabã. Redono ponitur ꝓ simpli ci. Augu. Redona qđ rogamus: excusa qđ timemus. Et habent pen. ꝓductam.

¶ Donatus dicitur cui aliquid dono datũ est. Cuius contrariũ est indonatus. Verg. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit.

¶ Donaria: loca vbi reponunt dona que deo offeruñ tur. Abusiue ipsa templa. Verg. lib. iii Geor. Tem pore nõ alio dicunt regionibus illis Quesitas ad sa cra boues iunonis & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gel. lib. ii. Vbi reponi solerent vete ra quæ ex eo templo collapsa essent: & alia quedã religi ose donariis cõsecrata. Apul. Ibi donariũ dee perq opulentũ plurima auri & argenti ratio in lancibus spe ctaculis poculis & huiusmodi vtensilibus. Quod est contra Laur. Vallam qui Seruiũ culpat. Aliqñ Do naria dicuntur ipsa dona. Vnde Spartianus scribit Antoninũ dedisse populo congiariũ & militibus do narium. Hier. sup Ioel. Vespasianus & Titus Rome templo pacis edificato vasa templi hierosolymitani & vniuersa donaria in delubro illius consecrarunt.

¶ Donatiuus qui donare potest. Paulus iuriscon. Si duobus debitoribus mortis causa donatiuus cre ditor vni acceptum tulit & conualuerit eligere potest vtri condicat.

¶ Donatiuũ: munus quod a principe vel imperatore donatur. Aug. Magnũ quippe donatiuũ suis militi bus attulit: quo eos nõ solum copiose ditauit: sed etiã ad certandũ inuictissime confortauit.

¶ Donatice corone dicebantur: quibus veteres in lu dis vtebantur.

¶ Donec aduerbiũ modo tpũs finitũ designat: vt dor miam donec exciter ab aliquo: Modo infinitũ vt apđ apostolũ. Oportet illũ regnare donec ponat oẽs ini micos sub pedibus eius. Nunquid tam diu regnatu rus donec incipiant esse sub pedibus inimici: et post q̃ fuerint sub pedibus tunc regnare desistet? cũ vtiq tunc magis regnare incipiet cũ inimici cœperint esse sub pedibus eius? Et in ps. Sicut oculi ancille in ma nibus dñæ sue: ita oculi nostri ad dominũ deũ nostrũ donec misereatur nostri. Ergo tamdiu oculos habe bit ad deum donec misericordiã impetret: & postq̃ im petrauerit: oculos torquebit ad terras? cũ alibi dicat Oculi mei defecerũt in salutare tuũ? Iungitur autẽ donec tam indicatiuo q̃ subiunctiuo cũ significat tẽ pus finitũ: vt seruiã tibi donec viuo. i. q̃diu viuo. Ser uiam tibi donec moriar. i. vsq ad mortem.

¶ Donysa Insula est in mari ægeo.

¶ Dorcas adis. animal dama. seu capra: ab eo ꝙ acu te videat. hoc est απο του οξεωϭ Δερκειν.

¶ Dormio is. verbũ absolutũ q̃uis actiñ qñq habe at. Amb. lib. i. offi. Soporẽ quietis habere nõ possunt quem ille dormiuit qui resurrexit. Huius composita sunt. Addormio a quo Addormisco: qđ est contrariũ verbi. Expergiscor. Sue. de Clau. Et quotiens post cibum addormisceret qđ ei fere accidebat: olearũ ac palmularum ossibus incessabat. Obdormio qđ modo dormio: modo soporor significat. Predormio ante dor mio. Redormio euigilo. Ply. In redormitione varia fuisse somnia apparet.

¶ Dormito as. pe. pro. frequentatiuũ est: q̃uis dimi nutionẽ significati qñq habeat. Hor. Quandoq bo nus dormitat homerus. Et in psalmo. ecce nõ dormi tabit neq dormiet.

¶ Dorsum: & Dorsus us. scđm probũ dr tota posterior pars: ꝙ ea pars corporis deuexa sit deorsum. Hie. in Ezechi. inter vestibulũ & altare quasi. xxxv. viri dorsa habentes contra templũ deinde & faciem ad orientẽ. Est eñ tergũ. Quod nõ solum dicitur de hoibus: cete risq animalibus sed etiã de inanimatis: vt de littori bus aquis montibus & hmõi. Verg. Dorsum immane mari summo. Idem. Nãq inflicta vadis dorso dũ pen det iniquo. Significat eñ duriorẽ arenam: vt inquit Ser. que remeantibus fluctibus & euntibus densat: quod a nautis puluinus vocatur.

¶ Dorsualia tegumenta: quibus equi & boues tegun tur. Iul. Capitolinus. Processerũt centeni albi bo ues cornibus auro iugatis & dorsualibus apricis dis coloribus præfulgentes.

¶ Dorsuarius a. um. qđ dorso aliquid fert. Var. Gre ges fiunt fere mercatorũ & eorum qui e brundusio aut Apulia asellis dorsuariis comportant ad mare oleum aut vinum.

¶ Doris nympha quedã maris Oceani & Tethyos fi lia quã Nereo fratri vxorẽ dedit. Et interpretat ama ritudo. Vnde & a poetis ponitur ꝓ mari. Verg. in Gal lo. Doris amara suã nõ intermisceat vndam.

D ante R et V..

¶ Doriscus: vrbs littoralis thracię fere ex opposito ad samathrocā ⁊ a dori nympha. hoc est dea mariū nominatur. Iuxta hanc herodoto teste campus est magnus eiusdē per quē Hebrus amnis defluit.

¶ Doria ⁊ Dorica noīa sunt partis achaię: quę ꝓpinqua est athenis dicente Platone lib. iii. legum. Dori pro achiuis mutato noīe appellati ꝓpter doricum a quo exules restituti fuerunt. Ser. vero super. ii. Aen. Dorica inquit a doro neptuni filio dicitur. Dores sūt populi doricę iuxta eoliam.

¶ Dory cum y. nomē oppidi pontici: qđ apud nos lanceam significat.

¶ Dorycles nomen filii priami ⁊ interpretari potest lanceę gloria Δορυ lancea vel hasta κλεοσ gloria.

¶ Doryphorus pen. cor. latine spiculator vel satelles dicitur portans lanceā. Et est nomen viri ꝓprium de quo Quint. lib. v. Curtius. Cognatorū darii Regis turbam. xv. M. hominū fuisse muliebriter ꝓpemoduz cultam luxu: magis q̄ decoris armis conspicuā doryphori vocabantur.

¶ Dorophorus: latine dona ferens dicitur.

¶ Dorylaus: nomen fluuii in phrygia.

¶ Dorcium nomen fœminæ diminutionis siue adulationis causa sic ꝓlatum ab Δωρον quasi dulce et amabile donum.

¶ Dorodoche nomen ꝓprium vxoris Icari.

¶ Dos dicitur cū datur ⁊ accipitur. Nisi eīm acciperetur: dos nō esset. Et datione et acceptione firmatur. Nec potest videri datū id qđ nō sit acceptū. Et nō solum ea quę marito ab vxore dantur sed etiā quicquid alicui datū est: vel a natura vel ab hoībus. Unde dotes animi dicunł: prudentia: iustitia: fortitudo ⁊ huiusmodi. Et dotes corporis: pulchritudo: robur: incolumitas ⁊ his similia.

¶ Dotale qđ ad dotē pertinet. siue qđ vulgo dicitur per dotem. Unde dotalia bona: dotales fundi. Plau. in Asi. Dotalē seruum Saureā vxor tua adduxit cui plus in manu sit q̄ tibi. Idem in mili. Hasce ędis dicas dotales tuas. Liuii. Hæc tibi a me dotalia dona accedent.

¶ Doto as. dotē do. Hier. in Exo. Dotabit eam: ⁊ homo habebit eam in vxorē. Unde dotatū hoīem dicimꝰ qui dotē habet: ⁊ indotatū qui dotem nō habet. Plau in Asi. Hę sunt atq; alię multę in magnis dotibus incommoditates sumptusq; intolerabiles. Nā quę indotata est ea in potestate est viri Dotatæ mactant ⁊ damno ⁊ malo viros.

¶ Doxa latine maiestas ⁊ opinio dicitur. Unde ⁊ paradoxa: q̄ admiratione digna sunt ⁊ opinionē hominū superant. Interdū dicitur gloria. vnde Eudoxa vera gloria: vel potius pręter opinionem.

D ante R.

¶ Dragma genus ponderis ex. xviii. siliquis. i. tribꝰ scrupulis constans. Est ⁊ genus numismatis. Unde Iul. pollux Drachmon athenis numisma qđ etiā bos dicebatur: quia boue signatus erat.

¶ Dragma atis. Δραω το ποιεω οθεν το Δραγμα οτι γερεσαι. apud gręcos dicitur: qđ nos rapinā siue manipulum dicimus.

¶ Drama atis. sine c. ⁊ sine g. dicitur vt in scenis agi fabula solet: vbi diuersę personę introducunł: ⁊ aliis accedentibus aliis aūt discedentibus a diuersis ⁊ ad diuersos textus narrationis expletur: sicut in comœdiis: qđ genus carminis inquit. Hiero. cantari solebat. Unde ⁊ etiā apud cantica scribił. Ante torū huius virginis frequentare nobis dulcia cantica dramatis Hinc Dramaticus stilus dr̄ qui mixtus est vbi poeta nusq̄ loquitur vt sunt. Comœdiæ ⁊ Tragœdiæ exegymaticus in quo solus poeta. Mixtus vbi ꝓmiscue ⁊ poeta et persona.

¶ Draco genus animalis venenosi. Ply. lib. viii. scribit veris draconibus ora parua esse ⁊ admodū non dehiscentia: sed arctas fistulas per quas trahunt spiritus ⁊ linguas exerunt. Apud indos ⁊ ęthiopas dracones sunt. xx. cubitorū. Dictus draco a Δερκω. Nā habet aciem peracutā. Dracones etiā dicunł a Ply. lib. viii. ex tortuositatū similitudine palmites emeriti pluribusq; annis indurati.

¶ Dracunculus diminu. significat paruū draconem.

¶ Dracęna cū diphth. draconis fœmina: quę ⁊ draca quoq; dici potest.

¶ Dracontium herba.

¶ Drangiana ꝓuincia in Asia maiori. Quam Ptole. ab occasu ⁊ septētrione Aria ⁊ bagao monte terminari ait. ab oriente Arachosia.

¶ Draucus. Uide in dictione pathicus.

¶ Drepanū pe. cor. promontoriū: siue vrbs a curuo situ instar falcis. Δρεπανοσ eīm falx dicitur. Nō longe abest ab Eryce monte trans lilybeū. Uel ab eo q̄ Saturnus amputatis virilibus paternis illuc falcē proiecerit. Ouid. li. de fas. Quiq; locus curuę noīa falcis (habet.

¶ Dryades: nymphę syluarū ab arboribus Nam apud gręcos Δρυσ oīs arbor dicebatur: q̄uis postea pro quercu vsurpata sit. Hæ eīm syluas habitare dicuntur.

¶ Dryas nomen propriū viri thessali amici nestoris.

¶ Dryopes populi epirotici: de quibus Uerg. li. iiii. Cretesq; dryopesq; fremunt pictiq; agathyrsi.

¶ Dryidæ dicti sunt quidā gallorū religiosi ⁊ sapientes a quercubus. Ply. lib. xvi. Nihil habent dryidæ. Ita eīm galli suos appellant magos. Sue. Dryidarū religionē apđ gallos durę immanitatis tantū ciuibꝰ sub Augusto interdictam Claudius imperator quintus penitus aboleuit. Sudas. Δρυιδαι παρα γαλαταισ οι φιλοσοφοι και σεμνοθεοι.

¶ Drylon fluuius dalmatię: qui per mediā mysiā pergens in danubiū influit.

¶ Dromos latine Cursus Et accipił non solum pro actu currendi: sed etiā pro loco vbi curritur. Sue. in Nero. Elephanto supersedens peragratū dromorum decurrit.

¶ Dromedarius animal a currendi velocitate dictū.

D ante V

¶ Dubius: dr̄ qui duas vias habeat ⁊ vtrā eligat nesciens: sicut ambiguū: qđ in ambas agi partes possit. Ci. lib. i. ad Heren. Dubiū genus est cum habet in se causa ⁊ honestatis ⁊ turpitudinis partem.

¶ Dubio as. in dubio sum. Plau. Dubiat quid agat.

¶ Dubito as. idem qđ dubio. Cuius composita sunt Addubito. qđ est etiā vel ad aliquid dubito. Liuius. lib. ii. Proditoribus extemplo in vincula coniectis delegatis paululū addubitatū est. Cic. Cecinę. Habes auguriū meū quo si quid addubitarē non potius vterer q̄ illa cōsolatione. Subdubito parum dubito.

Idem Celio. Hec eo pluribus scripsi q mihi significabant litterę tuę subdubitare qua essem erga illum voluntate. A dubito fiunt Dubitatio τ dubietas: ad uerbia dubitanter: qđ est a dubitans. τ Dubitatim: a dubitatus. Cę. ciu. imperator clamat de medio vt velites a sinistro cornu remoueant τ gallis nõ dubitãter immittant. Sisen. Quod hostem nõ dubitatim cum pluteis τ scalis iter facere cernebat.

¶ Duco is. xi. ctum. ꝓprie ducimus volentes: trahimus inuitos. Sene. Fata volentẽ ducũt: nolentẽ trahunt. Quandoq; ducere significat respicere iudicare existimare. Ci. Ego si mei cõmodi rationẽ ducerem: te mecũ esse maxime vellem. Ver. lib. x. Tanto me crimine dignũ duxisti. Qñq; inescare allicere: τ delectatione quadã demulcere. Cice. in Ver. acti. ii. Si quis honore aut gloria ducit. Qñq; Voluere pertractare. Verg. lib. vi. Sic equidẽ ducebã animo: rebarq; futurum. Qñq; nudare educere. Idem lib. xii. Ille tñ clypeo: obiecto cõuersus in hostez. Ibat τ auxiliũ ducto mucrone petebat. Qñq; cõtrahere. Idem. Astrũ quo segetes gauderẽt frugibus τ quo Duceret a pricis in collibus vua colorẽ. Qñq; agere seu pati. Idem. Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos? Qñq; struere erigere. Idem. Pars ducere muros: molirıq; arcẽ. Quandoq; auertere siue cõtrahere. Mar. Qui ducis vultus τ nõ legis ista libenter. Qñq; in longũ ꝓtrahere. Ci. ad Cę. iuniorẽ lib. i. Ne res ducerẽt fecimus: vt Hercules antiarius in aliũ locũ transferret. Qñq; dimittere descendere. Plau. in Aul. Ubi ille abit ego me duco ab arbore. Qñq; gerere. Ver. lib. viii. Hi bellum assidue ducunt cũ gente latina. Qñq; ad sepulturam efferre. Persius. Nerio iam tertia ducitur vxor. Quandoq; ad suppliciũ ducere: vt apud Curtiũ ait Hermolaus ad Alexandrũ. Hos duci iube. Dicitur τ de re obscœna. Plau. Si tenetis ducite ne disrumpamini. Hinc etiã ductor pro vibratore τ lumborũ ad cõcinniorẽ venerẽ pręstendã quassatore. Huius verbi composita sunt Abduco: Adduco: quę sunt cõtraria Conduco. Circũduco. Deduco. Diduco. Educo. Induco. Introduco. Obduco. Perduco. Produco. Reduco. Seduco. Subduco. Superduco. τ Traduco.

¶ Ducto as sępe duco: aut huc illucq; duco guberno Sal. Huc accedebat q L. Silla exercitũ quẽ in Asia ductauerat quo sibi fidũ faceret contra morem maiorum luxuriose nimisq; liberaliter habuerat. Plaut. in cap. me vt libitũ est ductauit dolis. Ductare etiã apđ Plau. est scortũ cõducere qui pudendã esse vocẽ ostendit dicẽs. Errabo potiꝰ ꝙ quis me ductet. Et Quin. ait. Ductare exercitũ nõ sine rubore dici.

¶ Ductito as. sępe circũduco. Terẽ. in Adel. Tu inter eas restim ductitans saltabis.

¶ Duco as. guberno. Var. Ab eo qsit ducare qui est dux: aut ductor qui ita inducit vt doceat pe. correpta

¶ Ducatus uo. ipsa ducandi actio vt est illud. Si cęcus cęco ducatũ pręstet: ambo in foueã cadunt. Et ducatus dr regio cui dux dñatur: vel etiã ipsa ducis dignitas pręfectura τ imperium. Iul. Cap. Petenti signum prima die tribuno dedit militi munus exprobrans vtiq; segnitiẽ temporũ superiorũ qđ quidẽ etiã ante in oibus ducatibus dederat. Scribit Lampri. Heliogabalũ pręposituras τ ducatus τ officia palatina vendidisse. Hoc nomen peculiariter datũ est Spoletanę vrbi: cuius regio Umbria dr ab auctoribus. Cuius fines a fonte Tyberis vsq; ad Anienis fluuii sinistrã ripam. Ubi videlicet Anio tyberim illabitur.

Ducatus ati. est aureus nummus ducalis.

¶ Ductus us. ipsa ductio. Unde aquę ductus aquarum ductio.

¶ Duces dicti sunt qui alios ducunt. Unde τ ducem belli dicimus τ ducem gregis. Ductor τ ductrix nola verbalia. Verg. Ductores danaum.

¶ Ductarius a. um. Unde ductarius funis dictus est qui per orbiculos troclee traiicitur.

¶ Ductile pe. cor. qđ facile ducit attenuaturq;. Unde æs ductile qđ malleis obsequit attenuaturq; in laminas. Ductilis scęna dicebat cũ tractis tabulatis hac atq; illac species picturę interior videbat.

¶ Ductim aduerbiũ significat cũ mora.

¶ Dudum quasi diu dũ. eandẽ vim habet quã iamdudum: ita vt qñq; diem nõ transcendat: vt dudũ intraui: dudũ te expecto. i. hora est vel duę: vel tres ex quo intraui: τ ex quo te expecto. qñq; etiã transcendit dieb. Ply. lib. iiii. Fabri qui dudũ assueti apud pœnos. Et lib. xviii. Nam dudũ ex eadẽ hispania zoeliten venit in Italiam plagis vtilissimũ.

¶ Duellũ: bellũ qđ duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur: nõ tantũ duorũ: vt quidam existimauerũt: sed multorũ τ ipsorũ exercituũ. Alioquin nõ diceret a Plauto duellũ inter thebanos τ theleboos. Et ab Horatio. Gratia barbarie lento collisa duello. Hinc perduellis τ perduellio

¶ Duello as. bello. Unde duellator qui duellũ gogit. Plau. iu cap. Domi belliq; duellatores optimi.

¶ Duilius: nomen ciuis romani qui primus Romę nauali certamine triũphauit. Is iam senex et tremente corpore in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidũ: τ tristis se domũ contulit. Cumq; vxori quęstus esset: quare nũq; se monuisset: vt huic vitio mederetur. Fecissem inquit illa nisi putassem oibus viris sic os olere.

¶ Dulce suaue: qđ quidã a delicio deducũt: q dulcia maxime alliciant. Eius cõposita sunt Prędulce valde dulce. Subdulce aliquantulũ dulce. Dulciloquus pe. cor. dulciter loquẽs. Dulcifluus dulciter fluens. Dulcisonus pe. cor. dulciter sonans.

¶ Dulcidulus a. um. diminutiuũ est.

¶ Dulcedo: dulcitas: dulcitudo τ dulcor in eodẽ sensu accipiunt. Ply. Contracta dulcorẽ amittit. Neuꝰ O suauis linguę soniꝰ. O dulcitas alr. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo inuasit.

¶ Dulciarius panis qui conficit ex sacharo τ nucibus pineis vel amygdalis ad ientacula: vt est qui vulgo dicit Marzapanus. Pistor dulciarius qui panes τ mellita cõcinnat edulia: de quo Marti. Mille tibi dulces operũ manus ista figuras Extruit. huic vni parca laborat apis. Lampri. de heliogabalo. Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberent quęcũq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent. Ubi dulciarius significat simpliciter concinnatorẽ edulũ mellitorũ: τ operis pistorii dulcedine conditi.

¶ Dulceo es. cui a quo Dulcesco is. dulcis fio. Cic. in Cato. Primo vua est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. Huius compositũ est. Obdulcesco. quod est in totum dulcis fio. Augu. lib. vii. con. Nam si primo sanctis tuis litteris informatus essem: et in earum familiaritate obdulcuisses mihi: et post in illa volumina incidissem fortasse abripuissent me a solidamento pietatis.

¶ Dulco as. dulce facio. Sidonius Apol. ad Agricolam. Pareo libens. laudat urus vitę tam dulcatę sollicitius ingenuitatē. Hinc Edulco as. q̄d est valde dulco. Cn. Martius. Quapropter edulcare cōuenit vitā curasq̄ acerbas sensim gubernare.

¶ Dulcacidū pe. cor. dr̄ id q̄d dulcissimis rebus est il= (litum.

¶ Dulia cū accentu in pe. latine hoīs serui tus dr̄ Δουλοσ. seruitus. Δουλη ancilla. Δουλικοσ seruilis. Hinc fit compositum. hyperdulia.

¶ Dulichiū insula in Maliacho mari seu vt quidā aiūt Ionio vna Echinadū corinthō p̄xima. ante Leucada in qua regnauit Vlysses. Inde fit Dulichius a. ū. Proper. Aut cū dulichias pallas spatiat̄ ad aras.

¶ Dum aduerbiū t̄pale est ⁊ modo pro q̄n ponit̄: vt dū dormis fures domū intrant. Modo pro donec. Salu. Postremo neq̄ sumptui: neq̄ molestię suę parcere dū illos obnoxios fidosq̄ sibi faceret. i. donec vel vt Modo pro postq̄ cū ꝯiungit̄ pręterito subiunctiui. Mar. Audieris dū grande sophos. i. postq̄ audieris. Et posita post nec: vel nō: vel haud semꝑ aduerbiū t̄pis est. vt nec dū nondū. hauddū pro nō adhuc Est etiā ꝯiunctio ⁊ significat mō. porche. Sal. Neq̄ id q̄bus modis assequeret̄ dū sibi regnū pararet quicq̄ pēsi habebat Aliq̄n dūmodo. domēte. che. Hier. Dum ꝑsecutionis finem pręstolat̄: necessitatē in voluptatē vertit. Ponitur nonnūq̄ pro expletiua. Ter: Ades dū paucis te volo. Cōponitur cū qui: vt quidū. Cū age: vt Agedū. Cū modo vt cū modo: ⁊ Taxat: vt dumtaxat.

¶ Dumtaxat cōponitur ex dum aduerbio: ⁊ taxo as. pro ęstimo. Et nō recipit sed etiā. Cic. pro deiotaro. Quod ipsum ⁊ si iniquū est in tuo dumtaxat periculo. Solū vero ⁊ tantū: ⁊ modo recipiunt.

¶ Dumus ḡnis mas. dr̄ oīs spina. A quo dumosus sa. sum. frondosus spinosus vepribus plenus. Verg. Dumosa pendere procul de rupe videbo. Dumetū locus vbi sunt dumi. Antiqui dumetosum locū dicebāt pro dumoso. Et quę nos dumeta: appellabāt Dumetica.

¶ Duo is. dui duitū significat do. Plau. in cap. At ob eam rem mihi libellā pro eo argenti ne duis.

¶ Duo ⁊ ambo. sicuti docet Prisc. gtōs ⁊ actōs scd̄m secundā declinationē proferunt duorū amborū duos ambos: q̄uis in neutro differētię causa duū soleat dici: vt duū miliū amphorarū. Necnō ⁊ actūs masculinorum est q̄nq̄ similis nōatiuo ꝓfertur in neutro more gręco. Hor. Duo si discordia vexet inertis. Verg. Si duo p̄terea tales idęa tulisset terra viros. i. duos. A duo fit duodecim. a quo duodecim[9]: ⁊ duodenus: duodenari[9]: duodeuigiti ⁊ hm̄ōi. Ducēti ducētenus duodecies: duodeuities: duodeuigesimus ducētesimus.

¶ Duplaris numerus dr̄ in quo minor bis numerat̄. Duplares siue duplarii torquati dicebant̄ milites qui in legione romana ob virtutē duplas consequebant̄ annonas: sicut simplares: quibus vna ⁊ semis annona dabatur.

¶ Duplex q̄nq̄ significat duo. Ver. Duplices tendēs ad sydera palmas. Ci. lib. iiii. ad Heren. Duplices similitudines esse debēt. Aliq̄n latū. Ver. Duplici aptātur dentalia dorso. Duplices tantū numero plurali: ⁊ genere mas. tabellarū genus est. in quibus litterę scribi solebant. Quę quidē aliq̄n etiā Triplices erant: in quibus res amatorię scribebant̄. Mar. Tunc triplices nostros nō vilia dona putabis Cū se venturā scribet amica tibi. Sic duplices triplices quadruplices et quinduplices porticus dicuntur: in quibus ordines columnarū duplicati triplicati quadruplicati et quincuplicati sunt. Vitru. li. v. In duplici palęstrarū porticu collocanda esse cōplura membra scribit.

¶ Duplico as. duplicē facio: gemino. Hier. Duplicauit annonā. Interdū Augere. Sal. Et maurus vict[9] duplicauerat bellū. Ver. Et sol crescētes decedēs duplicat vmbras. Hinc Conduplico ⁊ Reduplico.

¶ Duram quidā putant esse nomen fluuii iuxta quem Gigantes turrem babel fecerūt. Alii volunt esse campum. Unde Apud Danielem. In campo durā statuit Nabuchodonosor statuā.

¶ Duria siue Durias: nomen fluuii Ualentiæ primi: vt scribit Pompon. Hunc Sal. vocat Turiā lib. iiii. histo. Inter leua mœniū dextrū flumē Turia q̄d Ualentiā paruo interuallo prætersluit. Clau. Floribus ⁊ roseis formosus turia ripis. Grāmatici formosum legerent: ꝙ vnum amniū Turia neutro genere proferri putent. Aug. Priscianoq̄ auctoribus. Ptol. Hac parte Turulim vocat amnē. Est in lusitania quoq̄ Durius. Quem Strabo. duriā. multi Doriā appellant. Silius Duriū. Ait enim. Hinc certant pactole tibi duriusq̄ tagusq̄

¶ Duro ras. durum facio: firmo: solido. Colu. lib. vii. Annicula mula recte a matre repellit̄: ⁊ amota montibus aut feris locis pascitur: vt vngulas duret: sitq̄ postea longis itineribus habilis. Per translationem Quint. lib. i. Multa linguę vitia nisi primis annis inemendabili in posterū prauitate durantur. Et durare est tolerare. Verg. Durate ⁊ vosmet rebus seruate secundis. In qua significatione q̄nq̄ contra naturā iungitur actiis maxime apud poetas. Hor. lib. i. car. Vix durare carinę possunt imperiosius ęquor. Nā sicut dicimus clamare hoiem. i. cū clamore vocare: sic durare ęquor id est per duriciē ferre. Item Durare persistere perseuerare. Plau. in Am. Durare nequeo in ędibus ita me probri dedecoris a viro argutā meo. Huius cōposita sunt Eduro valde durū facio: ⁊ quasi ad laborē assuefacio. Col. Quare decēdus ⁊ a puericia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Induro: vt indurabo cor pharaonis. Obduro vt est apud Deuter. Nō obdurabis cor tuum. Quę fere idem cum simplici significant. Pręduro cito duro. Col. Verū est in opere difficilior: ꝙ neq̄ humentē fodere possis: q̄si glutinosissima nec nimium sicca quia nimium pręduratur. Perduro: valde vel ad finem duro. Idem lib. viii. Est etiam nō ingrati saporis iniuria perduratus. Teren in Hecy. Sancte adiurat nō posse apud vos pamphilo se absente perdurare. Reduro quod est operio contra id quod dicitur. Obduro vt inquit No. Et oīa habent penultimā productā.

¶ Dureo es. durui durus sum. A quo Duresco durus fio. Col. li. ix. Plumulę sub cauda clunibus detrahēdę ne stercore coinquinatę durescant. Luca. tri. Torosq̄ induruit artus: ab indureo. in eadē fictione qua induro ꝓtulisse videt̄: Sed hm̄ōi pręterita raro a dureo cōposita repiuntur: sępe aūt ab his quę a duresco sunt. Induresco. Verg. lib. iii Geor. Styriaq̄ impexis induruit horrida barbis. i. valde dura: siue in se dura facta est. Col. li. ii. Iusta em̄ fieri nequeūt cū induruerit ager. Obduresco vndiq̄ durus fio. Cicer. M: Cęlio. Magno dolore me affecissēt litterę tuę nisi ⁊ ratio ipsa depulisset oēs molestias. ⁊ diuturna desperatione rerum obduruisset animus. Pręduresco valde durus fio. Col. li. vii. Verū neq̄ ante tertiū. neq̄ post quintū

annū iuuencos domare placet. cū illa ætas adhuc tenera est. hec iā prędurauit id est nimis dura facta est.
¶ Durus. a. um qđ ē solidū ac firmū. & firmitate naturę coruptionē sui nō facile amittit. Cuius cōtrariū est molle in quo ē natura luxuriosior. nec ad cōtraria repellenda sufficiēs. Virg. Sed duris genuit te cautib⁹ horrēs Caucasus. p trāslationē capit modo p patiēte ac tolerāte laborū. Idem. Scipiadas duros bello. Et gēs dura & aspera cultu. Modo p aspero & nocēte. Idē Aut durū tinex genus. Modo p crudeli. quoniā nulla humanitate mollescit. vt apud eundē. Quid iuuenis magnū cui versat in ossib⁹ ignē: Durus amor?
¶ Dure & duriter. aduerbia sic inter se differūt. secundū Do. q duriter sit sine sensu laboris. Dure crudeliter. Illud ad laborē. Hoc ad sęuitiā refertur. Sed dure l alterum. duriter in nos aliquid facimus. Terē. in an. Primum hęc pudice vitā parce: ac duriter agebat lana & tela victū quęritans.
¶ Duricia & Duricies æque dnr de firmitate aspitate crudelitateq. Ci. l cato. Quāta i altero comitas. i al.
¶ Durabile. qđ durare potest. Ouid. (tero duricies Quod caret alterna requie durabile non est.
¶ Duramē. & duramētū brachiū vitis. Col. li. v. Sed vt caput trunci pedali fere spatio sit īferius iugo: quaterniśq brachiis quę duramēta quidē vocāt: diuidat in totidē partis. alio noīe duramina nuncupāt. Idem Considerandū erit cuius longitudinis sint duramina quæ excedant prædictam mensuram.
¶ Duracinę vuę dicunt quę duram & firmā corticem habent a duricie: vel a duris acinis. Augu. in epistolis. Dum lectica ex regia redeo: panis vnciā cū paucis acinis vuę duracinę comedi.
¶ Duracina persica dicuntur: quorū corpus ligno adhæret: auelliq nequit. Ply. lib. v. Sed persicorū palmam duracinis.
¶ Duricoria: dicunt quę sunt duri corii. Unde ficus duricorię: quę habent duram corticem.

D ante Y

¶ Dyas latine dualitas Δυο duo.
¶ Dynastia vis potentatus: Dynastes dominus regni: potēs optimas. απο του Δυνασθαι. vt hi qui magistratus gerunt: & iudiciis pręsunt. Scribit Strabo reges dynastas vocari propterea q plurimū possunt pollentq: & populos quo velint aut vi: aut persuasione perducant. Ci. ad Atticū. Erit nebulo iste cū istis dynastis in gratia.
¶ Dyrachiū fuit ciuitas in Epiro: quę prius Epidannos vocabatur. De qua Luca. in principio. Dyrrhachii rapiendas tendit ad arces. Dicta Dyrachiū a nomine Dyrrhachii qui portū vrbi adiecit. Vide in dictione Epidannum.
¶ Dys prępositio gręca quę in cōpositione malum vel difficile aut impossibile significat.
¶ Dyscolus pen. cor. difficilis malusve siue perniciosus: ex Δυσ et κελομαι iubeo. Ita vt discolus dicatur cui difficulter iubetur Dyscolia difficultas.
¶ Dysenteria dici pōt intestinoꝝ exulceratio ex Δυσ qđ malū denotat: & εντερον intestinū. Et latine Tormina auctore Celso dicunt. Vide i dictione Tormina
¶ Dysuria et Stranguria difficultas vrinę ẽ. Quæ vt Galenus inqt fit ex vesicę passionib⁹ vrinā supprimēs. Nō quidē sine calculis & inflāmatiōe pōt accidere. Hoc Cato significat cū ait. Quibus ęgre lotiū it.
¶ Dysphilus pe. cor. quasi malus amic⁹. Iune. Nō est romano cuiq locus hic vbi regnat prothogenes aliquis vel dysphilus.
¶ Dyspersia: difficilis concoctio.
¶ Dyspnea: spirādi difficultas. Docet Hippocrates in aphorismis in senectute straguriās dyspneas dysurias cacesias esse frequentes. Δυσ ει ρορον κακως και πνεω και πνοη.

De littera E.



Et Ex prępositiones sunt q & seperant & componunt. Separatę modo tpales sunt: vt Ex illo celebrat⁹ honos. Modo locales: vt E coelo. Modo ponunt pro a: vel ab: vt Audiui e patre meo. modo signīficāt pro vel ad: vt Ex dignitate: ex vsu: ex vtilitate. hoc est p dignitate: vel ad dignitatem. E rep. pro rep. Modo secundū: vt ex Platonis sentētia. i. scđm platonis sententiā. siue pro Platonis sententia. Modo in. Cic. E renibus laborabat. i. morbum patiebat in renibus. Cōpositę qñq priuationem indicant: vt E linguis. Exanguis. Qñq vehementiā vel perfectionē: vt Eludo. Exoro. Qñq extra: vt Educo. Excludo. Cōponitur aūt e cum b. vt Ebibo. d. Educo g. vt Egredior. l. vt Elicio. l. vt Eludo. m. vt emitto. r. vt erigo. u. vt eueho. Ex vero cōponit cum a vt Exaudio. c. vt Excurro. E vt exeo. f. vt efficio. o. vt exoleo. p. vt expello. q. vt exquiro. s. vt exequor. t. vt extendo. u. vt exuro. Verū qñ post exequit f. mutatur. x. in f. vt effundo. Cū vero sequit. x. abiicit f vt Exequor exequo in aliis integra manet.

E ante A

¶ Eantes: nomen propriū hystorici Cyziceni qui fuit ętate qua pygmalion in oriente regnabat.
¶ Ear latine ver. a quo Earinus vernus.
¶ Eatenus pe. cor. significat vsqeo: vel ad eū modū. Cui respondet Quatenus vsqquo. Hie. Quia & si in sanctis patribus & pphetis gratia fuisse credit: nō tamen eatenus plena. Sue. in Tyber. Ac primo eatenus interueniebat nequid perperā fieret.

E ante B

¶ Ebenus vel ebenū pe. cor. nomē grecū: & Arabicanus ē. Lignū nigrū est solidū pulchrū aptūq ocularibus medicinis. Hęc arbor nascit in India q cęsa durescit in lapidē: vriturq odore iucundo. Ver. li. ii. ge. Sola india nigrū fert ebenū Aetius amelin⁹ ita scribit εβενος ξυλον ισι των ισχυλομαχ λυωμηρον ρυπτικωσ και λεπτομερουσ εσι Διμακεωσ οθεν και τα τε ισ κοραισ επισκοτουντα πεκισ τευται ρυπτειν τας ις τε αλλαισ οφθαλμικαισ ιγγυνται Δαιαμεσιν.
¶ Ebrius: & ebria a bria qđ est vas vinariū. Est enim ebrius qui nimio potu alienatus ē mēte. Cuius cōtrariū est sobrius: q̄si sine ebrietate: qui l cibo & potu tēperans ē: & qui nō est actu ebrius. Vñ nō sobrius pro ebrio sumit. Mar. Et nō sobria pba subnotasti. Hinc Ebrietas: quā Cato dicebat nihil aliud esse q̄ insaniam voluntariā. Interdū ebrius ponitur pro pleno et abundanti. Plau. Facite mihi coena vt ebria sit. id est

abundãs ⁊ opipare parata. Ebriosus qui sępe fit ebrius: a quo ebriositas. Huius contrariũ est Sobriosus sobrietatis affectator: quo vsus est Cyprianus. Inter ebriũ ⁊ ebriosum hoc interest. Nã potest qui ebrius est tum primũ esse: nec habere hoc vitiũ. ⁊ qui ebriosus est sępe extra ebrietatẽ esse. Sic ebrietas ab ebriositate seiungitur q alterũ affectionis sit: alterũ habitus.

¶ Ebrio as. ebriũ facio. Unde ⁊ inebrio verba actiua Hiero. lib. ii. Reg. Et inebriauit eũ. Plau. in Aul. Homo ebriatus somno sanari solet. Aliqñ ebriari seu inebriari sumitur pro impleri seu quasi satiari: vt apud apostolum. Nolite inebriari vino in quo est luxuria.

¶ Ebriulo as. pe. cor. ebriũ facio. Sũt tñ qui hęc aspirent ab hauriendo potu illa deducentes.

¶ Ebron mons palęstinorũ: haud longe a Gaza: Syrię ciuitate.

¶ Ebur ⁊ ebor vtroq modo dicitur pro elephanti dente: quasi e barrho. i. elephãto. Hor. Quid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis?

¶ Eburneus a. um qd est ex ebore aut qd instar eboris album est: vt Eburnea facies. Ouidius libro. iii. meta. Impubesq genas ⁊ eburnea colla decusq. grę ce ελεφαντινος.

¶ Eburnus na. um. idem qd eburneus. Tibul. Hanc primũ veniens plectro modulatus eburno. Luc. li. ii. Legitimęq faces gradibusq accliuis eburnis.

¶ Eboreus a. um. ab ebor fit: sicut a marmor marmoreus. Eburneus vero ⁊ eburnus ab ebur. Et significat qd est ex solido ebore. Quint. lib. vi. Cum in triũpho Cęsaris eborea oppida essent translata.

¶ Eboratus a. um. qd extrinsecus ex ebore est. Quod et eburatũ dicitur. Plautus in Persa. Lectos eburatos auratos.

¶ Ebudes insulę sunt quinq numero: in oceano britannico angusto freto diuisę cuius incolę vt scribit Solinus lacte solum ⁊ piscibus vitã agunt.

¶ Ebulum. herba est faciens baccas in similitudinem sambuci. Col. lib. ii Sed citra hoc experimentũ multa sunt quę ⁊ dulcẽ terrã ⁊ frumentis habilem significent vt iuncus ⁊ calamus gramen ⁊ trifoliũ: ebulum: rubi: pruni syluestres ⁊ alia complura. Idem. Et rutilas ebuli creat vuida baccas. Legitur ⁊ ebulus.

¶ Ebullo as. erumpo. crepo. Tractũ a bulla q ęstiuo tpe ex aqua pluuia fingitur in speciẽ pilę ⁊ facile rumpitur. Persius. O si ebullet patrui pręclarũ funus.

¶ Eburones populi gallię qui per fraudẽ multos ex Cęsaris exercitu trucidarunt.

¶ Ebusus insula q cuniculos nõ habet. Pompo. Ebusus animaliũ quę nocent adeo expers: vt ne ea quidẽ quę de agrestibus mitia sunt generet: aut inuecta sustineat.

E ante C

¶ Ecbatana numero plurali pe. cor. Metropolis est Medię: vel vt quidã existimãt regionis magnę nomẽ Est ⁊ ecbatana vrbs in syria quę Epiphania quãdoq vocata fuit: ac per g: etiã scribi posse quidam testantur Egbatana.

¶ Ecbasis pe. cor. latine dici potest excursus. Nã cõponitur ab εκ ⁊ βαινω μια και αλλα εκ τουβαινω: qd est egressus: vt Verg. lib. i. geor. describens tempestatem pręcauendã a rusticis.

¶ Ecce aduerbiũ demonstrandi qd apud Verg. aliqd repentinũ insperatũq significat: vt Ecce aũt gemini a tenendo trãquilla per alta. Horresco referẽs Scribit Ausonius etiã hoc propriũ esse Ciceronis vt in rebus improuisis hac particula vtatur cũ apud alios interdum in rebus lętis vsurpetur. Ouid. Ecce Corinna venit: ⁊ modo actõ: modo noiatiuo iungitur

¶ Echemythia ab εχεμυθεω latine taciturnitas.

¶ Eccum. eccã. eccos. eccas. quasi ecce eũ: ecce eam: ecce eos: ecce eas. Sic Ellũ ecce illũ. Ellam ecce illã Ita exponit Do. Ter. in an. Eccũ video. Alii exponũt. Eccũ ecce hic subintellige virũ de quo agebamus Eccã ecce hic subintellige fœminã de qua agebamus Ellũ ecce illic scz virũ resoluẽdo per aduerbia nõ per noia vt apud eundẽ. Eccũ me. qd nõ licet exponi ecce (eũ me.

¶ Eccubi per duplex cc. ⁊ pe. cor. Componitur ex ecce ⁊ vbi.

¶ Ecquis ex en pro ecce: et quis. vbi. n. ratione. q. sequentis mutatur in c. Ex quo ostenditur eandẽ vim habere. c. ⁊. q. Et significat nunquis. Nã particula en. iuncta dictionibus incipiẽtibus a q. interrogatiue positis significat an: vel ne: vel num. vt ecquid? nõne? nũquid. Ter. in Eu. Ecquid nos amas de fidicina hac. id est aliquantulũ ne amas propter fidicinã. Ouid. lib. ii. fast. Ecquid in officio torus est socialis: ⁊ ecquid cõiugibus nostris mutua cura sumus.

¶ Ecquãdo. i. nunqñ: vel an aliqñ. ⁊ aliquo tpe.

¶ Ecclesia latine Cœtus conciliũ: concio: cõgregatio. Ecclesiastes. concionator.

¶ Echinades pe. cor. Insulę sunt Herodoto teste in Maleaco mari ex opposito ad ostiũ Acheloi. De quibus Luc. Crassis oblimat echinadas vndis. Senec. in Troade. declinat Echina ę. pe. p. Quolibet vento faciles echinę.

¶ Echinus pe. pro. Tegmen spinosum quo seruantur castaneę: vulgo Riciũ vocãt. Unñ castaneę echinatę. Ply. nuces vocamus ⁊ castaneas q̃q accõmodatiores glandiũ generi: armatũ his echinato cortice vallum ẽ. Ab huius tegminis silitudine dictus est Echinus piscis quidã quẽ Ply. scribit esse cancrorũ genus in quibus spinę pro pedibus sunt: ingredi huic est in orbẽ volui. Gręci eñ εχινον hirtũ vocãt. Mar. Iste licet digitos testudine pungat acuta Cortice deposito mollis echinus erit. Saxa petit inter q se locat ne a fluctibus iactetur. De hoc Amb. libr. hexa. sic scribit. Echinus aial exiguũ vile ac despicabile maritimũ loquor. plerũq index futurę tẽpestatis aut tranquillitatis annũcius solet eẽ nauigãtibus. Deniq cũ procellaz ventorũ pręsenserit calculũ validũ arripit: eũq velut suburrã vehit: ⁊ tanq anchorã trahit ne excutiatur fluctibus. Itaq suis se librat viribus: sed alieno stabilitur ⁊ regitur pondere. Quo indicio nautę velut signum futurę perturbationis capessunt: ⁊ sibi pcauent: ne eos imparatos turbo improuisus inueniat. Hic alio noie a latinis Erinaceus dictus ẽ. Est ⁊ echinus apd gręcos terrestre animal: cui est apud nostros Hericio nomen qd ipsum ab hęrendo deductũ est: ⁊ ęque spinis hirsutus est atq marittimus echinus. De quo Amb. eodem lib. echinus iste terrenus quem vulgo hęriciũ vocant si quid insidiarũ pręsenserit spinis suis clauditur atq in sua arma se colligit. Pręterea echinus genus vasis ęnei est in quo calices lauantur: quã alii Ampullam dicunt esse vitreã. Hora. in Ser. Pocula cum cyatho duo sustinet: astat echinus. Et echinus echini ⁊ echinuntis ciuitas fuit de qua Ci. in Arato.

Dicitur excelsis errans in collibus amenis. Quos tenet egro defixa in gurgite echinus. Hoc etiã noĩe dicta est alia ciuitas in phthiotide in faucibus Sperchii amnis vt inquit ply. vna cũ Ptolemeo.

¶ Echeneis genus pisciculi quẽ ferunt per aquã sistere nauem quãuis immensam ⁊ velo ⁊ remis concitatam ne possit iter institutũ peragere ἀπὸ τοῦ ἔχω habeo teneo ⁊ ναῦς nauis siue ab ἔχομαι hereo ναῦς nauis ꝙ nauem teneat: vel naualibus tabulamẽtis adherẽs remorari cõpellat. Ply. lib. ix. Est paruus admodum piscis assuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adherente naues tardius ire credunt. Inde nomine imposito Remora a morando dr̃ latine. Ob quã rem a grecis ita dr̃ a nostris Remora. Remiligoq̃ nominatur. Luc. lib. vi. Nõ puppim retinens euro tendente rudentes In mediis echeneis aquis. Ambro. Alios in exiguo corpore tantũ validitatis assumere: vt maximas nauiũ plenis currẽtes velis in mediis fluctibus sistant: sicut breuis pisciculus echeneis tanta facilitate memorat nauem ingentẽ statuere: vt quasi radicatã mari herere videas nec moueri. Aliquandiu enĩ immobilẽ seruat. Ferunt hunc piscem fluxũ grauidarũ vtero sistere: partusq̃ ad puerperiũ continere.

¶ Eschina latine hydra ea potissimũ quæ ab hercule interfecta est. Ouid. lib. iii. fas. Sãguine centauri lernee sanguis echidne Missus ad auxiliũ tp̃e nulla dabat. Vide in dictione Excetra.

¶ Echo soni vel vocis repercussio. Greci ἠχὼ sonus: et ἠχέω resono. Ouid. lib. iii. me. Planxerũt dryades plangentibus assonat echo. Fit enĩ in cõuallibus ⁊ locis concameratis: vbi scinditur resultans aer: in quib⁹ accepte voces numerosiore repercusu multiplicentur nomenq̃ echo eiusmodi voci a grecis datũ est vt Ply. lib. xxx. scribit: quoniã nõ est vagandi liberrimus campus sed obiectu reflectitur. Que causa etiã multas voces multis ĩ locis reciprocas facit sicuti in vrbe Cyzico turres septẽ acceptas voces multiplicãt. Et olympie porticus fuit: quã heptaphonon appellãt: quoniã septies eadẽ vox redditur. In hanc sententiã ait Lucr. Sex etiã ac septẽ loca vidi reddere voces. Unam cũ iaceres ita colles collibus ipsi Uerba repulsantes iterabãt verba referri. hec echo a latinis dicitur imago Ual. Flaccus lib. iii. argo. Rursus hylan ⁊ rursus hylan longa reclamat Auia responsant sylue ⁊ vaga certat imago. Hora. Quem deũ cuius recinit iocosa nomen imago: vbi Porphyrio exposuit ꝙ imago dicitur quasi imitago.

¶ Echos ἠχοῦς etiã greci vocant argutas valles ab ἠχῶ vt inquit Col. lib. x.

¶ Eclegma atis. latine linctũ dicimus frequẽtissimũ medicis oĩbus. Sũt enĩ Eclegmata que fiunt lingẽdi gratia: nõ edendi neq̃ deuorandi hoc est cum aliquid in ore tenentes paulatim distillando sorbemus ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ λείχω γίνεται ἐκλέγματα.

¶ Econas vocant imagines ex membris aliquorũ similitudine expressas: inquit Plynius libro. xxxiiii. Unde ⁊ Econcula diminutiuũ. Sueto. in Nero. Pro summo inquit numine: tribusq̃ in die sacrificiis colere perseuerauit econcula puellarem. Dicitur etiã Icona ⁊ Iconcula.

¶ Eclipsis latine defectio. Eclipticus defectiuus ἐκλείπω deficio.

¶ Ecthlipsis latine Elisio. Cesura ẽ qua. m. cũ vocali eliditur. Ab aliquibus Elepsis. A quintil. Detractio transfertur: ὑπὸ ἐκ καὶ θλίβω.

¶ Ectasis dici potest productio. Figura est qua sylla ba naturaliter correpta ꝑducitur. Ab ἐκτείνω produco. Dicitur a nõnullis Extasis: vt Italiã fato ꝓfugus.

¶ Ectasis latine stupor. grece ἔκστασις. Au. in psal. interpretatione. Ectasis excessum mentis significat. Que fit vel pauore vel aliqua reuelatione in qua oẽs sancti fuerunt quibus arcana dei mundũ istum excedentia reuelata sunt ita vt de eorum memoria labentur interna.

¶ Ecloga electio explanatio ab ἐκλέγω qđ est eligo. Unde ⁊ Excerpt⁹ dicitur sicut testatur Eusebius lib. de eccle. hystoria. neq̃ sermonẽ de capris significat. Tunc enĩ egloga dicitur.

¶ Ectrapeli quasi horrentes ⁊ auersati cõmunẽ ⁊ vsitatum nature modum.

¶ Ectropiũ dicitur cum inferior palpebra parum sursum attollitur: sed pendens hyat: nec cum superiore committitur. Lagophtalmos vero cũ superior palpebra nõ descendit.

¶ Ecyra pe. cor. socrus latine dicitur. Unde Terentii fabula. Similiter ἑκυρός socer: pater viri. Sunt tñ qui hoc nomen aspirent.

¶ Eculeus vide in dictione Equuleus.

E ante D

¶ Edo es. est. edi. esum vel estum. Dicitur ⁊ Edo is. correpta prima syllaba ab ἔδω quod significat Uescor. Uerg. Est mollis flamma medullas. Infinito. Esse in passiuo Edor eris: estur preteritũ esus. Plyn. lib. xx. Et in egypto ꝓpter eius amaritudinẽ nõ estur. Nõnq̃ Edo significat cõsumo. Huius cõposita sunt Adedo quod est consumo. Uerg. Nã sepe fauos ignotus adedit stellio. Ambedo circũedo. Idem. Ambesas malis absumere mensas. Comedo a quo Excomedo. Exedo Obedo. Peredo ⁊ supedo: q̃ habent pen. cor. Ab edo deducunt Esito as. ⁊ Esurio: ⁊ q̃ sequuntur.

¶ Edax accipitur ꝓ vorace cõsumptore: a quo Edacitas pro Ingluuie.

¶ Edo onis. idem qđ edax qui ⁊ Manduco dr̃

¶ Edeatre dicti sunt qui presunt regiis epulis.

¶ Edulia dicũtur oĩa que ad esum pertinet. Gel. Ob ex salutis vsu foret vt edulia quidẽ oĩa defenderet ab arteria depelleretq̃ in stomachũ ⁊ pulmonem.

¶ Edones pe. cor. sunt populi Thracie maritimi q̃ q̃ apud grecos per ω scribatur

¶ Edoni etiã thracie populi mediterranei. Uerg. Ac velut edoni boree

¶ Edonus mons est apud eosdẽ populos: a quo edoni populi.

¶ Edonides mulieres bacchãtes q̃ furore diuino agitate mysteria bacchic celebrabãt. variis aũt noĩb⁹ appellabantur hmõi bacchãtes. Nã ⁊ Euantes et Thyades: ⁊ Mimallonides: ⁊ Menades ⁊ Bassarides. De his Oui. Protinus in syluis matres edonidas oĩs.

¶ Edessa nomen ciuitatis quo significatur aquarũ impetus. Hinc Edessenses populi. Stra. Trãs euphraten est bambyce quã edessam et hierapolim vocant: in qua Atergatim syriã deam colunt

¶ Edico cis. pe pro. significat Iubeo ꝓnuncio decerno ⁊ est ꝓprie magistratuũ. Unde Edicta q̃ sunt Consulum pretorũ ⁊ ediliũ littere: quibus aliqđ imperatur. Mandare est gerendũ aliqđ assequendũq̃ cõmittere.

præcipere magistrorū seu magistratuū ꝛ superiorū. Iubere frequēter pro imperare. Edicere etiā est ostēdere ꝛ declarare quasi extradicere. Unde legimus de Apostolo Ioanne ꝙ compulsus fuerit diuinā natiuitatem edicere.

¶ Edissero edisseris pe. cor. extra dissero explano declaro. Pacu. Edissere fabulā hanc. Uer. lib. ii. Mihiqꝫ Edissere vera roganti.

¶ Edolo las pen. cor. perfecte dolo. polio. Nonius. Edolare fabrorū est cū materiarū complanant asperitas. Ut si sunt eo verbo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum Unum ego libellū nō edolem.

¶ Edom. Esau dictus est ob coctionē rufæ lentis: cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namqꝫ vt Iosephus lib. ii. scribit. Edom rubeum dicunt. Unde et regio in qua regnabat Esau Edom dicta est: quam græci Idumeā denominauerūt. Hęc nūc regio inquit Hiero. Gebalena dr̄ quę est in finibus. Eleuteropoleos: vbi habitabāt ante chorrei qui interpretant liberi. Unde ꝛ ipsa vrbs postea sortita vocabulū est. Nūc viculus palęstinę est a cōditore sic imposito noie: alio noie dicitur Seir. pilosus ꝛ hispidus Unde ꝛ montes Idumeorū appellant montes Seir.


¶ Exitiũ ab exeo is. Festus. Exitiũ antiqui ponebãt pro exitu: nunc exitiũ pessimũ exitũ dicimus. Unde & mors đr. Aliqñ calamitas. Terẽ. in phor. Quod ego nunc subito huic exitio remediũ inueniã miser? Col. lib. i. Sic emunita sola & latera horreorũ ꝓhibent curculionẽ: qđ genus exitii cũ incidit multi opinanť arceri posse si exesæ fruges in horreo ventilentur & quasi refrigerentur.

¶ Exitiale: mortiferum: calamitosum: damnosumq;. Ply. lib. viii. Ille contra vrinã spargit prudens hanc quoq; leoni exitialẽ. Verg. lib. vi. Sed me facta mea & scelus exitiale lacęnę.

¶ Exitiabile idem qđ exitiale. Oui. lib. vi. met. Dũq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

¶ Exilio is. pe. cor. ab ex & salio significat exeo: & quasi saltando prorumpo. Ci. Tyroni. Mihi crede tuis et illius litteris perlectis exilui gaudio. Huius frequẽtatiuum est Exulto.

¶ Exiliũ priuatio patrię: quasi extra solum. Seneca in lib. de cõsolatione apud Albinã matrẽ exiliũ diffiniens ait. Exiliũ nempe loci cõmutatio est. Hanc cõmutationem loci aliqñ sequunť incõmoda paupertas ignominia contemptus quibus detractis nihil est qđ magnopere exiliũ sit ꝑtimescendũ: nec cõmutatio loci onerosa. Assiduus em̃ est humani gñis discursus & naturalis quædã irritatio animis mortaliũ inesse creditur cõmutandi sedes & transferendi domicilia.

¶ Exilior aris. exul fio. Unde scribiť de Ioanne apostolo: ꝙ Domitianus iusserit eum exiliari.

¶ Exilicus a. um. qđ ad exiliũ pertinet: vt exilica causa quæ aduersus exules agitur

¶ Eximo is. pe. cor. ab ex & emo: significat excipio seu aufero. Teren. Ubiubi inueniã pamphilũ vt ęgritudinem in qua nunc est eximã atq; expleã gaudio. Aug. lib. viii. con. De vinculo desiderii concubitus quo arctissimo tenebar: & sęculariũ negociorũ seruitute quẽadmodũ me exemeris narrabo. Unde exempti dicunť excepti. Exemptus apud iuriscõsultos đr qui a suo iudice: siue iurisdictione ordinarij subductus est.

¶ Exemptile pe. cor. qđ auferri & eximi potest. Colu. libro. ix. Quadratæ perticę paxillis superponunť: vt auem recipiat assilientẽ. Sed idcirco sunt exemptibiles vt cũ res exigit a paxillis deductę liberũ aditum conuertẽtibus stabulũ prębeant.

¶ Eximium excellens egregiũ: ab eo ꝙ in sacrificiis optimũ pecus de grege eximebať: vel ꝙ eximia specie animal numini offerendũ. Et eximii porci dicebãtur maiores qui ad sacrificandũ electi erant signati macula: aut nota: sicut egregię oues e grege electæ. Nã quod a vulgo exemptũ est: singulare đr ꝙ in aliorũ ordinem nõ sit redigendũ. Unde Ver. eximias hostias dixit quę ad sacrificiũ destinatę eximunť a grege: vt Quattuor eximios pręstanti corpore tauros. Dicitur et in malũ. Ci. in Ver. Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriã: tam acerbã neglexisse.

¶ Exin: pro exinde: propter hoc: quapropter. Ideo. Liuius libro primo. Ut igitur pauloante animum inter fidenatem romanamq; rem ancipitem gessisti. ita tam corpus passim distrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis in currum earum distentũ illigat Metium.

¶ Exinanio is. ab ex & inanio: euacuo: attenuo: et ad nihilum redigo.

¶ Exinsperato aduerbiũ qđ nõ sperabat. Liui. lib. i. Cum clamore qualis exinsperato fauentiũ solet roma ni adiuuant militẽ suum.

¶ Exis dictio græca ἑξις qua significat habitus. Ply ni. in episto. Ad tantã ἑξιν studio & exercitatione per uenit: sed cũ h hexis. ἀπὸ τοῦ ἔχειν.

¶ Existimo as. pe. cor. puto iudico: & quasi ex æstima tione statuo atq; decerno. Hinc Existimatio quę fere semper passiue significationis est: et pro reputatione ac bona fama capit: vt homo magnę existimationis. id est de quo oẽs bene opinant. Pau. iurecon. Existi matio est dignitatis illęsę status legibus ac moribus cõprobatus: q̃ ex delicto nostro auctoritate legũ: aut minuit aut ɔsumit. Minuit quotiẽs manẽte libertate citra statũ dignitatis pœna plectimur: sicut cũ rele gatur quis: vel cũ ordine mouet: vel cũ prohibet ho noribus publicis fungi: vel cũ plebeius fustibus cędi tur: vel in opus publicũ datur: vel cũ in eam causam quis incidit quę edicto ꝑpetuo infamię causa memo ratur. Consumitur vero quotiens magna capitis di minutio interuenit. id est cum libertas amittit velu ti cũ aqua & igni interdicitur.

¶ Existo appareo emineo prodeo exurgo exalto. Cic. de diui. Summersus equus voraginibus nõ existit. Et iterũ. Existit hoc loco quęstio subdifficilis. Et lib. ii. offi. At qui eo tpe tantę discordię secutę sunt: vt et tyranni existerẽt & optimates exterminarent. i. exur gerent vel exaltarentur.

¶ Extare eminere supesse. Ver. Corpent mole noua et summis vix cornibus extant. Vñ extare dicunt li bri qui demortui nõ sunt. Ci. Quę vt scis: extat oratio Nam vt de hoie qui adhuc viuit dicimus supest. qua si nõ est sub terra humatus: ita de rebus extant quasi extra stant & nõ intra atq; in tenebris latẽt. Et est trãs latio sumpta a statua q̃ stat & apparet. Huius contra riũ est Intercido: qđ est pereo. Ply. lib. xxxv. vtrũq; cõplexus est. Jam vero & onerariis nauibus: quoniã et pericula expingimus ne quis miret & rogos pingi exceptis operũ claritatibus q̃ & ipsa cõuenĩet attingi siue extant siue intercidere. Interdũ extare est mani feste esse. Lactan. lib. iiii. si cœlestibus beneficiis exti terit ingratus.

¶ Exlex: qui sine lege vel extra legẽ viuit.

¶ Exoculasso is. Vide in dictione Oculo as.

¶ Exoche eminẽtia vel excellẽtia latine dr. Unde Ca texochen dr per excellentiã. ἐξοχὸς ἑλληνισί.

¶ Exodiũ genus cantus: vt inqt Jul. pol. quę cędẽn tes de theatro cantare ɔsueuerant: ab ἐξ ὠδῶν. Sũt qui exponant exodiũ esse cantum. ab ἔξω extra ὠδὴν cantum. Erant eñ scđm eos exodia ridicula versibus intexta fabellis attellanis potissimũ inserta q̃ sine cã tu soleb ant iuuenes iactitare. Juue. Tandẽq; redit ad pulpita notũ exodiũ. Et iterũ. Urbicus exodio ri sum mouet attellanę. Sue. in Tyberio. Vñ vox attel lanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebuit hircũ capreis naturã ligurire. Exodium etiã significat exitũ quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ. i. extra viam. Vñ Var. finẽ vitę appellat exodiũ. Jdẽ. Quod corpe ras modo in via narra: vt ad exodiũ deducas. Vñ etiã exodus liber quo iudęorũ exitus ab ęgypto describit. Sed secunda syllaba corripit in exodo. tam in prima q̃ in secunda significatione: qđ alterũ ab ὁδῶν: qđ viam significat: alterũ ab ᾠδῆς. i. a cantu cuius sylla ba penul. est prod.

¶ Exolesco scis. eui. ab exoleo fit: & significat crescere desino. Vñ Exoletus masculũ scortũ: seu pathicũ con cubinũ iam adultũ & fere dimissum qđ crescere desinit Olim Alexander romanorũ imperator exoletos he liogabali iussit deportari: Aliquos etiam naufragio mergi. Scribit Ply. Hominẽ crescere ad annos vsq; tersseptenos in longitudinẽ: tum deinde in plenitudi nem. Aliqñ Exolescere est vehemẽter crescere. Unde Exoletus a. um. pro vehemẽter adulto. Plaut. Belli qui domi exoletã virginẽ. Aliqñ significat veterẽ fie ri: deficere. Agretius. Adolescere augmenti est: ino lescere coagmenti: exolescere vanescẽtis est. Ply. lib. xxxvii. Carchedonii nescio an in totum exoleuerint postq̃ metalla æris ibi defecerũt. Col. lib. ii. Nã mul ta sunt vt dixi q̃ negligẽtia exolescant & fiant sterilia. Unde Exoletus: ẽ ab vsu remotus. Quintil. lib. viii. Obscuritas fit in verbis etiã ab vsu remotis: vt si cõ mentarios quis pontificũ & vetustissima fœdera: & ex oletos scrutatus auctores idipsum petat. Liui. Arte agendũ exoleto iam vetustate odio.

¶ Exoluo is. quod ligatũ erat perfecte soluo. Plaut. in epist. tu vt exoluã manus. Lactan. lib. i. Religionũ animos nodis exoluere pergo. Jtem. Exoluere est ꝑ fecte soluere. Hie. in proœ. epist. psal. Sunt nonnulli qui votum quo deo vouerunt se in singulos dies psal teriũ totum in eius laudem esse dicturos: vel diabolo exagitati: vel e cõtrario ieiuniorũ austeritate: vel de bilitate corporis id exoluere nequeant. Jtem pręmio afficere. Lact. lib. x. Jmperatori olim deo fides seruan da est: qui nõ tantũ viuẽtibus sed etiã mortuis potest virtutes exoluere. Jtem. Expedire liberare. Ter. in Hecy. Jllas errore & te simul suspitione exoluas.

¶ Exomides. gñs vestis q̃ altis supeꝛponit. Sũt qui comicorũ vestimentũ esse intelligãt exertis humeris.

¶ Exorbito as. pe. cor. quasi exorbita recedo. Orbi ta vero vestigium est rotæ decurrẽtis siue circuitus. Aug. lib. ix. ciui. dei. Nõ eis cedentes ad aliquid ap probandũ vel perpetrandũ qđ exorbitet ab itinere sa pientię & lege iustitiæ.

¶ Exorcizare inquit Aug. lib. i. de beata vita: est per diuina immundũ spiritũ adiurando expellere Exorcis mus adiuratio. Exorcista adiurator: sed spiritus ri dent barbarismos. ideo dicendũ est exorgibare nam componitur ex ἐξ καὶ ὀργὴ ἐργιβεῖν φιλεῖ καὶ δουλῶς ἐξ ὀργίζειν εἰς ὀργὴν ἐκβάλλειν.

¶ Exordiũ initiũ. Verg. lib. iiii. ęn. Quonia reginam ambire furentẽ audeat affatu quę prima exordia su mat. Ci. lib. i. ad Heren. Exordiũ est principiũ oratio nis per qđ animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatur ad audiendũ.

¶ Exordior iris exorsus incipio. Plaut. in Asi. Per gam quo occœpi & ibi consilia exordiar. Verg. lib. ii. Geor. Nõ hic te carmine ficto atq; per ambages & lon ga exorsa tenebo.

¶ Exordine sine intermissione. Ver. lib. iiii. geor. Se ptem illũ totos ꝑhibent exordine menses fleuisse.

¶ Exorior: nascor: emergo: exurgo. Ter. Tu sola ex orere q̃ perturbas hæc tua imprudẽtia. Et ex oriri in uadere est. Nã vt Do. inquit. Qui expectans aliquem inuadit exoriri dicitur.

¶ Exorno nas valde orno: seu magnifice ꝑparo in struo. Plau. in aul. Repudiũ rebus paratis exornatis

nuptiis. Ter. in Eun. Ita visus est dudū quia varia veste exornatus fuit: nunc eo videt̃ tibi fœdus quĩ illã nõ habet. Interdũ exornare fœdare d̃r. Idẽ in heau. Ego ne si viuo adeo exornatũ adeo depexũ dabo: vt dum viuat meminerit semꝑ mei.

¶ Exors tis. extra sortẽ. Cui contrariũ est Cõsors.

¶ Exoro as. pe. pro. orando induco: seu orando impetro. Teren. in phor. Nequeo te exorare vt maneas triduũ hoc. Idem. Orator ad vos venio ornatu prologi: sinite exorator sim. Interdũ exorare significat ꝓ magna gratia orare presertim quando cũ duobus accusatiuis construit̃. Plau. in cap. Vnũ exorare vos sinite nos. Sic dicimus. Hoc vnum te exoro. Hoc est pro magna gratia: siue vnũ magnopere te oro. Quod prepositio ex: ⁊ oro cõmode ⁊ naturaliter expetunt.

¶ Exorabula: ab Apuleio vocant̃ oĩa artificialia argumẽta q̇bus orator ꝑ vim eloquẽtię iudices exorat.

¶ Exos: sine osse. Lucil. Exos ⁊ exanguis tumidos perfluctuat artus.

¶ Exosso as. ossa detraho. Ter. in Adel. Congrũ istũ maximũ in aqua sinito ludere paulisper. Vbi ego venero exossabit̃: Apul. Exquamatus atq; exossatus piscis vix palpitat amplius.

¶ Exoticus a. um. pen. cor. peregrinus aduentitius. Plau. in Mus. Nõ possum olere vnguenta exotica hoc est aliunde apportata.

¶ Expando is. Vide in dictione Pando.

¶ Expalpo as. elicio. Plau. in aul. Nunc seruus argẽtum a patre expalpabit.

¶ Expapillo as. vsq; ad papillã denudo. Vnde brachium expapillatũ d̃r. Plau. in mili. Idem connexũ in humero leuo expapillato brachio.

¶ Expatio as. pe. pro. Expatarę est in locũ patentem se dare. Pacu. Expatant se oẽs: publice ostendunt Et sic a pateo fit. Quidã a spatiũ deriuant: vt sit Expatare in spatiũ se conferre. Sed et spatiũ a patendo deducitur. Nihil em̃ aliud est spatiũ ꝙ locus siue tempus patens. Hoc est interuallũ vel loci vel tp̃is.

¶ Expectoro as. p. cor. extra pectus eiicio. Ci. li. iii. de ora. Tum pauor mihi sapientiã omnẽ exanimato expectorat.

¶ Expello is. eiicio. Plau. Ancillã domo expulit.

¶ Expulso as. frequentatiuũ: qd̃ significat frequenti pulsu agito. Mar. Si me nobilibus scis expulsare sinistris Sum tua si nescis rustice redde pilam. Hinc Expulsor ⁊ expultrix verbalia. Ci. Expultrixq; vitiorũ.

¶ Expulsim aduerbiũ: significat frequẽter pulsando.

¶ Expeculiati: dicuntur serui sine peculio: quo vocabulo vtitur Plau.

¶ Expecto as. ab ex ⁊ specto significat obseruo. Ter. in An. Expecto quid velis. Quoniã vero aspiciẽtes aliquid diligenter manere diutius eodẽ loco solemus expectare. Quandoq; pro manere capit̃ et opperiri. Teren. in phor. Senẽ quoad expectatis vestrũ? Itẽ pro desiderare: qm̃ qui desideramus cũ voluptate aspicimus. Ver. in. ii. Expectate venis. Ter. in An. Expecto quid velis. i. desidero scire quid velis. Vñ expectatus pro odioso ⁊ molestę vitę Nã filius parẽtes aut amabiles sunt: aut expectati. amabiles boni: expectati mali: quorũ mors in dies singulos expectanda ⁊ exoptanda est. Item pro sperare. Ver. lib. i. Geor. Sed illos Expectata seges vanis elusit aristis.

¶ Expedio is. pe. cor. libero ⁊ quasi pedũ ligamenta dissoluo. Sisen. lib. iii. histo. Inermes armat: impeditos expedit. Aliqñ ponitur pro explico. Seneca. Iam diu vtile sit expedi. Aliqñ pro extra fero profero. Vergil. Cereremq; canistris expediũt. Aliqñ pro extollo Idem. Tum vero augurũ i utili clamore salutant expeduntq; manus. Et expedire est vtile seu benũ ac necessariũ esse. Sed hoc tantũ in tertia persona singularis vel pluralis numeri. Ter. in heau. Expedit bonas esse vobis. Idem in phor. Nostrapte culpa facimus vt malos expediat esse dũ nimiũ dici nos bonos studemus ⁊ benignos: hoc est cõgruat ⁊ quasi necesse sit.

¶ Expediti milites dicuntur leuioris armaturę ⁊ sine impedimentis.

¶ Expeditio vocatur cũ exeunt milites ad bellum: ꝙ expediant temp. aut se a cęteris negociis. Curtius. Nẽm expeditionẽ ac militarẽ apparatũ adduxit.

¶ Expendo is. di. sum. pondero. Plau. in asin. Quot pondo te censes esse nudũ? At pol ego qui te expendi scio: nudus vinctus centũ pondo es per pedes quando pendeo. Aliq; significat exacte examino cõsydero Cic. lib. i. offi. Que contẽplantes expendere oportebit: quid quisq; habeat: sua eadẽq; moderari. Ambr. lib. i. offi. Expendat atq; examinet verba sua. Quandoq; est perfecte soluere. Ver. lib. ii. ęn. Et scelus expendisse merentẽ a Locoonta ferunt. idẽ persoluisse. Quãdoq; exponere erogare. Vnde expensę dictę sunt Hiero. Qualiter fauente deo tota hęc dies expendatur in laude ⁊ cũ gaudio celebretur.

¶ Expensa ę. sumptus.

¶ Expio as. Vide in dictione Pio as.

¶ Expergo is. xi. ctum. quasi exporrigo: a somno excito. Ci. Expergete iam. Vnde experectus excitatꝰ: ꝙ recentes a somno exporrigi ⁊ extendi solemus.

¶ Expergisco is. ⁊ Expergefacio. ⁊ Expergifico actiuam significationẽ habent. Ply. Vrtica letargicos expergiscit tactis cruribus magisq; fronte. Gel. Ingenio expergificando ratus idoneas. Cic. Expergere facias scripsit ꝓ te expergefacias. Expergiscor: et expergesio passiua. Ci. Expergiscimini aliqñ atq; exurgite. Ab expergiscor fit Experrectus scd̃m Diome. Expergitus ab expergor. Et expergefactus ab expergesio. Expergitus d̃r qui saciatus somno sponte vigilat. Vnde ⁊ Lucil. ait. Ego e somno pueros cũ mane expergitus clamo. Experrectus a quiete impeditus Sal. Experrecti somno arreptis armis tumultũ facere. Expergefactus qui per aliũ somno excitatus est. Festus aliter Experrectus qui per se vigilare cœpit. Expergitus ab alio excitatus quem solemus dicere expergefactum.

¶ Experior iris. expertus significat tentare. Ter. in Eun. Oia prius experiri consilio ꝙ armis sapientem decet. Vnde inexpertus intẽtatus. Verg. Nequid inexpertũ frustra moritura relinquat. Ex expiri doceri Idem. Vos ⁊ cyclopea saxa experti reuocate animos Vnde experti periti dicunt̃. Expiẽtia vsus doctrina.

¶ Expes: ab ex et spes: sed sabucit̃ ⁊ significat extra spem vel sine spe.

¶ Expers: extra partẽ: vel sine parte: et ponitur pro ignaro rudiq;: ⁊ nullã rerũ experientiã habẽti. Apul. homo rudis: oĩm bonarũ artiũ expers. Aliq; etiã pro eo qui nõ sentit. Vnde expers doloris: qui nõ sentit dolorem. Expers mortis: qui nõ moritur. Expers lucis qui nõ habet lucẽ. Quidã hoc nomẽ componi volunt a pars. quidã ab experior.

¶ Experto is. pe. cor. Vide in dictione Appeto.

¶ Expilo as.pe.pro.diripio depredor:furtiue frau-
do:dictũ a pilis romanorũ telis:vel a græco πιλω.q.
σπιλω.id est cõplano:q qui e domo supellectilē detra
hunt equare ac cõplanare oīa vident. Inde apō iuris
consultos titulus est de crimine expilatę hereditatis:
et qui alienam hereditatē expilauerit extraordinarie
solet coerceri. Ci.in parad. Si socios spolias erariũ
expilas. Ouid.lib.iii.met. Expilatq; gentis oculos.

¶ Expiro as.pe.pro.dictũ a spiritu effuso:vel a spira
minibus quasi spiritũ emitto. Luc.lib.iii. Expirans
animā pulmonibus æger agebat. Aliqñ p se plenũ est
vt expirauit.i.mortuus est.

¶ Expiscor aris.diligenter quæro vbi nā pisces late-
ant. Sepius tñ Expiscari p indagare sumitur. Ter.
in phor. Perinde expiscare quasi nō noris. Quādoq;
pro lucrificare. Plaut. Tandemq; nescio quid ab eo
expiscatur.

¶ Explano as.pen.pro.pfecte planũ facio: declaro.
Sal. De cuius moribus hoīs pauca prius explanan-
da sunt q̄ initiũ narrandi faciam.

¶ Explanto as: Vide in dictione Planto.

¶ Expleo es.pfecte impleo seu satio. Virg.li.iiii.ge.
Improbus ingluuiē ranisq; loquacibus explet. Sal.
Neq; prius iugulandi finis fuit q̄ silla oēs suos diui-
tiis expleuit. Interdũ compleo seu pficio. Verg. Dis-
cedam explebo numerũ reddarq; tenebris. Plyn.lib.
xxxvi. Ulcera eorũ purgant leniter:explentq; cicatri
ces & emendant. Interdũ consolor. Terent.in heau.
Nem tot mei solius solliciti sunt causa vt me vnũ ex-
pleant. Interdũ Minuo. Nā ex qñq; priuatiua est. En
nius. Nauibus explebant sese terrisq; replebant.

¶ Explico as.p.cor.pprie extendo:emitto. Ci. Quæ
virtus pręter cæteras totam se ad alienas vtilitates
porrigit atq; explicat. Per translationē significat ex
plano ostendo. Idem lib.iii.offi. Ut quedā sibi conce-
dantur quo facilius q̄ volunt explicēt. Item extraho
Ouid. Atq; explicat ensem. Item exhibeo. Mar. Ex
plicat & cœnas vnica mensa duas.

¶ Explodo is.pe.pro.si.sum.ab ex & plodo significat
cum sono elido:qđ fit cũ rem q̄ nō placuit clamore & ge
stu ac strepitu damnō. Nec pprie idem est qđ manib⁹
cum sono pulsantibus eiicio:sicut Lau.Valla docuit
Nec supplodo est pedē terræ incutio. Nec cōplodo:si
gnificat aduersas manus inuicē collido. Quod nō si-
gnificat ex se.alioquin Cicero frustra pedem adiecis
set.lib.de orat. Pedem nemo in illo iudicio supplosit:
Similiter Quinti.lib.xi. Pedis supplosio vt loco est
opportuna vt ait Ci.in contētionibus aut incipien-
dis aut fouēdis:ita crebra est inepti hoīs & desinit iu
dicem in se cōuertere. Aliqñ per translationē supplo-
sus pro reiectus ponitur. Dama. Papa Hieronymo.
Abscissis opinionibus: ambiguitatibus supplosis.
Identidē de Complodo dicendũ est:quoniā & Hiero
nymus libro numerorum manibus addidit. Iratusq;
balach.contra Balaam. Complosis manibus ait ad
maledicendũ inimicis meis vocaui te:quibus econ-
trario tu modo benedixisti. Et in Ezechi. Ecce com-
plosi manus meas sup auaritiā tuā. Apuleius scribit
Cōplodere vacuas manus doloris & mœsticiā signũ
esse. Quin.lib.xi. Nā etiā & Cōplodere manus sceni-
cum est:pedes applodere interim licet. Præterea q
ista verba a plodo cōposita non nisi actibus pedis vel
manuũ accommodari possint minime crediderim q̄s-
uis plerunq; accommodent. Lactan.eñ lib.de opifi.
ho.ad linguę actũ vsus est complodo cũ dixit. Besti-
as etiā potu adiuuat.protenta eñ cauataq; hauriunt
aquam:eamq; comprensam linguæ sinu ne tarditate
et mora effluat:ad pallatũ celeri mobilitate cōplodũt
Hiero.lib. Iudi. Cœperunt buccinis clangere & com
plodere inter se lagœnas. Cumq; per gyrum castrorũ
in tribus psonarent locis & hydrias cōfregissent: te-
nuerunt sinistris manibus lampades: & dextris sonā-
tes tubas. Pręterea q Explodo significet eiicio ma-
nibus & quidē cũ sono pulsantibus:nequaq̄ verũ est:
quoniā si eiicio significaret. Ci.lib.iiii.de fi.bo.nō di
xisset. Quærimus aũt nō quę sint iam sed vnde sint ex
plosæ eiectæq; sentētię pirronis Aristonis Heril. Et
pro Cluen. Te vero illud idem qđ tum explosum & eie
ctum erat nunc rei tulisse demiror. Si aũt significat p
pulsationē eiiciendũ quempiā manuũ vel pedum siue
alio aliquo liquet explodo nō significare eiicio:quoni
am & copulare debet diuersa: & nō temere Ciceronem
eiectę & eiectũ subtexuisse credi par est. Qñq; explo-
dere significat aliquid tanq̄ indignũ seu inutile eiice
re. Ci.lib.ii.de diuinitate: Sed hoc gñs diuinationis
vita iam cōmunis explosit. Applodo etiā Hiero. Pe-
dibus accōmodauit: Sicut supplodo cōtra. Uig.scri
bens. Recordare quæso illius diei qñ me de resurrecti
one corporis pdicāte ex latere subsultabas & plaude-
bas manu & applodebas pede. Idem Damiano. Nā si
applosisset pedē:intēdisset oculos:rugasset frontē:ia
ctasset man⁹: vba tonuisset:tenebras ante oculos of-
fudisset iudicib⁹. Igitur applodo:cōplodo:explodo:
supplodo:et si qua alia repiantur scđm rei actũ cui ap
plicanť:ita sumi oportet. Et quicqđ significat quatio
eiusq; cōposita idipsũ plodo eiusq; cōposita designāt
nisi q in sono pulsationis diuersa esse existimo: & qui-
busdā actibus rerũ ista nō accōmodari quibus illa:

¶ Exploro as.pe.pdu.exclamo: & cũ fletu quodā voci
fero. Varro. Genuit explorat:turbā oēm cōcitat. Ub
tractũ est vt capiatur p intentius ac etiā cũ voce in-
quirere. Verg. Exire locosq; explorare nouos. Hinc
Exploratores dicti sunt. Interdũ Explorare vi ob-
seruare. Idem lib.ix. Nec nō & trepidi troes formidi-
ne portas explorant. Interdũ pbare. Ci.in Catone.
Quis est tam stultus q̄uis adolescens cui sit explora
tum se ad vesperũ esse victurũ? Interdũ deliberare.
Verg. Tuus o regina qđ optas Explorare labor. In
terdũ siccare. Idem lib.i. Geor. Et suspensa focis ex-
plorat robora fumus.

¶ Expono is.pe. pdu.explico declaro ostendo. Cic.
lib.i. Phil. Anteq̄ de rep.scribā.p. Con.exponā vo-
bis breuiter consiliũ pfectionis & regressionis meæ.
Unde expositio p interptatione. Idem. Vocat ad cœ
nam:deinde ipse priorem: exponit copias suas oēs.i.
ostendit. Ponitur qñq; p extraho: & quasi extra pono
Verg.lib.xi. Socios de puppibus altis pontibus ex
ponũt. Qñq; p abiicio. Unde infantes abiecti vt pe-
ant expositi: siue expositicii dicunť. Teren.in heau.
Erat hic corinthia anus haud impura:ei dedi expo-
nendā. Plau. Reuertar ad illam puellā expositiciam.
Quandoq; p expendo. Solinus. Cum magnā bis pe
cuniā exposuisset. Qñq; p expromo. Ci. Cũ tibi expo
sita esset ad prandiũ oīs Pamphilia.

¶ Exposco is. Vide in dictione Posco.

¶ Expostulo as.pe.cor. Exquiro:conqueror:seu que
relam apud eum ipm depono qui fecit iniuriā:et cum
querela amicos insto: & quasi officium amicitię in alio

desydero. Et nō solum abltō cū prepositione iungitur sed etiā alii abltō. Marcus Ci. filius. Lenis ⁊ facilis a te existimari debeo: qui nihil tecū de ipsis rebus expostulem. Aliqñ sine ipso abltō vt cum iniuria de qua quis ratione postulat in actō ponitur. Et tunc etiam significat exquiro. Ter. in an. Sed quid agam adeā ne ad eū eo iniuriā hanc expostulē? Iniuriā .i. rationē siue causam iniurię. Aliqñ expostulare est vehemēter postulare .i. vehemēter velle: ratione ex qua multum auget. Postulo vero pro volo sępe sumit. Ter. in an. Etiā me nunc seducere istis dictis postulas. De expostulo. Idem in adel. Si me in illo credidisti esse hoim numero qui ita putant sibi fieri iniuriā vltro si quā fecere ipsi expostulāt ⁊ vltro accusant. Do. Expostulatio querela aduersus illū ipsum qui peccauerit.

¶ Exprimo is. pe. cor. premēdo extraho. Ply. Expresso vino infundit aqua vinaceis. Aliqñ declaro manifesto. Macro. Nihil vnq̄ locutus fuit expressius. Hieron. in prolo. Tobię. Quicqd mihi ille hebraicis verbis expressit: hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui .i. elocutus est. Idem. Et nomē dñi tetragrammaton in quibusdā grecis voluminibus vsq̄ hodie antiquis expressum litteris inuenimus .i. clare vł proprie scriptum.

¶ Exprobro as. pe. cor. q̄ aliis prestiti cōmemorans impropero. Ter. Nā isthęc cōmemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. Sumitur tñ exprobrare pro qualemcūq̄ culpā obiicere. Oui. lib. xii me. Trepidoq̄ fugā exprobrauit amico. Et apud Euan. Exprobrauit incredulitatē illorum.

¶ Expugno. Vide in dictione pugno.

¶ Expungo is. Extrudo. atq̄ moueo. Persius. Expūgam nanq̄ est scabiosus ⁊ acri bile tumet. Unde etiā significat milites ab exercenda militia repellere adēpto stipendio. Seneca. libro quarto. de benefi. Pignus est protinus aliud: inuicē mittere ⁊ munus munere expungere: qd̄ significat delere ne debere videatur. Milites eñ punctis scripti inserunt legioni ⁊ iurant vt docet Vege. lib. ii. Inde expuncti dicti deleti et a militia remoti. Itidem Expungi dñr iudices qñ amouent a iudicādo veluti cancellati ex albo iudicū. Dispūgere q̄q̄ simile est: qd̄ significat Cōferre accepta ⁊ data sicut Papinianus iurecōsultus docet.

¶ Expuo is. cum fastidio aliq̄d eiicio: quasi pus extra mitto. Pus aūt est ois humor corpori onerosus. Vir. Et piculosā cū tussi miser expuo saliuā. Ter. per trāslationē in eun. dixit. Illā vbi expueret miseriā ex aio.

¶ Exputo as. pen. cor. ab ex ⁊ puto: cōpenit significat q̄ ex arbore puto ⁊ incido. Col. lib. xi. Palos vna opera cędere: ⁊ exputatos acuere centū numero potest. Itē Exputare est perfecte siue extra putare: vt apud eundē lib. iiii. Deinde velut veteranā vitē totā exputare: et ad vnam materiā firmissimā redigere: nodosq̄ et cicatrices alleuare satis officiū est. Item est perfecte intelligere seu discere. Plancus Ci. Quę mens eū aut quorū consilia a tanta gloria: sibi vero etiā necessaria ac salutaria auocarint: ⁊ ad cogitationē consulatus bimestris summo cū terrore hoim: ⁊ insulsa cū efflagitatione transtulerint exputare nō possum. Exputare vero compositū ab ex ⁊ sputo habet pu syllabam pro: et significat quasi extra sputare.

¶ Exquiro pe. pro. diligenter inquiro secerno eligo. Unde Exquisita opera. dñr opera electa quasi diligēter quęsita. Plau. in Am. Te certo heri aduenientē illico ⁊ salutaui ⁊ valuisses ne vsq̄ exquisiui.

¶ Exquilię tantū pluraliter romę mons erat ab excubiis regis: vel q̄ exculte fuerint a Tullo rege. Ouid. lib. fas. Adde q̄ excubias vbi Rex romanus agebat: qui nunc exquilias noie collis habet. Hic ⁊ exquilin⁹ mons dr̄. Var. Exquilinus mons septiceps apud ędē Iunonis lucinę vbi ęditimus habitare solet.

¶ Exta proprie iecur: cor: ⁊ pulmo dñr: quia in parte superiori locant ab extando. Et lien ⁊ iecur hoc noie appellant: quoniā supra inferiora intestina locantur. Verg. in ge. Pinguiaq̄ in verubus torrebimus exta colurnis. Omnia simul cōplexus est Romanorū religio semp extorū caput putauit iecur. Unde Fes. Hęc omnia exta dici putauit quia diis prosecent qui extāt eminentq̄ vt non a situ: sed ab officio dicta putarit. Scribit Plyn. lib. xxx. pręcordia vocari vno nomine exta in homine.

¶ Extales: via purgandę alui. Hie. in lib. Reg. Et cō putrescebant pminentes extales eorum.

¶ Extemplo aduerbiū tota vna dictio: significat statim quasi extra tempus: hoc est temporis cōmoditatē. Templum eñ dr̄ locus manu designatus in aere post quem illico captant auguria seu q̄ augures statim vl̄ his auspiciis: vel a templo celi oculos auertebāt: vel e templo terrę discedebāt.

¶ Extipices pe. cor. dicti sunt haruspices ab extis inspiciendis. Extispiciū ipsa extorū inspectio quę alio noie haruspicina dicitur.

¶ Ex tempore duę partes sunt: ⁊ significat ex improuiso ⁊ impremeditate. Cic. Quos credimus expedire rem ⁊ consiliū ex tp̄e capere posse. Inde vocatur Extemporalis siue Extēporaria oratio. Vide in dictione Temporalis. Aliqñ significat ex tp̄e pro tp̄is conditione. Ci. lib. iii. offi. Huius gn̄is questiones sunt hę oēs in quibus ex tp̄e officiū queritur.

¶ Extendo is. Vide in dictione Tendo.

¶ Extenuo as. valde tenuē facio: siue minuo. Ci. lib. ii. ad heren. Defensor aūt fuisse causam negabit si poterit: aut eam vehemēter extenuabit.

¶ Exterreo es. rui. itum. Vide in dictione Terreo. Hinc Exteritus qd̄ modo panefactū significat. Ver. Plausumq̄ exterrita pennis. Dat tecto ingentē. Modo accensum inflammatū. Idem. Sęuit agris asperq̄ siti atq̄ exterritus ęstu.

¶ Exterebro as. pe. cor. extra vel valde terebro. Per translationē significat aliquid extorqueo scrutor ⁊ curiosus quęro. Var. atq̄ oēs adeo perquirit atq̄ exterebrat artes.

¶ Exter a. um. pe. cor. idem qd̄ externus. Unde Sta: Exter honos dixit.

¶ Exterus a. um. idem qd̄ Exter. Ver. lib. iiii. Et nos fac extera quęrere regna. Fitq̄ ab Exter: qd̄ ab Extra deduci certū est. Hinc Exterior extimus sicut ab Interus interior intimus.

¶ Externus a. um. quod nō est ex patria. Liui. libr. i. Timor deinde patres incessit ne ciuitatem sine imperio: exercitū sine duce multa circa ciuitatē irritatis animis vis aliqua externa adoriret. Proprie aūt qd̄ foris ⁊ palam est. At hesternus cum h. ⁊ s. fit ab heri. Ci. lib. i. tus. Dici nō potest q̄ sim hesterna tua disputatione delectatus.

¶ Externo as. ab ex ⁊ sterno dementem facio. Pacu. Sed eccā miserā quā frequēs luctus externauit.

¶ Exterraneus aduena quasi ex alia terra: sicut Con

terraneus qui est ex eadē terra: ꝙuis id nomē parum ab eruditis vsurpet. Exterraneus etiā vocatur: qui ante tempus natus vel potius electus est. Dictus ꝙ eum mater exterrita eiecerit.

¶ Extero is. pe. cor. extra tero: aut terendo extraho. Col. li. ii. Cū rursus amplior messis puenerit. quicqd exteretur capisterio expurgandū erit. Var. li. i. de re. rus. Apud alios exterit grege iumentorū inacto: ⁊ ibi agitat e perticis ꝙ vngulis e spica exterunt grana. Exterere etiā dicimus aciem ferri vt exacuta sit.

¶ Extermino as. pe. cor. extra terminos mitto. Cic. lib. iii. offi. Atq̄ hoc omne genus pestiferū atq̄ iniustū ex hoim cōmunitate exterminandū est. Aliqn̄ exterminare ponitur pro demoliri. Hier. in Matth. Exterminant exules qui mittunt extra terminos. Cum ergo in euan. dr̄. Exterminant facies suas: semper demoliuntur debemus accipere.

¶ Extillo as. ab ex ⁊ stillo. Vn̄ ⁊ distillo extillare guttare ⁊ guttatim finiri. Ter. in phor. Hisce ego illā dictis ita sibi incensam dabo vt ne restringuas lachrymas si extillauerint. i. si lachrymę ex corpore guttarēt aut corpus guttatim finiretur: vel totum in lachrymas conuerteretur.

¶ Extimesco valde timeo actiuę tantum significationis repperi. Ci. in Cat. Quod igitur adolescētes et hi quidē nō solum indocti sed etiā rustici contemnunt id docti senes extimescent?

¶ Extinguo: ab ex ⁊ tingo: minorē in se vim habet ꝙ̄ opprimo. Cic. in Lel. Primū danda opera est ne qua amicorū dissidia fiant. Sin tale aliquid euenerit vt extinctę potius amicitię ꝙ̄ oppressę videant. Quasi qd̄ extinguitur possit redamari qd̄ opprimit non queat. Aliqn̄ extinguere est perfecte distinguere. Idem in horten. Quā si subtraxeris qui. i. quomō extingues artificē ab inscio. Aliqn̄ significat occidere destruere Lactan. lib. iii. Coelestes alas vna cū corporibus extingunt. Idē li. iiii. iudęorū. nomē ⁊ gentē Vespasianus extinxit. i. deleuit. Ter. in adel. Seni alam primū extinguerē ipsi qui illud pduxit scelus. i. auferrem.

¶ Extispex idem qd̄ haruspex. hoc est qui extis inspectis futura pdixit: a quo Extispiciū. ⁊ Extispicina.

¶ Exto extas extiti supinum nō legi. Vide supra post Existo existis.

¶ Extollo is. Vide in dictione Tollo.

¶ Extorris qui est extra terrā. i. patriā electus: sicut Exul: extra solū. Gel. Exul extorrisq̄ esto: et proprie vagabundus. Sappho ad phaonē. At vos extorrem tellure remittite nostrū.

¶ Extorqueo es. si. sum. vel tum. significat tormento veritatē elicio. Aliqn̄ etiam per vim aufero: extirpo: euello. Don. Torquemus hoiem extorquemus veritatē. Ci. in Cato Nec mihi hunc errorē dum viuo extorqueri volo. Liui. li. ii. Neq̄ ambigitur quin Brutus qui tantū glorię supbo exacto rege meruit pessimo publico id facturus fuerit si libertatis immaturę cupidine priorū regū alicui regnū extorsisset.

¶ Extra prępositio separata cui contraria est in significatione intra. Ab extra deducunt. Exter exteris extraneus: extrarius. Extrinsecus: extro as. extrorsum et extremus.

¶ Extrarius: alien⁹ qui extra focū sacramentū iusq̄ est. Pręterea minabat si extrario nupsisset: nihil se filiis eius ex pr̄nis eorū bonis testamēto relicturū. Hic accipit pro eo qui nō sit domesticus ⁊ ex eadē familia.

¶ Extraneus: qui ē ex altera terra: quasi exterrane⁹.

¶ Extremus a. um. modo initiū alicuius rei. Plaut. Ab extremo narrare incipiā. i. a principio. Modo finis. Verg. Extremū hunc arethusa mihi. Ponitur nō nunq̄ pro sęuo pessimo. Idem illā terra parens ira irritata deorū. Extremā vt perhibent cœo enceladoq̄ sororē progenuit. Hoc est pessimā. Quod nō sine ratione esse videtur. Quādoquidem medici affirmant deteriores esse qui vltimi nascuntur.

¶ Extrinsecus pe. cor. Vide in dicti. Intrinsecus.

¶ Extrico as. pe. pro. ab ex ⁊ trico: qd̄ a tricis fit. Tricę aūt sunt impedimēta ⁊ implicationes. Et est extricare explicare. Lactan: li. vi. Deniq̄ muta quoq̄ animalia cū fraude capiunt si aliquo se modo in fugā extricauerint fiunt postmodū cautiora. Col. li. iiii. Syluestris ager pręcipue est eligendus qui etsi frutetis aut arboribus obsessus est: facile extricatur ꝙ suapte natura quęcūq̄ gignunt nō penitus nec in profundū radices agunt: sed per summa terrę dispergunt atq̄ deducuntq̄.

¶ Extricabile a quo exiri potest. Cuius contrariū est inextricabile. Ply. lib. xxxvi. Intus labyrinthū inextricabilē: quo si quis improget se sine glomere lini exitum inuenire nequeat.

¶ Extro as. exeo. Nā sicut intrare ingredi est: ita extrare egredi. Afra. Simul limē intrabo: illi extrabūt

¶ Extrorsum: significat extra versus: sicut (illico. introrsum intra versus.

¶ Extruo is. ędifico. Hie. ad Iulianū. Extruis monasteria: multis a te numerus sustentat: et Extruere ordinare. Ci. in Cato. Caret epulis: extructisq̄ mensis frequentibus poculis.

¶ Extrudo is. pe. pro. extra trudo: per vim expingo expello. Ter. in Hecy. Eo amantē inuitū Pamphilū extrudit. Plau. in aul. Nam qua nunc me causa extrusisti ex his ędibus.

¶ Extundo is. extorqueo: vel inuenio. Ver. li. i. geor. Ut varios vsus meditādo extūderet artes paulatim.

¶ Exturbo as. e loco deiicio.

¶ Exubero as. pe. cor. quasi supabundo. Tractū ex vberibus lactātibus. Colu. in pręfa. In aliis mysiaq̄ densa ⁊ glutinosa terra maxime exuberat.

¶ Exupero as. pe. cor. ab ex ⁊ supo: q̄si supersupero.

¶ Exudo as. pe. pro. Emitto. Ply. Est aūt triū generum vnū arbor ipsa exudat humi: mō alterū manat in plaga. Ver. vero li. i. ge. Exudat inutilis humor: dixit pro exudatur. Nō em̄ humor sed terra desudat.

¶ Exugo is. pe. cor. xi. ctū. qd̄ ⁊ Exugeo eo. dr̄ pro extra sugo. Plau. Iam ego me conuertā in hirundinē: atq̄ eorū exugebo sanguinem.

¶ Exuccū per duplex cc. dr̄ qd̄ est sine succo.

¶ Ex vinculis causam dicere: significat vinctū respōdere criminibus.

¶ Exurenę: purgatio quędā domus ex qua mortuus ad sepulturā ferēdus est q̄ purgatio fit per euerriator ez certo gn̄e scoparū adhito ab extra verrēdo dictę.

¶ Exul ab Exilio is. sicut pręsul a pręsilio esse cōuenit vnde ⁊ exiliū est qd̄ analogiā verbi seruauit. Nec obstat mutatio litterę i in u. euphonię cā: ne exil ⁊ pręsil dicatur ꝙ nimis exilis ⁊ incōcinna esset pnunciatio: aut certe ab exulto ⁊ pręsulto sunt in quibus sicut ⁊ in cęteris Insulto resultoq̄ frequentatiuis mutatur i. in u. Nam exulto notū est. At pręsulto apud Liuium lib. vii. Si tu permittis volo ego illi bellua ostendere

quando adeo ferox pręsultat hostiũ signis me ex ea familia ortum quæ gallorũ agmen ex rupe Tarpeia deiecit. Est igitur exul ab exilio ꝛ pręsul a pręsilio. Pari enim modo ista sumi oportet: vt vnde exul: inde ꝛ præsul ꝛ vnde pręsul inde ꝛ exul extra præpositiones capiamus. Nam exul nõ quisqꝫ Aliter em̃ nõ recte dicitur nisi cũ exilierit vnde exultat: facinus ab eo admissum in eum animaduerteret: vt fit, propter aliquid morte dignũ: cuius causa in exiliũ profugit: Cice. pro Aulo Ceci. Exilium nõ est suppliciũ sed perfugiũ portusqꝫ supplicii. Nam qui volunt pœnã aliquã subterfugere aut calamitatẽ eo solum vertunt hoc est sedem ꝛ locũ mutant. Itaqꝫ in nulla nostra lege reperietur apud cęteras ciuitates maleficiũ vllum exilio esse mulctatũ: sed cum oẽs vincula neces ignominiasqꝫ vitant quę sunt legibus constitutæ confugiũt quasi ad arma in exiliũ Qui si in ciuitatẽ legis vim subire vellent: nõ prius ciuitatem q̃ vitam amitterẽt. Exul tamen etiã quis dicitur cũ sit innocens ob suspitionẽ seditionis aut proditionis. Unde Festus inquit Solum aũt quin significet locũ quis dubitet? cum exules quoqꝫ dicanẽ loco patriæ suæ pulsi. Ci. pro domo sua. Hunc tu etiã portentosa pestis exulem appellare ausus es cum tantis sceleribus esses notatus? Et iterũ. Quid em̃ exul: ipsum per se nomen calamitatis nõ turpitudinis.

¶ Exulo as. pe. cor. patria priuatus sum. Et duobus modis dicitur scꝫ de loco in quo exul est: ꝛ de quo eiectus est Ter. in Eu. Nã domo exulo. Hie. ad Paulinum Eschines cũ rhodi exularet.

¶ Exulto as. ab ex ꝛ salto. a. in u mutata significat gestu corporis letitiã exhibeo. Dicimusqꝫ Exulto rebus prospere gestis. Ci. lib. de rep. Est igitur quiddã turbulentũ in hoibus singulis: qd vel exultat voluptate vel molestia frangiẽ. Hie. in prouer. Letantur cũ malefecerint ꝛ exultant in rebus pessimis. Item. Exultare est cũ iactantia gloriari. Ci. in Cato. Annibalẽ iuueniliter exultantẽ patientia sua molliebat. Item est gestu vel dicto iniuriã facere. Verg. lib. v. Exultãtiaqꝫ haurit corda pauor. Item Seuire. Ci. li. iiii. de rep. Quę sanguine alitur: quę omni crudelitate sic exultat: vt vix hoim acerbis funeribus satietur Hęc tamen significata ad idem redeunt: vt Exultare sit supra modũ exilire atqꝫ efferri: ꝛ quasi gestibus saltibusqꝫ affectũ animi ostendere siue ira id fiat siue sæuitia: siue voluptate aut alia animi affectione. Proprie vero exaltare est extra saltare. Verg. lib. iii. Exaltantqꝫ vada atqꝫ æstu miscentur arenę.

¶ Exundo. as. Vide in dictione Abundo.

¶ Exuo is. ab ex ꝛ suo: quasi dissuo ꝛ exoluo. Ver. Extulit exutas tendens ad sydera palmas. Quandoqꝫ spolio. Cui contrariũ est Amicio. Liuius libro primo Primo se agro paterno auitoqꝫ exuisse deinde fortunis aliis. Lactan. libro primo. Exuuntur etiã vestibus flagitante populo. Quandoqꝫ detraho. Vergili⁹ libr. ix. Sic ait illac hiymans humero simul exuit ensem. Quandoqꝫ denudo. Idem magna ossa lacertosqꝫ exuit. Quãdoqꝫ depono. Ci. pro Liga. Nonne humanitatem omnem exuisses.

¶ Exuuię ab exuendo: sicut Induuiæ ab induendo. Et non solum hominũ tegmina aut vestes dicuntur: sed etiã animaliũ. Verg. lib. ii. Geor. Cum positis nouus exuuiis.

De littera F.



Littera a Prisciano inter mutas numeratur ab aliis inter semiuocales eo q̃ a Vocali incipiat ꝛ in seipsam terminetur. Hec alio nomine digamma dicta est: quia duplicis gamma figurã detineat. Ea in latinis tantum vtimur. in grecis vero ph.

F ante A.

¶ Faba: genus leguminis notius q̃ vt a me declareẽ Cuius diminutiuũ est Fabula.

¶ Fabarius a. um. qd ad fabam pertinet: vt insulę fabarię. De quibus Plyn. Insulis quas ob id fabarias appellant: quia scꝫ sponte fabas generent.

¶ Fabalia. Ply. Sed maior pars malunt fabalia maturę sationis q̃ trimestrẽ fructũ eius. Nã siliquę caulesqꝫ gratissimi sunt pabulo pecori. Col. lib. ii. Veteres rusticos plærunqꝫ dicentis audio malle se matura fabalia q̃ fructũ trimestrem.

¶ Fabius a faba cognomẽ eius qui fabã optime serebat. Sic Cicerones Lentuli pisones ꝛ hmõi Fuerũt autem Fabii. nobiles romani ex quibus Idibus februariis vna die trecenti ꝛ sex ad vnũ occisi sunt per insidias a veientibus iuxta Cremerã fluuiũ. Quorũ cędem. Ouid. lib. ii. fas. sic deplorat. Una dies fabios ad bellũ miserat oẽs Ad bellũ missos pdidit vna dies Sed qui primus Fabius dictus est Allobrox q̃ apud flumen Isarã Allobrogũ regem ceciderit.

¶ Fabianus nomen viri propriũ. Fabianus a. um. a Fabius fit. Unde dr Arcus fabianus qui cõstructus est iuxta regiam in sacra via.

¶ Fabatia: a veteribus dicebaẽ gños libi. Ply. Quin et prisco ritu fabatia suę religionis diis in sacra est.

¶ Fabula diminutiuũ a faba. Plau. in Sti. Pro operibus nostris setis cõmodule nucibus fabulis: ficulis Est ꝛ fabula res passim diuulgata etiã si vera sit a fando dicta. Iuue. It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas. Et fabula quę ad delectationẽ et vtilitatẽ inuenta est. Est rerũ nec veratũ nec verisimiliũ: vt q̃ daphne versa sit in laurũ. Apologus nõ differt a fabula: sed tantũ addit: vt præter id q̃ sit res ficta ꝛ nõ verisimilis vt fabula: allegorice tñ aliquid contineat qd ad vitã ꝛ mores ptineat: vt sunt esopi fabulę. Argumẽtum est res nõ vera: sed tñ verisilis: vt sunt argumẽta comœdiarũ. Fabulę scdm ritus ꝛ habitus hoim nominabanẽ. Romanę em̃ togatę dicebanẽ: qr toga romana est. Sic græcas fabulas ab habitu æque palliatas Var. scribit noiari. Togatarũ genera quattuor. Sũt enim togatę quę ptextatę dicunẽ in quibus impatoris negocia agebãt: ꝛ publica ꝛ reges romani vel duces inducunẽ personarũ dignitate ꝛ sublimitate tragœdiis similes. Pretextatę aũt dicunẽ: quia fere regum vel magistratuũ in huiusmodi fabulis acta comprendunẽ. Secundũ genus togatarũ tabernarię dr̃ humilitate personarũ ꝛ argumentorũ similitudine comœdiis pares in quibus nõ magistrat⁹: sed humiles hoies ꝛ priuatæ domus inducunẽ: quæ q̃ oliuę tabulis regerenẽ cõmuniter Tabernarię vocabanẽ. Tertium genus attellanę. Quartũ planipedes: de quib⁹ alibi. Sciendũ est q̃ fabulę nomẽ ab auctoribus fœ. genere proferri solet. Ter. in eunuchũ suã. Iuue. vero masculino protulit. Nec dũ finitus horestes.

¶ Fabella diminutiuũ est a fabula.
¶ Fabulosus a.um. celeberrimũ de quo oẽs fantur. Uel fabulosum dr̃ de quo multa finguntur. Hor. li. i. car. Uel quę loca fabulosus lambit idaspes.
¶ Fabulinus putabatur deus qui pueris primo fari incipientibus pręest.
¶ Fabulor aris. loquor. Hie. Solę cũ solo sponso aut lectionibus sacris: aut sanctis meditationibus secũ fabulamini: vt ipse vobiscũ. Eius ꝯpositũ est Cõfabulor. Ter. Si qñ ad eũ accesserat confabulatũ.
¶ Fabulator qui fabulas edit: vt æsopus.
¶ Faber a faciendo nomen est: id significãs speciale cui adhęret adiectiuũ. Nã est oĩs artifex qui labore corporis aliquod artificiũ facit: vt faber lignarius: faber ferrarius: faber murarius ⁊ hmõi.
¶ Faber a.um. ad fabrũ ptinẽs. Uñ fabrę aduerbium.
¶ Fabre artificiose. Plau. Ut apologiã fecit? Quandoq; fabre. Hiero. in exo. Quicq̃d fabre adueniri põt dedit in corde eius. Et paulopost. Ut scirẽt fabre operari quę in vsus sanctuarii necessaria erant. Veteres affabre pro eo qđ est pulchre dixerũt: sicut infabre fœde turpiter. Pacu. Barbarũ pestem nostris nauib⁹ obtulit noua figura factã cõmissam infabre.
¶ Fabrefacio ędifico: artificiose cõpono. Plau. in casi. Nec fabulã astutiorẽ vllus fecit: atq; vt hęc fabrefacta a nobis. Unde fabrefactũ opus .i. artificiose factũ siue manu artificis.
¶ Fabrico as. ⁊ Fabricor deponẽs pe. cor. in eadẽ significatione pro cõpono. Oui. lib. xiii. met. Crater æneę quẽ iam fabricauerat alcon. Ci. lib. iii. de orato. Capitolii fastigiũ illud ⁊ cęterarũ ędiũ nõ venustas: sed necessitas ipsa fabricata est. Transfertur etiã ad animũ. Curtius. Multa interea fabricatus ingenio quomodo auertere inde hostem posset.
¶ Fabrica proprie fabri lignarii officina q̃uis et de aliis officinis dicatur. Ponitur etiã pro arte ⁊ fabricatione alicuius rei. Unde ⁊ ædificiũ fabricã dicimus et machinationẽ. Plaut. Nunc hoc consiliũ capio et hanc fabricã apparo vt filias dicas tuas.
¶ Fabrile pe. pro. qđ est fabri: siue qđ ad fabrũ pertinet: vt opus fabrile. Hor. Qđ medicorũ est tractant medici tractant fabrilia fabri.
¶ Fabricius nomẽ romani ciuis frugalissimi qui in tenuissimo censu samnitũ munera forti aĩo spreuit. Hic norma paupertatis ⁊ exemplũ apud romanos qui patellam ⁊ salinũ: ex argento tantũ colendorũ deorũ causa domui habuit: ita tñ vt patella corneo pediculo sustineretur. Cuius filiæ ob paupertatẽ de publico dotibus donatę ad maritos ierunt portãtes gloriã domesticã pecuniã publicã. Hunc Pyrrhus epirensis nullo auro: nullis pollicitationibus expugnare potuit vt secũ esse vellet ac proximũ a rege principatum obtineret. Qui dixit pyrrho: nõ hoc illi conducibile esse: nam si epirote inquit ambos nos norint a me regi q̃ abs te mallent. Higi. in li. de viris illustrib⁹ scribit legatos samnitũ obtulisse dono Caio fabricio grandẽ pecuniam. Tum fabriciũ planas manus per oĩa fere corporis membra deduxisse: ⁊ legatis ita respõdisse. Dũ illis oĩbus membris q̃ attigisset imperare posset nunq̃ quicq̃ defuturũ: ⁊ ita pecuniã repudiauit.
¶ Fabrateria oppidũ cãpanię a quo fit Fabraternus.
¶ Facio is. ci. factũ. Cui⁹ passiuũ facior apđ veteres in vsu erat. vnde etiã compositũ cuz ad con. de. ex. an. ob pręper. re. ⁊ sub. Plærũq; fit actiuũ: vt Afficio or. Conficio or. Deficio pro derelinquo deficior. Efficio or. Inficio or. Unde res infecta dr̃ .i. nõ facta. Officio or. Proficio or. nõ inueni sed proficitur impsonale vsus est. Sta lib. iii. the. proficitur bello. Præficio or. Reficio or. Sufficio or. Sciendũ est q facio in cõpositione cũ retinet a tam in secũda ⁊ tertia persona q̃ in prima accentũ sup fa. syllabã seruat q̃uis a breuis sit: vt benefacio is. Malefacio is. Fabrefacio is. Madefacio is. Pinguefacio is. Assuefacio facis. Cal: fio. Candefacio. Excandefacio. Condocefacio. Commonefacio Frigefacio. Feruefacio. Cõsuefacio. Tepifacio. Dissuefacio. Mansuefacio. Orbefacio. Stupefacio. Satisfacio. Uacuefacio. Patefacio. Ignefacio. Ambrefacio. Congelefacio. Putrefacio. Pudefacio. Labefacio. Expergefacio. Torrefacio. Rorefacio. Nigrefacio: et si qua alia repiantur. Quę tamen habent e ante f indifferentẽ: præsertim quando verba cũ quibus componitur facio: sunt secunde cõiugationis. Hor. in Ser. In nostris iugulo ferrũ tepefecit acutũ. Catul. Alta tepefaciet permista fulmina cęde. Est aũt Facere proprie in opere esse .i. qui rei quã facit faciẽ quandam imponit. Unde a faciẽdo facies dr̃. qui eñ facit vas: vasis faciẽ illi imponit. Qui vestimentũ vestimẽti faciem. Interdũ sumitur pro Recipere: vt facio stipendia Pro exhibere. Ci. pro Murę. Nolite a sacris patriis iunonis sospitę cui oẽs consules facere necesse est domesticũ. Pro scribere .i. cõponere. Unde. Do. in Ter. Facit qui materiã cõponit: vt Menander. Pro æstimare. Ply. lib xxix. Sed hoc ipsum mercede faciunt: vt fides iis sit ⁊ facile disperdantur. Plau. in Cur. Migrare certum iam nunc e fano foras quãdo æsculapii ita sentio sententiã vt me nihili faciat: nec saluum velit. Sic dicimus. Magnifacio. paruifacio. tantifacio: qđ est summe ęstimo: nullius ęstimo: tanti ęstimo. Iungitur [illegible] grũs Lucri: sed nõ in hoc significato. verum in suo vt Lucrifacio. Plau. in Persa. Nõ ędepol nauis trecentis cara est. Fecisti lucri: qđ exponi potest. Fecisti multũ lucri. Similiter Sumptifacio .i. in aliqua re emenda sumptũ facio. Idem. Si nũc me suspendã meã operã luserim: ⁊ pręter operã restim sumpti fecerim. Passiuo etiã fio Ci. vsus est Tironi scribens: quantã diligentiã in valetudinẽ tuã cõtuleris tanti me fieri a te iudicabo. Nec cõposita sunt cũ multa ex his aperte diuisa sint. Plaut. in Cur. Respicio vos nihili meã gratiã facere. Idẽ in Cur. Minas ego istas flocci nõ facio tuas. Ci. Cecinę. Utebar familiarissime Cęsare. Pompeiũ faciebã plurimi. Transfertur hoc verbum facio ad oĩa. Nam ⁊ facere verba dicimus id est loqui. Facere iter id est ire. Facere terrorẽ id est terrere. Facere aliquẽ certiorẽ reddere alicui⁹ rei indubiũ. Facere gratũ. Facere ludos. Facere solennitatẽ. exhibere. Facere vrinã meiere. Facere sordes: sordescere. Facere pediculos: emittere. Facere copiam: potestatẽ prębere. Facere lucrũ lucrari. Facere etiã pati est: vt feci iacturã: damnũ naufragium. Item Facere sacrificare. Uerg. Cum faciã vitulã pro frugibus ipse venito .i. cũ sacrificabo. Plau. Plenam faciã tibi fideliã. Item Conuenire. Mar. Nõ facit ad sęuos ceruix nisi prima leones. Item Prodesse. Plyn. Hoc ⁊ tussi facit. Item rem obscœnã facere. Plautus Mauult ancillę facere q̃ liberę. Itez Tacere. Teren. in adel. Ah minime gentiũ nõ faciã. Quod Do. exponit. Non tacebo quasi tacere aliquã actionẽ habeat. Sed moralis significatio est et communis omnibus.

Cum isto [illegible] plurimi at qui [illegible]

Sicut aduocatū dicimus malefecisse cū tacuerit: pertinet ⁊ ad pecuniā quę fieri dr. Sal. Quę pecunia ad hispanense bellum metallo facta erat. Facio iniuriam iniuste facio. Ter. in Hecy. Et facis iniuriā cū fingis fabulas causas ad discordiā. Denicꝫ facere vt papinianus inquit oēm oīno faciendi causam complectit̃: dandi: soluendi: numerādi: iudicandi: ambulādi: reddendi. Unde qui ociosus sedet si rogetur quid faciat recte respondere poterit se nihil facere: quādo quidē ociosus est. Recte etiā se sedere: quoniā ⁊ sedere ipm aliquid facere est: vt iacere nauigare quiescere. Faciā vt te plurimū amem. i. plurimū amabo. Faciā vt tibi prosim id est tibi prodero. Fac te esse qui sum. i. finge te esse me. vel pone te loco mei. Facto opus est fieri opus est. i. factu. Dici opus est dicto opus est pro dictu. Quo modo eñ infinita rem verbis significāt: sic hec pticipia pro infinitis verbis ponunt̃ ⁊ significant passionem. Supina in u magis significāter nīatiuo iunguntur: vt nec dictu facilis: nec visu effabilis vlli. Factum iri audio illi iniuriā significat ad contumeliā faciendā operā dari quo fiat iniuria. Item factū itur mihi contumelia. Cato pro se contra Casium. Atcꝫ euenit ita quirites vt in hac contumelia quę mihi propter huiusmodi petulantiā factū itur rei quocꝫ publicę mediusfidius miserebar quirites. A facio. Item fiunt verba primę coniugationis in co terminata quę prope infinita sunt: vt Sacrifico: magnifico: deifico. clarifico: ędifico: viuifico: mortifico: iustifico: falsifico et huiusmodi.

¶ Facesso is. cessi. scđm Prisc. facessitū: scđm alios facessum: scđm alios nō habet supinū. Et significat ad faciendū eo: vt Uiso ad videndū eo. Verg. Haud mora continuo matris pręcepta facessit. Interdū Facessere est discedere. Nec mirum. Altera eñ significatio alterā gignit. Nā ⁊ qui ad faciendū quicꝫ it discedit vt id faciet. Hinc vulgo dicitur. Abeat facere facta sua. Teren. in phor. Dic quid velis dari tibi in manū vt herus his desistat litibus. Hæc hinc lacessat. id est sua curatū abeat. Dona Facessat pro hinc se faciat. i. abeat. Ci. in Horten. Facessant igitur qui docere nihil possunt: quo melius sapientiusꝙ viuamus. Interdum significat exhibere seu inferre. Nec tñ a significatione sua faciendi recedit. Ci. Apio pul. Cū est nobis allatum de temeritate eorum qui tibi negocium facesserēt. Huius passiuū protulit pro. Clu. Sed hoc omnibus sicut facessitur negociū.

¶ Factito as. pe. cor. sępe facio. Col. lib. ii. offi. Hæc apud maiores nostros factitata. Facto debet esse frequentatiuū a facio: sed pro eo vtimur. Factito.

¶ Facturio is. pe. cor. facere desidero. Quod nōnulli ad rem venereā transferūt. Plau. Facturit postꝙ ancillam aspexit: hoc est coire cupit.

¶ Factor nomen verbale qui aliquid facit: vt cū dicimus deum factorē cœli ⁊ terræ. Interdū dicitur qui vinum: vel oleū: vel quid simile facit. Similiter qui alterius manualia negocia gerit: vt qui fruges domuꝫ vehit. Cato. Lectū stratum vbi duo custodes liberi cubent: ⁊ tertius seruus vna cū factoribus vbi cubet. Idem. Leguli volunt vti olea caduca ꝙ plurima sit quo plus legat̃ factores vt in tabulato diu sit vt fracida sit quo facilius efficiant. Inde Factus.

¶ Factus us. ⁊ Factū dicebant qđ vno tempore conficerent: quem alii centum quadraginta modiorū. alii centum viginti.

¶ Factum res gesta. Verg. Fortia facta patrum.

¶ Factura ę. compositio rei quā facimus.

¶ Factitius a. um. quod de aliqua re fit in aliā. Plyn. lib. xii. Ergo in vtracꝫ gente bina laudaui genera terrenum ⁊ factitiū. Factitiū etiā dicitur ab alicuius similitudine factum. Unde factitia verba quę ab alicuius vocis similitudine facta sunt: vt balantes a balando oues dicuntur.

¶ Facinus pe. cor. a facio deducitur ⁊ modo factū significat: vt apud Sallu. Qui aliquo negocio intenti pręclari facinoris: aut bonę artis famā quęrūt. Modo scelus. Ci. li. iii. off. Ab hoc nulla fraus: nullū facinus aberit.

¶ Facinorosus scelestus ⁊ flagitiosus.

¶ Facilis pe. cor. dr sine labore: vt hæc res facilis est factu. Cuius contrariū est difficilis: quę nō sine labore fieri potest. Et difficiles terrę dicūtur ꝗ nō sine labore fructū producūt. Ver. Difficiles primū terrę collesꝙ maligni. Aliqñ facilis dr exorabilis ⁊ ad ignoscēdum paratus: vt faciles venerare napęas.

¶ Facile aduerbiū sine labore: vt nō facile dici potest. Est etiā confirmātis aduerbiū ⁊ significat haud dubie: liquido certo nullis aduersantibus: vt Cæsar illius ciuitatis facile princeps. Ci. Quę mea sentētia in senatu facile valuisset. Et iunctū cū nōie exigit superlatiuū: vt facile doctissim⁹. Iungitur etiā nōibus quæ diuersitatē significāt vt facile dissimilis. Et verbis cū præ cōpositis: vt facile pręstat. Qñcꝫ significat libenter: vt facile patior me a te laudari. Antiqui tñ Faculter ⁊ facul pro facile dixerunt.

¶ Facilitas habitus est quo quis aliquid facile facit vel facilis est ad faciendū aliquid. Et facilitas exorabilitas seu indulgentia. Ter. in Hecy. Et si ego meis me oībus scio etiā apprime obsequentē: sed nō adeo: vt facilitas mea corrumpat illorū animos.

¶ Facultas proprie facilitas agendi: vt nō est mihi facultas adeundi pontificē. Cuius cōtrariū est difficultas. Aliqñ facultas sumit̃ pro opibus: qm̃ cum diues quis existit facile qđ vult agit. Petronius. Quisquis habet nummos secura nauiget aura Fortunāꝙ suo temperet arbitrio. Multa loquor: quoduis nūmis pręsentibus opta. Et veniet: clausum possidet arca iouē. Aliqñ pro ptāte ⁊ vi. Ply. Si mihi facultas daretur: vtrū mallē eligēdi. Et facultas est vis quædā ꝗ facit: vt id facilius fieri possit qđ de vnaquacꝫ arte ꝑcipitur. Est eñ gñs oīm artiū: q̃ sic diffiniri pōt. Dialectica ē facultas differendi. Rhetorica est facultas dicendi: ⁊ sic de aliis: qm̃ per eas facile instruimur.

¶ Factio ab initio honestū vocabulū. Unde factiōes histrionū ⁊ quadrigariorū dicebant̃: nunc nōie factionis seditio ⁊ arma dicunt̃. Nā est diuisio ciuium in diuersa cum aliqui se principes facere in ciuitate conantur: inter quos est ęmulatio. Et qui eos sequunt̃ factiosi appellantur: quia scꝫ affecti sunt ad factionē. id est discordiā ⁊ seditionē. Tertulianus in Apologetico. Cum probi cū boni congregant̃ nō est factio dicenda sed curia. Interdū factio capit̃ pro opulētia ⁊ auctoritate alicuius i ciuitate. Plau. in aul. Istas magnas factiōes: dotes dapsiles: nihil moror. Quattuor apđ antiquos fuerūt factiones. Veneta: prasina: alba. rosea: a coloribus nōiatę. Cassiodorus quattuor colores harū factionū cū partibus anni quaternis assimilat Prasinus virēti veri dicatus erat. Roseus flāmeę estati. Venetus nubilę hyemi. Albus pruinoso autūno. Sueto. scribit. His addidisse Domitianum duas

alteram aurati: alterã purpurei panni. Hę ꝑ pernicitate cursus inter se decertabant fauoreq̃ populari siue imperatorio ex his ꝓualebat vna.

¶ Facies ꝛ vultus differũt: ꝙ vultus voluntas sit quę pro motu animi in facie ostendit. Uide Ser. Uultus est voluntatis indicium qui pro voluntatis varietate mutatur. Verg. Spem vultu simulat: pręmit altũ corde dolorẽ. Inde etiã cœli ꝛ terrę vultũ appellamus: quia mutari cõtingit. Facies vero ipsa species. Sal: Prorsus in facie vultuq̃ vecordia inerat. Sumitur tñ facies ꝓ totius corporis forma: vt Do. in Eu. Teren. exponit. O faciẽ pulchrã. Faciẽ modo nõ partem corporis dicit. Sed totã speciẽ q̃ apparet ꝛ cernit̃. Ut enim ab aspectu species: a fingendo figura: ita a faciẽdo vel a factura corpis ð facies. Plau. in penu: Sed earũ nutrix qua sit facie mihi expedi. Statura nõ magna: corpore aquilino: ipsa est. Neq̃ solũ de hoĩbus ð sed ꝛ de litteris: vt Egregia litterarũ facies De montibus: de mari: ꝛ de cęteris quoq̃ rebus cũ sit ingenitus cuiusq̃ rei aspectus haud facile mutabilis. Inde superficies nõ discrepans a facie ð facies: vt facies maris. Sal. li. ii. histo. Sardinia in aphrico facie vestigii humani in occidentẽ q̃ in orientẽ latior. Idem. Quibus rebus permota ciuitas atq̃ imutata vrbis facies erat. Dicimus tñ cõfusę facie fœdata ꝛ vultu fœdato Nõnq̃ etiã facies ꝓ specie ð. Uer. Quę scelerũ facies o virgo effare Antiqui vt notauit Gelli⁹ declinabãt. Hęc facies huius facies vel facii pro faciei.

¶ Facetus a fando deduci videt̃: et is videt̃ qui verbis facit qꝺ vult. Est eñ elegans in dicendo nõ tantũ circa ridicula. Cũ dicat Horatius. Facetũ catoni genus natura cõcessum esse. Vergilio decens: sed exculte cuiusdã elegãtię hęc appellatio est quo facete aduerbiũ perelegãter vrbane. Quidã a faciẽdo deriuãt: vt is sit qui gestibus aut verbis ita aliũ imitat̃ vt se illũ (facit.

¶ Facetię sũt quasi delitię quędã sermonis ꝛ dicta vrbana sine scurrilitate: quæ etiam in factis intelligi possunt.

¶ Facundus disertus a fando: qui ea q̃ mente concepit ad audiẽtes facile atq̃ ornate profert. Hinc facundia q̃ est facultas differendi cũ gratia.

¶ Facula pe. cor. parua fax incisus fustis. Fit aũt ex piceis arboribus pręcipue: siue ex arundinibus aridis. Est aũt diminutiuũ a fax.

¶ Facularii dicunt̃ qui faculas gestant.

¶ Fæx. per æ diph. vt Apul. docet: ꝛ tam masc. q̃ form. generis est. Et hoc vt differat in datiuo a pcto verbi facio. Et est Excrementũ cuiuscũq̃ rei. Cuius diminutiuũ est Fęcula.

¶ Fęculentus a. um. qꝺ est fæcis plenum.

¶ Fęcatum vinũ qꝺ e fęcibus expressuꝫ est inquit Cato. Hoc est qꝺ inter vina operaria numeratur: cũ sit aquatũ. Unde ꝛ defęco as fæce purgo.

¶ Fęcutinus a. um. pe. pro. similiter a fęce fit. Gel. eas finitiones pręrancidas: neq̃ fæcutinas grãmaticas spectaueris: sed aurẽ tuã interroga quo quid loco cõuentat dicere.

¶ Fęcinię vuę dictę sunt: quę plusq̃ cęterę fæcis afferunt: falso noie a colore Rubellanę vocantur.

¶ Fagus. Uide in dictione Phagus. Φαγος

¶ Falę turres ligneæ ob altitudinẽ dictę a fando: qꝺ thusci cœlũ vocabant. Quidã tñ per ph. scribunt. Unde et Phalarica: de quo loco suo.

¶ Falx. a farre. littera cõmutata. Falces in campania nia fęculę dicunt̃ a secando. Et alię fœnarię alię adorex: alię dumarię q̃ et Sirpulę a sirpando. i. alligãdo: quibus secant dumeta. alię Dumarię

¶ Falcicula diminutiuũ parua falx.

¶ Falco as. Unde ꝛ Defalco: amputo siue tollo.

¶ Falcidia: lex q̃ amputat legata: quãdo saltẽ quarta pars bonorũ nõ superiit hęredibus.

¶ Falcito as. pe. cor. falce cędo. Aug. in psal. Adduxisti me ad vineã vt falcitẽ illam ꝛ amputem.

¶ Falcarius a. um. qꝺ ad falcẽ pertinet: vt cotes falcarię quibus falces acuuntur.

¶ Falcarii: qui falcibus vtunt̃. Ci. lib. i. inuectiuarũ contra Catil. Dico te prima nocte venisse inter falcarios: quẽ locũ exponens Pris. ait inter falcarios. i. in locum vbi sunt falcarii.

¶ Falcatus a. um. qꝺ formã falcis habet. Plyn. lib. x. de Gallo loquens. Ipsum vero cantũ plausu laterum in sublime quoq̃ caudã falcatã erigens. Rursus falcatum ð falcibus instructũ. Unde falcati currus dicti sunt. Macro. inducebat etiã currus cũ falcibus ꝛ elephantos cum turribus.

¶ Falco auis: cuius digiti pollices intus sunt curuati a similitudine falcis itaq̃ ð falco non falcatis vnguibus: Sed ꝙ ꝛ rostro: ꝛ alis ꝛ tota falcata sit in rapinam: sicut accipiter: qui grȩce ð ιεραξ ιερακος κοιρως αλλα πουγικως ιρηξ est eñ auis sacra augurio et ideo ð accipiter quasi auis accepta ter. affert eñ ꝛ nunciat optimũ augurium rebus agendis volatu in sinistrã: idcirco gręci auem sanctã et sacram appellant vel accipiter: ꝙ acciperet Juppiter ab illa tam bonũ auguriũ: oẽs eñ sunt fœminæ: tamen masculinę declinantur ꝛ qui vulgo dicuntur moscardini sunt mares: ita errorẽ deprendit posterior ętas vt affirmant principum aucupantes.

¶ Fallo is fefelli. falsum. decipio a fando deductum verbũ vt inquit Uar. ꝙ contra q̃ diximus decipiam⁹ Ponitur ꝛ pro lateo. Liui. Speculator carthaginensis qui per biennũ fefellerat Romę deprensus pcisis manibus dimittit̃. Huius compositũ est refello.

¶ Fallax inquit Aug. lib. ii. soli. is recte ð cuius negociũ est: vt quisq̃ fallatur: vel qui habet quandã fallendi appetentiã.

¶ Fallaciter aduerbiũ: significat causa decipiendi.

¶ Fallacię dicũt verba ad fallendũ cõposita. Inde fallaciosus a. um qꝺ est plenũ fallaciis. Gel. Ueterũ testimonia quibus hmõi ambages fallaciosę ꝯfutantur.

¶ Falsarius: qui decipiẽdi gr̃a scripta publica falsifi-(cat.

¶ Falsidicus pe. cor. ꝛ falsiloquus qui falsa loqui consueuit: sicut Ueridicus qui vera fari consueuit. Verg. lib. i. geor. Solem quis dicere falsum audeat. i. fallacem. Participiũ vero passiue sumit̃. Ter. in An. Falsus es. i. deceptus. Falsus tñ tutor dicit̃ qui nõ est tutor: sicut falsum est testamentũ qꝺ nõ est testamentũ. Falsus liber improprie dicitur mendosus. Recte aũt falsum iudiciũ: falsa sententia. falsum nomen pro nõ vero nõ ꝙ fallendi gratia dicta sint: sed ꝙ hominũ opinionẽ fefellerint

¶ Falsum habere est fallere. Sal. in Jug. Neq̃ ea res me falsum habuit.

¶ Falso aduerbiũ: nõ vere. Sal. Falso querit̃ de natura sua genus humanũ.

¶ Falso as. falsum facio. Au. li. v. con. Cũ dicerẽt scripturas noui testamẽti falsatas fuisse a nescio quibus

¶ Falernus regio Cãpaniæ vbi colles vitiferi sunt.

Varro. Quid in italia vtensile nō modo nō nascit̃ sed etiā nō egregiū nō sit? Quod far compandū cāpano? Quod triticū Apulo? Qđ vinū falerno? Qđ oleum Uelafrano? Pro vino vero ꝛ mas. ꝛ neu. gn̄is est. Martia. Absinata bibis vina falerna. Tib. Nunc mihi fumosos veteris ꝓferte falernos.

¶ Fallonia: est culpa iniuria propter quam vasallus amittit feudū noīa barbara:

¶ Falisci populi etrusci fuerunt quorū oppidū Falerii vocabat̃. Oui. Adde senē iunoni colosq̧ faliscos. Ibi fuit vrbs mons faliscorū dicta: quā nunc corrupte Montem flasconē appellant. Est ꝛ faliscus venter nō dissimilis lucanicæ inuentus primo in faliscis. Papi. lib. iiii. syluarū. Nō lucanica nō graues falisci.

¶ Fama a fando dictio media. Est eñ quicqđ de aliquo diuulgat̃: siue in bonū: siue in malū. Verg. lib. iiii. Neq̧ eñ specie famaue mouet̃. i. infamia vt exponit Nonius. Fama etiā dr̃ de re inueterata firmataq̧ in hoīm opinione q̄uis incerta. Mar. Quicqđ Fama canit donat arena tibi. Ouid. Fama est olim Iouem in imbrem aureū cōuersum puellę in gremiū descēdisse. Interdū dr̃ opinio. Ply. Huc eū liberalitatis tuę famę ꝑduxerat. Interdū Laus ac celebritas: vt fama scipionū: Fama camillorū. Verg. Sum pius Aeneas fama sup̄ ęthera notus. A fama Diffamo ꝛ Infamo deducunt̃: de q̄bus alibi. Famella diminutiuū.

¶ Famosus a um. tam in bonū q̄ in malū. In bonum Iuue. Famosos equitū cū dictatore magistros. Hie. de Iudith. Hæc erat in oībus famosissima q̄m timebat deū valde: nec erat qui diceret malum verbū. In malū. Ci. lib. ii. de orat. Ne ad famosas vetuit mater accedere. Sal. Largitionē famosam impudentemq̧.

¶ Famiger pe. cor. qui fert famā. Famigero as. diuulgo. Famigerabilis diuulgandus.

¶ Famen: locutio ꝛ sermo a fando dictū: vt illud. Ne leui saltē maculare vitā famine posset,

¶ Fames edendi cupiditas a φαγω edo. Et differt ab inedia: q̄ fames ē semꝑ cū appetitu edēdi: inedia etiā sine appetitu: vt in ęgrotis. Un̄ melius inedia dr̃ abstinentia vel impotētia comedendi. nō comestio:

¶ Fameo es. ex quo Famesco is.

¶ Famelicus pe. cor. a fame ꝛ edendo dictus est qui fame laborat.

¶ Famelicosus: qui frequēter famelicus est. Unde famelicosam turtum palustrē veteres vocabant.

¶ Familia in res ꝛ in personas deducit. In res vt in lege. xii. tabularū. Agnatus ꝓximus familiā habeto Ter. in heau. Decē dierū vix mihi est familia. In personas aūt natura aut iure sub vnius potestate subiectas: vti filios nepotesq̧ ꝛ deinceps seruitutes quoq̧ appellatę sunt familia. Uar. Si ab fundo longius absunt oppida aut vici fabros ꝓcurent quos habeāt in villa sic cæteros necessarios artifices ne de fundo familia ab opere discedat ac professis diebus ambulet feriata potius q̄ opere faciundo agrum fructuosiorē reddat. Unde ꝛ paterfamilias ꝛ materfamilias. Hoc autem nomen primo a famul deinde mutatione litteræ u in i familia dicta pro ipsis seruis: deinde paulatim inualuit vsus vt etiā liberi familię noīe ꝛ quicūq̧ in eadem domo viuerent cōprenderent̃. Posthęc ad eos quoq̧ translatū est qui ex eadem sunt cognatione vt Cęsarū familia Scipionū familia. Unicus vero seruus familiæ noīe nō continet̃ nec duo faciunt familiā

¶ Familiaris: quando adiectiuū est significat quod ad familiā pertinet. Unde familiaria negocia: res familiaris: res domestica. Ci. Et si negociis familiaribus et cæte. Quando vero est substantiuū significat amicum nobiscū versantē ꝛ diuturna cōsuetudine nobis astrictum quasi in eadē familia nobis coniunctū: q̄uis etiam familiaris dicatur ꝛ proprie de eo qui ex eadē familia est. Ci. ad Q. fratrē Aesopi tragœdi familiaris seruus tibi notus aufugit.

¶ Familiaria dicunt̃ sepulchra quę quis sibi ac familiæ suæ cōstituit: sicut scribit iurecon. de religiosis.

¶ Familiaritas consuetudo ipsa.

¶ Familiariter domestice ad similitudinē familiaris. Familiariter fero. i. grauiter ꝛ moleste. Nā quæ sunt nobis familiaria: ea aīo nostro sunt chara. Teren. in An. Huius mortē tam fert familiariter

¶ Famulus qui ꝛ famul. originē habet ab oscis populis apud quos seruus famul dicebat̃. Unde ꝛ famulor aris. qđ est seruio tanq̄ seruus. Cice. lib. ii. de repub. Est eñ genus iniustę seruitutis cū ii sūt alterius qui sui esse possunt. Cū aūt hi famulantur.

¶ Famulatus us. Famulitas ꝛ Famuletiū pro seruitute. Ci. Qui aliquandiu ꝓpter ignorantiā stirpis et gn̄is in famulatu fuerint. Uar. Apud ignauū dominū duro famuletio astrictus. Dicitur etiā Famuletium seruorū copia. Macro. Unus e famuletio cui ꝓuincia erat admittere volentes dominū cōuenire.

¶ Famulanter aduerbiū a famulans signi̾ suppliciter.

¶ Famularius a. um. qđ ad famulū ꝑtinet. Unde verba famularia dicta sunt. quia infinitis famulari videntur. Quæ sint famularia verba. Uide in dictione Incipio.

¶ Fanū templū a faunis diis qui solent diuinare: vt ait Martianus capella: vel a fauno qui auctore probo grāmatico primus conditor fuit. Festus a fando q̄ pontifex in dedicatione templi certa verba pręfari solet. Hinc profanus. Sunt tñ qui hoc nomē per ph. scribant απο του φανερου: qđ significat manifestū: q̄ e phano respōsa dabant̃. Hinc ꝓphanus a um.

¶ Fanū piceni amœnissima seu Umbrię vrbs in littore Adriatico inter Pisaurū ꝛ Senogalliā nō longe a Metauro amne situm: sic dicta q̄ in ea pulcherrimus fortunę templū fuerit.

¶ Fanaticus pe. cor. insanus dr̃: q̄m sacerdotes cum responsa dabant furore pleni insanire videbant̃ se cōcutientes. Nā apud auianū quęrit̃ si seruus inter fanaticos nō semꝑ caput iactaret ꝛ aliqua ꝓfatus esset an nihilominus sanus videt̃. Dicitur ꝛ fanaticus qui fano pręest: aut fani custos. Iuu. Et crine senex fanaticus albo Sacrorū antistes.

¶ Fanaticus sinus vulgo dictus. Uide in di. Phans

¶ Fanesii populi in oceano septētrionali qui (tes. vt auctor est Ply. lib. iiii. tam grandes habent aures vt eorū nuda corpora tegantur.

¶ Far farris apud veteres de oībus frugibus dicebatur quia id ferret terra: vel a frangendo: seu a faciendo q̄ in pistrino fiat. Nā apud antiquos molarum nō erat vsus: sed frumentū in pila missum frangebāt: vocabantq̧ Adoreū ab adolendo. i. sacrificādo. [illegible] lib. ix. Post hęc cauea cum matre claudendi sunt: ꝛ farre hordeacеo cum aqua incocto: vel adoreo farre vino asperso modice alendi.

¶ Farraca pe. pro. dicuntur cibaria e farre.

¶ Farreū gn̄is libi ex farre factum. Ply. None nuptę farreū ꝓferebāt. Farreū quoq̧ veteres horreū a farre

sicut granariũ a grano: & hordeũ ab hordeo.

¶ Farreatio gñs sacrificii qđ fiebat farreo libo quoties nuptię conficerent. Hęc etiã confarreatio dicebatur. At cum dissoluerentur matrimonia diffarreatio dicebatur.

¶ Farrago pe. pro. a farre. Et id est qđ ex multis satis vt hordeo vicia & leguminibus fit pabuli cã. Var. Inde ꝙ far ferro cęsum farrago dictũ: aut ꝙ primũ in farracea segete seri cœptũ sit. Vel đr a farciẽdo: hoc est saturando. Diuersarũ quoq₃ rerũ cõmixtio farrago dici potest. Iuue. Quicqđ agunt hoĩes votũ: timor: ira voluptas: gaudia: discursus nostri est farrago libelli. Persius. Autẽ farraginẽ ꝓ farre vel frumẽto posuit cũ inquit vappa lippus & in tenui farragine mendax.

¶ Farina a farre: vt lib xviii. Ply. docet denominata est. Ideo per duplex rr scribi deberet. Verũ apud poetas prima corripit. Mar. Pascitur & dulci facilisq₃ farina gallina. Ouid. de medicamine faciei. Nã quę puluereæ fuerint confusa farinę.

¶ Farinaceus a. um. qđ factum est ex farina.

¶ Farinarius a. um. qđ ad farinã pertinet. Plyn. lib. xviii. Farinario cribrũ succernunt.

¶ Farinariũ locus vbi seruatur farina

¶ Farcio is. farsi fartũ. saturo: quasi farre impleo: et per translationẽ sagino: pinguefacio. Col. lib. ix. Hęc enim feræ cõmunis est cura farcientiũ. Nã illi qui volunt nõ solũ opimas: sed etiã teneras auis facere mulsea recente aqua prædicti gñis farinã conspergunt: & ita faciunt. Huius verbi cõposita sunt Cõfercio: Effercio: Infercio: Offercio: a quo offertissimũ pinguissimum. Plau. Sine sacris hęreditatẽ sum adeptus offertissimã: & Refercio.

¶ Farcimen pe. cor. intestinũ varie ac minutim concisa carne refertum.

¶ Fartores qui farcimina faciunt ex insecta carne et adipe & hmõi. Ter. in Eun. Cupidinarii oẽs: cetarii: lanii: coqui: fartores.

¶ Fartilia: quibus implent ea quę decoquunt. Plyn. Iecur anserinũ fartilibus crescit mira magnitudine.

¶ Fartum esca qua quid farcitur: vel fartũ est. Colu. lib. iii. Semper ꝓderit simulac folia agere cœperit ficus rubrica amurca diluere & cũ stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorẽ fructũ & fartum fieri speciosius & plenius.

¶ Fartura fartum est: siue actus modusve farciendi. Idem lib. ix. Sed si fastidiet cibũ: totidẽ diebus minuere oportet quot iam farturę ꝓcesserint.

¶ Faran oppidũ trans arabiã iunctũ sarracenis qui in solitudine vagi errant.

¶ Farfarus siue far far syrię fluuius in radicibus libani montis emittit: et per Antiochiã fluẽs in syriaco miscet mari. Hic tantus fertur vt trãsiri vado nõ possit. Farfarus etiã dictus ẽ fluui⁹ qui ꝑ sabinos trãsit. De quo Oui. Et amœnę farfarus vmbrę. Alio noĩe đr fabaris pe. cor. Ver. li. vii. Qui tybrim fabarimq₃ bibunt.

¶ Faris vel fare fatur fatus a fero deductũ est. Nihil enĩ aliud est ferre ꝙ̃ fari. i. loqui. Qđ etiã significationẽ passiuã habere inuenit. Sue. Pretorum fasti, dies sunt q̃bus ius fatur. i. đr: vt nefasti quibus nõ đr. Huius verbi prima ꝑsona debet esse for: vt inquit Prisc. Eius conposita sunt Effaris: extra loqueris. Affaris ad aliquẽ faris. Cic. in Cato. Licet mihi hisdẽ versibus affari te attice: q̃bus affat flamineũ ille vir. Præfaris ante loqueris. Col. in pręfa. Quas ordine suo tunc demũ persequar cũ pręfatus fuero: quę reor ad vniuersam disciplinã maxime ꝑtinere. Profaris vltra faris. Verg. Tum breuiter dido vultum demissa profatur.

¶ Fas gtĩ nõ habet: & a fando deducit. Nam si faris seu fatis: fassisve dicamus aliud significare potest. Et fas quidẽ piũ & religiosum & fari dignũ đr. Et ad deos refertur: sicut iustũ ad hoĩes. Verg. Fas & iura sinunt id est diuina & humana iura ꝑmittunt. Cuius contrarium est nefas: qđ est impiũ & execrabile.

¶ Fascia genus ligaturę qua pueri vel aliud quid ligari solet. Et ꝓprie pro tegumento crurũ pedũq₃ fascię poni consueuerũt. Ideoq₃ crurules pedulesq₃ dicuntur. Ulp. Fascię crurules pedulesq₃ vestis loco sũt quia partẽ corporis vestiunt. Scribit Plyn. lib. viii. mures portendisse exitiũ carboni imꝑatori arrosis fasciis quibus in calciatu vtebat. Item fascię dicũt zonę siue plagę. Vide in fascęs. Col. lib. vii. Recte genibus applicant ac fasceis circundant. Martia. Orbis terrę in quinq₃ zonas siue melius fascias discernit. Aliquando ponit pro nube in modũ fascię cœlũ procurrẽte. Iuue. Nil fascia nigra minatur.

¶ Fasciola diminutiuũ parua fascia.

¶ Fasciari est fascia ligari. Spart. de Antonino pio: Sed cũ esset longus et senex incuruatusq₃ tiliaticiis tabulis in pectore positis fasciat: vt rectus incederet

¶ Fascis lignorũ aut alterius cuiusq₃ rei cõgeries q̃ ligando fit. Per translationẽ qñq₃ ponitur pro onere. Nã fasces lignorũ seu aliarũ rerum graues sunt portãtibus. Verg. Ego hoc te fasce leuabo. Sed qm̃ lictores cũ fascibus virgarũ securib⁹ alligatis ad terrorẽ pręire solebant cõsules: & alios magistratus factum est vt fasces numero plurali sumant pro magistratib⁹ et honoribus qui a populo præstant: quia aut. xii. aut sex fascibus vtebant. Ver. li. ii. ge. Nõ illũ ppli fasces nõ purpura regũ flexit. Nonnũq₃ etiã numero singulari ꝓ consule. Idẽ. In iusto subi fasce viã dum carpit.

¶ Fasciculus diminutiuũ paruus fascis: vt in sacris litteris. Fasciculus myrrhę. Accipitur & ꝓ olfatoriolo. Ci. li. iii. tus. Fasciculũ ad naris admouebis.

¶ Fascinus & fascinũ pe. cor. a fando quoddã incãtationis genus quo hoĩes ita ligant: vt liberi nõ sint: nec mentis cõpotes sępeq₃ ad extremã maciẽ deueniant. Hor. in Epo. Minusve languet fascinum. Ponitur interdũ fascinus pro fascinatione vt apud Plyniũ.

¶ Fascino as pe. cor. maleficiũ infero. Verg. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Huius cõpositũ est Effascino eiusdẽ significationis. Solinus. Quędã in terra aphrica hoĩm familię sunt voce atq₃ lingua effascinantes quę si impensius forte laudauerint pulchras arbores: segetes lętiores: infantes amęniores: egregios eq̃s: pecudes pastu atq₃ cultu optimas emoriantur repente. Potest etiam significare maleficiũ tollo sicut Excanto incantationẽ remoueo. Plyn. Esse eiusdem generis in triballis & illyriis adiicit Isigonus qui quoq₃ effascinet.

¶ Fascelis dicta ẽ diana a fasce lignorũ in quo abscõditũ dianæ simulachrũ Orestes ariciã detulit.

¶ Fasellus gñis mascu. vel fœ. qui & phasellus đr genus nauigii campani. Ver. lib. iiii. ge. Et circũpictis vehitur sua rura fasellis: Sal. li. iii. histo. Et forte in nauigando cohors vna grandi fasello vecta a cæteris deerrauit. In gñe mas. genus est leguminis exilis et teretis qui & phaseolus & phasilus dicitur.

¶ Fasti dies dicti sunt quibus sine piaculo pretoribus licebat tria verba fari. s. do: dico addico. Et nefasti quibus nõ licebat fari. Ouid. Ille nefastus erit per quẽ tria verba silentur. Fastus erit per quẽ lege licebat agi. Fastorũ libri in quibus totius anni res populi ro. scriptę cõtinebantur ꝛ causæ festiuitatũ explicant: vt in fastis Ouidij: de quibus idẽ. Sacra recognosces annalibus eruta priscis: Et quo sit merito quæq; notata dies. Inuenies illic ꝛ festa domestica nobis Sępe tibi pater est: sępe legendus auus. Scribit Liuius Flauium scribaȝ fastos circa forum in albo proposuisse vt quãdo lege agi posset sciret. Et ẽ fastus secũdæ ꝛ quartę declinationis. Luca. Nec meus eudoxi vincet fastibus annus. Varro in Ephemeride. Cæsar fastus correxit. Col. li. x. Sequor nũc eudoxi ꝛ Metonis fastus astrologorũ. Et vt auctor est Prisc. Eadẽ forma dicitur fastus fasti: quę senatus vel senati. Fastus vero pro superbia semp est quartæ. Et est proprie indigna suspsiuo per superbiam existimatio.

¶ Fastidio is. pe. p. iui. itũ. a fastu fit. nã proprie fastidire est cũ fastu quodã cõtemnere. Vir. Inuenies alium si te hic fastidit alexis. Vñ ꝛ p stomachari dicit. Construiturq; mõ cum actõ: mõ cũ dtõ: mõ cuȝ gtõ. Hor. in Ser. Num esuriens fastidis oĩa pręter pauonẽ rhũbũq;. Cic. p Milo. Sed etiam recte factis sępe fastidiunt. i. fastidium faciunt. Plaut. in Aul. Abijt neq; me certioreȝ fecit fastidit mei. Lucil. li. vij. Difficiles sumus fastidimus bonorum.

¶ Fastidiũ meũ: quo ego alios fastidio. Fastidiũ mei quo ego ab alijs fastidior. Quinti. Ceu mulier oĩbus exposita mortalibus vanitatem fastidium mei despectũq; captauit.

¶ Fastiditus: fastidio habitus. Luca. Pars magna senatus Fastidita iacet.

¶ Fastidiosus: qui oĩa fastidit: vel q alijs est fastidio.

¶ Fastigiũ altitudo ac sũmitas opis. Vir. et fastigia suspicit vrbis. Aliq; õr ima pars. Idẽ lib. ij. geo. Forsitan ꝛ scrobibus quę sint fastigia quęras. Aliq; finis Ci. li. iij. offi. Sed quo opere inchoato prope tñ absoluto tibi fastigiũ imponimus. i. finẽ.

¶ Fastigio as. acumino ꝛ quasi in fastigiũ erigo. Plynius li. xviij. Frumẽta hyeme in herba sunt: verno tpe fastigiant in stipulã: q sunt hiberni temporis.

¶ Fatigo as. pe. p. quasi fatim ago. Hoc est abũdanter agito: ꝛ ad latitudinẽ deduco. Virg. li. v. Veloces iaculo ceruos cursuq; fatigat. Aliqñ percutio. Ideȝ. Versaq; iuuencũ terga fatigamus hasta. Aliqñ perturbo: cõmoueo. vt. Quę mare nũc terrasq; metu cœlumq; fatigat. Aliqñ excito. Idem. Sociosq; fatigat Præcipites vigilate viri. Aliqñ cohibeo. Ci. libr. iij. offi. Qui non verbis sunt ꝛ disputatione philosophorum: sed vinculis ꝛ carcere fatigandi. Huius cõpositũ est Defatigo: quod est deorsum seu valde fatigo. Terẽ. in adel. Vtinã quidẽ qđ cũ salute eius fiat ita se defatigari veliȝ: vt triduo hoc perpetuo prorsus e lecto nequeat surgere.

¶ Fateor eris. fassus affirmo sponte. Lact. Idẽ etiã poetę fatent. Huius composita sunt Confiteor: diffiteor: infiteor: quæ significant non fateor: nego: Profiteor: de quo infra.

¶ Fator: aris. multũ loquor. Est eñ frequentatiuũ a faris. Festus. Fatantur: multa fantur.

¶ Fatum: a fatus scđm Pris. in passiua significatiõe. i. dictus. Unde fatum iussum ꝛ dictũ dei. ps. Semel locutus est deus: duo hęc audiui: qm̃ potestas dei est et tibi dñe misericordia. Aug. li. v. de ci. dei. Qđ eniȝ dictuȝ est semel locutus est: intelligit imobiliter: hoc est incõmutabiliter est locutus: sicut nouit incõmutabiliter oĩa quę futura sunt: ꝛ quę ipse facturus est. Hac rõne possemus a fando fatuȝ appellare: nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi. quo corda hoim nolumus inclinari. Scribit Cic. fatum esse cõnexionẽ rerũ per æternitatem se inuicem tenentẽ quę suo ordine ꝛ lege variantur: ita tamen vt ipsa varietas habeat ęternitatem. Senec. in q̃stionibus naturalibus Quid intelligis fatũ? Existimo necessitates reȝ oĩm actionũq;: quas nulla vis rumpat. Sed quid de fato sentire debeant catholici: scribitur apud patrẽ meuȝ Augustinũ li. v. ci. dei cap. ix. Apud poetas fatũ qñq; capit p natura. Virg. Nam quia nec fato merita nec morte peribat. Qñq; p voluntate. Id eñ Plato dicit fatum esse voluntatẽ ꝛ iussionẽ diuinam. Virg. Fatis Iunonis iniquę. Qñq; pro oraculo: qđ dij fantur. idẽ Oblitus fatorum. Qñq; pro morte: quia nihil taȝ necessarium impendet homini q̃ mors: Unde fato concedit qui moritur.

¶ Fatale quod pniciosum: vt dies fatales. Et fatale dicit quicqd nobis ex fato debetur siue bonũ sit: siue malum. Aug. li. v. de ci. dei. Et fatalia dicunt quę pręter dei ꝛ hominũ voluntatẽ cuiusdaȝ ordinis necessitate contingunt.

¶ Fatidicus pe. cor. qui futura pdiuinando solet fari qui nobis fata. i. decreta deoꝝ exponit. Unde fatidici libri q cõtinent fata pplorꝝ: quales erant decẽ sibyllaꝝ libri: qui ꝛ ab historicis fatales appellant. Fatidici vates ꝛ fatidica manto nõiatur qm̃ erat fatiloqua: quę vaticinabatur diuinitate prædita ελληνισι ερθει λεγωρται και μαρτιεσ.

¶ Fatifer. a. um. pe. cor. qđ est mortiferum.

¶ Fatim aduerbiũ abundãter: a fando: qr verboꝝ q̃ rerũ maior sit copia: vel q fari facile sit. Hinc componitur Affatim: de quo supra.

¶ Fatisco is. deficio. Col. li. viij. Non debet octo capitum numerũ excedere: nõ qr ignorẽ fœcunditatem scropharũ maioris esse numeri: sed qr celerrime fatiscit: q plures educat. De hoc etiã in defetiscor.

¶ Fathiscere cum h. est abũdanter aperiri: quasi affatim hiscere. Virg. Rimisq; fathiscunt. Amb. li. hexa. Plerũq; terra meridianæ plagæ torretur ardoribus atq; ęstu soluta fathiscit in puluerem miserandi agricolę labore consumpto.

¶ Fatuus insipiens: tractum a sapore ciborũ qui cuȝ nõ sapiunt fatui dicuntur. Mar. Ut sapiant fatuę fabroꝝ prandia betę O q̃ sepe petet vina piperq; coquus Ter. in eu. Fatuus est insulsus tardus. Var. hoc nomẽ a fando deriuat. Fatuus qui fatur quod puer primo fatur: hoc est qui inepta loquitur. Fatui quoq; dij sunt: qui ꝛ fauni dicunt: quasi multũ fatẽtes.

¶ Fatua dea dicta est terra: q infãtes partu editi nõ prius vocẽ edunt q̃ terrã attigerunt. Eadem ꝛ bona dea vocata est q oĩm nobis ad victũ bonoꝝ causa est. Et fauna q oĩi vsui animantiũ fauet: ꝛ ops q ipsius ope vita constat.

¶ Fauissę cellę quędã ꝛ cisternę in area capitolina vbi reponi solebant signa ꝛ alia quędã religiosa donarijs consecrata. Auctor Gellius.

¶ Faueo es. faui. fautũ. Fauere proprie est bona fari seu fauoreȝ facere. Hinc fauor vox bene precans alis

cui siue alicuius cōmodū & laudē tuens. Fauere etiã tacere est: vt inquit Do. Teren. in an. Fauete adeste æquo aio. Similiter fauere linguis est tacere. Sene. de beata vita. Fauete linguis. In ludis vero ore fauere inquit Ser. est dicere bona verba: qr in illis necessarius est fauor. A faueo fiunt fautor & fautrix.

¶ Fauorabilis dicit̃ qui gratiosus & impetrabilis ac fauoris plenus est apud oēs. Suet. in Cali. Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradant quotiēs aliquo adueniret: vel sicunde discederet ꝓ turba occurrentiũ ꝯsequentiũve nōnunq̃ eū discrimen vitæ adisse.

¶ Faustus a. um. a fauore ꝓsperū ac ꝓpiciū significat cui oēs fauēt. Ter. O faustū & felicē. Hinc aduerbiū

¶ Fauste: quorũ ꝯtraria sunt infaustū & infauste.

¶ Fauni agrorũ & syluarū putati sunt dii qui post plixum tempus moriūtur: q e terra genitisint. Hinc fana dicta existimat Probus. Ser. Faunū & faunā tradit dictos esse a vaticinādo. i. fando. Vn̄ & fatuos dicimus inconsyderate loquētes. Hos quidā incubos vocant Fauni apud latinos ii sunt qui apud grecos satyri filii Saturni. Scribit Hier. satyrū a diuo Antonio inuētū. Aug. docet faunos aut imortales aias nō habere aut humano semine natos. Et faun⁹ dict⁹ fuit Pici filius & Latini pater: qui regnauit in latio a fando dictus q oracula sua voce redderet.

¶ Fauilla quasi cinis extinctus q ignē tectū foueat: quasi fouilla. Est eñ deserta igne. Siue potius quasi fauilla a colore. Nā & Pacu. flauū dixit puluerē. Scintilla vero ꝓprie est q̃ e silice cum is cædit̃ exilire solet. Vir. Ac primū silicis scintillā excudit achates. Oui. lib. iiii. fast. Pars quoq; cum saxis pastores saxa ferientes: Scintillā subito ꝓsiluisse ferunt. Hiero. in Eccle. Ab scintilla vna augetur ignis.

¶ Fauonius ventus a fouendo dictus: q cuncta foueat. Est eñ genitalis spūs viuēdi: eo maritant̃ viuiscentia terræ: zephyrus a grecis dicitur. Spirat aduersus eurum.

¶ Fauus apum domus & cellulę: a fouendo: q in his sobolē foueant. Ply. Primū itaq; fauos ꝯstruūt: ceram fingunt. Virgi. Prima fauis ponūt fundamina: deinde tenaces Suspendūt ceras. Ply. Iunior Buccellam panis dedit & fauū mellis: hoc est frustũ operis apiarii melle plenum.

¶ Faunlus diminutiuū paruus faunus. Plau. Meus dulciculus faunlus.

¶ Faux superior pars gulę mēto ꝓpinqua: sed interior vbi os angustatur. Ply. li. xi. Sūmū gulę fauces vocātur: postremū stomachus. Vir. li. vi. Vestibulū āte ipsum primisq; in faucibus orci. Per trāslationem fauces dicūt stricti ingressus valliũ: seu alterius loci. In faucibus sunt foramina duarū fistularū. cibalis scʒ et spiritualis q̃ continua humectatione indigent. Siccę eñ exulcerant̃. Oui. li. vi. Caret os humore loquētis & fauces arent: vix ē via vocis in illis. A faux fiūt Offoco præfoco & suffoco.

¶ Fax fustis incisus a lumie faciēdo: q lumē facile faciat. Cuius dimi. est facula. Primā facē noctis principiū vocitabāt: q tū primū vti face incipiūt.

¶ Faxo is. pro faciā. Virgil. lib. xii. Ego sydera faxo Firma manu. Faxim fecerim. Faxint faciant. Terē. in heau. Vtinā dii ita faxint.

F ante E.

¶ Febris a feritate morbilis mali: vel sicuti Ser. docet a feruore.

¶ Febricula diminutiuū paruus febris. Plau. Ciceroni. Qui ex labore in febriculā incidit assiduā et satis molestam. Grece πυρετος και πυρεττω απο του πυρος και παραγονται.

¶ Febriculosus qui habet multā febrē. Gel. Nō morbus hic febriculosus aut nimiū grauis.

¶ Febrile pe. p. quasi ad febrē pertinens. Apul. Ardore ęstuans febrili.

¶ Febrio is. iui. itū. febrē patior. Macer. Hęc nōdũ tremulo potanda dabis febrienti.

¶ Febricito as. pe. cor. & febricitor deponēs in eadē significatione. Colu. lib. vii. Febricitāti boue ꝯuenit abstinere cibo vno die.

¶ Febriuo as. lustro/purgo: a ferueo. hoc eñ adolendo & flāmis feruentib⁹ fieri solebat: vel a sabinorũ lingua qui febrū purgamentum dicūt. Hinc Februari⁹ mēsis dictus est: q tū. i. extremo anni mense populus februeret̃. i. purgaret̃. ꝓ. xii. eñ dies ꝯtinuos februarii celebrabant̃ februa. Hisq; diebus pro impetranda mortuorũ aiabus quiete ois ꝓplus piaculis sacrificiis q circa sepulchra accensis facibus: cæterisq; intent⁹ erat. Et Iuno februata siue februalis: q ei hoc mēse sacra fiebant: eiusq; feriæ erant Lupercalia. Et quęcūq; purgamēti cā in quibuscūq; sacrificiis adhibebant̃: februa appellabant̃. Et id qđ purgatū erat: februatū dicebat̃. Ply. Vulgata priscis temporib⁹ opinio obtinuit februa esse oia quibus malefactorũ conscientia purgarent̃: delerēturq; peccata: aut manes aiabus defunctorū placidi redderentur.

¶ Februus dict⁹ pr̄: q ei mēse februario sacrificaret̃.

¶ Februarius mēsis: vide paulo ante in febriuo as.

¶ Feciales dicti sunt a ferendo: q belli pacisq; ferendę apud eos ius erat. Neq; eñ licebat bellū alicui inferre: nisi hi & iusta causa susceptū declarauissēt & pri⁹ indixissent. Var. Itaq; bella tarde nec magna iuriia suscipiebant: q bellū nullū nisi piū putabant geri oportere & priusq; indiceret̃ bellū iis: quibus iniurias factas sciebant: feciales legatos res petitū mittebant quattuor quos oratores vocabant. Sunt etiā qui feciales a faciendo deriuari existiment: q apud eos belli ac pacis faciendę ius esset.

¶ Felis aial quadrupes qđ nobiscū in domibus tenemus ad murū venatū: vulgo Catus: qđ nos cautum astutūq; dicimus: a quo Catones primo volūt appellatos a grecis αιλουρος dicit̃. Et ipsi quorū vanitas videtur ęgyptii nullā beluā nisi ob aliquā vtilitatem cōsecrauerunt: velut Ibim: q vim serpentiū ꝯficiat Crocodilū q terrore arceat latrones. Felem q pelle eius scuta contegant. Ichneumones q nō sināt serpentes maximam eius regionis pestem augeri. Ply. li. x. Feles quo silentio: q̃ leuibus vestigiis: q̃ multo speculatu in musculos exiliūt excremēta sua obruūt terra intelligentes odorē illiū indicẽ sui esse. Ait eñ Varro li. iii. Oēs parietes tectorio leuigantur ne feles alia ve bestia introire ad nocendum possit. Hos Var. & Col. accipiunt ꝓ eo genere aialis: quod vulg⁹ fouinum seu marturellum appellat. Sene. libri eplarũ moralium Ro. Quid est quare tam pauonem q̃ anserem gallinam non fugiat. At tanto minorem eis: nec notum sibi accipitrem: Quare felem pulli timeant: canem non timeant.

¶ Fel fellis est purgamentū sanguinis pessimũ: cui

tantũ ineſt virus vt hoīem totũ decolorem reddat et maxime oculos vt in hoīe irato cernimus. Uel eñ irę ſedes eſt. Humor aũt qui in folliculo fellis. bilis vocatur ꝙ pro ſui ꝯditione hoīem cõuertat. Bilis eñ atra (quã gręci melãcholiã vocãt) facit inſaniã. Plaut⁹ in Am. Delirat vxor atra bili ꝑcita eſt. Sed de bili ſuo loco dictũ. Aliqñ fel cũ ſit peſſimus humor pro animi amaritudine ponitur.

¶ Fello as. lac exugo ⁊ ſuccũ ebibo. Mar. Si fellas ⁊ aquã bibis nil leſbia peccas: Qua tibi parte opus eſt leſbia ſumis aquã. Solinus in collectaneis. Nequaꝗ̃ mater equa pullo prębet vbera fellicanda. Transfert̃ ad rem obſcęnam. Nã fellare dicũt illas mulieres: que virilia intra os recipiunt: et illa perinde ac papillas exugunt. Qui vero virilia huic libidini per voluptatem accõmodabant: irrumare dicebant̃. Inde fellator ⁊ fellatrix ⁊ fellito as. frequentatiuũ.

¶ Fellicones hoīes mali dñt ⁊ nullius vſus.

¶ Femur: qđ ⁊ femor dr̃ ſcđm Phocam: a ferendo: ꝙ his ꝑcipue partibus ſuſtinetur aĩal atq; feratur. Hic femoralia pro verendoꝝ tegminibus. Sue. de Aug. Quare quaſſato corpore neq; frigora neq; ęſtus facile tolerabat: hyeme quaternis cũ pingui toga: tunicis ⁊ ſubuculę thorace laneo ⁊ femoralibus et tibialibus inueniebatur.

¶ Femen inis. capitur ſicut femur. Plau. in mili. Ecce autẽ aduortit nixus leuo in femine. Proprie tñ femina ſunt interiores partes: femora exteriores: femina poſteriores: femora anteriores. Plyn. lib. xi. ſic de apibus ſcribit. Prioribus pedibus femina onerãt ꝓpter id natura ſcabra. Et li. xxviij. Femina inquit atteri adurique equitatu notũ eſt. Femina eñ interiora equitando atterunt̃ nõ exteriora. Hinc Apul. finxit vocabulũ: Interfemineũ: ꝓ locis muliebribus: veluti poſitis inter femina. Col. lib. vij. Ueteris quoq; et ſub femina manũ ſubijcere ne ad hm̃oi tactũ poſtmodũ paueſcant. Exiſtimat Ser. femen in ntõ nõ repiri Priſ. docet eſſe in raro vſu. Feſtus femen declinat.

Femina etiã inferiores partes ſignificant. Nam a flexu dicta videnť. Ubi eñ iunctura cũ flexu pedis ẽ: femina dñr. Plau. in aſi. Sed tñ tu nẽpe eos aſinos ꝑdicas vetulos claudos: ꝗbus obtritę ad femina erãt vngulę. Col. li. vij. Femina ſecari ⁊ interdũ inuri ſolent.

¶ Feminalia tegumẽta feminũ ⁊ ſubligacula. Hiero. in Exo. Facies ⁊ feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis ſuę a renibus vſq; ad femora. Idem ad Fabiolã. Diſcamus primũ ꝯmunes ſacerdotũ veſtes atq; pontificũ lineis feminalibus quę vſq; ad genua ⁊ poplites veniũt verecũda cęlantur ⁊ ſuperior pars ſub vmbilico vehemẽter aſtringit̃/ vocat̃q; lingua hebręa Machinaſſe: gręce περισκελη. a noſtris feminalia: vel brachæ vſq; ad genua ꝑtingentes. Et vt ſcribit Ioſephus ob fortitudinẽ ex biſſo retorta fieri cõſueuerunt.

¶ Feneſtra: απο του φαινειν. qđ eſt lucere. Fit enim ad lucẽ reddendã. Ouid. Qua lumẽ thalamis parua feneſtra dabat. Interdũ ponit̃ ꝓ aditu ⁊ via. Terent. Hui quantã feneſtrã ad nequitiã pateféceris. Plyn. Feneſtrare verbũ vſurpat ꝓ feneſtras apire. Sic eñ ait Media oculoꝝ cornua feneſtrauit pupilla.

¶ Feneſtrenula parua feneſtra. Hiero. Sic autẽ vna vel plures feneſtrenulæ iuxta diſpoſitionẽ epi. Et ꝑ detractionẽ medię ſyllabæ Feſtra qđ eſt oſtiũ paruũ in ſacrario: vt ait Macrobius.

¶ Feneſtrella ſir ⁊ feneſtricula diminutiua ſunt.

¶ Feneſtella ſine r. nomen eſt ꝓpriũ hiſtorici: qui nouiſſimo tempore Tyberij Cęſaris claruit.

¶ Feneſtratus a. um. qđ eſt apertum ꝑforatũ. Plau. Nulla eſt feneſtratior domus.

¶ Fero fers: tuli: latũ. ⁊ tetuli ſcđm Diom. Ter. Huc tetuliſſẽ pedẽ. Proprie ſignificat porto. Uirg. libr. v. Uix illam famuli phegeus ſagariſq; ferebant. ρημα γελληνικον φερω γαρ λεγουσι και αρωμαλον μελλωροισω ουτω τοις λατινοις. Aliqñ tolero patior. Ter. in heau. Nã quę feret ſi parẽtẽ ſuũ nõ feret. Aliqñ duco dirigo. Liu. li. i. Pergit ad primã ſpelũcã ſi forte eo veſtigia ferrẽt. Uirg. li. vi. Hinc via tartarei quę fert Acherontis ad vndas. Aliqñ dico noīo. Idẽ Quã Iuno fert̃ terris magꝭ oīb⁹ vnã Poſthabita coluiſſe ſamo. Aliqñ do: exhibeo. Idem. Sacra dionęę matri diuiſq; ferebam. Lact. li. iij. Non eñ deſcẽdit aliquis e cœlo ꝗ ſniam de ſinguloꝝ opinionib⁹ ferat. Aliqñ concupiſco. Sallu. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas: ꝓſcriptiones locupletuũ: magiſtratus: ſacerdotia: rapinas: atq; alia oĩa quę bellũ ⁊ libido victorum fert. Aliqñ extollo. Idẽ. Conſulares oẽs itẽ ſenatus magna pars ſentẽtiã eius laudant: virtutẽ animi ad cœlũ ferunt. Aliqñ gigno: produco. Uirgil. Si duo ꝑterea tales idęa tuliſſet terra viros. Aliquãdo habeo. Idem. Ferre ſui dederat monumentum et pignus amoris. Aliqñ Affero. Idem. Legati reſponſa ferunt. Aliqñ conſero. Idem. Quibus acer erix in prœlia ſuetus Ferre manũ. Aliquãdo diſturbo. Idẽ Quippe ferant rapidi ſecũ verrantq; per auras. Aliquãdo oſtento. Idem li. xi. Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro Uenatrix. Aliqñ conſulo: vt Pompeius tulit ad populũ. Aliqñ aufero. Uir. Poſtꝗ̃ te fata tulerũt. Et om̃ia fert ætas. i. aufert. Aliqñ refero ſeu recipio. Ter. in adel. Pro labore ab his fero odium. Aliquando aſſequor. Idẽ in eu. Hoc ſi effeceris quod vis donũ a me pręmiũ optato id optatũ feres. Et in adel. Ni faciant quod illos ęquũ eſt: haud ſic ferent: id eſt obtinebunt. Qꝫ ſi cũ hoc verbo pꝛę me pꝛę te: vel præ ſe addantur ſignificat dicto vel facto: vel geſtu aliquid oſtento/ ꝯfiteorq; ⁊ ipſa ſtatiꝫ fronte de aliqua re: aut hoīe: vt pꝛę te fero irã. Quinti. Fiduciã igitur præ ſe ferat orator: ſemꝑq; ita dicat tanꝗ̃ de cauſa optime ſentiat. i. ex ipſo aſpectu oratoris: ex ipſa voce: ex ipſa tota orõne eluceat fiducia quẽadmodũ qui pugnaturi ſunt in vultu ⁊ geſtu indicant tacitã vel formidinẽ vel fiduciã: hoc eſt pꝛę ſe ferunt fiduciã ꝫ formidinẽ ve. Ci. Nam ille qui accipit iniuriã meminit ⁊ pꝛę ſe fert. id eſt ſe mentem ꝓſequendæ iniurię habere oſtendit. In eundẽ ſenſuꝫ accipi ſolent. Præ me duco: ꝓ me gero. Cõpoſita ſunt Affero. aufero: añfero: cõfero: Circũfero: Defero. Differo: Effero: Infero: Introfero: Offero: perfero: Præfero: Profero: Refero: Suffero Superfero: ⁊ Transfero: quę habent penu. cor.

¶ Ferę a ferendo dictę ſunt: ꝙ toto corpore ferantur ſiue ꝙ cum impetu ⁊ ſine ratione ferantur: aut ꝙ naturali vtuntur libertate ⁊ pro deſyderio ferunt̃. Proprie autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent vt leones/ pardi/ lupi: ꝗ vbi mãſuefactę ſunt Cicures appellantur. Improprie omnes quadrupedes: pecudibus exceptis.

¶ Fere aduerbium ſignificat feſtinanter ⁊ parum abeſt quin quaſi continue ferendo: ꝙ id quod fert̃ in motu eſt: vt fere hoīem occidiſti. i. parum abfuit quin ho

mine3 occideris. Pris. docet fere significare iuxta: qȝ celeribus oia iuxta sunt. Et pfertur cum accentu in vltima βαρεῖα. Interdũ in oratione ita ↄstituit̃ vt intelligatur quedã vniuersitas. Quintili. Hec fere sunt emendate loquẽdi scribẽdiqȝ partes. i. fere oẽs. Ci. Memini in eum sermonez incidere qui tum fere erat in ore. i. fere semper.

¶ Ferinus a. um. pe. p. quod est ferax. Apul. Ferino ac beluino ritu.

¶ Ferale adiectiuũ significat dirũ exitiale a feralib⁹ sacrificijs. Apul. Rogum demolientur: cœnã feralez a tumulo ad mensam referrẽt. Virg. Solaqȝ culminibus ferali carmine bubo Visa queri. Et feralis dies dicebatur quo feralia fiebant.

¶ Feralia sacrificia parentalia: quedam ab inferis ꝛ ferendo qȝ ferrẽt epulas ad sepulchrũ eius cui vellẽt parẽtare: vel a ferẽdis pecudibus. Oui. in fast. Hãc quia iusta ferunt dixere feralia lucẽ Vltima placãdis manibus ista dies.

¶ Ferus dicitur atrox seuerus: qui ferinũ aĩm habz. vel qui durioris est vite ꝛ animi crudelioris. Virg. Ferus oia Iuppiter argos Trãstulit. Vñ Aug. in dial. Ferum mansueto opposuit. Hinc feritas nature que dã asperitas: ꝛ diri semp est animi. A ferus ↄponitur Semiferus pe. cor. Semifera dicunt̃ alalia: q̃ ex fero placidoqȝ nascunt̃: vt ex apro ꝛ sue. Semifera etiam dicunt̃ que nec placida nec fera sunt: sed medie inter vtrũqȝ nature: vt in volucribus hyrũdines: in cãpo lepores: cuniculi. In mari delphini. Perfer⁹ valde ferus. Var. li. ij. de re rust. Boues perferi etiã nũc sunt multi in Dardania ꝛ Media ꝛ Thracia.

¶ Ferox fortis: inuictus. Hora. li. car. Vrbes gentesqȝ ꝛ latium ferox. Sal. Ille alo feroci negat se fusam totiens numidiam pertimescere. Itẽ dicit̃ animosus ad certandũ cũ altero: ꝛ ad vim alteri inferẽdam: atqȝ nocẽdum. Virg. Stat sonipes ꝛ frena ferox spumãtia mãdit. Aug. in Dial. Mãsueto opposuit. Plau. p cordato ꝛ faceto in Mili. posuit. Et qȝ tecũ erã pro ptere alo erã ferocior. Hic Ferocia ꝛ ferocitas. Ci. li. vi. de rep. Qui aperit eius vim ꝛ effrenatam illã ferociam. Ferociter. Plau. in Mili. Sugbi nimis ferociter legatos nostros increpant.

¶ Ferocio is. iui. vel ferocij: ferocitum. ferox fio: qȝ vernacula lingua dr ingagliadir. Gel. li. i. Nihil adeo in ↄgrediẽdis hostib⁹ atqȝ in principijs pliorꝫ ad salutẽ virtutẽqȝ aptius rati q̃ si permulcti mitiorib⁹ non immodice ferocirent.

¶ Ferax dicitur qȝ abundanter ex se pducit. Plyni. Vt tam ferax bonarum artium sæculum videremus. Vnde inferax contrarium. Sic Hiero. ad Dama. In feraces syluas dixit.

¶ Fertile adiectiuũ pe. cor sicut ferax sumit̃. Col. li. iiij. Vt ex his partib⁹ trunci sumant̃ que ꝛ genitales sunt ꝛ maxie fertiles. Hinc fertilitas. sic a ferax feracitas. Idẽ. Id eñ nõ accidit pal mitis fertilitate.

¶ Ferentarij: leuis armature milites auxiliatores a ferẽdo auxilio: vt quicquid opus esset auxilio ferrent excursu leues armis grauibus non impediti: sed ense ꝛ telis tantũ instructi. Vel dicti sunt Ferẽtarij: quia fundis lapidibus pugnabãt: que tela ferunt̃ nõ tenẽtur. Sal. Postq̃ eo ventum est vnde a ferẽtarijs prelijs cõmitti posset. Cato eos ferẽtarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnãtibus ministrabãt. Hi ꝛ velati vocabantur.

¶ Feretrius dictus est Iuppiter: qȝ pacem ferre putaretur: qm̃ ex templo eius quod Rome primũ a Romulo ędificatum est: sumebant sceptrũ per qȝ iurarẽt ꝛ lapidem silicem: quo fœdus ferirent: vel a feriendo vt inquit Plutarchus.

¶ Feretrum a fero penu. cor. lectus vel aliquid aliud quo mortuus ferri solet. Et alio noie Capulus dicit̃ a capiendo: seu in quo aliquid cũ pompa fertur. Liui⁹. Spolia ducis suspẽsa fabricato ad id apte feretro gerens in Capitoliũ ascẽdit. Ibiqȝ cũ ad quercũ pastoribus sacrã deposuisset templũ designauit. Quidam grecũ putãt φέρετρον. greci eñ pheretra vocãt argẽtũ/aurũ/gẽmas/imagines principũ spolia hostiũ ꝛ cętera q̃ in pompa feruntur.

¶ Ferẽtinũ oppidũ: qȝ Ply. collocat in prima italię regione: in qua Roma est a qua ferẽtinates dicti. Est ꝛ Ferẽtinũ in Thuscia: vñ Ferẽtini

¶ Feretrus mons: a quo familia feretria dicta: a qua Vrbini dux originẽ habet.

¶ Ferentum oppidum sabinorum: seu samnitũ a quo Ferentani dicuntur. De quo Dionysius Halicarnaseus lib. xvij.

¶ Ferculum a ferẽdo. Vñ ꝛ fercula pulmẽtariorũ ab eo qȝ mense inferant̃. Iuue. Quis fercula septez Secreto cœnauit auus? Aliqñ sumit̃ pro gestamine quo põpa deferri solet. Suet. in Cęsa. Pontico triũpho inter pompę fercula trium verborꝫ ptulit titulũ. Veni: vidi: vici. hoc est inter pompę triũphalis gestamina. Quo noie ↄtinẽt̃ simulachra oppidorꝫ: simulachra deorꝫ: spolia hostium: coronę: machinę: ꝛ id gen⁹: alia que fieri solent in pompa triũphali: sicut fercula ludorum fercula que in ludis. Fercula sacrorũ q̃ in sacris Acron etiã docet fercula esse pulpita in quibus deorum simulachra sint: qȝ in põpa circẽsi. hoc est celebritate ludorꝫ circẽsium huiusmoi simulachra deorꝫ feruntur Ci. li. i. offi. Cauendũ est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus: vt similes põparꝫ ferculis eẽ videamur. Ambr. li. i. offi. Sunt qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus: ꝛ quasi quedã fercula pomparum.

¶ Ferio is. pcussi pręteritũ mutuat̃ a percutio: ideoqȝ significat. Vir. Cornu ferit ille caueto. Et ferire sancire firmare. Unde ferire seu pcutere fœdus dicim⁹. Idẽ. Haud mora tarchon Iũgit opes: fœdusqȝ ferit Et apud Esaiam. Feriã vobiscũ pactũ sempiternum Itẽ ferire pulsare est. Plaut. in Am. Feriã fores apere. Hutus compositum est Referio: qȝ est repcutio. Idẽ in Asi. Patitor tu idem cũ ego te referiam.

¶ Ferię a feriẽdis victimis dicti sunt dies Cessationum ab opere: seu ab epulis ferẽdis. In his eñ epulę fiebant. Feriarꝫ aũt apud antiquos multa erãt genera: quę pollui dicebant̃: si in his aliquod opus fieret. Feriarꝫ publicarꝫ erant quattuor genera. Statiuę: vniuersi populi cões: que certis ꝛ constitutis diebus fiebant: in quibus pręcipue seruabant̃ agonalia carmentalia: lupercalia. Cõceptiuę q̃ quotãnis a magistratibus vel sacerdotibus cõcipiebãt certos: siue incertos dies: vt sunt latine semẽtine paganalia cõpitalia. Imperatiuę: quas cõsules vel pretores pro arbitrio indicebant. Nundinę pãnorum ac rusticorũ: quibus ad negocia ꝛ merces ↄueniebant. Erant pręterea, pprię familię ferię, quas queqȝ familia ex vsu domesticę celebritatis obseruabat: vt Claudię ferię: et Emilię. Item singulorum vt natalium dierum: q̃ Na-

talitię dicunt᷑ ⁊ fulgurum ⁊ funeruȝ expiationes. Et a ferijs festi dies dicti sunt feriati. Hoc est in quibus ferię celebrabantur.

¶ Ferio. as. ⁊ ferior deponēs significat vaco. Unde feriatus ociosus. Plyn. li. xviij. Malū patrēfamilias quisq̄s interdiu faceret qd noctu posset nisi intempestate cœli. Peiorē qui ꝓfestis diebus ageret qd feriatis deberet. Pessimū qui sereno die sub tecto potius oparetur q̄ in agro. Aug. li. ij. con. Interposito ocio ex necessitate domestica feriatus ab omi schola cum parētibus esse cœpi. Hiero. li. ij macha. Tunc feriatis iudeis arma capere suis pcepit.

¶ Ferula pen. cor. baculus siue virga qua puerorum manus feriunt᷑: a feriēdo siue ferendo. i. portādo. Iuue. Et nos ergo manū ferulę subduximus. Gręce ναρθηξ: ⁊ p diminutionem narthecium dicit᷑. Unde apud Platonē in phedrōe narthecophori ministri bacchi: quasi feruligeri noiant᷑. Baccho em̄ ferulę assignant᷑ quę asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia baccho cadit. Ferula annumerata est inter externos frutices a Plynio. Lignum corticis loco habet: ligni aūt loco fungosam intus medullam: vt sambuci: calidis nascit᷑ locis: cuius eadem natura est quę anero ⁊ fructu similis: nulli fruticū leuitas maior ob id gestata facilius baculoruȝ vsum senectuti pręber. Col. lib. iij. In quo scrobe destinaueris nuces serere terra minutam in modū semipedis ponito. Ibiq̄ semen ferulę facito: cū ferula fuerit enata eā findito et in medulla ei⁹ nucē gręcā vel auellanā abscōdito. hic

¶ Ferulaceus a. um. Ply. li. xviij. At miliū ⁊ panicuȝ in culmē geniculatū ⁊ ꝯcauū: sisania vero in ferulaceum. s. fastigiatur.

¶ Ferabites pe. p. d᷑ agrestis. Sisen. Partim ferabitę: partim lauro ac pinu abundant.

¶ Ferme aduerbiū idē qd fere. Teren. Iā ferme moriēs me vocat. i. cum pax abesset quin morerer. Ponit᷑ quāq̄ p facile. Idem in And. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

¶ Feruor calor: qui cum sit ex igni ex contrario ⁊ pro frigoribus ponit᷑.

¶ Ferbeo es. ferbui. bullio. Hora. li. i. Ser. Uelatūq̄ stola mea cū deferbuit ira. Unī ⁊ ferbesco. is. Ambro. Quomō intelligimus q̄ sit torcular nisi forte qr psalmi de torcularibus inscribunt᷑: eo q̄ in his mysteria dn̄i passionis mō musti sancto fernēte spiritu ꝓphetarum ardentius ferbuerunt: Huius cōposita sunt de ferbeo qd est a bulliendo cesso. Hier. in li. hester. His itaq̄ gestis postq̄ deferbuerat regis Assueri idignatio. Gel. propue. Puer interea venerat ⁊ aula deferbuerat: tempusq̄ esse cęperat edendi. Efferbeo extra vel valde bullio. Hiero. in Iob. Interiora mea efferbuerunt absq̄ vlla requie.

¶ Ferueo ferues feruui. p duplex uu. vno cōsonante altero vocali: qd ⁊ p syncopen dicimus ferui. in eadē significatione: qua nō solū ex incendio calere significatur: sed etiam ex quibuscūq̄ molestijs perturbari. Unde ⁊ iactus marini et æstuatio animi sub hac significatione recte poni sentiuntur. Uirgil. libro. iij. Georg. Omnia tūc pariter vento nimbisq̄ videbis feruere. Feruere opus dicimus dū studio ⁊ diligētia elaborat᷑. Et hoiem ira/odio/aut calore feruere: dum ira aut odio: aut calore incensus est. Cuius contrarium est deferuere: quod est mitescere ⁊ placidum fieri: seu a calore deficere. Composita a ferueo sunt Deferueo Efferueo valde seu extra ferueo. Referueo rursus ferueo. Ply. Itē therebentinā in sartagine referuenti. A quibus Deferuesco: Efferuesco ⁊ Referuesco.

¶ Feruo feruis ferui. eiusdē significationis est cum ferueo. Propert. Incipit ⁊ sicco feruere terra cane. Gellius. Dn̄s quos rogauerat operitur: sol feruit et fit nihil. Hinc feruisco.

¶ Feruefacio is. bullire facio. Cato de re rus. Et polionem polentę eodē addito ⁊ oleum: postea feruefacito. Hinc ꝯponitur inferuefacio. qd ē intus bullire facio. Idem. Sumito brassicam: cōcidito in aquā feruētē coquito paulisp vti subcruda sit: postea aquā defūdito nō oēm eo addito oleū bene ⁊ salem ⁊ cumini paululum inferuefacito paulisper.

¶ Feruidus pe. cor. calidus/diligensq̄.

¶ Fermentū dictū est q̄ feruēdo crescat. Est em̄ farina q̄ subigit᷑ priusq̄ addatur sal ad pultis modū decocta: ⁊ relicta donec acescat.

¶ Fermento as. misceo seu crescere facio. Ply. Cum fieret panis hordeaceus cicerculę farinę admistione fermentabat᷑. Col. li. ij. posuit ꝓ pinguefacio. Maxie inquit tn̄ colūbinum ꝓbamus qd modice sparsum terram fermētare ꝯperimus. Hiero. Neq̄ panes azymi poterant fermentari.

¶ Fermētescere est crescere. Ply. Conteratur inter digitos fermentescens.

¶ Ferrū vel a ferendo: q̄ in agros colendi gr̄a ferat᷑: vel a feriendo: q̄ cętera eo feriant᷑. hoc est domentur.

¶ Ferreus a. um. quod ex ferri materia est: vt massa ferrea: anulus ferreus.

¶ Ferrarius a. um. qd ad ferrū ptinet vt faber ferrarius: fodina ferraria. Aliqñ etiā significat qd est ferro est: quasi ferreū. Ply. li. xxxiij. Contū in italia cum ferraria metalla in his locis non sint.

¶ Ferraria ę. locus in quo ferrū foditur: sicut Auraria: Argentaria: ærraria: in quibus aurum: argentuȝ ⁊ æs effoditur.

¶ Ferramentarius ferramētorū ꝯfector. Iul. Firmicus scribit Mercurium in solis domo ꝯstitutū facere ferramentarios ⁊ pelliones.

¶ Ferramentum instrumentuȝ ex ferro. Unde ferramenta fabrilia ⁊ ferramenta tonsoria dicimus. Colu. lib. iij. Nonnunq̄ etiam cum frondere cœperint arbores cacumina fici acutissimo ferramēto summa amputare prodest.

¶ Ferro as. ferrū induco. Unde ferrata spicula ⁊ ferratas lanceas dicimus. Uirgi. li. iij. geo. Undiq̄ iam tergo ferratos sustinet orbes. Huius ꝯpositū est præferro: qd est ante vel in anteriori parte ferrum induco. Ply. li. xviij. Quippe ⁊ ethruria spicam farris tosti pinsente pilo pręferrato.

¶ Ferrugo pe. pro. rubigo ferri proprie dicitur sicut ęrugo æris. Ply. Sudor virgę cornu arboris lamina candente ferrea exceptus non contingente ligno illita: qd deinde ferrugo incipientes lichenas sanat. Per translationem ferrugo compressę purpurę color rufus nigrioris rubedinis: quasi violacei: vulgo mostellum dicunt similitudine coloris ferri: dum est rubiginosum. Unde Uirg. lib. ix. Pictus acu chlamydē ⁊ ferrugine clarus hybera. Quidam ferrugineum scribunt esse cęruleum colorem. Erat ⁊ oppidum ⁊ lacus ferrugo in Uolscis apud Ualerium: sed a Liuio vocatur verrugo.

¶ Ferrugineus a. um. qd est coloris ferruginis: vul-

go viridis obscurus. Virg. Et ferrugineus hiacynthus. Ply. Et ferrugineas maculas habētes. Quidā ferrugineū colorē accipiunt ꝓ ceruleo marinis fluctibus simili: qui ⁊ Thalassicus. i. marin⁹ dr. Græci em̄ Thalassan mare appellāt. Hunc colorez Vege. li. iiij. de re mili. vocat Venetū scribens nautas veste veneta esse induendos ⁊ vela nautum exploratoriarū colore veneto esse tingenda. Est aūt venetus color ceruleus similis marinis fluctibus. Vñ Plau. in Mili. Tu illico facito vt vineas ornatu huc naucleriaco causeā habeas ferrugineam. hoc est subnigrā ceruleiq; coloris a similitudine ferri.

¶ Ferrumen pe. p. quasi gluten: iunctura seu ligatura. Plyn. li. xxxvi. Ea maxime causa ꝙ flucto calcis sine ferrumine suo cœmenta ꝯponuntur.

¶ Ferrumino as. pe. cor. iungo: aut simul tempero ꝓprie de metallis dr: q̄uis ad alia transferat̃. Pompo. Iuriscō. Si tuū scyphum alieno plumbo plumbaueris argento ferrumin aueris non dubitatur tuū scyphum esse. Plynius pro glutino posuit lib. xxxvi. Vitrum sulphuri incoctuz fer ruminatur in lapides quasi glutinatur in formam lapidis. Et libro xxxv. Calcis quoq; bitumen præbuit ita ferruminatis Babylonis muris.

¶ Feronia nemoris dea a ferendis arboribus. Virg. Et viridi gaudens feronia luco. Fuit ⁊ feronia ciuitas sub mōte soracte: in quo eiusdē nois dea erat: quā finitimi mira religione venerabant̃.

¶ Fertū genus libi a fero dictum: ꝙ sepe ad sacra ferebatur. Persius. Attamē hic extis ⁊ opimo vincere ferto Intendit. Vel dicit̃ fertū ꝙ pluribus varijsq; rebus fartum esset. Nam cato de re rusti. scribit struem farris tritici/hordeiq;/fabe seminis rapacij: thure ac vino additis ante messem parabant in porcæ ꝓcidaneę immolatione: Ianoq; ac Ioui: ⁊ Iunoni sacrificabant: quę diuersarum rerum congeries fartum nominabatur.

¶ Festino as. pe. pro. significat propo. Virg. Festinate viri nam quę tam sera morat̃. Segnicies? Ambro. cum actō iunxit. Anxia mater pro filio festinauit hierosolymam. Dicimus etiam festina me baptizare: ⁊ festina ad baptizandū. Interdū festinare est trepidare ⁊ turbari. Sal. Festinātibus in summa inopia patribus. Hinc componitur Præfestino: de quo alibi

¶ Festinus celer. Festinatia ⁊ festinatio celeritas

¶ Festinanter: aduerbium a festinans deductum: celeriter.

¶ Festinato aduerbium: a festinatus. Hiero. in Gn̄. Itaq; festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli.

¶ Fescenium oppidū campanię / inquit Ser. vbi nuptialia inuenta sunt carmina. Hi autez populi ducūt originem ab atheniēsibus. Vir. Hi fesceninas acies equosq; faliscos.

¶ Fescennini versus qui canebantur in nuptijs: sic dicti ꝙ ex vrbe fescenino dicunt̃ allati: siue a fascino: q2 fascinum putantur arcere: veluti malorum ingruentium amuleta.

¶ Fessus generale est. Dicimus em̄ fessus animo: fessus corpore: quod magis proprium est: Et fessus rez a fortuna venientium. De quo in defetiscor. Virgili⁹ Fessi rerum.

¶ Festus a. um. solēniter lætum ⁊ feriatū. Unde festi dies in quibus vel sacrificia dijs offerebant̃: vel dies diurnis epulationibus celebrabat̃: vel ludi in honorē deorum agebant̃: vel ferię obseruabant̃. Vir. Festosq; dies de nomine phœbi. Cuius compositū ⁊ ꝯtrarium est profestus: vt ꝓfesti dies qui hoibus ad rez vel priuatam vel publicam administrandam cōcessi erāt Ply. Malum pater familias ⁊ cęte. Vide in dictione. ferio. Hi fasti erant quibus licebat prętori ius dicere. Nōnq; Festus dicit̃ ad festum diem ptinens: vt festæ frondes q̄ festis adhibent̃. Est ⁊ infestus: a quo infesto as. de quibus infra.

¶ Festiuus a. um. pe. p. a festus: quod est iucundum ⁊ lepidum: vt festiua oratio. dictū festiuum. Ci. li. i. offi. De græcis dulcem ⁊ facetum festiuiq; sermonis. Multi etiam festiuum pro festo accipiunt: siue ad festū ptinēte: vt festiua gaudia.

¶ Festiuitas quasi iucūditas ⁊ letitia quędā i dictis Ci. li. i. ad Heren. Illud genus narrationis qđ in ꝑsonis positū est: debet habere festiuitatē.

¶ Festuo as. dic̃ festum ago.

¶ Festuca pe. p. dicit̃ ⁊ arboris nouellę omninoq; infantis cuiusq; sati pullulus: vt inquit Augu. Hoc nomen scribitur a quibusdaz per œ. diph. ꝙ Festus a fœtu deducat.

¶ Festra ostiū minusculū in sacrario: ab fenestra per detractionē medię syllabę.

F ante I.

¶ Fiber animal in ponto: sic dictū ab extremis oris amnium quas colit: ⁊ vbi maxime solet videri. Effossis em̄ in ripa cuniculis: caudā infra aquas tenet reliquo corpore in sicco habitat. Plau. Sic me suberis quotidie quasi fiber salicē. Hoc aïal ꝑiculo vrgente testiculos sibi amputat. Hos medici castoreū vocant ⁊ ipsum aïal castora. Paruū est infra magnitudinem porcelli. Pedes habet breuissimos: vnde fit vt currere nō possit: ventricosus est. Cū vocem dat infans eē credit̃. dētes habet pacutos: sed minime mordet. Vescitur pomis ⁊ arborū corticibus. Huius pilus pluma mollior habet̃. Est ⁊ fiber gen⁹ vespæ quadrupes incitatissimum.

¶ Fibrę oīm extremitates rez: vñ ⁊ iecoris ⁊ cordis ⁊ cuiuscūq; visceris extremę partes id ē in quas iecur ipsum diuidit̃: fibrę dicunt̃. Virg. li. vi. Nec fibris requies dat̃ vlla renatis. Et Ply. pulmonis fibras nominat cū inquit. A tergo spinę ipsi iunctus in duas fibras vngulę bubulæ modo diuidit̃. Venarū quoq; ꝑtenues meatus: ꝑ quos sudor it: fibræ dicunt̃. Plyn. Muriū iecusculis fibrę ad numerū lunę dierum in mēse ꝯgruere dicūt̃: totidēq; inueniri. Quin ⁊ minutę radices arborū herbarūq;. Idem de arboꝝ sationibus ait: solum eligi oportere q̄ maxime rimosuz ne sol exurat fibras. Virg. Et amaris intuba fibris. Col. de hallio. cū ternas inquit fibras emiserit int spicę sarriantur Idē lib. vlti. de rapis. Mediā rapi. Sic etiā vestimētoꝝ extremitates fimbrias dicimus

¶ Fibula pe. cor. circulus ꝓprie ornamentū cinguli ad vestē subligādā. Virg. Aurea purpureā subnectit fibula vestem. Ponit̃ q̄nq; ꝓ circulo ęneo. Col. de bobus sic habz. Aenea fibula pars auriculę latissima circunscribitur: ita vt manante sanguine tanq̄ o littere ductus appareat. Hinc suffibulum vestimentum album pretextū quadrāgulū: oblongū: qđ in capite vestales sacrificantes habebāt: idq; fibula ꝯprēdebat̃.

¶ Fibulare: apponere/ coniungere. Columella lib. xi. Omnisq; parietum ⁊ soli iuncturę testacijs puluinis fibulantur: quoniã fere cum his partibus ędificia rimas egerunt: caua prębent ac latebras subterraneis animalibus. Huius cõposita sunt Diffibulo: Refibulo ⁊ infibulo. Est aũt infibulare fibulam ponere. Infibulatio fiebat vel vocis seruandę gratia: quę a coitu mutatur: vel valitudinis. Hoc mõ perforabant vtrinq; a lateribus cutem quę super glandem extenditur: atq; superaddebant fibulam. i. circulum ęneum. Refibulare vero est fibulaz tollere siue soluere. Mar. Cui refibulauit turgidũ faber penẽ. Idem significat Diffibulare. Papinius. Emicat ⁊ torto chlamydem diffibulat auro.

¶ Ficus. Grece συκον et συκοσις και συκον τοπος εσι συκη δε δενδρον a fœcunditate. Nam masculino quidem genere: ac secunda declinatione pro fructu protulit. Ply. li. xvi. Fici mirabiles sunt ⁊ abortiui q̃ nunq̃ maturescunt. Galeotus narniensis vir non indoctus in eo quẽ de homie inscripsit libro hęc intulit verba. Sed nusq̃ in lingua latina ficus mas. gene. est Carpitq; Priscianũ vna cuz Laurentio Vallensi: cũ ipse potius carpendus sit: Plyn. iunior ad Octauiũ Rufum. Quę nũc cum ficis ⁊ boletis certamen habz. Macro. Grossi appellantur fici: qui nõ maturescunt. Cice. in Catone. Ex tantulo grano fici. Hora. in ser. Pinguibus ⁊ ficis pastum iecur anseris albi. Inueniũtur etiam gñe fœ. ⁊ quartę declinationis. Iuuen. Si vis aliam decerpere ficum. Hier. in Hieremia. Calathus intus ficus bonas habebat nimis vt solent ficꝰ esse primi tẽporis. Mar. Res mira est ficus nõ habet vnus ager. Item dicitur ficus genere fœminino: et secunda declinatione: vt apud Var. li. de re rus. Fici inquit semen naturale intus in ea fico: quaz edimꝰ quę sunt minuta grana: e quibus paruis q; enasci coliculi vix queunt. Et paulopost. Cum eñ per resticulam ficos quas edimus maturas pferunt ⁊ eas cũ maturuerint complicãt. Huius dimi. est Ficulus. Plau. in Sti. Nucibus fabulis ficulis. In ficoꝝ genere sũt calchidicę: chię: purpurę: chelidonię: mariscę: callistrutię: liuię: libyssę: flauę: ⁊ reliquę.

¶ Ficus pro arbore generis fœ. est ⁊ secũdę declinationis. Ply. li. xvi. Quidã breuitate radicũ senescere celerius arbores putant q; coarguunt fici: quarũ radices longissimę sunt: ⁊ senectus ocyssima. Iuue. Ad quę discutienda valent sterilis mala robora fici. Ci. de Ora. secundum quartam declinationem inflexit Cui cũ familiaris quidã quereretꝰ q; diceret vxorem suã suspendisse se de ficu.

¶ Ficus pro morbo masculini generis et quartę declinationis. Mar. Dicemꝰ ficus Ceciliane tuos. Nascitur hoc vitium fere in capite: tum in capillo: tuz in barba: ⁊ locis obscœnis: quę pilis integuntur. Cor. Cel. libr. vi. Est etiam vlcus quod a fici similitudine συκωσις a grecis: a latinis etiam marisca nominatꝰ. Caro excrescit: sub quo duę species. Nam alterum vlcus durũ ⁊ rotundum: alterum humidũ inęquale. Ex duro exiguũ quiddam ⁊ glutinosuz exit. Ex humido pus mali odoris. Fitq; in his partibus quę pilis conteguntur. Sed id quod callosum est ⁊ rotundum maxime ẽ in barba. Id vero qd̃ humidũ pcipue est in capillo: atq; ano ex attritu quẽ cynędi patiuntur.

¶ Ficetum locus vbi ficus consitę sunt. Var. Ficusq; densa materia nõ est: ideo sequiꝰ calidiorẽ: a quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri nõ possint.

¶ Ficosus ficis. hoc est vlceribꝰ ⁊ tuberculis plenus. Unde ⁊ ficositas ipsa vlcerum copia.

¶ Ficitas ficorũ fructuũ abũdantia: seu fertilitas.

¶ Ficarius qui libẽter comedit ficos. Ply. Ficarios culices caprificus generat.

¶ Ficaria ficus arbor. Palladi. li. iiij. Aliqui inter ficarias caprifici arborẽ serũt. Et hoc est contra Vallam qui negat dici posse: Arbor fici: sed arbor ficus.

¶ Ficitor pe. cor. ficoꝝ amator: seu ficorum collector. Neuius. Ficitores oẽs non cupiũt ficitatem.

¶ Ficedula auis est q̃ vulgo galberius dicitur: a ficu fructu. Mar. Dum me ficus alat: cum pascar dulcibꝰ vuis. Cur potius nomen nõ dedit vua mihi? Hanc auem gręci quoq; sycelidam appellauere.

¶ Ficatũ iecur suillũ maxime: quod gręci sycoton appellant a sue fico pasta.

¶ Ficulnus a. um. qd̃ est materiatũ ex ficu arbore. Hora. Olim trũcus erã ficulnus inutile lignũ.

¶ Ficulneus a. um. idẽ qd̃ ficulnus. Aug. De arbore ficulnea quę triẽniũ habebat ⁊ fructũ nõ ferebat. Et iterũ ibi in Lucã. Primꝰ homo postq̃ peccauit folijs ficulneis pudenda velauit. Eadem autem forma ficulnus ⁊ ficulneus: qua salignus ⁊ saligneus: ilignus et iligneus dicitur.

¶ Ficulnea ę. ipsa ficus arbor. vt est apud Euan. Videte ficulneam. Ply. li. xvi. Quibus ⁊ ficulnea ⁊ ligna ex hedera tradentur. Ambro. Pleriq; secundũ domesticã ⁊ frutiferam ficum agrestem ficulneam feruntur inserere. Hiero. in canticis. Et ficulnea germinauit. Idẽ super ps. In vẽtis ficulneisq; ac reliquis lignis omne humanum genus ostendit plagis cœlestibꝰ verberatum.

¶ Fictor: a fingendo dictus est: qui fingit. i. qui componit ⁊ qui simulat.

¶ Fictum qd̃ factum est vel simulatũ.

¶ Fictitius a. um. quod fictũ est. hoc est simulatũ: vt ratio fictitia. q̃ ficta est: et ad tempus excogitata.

¶ Fictile pen. cor. quod est factum a figulo. Ply. libr. xxxv. Fictilibus dolijs ad vina excogitatis. Hieron. Calix ⁊ vrceolus fictilis probantur prius et sic emũtur: Sola vox non ostenditur: ne ante displiceat: q̃ ducatur:

¶ Fides fidei genitiuũ facit: nõ ratione sed differentię causa vt inquit Ser. Quod nomen videtur habere: cum id quod dicitur: fit: vt scribit Cic. li. iiij. de re pu. Hinc dare fidem dicimꝰ aliquid sancte promittere. Virg. Accipe daq; fidẽ. quod est pmitte. Diffiniꝰ aũt sic. Fides est dictorum ⁊ conuentorum constãtia ⁊ veritas. Vel Fides est commendatorum fida executio vel obseruantia. Aliquando fides capitur p credulitate: Unde bonę fidei possessor dicitur qui ignorauit rem quam emit alienam esse: aut putauit eum q̃ vendidit ius vendendi habere. Item bonę fidei homo vocatur: cui res tuto creditur: vel qui rez sibi creditam fideliter seruat. Sue. Augustus populo pmissum congiarium reposcenti: bonę se fidei esse respondit. Hinc habere fidem: credere est. Et accipere fidẽ est credi. Teren. in Eu. Si hęc fidem habeat se ire ppositum tibi: Mar. Accepit fabula fidez. i. credita ẽ. Sic a theologis accipitur: vt est illud. Fides tua te saluum fecit. Interdum pro dei dono: seu gratia qua sancti miracula factitarunt. Ut est illud Apostoli ad Roma. Unicuiq; sicut deus diuisit mensurã fidei. Et

illud. Si habueritis fidem vt granũ sinapis: dicetis monti transi hinc. Cic. pro Lentulo: fidem pro ꝓmissione ⁊ quasi sponsione posuit. Pompei fides quã de me Cesari dederat. Et fides ꝓbatio dicitur: vt facio fidem per testes. Item fides ponitur pro auxilio. Iuue. Nos hominũ diuumq́ʒ fidẽ clamore ciemus. Sic etiam sumitur cum apud auctores dicitur pro deum atq́ʒ hominum fidem.

¶ Fidem adstringere est promittere: quia vincula fidei dicuntur. Teren. in Eunu. Heus tu hac lege tibi meã astringo fidem.

¶ Fideiussorius qui fide iubet. Est enim significationis actiue.

¶ Fideicõmissarius habʒ passiuã significationẽ. Nã is dr̃ qui fidei ꝓmissionẽ accepit.

¶ Fido is. fisus: fidẽ habeo: credo: spem pono. ⁊ tam cum al latiuo q̃ cũ dtõ construitur. Iuue. Fidimus eloquio Ciceronis. Virg. Et fidere nocti. Huius cõposita sunt Confido: ⁊ Diffido: q̄ sunt ꝯtraria. Nã Diffidere est crudelitatem deponere Sene. Nec secũdis rebus nimis fidendum: nec aduersis diffidendum est. Et habent de. pro.

¶ Fidus a fido is. dr̃ cui fidendum est. Cuius cõpositum ⁊ ꝯtrariũ est Infidus pe. p. Nã perfidus pe co. a fides fit. Liui. Infida regni societas. Similiter malefidus. i. minus fidus. Male em̃ diminutionẽ significat: nõ negationẽ. Virg. Statio malefida carinis.

¶ Fidelis a fide. ⁊ is dr̃: cui fidere possumus. Ter. in Hecy. Et paucos reptas meretricibus fideles euenire amatores. Et ꝓprie vt scribit Do. ad seruũ pertinet: fidus ad amicum. Fidele em̃ officiũ est seruare aliquid. Ci. in Lel. Quod Tarquinium dixisse ferũt tum cũ exulem se esse intellexisset Quos fidos amicos habuisset: ⁊ quos infidos. Transfertur etiam ad inanimata. Ply. li. xxxvi. de infideli exemplũ posuit. Globosus fortis ꝯtra iniurias: sed ad structurã infidelis: nisi multa suffrenatione deuinctꝰ: nec certior fluuiatilis semper veluti madẽs. Hinc fidelitas ⁊ infidelitas: In sacris litteris fidelis q̄nq́ʒ accipit̃ ꝓ veridico. Apostolus ad Cor. Fidelis deus per quẽ vocati estis in societatẽ filij eius.

¶ Fidentia a fidens participio ⁊ ambo in laude ponuntur. Cic. li. ij. Rheto. scribit fidentiã partem esse fortitudinis: ꝑ quã magnis ⁊ honestis in rebus multũ ipse animus in se fiducie cũ certa spe collocauit.

¶ Fiducia similiter audacia: ⁊ fere semper in bonum q̃uis aliquando in malum. Virg. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri. Et. Cernis q̃ rutiles habeat fiducia rerum. Aliquando fiducia ponitur ꝓ spe vt apud Esaiam. Qui autem fiduciam habet mei: hereditabit terram.

¶ Fides fidis cythara dicta ꝙ tantum inter se chorde eius q̃tum inter homines fides cõcordet. Cic. in Horten. Ponẽde sunt fides ⁊ tibie. Aliq̃n chorde ipe dicuntur fides.

¶ Fidicula dimin. parua cythara vel chordula cythare. Gel. lib. i. Sed em̃ acheos Homerus pugnam insipisci ait: non fidicularũ tibiarũq́ʒ concentu cõspiratam. Ci. li. iij. de natura deorũ. Quid si platani fidiculas ferrẽt numerose sonãtes idem scilʒ censeres in platanis inesse musicam. Sue. in Tiber. ꝓ chordulis accepit. Excogitauerat inter genera cruciatus vt repente veretris deligatis fidicularũ simul vrineq́ʒ tormento distenderet ⁊c. Est ⁊ fidicula inter astra cõstituta: que fides a Columella: ab Hygino lyra noĩatur Ply. li. xviij. Fidicula occasu suo autũnum inchoat. Preterea fidicule numero tm̃ plurali sumit̃ ꝓ instrumento torquendi ex duobꝰ: vt putatur obliquatis lignis compacto ab extorquenda veritate ac fide: vel a nerueis funibꝰ vinculis quibꝰ ad illũ modũ hoĩes torquendi alligabant̃. Sed veriꝰ putat̃ esse tormentũ quo sontes a tortore chordis funibusq́ʒ alligati vulgo torquentur.

¶ Fidicen pe. cor. q̄ fidibꝰ canit. Ci. Oro. Socratẽ fidibꝰ docuit nobilissimꝰ fidicen.

¶ Fidius deus est: q̄ fidei p̄est. Plau. per deũ. fidiũ credis iurato mihi. Unde dicimus mediusfidius: sicut mehercules.

¶ Fidelia e. genus vasis famij ad vsus plurimos. Persi. Disce nec inuideas ꝙ multa fidelia putet in locuplete penu. Curius Ci. Nec solere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Plau. in Aul. Mulsis ꝯgialem plenã faciam tibi fideliam.

¶ Fidena e. pe. p. ⁊ fidene arũ. vrbs latinorũ mediterranea. Virg. libro. vi. Hic nomentũ tuum gabios vrbemq́ʒ fidenam. Iuuena. Viuat fidenis ⁊ agello cedo paterno.

¶ Figo is xi. ctum. ⁊ xum. secũdum Diome. Scaurũ referentem qui ait Sagitta confictus. Usus tamen est per x. Est autem figere qđ vernacula dicimus ficare. Hiero ad Helio. Cerne manus iudee: quas fixeras cerne latus Romane qđ foderas. Interdum ponitur ꝓ plãtare. Virg. li ij. geo. Ipse feraces Figat humo plantas. Interdũ pro percutere ferire. Iuue. Cum tenet vxorẽ ducat spado: Meuia Tuscum: Figat aprum: ⁊ nuda teneat venabula mamma. Huius ꝯposita sunt Affigo: iuxta figo: appono. Lact. li. iiij. At illi comp̄hensum ac Pontio Pilatio: qui tum legatus syriam regebat oblatum cruci affigi postulauerunt. Aliquando iuxta planto. Virg. li ij Ge. Nec semine iacto Cõcretam patitur radicem affigere terre. Aliquando digitis ficus facio: quod in vituperiũ fieri solet. Lact. li. v. Si quis attigerit ex istis inepte religiosis: vt sunt nimia superstitione impatiẽtes insectentur etiam maledictis: ⁊ vix lecto fortasse principio affigat proiiciat execretur: seq́ʒ inexpiabili scelere cõtaminari atq́ʒ astringi putet: si hec aut legat patienter aut audiat. Configo simul figo. Defigo deorsum figo: planto aut mitto. Col. li. iij. Tum in terrã bene pastinatam ⁊ stercoratam rectum sarmentũ defigito. Virg. lib. ij. geo. Altius ⁊ penitus terre defigitur arbos esculus in primis. Lact. li ij. Oculos suos ab alto deiiciunt soloq́ʒ defigunt. Persius posuit pro ferio vel transfodio. Ore teris modico pallentes radere mores Doctus ⁊ ingenuo culpaʒ defigere ludo. Infigo intus figo. Col. li. ij. Nam pecudes molli fosso infigunt vngulas. Hiero. per translationẽ in prologo Iob. ꝓ adscribo posuit. Error inquit mihi geminus infigitur. Prefigo ante figo: seu intus claudo: Virg. lib. iij. geo Multi iam excretos ꝓhibent a matribus hedos: Primaq́ʒ p̄figũt feratis ora capistris. Suffigo subtus figo: siue super clauis figo. Lact. li. iiij. Quid de huius crucis indignitate dicimꝰ in qua deus a cultoribus dei suspensus est atq́ʒ suffixus: Refigo rursus siue vade figo. Col. lib. v. Nã siue prope truncum defigit̃ palus pedali tamen spacio refigendus est. Virg. lib. iiij. geo. Aulas ⁊ cerea regna refigunt. Transfigo vltra seu ab vna parte ad aliã figo.

Liui.li.i. Stricto itaq; gladio simul verbis increpãs transfigit puellam.

¶ Figmentum quod factum est a fingo fingis: vt est apud Apostolum. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare me sic finxisti? Aliquando figmentũ dicitur mendacium ⁊ simulatio: vt sunt figmenta poetarum.

¶ Figulus pe.cor. fictor dicitur qui ex creta atq; argylla opera facit.

¶ Figulina: seu quod magis a doctis vsurpatur per syncopen figlina pen.prod. officina est in qua figulus opera facit. Et opera ipsa figlina ⁊ fictilia dicuntur. Plyni.lib.xxxiiij. Vruntur omnia ea crudo fictili in fornacibus donec figlina percoquatur. Item figlina dicitur ars figulorum. Idem libr.xxxv. Figlinarum opera imbricibus tabulis tegulisq; ad balneas mammatis vel ad tecta coctilibus laterculis fundamẽtisq; aut quę rota fiunt.

¶ Figura a fingo dr̃ forma aspectus qualitas. Unde figurę apud grãmaticos: ⁊ figurę sententiarũ. Cic.li.4.ad heren. Sunt igitur tria genera: quę nos figuras appellamus in quibus oĩbus ratio non vitiose cõsumitur. Unam grauem: alteram mediocrem: tertiã attenuatam vocamus.

¶ Figuro as.pe.pro. formo ⁊ figurã impono. Lactã.lib.ij. Hominem figurauit ex limo terrę. Et oratio figurata dr̃ p̃ figuras facta. Figurate aduerbiũ significat p̃ figurã. Cõposita sunt Cõfiguro: qđ est ꝯpono: ⁊ simul formo. Idẽ li.vii. Quoniã homo ex rebus diuersis ac repugnãtibus configuratus est aĩa ⁊ corpe. Præfiguro de quo infra.

¶ Filũ proprie quod ex lino lana ve trahendo duciť hoc est linamentum. Lucil. Surge mulier duce filum non malum. Aliquãdo ponitur pro linea. Var. Sumptoq; atramento sutorio filum duxit. Hinc

¶ Filo as. cuius passiuum est filor: a quo Effilo. Effilatum eñ dicimus qđ extra vestimentũ filo contextũ est: quod rectum quoq; a quibusdã dicitur. Est autẽ filare filum ducere.

¶ Filistim regio quę nunc diciť Ascalon: ⁊ contra regio palęstinorum.

¶ Filix genus herbę satis notę. Columel.lib.ij. Iunci et graminis pernicies repastinationem filicis frequens extirpatio. Nam constat filicem sationibus ⁊ stercoratione facilius interimi. Huius diminutiuũ est filicula.

¶ Fimbria omnis vestiũ extremitas. Antiqui fibrũ dicebant extremum. Uñ in vestimentis fimbrię: ⁊ in iecore extremę partes fibræ nũcupanť. Fimbriata vticæ folia esse scribit Ply. Ex quo colligimus qualis sit positura ⁊ flexura fimbriarũ. Fimbria quoq; nomẽ fuit romani ciuis crudelitate insignis.

¶ Fimus letamen dicitur.

¶ Finum quod nos fritillum ⁊ alueolum dicimus: in quo coniectę tesserę agitateq; miscentur. Hora. Mitteret infimum.

¶ Fingo is. xi. ctũ. compono: formo. Unde ⁊ figuli dicuntur: ⁊ vas fictile quod formatur vt sit ⁊ aliquã formam habeat. Sallust. Quę natura ventri prona atq; obedientia finxit. Lact.lib.i. Itaq; homines eorũ simulachra finxerũt vt haberent aliquod ex imaginũ contemplatione solatium. Est eñ generale vocabulũ ad oĩa quę ingenio manuq; artificiose formantur. Cice.lib. Lom. Apium examina non fingendorũ fauorum causa congreganť: sed cũ ꝯgregabilia natura sint fingunt fauos. Et fingere simulare est: qñ ea quę simulamus ita formamus atq; ꝯponimus: vt vera esse videãtur. Ci.de.fi.bo. Talibus exemplis nõ fictæ solum fabulę: sed etiam historię refertę. Hinc fictio fictum et figmentũ. Huius verbi composita sunt Affingo: qđ est supra fingo vel compono. Lact.lib.iiij. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus. Habeant hęc qui fecerunt legebant in quos hęc dicta sunt. Confingo simul fingo simulo. Terẽ.in phor. Cia hæc confingam quod ei it mihi bonum atq; cõmodum cum tu horum nihil refelles vincã scilicet. Diffingo quod fictum formatumq; fuerat remoueo. Hora.li.ij.car. Neq; diffinget infectumq; reddet. Seneca. Dissipatum instaurat atq; diffingit: id est in diuersas ptes fingit. Effingo de quo supra.

¶ Findo is. fidi. fissũ per duplex ss. significat scindo. Cice.li.iij. Curabis vt præacutissima falce ab ea parte qua bifurca est scindas eam. Huius cõposita sunt. Diffindo quod est in diuersas partes findo. Virg. Et media liquefacto tẽpora plũbo Diffidit: ac multa porrectum extendit arena. Infindo intus findo. Idem. Quæ iubeant telluri infindere sulcos. Fissile: fissura ⁊ quadrifidus deriuatiua sunt.

¶ Finis generis tam mas. q̃ fœ. Virg. Quem das finem rex magne laborũ. Idẽ. Hæc finis priami. Et est finis terminus siue extremitas in vnaquaq; re: hoc ẽ id in quo vnaquęq; terminatur res. Sic dicitur finis terminationis. Sicut pratũ dicitur finiri vbi terminatur: vt apud Esaiã. Cuius regni nõ erit finis. Est ⁊ finis cõsummationis. Unde dicimus domus finiť: quando cõsũmatur. Et vestis finita est quando consuta est: vt indui possit p̃s. Omnis cõsũmationis vidi finem. Rui sus est finis consumptionis. Sic dicimus cibum esse finitum ⁊ candelam finitam: qñ consumpta est: vt in Geñ. Finis vniuersę carnis venit coram me. Est ⁊ finis intentionis. sic dicitur. talis est finis huius operarij.i. intentio: Ut apud Iob. Sicut mercenarius p̃stolatur finem operis sui. Hinc artifices finem vocant id ad quod oĩa referunť: ⁊ cuiꝰ gratia cętera fiunt: vt finis medici est curare. finis oratoris ẽ bene dicere. Cõposita ab hoc noĩe sunt Affinis: ⁊ confinis pen.p. Unde confines agri dicuntur q̃ eodem loco finiunt. Hieron. in p̃lo. lib. Reg. Syrorum quoq; lingua ⁊ chaldęorũ quæ hebrçæ magna ex parte confinis est.

¶ Finio is. iui. itum. perficio. Apuleiꝰ. Sine opus finiam qđ incœpi. Aliq̃ñ finire est terminũ ponere: metari. Unde finitores. Huius verbi composita sunt Definio: Diffinio ⁊ præfinio.

¶ Finitor pe.p. dicebať qui nũc Agrimensor. Plaut. in Penu. Eius nũc regionis limites ꝯfinia determinabo eius rei ego factus sum finitor.

¶ Finale qđ ad finẽ ptinet. Unde finalis causa.

¶ Finitimus a. um. pe. cor. qđ ppe est. Liui. lib. i. Iã res romana adeo erat valida vt cuilibet finitimarũ ciuitatũ bello par esset.

¶ Fio is. factus. significatione passiuã habet. Valer. Equorũ cursus clamore pernicior fit. i. efficitur: Græcũ tamẽ est φυω φυσω επι του μελλοντος και πεφυκα εν τω παρακειμενω. Et infinitiuo Fire habet: secundum rectam declinationem: quod patet per eius composita Confire ⁊ suffire: licet ⁊ confieri dicatur. Virg.li.iiij. Confieri possit paucis aduerte docebo.

Que duo etsi a verbo passiuam significationem habẽ
te descendant: actionẽ tamen denotãt. Virg. At suf=
fire thymo cerasꝙ recidere inanes Quis dubitet?
Construo tñ in passiua significatione reperit̃ ꝓ pficior:
vt apud Macro. Oportet diem qui ex quadrãtib⁹ cõ
fit intercalare. i. cõficitur. Colu. li. ij. Tria stercoris
genera sunt pcipua qḋ ex auib⁹: qḋ ex hoibus: quod
ex pecudibus confit. Defit: de quo alibi. Ex fio: infit
incipit. Habet em̃ significationẽ actiuam. Liui. li. i.
Tum ita Tullus infit. Antiqui tamen fior dixerunt
Unde Cato censorinus de Lucio inquit. Greco ritu
fiebãtur saturnalia. Cuius infinitiuus est firi. ꝓ quo
vt Pris. docet interposita e. dicimus de vsu fieri. Cõ
struitur modo cũ ablatiuo: vt hoc factum est a te. mo
do cum ntõ: vt ille fit doctus. Ponitur quandoꝙ pro
æstimor. Ci. in Lel. Tertius vero ille finis teterrim⁹
vt quanti quisꝙ se ipse faciat: tãti fiat ab amicis. Qñ
ꝙ pro appareo ⁊ innotesco. Apostolus ad Roma. Ut
fiat supra modum peccans peccatum per mandatuꝫ.
Et illud. fiat deus verax. i. appareat innotescat. In
tertia persona quandoꝙ pro euenit contingit. Ideꝫ
lib. pri. offi. Fit aũt interdum vt nonnulli: omissa imi=
tatione maiorum suorum quoddam institutum con=
sequantur. Fieri potest ꝓ possibile est ab oratoribus
vsurpatur. Habet fio ea ꝯposita que facio: vt calefio:
frigefio ⁊c.

¶ Firmus stabilis: constans a ferendo dictus ꝙ con
stãter oia ferat. Hinc firmitas: ꝗ ⁊ firmitudo dicitur
ꝓ stabilitate ⁊ constantia. Plau. Si istã firmitudineꝫ
animi obtines salui sumus. Item firmus dicitur mu=
nitus fortificatus. Ci. Firmus ab equitatu: qḋ ẽ mu=
nitus ab equitibus: firmus per equites. Et est orna=
tus dicendi modus: vt Cicero fuit clarus ab eloquẽ
tia. Huius ꝯtrariũ est infirmus. i. debilis.

¶ Firmo as. stabilio fortifico. Liui⁹. Firmatꝙ eum
aphricis maxime psidijs. Lact. li. iiij. Superest vt ver=
bis facta firmentur. Huius composita sunt Affirmo:
Confirmo pro approbo reprobo. Lact. li. iiij. Debet
ergo doctor ille perfectus ⁊ docere ita precipiendo ⁊
confirmare faciendo. Et pro certifico. Cice. Treba.
Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum. In=
firmo non firmo: siue deficere cadereve facio. Lactã.
lib. v. Ubi aũt religionis eius ꝯtra quã perorabat in
firmare voluit rationẽ. Refirmo rursus firmo. Offir=
mo: de quo infra.

¶ Firmamentum soliditas: ⁊ stabilimentum. Ci. lib.
pri. ad Heren. Nac in ea nec ratio quare fecerit quæ=
ritur nec firmamentum queritur: quoniaꝫ non subest
ratio. Unde firmamentum dictum est cœlum a firmi=
tate. Aug. Hoc sane nouerint nec nomen firmamenti
cogere vt stare cœlũ putemus. Firmamentũ em̃ non
ꝓpter stationẽ: sed ꝓpter firmitatẽ aut ꝓpter intrãs=
gressibilẽ terminũ superioꝝ ⁊ inferioꝝ aquarũ voca=
tum intelligere licet.

¶ Fisci fiscine ⁊ fiscelle sunt vasa ad maioris summe pe
cunias capiendas ꝙ̃ marsupia. Unde quia maior sũ=
ma est pecunie publicæ ꝙ̃ priuate dicitur Fiscus pe=
cunia publica. Proprie tamen apud idoneos aucto=
res fiscus principis dicitur: erarium vero publicum.
Ply. ad Traia. At fortasse nõ eadem seueritate fiscũ
qua erariũ cohibes: imo tãto maiore ꝙ̃ to plus tibi li
cere de tuo ꝙ̃ de publico credis. Iuriscõsulti scribũt
res fiscales quasi ꝓprie ⁊ priuate principis sunt. In=
de confiscari solet dici in publicũ ius erarij redigere.
Sue. in Aug. Deuictisꝙ his ⁊ ꝯfiscatis ꝓmissa vete=
ranis pmia soluerentur.

¶ Fiscale quod ad fiscuꝫ pertinet: vt ius fiscale: fisca
lis causa.

¶ Fiscina pe. cor. a fiscus preter regulam alioꝝ a pri=
mitiuis habentibus c descendentiũ: vt Mancus mã
cinus. Est aũt fiscina genus vasis ꝓ capienda maio=
ris summe pecunia Unde Ascō. Sporte sportule: et
sportelle nũmoꝝ sunt receptacula. Et sacci: sacculi et
saccelli: crumene: manticæ: ⁊ marsupia. Ita fisci fisci=
ne: fiscelle. Fit aũt plerũꝙ ex iunco: qḋ alij canistrum
alij calathum dicunt. Virgi. Et facilis rubra texatur
fiscina virga. Dicta est fiscina vt inquit Var. a feren=
do. Ea nãꝙ ferunt̃ palee: fœnum frondes ⁊ id genus
reliqua. Ouid. Uñ data est egre fiscina frondis oui.
Et Ply. Frondarias fiscinas quattuor implere fron
datorem iustũ esse autumat. Fiscina itẽ olei factores
vtuntur: vt idem lib. xv. ostendit. Huius diminutiua
sunt Fiscella ⁊ fiscinula.

¶ Fiscella vas vimineũ aut ex iuncis: quo lac colat̃:
dum caseus imprimit̃ vel in quo casei ferunt̃. Hiero.
ad Rusti. Uel fiscellam texe iunco vel canistrũ plecte
viminibus. Tibul. Tunc fiscella leui detexta est vimi
ne iunci Rataꝙ ꝑ nexus ẽ via facta sero. Fiscella etiã
e viminibus funiculisve contexta dicitur: qua boum
ora faucesꝙ iumentorum capistrantur. Ply. lib. xviij.
Fiscellis capistrari boues oportet ne germinum tene
ra decerpant.

¶ Fiscelius ab antiquis dicebatur casei mollis appe=
titor: Quo nomine etiaꝫ dictus est mons in italia nõ
longe a tyberi.

¶ Fison fluuius quẽ nostri Gangen vocant de para=
diso exiens vide phison.

¶ Fissile quod fissum est: vt fissilis arbor. Ply. li. xvi.
Milleꝙ fissile rimis hoc lignũ. Qñꝙ dr̃ fissile pe. cor.
qr findit̃ quasi fissibile. Idẽ paulo añ. Hec maxime fis
silia alia frangi celeriora ꝙ̃ findi. Virgi. Nã primi cu=
neis scindebant fissile lignum.

¶ Fistula ꝓprie dicitur per quam aqua educit̃ fusa a
fundendo siue ferẽdo: sicut Tubi a tumore ⁊ canales
a canna ꝙ ad earum similitudinem facti sunt: ego tñ
græcum puto. φυσαω inflo fitum dicunt vulgo Hie
ron. libr. ij. Reg. Tetigisset donatũ fistulãs. A cuius
similitudine dr̃ instrumentuꝫ musicũ quo flatu canit̃.
Cuius pan dicitur inuentor fuisse. Virg. Septẽ com
pacta sicutis. Fistula. ⁊ vlcus altum angustum ⁊ callo
sum in corpore fistule nomen sortitur siue ex vulnere
sit: siue ex vitio ortum quod suppuratio est venerit.
Et fistula in homine per quam spiratur: seu cibus de=
glutitur. Nam duas esse fistulas scribit Lact. li. de opi.
hois. spiritaleꝫ. s. ⁊ cibalem illa spiritum meare: hac ci
bum potumꝙ descendere. Et he a faucibus incipiũt
Spiritalem Cor. asperam arteriam nominat. Sed
alia alij est superposita. Nam interior gula vocatur:
que a Celso stomachus nuncupatur: quia stomacho
connectitur: et per quam cibus demittitur. Exteri=
or vero Epiglossis dicitur. Que operculum habet
carthilaginosum: quod claudit foramen cuꝫ cibus vo
ratur. hoc sublignium: siue lingua minor appellatur.
Rursus fistula arbor aromatica: sed parua: que ⁊ ca=
sea dicitur: quæ pro sui breuitate a quibusdam inter
herbas odoriferas numeratur: ⁊ ad curandas visce=
rum molestias valet.

¶ Fistulator accipit̃ ꝓ tibicine: vt est apud Gellium

¶ Fistulo as. fistulã ago & in modũ spõgiæ quicq̃ facio. Ply. Et pumicis fistulans vice.
¶ Fistulosus a. um. qd est spongię mõ factũ: hoc ẽ foraminibus plenuz. Col. li. vij. de Caseo. Deinde quo tenerior permaneat: clauso neq̃ ventis obnoxio loco stipatur per cõplura tabulata. Sic neq̃ fistulosus: neq̃ salsus: neq̃ aridus prouenit. Quorum vitiorũ primũ solet accidere si parũ pressus. Secunduz si nimis sale imbutus: tertiũ si sole exustus est.

F ante L.

¶ Flabrũ quasi flatio a flo as. Prop. Neq̃ hic boreæ flabra: neq̃ arma timet. i. flantes ventos. Virg. Nec flabra nec imbres. Uerum Ser. putat tantũ flabra numero plurali dici.
¶ Flabellũ diminutiuũ a flabro: & accipit p instrumẽto quo fit ventilatio per æstatẽ ad refrigerandũ corpus. Ter. Heus tu dore cape hoc flabellũ & ventuluz huic ita facito dũ lauamur. Ouid. de arte. Profuit & tenui ventos mouisse flabello.
¶ Flaces oliuarũ purgamenta. Ply. In amurca & flacibus hę sunt carnes & illę feces.
¶ Flaccũ dr tritũ. Et flacco habere: quasi ad terendũ habere. Plaut. Perij flacco habebit iã illic hõ lũbos meos. Hinc fit deflacco as.
¶ Flaccidus a. um. a flaccis dicit: quod est languidũ Unde flaccidi siue flacci dicunt: quorũ aures pendulę & non arrectę sunt. Col. lib. viij. Caper flaccidis et prægrauãtibus auribus exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanę ductum est: vt flacci appellent: q̃ aures deorsum pendentes hñt.
¶ Flacceo es. cui. langueo. Hiero. in Esa. Et erũt irrigua eius flaccentia: a quo faccesco languidus flo Colu. lib. iij. Paucis deinde horis dũ flaccescat in sole habeto. Deinde in vmbra assiccato & ita condito. Compositum est Conflacceo: quo vsus est Gellius libro primo p detumesco. Nam fluctus inquit qui flante aquilone maximi et creberimi excitantur simul ac ventus posuit sternũtur & conflaccescunt: vt mox fluctus esse desinunt.
¶ Flagella diminutiuum a flagris summæ arborum partes & virgę sue capita minorum sarmentoruz vbi nascitur vua q̃ caro his percussa flagret: q̃uis aliqui afflando potius dici velint: q̃ ventorum crebros sustineant flatus. Col. lib. v. Ut certe in ordinarijs vitibus vtiq̃ obtinendum est: ne pluribus flagellis emaciententur: nisi si propaginibus futuris prospiciemus. Uar. libro pri. de re rust. Emucidũ sarmentum pp infirmitatem sterile: neq̃ ex se potest eijcere vitẽ quã vocãt minorẽ flagellũ: minorẽ etiã vnde vuę nascunt palmã priore lra mutata in d: dalma a vẽti flatu dicta
¶ Flagello as. q̃si flagello cędo. sicut verbero a verbere & fustigo a fuste. Et flagellare icrepare ẽ atz psonare.
¶ Flagro as. ardeo a flãma vel a flatu quo alit: incẽdiũ q̃n flatu excitat ignis. Virg. Flagrãtisq̃ dei vultũ. Trãsfert q̃nq̃ ad desyderiũ amoris/odij /ire /virtutis/aut vitij. Lact. li. i. Quid apollo pater ei nõne ob amorẽ quo flagrabat turpissime gregẽ pauit alienũ? Et li. vij. Qui auaritia inopũ inexplicabili quadaz siti fragrãt. Liui. li. ij. Ciuitas secũ ipa discors intestino inter patres plebẽq̃ flagrat odio. Huiꝰ ꝯposita sunt Cõflagro: qd ẽ totũ sit flagro. Lact. li. iij. Capitoliũ nõ semel sed sępius flumine ictuz conflagrauit. Deflagro: de quo supra.

¶ Flagratores dicebantur illi qui mercede flagri cędi se ptimebant.
¶ Flagriones dicti sunt serui q̃ flagris subiecti sint vt verberones a verbere.
¶ Flagitium est vitiũ flagitione. i. rephẽsionẽ dignũ Nã flagitatio ad strepitũ dr. Flãma em̃ flagella & flagitare i. psonare dici intelligimus q̃m sine sonitu nõ fiũt: Et est flagitiũ generale ad oĩa mala. Ci. in Cato. Stupra vero & adulteria & omẽ tale flagitiũ nullis aliis illecebris excitari. nisi voluptatibꝰ. Aliq̃n significat errorẽ: vtpote rẽ vel flagris vel increpatiõe dignam Ci. Tantã ne obliuionẽ inq̃a in scripto psertim vt ne legens quidẽ senserit q̃tum flagitij admisisset.
¶ Flagitiosus scelératꝰ. Sal. In tãta tãq̃ corrupta ciuitate id qd factu facillimũ erat oĩm flagitiosoꝝ atz facinorosoꝝ circũ se tãq̃ stipatoꝝ cauernas habebat
¶ Flagito as. a flãma deductũ videt: vt sit quasi flãmas agito. Flagitare em̃ ꝓprie est vehemẽter cũ instantia clamore ac strepitu poscere cũ flagella flãma & sine sonitu crepituq̃ nõ sint vt docet Do. in eu. Ter. Lac. li. iiij. Succlamare cœperũt & crucẽ eiꝰ violẽtis vocibus flagitare. Hiero. in plo. paral. Deniq̃ cuz a me nup flagitassetis vt vobis paralipomenon latino sermone trãsferrẽ. Habet hoc verbũ in se maiorẽ vim q̃ postulo. Et q̃nq̃ actõ tm̃ iungit: vt Ci. p Quintio Dẽq̃ hoc causa postulat: etsi postulat non tñ flagitat q̃nq̃ habet actm̃ cũ ablrõ mediante ꝓpositione. Cæs. cõ. i. interim quotidie Cesar ab heduis frumentũ: qd essent polliciti flagitat. Q̃nq̃ ꝯstruit cũ duobꝰ actis: vt apud Sue. in Uitel. Tũ fœneratoꝝ & stipulatoruz publicanorũq̃ qui vnq̃ se aut Romę debitũ: aut i via portoriũ flagitassent vix vlli pepecit. Huiꝰ ꝯposita sũt Cõflagito. Ply. li. xxx. Tanta ppli ro. ꝯtumacia fuit vt magnis theatri clamoribꝰ reponi apoximenon cõflagitauerit. Efflagito de quo supra.
¶ Flãma a gręco φλεγω φλεξω ardeo. Jñ Flãmifer Ponit interdũ metaphorice flãma p piculo. Ci. li. ij. tusc. Quid de cupiditate honoꝝ loquar: Quę flãma ẽ p quã nõ cucurrerit hi q̃ hęc olim pũctis singulis colligebant: Idẽ in Bruto dixit Galbã eripuisse sese de flãma iudicij: cũ significare vellet eũ liberatũ esse a piculo iudicialis dãnationis. Terẽ. in eu. Ex flãma te petere cibũ posse arbitror. De fumo tendere ad flammam significat ire in periculum.
¶ Flãmeus a. um. Col. li. vi. Quędã partes eiꝰ regionis sic infestant euro: quẽ incolę vulturnũ appellant et nisi vites tegminibus opacent velut halitu flãmeo fructus vratur.
¶ Flãmiuomus a. um. pe. cor. qd flammas vomit.
¶ Flameũ genus veli rubri seu crocei: qd gestabat a mulieribꝰ nup nuptis: sic dictũ q̃ eo assidue vtebat flaminica: i. flaminis vxor: cui nõ licebat facere diuortiũ. Et eodẽ mõ tegebat nupta flameo: vt ppetuo cuz viro maneret. Luc. de Martia iterũ nubẽte Catoni Lutea demissos velarũt flamea vultus. Huiꝰ diminest flameolum. Juue. Sedet illa parato Flameolo.
¶ Flaminũ tegumen quo matronę capita tegebant
¶ Flaminica sacerdotula: siue flaminis dialis vxor.
¶ Flaminia flaminis domus. Et flaminia via Romæ a Flaminio dicta.
¶ Flameariꝰ infector flamei coloris violę luteę: q̃ flamea apppellat: q̃ & luteola a nris dr: sicut violariꝰ q̃ violaceo tigit. hic flamea appellabãt vestimẽta lutei coloris: qbꝰ flaminica vtebat: a q̃ & vestes qbꝰ amiciebãtur nouę nuptæ similiter vocabant flaminicę.

¶ Flaminius sacrorum ꝓminister. Est etiã ꝓpriũ nomẽ ciuis Romani: a quo via flaminia: arcus flaminius: & forum flaminium.

¶ Flamatica arbor fulmine icta.

¶ Flamen neut. ge. flatus dr̃: siue voci ducta foramina musicorum instrumentorum. Horati. Cur berecynthię cessant flamina tibię. Masculino autẽ sacerdotem significat. Et flamines cognomen acceperũt ab eo deo: cui sacra facinnt: vt flamen dialis a dio .i. Joue quasi Jouialis: martialis a marte & Quirinalis a romulo. Aug. li. ij. de ci. dei scribit romanos tres tantũ flamines instituisse tribus numinibus: dialẽ ioui. martialem marti. Quirinalem Romulo: dicti flamines sacerdotes a filo: quo cinctum caput habebant: Ut docet Uar. Seruius sic habet. Flamines in capite habebãt pileũ: qḋ cũ per ęstus ferre nõ possent: filo tantũ capita religare cœperunt. Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat. Unde a filo quo vtebãt flamines dicti sunt: quasi filamines.

¶ Flãmo as. flãmã ꝓduco. Uirg. li. iii. geor. Exilit in siccũ & flãmantia lumina torquens Sęuit agris. Hic ꝯponitur inflãmo: qḋ est valde vel intus flammo. Ci. Curioni. Non feci inflãmandi tui causa: sed testificãdi amoris mei.

¶ Flãmescere est flãmam fieri: accendi. Unde in hymno dicimus. Flammescat igne charitas: accendat ardor proximos.

¶ Flandria Germanię regio ad littora Oceani Septetrionalis posita: varios habz populos: qui prisco nomine Cimbri dicti sunt.

¶ Flator: et flatus: vide in dictione flo as.

¶ Flauus color ex viridi/rufo & albo ꝯcretus. hoc est fuluo clarior: qualis est color auri. Et attribuit quandoq; melli. Mar. Flaua mella quandoq; capillis. Ouidi. lib. ij. fasto. Forma placet niueusq; color flauiq; capilli. Quandoq; bladis maturis. Uirg. lib. i. ge. Neq; illũ Flaua ceres alto neq̃quã spectat olympo. Ubi Ser. Flaua Ceres dr̃ propter aristarum maturitatẽ. Sic flauam aquam flauas frondes olearum dicimus Uirgil. lib. iij. georg. Turbidus & torquens flauentis hister arenas.

¶ Flaueo es. flaui: fulgeo & auri colorem reddo a flãmo: ꝙ sit color non dissimilis flammę: vel a flando: ꝙ flata metalla eum colorem habent. Columel. li. ij. Sz ęqualiter flauentibus iam satis anteq̃ ex toto grana indurescant: cum rubicundum colorẽ traxerunt: messis facienda est.

¶ Flauescere est flauum fieri. Uirgi. Molli paulatim flauescet campus arista.

¶ Flecto is. xi. xũ. inclino: voluo: duco. Ter. in hecy. Istuc est sapere vbicũq; opus sit posse alum flectere Uirg. li. ij. geo. Et ipsa flectere luctantis inter vineta iuuencos. Ser. Cum quadam moderatione ducere ne tenera adhuc virgulta concutiantur. Huius cõposita sunt Circũflecto: circũplico: circuo. Uir. Pręstat trinacrii metas lustrare pachini Cessantem longos & circũflectere curs⁹. Deflecto de quo supra. Inflecto. Aug. li. viij. de ci. dei. Socrates primus vniuersam philosophiam ad corrigendos ꝯponendosq; mores inflexisse memoratur. Reflecto in idem flecto. Offlecto de quo supra.

¶ Flexo is. xi. xuz. eiusdẽ significationis est cũ flecto Pris. A necto tñ nexui: qḋ tñ etiã necto nexi decẽtes & nexus: vt flexo flexi & flexus.

¶ Flexile pe. cor. quod flexũ est: vt vitis flexilis ꝙ flexa sit: & lapsu erratico torqueatur.

¶ Flegeton vide phlegeton quia grecum est.

¶ Flegma: vide in phlegma. Suidas φλεγμα ου λεγεται πρωτον απο τροφης. πρωτον γαρ απο τροφης το αιμα. το και φλεγμα πρωτον των απεπτων εστι δε και αλλα απεπτα απο γαρ φλεγματος μεταβαλλεται οξυς χυμος περι τον στομαχον εστιν ουχ απλως πρωτον αλλα των τρα πεπτων.

¶ Flema dicitur cuz ex labore vię sanguis defluit circa talos.

¶ Fleo es eui. etum. cũ lachrymis plango. Ideo tñ hominum est sicut rideo. Hinc fletus participiũ. Urgil. Hic multũ fleti ad superos belloq; caduci .i. nobiles & conspicui: quorum mortem magna lamentatio sequitur. Fletus substantiuũ. cõpositum est Defleo qḋ est valde fleo. Ci. li. i. tus. Non exercitu amisso nudus in seruorum ferrũ & manus incidisset: non liberi defleti: non fortunę omnes a victoribus possiderentur. gręcum tñ est κλαιω μ. κλαυσω.

¶ Flebile: quod est dignũ vt fleatur: a quo flebiliter aduerbium cũ fletu.

¶ Fligo is. xi. ctũ. affligo quo vsi sunt antiqui. Unde & flictus ꝓafflictus. Sirius. Galea horrida flictu aduersę ardescit galeę. Liui. Ipse se in terram fligit cadens. Cuius cõposita sunt: Affligo: Confligo: infligo: & ꝓfligo: quę habent pe. pro. Est aũt affligere proprie prosternere & in terram extendere. Plyn. At canis ille horrentibus per totum corpus villis ingenti primũ latratu intonuit: mox in ceruicem assultãs cõtraq; beluam exurgẽs hinc & illinc artifici dimicatione qua maxime opus esset infestant atq; euitans donec assidue rotarum vertigine afflixit ad casum eius tellure concussa. Cęsar. Neq; si quo afflictę casu fuerint erigere sese atq; eleuare possunt. Per translationem ponitur p.o perturbare vexare. Seneca. Ut animum variis curis afflictum oratione lenirem. Hinc Afflicto as frequentatiuum: De quo & aliis compositis suis locis.

¶ Flo as. aui. atũ. spiro. Hinc flatus us. pro spiritu: et flatus ventus qui & ipse spiritus est. Et flatores antiquitus tibicenes dicebantur: ꝙ flando tibias sonarent. Et flabellum. Aliquando flare signare est: ꝙ es siue aurum: siue argentum flando: hoc est flatu calefaciendo signetur. Hinc flatum ęs & flata pecunia dicitur. Eius composita sunt afflo: quod est aliquid spiro. Cicer. in Cato. Cum admiraretur Lysander & ꝓceritates arborum & directos in quincunce ordines & humum subactam atq; puram & suauitatem odorum qui afflarẽtur e floribus. Et in hymno. Impleta gaudent viscera afflata sancto spiritu. Per translationez Lactan. libro. vij. Non vidisse nec compręndisse philosophos veritatez: sed ita leuiter odoratos: vt tamẽ vnde eos odor illę sapientię tam suauis: tam iucund⁹ afflauerit: nullo modo senserit .i. attigerit vel asperserit. Uirgi. Nãq; ipsa decorem Cęsariez nato genitrix lumenq; iuuentę Purpureum & lętos oculis afflarat honores .id est flando dederat. Difflo: flatu dispergo distribuo. Plautus. Cuius tu legiones difflauisti spiritu. Lucil. li. xxvi. Pars difflatur vento: pars autem obrigescit frigore. Deflo deorsum vel valde flo. Uar. Uas fictile eo ꝙ est leuissimũ ac summum deflatum vt traiciant in alia vasa. Inflo Turgefacio: quales sunt vtres vento distenti. Transferturq; ad animum

Lact. li. vi. Si efferat ira: superbia tumidus infletur Fractū a folle qui flatu turgescit. Hinc inflare ꝓ pulsare: siue tibia canere. Virgi. Tu calamos inflare leues ego dicere versus. Perflo valde flo: siue multum cōmoueo. Idē. Et terras turbine perflant. Reflo retro vel contra spiro. Cic. li. i. tus. Sin autē reflantib᷒ ventis reijciemur tū eodē paulo tardius referamur necesse est. Idem lib. ij. offi. Nam cum prospero flatu eius vtimur ad exitus prouehimur optatos: ⁊ cū reflauerit affligimur. Suffio subtus spiro: siue superflo ⁊ turgefacio. Nonius. Sufflatū dicitur tumidum: et quasi vento quodam latius factum. Et sufflare flatū facere. Aug. lib. xii. de ciui. dei. Quid est aliud sufflare ꝗ̄ flatum facere. Idem paulo ante. Et cum virum terreno formasset ex puluere eiq; aiam sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset. Conflo et Efflo alibi: A suffio etiam fiunt duo composita: Insufflo: et Exufflo.

¶ Floces vini vuarū purgamēta: hoc est vinaceę sicut flaces oliuarū: fex a vinacijs expressa. Cecil. Aedepol ego neq; florē: neq; floces volo mihi: vinū volo. Gel. Appludā edidit: ⁊ floces bibit.

¶ Floci lanarū particulæ diuisæ a velleribus inutiliter euolantes: ⁊ per diminutionem Floculi: Var. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solēt ne qui floci intereant: Plyn. Nascuntur in robore pilulę nucibus non absimiles: intus habentes floculos molles lucernarū luminibus aptos: Nam ⁊ sine oleo flagrant:

¶ Flocifacio ⁊ flocipendo: a floco ꝓtēno: ⁊ in nulla ęstimatione habeo: Plau. in epi. Dū tibi ego placeā atq; obsequar meū tergū flocifacio:

¶ Flora dea q̄dā a Romanis in honore habita.

¶ Floralia eius deę ludi seu festa: Floralia etiā dicūtur loca in quibus sunt flores: Var. li. i. de re ru. Nec minus ea discriminanda in conserundo quæ sunt fructuosa propter voluptatem: vt quę pomaria ac floralia appellantur.

¶ Flores dicti sunt qui ex arboribus vel herbis colliguntur: Cuius diminutiuū Flosculi:

¶ Floreus a. um. quod est totū ex floribus

¶ Floridus a. um. qꝺ forib᷒ abūdat: Tibul. Cūponi florida serta darem

¶ Floreo es: rui. florere est floridū esse seu flores habere. Ci. li. i. tus. Segetes largiri fruges: florere oia fontes scatere: Per translationē florere est splēdere: aut in aliqua ꝓsperitate esse siue excellere. Ci. in Lel. Magnāq; grecia ꝗ̄ nūc quidē deleta est: tū florebat institutis ⁊ pceptis. Lact. li. v. Iniusti ac deū nescientes ⁊ diuitijs ⁊ potētia ⁊ honorib᷒ florēt. Hiero. Alium iuuenili ętate florentē in amœnissimos hortulos pcepit adduci. Huius ꝯposita Defloreo: Effloreo: de quibus alibi: ⁊ refloreo quod est rursus floreo. Est et

¶ Floro as. vnde ⁊ pfloro. Gel. Et expectatio te spei suspensum fatigabit ⁊ futuri gaudij fructū spes tibi iam prefloraverit.

¶ Florescere est floridū fieri. Col. li. v. Ventiq; nebulam ⁊ rorem pestiferum celeriter assiccant: multumq; ad florescendum ⁊ ad bonitatem vini conferūt. Var. lib. i. de re rus. Pratū aqua defendi debet anteꝗ̄ florescere incipiat.

¶ Floridare idem qꝺ florere. Unde prata floridantia dicuntur.

¶ Fluo is. xi. xum. proprie decurro. Virg. lib. i. geor. Hęc argenti riuos ęrisq; metalli Ostendit venis atq; auro plurima fluxit. Quoniā vero ea quę fluūt latius diffundi videntur. Fluere quādoq; capitur pro latius atq; vberius excrescere. Idem lib. ii. geor. Tu deniq; dura Exerce imperia ⁊ ramos compesce fluētes. Rursus quia q̄ decurrūt quodā mō minui videntur. Fluere pro deficere sumitur. Idem Ex illo fluere ac retro sublapsa referri Spes danaū. Hinc fluxa dicimus quę instabilia ac momētanea sunt ⁊ cito peritura. Et fluere procedere nasci. Lactan. libro. ii. Ab hac gēte proximi quiq; populi multitudine increscēte fluxerunt. Item Transire. Hiero. Iam altera fluxerat dies. Huius cōposita sunt. Affluo: Confluo: Defluo: De quibus supra. Circūfluo: de quo Ci. in Lel. per translationē dixit. Et circūfluere oībus copijs atq; in omni rerum abundantia viuere. Proprie Plyni. Id oppidum circūfluit amnis. Aliquando significat concurrere. Idem. Postꝗ̄ variæ vndiq; gentes circūfluxere. Hinc circūfluxus pro concursu: ⁊ circūfluus qui circunfluit. Diffluo varie fluo. Lact. lib. vij. Nam si terrenum et fragile corpus post secessum aiæ non statim defluit in terram quæ tabescit: et qua illi origo est. Per translationem luxurior prodigus sū. Itē consumor ac deficio. Ter. in heau. Ut illius animū qui nūc luxuria ⁊ lasciuia diffluit retundā ⁊ redigā. Influo intus fluo. Col. li. i. Sed ampla stabula sic ordinent: ne qꝺ humor influere possit. Cęsar. A lacu lemano: qui in flumen rhodanū influit. Cic. in Lel. ꝑ translationem dixit. Quibus blandicijs. C. Papiri᷒ consul nuper influebat in aures .i. facile lutrolbat vel personabat. Interfluo: in medio fluo. Perfluo ⁊ trāsfluo per medium fluo: spargo: nō contineo. Terenti᷒ Plenus rimarū sum huc atq; illuc perfluo. Profluo: de quo alibi. Prefluo ante fluo: vnde prefluxus ⁊ prefluuiū pro fluore alicuius rei ante facto. Preterfluo: vltra vel ante fluo. Liui. li. i. Infima valle preterfluit tybris. Quintil. Per translationem libro. xi. Omnis disciplina memoria cōstat: frustraq; docemur si quicquid audimus preterfluat. Refluo retro siue rursus fluo. vnde fluxus ⁊ refluxus. Superfluo superabūdo a quo superfluus a. um. Col. li. iiij. Per medullā trāsmittit quicquid aquarū cęlestiū superfluxit: Subterfluo inferius fluo.

¶ Fluito as. pe. cor. frequentatiuū significat sępe siue continue fluo. Liui. li. i. Tenet fama cū fluitātem alueū in quo expositi erāt pueri tenuis in sicco aqua destituisset. Et fluitare est supernatare. Ply. Oēs pisces cum sunt extincti fluitant exceptis anguillis. Aliq̄n fluitare est solui ac laxari.

¶ Fluus a. um. quasi fluens: sed in ꝯpositione magis in vsu vt mellifluus: quasi fluens melle.

¶ Fluidus a. um. pen. cor. modo fluentem: mō humectū significat.

¶ Fluor: fluxus: ⁊ fluxio idē significant .i. profluuiū. Aug. li. vij. ci. dei. Sed ibi est dea Mena q̄ mēstruis fluoribus pręest.

¶ Fluescere est fluidū fieri resolui: Aug. li. xxi. ci. dei Agrigentinū sicilię salē phibent cū fuerit admotus igni: velut in aqua fluescere.

¶ Fluxus a. um. quod est instabile momentaneum et cito periturum. Unde fluxę res dicuntur. Poet. Nos tibi ne fluxas phrygię res vertere fundo Conamur. Sallu. Nam diuitiarū ⁊ formę gloria fluxa ⁊ fragilis habetur. Aliquando capitur pro largo ⁊ minime ab-

stricto. Unde parthorū vestimenta fluxa fuisse Lucanus scribit. Illic & laxas vestes & fluxa virorum velamenta video. Et fluxi dicūtur libidinosi molles effœminati. Sue. in Tybe. Drusus animi fluxioris remissiorisq; vitę erat. Cyprianus. Usq; ad hoc venimus vt in cōparatione fluxorū de sanctorū virtutibus disputemus. Idē. Fluxuras libidines vocat: scribens castitatem esse exarmaturā fluxurarum.

¶ Fluuius a fluo fluis. q fluat semper. Idem quod flumen.

¶ Fluuiale quod ex fluuio est: vt aqua fluuialis.

¶ Fluuiatile penul. corre. quod in fluuio viuit: vt piscis fluuiatilis. fluuiatilis auis. fluuiatilis arena quę in fluuijs est. Plynius. Arenę tria sunt genera: fossitia: cui quarta pars calcis addi debz. Fluuiatilis: aut marinę tertia.

¶ Fluuior aris. depo. sumit̄ p abundo: vt apud Josephū lib. xviij. Nihil interestanter eos an diues fluuatur. an paup defraudatur.

¶ Flumen similiter a fluo: proprie est aqua fluuij decurrens: & maior est q riuus. Et flumina dicunt̄: quę perennia sunt: & ꝯtinue fluunt. Torrentes qui ęstate siccant̄. Sed qn̄ hoc nomē genitiuo iungit̄: capitur p fluxu seu cursu. Ply. Ne flumini eius riui essent impedimento. Hinc flumentana porta Romę: quā tyberis vrbē intrans in sinistra ripę parte relinquit: dicta q Tyberis qnq; in eam influxerit.

¶ Fluentū paruū flumen: siue decursus aquę. Hier. in Josue. Trans fluenta iordanis. Ambro. lib. hexa. Itaq; cū tāta de terris erūpant maximorū fluēta amnium Nilus effuso ęgyptū stagnās flumine.

¶ Flumineus a. um. vt aqua fluminea quę ex flumine colligitur.

¶ Fluminosus a. um. quod fluminibus abūdat. vt regio fluminosa.

¶ Fluctio: catarrhus dicitur.

¶ Fluctus a fluo: et est aqua mota in vnum collecta quę vnda dici solet.

¶ Fluctiuagus qui fluctuando vagatur.

¶ Fluctuosus: vndosus: procellosus / inquietus. Et per translationem fluctuans anima dicitur quemadmodum ęstuans cū ira aut curis aut libidine aliove morbo agitatur.

¶ Fluctuare iactari cōmoueri: in dubio esse: & instar nauis fluctibus agitari. Uir. li. ij. geo. Ac late fluctuat ois Aere retinenti tellus. Unā fluctuatus pro iactato. Ply. Delos diu fluctuata vt pditur sola motū terrę nō sensit. Et lib. viij. Fluctuatusq; similis ex animi Proprie vero est fluctus. i. vndas facere. Plau. in ru. Ita fluctuare video vehemēter mare. Itē significat sup vndas esse. Ply. li. xxxvi. Lapidem e scyro insula integrū fluctuare tradūt: eundē ꝯminutū mergi.

¶ Flustrū: status maris cū fluctibus nō agitat̄.

¶ Fluctuatim aduerbiū iactanter: solute. Afra. Molo fluctuatim [illegible] illi.

¶ Flutę anguillę siue murenę dicebant̄ in freto siculo: quę grę ce plotę quasi nauigabiles dicunt̄: q in summa aqua mergi nō possunt. Macro. Accersebant̄ murenę ad piscinas vsq; freto siculo. Illę eni optimę esse creduntur pręsertim q grę ce plotę: latine flutę dicuntur: q in summo supnatantes sole torrefactę curuare se posse & in aquā mergere desinunt.

¶ Fluonia Juno: quam mulieres colebant q sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur.

F ante O.

¶ Focus a fouendo: vel a flammis dicitur id in quo ignis seruatur vel ipsa ignis fomenta. Ouid. li. vi. fasto. At focus a flāmis & q fouet oia dictus. Idē. Thure vacēt arę stentq; sine igne foci. Tibull'. Dum me us assiduo luceat igne focus. Cato de re. rust. Folia subdito in foco calido: sub testa codito: leniter. Ponit̄ etiā quandoq; pro priuatis domib' sicut ara p tēplo.

¶ Foculus diminutiuū qui etiā circūfertur a testa testulę triuialiter nomen adeptus. Gel. Cū illa foculū corā rege cū igni apposuit & tres libros ex nouē deusit. Ual. max. li. i. Cū Carbasum quē optimū habebat foculo imposuisset: subito ignis emicuit.

¶ Focula dicunt̄ nutrimēta. Plau. in persa. Nam iā intus ventris fumant focula.

¶ Foculo as penul. corre. nutrio seu foueo. Nonius. Focula dicta sunt nutrimenta. Unde & foculare dicit̄ vt fouere.

¶ Focillus dimi. est a foculus: a quo focillo.

¶ Focillo as. & focillor deponens significat nutrio. Uar. li. ij. de vi. pa. Sed suū quisq; ꝯmodū focillantur. Hinc cōponit̄ refocillo: qđ est recreo.

¶ Focarius a. um. quod ad focum pertinet. Hieron. lib. i. Reg. Filias vestras faciet sibi vnguentarias et focarias.

¶ Focale pen. pro. genus ligaminis ad fauces velut fascia quędā collū ambiens: q fauces perfringere nō sineret & pronūciationi conduceret: Seneca libro iiij. quęstionū naturaliū. Uidebis quosdā graciles & palliolo focalicq; circūdatos pallentes & ęgros. Quintil. libr. xi. Palliolū sicut fascias quibus crura vestiunt̄: & focalia & ligamina auriū sola excusare potest valitudo. Dictū focale a faucibus: au in o. mutata. Quidā etiā accipiunt focale p ferro: quo ignito crispant̄ crines. Et sic habet primā cor. cū a foco descēdat. Hor. in ser. Fasciolas cubitale focalia: potus vt ille Dicit̄ a collo furtim carpsisse coronas.

¶ Focaneus palmes dicit̄: qui in fauce vitis nascit̄: vt est apđ Col. li. v. Uidet̄ (inquit) focaneus palmes: qui solet in bifurco medius prorepere. Et iccirco eū pdicto vocabulo rustici appellāt q inter duo brachia sua se diuidit vitis enat' velut fauces obsidet: at verius q; duramen trahens alimenta prorepit. Et libr. vi. Focaneus est qui inter duo brachia velut in vena de medio nascitur.

¶ Fodio is. fodi: fossū. cauo: aro: vt fodere non valeo medicare erubesco. Uir. li. vi. Seu spumātis eq fodere t calcarib' armos. Hic fouea. & fodere forare. Hate. ad Hello. Cerne man' iudęę quas fixeras. cerne lat' romane qđ foderas. Hui' ꝯposita sunt Cōfodio: qđ ē cauo: ferio: siue in totū foro. Plau. in aul. Hic apđ me ꝯfodere hortūiu. Sal. Inter ꝯfertissimos incurrit ibiq; pugnādo ꝯfodit̄. Circūfodio circūcauo. Col. li. iij. Arborē quā deposueris sępius circūfodito. Defodio. vide loco suo. Effodio extra fodio. Plaut. in aul. Oculos ego hercle istos iproba effodiā tibi ne me obseruare possis qđ rex gerā. Infodio int' fodio: aut int' plāto pono seu sepelio. Col. li. iiij. Cāpestris loc' alte duos pedes infodiēdus est. Hiero. in gen. At ille infodit eas sub terebynthū. Uir. li. ij. Ge. Ante supinatas aqloni ōndere glebas Q ictū ifodias vitis genus. i. obruas. Perfodio valde cauo. rūpo ferio pforo Plau. i asi. Ubi parietes pfoderis. Col. li. xi. Tu grauis

bus rastris cunctantis perfode terga. Lact libr. iiij. Sed tantũmodo latus eius perfoderunt. Gel. lib. ij. Quadringenti omnes tum vna perfossi gladijs: aut missilib⁹ operti cadunt. Præfodio ante fodio. Ply. li. xvij. Præfodere scrobes ante si fieri posset: tanto do nec pingui cespite obducantur. Refodio, rursus fodio. Ply. Mus marinus in terras scrobe effossa parit oua et rursus obruit terra trigesimo die refossa aperit: fetumq; in aquam ducit. Suffodio subter cauo. Col. lib. ij. Neq; suem velimus impasci: quoniã rostro suffodiat ⁊ cespites excitet. Transfodio trans siue vltra ab vno latere ad aliud fodio. Ouidi. Gemino trãsfodi vulnere pectus. Et hęc oĩa habent fo. syllabaꝫ correptam.

¶ Fodico as. pe. cor. idem qđ fodio. Ci. lib iij. Tus. Nõ est eñ in potestate fodicantibus eis rebus quas malas opinamur dissimulatio vel obliuio. Hor. Ema mus qui fodicet latus.

¶ Fodina pen. p. locus vbi quid foditur vt aurifodina vbi foditur aurum. Plyni. Odor ex argenti fodinis inimicus oĩbus aĩalibus: sed maxime canibus.

¶ Fœcundus a. um. qđ fructũ facit: a faciendo seu ferendo: q; ferax sit ⁊ sępe fructũ faciat. Oui. li. iiij. fast. Fęde ferens bos est fęcũdaq; dicta ferẽdo. Hinc etiã fętus nomen habere putant. Interdum sumitur pro abundanti ⁊ pleno. Hora. Fęcundi calices quem non fecere disertum? Huius contrarium est infęcundus non ferax. Vir. lib. ij. Geo. Sponte sua quę se tollunt in luminis auras Infęcunda quidem. Inde infęcunditas pro sterilitate sicut fęcũditas pro abundantia. Col. Sępenumero ciuitatis nostræ principes audio culpãtes mõ agrorũ infęcunditatem: modo cęli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem.

¶ Fœcundo as. abundantem seu fructiferum facio. Vir. li. iiij. Ge. Et viridẽ ęgyptũ nigra fęcũdat arena

¶ Fœtus us. a ferendo: vt inquit Ouid. seu a fouendo quoniam ⁊ duꝫ in vtero est: ⁊ postq; eductus fętus est, a matre fouetur. i. calefit. Est autem fętus generale nomen ad omnia animalia etiam si sint oua. Etiam ad arbores. Virg. libro primo geor. Hic segetes illic veniũt fęlicius vuæ Arborei fętus alibi. id est fruct⁹ vt poma.

¶ Fœtus a. um. plenus. Virg. Loca fęta furentibus austris. Et fęta mulier dicitur grauida. Idem. Nõ insueta graues tentabunt pascua fętas. Idem dicit partu liberata: hoc est q̃ peperit: vt Fecerat ⁊ viridi fętam Mauortis in antro. Enixam autẽ fuisse lac quod pueris pbebatur ostendit Colu. libro. viij. Huic pecudi nocet ęstus ⁊ pręcipue fętę quę gelicidio hyemis conceptum fecit. Huius composita sunt Confętus. Festus. Confętus sus dicebatur qui cum omni fętu adhibebatur ad sacrificium. Defætus et effætus: de quibus alibi.

¶ Fœtuosus a. um. qđ est plenũ fętu. Hieron. contra Iouin. Lippientem iam deformẽ atq; fętuosaꝫ synagogę typum ptulisse: retinet hoc nomen u. qm̃ fętus est quartæ declinationis: sic sumptuosus/luctuosus: actuosus/quęstuosus. Quę veniunt ab alijs declinationib⁹ nõ tenent u. vt fabulosus/dolosus/vitiosus: portentosus/⁊ huiusmodi.

¶ Fœtura: genitura ⁊ pariendi tẽpus. Var. libr. ij. de re rust. Appello fęturã a cõceptu ad partũ. Hi eñ primi pgnationis ⁊ extremi fines. Vñ ⁊ pro aĩalium prouentu ponitur. Virg. Si fętura gregẽ suppleuerit aureus esto. Ply. Optima fętura est post vernũ ęquinoctiuꝫ. Transfertur etiã ad inaĩata: vt fęturã pratorũ. Idẽ ad opus suũ trãstulit: cũ in principio ait. Opus natũ apud me prima fętura licentiore epistola narrare constitui.

¶ Fœtifico as. fętũ facio pario. Ply. li. x. Accipitres fortius massilię fętificant. vñ ⁊ Fętificus a. um.

¶ Fœto as. fętum emitto. Col. li. viij. Circa paludes in quibus plerũq; fętant. Aug. li. v. ci. dei. Cur alios eligunt dies accõmodatos ponendis vitibus: alios pecoribus vel domãdis vel admittendis maribus q̃bus equaꝝ vel boũ fętentur armenta.

¶ Fœdus eris. a ferio vt quibusdã placet: cũ œ. vt o. longa sit: quoniã ferio e. breuẽ habeat. Mos eñ fuit antiquis vt in fędere faciendo porca ferirẽ. Virg. li. viij. Stabant ⁊ cæsa firmabant fędere porca. Quidaꝫ hoc nomẽ a fecialibus. i. sacerdotib⁹ deriuãt: p quos fiunt fędera. Alij a fide: quia in fędere interponebat fides. Et pprie fędus dicitur pax quæ fit inter dimicantes. Accipit etiã q̃nq; pro lege. vt apud Virg. Regemq; dedit qui fędere certo.

¶ Fœdero as. pe. cor. fędus facio. Vñ fęderati dicuntur populi q̃ fędere icto cũ po. Ro. societatẽ coiuerũt Nãq; inter ciuitates puinciarũ alię fęderatorũ: alię stipendiarię dicebantur.

¶ Fœdifragus pe. cor. qui fędera frangit.

¶ Fœdus a. um. qđ est deforme. Ter. in eu. Nũc tibi videtur fędus: q2 illã nõ habꝫ. Ponitur q̃nq; p execrãdo. Virg. lib. vij. Aduersusq; refugit fęda ministeria. Q̃nq; p crudeli. Ter. in eu. O facinus fędũ. Don. fędũ crudele. Ea eñ q̃ crudelia sunt ⁊ nefaria ipsa crudelitate fęda ⁊ maculosa dici possunt.

¶ Fœdare polluere: inquinare: quasi foras edere. i. manifestare. Nã fęda vel corpis vel animi foras eduntur. Vñ fędare foras dare. Virg. Impulerat ferro argolicas fędare latebras. Lact. li. v. per metaphoram. Sed fortasse nõ ipsius vitiũ sed poetę fuit q̃ insigneꝫ pietate virũ insigni scelere fędauerit. Et Fędare lacerare cruẽtare. Sũt qui hoc verbũ a fętu deriuari putent: qm̃ fętando mares polluũtur.

¶ Fœlix a fęnus quidã deducunt conuersione n in l. quasi beatus. hoc est diues ⁊ fęnore plenus. Et dicitur qui prosperitatem habet. Virg. Viuite fęlices q̃bus est fortuna peracta Iam sua. Aliquando dicitur qui alios facit esse fęlices. Idem. Sis fęlix nostrũq; leues quæcũq; laborẽ. i. prospera ⁊ benigna. Aliquando commodũ vtile. Mar. Illa manus quondam studiorũ fida meorũ. Et fęlix domino notaq; cęsaribus. Aliquando pingue: fęcundum. Vnde fęlices arbores quę seruntur ⁊ fructum ferunt. Huic contrarium est infęlix: quod quandoq; ponitur pro aduerso. Virgil. lib. vij. Quę potui infęlix. i. aduersa troianis. Quandoq; pro non fęcundo. Idem. Infęlix lolium ac steriles dominantur auenę.

¶ Fœlicitas prosperitas: cuius contrarium est infęlicitas. Interdum fęlicitas ponitur pro dea quã Romani venerabantur. Aug. li. iiij. ci. dei. Quid fęlicitas dea est: ędem accepit: aram meruit: sacra ei congrua persoluta sunt.

¶ Fœlicito fęlicẽ facio. cuius ꝯtrariuꝫ est infęlicito: qđ est destruo: q; tã de diuitijs q̃ de hoĩe dr. Plaut. in penu. Dij illũ infęlicitent oẽs.

¶ Fœmina ę. mulier: a fęto as. Hinc fęmineus a. um. ⁊ Fœmininus a. um. Diminutiua Fœmella

¶ Fœminella et fęminula. A fęmina etiam fit Effœmino.

¶ Fœnus oris. vsura dicitur a fętu. Nihil enī aliud ē fęnus ꝙ̄ fętus: hoc est partus pecunię. Quidā tamen a fundo: quod cū o. nō u. apud antiquos scribebat: ꝙ prouētus sit ex naturali terrę fructu. postea vero ad vsuram translatum: quasi pecunia per se fructum producat sicut terra. Hinc vsura vorax auidumqꝫ in tempore. Plau. in Asi. Nam si mutuo nō potero. certū est accipiam: sumam fęnore.

¶ Fœnusculum diminutiuum. Plau. Ad danistā adderes fęnusculum.

¶ Fœnebre penu. ad placitum qđ ad fęnus pertinet: vt lex fęnebris de credita pecunia. Si quidem crediti nummi alios pariunt.

¶ Fœnero as. pe cor. cū actō: ꝛ fęneror cū datiuo idez significant: quę tam pro dante ꝙ̄ accipiente sumūtur Quod est contra Laurentium Vallam. Hiero. in Ecclesiastico. Qui facit misericordiam fęneratur proximo suo. Et postea. Fęnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius. Cice. Vt enī benefici liberalesqꝫ simus nō vt exigamus gratiam: neqꝫ enī beneficiuz fęneramur sed natura propensi ad liberalitatem sumꝰ. id est fęnori damus. Mar: Hęc sapit: hęc omnis fęnerat vna deos. Aug. in ps̄. interpretatione. Audi scripturam quomodo fęneres dominū. Fęnerat dn̄m qui miseretur pauperis

¶ Fœneror cū abltō significat ad vsurā accipio: vt ē apud li. digesto. xxxi. Si aūt aliquis eoꝝ voluerit vēdere partem suam vel fęnerari super eam potestatem habeat vendere cohęredi suo ꝛ fęnerari ab eo. Res fęnerata q̄ ad fęnus tradita est.

¶ Fœnerator q̄ dat ad fęnus. gręce danista vocatur.

¶ Fœneratus us. idem quod fęneratio. i. mutuatio ad vsuram.

¶ Fœneratitius a. um. quod datum est fęnori: vel qđ ad fęnus pertinet. Fœneratitia pecunia quę ex vsuris collecta est.

¶ Fœnum ictum est: ꝙ sine cura fęnus prębeat: vel ꝙ hęrbę ęędem manentes quotannis nouas pariant. Hinc fęnile pro loco in quo seruatur fęnum.

¶ Fœneus a. um. quod ex fęno factuz est. Aug. li. iiij. con. Popularis glorię sectantes inanitatem vsqꝫ ad theatricos plausus et cōtentiosa certamina ꝛ agonē coronarū fęnearum.

¶ Fœnarius a. um. qđ ad fęnū pertinet: vt falces fęnarię quibus fęnum secamus: q̄ aptę sunt.

¶ Fœnicex cis. qui fęnū secat. Ply. li. xviij. Igit̄ cornu propter oleum ad crus ligato fęnicex incedebat. Idem.

¶ Fœniseca ę. penultima corre. qui fęnarijs falcibus fęnum in pratis secat. Col. li. ij. Ita necubi ferramētum fęnisecis possit offendere. Var. li. i. de re ru. Hęrba in pratis ad speciem fęnisecę nata non modo non euellenda in nutricatu sed etiam non calcanda. Idez non multo post. Sic ilienda prata. i. falcibus ꝯsectandaqꝫ ę fęnisecę p̄terierunt.

¶ Fœnisiciū ipsa fęni sectio ꝛ veluti messis fęni. Idē in eodem. Nec primo anno rigari: nec pasci ante secunda fœnisecia: ne hęrbę vellantur: obtritęqꝫ hebetentur.

¶ Fœniculū a fęnore (vt quidā existimant) quasi parnum fęnus: ꝙ semē terrę mandatū magno fęnore reddat fructū. Gręci marathron vocant: oculorū claritatimire cōfert. angues per hyemez mēbrana corpori obducta fęniculi cibo impedimentum illud exuūt: qđ Senectus ꝛ vernatio appellatur.

¶ Fœteo es. male oleo. Fœtidus maleolens.

¶ Fœtor malus odor. Plau. in Asi. Dic amabo an fętet anima vxoris tuę.

¶ Folium. gręci φυλλον dicunt. Sed ideo per simplex l. scribitur: quia antiqui nō geminabant cōsonātes. Est aūt folium quod in libris ponitur a palmarū folijs: in quibus olim scribi solebāt: ꝛ gręca voce philura appellatur. Cuius extremitas margo dicitur: ꝛ pagina vtraqꝫ pars folij. Nam folium duas paginas habet. Veteres etiā quarūdam arborum libris: hoc ē corticibus scribere solebant. Ex quo libri: ꝛ per diminutionem libelli: ꝛ codices a codice qui ꝛ caudex vocatur ex quo cortex extrahitur. Hinc componuntur Trifolium: quinqꝫfolium. gręce pentaphyllon. Latifolium: qđ habet lata folia. Millefolium gręce miriophyllon herba: ꝛ hm̄oi multa.

¶ Foliatus: a. um. quod habet folia. Vnde foliatum vnguentum preciosum. dictum vnguentum nardinū a nardi folio: quo confectum est. Hoc Plyn. scribit cōstare omphacio balanino iunco nardo/amomo/myrrha/balsamo. Plaut. in Cur. gręca dictione signare voluit. cum dixit. Tu petalion. Petalon enī gręci vocant folium.

¶ Foliaceus a. uz. qđ ex folijs factū est. Ply. li. xviij. Paucis. foliacea ꝛ lata vt a triplici sunt semina.

¶ Follis masculini generis instrumentum quo attrahitur ventus atqꝫ emittitur ad ignem excitandum. Virg. lib. viij. Alij ventosis follibus auras Accipiūt redduntqꝫ. His vtuntur ferrarię argentarięqꝫ officinę. Vtuntur ꝛ coqui sed paruulis ne opus sit ignem insufflare buccis. Quod qui faciunt sufflatores vocantur. Primus Anacharsis philosophus folles ignis exuscitatores inuenit vt refert Stra. lib. vij. Et follis siue folliculus dicitur vter. i. pellis flatu plena. Liui. li. ix. Eques folliculis in castra frumentū veheret. Ibi accipere videt̄ pro sacculis ꝛ crumenis. Rursus follis pilę genus ex pelle atqꝫ inflatione factum. ꝛ pugno redditur: a flatu nomen habens: siue ꝙ veteres follem pellem dicebant: ꝛ per diminutionē folliculuz Mar. Ite procul iuuenes mitis mihi conuenit etas. Folle decet pueros ludere folle senes. Suet. in Aug. in diminutiua forma dixit separauit pilam a folliculo cum pila sit illa pusilla: folliculus sit illa vento tumescens. Post bella ciuilia: ad pilam primo folliculumqꝫ transijt. Quoniam vero follis pugno percutitur. pugillatorius follis quādoqꝫ vocatur. Plaut. Ex tēplo hercle ego te follem pugillatorium faciam: ꝛ pendentem cursabo pugnis periurissime.

¶ Folliculus cū sit diminutiuū a follis: ponit̄ tamen quandoqꝫ pro valua. Nam ꝛ Ply. inquit antea vulua vocabatur. Quandoqꝫ pro theca frumēti vel lini vel cuiuslibet alterius rei q̄ granū cōtinet inuolutū. Vn̄ apud Exodū legimus linū iam folliculos germinaret Quādoqꝫ p corpore. Lucil. li. xxvi. Ex quo folliculo nunc sum indutus nō queo.

¶ Folliculare pars remi q̄ folliculo tecta est. A quo vitta follicularis dicta est.

¶ Fomes itis. a fouendo. hoc est nutriendo ignez dicitur. Est enī assula ex arbore excussa dum cędit̄. Ponitur ꝛ pro omni materia sicca in qua facile ignis inflāmatur. Virg. Ac primum silicis scintillam excudit

achates Suscepitqꝫ ignem foliis atqꝫ arida circum Nutrimenta dedit: rapuitqꝫ in fomite flammam. Per translationẽ fomes dr̃ quicquid excitat nos ⁊ accendit ad aliquid agendũ. Gel. Fomitẽ esse quendã dicẽs et incitabulũ ingenii virtutisqꝫ si mens ⁊ corpus hominis vino flagraret.

¶ Fomentũ similiter a fouendo. i. calefaciẽdo vel nutriendo. Unde fomenta dicunt̃ applicationes rerum calidarũ seu humidarũ ad partes corporis læsas ⁊ medendi gratia q̃ ⁊ fotus appellant̃. Ply. Decoctura eorum cœliacos iuuat potione ⁊ fotu.

¶ Fons a fundendo: ꝙ inde fundat aquã tam masc. q̃ fœmi. gñis. Inter fontẽ ⁊ puteũ hoc interesse. Augu. putat ꝙ oĩs puteus fons: nõ omnis fons puteus. Ubi enim de terra aqua manat ⁊ se visui præbet haurientibus fons dr̃. Si aũt in alto ⁊ in profundo sit ita puteꝰ vocat̃: vt fontis nomen nõ amittat: grece fons πηγη και κρηνη λεγεται vnde pagus simul positę villę id est rusticæ domus plures nomen accepit: ꝙ circa fontes hę ponerentur.

¶ Fonticulus diminutiuũ paruus fons: a quo Fonticellus. Ply. Ubicũqꝫ moueris humũ fonticuli scatẽt.

¶ Fontanus na. num. qđ ex fonte est vt aqua fontana. Ply. Fontanę aquę cyathos duos. Aug. li. ii. ciui. dei Sub hoc tot deorũ pręsidio quos numerare quis potest. Numera indigenas ⁊ alienigenas cœlestes terrestres infernos marinos fontanos fluuiales.

¶ Fontinalia: fontium sacra. Fontinalis porta vrbis romæ ob propinquitatẽ scaturientiũ fontiũ. Eadem Capena vocabatur. Iuue. Substitit ad veteres arcus madidamqꝫ capenã. Liui. Aediles alterã porticũ ad portã fontinalem ad martis aram qua in campos ira esset perduxere.

¶ Forago pe. pro. a ferendo filum qđ a textricibus fertur: vt diurnũ opus distinguant. Quandoqꝫ ⁊ a forando etiã dici posse videatur.

¶ Foro as penetro quasi foras do. Col. lib. vi. Amygdala si parum ferax erit: forata arbore lapidẽ adiicito: ⁊ ita librũ arboris inolescere sinito. Hinc componitur Perforo pe. cor. qđ est multũ foro. Idem lib. v. Sed aliud est ferramentũ quo priores vitem perforabant. Liu. Una tñ pforata naui. Inforo. de quo alibi.

¶ Foramen pe. pro. quasi diminutiuũ a foribus. Sisen. libr. iiij. histo. Neqꝫ porta neqꝫ foramen erat quo posset eruptio fieri.

¶ Foratus us. idem qđ foramen. Lactan. lib. de opi. Oculorũ orbes concauis foraminibus cõclusit: a quo foratu frontẽ nominatã Varro existimauit.

¶ Forum neu. gñis a ferendo dicitur ꝙ controuersię et res venales illuc ferantur. Et quattuor modis dicitur. Primo negociationis locus quo venalia feruntur: vt forum iuliũ: forum flaminiũ: forum semproniũ ab eorum noĩbus qui ea fora custodienda curarunt. Quod etiã in viis ⁊ locis priuatis ⁊ in agris fieri solet: ⁊ vbi res multę varięqꝫ venduntur. Unde forũ boarium: in quo boues vendunt̃: forum holitoriũ in quo herbæ qđ erat antiquũ macellũ: quapropter nũc quoqꝫ holerũ locũ lacedęmonii macellũ vocant. Forũ piscarium in quo pisces. Cupedinis forum in quo vendũtur cupedia sic eñ antiqui lautiores cibos nominabant. Altero in quo iudicia fieri: cũ populo agi: ⁊ conciones haberi solent: ꝙ ibi iudicia ferunt̃. Unde causæ forenses. Tertio cũ is qui prouinciæ pręest forum agere dicitur: cũ ciuitates vocat: ⁊ de controuersiis cognoscit ac sententiã fert. Quarto cũ id forum veteres appellabant: qđ nũc vestibulũ sepulchri dici solet.

¶ Forum vinariũ de quo Var. lib. i. rei rust. Itaqꝫ lectius deferturã in forum vinariũ: vnde in dolium inane veniat electa in secretã corbulã inde in ollulas addatur: ⁊ in dolia plena vinaceorũ. Col. lib. xii. ait. Torcularia ⁊ fori diligenter emundata lotaqꝫ.

¶ Forulum diminutiuũ: qđ ⁊ foriculũ apud Var. lib. de re rus. dicitur.

¶ Forumiuliũ: regio Italiæ quę quondã Iapidia dicebatur. Verg. lib. iii. geor. Castella in tumulis ⁊ iapidis aruatimaui. in ea sunt Aquileia. vtinũ. ciuidale: et tergestum.

¶ Forumliuium: ciuitas in æmilia nobilis Galli poetæ ortu.

¶ Forumcornelii: similiter vrbs æmilię quę nunc Immola vocatur.

¶ Forensia vestes quibus in foro vtuntur: sicut Cœnatoria quibus domi vtebant̃ in cœna. Sue. de August. Forensia aũt ⁊ calceos nunq̃ nõ intra cubiculũ habuit. Alio noĩe dicunt̃ togę forenses.

¶ Forarís a foro dicitur mulier villatica quę fructus villę venales: hoc ẽ pullastros pipiones poma nuces et huiusmodi in forum defert.

¶ Foras ⁊ Foris aduerbia. primũ ad locũ. secundũ in loco ⁊ de loco significat: vt egredior foras tu moraris foris. Ponitur quandoqꝫ Foras loco præpositionis. Hiero. Foras sepelierunt corpora martyrũ. A foris fiunt cõposita. A foris ⁊ Deforis. pe. cor. vt est apud Gñ. Et inclusit eum dñs deforis.

¶ Forensis duobus modis intelligi potest. Uno cũ a foro descendit in quo iura reddunt̃: vt causę forenses: ⁊ forenses qui in foro versantur: quos greci pragmaticos dicunt. Alio cũ a foris aduerbio fit. Ambro. lib. i. offi. Nõ scđm forensem abundantiã ęstimandam beatitudinẽ singulorũ sed scđm interiorẽ conscientiã Idem lib. hexa. Quę signis forensibus internã exprimat voluntatẽ. Sic vestimẽta forensia dicunt̃ a Col. quę foris nõ in domo gerunt̃. Et forensia neutro genere vestis quã ad forum proficiscẽtes sumebant. Apul Forensi toga indutus accumbebat. Sue. de August. Forensia ⁊ calceos nunq̃ nõ intra cubiculũ habuit.

¶ Fori numero plu. sunt tabulata nauiũ: vel locus in naui apertior: qui iter nauem perambulantibus præbet: ab eo ꝙ per eos ferantur incessus. Cic. in Cato. Cum alii malos scandant alii per foros cursitent: alii sentinã exhauriant. Item fori dicunt̃ Circensia spectacula. i. loca erecta vt ex his spectetur. Liui. li. pri. Tum primum circo qui maximus dicitur designatus est locus: diuisa loca a patribus equitibus vbiqꝫ sibi spectacula quisqꝫ faceret fori appellari. Ex his minores forulos dicimus qui armariolã quandoqꝫ significant siue capsulas in quibus reponunt̃ libri. Sue. in Aug. Hos quoqꝫ delectu habito condidit duobus forulis auratis sub latini apollinis basi. Iuuen. Hic libros dabit ⁊ forulos mediamqꝫ mineruã. Apud Ver. pro oppidanis accipimus forulos: cũ lib. xii. ait. Casperiamqꝫ colunt forulos ⁊ flumen hymellę. Fori etiam in agris sunt veluti parui sulci ⁊ oblongi. Col. Angustosqꝫ foros aduerso limite ducens.

¶ Foruli diminutiuũ a fori de quo modo.

¶ Fores proprie inquit Ser. quę foris aperiunt̃. Unde Plutar. memorat primũ Valerio publicolę fratri cum de Sabinis triumphasset domũ publice positam

cuius fores extra aperirent cum antea ceterarū ędiū intro reserando impellerent: vt ex hac concessione honoris appareret quotidie eā domū aliquid publice ad misuram. Valuę quæ intus revoluunt: et se velant: hę per diminutionē forulę appellant. Janua primus domi ingressus. Cetera intra ianuā ostia siue valuæ: siue fores generaliter vocantur: q̄uis vsus ista corrupit. Hoc nomen etiā singulariter declinatur. Oui. lib. i. de amo. Difficilem moto cardine pande forem. Ci. pro Corne. Aperuit forem scalarū. Ter. Quidnā fores crepuit? Ubi Do. fores singularis numeri nominatiui casus.

¶ Forculus deus putabat qui foribus præerat sicut Cardinea dea quę cardinibus pręerat: & Limentinus deus qui pręerat limini.

¶ Foriculę diminutiuū a fores. Var. lib. i. de re rusti. Et ideo opothecas qui faciunt ad aquilonē vt fenestras habeant atque vt perflentur curant: neque tamen sine foriculis: ne cum humorē amiserint pertinaci vento vineta fiant.

¶ Forinsecus pe. cor. significat quod a foris est: sicut intrinsecus: quod est intus. Aug. lib. xxi. ciui. dei. De pomis terræ sodomorū forinsecus quasi maturis: intrinsecus fumeis.

¶ Foria: stercora liquidiora: sic dicta q̄ facile ferantur foras.

¶ Forio is. iui. ventrē deonero: foras eiicio. Cuius compositū est. Conforio. Pompo. in Mago. Consorti me Diomedes.

¶ Foriolus cū accentu in antepe. qui ventrē solutum habet: & foria facile emittit. Labericus. Foriolus esse videris in coleos cacas.

¶ Forica pen. cor. locus in quem alui stercora deiicimus. Juue. Inde reversi conducūt foricas. Et proprie de publicis dr: latrina de priuatis a latendo.

¶ Forem es. et. pro eo q̄d est essem es. et. Cetera declinatione deficit inquit Diom. Sal. in Jug. Nā ego quidem vellem & hęc quę scribo & ea q̄ antea in senatu questus sum: vana forent. Fore vero habet significationem participii futuri vna cū infinito esse. Idem est enim fore q̄d futurū esse. Ideo iungitur cū noīe nō cū participio: vt spero te amicum fore: nō amaturū fore. Ci. Treba. scribit ad me Cæsar se tibi nondū familiarem esse satis propter occupationes suas sed cito fore Quandoque etiā cū participio præsentis: q̄d est cōtra Vallā. Cesar. Nonnulli etiā cęsari nunciabāt cum castra moueri aut signa ferri iussisset nō fore dicto audientes milites. Composita vero sine noīe & sine participio. Verg. Esse quoque in fatis reminiscit affore tempus. Est aūt Affore affuturū esse: afforē adessem. Ver. Atque vtinam rex ipse noto compulsus eodem afforet Aeneas. Ci. Ser. Sulpitio Maior mihi ratio affore nulla potest q̄ coniunctio cōsuetudinis sermonumque nostrorū. Abfore de quo supra Confore. Conuenire et concordes esse. Ter. in an. Restat chremes: qui mihi exorandus est & spero confore. i. conuenturos esse. Defore deesse. Ci. contra Rul. Verum arbitrabantur nō defore qui illam restituerēt. Profore profuturum esse. Hor. Quę nocuere sequar: fugiā quę profore credam. Perfore valde futurū esse. Ci. Appio. pul. Tunc mihi ille dixit q̄ classe tu velles decedere perfore accōmodatum tibi si ad illam maritimā partem prouinciæ nauibus accessissem.

¶ Forcipes pe. cor. a forno & capio quasi fornicapes dictę sunt quibus forna. i. calida capiunt. Ver. li. viii. Versantque tenaci forcipe massam. Et est scd̄m Prisc. tam masculini q̄ fœmi. gñis.

¶ Forfices pe. cor. quibus telam seu fila incidimus a ferro & filo dicti. Huius diminutiuū est Forficuli. Ply. lib. xxxv. Pręterea mirū inuentū est p̄incisum forficulis vt diximus scribant.

¶ Forpices penul. cor. quibus incidimus pilos: a ferro et pilo.

¶ Forcus nomen viri propriū qui tres filias habuit Gorgonas. Stennio scz Euryalem: & Medusam quę nimis locupletes fuerunt: & Gorgones dicūtur id est terrę cultrices.

¶ Forda: bos pręgnans: a ferendo. Ouid. Forda ferens bos est fœcundaque dicta ferendo. Prisci horda dicebant. Unde & sacra Fordicalia: quibus pręgnantes boues: vt inquit Var. immolabantur.

¶ Forma facies cuiusque rei quę immobilis est & naturalis. Vultus & mouetur & fingitur. Ter. in An. Forma & vultu Sosia adeo modesto. Quandoque tamē specialiter pro pulchritudine sumitur. Horat. lib. i. car. Forma captiuę dominum tegmessę. Inde formosus Transfertur ad architectos pro designatione. Cice. lib. i. offi. Formam quidē ipsam marce fili & tanq̄ faciē honestatis vides. Hinc cōposita fiunt. Conformis: Deformis. Informis: Uniformis. Multiformis: Semiformis: & huiusmodi adiectiua. Col. lib. viii. Quę cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua: quibus vitiantur oua. pullique semiformes interimuntur anteq̄ toti partibus suis cōsummentur.

¶ Formula parua forma diminutiuū est: & capitur nō nunq̄ pro lege & institutione. Ci. lib. iii. offi. Nondum aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et formulę dicuntur quę nos instrumenta vocamus.

¶ Formella diminutiuū a formula. Hie. lib. Reg. Accipe fratribus tuis decem formellas casei.

¶ Formosus: pulcher a forno calido: q̄ sanguine calidiore forma acquiritur. Contra languescēte corpore forma perit. Hinc fit diminutiuū Formosulus: quo vsus est Hier. cōtra Jouinianum

¶ Formo as. formā impono. Lactan. lib. ii. Nam solis lunæque simulachra humanū in modum format. Huius composita sunt Cōformo: simul formo: cōfiguro. Gel. lib. ii. Hippocrates in eo libro de quo supra scrip: si cū et numero dierū quibus conceptū in vtero coagulum conformatur. Ci. li. iii. ad heren. In primo loco rei totius imaginē cōformabimus. i. in formā cōponemus. Aliquando Conformari est quasi assimulari. Idem Lentulo. Veruntamen me ipse conformo ad eius voluntatē. Et apud apostolū. Nolite conformari huic seculo. Hinc cōformatio: quę pro cōfiguratione ponit. Cic. lib. i. tus. Quasi vero intelligant qualis sit in ipso corpore: quę cōformatio: quę magnitudo: qui locus Aliquando pro exornatione rhetorica q̄ fit cū persona fingit: aut cū res muta siue informis fit eloquens et formata. Gręco vocabulo dr prosopopeia. Deformo destruo & quasi de forma deiicio. Ci. Qui sunt qui Italiā deformauerūt? Carthaginiēses. Quandoque maculo et turpē facio. Hie. Licet longa macerent ieiunia: abiecta & nigra vestis deformet longa officiorū & operum texatur series &c. Lactan. lib. de opifi. Quē mirabili q̄ diuina ratione molitus est vt tamē hiatus ipse nasi oris speciem nō deformaret. Interdū deformare est pfecte formare figurare designare. Hie. li. numeri.

Turgētibus gemmis eruperant flores: qui foliis dilatatis in amygdalis deformati sūt. Uictru. Architectus graphidis peritus: vt deformare possit lineis imitationē quā velit ædificiorū. Uar. lib. iii. de re rus. Inter quas locus deformat⁹ ad tabulę litterarię speciem. Informo formā do. et instruo. Amb. lib. offi. Et sicut Tullius ad erudiendū filiū ita ego quoq ad vos informādos filios meos. Lact. Christus instruct⁹ venit ī terrā vt eā doceret: hominēq informaret. Reformo in priorē formā pono. Lact. lib. pri. Pedes quoq claudorū ad officiū gradiendi reformauit. Transformo: in alterā formā formo. Idem lib. vii. Et transformabit deus hoies in similitudinē angelorū.

¶ Formiæ: latina vrbs maritima iuxta Caietā quam Lacones cōdidere. Stra. lib. v. scribit oppidum formias esse maritimū vltra Taracinā quas prius hormias ab ὁρμος. i. stationis bonitate appellabant.

¶ Formica a ferendis micis dr. Mica vero proprie est puluisculus ille qui in arena quasi argentum fulget: a quo ꝯ panis ꝯ omniū rerum minimę partes micę dicūtur: quasi minutim cadentes. Uel dicitur simpliciter a ferendo: ꝙ nullū animal frequentius pondera conuehat: neq si mensurā corporis respicias maiora: Inde fit diminutiuū Formicula.

¶ Formicinus a. um. pe. pro. qđ est formicę. Plau. Homo formicinus.

¶ Formicatio: vitiū corporis cū parua tubercula rotunda pingula corpus infestant. Ply. Cinis muliebrium crinium cum fuerint cōbusti addito melle sanguinē sistit illico: et formicationē corporū. Dicta formicatio ꝙ veluti exesse carnem formicæ videanť. Et deformicatum dicitur a formicis submersum quibus cōfouerī solitum erat.

¶ Formido pe. pro. pauor. a ferendo vt quidā sentiūt ꝙ vehementius in mouendo vt abse abeat foras fertur. Ci. Formidinē: metū permanentē diffiniunt.

¶ Formido as. magnū timorē habeo. Plau. in ca. Nimisq hercle illum male formidabam. Huius cōposita sunt Deformido ꝯ Reformido quę significāt valde formido. Col. li. i. Si vectationē me nō reformides.

¶ Formidolosus et actiue et passiue sumitur pro eo qui timet. Tere. Egon formidolosus? i. egone qui timeam. Et pro eo qui aliis timorē infert. Sal. Regib⁹ boni ꝙ mali suspectiores sūt: semperq his aliena virtus formidolosa est. i. quę formidatur.

¶ Formidabile quod est formidandū.

¶ Fornax a foruo calido: vel a furuo atro Caminus vbi coquunť lapides. Cuius dimi. est Fornacula.

¶ Fornacalia: ferię farris terendi gratia institutę ꝙ ad fornacē quę in pistrinis erat sacrificiū fieri solebat Ouid. lib. ii. fas. Facta dea fornax lęti fornace coloni. Et paulopost. Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximus indicit nec stata sacra facit.

¶ Fornix icis. pe. cor. gene. mas. Arcus in ædificiis et quodcunq opus concameratū a furuo atro Loca autem in arcū ędificata subobscura sunt. Ci. Uidet ad ipsum fornicem famanū. Quoniā vero meretrices in huiusmodi locis. i. sub fornicibus habitare cōsueuerunt ponitur fornix pro lupanari seu meretricia cella. Seneca lib. ii. controuersiarū. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor ꝯ fornicarius. Unde fornicarię mulieres. Iuue. Lenonū pueri quocūq in fornice nati.

¶ Fornico as. pe. cor. fornices facio: vel speciē fornicum assumo. Ply. lib. xi. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar interius a solo fornicatis: vt sit aditus ad sarciendum.

¶ Fornicor idem est qđ meretricor. Est aūt meretricari cū meretricibus coire. Est etiā passiuū a fornico: significans incuruari. Ply. lib. xvi. Populus contra omnia inferiora panditur: palma e cōtrario fornicať. Dictū fornicari a fornicibus in quibus meretrices esse consueuerunt.

¶ Fornicarius a. um. qđ fornicatur vt mulier fornicaria: quę vt Isider. inquit ea dr q̄ copulatur cū pluribus Adultera quę vnū virū deserens alteri iungitur.

¶ Fortis a ferendo dr: ꝙ æquo animo fert aduersa. Unde fortitudo q̄ est cōsyderata periculorū susceptio et laborū perpessio. Uel vt alibi Idem Ci. diffinit. Est scientia rerum perferendarū: vel affectio animi in patiendo ac perferendo summę legi parens sine timore. Aug. li. i. de lib. arbi. Fortitudo est illa animę affectio qua oīa incōmoda ꝯ damna rerum nō in nostra potestate cōstitutarū contēnimus. Macro. Fortitudinis est animū supra periculi metū agere: nihilq nisi turpia timere: tolerare fortiter vel aduersa vel prospera. Fortitudo pręstat magnanimitatē fiduciā: securitatē magnificentiā: constantiā: tolerantiā: firmitatē. Fortis igitur dr qui infractū habet animū. Quādoq qui validis viribus prędītus est. Qñq celer. Uer. Si fœmina forti fidis equo. Qñq formosus. Plau. Ecquid fortis visa est. Qñq diues. Idem eam sororē spondidisse suā in tam fortē familiā.

¶ Fortifico as. fortē facio. Plau. Fortifica animū.

¶ Fortesco is. fortis fio. Neuius. Crescit annis ꝯ fortescunt vires.

¶ Forticulus dimi. a fortis. Cic. Quis idem Epicurus forticulum se in torminibus et in stranguria sua præbeat.

¶ Fortuna a ferendo dicta est: ꝙ temere ꝯ sine ratione feratur. Est em̄ fortuna accidentiū rerum subitus atq inopinatus euentus. Hęc dea credita est. Iuue. Te facimus Fortuna deā cœloq locamus. Fortunæ vocabulū mediū est. Sed cū fortunā solam dicimus intelligimus fœlicitatē. Unde fortunatos fœlices nominamus: infortunatos infœlices: ꝯ infortuniū malā fortunā Fortunę numoro plurali dn̄t diuitię.

¶ Fors fortuna est euentus bonus. Uerg. Forte sua libycis tempestas appulit oris. Terē. O fortuna. O Fors fortuna. Do. Aliud Fortuna est: aliud Fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res. Fors fortuna euētus fortunę bonus. Nā fors fortuna est cuius diē festum colunt qui in arte aliqua viuunt. Aliquādo fors pro forsitan:

¶ Forsfeat: forsfuerit. Sido. Remigio.

¶ Fortuno as. est prospero: in bonis augeo. Cic. Curioni. Tibi patrimoniū dii fortunent.

¶ Fortunatus a um. qđ est prosperū: qñq propicium Afra. Deos ego oēs vt fortunati sint precor.

¶ Fortunatę insulę a fructū vbertate dictæ sunt. De quibus Stra. lib. i. sic inquit. Fortunatę insulę cōtra mauritanię finem ad occidentē sunt. Quam quidē ad partē ꝯ hispanię terminus cōcurrit. Ex ipso aūt noīe manifestū est: qm̄ ꝯ has ipsas fœlices existimabāt: q: hmōi locis ꝓpinquę forent. Fuerunt aūt sex numero: quarū prima Ombrion. secūda Iunonia. tertia eodē noīe. quarta Capraria. quinta Niuaria a ꝑpetua niue nebulosa. sexta Canaria plena canib⁹ ingētibus.

¶ Fortunatim aduerbiū significat ꝓspere. Plau. Si dederit iuppiter vt fortunatum oīa succedant.

¶ Forte & nomen est ablatiui casus a fors: qđ capitur pro fortuna. Hora. lib. i. ser. Qui fit mecœnas vt nemo quā sibi sortē: seu ratio dederit seu fors obiecerit Illa contētus viuat. Nec habet alios casus nisi ablatiuum singularē. Verg. Forte sua libycis tēpestas appulit oris. Et aduerbiū dubitandi: vt Forte sub arguta cōsederat ilice daphnis. In qua significatione accipiuntur Fortassis: Fortasse: Forsan: Forsitan: & forsit: quæ aliquādo accipiunt̄ pro temere: aliqñ sunt aduerbia dubitandi. Hor. lib. i. ser. Dissimile hoc illo est quia nō vt forsit honorē iure mihi inuideat quiuis.

¶ Fortuitus a. um. pe. pro. qđ casu accidit: a forte et eundo vt quidā aiunt. Aug. lib. v. ciui. dei. Fortuita dicunt esse quę vel nullas causas habent: vel nō ex aliquo rationabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbium Fortuito. Est et fortuitus nomen quarti ordinis: vt apud eundē lib. xi. Et sicut nō est cōsequens vt fortuitu potius ꝗ̄ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco mundū cōstituerit.

¶ Fossa. locus vnde terrā fodissent ab effossa terra dicta. Col. lib. iii. Priusꝗ̄ pomariū cōstituas ꝗ̄ magnū habere voles circūmunito maceriæ aut fossa ita vt nō solum pecori sed nec homini transitus sit nisi per aditum dū adolescant semina. Vlp. scribit fossam esse receptaculū aquæ manu factū vt ad castra seu vrbes oppida ve aut alia huiusmodi munienda. Potest etiā Fossa esse participiū: vt Fossa terra.

¶ Fossor qui fodit. Verg. lib. ii. geor. Et labefacta mouens robustus iugera fossor.

¶ Fossio: ipsa fodiendi actio. Col. lib. v. Deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere.

¶ Fossura: fossio. Idem in eodē. Hanc ꝑlanā fossurā maxime nos probamus: numerus autē fossionis aut idem debet esse qui primi anni aut vna minus.

¶ Fossula pe. cor. dimi. parua fossa. Cato deinde fossulas facito qua radices aspergi dimittas.

¶ Fossarius clericus mortuos sepeliēs. Scribit Hieronyꝰ. primū in clericis gradū fossariorū ordinē esse: qui in similitudine Tobię sancti sepelire mortuos admonentur: vt exhibentes visibiliū rerum curā ad inuisibiliū festinent: & resurrectionē carnis credentes in dño totū quod faciunt deo se pręstare non mortuis cognoscant.

¶ Fossicius a. um. qđ foditur. Plyn. lib. xxxvi. Arenæ tria genera Fossicia: cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinę tertia.

¶ Fossile pe. cor. qđ foditur: seu qđ fodi potest. Plyn. lib. xxxvi. Theophrastus auctor est: & ebur fossile candido & nigro colore inueniri & ossa e terra nasci. Et li. xxxiii. Tunc salem fossilē adiiciūt. i. qui fodiatur.

¶ Fotus a. um. participiū a foueo: vt apud Esaiam. Vulnus & liuor & plaga tumens nō est circūligata: nec curata medicamine neqꝫ fota oleo. i. aspersa. Fotus. tus. substantiuū. Amb. lib. i. offi. Radices arborū aut vrantur frigore: aut fotu solis virescant.

¶ Foueo es. foui tum. significat nutrio sustineo proueho. Verg. lib. iii. geor. Progeniē nidosqꝫ fouent. Interdum Aspergo madefacio. Idem. lib. xii. Fouit ea vulnus lympha longęuus iapix. Interdū constituo. Idem lib. iiii. geor. Sub terra fouere larem. Interdum tueri: vt apud eundē li. ix. Nō obuia ferre Arma viros sed castra fouere. Interdū amplecti seu in deliciis habere. Idem infœlix o semper oues pecus ipse neæram Dum fouet ac ne me sibi pręferat illa verer̄. Huius cōposita sunt Cōfoueo simul nutrio. Circumfoueo. Amb. Mater eū Maria sinu circūfouet. Refoueo rursus foueo. Col. in pręfa. lib. ii. Sed si frequēti et tempestiua & modica stercoratione terra refoueat̄. Et hęc habent fo. syllabā cor.

F ante R.

¶ Frænū cū æ diphth. a frangēdo. Instrumentū quo equus coercetur: dictū ꝙ equorū ora frangat. Sunt etiā qui a ferendo deducant: ꝙ equos vertat feratqꝫ quo velit. Seneca. Hippolitus arctis cōtinet frenis equos. Fręna Pelethronii inuenere qui & strata equorum primi monstrauerūt. Et in singulari quidē neut. generis est. in plurali tam mas. ꝗ̄ neu. Aug. lib. x. cō. Itaqꝫ fręni gutturis temperata relaxatione & cōstrictione tenendi sunt. Hinc cōponunt̄ Effrenus a. um. Et effręnis & hoc effræne: quod est sine fręno. Vergil. lib. ii. Geor. Gens effręna virum ripheo tundit̄ euro. Ser. i. sęua rectorē recusans. Hic. Nequaꝗ̄ effręni lingua replaris. Infręnus: siue infręnis: eiusdē significationis vt illud. Hinc Numidę infręni cingunt.

¶ Fręnū mordere: significat contēnere. Translatio ab equo: qui cū sessorē cōtēnit fręnū mordet. Ci. Cornifi. Si fręnū momorderis peream.

¶ Fręno as. cōtineo: cohibeo. Verg. lib. iii. geor. Et glacie cursus fręnaret aquarū. Huius cōposita. Defręno qđ est frænū depono: siue absqꝫ fręno rectoreve duco. Ouid. lib. i. me. Et defręnato voluunt̄ in æquora cursu. Effræno idem significat. Ci. lib. iiii. tusc. Vt ægritudo quasi morsum aliquē doloris efficiat: metus recessum quēdā animi & fugā lętitia profusam hylaritatem: libido effręnatā appetentiā. Nā effręnatus dr̄ qui cohiberi & pro arbitrio nostro agi nō potest. Refræno: quasi retraho. Lactan. lib. vi. Virtus est iram cohibere: cupiditatē cōpescere: libidinem refręnare. Suffręno. Ply. lib. xxxvi. Sed ad structurā infidelis nisi multa suffrænatione deuinctus.

¶ Frætus a. um. idem qđ sustentatus cōfisusqꝫ. Et est incertæ originis. Licet a fruor quidā participiū esse velint. Et scribitur cū diph. vt differat a fretum quod mare significat. Plau. in Am. Magnanimi viri fræti virtute & viribus.

¶ Frango is. fregi ctum. rumpo. Plau. in Asi. Quis nostras sic frangit fores? Dicimus etiam. Fregit nauim fregit brachium: quasi ipse fregerit & nō potius passus sit. Teren. in an. Is fregit nauē apud andrum Ci. Gregalesqꝫ eum in campū cum nō venisset requirerent excusauit Vespa. Terentius ꝙ eū brachiū fregisse diceret. Hoc est ꝙ ei brachiū esset fractū. Frangi vero in fœminā est rem habere cū fœmina Cyprianus ad Euagriū. Docet quemadmodū masculus frangat̄ in fœminā: & sexus arte mutetur. Huius cōposita sūt Confringo simul seu in totū frango. Lactā. lib. iii. Vt videatur iampridē suis armis esse confracta. Defringo de quo alibi Diffringo diuersis modis: siue in varia frusta rumpo. Plautus. in asi. Crura hercle diffringentur. Effringo valde frango. Idem in cap. Neqꝫ ieiunîosiorē: neqꝫ magis effractū fame viri. Teren. in adel. Fores effregit. Et Effringere dr̄ vt auctor ē. Var. cū glebę grandes prima ratione solent excitari.

Infringo valde frango. Uide alibi. Offringo perfringo valde siue in totū frango. Ci. lib. iii. offi. Ego etiā cum Catone meo dissensi: nimis perfracte videbatur ærariū vectigaliaq; defendere. Præfringo vide alibi. Refringo. Suffringo aliquantulū seu per mediū frango. Lactan. li. iiii. Carnifices nō putauerūt ossa eius suffringere sicut mos eorū ferebat. Plau. in Tru. At ego hisce suffringā talos. ¶ Ascensius. Frangi in fœminam longe aliud significat.

¶ Fragmen: et Fragmentum accipi solent pro parte rei fractæ.

¶ Fragor sonitus qui ex arbore: aut alia re fracta redditur. Uerg. lib. i. geor. Et horridus altis montibus audiri fragor. Ser. Horridus fragor sonitus qualis solet fieri ex aridis cum franguntur arboribus. Liuius lib. i. Iam fragor tectorū quæ diruebantur vltimis vrbis partibus audiebatur.

¶ Fragosus a. um. a frango asper: atq; præruptus. Col. lib. ii. Incultū igitur locū cōsyderemus siccus an humidus: nemorosus arboribus: an lapidibus cōfragosus.

¶ Fraxo fraxas. vigilias circumeo: q eo labore homo frangatur.

¶ Frageo es. a quo Fragesco is. qd est frangor. Pacu. Fragescit animus miseriis.

¶ Fragile pe. cor. caducū debile: & qd facile frangi potest. A quo fragilitas: debilitas: inconstantia.

¶ Fragiliter inconstanter.

¶ Fracidus a. um. pe. cor. a frango: vel qd est plusq; maturū & iam putrescens. Cato. Fractores volunt vt oliua in tabulato diu sit: vt fracida sit: quo facilius efficiant. Quidā fracidū a fraceo deducunt.

¶ Fraceo es. a quo Fracesco qd est quasi frangor resoluor & quasi vetustate putresco. Colu. lib. i. Oleū qd nimis prouenit si cōgelatur fracescet. i. putrescet. Var. Hæc de qua fit oleū congeri solet aceruatim: dies singulos in tabulata vti ibi mediocriter fracescat.

¶ Fragitides pe. cor. auctore Celso dicuntur venæ grādes q tumidæ ab vtroq; latere colli apparent.

¶ Fragra: mora quæ in terra nascuntur. Uerg. Qui legitis flores & humi nascētia fragra.

¶ Fragrare: odorē emittere: a frangēdo: quia res fractæ vehementius olent. Aug. lib. i. ciui. dei. Nā pari motu exagitatū & exhalat horribiliter cœnū & suauiter fragrat vnguentū. Hinc fragrantia. Hie. in Ge. Ut sensit vestimentorū eius fragrantiā.

¶ Fragor. aris. nō est in vsu: cū tamē cōposita Refragor & suffragor habeantur: quorū primū pro repugno: secundū pro adiuuo quasi [illegible]

¶ Framea æ. pe. cor. ab aliquibus exponitur pro lancea siue hasta. Tacitus de Germanis. Ne ferrū quidē superest sicut ex genere telorū colligitur rari gladiis aut maioribus lanceis vtuntur: hastas vel ipsorū vocabulo frameas gerunt angusto & breui ferro sed ita acri & ad vsum habili vt eodē pro vt ratio poscit: vel cōminus vel eminus pugnent & eques quidē scuto frameaq; cōtentus est. Aug. vero in octauū ps. pro gladio accipit sic scribens. Gladiū dei bis acutū hoc est frameā. Iuuena. Et martis frameā & tyrrhei spicula vatis.

¶ Franosus qui fraudē commisit.

¶ Frater dicitur q sit fere alter vel a græco. Græci enim φρατρας coniunctos appellant: et φρατριαν vocant contuberniū. Et quattuor modis in sacris dr Natura scilicet gente. cognatione & affectu. Natura sicut. xii. patriarchæ filii iacob. Gente qua oēs iudæi inter se fratres vocantur: sicut habetur in deuter. Nō poteris constituere super te alienigenā qui nō est frater tuus. Cognatione fratres vocantur qui sunt de vna familia. i. patria quas latini paternitates interpretantur cū ex vna radice multa gñis turba diffundit: vt in gene. Dixit Habraā ad Loth. Nō sit rixa inter me & te: & inter pastores meos & pastores tuos: quia fratres sumus. Affectu qui in duo diuiditur in speciale & in cōmune. In speciale quia oēs christiani fratres dicuntur vt Ecce q bonū & q iucundū habitare fratres in vnū. In commune quia oēs hoīes ex vno patre nati pari germanitate cōiūgimur: sicut Apostolus ad corinthios. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus.

¶ Fraterculus: diminu. i. paruus frater. Iuue. Inde fit vt malim fraterculus esse gigantis.

¶ Fratria vxor fratris. Nā fratriæ dicuntur quasi fratrum inter se vxores.

¶ Fratrueles siue fraterni appellantur duorū fratrum filii: qui & fratres patrueles dicuntur.

¶ Frater patruelis filius patrui. Fratres patrueles sororesq; patrueles dicuntur: qui quæue duobus ex fratribus progenerantur vt apud iurisconsultos traditum est. Sue. in Ces. Qui fratri patrueli suo Marco incōsulatu successerat.

¶ Fraterninus substantiuū appellatur fratris filius: inquit Hiero: quo vocabulo vsus est in lib. canticorum

¶ Fraternus na. um. possessiuū: vt fraternus amor. a quo fraterne aduerbiū: qd est ad similitudinē fratris Aug. Cum eū a teneris annis ardentissimo illo puerili amore mihi coniunctū plusq; fraterne amarē.

¶ Fratraræ puerorum mammæ q velut fratres pares oriuntur q etiā in frumento spica facere videtur.

¶ Fratilli vili sordidi in tapetis q per terrā ferantur.

¶ Fraus a ferendo deceptio quæ alicui infertur sicut impostura ab imponendo. Accipitur qñq; pro periculo. Uerg. lib. v. Quis deus in fraudē quæ dura potentia vestra egit: Et in iure lectū est. Erat illa res fraudi. i. periculo. quandoq; pro pœna. Cic. lib. de orat. Idcirco narrabo & fraude capitali esse. Uerg. libro. xi. Iam nosces ventosa ferat cui gloria fraudem. Differūt tamen scdm Ulp. Pœna & fraus: q fraus sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse nō potest. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dr & quasi pœna quędaz præparatio. νοτι φραζωτο λεγω και φρασισολογοσ εκμικρου εμ τωλογω Δολοσ Δε εμ πραγμασι.

¶ Fraudulosus qui fraudem facit qd magis a diminutiuo fraudula q a fraude videtur descendere.

¶ Fraudulentus: fraudis plenus: a quo fraudulēter: hoc est cum fraude.

¶ Frausus erit: qui fraudē cōmiserit. Plau in asi. Nō placet me tuo in cōmune ne quā fraudē frausus sit.

¶ Fraudo as. decipio. Et dicimus fraudo te. Et fraudo te hac re. Uerg. Quem regno hesperię fraudo & fatalibus aruis. Fraudare geniū est nō satisfacere necessitati naturę & voluptati. Cuius contrariū est curare geniū. id est laute viuere. Fraudare desyderium est nō facere qd cupit & nōesse voti cōpotē. Unde legimus. Non sunt fraudati a desyderio suo. Hinc componitur Defraudo.

¶ Fraxinus penult. cor. genus arboris q in fragosis locis nascatur.

¶ Fregella: olim ciuitas: nunc vero vicus nō longe a Uelitris.

¶ Fremo is. ui. itum. tumultum facio vt fit ab vndis

maris. Verg. Talibus Ilioneus cuncti simul ore fremebant. Ser. Fremebant hoc est consentiebãt. Et bene ore: quia etiã armis possumus fremere. Unde Lactant. lib. vii. Frement vbiq; bella: oẽs gentes in armis erunt. Huius compositũ est Infremo. pe. cor. qd est valde fremo. Idẽ lib. ii. Si belli terror infremuit.

¶ Fremitus us. pe. cor. proprie sonus fluctuũ & in populo murmur indignante & præ iracũdia humanã vocem imitante. Verg. Fluctibus & fremitu exurgẽs ut nace marino. Festus vult. Fremitũ dictũ ferimentũ.

¶ Frendeo es. dui. fresum. significat frango. Unde faba fresa dr mola leuiter fracta. Col. Cicera bubus erui loco fresa danẽ in hispania bætica. Et frendere est cũ gemitu siue iracundia vocẽ emittere: vt apud Esaiã. Rugiet vt catuli leonũ & frendet & tenebit prædam. Hie. in Paulo Eremita. At ille barbarũ nescio quid frendens & frangens potius verba q̃ proloquẽs inter horrentia satis blandũ quęsiuit allocutũ. Hinc componitẽ Infrendeo: quod est valde frendeo. Verg. lib. iii. Dentibus infrendens gemitu graditurq; per æquor Iam medium.

¶ Frequens. Vide in dictione Celebris.

¶ Frequẽto as sepe vel cũ multis adeo. Sallu. Iuuẽtutẽ quę domũ Catilinę frequentabat. Inde frequentatio & frequentia pro conuẽtione & concursu seu multitudine. Idem. Reliquos cũ custodibus in ædem cõcordię venire iubet. Eo senatũ aduocat: magna frequentia eius ordinis erat. Aliqñ frequẽtare est frequenter facere. Augu. lib. ii. ciui. dei. Extruanẽ amplissimæ atq; ornatissimę domus: vbi opipara conuiuia frequententur.

¶ Frequentarius a. um. veteres dixerũt pro frequẽte

¶ Frequentatiuũ: qd frequenter fieri aliquid sigt.

¶ Fretum ab vndarũ fremitu dictũ: vt Var. inquit a similitudine feruentis aquę: q in fretũ sepe cõcurrat æstus atq; feruescat. Et significat siue mare naturaliter mobile. Angustias enim quibus athlanticũ mare irrumpit terras grẽci πορθμον: latini fretũ appellãt. Abusiue pro ipso mari. Hinc Transfreto as. pe. cor. quod est trans fretũ nauigo.

¶ Fribolus pe. cor. quasi fere obolo dignus.

¶ Frico as. cui. frictũ. Unde Frictus scdm Pris. Iuuena. Si prurit frictus ocelli angulus. Gregorius tñ dixit Confricat us. Macer: Urticę fosis reuocaẽ vulua fricata. Est aũt fricare: sicut sonat Verg. lib. iii. geor. Fricat arbore costas. Huius composita sunt Affrico iuxta frico. Col. lib. viii. Pecudes aut morsu scalpunt: aut cornu aut vngula tundũt: aut arbori afficiant parietibusve detergent. Ply. Marathro herbę sese affricat. Confrico simul frico. Plau. in asi. Atqui pol hodie nõ feres ni genua ꝯfricenẽ. Col. lib. ii. Boues cũ ab opere dimiserit substrictos confricet: manibusq; cõprimat: deorsum & pellem reuellat. Defrico deorsum frico. Ci. lib. iiii. ad Heren. Nã forte hic in balneas venit: cœpitq; post q̃ defusus est defricari. Col. lib. ii. Solida in sole sicceturq; & radice sulphi trita cũ aceto aspergaẽ defriceẽ. Infrico intus frico. Idem lib. vii. Maxime proderit fuligo ex aheno vlceri infricata. Col. lib. vii. Deinde nares ꝑfricato: vt hoies discant odorari. Ply. in prologo. Perfricui faciem nec tamẽ profeci. Mos est eorũ qui cũ pudore aliquid agunt: vt faciẽ ꝑfricent natura ipsa ad id impellente: quasi ad abigendũ sanguinẽ qui ex præcordiis ad faciei superficiẽ confluit: propter qd quęrit Aristo. Cur pudore facies hois erubescat metu pallescat? cũ pudor nihil aliud sit q̃ timor futurę repręhẽsionis. Hinc ego ortũ est prouerbiũ: vt quotiens dicere volumus nos pudorẽ deponere dicam⁹ Perfricui faciẽ: hoc est pudorẽ expuli. Refrico rursus frico. Ci. Ser. publii filio Sin aũt oia quę sentio perscripserim ne refricẽ meis litteris desyderiũ ac dolorem tuũ. Et omnia habent pe. correptã.

¶ Frigus oris. pe. cor. & Frigor oris. pe. pro. pro horrore qui est cõtrarius calori Ver. lib. i. Geor. Frigusq; caloremq; inter. Mace. Pellet frigorẽ reuocabit & ipsa calorẽ. Aliqñ sumitur pro metu ab eo qd præcedit ad id quod sequiẽ. Ver. Extemplo æneę soluunẽ frigore membra. Ser. Frigore. i. timore. Reciproca translatio: & timor pro frigore & frigus pro timore ponitur vt in Terẽ. Uxorem tuã pauitare aiunt nõ timere sed laborare frigoribus. Utrunq; eñ in vnũ exitũ cadũt: sicut & de calore & frigore vrere dicimus: vt est aut borrę penetrabile frigus adurat. Rursus frigus dr ipsa acris natura. Verg. lib. ii. Geor. At sceleratũ exquirere frigus difficile est.

¶ Frigeo es. friguі: & frixi scdm Diom. frigidus sum. Prisci. Syllaba vero naturaliter longa ante geo. mutant geo in xi. vt lugeo luxi. frigeo frixi. Verg. lib. vi. Corpusq; lauant frigentis & vngunt. Fit autẽ frigeo vt quibusdã placet a frango: q tam calor q̃ horror nimis corpora frangat. Alii a græco deducunt ἀπὸ τοῦ φρύττω quod est horreo. Unde φρίκη horror siue frigus dr. Interdũ frigere est segnẽ esse. Plau. Frigent oẽs nemo se vomet. Huius cõpositũ Refrigeo.

¶ Frigesco is. frigidus fio. Lact. lib. vii. Quos autem morbus interimit: spiritũ diutius exhalant: vt paulatim frigescẽ[illegible]bus membris ala effletur: quę eũ materia sanguinis contineaẽ. sicut lumen oleo ea materia febriũ calore cõsumpta necesse est membrorũ summa quęq; frigescere: qm venę exiliores in extrema corporis porriguntẽ: & extremi et tenuiores riui deficiente vena fontis arescũt. Hinc Refrigesco cõpositũ. Col. lib. vii. Si bos aut ex langore aliquo ad maciẽ perductus est: aut sudans in opere faciundo [illegible] frixit.

¶ Frigidus a um: qd habet frigus. Ouid. Frigidius glacie pectus amantis erat. Qñq; frigidus dr segnis Ver. Largus opum & lingua melior sed frigida bello dextra. Qñq; perniciosus & nocens eo q frigida naturę mortaliũ perniciosa sunt. Idem Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba.

¶ Frigidulus dimi. est: qui est parũ frigidus.

¶ Frigorificus a. um. qd frigus inducit: sicut a calore Calorificus.

¶ Frigefacio a quo frigefio notę significationis.

¶ Frigero as. pe. cor. frigefacio. a quo Refrigero qd est rem aliquã calidã frigidã facio. Perfrigero valde frigero. Ply. Omniũ earũ vis eadem perfrigerare est astringere.

¶ Frigutio is. iui. Frigutire sursum saltare vt est ex frigore tremere: vel calore frigere: et qd nos vulgo dicimus sgrisolos habere. Plau. in Cas. Nam quid friguttis? quid istuc tam cupide cupis?

¶ Frigilla: auis dicta q frigore cantet & vigeat.

¶ Frigo is. xi. xum. & gui. ctum. significat torreo quod vulgo dicitur Frixere ἀπὸ τοῦ φρύττειν ὅθεν λέγεται φρίκη. Festus. Frigere. et frictum a græco. Inde frictoriũ & Frixoriũ in quo quid frigitur. Hierony. in Esaia. Confrixa sunt ossa mea tanq; in frixorio. Cor.

Celsus. Cum res eadē magis alit lurulenta q̃ assa: magis assa: q̃ frixa. Hie. ad Furiā. Pueri erant nec dum ad sartaginē venerant: in qua rex babylonis senes iudices frixit. Hinc fiunt cōposita Defrigo ⁊ perfrigo. Iuue. Et si ꝑfrixit cantat bene.

¶ Frixoriū a sono frixationis d̄r Sartago .i. qua quid frigitur: quę ⁊ Frictoriū appellat̄.

¶ Fritilla cibus ex pulte factus qui frigitur.

¶ Frit d̄r illud in summa spica iam matura qd̄ est minus q̃ granum.

¶ Fritillus apud nos d̄r tabula lusoria qui apud græcos Pyrgus in quo tesserę cōiectę agitatęq̧ mittunt̄ inquit porphyrio. Ex quo demonstrat̄ tesseras cōiici fritillo tanq̃ vasculo quo agitatæ deinde mittunt̄ in alueolū. Iuue. Paruoq̧ eadē mouet arma fritillo. Dictus fritillus vt quidā putant a crepitu ipso tesserarū vel ꝙ super eo tesserę ferant̄. Hinc etiā Alueolus d̄r et Pyrgus. Mar. Dum blanda vagus alea december incertis sonat hinc ⁊ hinc fritillis. Var. Quales sunt tesseræ quibus in alueolo luditur. Hora. Mitteret in pyrgum. Alii insinuum.

¶ Frio as. significat tero. Ply. In ipsa quidē æthiopia friat̄. Hęc tanta est siccitas ⁊ farina spissat̄ in panem. Huius cōposita sunt Affrio: Infrio quod est terendo aliquid digitis leuiter inspergo. Suffrio paululum contero.

¶ Friabile: qd̄ facile friatur ⁊ quasi manib⁹ minutim teritur. Ply. lib. xxviii. Optimaq̧ est q̄ candidissima ⁊ friabilis minimeq̧ ponderosa cū terat̄ inter digitos.

¶ Friuolus a um. pe. cor. a frio as. d̄r qd̄ est inane leue nulliusq̧ momenti: sicut friuola dicunt̄ verba quę minus fide sunt subnixa. Unde friuola pro nugatoriis q̄nq̧ poni cōsueuerūt. Et vasa friuola q̄ vix attrectando aliquid ꝯfringunt̄: ⁊ in puluerē vertuntur.

¶ Frons tis. ab oculorū foratu: vel a ferendo ꝙ indicia animi p̄ se ferat. A dextra ⁊ sinistra temporibus a supiori capillorū radice: ab inferiori vero parte supcilliis terminata: corrugat̄ in tristitiā ⁊ in lętitiā dilatatur. Est eñ tristitię hylaritatis clęmentię seueritatis indiciū. Et pudorē significat. Persius. Exclamet melicerta petisse Frontē de rebus. Et ob hanc causam frontem Genio prisci consecrarūt. Dicitur etiam de rebus inanimatis. Uer. Fronte sub aduersa scopulis pendētibus antrum. Et licet a grāmaticis genere fœmi. proferat̄ tamen a Cecilio gñe mas. ponit̄. hi sunt inquit inimici pessimi fronte hylaro: tristi corde. Hinc componitur Bifrons.

¶ Frontale qd̄ ad frontē ponit̄. Ply. li. xxxvii. Quondamq̧ tantę magnitudinis facere vt equis regum in oriente frontalia atq̧ pro phalaris pensilia facerent.

¶ Frontati: vt est apud Uict. id genus laterū dicunt̄ quos græci diatonos appellant: q̄ per latitudinē totam porrecti vtrāq̧ parietis frontē conficiant.

¶ Frontosus pro impudente capitur.

¶ Frons dis. gñis fœ. a fero ꝙ frondes arborū huc atq̧ illuc a vento ferant̄: proprie aūt frondes arborum dicunt̄: folia vero tam arborū q̃ hęrbarū ⁊ florū. Hic frondifer. Lucre. Frondiferasq̧ domos auiū.

¶ Frondeus a. um. quod totū ex frondibus est: vt torus frondeus.

¶ Frondosus a. um. quod frondibus abundat: vt lucus frondosus.

¶ Frondarius a. um. qd̄ ad frondes ptinet: siue qd̄ ex frondibus est. Ply. lib. xviii. Unus frondator quattuor frondarias fiscinas cōplere in diem iustū habet.

¶ Frondeo es. dui. frondes habeo. Uer. Nunc frondent syluę. Hinc frondescere. Col. li. v. Nihilominus enim paucis frondescet pampinis.

¶ Frondo as. frondes emitto. a quo frondator frondatio: ⁊ Defrondo: qd̄ est frundes deiicio.

¶ Frondator qui arbores amputat: ⁊ qui frondibus manipulos facit hyemis tp̄e animalibus ad pastū efferendos. Et qui manibus vitiū folia vellit quo ardor solis vuam maturiorē reddat.

¶ Frondatio. Col. lib. vi. Atq̧ in frondatione cauendum ne aut prolixiores pollices fiant qui ex amputatis virgis relinquuntur.

¶ Fruor eris. fructū in supino scd̄m Prisc. sicut struo structū. Ci. in horten. Et amœnitate summa perfructurus est. Ulp. tamen ad Sabinū. Frutum fruiturus nō fructurus: quomodo ortū oriturus Erutū eruiturus mortuū moriturus dicit: ꝙ cū .i. in p̄terito nō habeant id in futuro habent. Hie. vero ad Principiam fruitū dixit. Sæpe ⁊ multū flagitas virgo christi principia vt memoriā sanctæ fœminę marcellæ litteris recolam: ⁊ bonum quo fruiti sumus etiā cæteris noscēdum imitandūq̧ describā. Ci. lib. iii. tus. Zeno stoicorum acutissimus contēdere ⁊ magna voce dicere solebat: eum esse beatū qui p̄sentibus voluptatibus frueretur: confideretq̧ sese fruiturū. Utra aūt sit verior sententia ꝙ fruor fructū an ꝙ fruitū faciat nō satis dignosci potest: ꝙ raro huiusmodi exempla repiantur ⁊ nonnunq̃ vitiata: puto tñ ꝙ fructus ⁊ fruitus a quo Fruitio: nō fretus faciat: cū nō sit eiusdē significātiæ Neq̧ astipulor illis qui dicunt frui de humanis dici. Cum ⁊ in bonā ⁊ in malā partē accipiat̄. Aug. lib. xv. ciui. dei. Boni ad hoc vtuntur mundo: vt fruant̄ deo Mali aūt contra vt fruantur mundo vti volunt deo. Hiero. ad Iulianū. Difficile immo impossibile est: vt et p̄sentibus ⁊ futuris quis fruatur bonis: ⁊ ventrem hic ⁊ ibi mentē impleat. Iuue. Exul ab octaua mari⁹ bibit ⁊ fruitur diis iratis. Est itaq̧ frui quasi delectationē ⁊ fructū capere. Teren. in adel. Est hic paululū quod locutas foris huic demus qui fruatur. Cōposita huius verbi sunt Defruor ⁊ perfruor: quę significant in totū fruor seu oēm fructū pcipio.

¶ Fruiscor a fruor deducit̄: sicut a fateor fatiscor. Metellus ad domitios. Illi vero omni iure atq̧ honestate interdicti: ego neq̧ aqua: neq̧ igni careo sed summa gloria fruiscor. Celius lib. ii. cū acto iunxit. Domos suas inquit q̄nq̧ iubet ire ⁊ sua oīa fruisci.

¶ Fruniscor pro fruor. Cato posuit ⁊ frunitum dixit prudentē. Hoc est cū quo ꝑfrui liceret: sicut ecōtrario infrunitū insipientē ac stolidū qui nulli vsui eēt: q̄uis alii fronitū per o. a greco. φρονιμον. n. greci prudentē dicunt αφρονα vero dementem. Uñ est illud in sacris litteris Et aio irreuerēti ⁊ imphronito ne tradas me

¶ Fructus tus. ⁊ fructi ⁊ fructuis. Ter. in adel. Nūc exacta ętate hoc fructi pro labore illis fero. Uar. Quęro vtrum fructuis an delectationis causa vendatis. Antiqui etiā hęc fructa dicebāt. Cuius loco dicit̄ hęc fruges. Et a fruendo d̄r fructus vt inquit Uar. quia his fruimur. Quidā etiā a ferendo fructus deriuāt: et dicunt̄ illæ res quas fundus fert et quæ in fundo sunt feruntur.

¶ Fructifer a. um. qd̄ fert fructū. Hoc est pingue fertile: ⁊ Fructiferę arbores quę ferūt fructū.

¶ Fructuarius d̄r cuius fructus. Fructuarius a. um

quod fert fructũ: seu qđ ad fructũ ptinet. Colu. lib. i. Pars aũt fructuaria diuidit in cellã oleariã torculariam ⁊ cellã vinariã. Idem lib. iii. Cũ vitem inserere voles optimi gñis sarmenta fructuaria cũ gemmas agere incipient vento haustro a matre pręcidito. Pall. Decisis male natis oĩbus ⁊ veteribus nouellos et fructuarios seruas.

¶ Fructificus a. um. idem qđ fructuosus: qui fert fructum. i. vtilitatẽ pręstat.

¶ Fruges gis. vel hęc frux gis. scđm Pris. et vt notat Var. de anal. Frux legumen triticũ a quo frugi indeclinabile deriuat. Sunt aũt frugi hoĩes qui in omni re motibus animi moderant. Unde est Pisonis illius cognomen. Auso. Ante equidẽ campis q̃ spicea suppeteret frux. Festus. Pantices frux ventris. i. pinguitudo. Et a fructu seu fruendo dr. Nã id est qđ segetes ferunt. Et gñaliter fruges dicunt quicqđ ex fructu terrę in alimoniã vertimus. Unde frugiferę arbores dictę sunt quęcũq; fructũ ferunt qđ redditũ dicimus sicut docet Ulp. Nõ solum qđ ex frumẽtis ⁊ leguminibus verumetiã qđ ex vino vel ex syluis cęduis. cretifodinis: lapicidinis capit. Festus ⁊ Ser. ⁊ Do. Frugis vocabulũ a frumine eminente sub mento gutturis seu curgulionis parte qua cibus in aluũ demittit a ferendo cibo appellatũ dicunt. Et alio noĩe dr Rumen. Errant igitur qui discernũt frumenta a frugibus. Nã Ci. ait. Olei ⁊ frugũ minutarũ cũ de leguminibus diceret: vt ostenderet etiã frumẽta fruges vocari. L. iiii. Eam gentẽ tradit fama dulcedine frugũ maxime vini noua tum voluptate captam. Hinc Defrugo as. de quo supra.

¶ Frugi nomen a fruge denominatũ oĩs gñis ⁊ indeclinabile est: sicut nihili a nihilo ⁊ scđm Prisci. lib. vi. cum oĩbus casibus iungit. Hinc Mar. Ientacula frugi dedit. Et Tam frugi iuno vellet habere Iouem. Quintil. Texat eos a quibus dr frugalis ⁊ nõ frugi tanq̃ frugalis sit dictio parũ proba. Cũ tamen quod mitũ videri potest frugalior ⁊ frugalissimus vsurpent. Dicitur aũt Frugi hoĩes. Teren. in Eun. Frugies. Ubi Do. Frugi vtilis ⁊ necessarius a frugibus quę q̧ his fruamur dictę sunt. Inde fructus ⁊ frumẽta. Gręci frugi hoĩes χρησίμους dicunt. i. vtiles. Uñ antiqui seruũ laudare volentes frugi dicebant tanq̃ sobrium vtilem ⁊ necessariũ. Plau. in am. Ita seruũ par videt frugi sese instituere. Ci. lib. iii. tus. Sed quia nec qui propter metum pręsidiũ relinquit qđ est ignauię: nec qui ꝓpter auaritiã clam depositũ reddit: qđ est iniustitię nec qui ꝓpter temeritatẽ male rem iussit: qđ est stultitię frugi appellari solet. Eas tres virtutes fortitudinẽ iustitiã ⁊ prudentiã frugalitas cõplexa est. Ergo frugi hoĩem bonũ ⁊ virtute pręditũ intelligimus. Cuius contrariũ est neq̃. Cuius significatio vna est: q̧ sit libidinis intempãs. Altera q̧ ad nihil bonus sit: sed plane malus. Unde Piso frugi appellatus est. Colu. lib. i. Eiusdẽ agilitatis home frugi melius q̃ neq̃ faciet. Accipitur etiã frugi pro eo qui in victu vestitu similibusq; tempans est: sicut econtrario Luxuriosus apud Sene. Quintilianũq; de duobus filiis frugi luxuriosoq;. Hor. Parcius hic viuit frugi dicatur. Unde Frugalitas auctore Cic. ea virtus dici potest quam gręci sophrosynẽ: latini tum temperantiã tum moderationẽ appellare ꝯsueuerũt. Sene. Luxurioso frugalitas pœna est. Aug. lib. i. de beata vita. Merito virtutũ oĩm matrem multi frugalitatẽ esse dixere.

Quibus consentiẽs Tullius etiã in populari oratione ait. Ut volet quisq; accipiat: ego tñ frugalitatẽ: id est modestiã ⁊ temperantiã virtutẽ maximã esse iudico. Ut eñ nequitia est mater vitiorũ oĩm: ita frugalitas mater cunctarũ virtutũ: et sicut illa a nihilo. i. sterilitate: sic hęc a fruge. i. a fructu: ꝓpter quandã animorũ fœcunditatẽ est noĩata. Sic frugalior pro temperantior. Teren. in heau. dedo me patri nunc iam vt frugalior sim q̃ vult. Et frugalissimus quasi expertus ⁊ prudens. Col. lib. i. Magistros pecoribus oportet pręponere sedulos ac frugalissimos. Unde ⁊ frugalitas pro sufficiẽtia. Idem. Minus in hoc officio q̃ in cęteris agricolatio frugalitatẽ requirit.

¶ Frumen: summa pars gulę interior per quã cibum lingua demittit in ventrẽ. Et a qua Fruges dici a quibusdam putantur.

¶ Frumentũ dictũ est veluti ferimentũ vel a fruendo id est vescẽdo: vel quasi frugamentũ a frugibus. Frumenti gña vt scribit Plyn. hęc vulgatissima sunt: far qđ Adoreũ dixerũt. Siligo. triticũ hordeũ. Frumenta dici putant quęcũq; emittũt aristas inquit Ser.

¶ Frumentaceus. a. um. qđ ex frumento est. Valeron. Maior turba hordeaceis panibus minor frumentaceis pascitur.

¶ Frumentarius a. um. qđ ad frumentũ ptinet: vt frumentarius ager: frumẽtarius negociator: frumentaria lex: quę tractat de frumentis.

¶ Frumentor aris. frumentũ colligo: ⁊ Frumentatio frumenti collectio. Et frumentator: qui frumẽtatum profectus est.

¶ Frusus genus ruborũ tenue spinis minoribus et non aduncis.

¶ Frutex dr qui ad iustã magnitudinẽ arboris nõ assurgit ⁊ statura similis est multis herbis: sed nõ demoritur: neq; arescit vt herba. Nã tertiũ est qđ nec arborem: nec fruticẽ proprie dixeris vt est vitis. Aliqñ frutex ponit pro stirpe. Sue. de Uespa. Singulos repente ramos a frutice dedit.

¶ Frutetũ seu Fruticetũ vbi multi frutices sunt.

¶ Frutetosus locus fruticibus abundãs. Ply. li. xix. Siccis hęc ⁊ sabulosis locis frutetosisq; nascunt.

¶ Frutico as. pe. cor. pullulo ⁊ quasi frutices emitto. Ply. li. xvii. Qđ supra terrã est e matre radi iubet: vt fruticet. Est ⁊ fruticor deponẽs. Ci. ad Atticũ. Excisa est eñ arbor nõ euulsa: itaq; q̃ fruticet vides.

¶ Fruticescere est fruticẽ fieri. Ply. Punicę olee q̧ celeriter fruticescunt.

¶ Frustũ rei cuiuscũq; particula: sic dictũ q̧ facile feratur. Uer. Pars in frusta secant. Cat. Frusto panis conduci potest vel vti taceat: vel vti loquat. Huius diminu. est Frustulũ a quo Frustillũ.

¶ Frustatim aduerbiũ significat per frusta. Frustillatim per frustilla. Plau. in Cur. Iam ego te faciã vt hic formicę te frustillatim differant.

¶ Frustra aduerbiũ significat incassum.

¶ Frustro as decipio: Cęsar. Nõ frustrabo vos milites. Inuenit ⁊ frustror verbũ ꝯmune scđm Pris. Plau. in Am. Nescio quis pstigiator hãc frustrat mulierem. Passiue. Fenestella. Frustratus igt a spe deuictus in castra se recepit. Et frustra agere. Col. in pfat. Sępe magnã dñis afferũt iacturã cũ imprudẽter facta opa frustrant expẽsas. i. pdiciũt siue frustra agũt. Idẽ ibi Syderũ ortus ⁊ occasus memoria repetat ne imbribus ventisq; imminẽtibus opa incohet: laboreq; frustret.

Fante V

¶ Frutinal: dictũ est templũ Veneris frutę.
¶ Fucinꝰ pe. cor. lacus in quarta regione Italię pro
pe Albenses Marsorũ populos. Quo etiã noie dictꝰ
est lacus Volscorũ. Mar. Fucinus ⁊ pigri taceant sta
gna neronis. Ver. lib. vii. Te nemus Angitię vitrea
te fucinus vnda Te liquidi fleuere lacus.
¶ Fucus gnis apis sine aculeo sed maior ape quę non
mellificat neq̃ operam aliquã prębet in faciũdo opere
nisi ꝙ ad fouendos fœtus concalefaciẽdo adiuuat et
consumit alimenta q̃ apes congesserũt. Vergil. Igna
uum fuco pecus a presepibus arcent. Hęc alio nomi-
ne dr fur vt inquit Var. Col. lib. x. Fucus gnis amplio
ris incrementi simillimũ apis ⁊ immune sine doctrina
fauis assidens. De hoc Plyn. lib. xi. Fuci sunt sine acu
leo imperfectę apes nouissimeq̃ a fessis ⁊ iam emeri-
tis incohatę serotinus fœtus: ⁊ quasi seruitia verarũ
apum quamobrem imperant his primosq̃ in opera ex
pellunt tardãtes sine clęmẽtia puniũt. Dictus fucus
vt inquit Ply. qr furtim mella deuorat. Hoc etiã no-
mine dicta est herba scdm Ser. qua tingunt vestes.
Et fucus color ipse Ceruleus qui virore commendat
et purpurissa seu Cerusatꝰ dicit: siue medicamentũ.
Plau. Vitia corporis fuco occulunt. Siue vnguentũ
quale Myrrhabolanũ ⁊ myrrha quibus odoramentis
mulieres capillos perungebant. Tibul. Quid fuco
splendente comas: ornare quid vngues Artificis do-
cta subsecuisse manu? Per translationẽ sumitur pro
fraude astutia siue insidiis in qbus veritas occultat.
Teren. in Eu. per impluuiũ fucũ factũ mulieri. Qui-
dam tamen hoc nomẽ per ph. scribũt tam pro animali
ꝙ a φαγω deducãt eo ꝙ apũ labores comedat: q̃ pro
herba quę grece φυκοσ dr: Sed alii nõ a φαγω sed a
φυω deducunt.
¶ Fuco as. coloro. Unde fucatę mulieres dicunt quę
vel medicamẽtis quibusdã colorant: vel vitia corpo-
ris inductis coloribus tegũt. Verg. lib. ii. geor. Alba
neq̃ assyrio fucatur lana veneno. Transfert etiã ad
alia. Lactan. lib. ii. Sic veritas fucata mendacio est.
Amb. in Lucã: Plebẽ dñs simplicẽ requisiuit q̃ pha-
lerare audita ⁊ fucare nesciret.
¶ Fucilis pe. cor. falsus vt res fucilis. i. falsa ⁊ quasi fu (cata.
¶ Fugo as. expello: ⁊ in fugã cõuerto. Lact.
lib. i. Saturnus cũ fugatus esset a filio.
¶ Fugio is. gi. itum. contrariũ est Fugo. Fugere em̃
est cũ cursu ⁊ celeritate discedere. Ver. Nos patriã fu
gimus. Dicitur etiã de nauigationibus. Verg. Ten
dunt vela nothi fugimus spumãtibus vndis. Plaut.
Remigio veloq̃ quantũ potes festina ⁊ fuge. Aliquã-
do capitur pro facere. Plau. in cap. At fugam fugitis
scio quam rem agatis. Aliqñ pro decipere vel frustra
facere. Teren in heau. Vide ne in mea vita tu tibi lau
dem is quęsitũ scelus: vbi si paululũ modo quid te fu-
gerit ego perierim. Aliquando pro Nescire seu nõ re-
cordari. Lactan. lib. i. Quod illũ ipsum poetã minime
fugit. Ci. lib. i. tus. Nisi quę me forte fugiũt. hę sunt fe
re omniũ de animo sentẽtię. Aliqñ pro Cedere. Ply.
lib. xxxvii. Fictitię sacrificationis candicantiã fugi-
unt. Hoc est fictitias ad impressionẽ sacrificãtis cede
re: qd gemmarii hodieq̃ appellant fugere. Hinc ortũ
vt vina quę annis cedunt: hoc est ętatẽ ferre nõ pos-
sunt fugere dicant: vt Ci. in offi. Huius cõposita sũt.
Aufugio: alio fugio: qd ex ab ⁊ fugio componit. b in u
mutata vt fieret vox pronũciatu audituq̃ lenior. Hie
ron. ad Helio. Dominus ne a turbis rex constitueret
aufugit. Confugio simul fugio cõcurro: aut totum si-
mul reduco. Lactan. lib. ii. Constituit asylũ: eo passim
confugerũt ex finitimis locis pessimi. T. liui. Inde tur
nus rutuliq̃ diffisi rebus suis ad florẽtes ethruscorũ
opes Mezentiũq̃ regem eorũ confugiũt. Hiero. Ad
sanctarũ grauitatẽ scripturarũ cõfugimus. Hinc Cõ
fugiũ ⁊ Cõfugela. Defugio. Diffugio. De quibus ali-
bi. Effugio extra fugio discedo deuito. Lactã. li. iiii.
Neq̃ cultores deorũ pœnã sempiternę mortis effugi
ent. Interdũ celeriter transeo. Verg. lib. iii. Effugi-
mus scopulos ita hę laertia regna. Interdũ nõ bene
scio. Aug. ad Hier. Satis nequeo admirari si aliquid
adhuc in hebraicis litteris inueniat. qd tot interpre
tes illius linguę peritissimos effugerit. Interdũ. Ef-
fugere est in totũ fugere. Ter. in An. Nullon ego chre
metis pacto affinitatẽ effugere potero. Hinc effugiũ
et effugia ę. sicut lana ⁊ lanitiũ. Perfugio: qd est auxi
lii gratia ad aliquẽ fugio. Unde perfugiũ. Et perfu-
gere est perfecte fugere. Unde perfuga qui ad hostes
transit ⁊ perfugit. Refugio retrofugio. Ply. lib. ix. Ve
nantes refugere scz pisces ipsos venantes in suas ca
uernas. Gel. Postea cũ prelio victus in vltima regio-
ne refugisset. Et refugere cõfugere. Unde refugium.
Per translationẽ ponit pro deuitare recusare ⁊ odio
habere. Lactan. lib. vi. Illos qui aut voluptates aut
diuitias nõ refugiunt ab hac publica ⁊ celebri via mo
dice segregat. Aug. lib. ciui dei. Sed aliud est qd car
nis sensus infirmiter pauidus refugit: aliud qd men-
tis ratio diligenter enucleata cõuincit. Colu. lib. iiii.
Idq̃ adeo plurimi dubitent vt multi refugiãt ⁊ refor
mident talem positionẽ ruris. Profugio: longe fugio
a quo profugus. Subterfugio: secreto aut astute fu-
gio vel veto. Ci. pro Cęcilio. Qui volunt pœnam ali-
quã subterfugere: aut calamitatẽ eo solum vertunt.
Suffugio: latenter fugio. Sue. vero pro retrofugio
in Tiber. posuit Adulationes adeo auersatus est vt
neminẽ senatorũ ad lecticã suã admiserit: consularem
vero satisfacientem sibi ac per genua orare conantem
ita suffugerit vt caderet supinis. Transfugio transeũ
do fugio ab vno ad aliũ locũ. Unde Transfuga qui ad
hostes fugit. Liui. lib. i. Sextus filius eius qui mini-
mus ex tribus erat transfugit ex composito gabios.
Sal. Modo harũ: modo illarũ partiũ leuissime trans-
fuga. Et oia habent fu. syllabã cor.
¶ Fugito as. pe. cor. sępe fugio: siue fugiẽdi ꝯsuetudi
nem habeo. Plau. in asi. Herũ nosmet fugitare recen
ses? Ter. in Eu. Fugitãdo fugi ne qs me cognosceret
¶ Fuga ipse fugiẽdi actus. Ver. pro cursu posuit. Vel
qualis equos threissa fatigat Harpalice: volucremq̃
fuga pręuertit hebrũ. Et Quintil. nauigationẽ dixit
fugã: siue naues fugiẽtes q̃ velocẽ faciũt cursum. Ali
quando fuga dr impetus. Verg. Ille volat simul arua
fuga simul ęquora vertit. Fuga vero mas. gñe cõponi
tur variis modis: vt perfuga transfuga lucifuga no-
ctifuga solifuga lucrifuga. Plau. Cũ hos adhuc addi
lucrifugas damni cupidos.
¶ Fugia letitię dea a fugatis hostibus dicta.
¶ Fugax qui facile fugit. Significat em̃ habitũ et
abundantiã rei cuius est habitꝰ vt edax bibax. Aug.
Terrena gaudia consecrãtes rebusq̃ fugacibus inhi
antes. Qñq̃ tamen ponit pro celeri et veloci. Unde

fugacem equũ dicimus velocẽ. Hinc Fugacior fugacissimus: fugacitas ⁊ diminutiuũ fugaculus.

¶ Fugitiuus seruus dr qui a dño ea mente recedit ne ad eum redeat etiã si mutato cõsilio ad eũ reuertitur. Et fugitiuus est qui extra domini domũ fugæ causa vt se a dño celaret mansit. Item fugitiuus est qui eo se confert vnde eũ dñs recuperare nõ possit: aut abduci. Qui aũt incendiũ: ruinã hostẽ aut preceptorẽ cui in disciplinã traditus erat: q2 immoderate eo vtebaẗ aufugit nõ fugitiuus dicendus est.

¶ Fugitiuarius a. um. quod libenter seu facile fugit. Var. li. vii. Idoneus sub dio sumẽdus est locus cochleariis quẽ totũ circũ aqua claudas ne quas ibi posueris ad partũ nõ liberos earũ sed ipsas quæras: aquã in quã fundendã ne fugitiuariis sit parãdus locus.

¶ Fugitiuæ aquæ dicunẗ quibus ex publico riuo fluentibus furtim quis ac nõ suo iure vtitur.

¶ Fugalia festa siue ludi. Aug. lib. ii. ciui. dei. Sed demonstrenẗ loca talibus aliqñ conuẽticulis cõsecrata nõ vbi ludi agerenẗ obscœnis vocibus ⁊ moribus histrionũ: nec vbi fugalia celebrarenẗ effusa omniũ licẽtia turpitudinum: et vere fugalia sed pudoris et honestatis.

¶ Fulcio is. si. tum. munio sustento fortifico. Iuuena. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Huius cõpositũ est Suffulcio. Var. vt maioribus perticis suffultæ vites auras nõ pertimescant.

¶ Fultura sustentatio. Ply. Ut eximanẗ trabes sine fulturis ac repenantur.

¶ Fulcra a fulciẽdo .i. sustinẽdo dicta sunt. Sunt eñ tabulę cõpactæ seu spondæ in quibus lecti imponunẗ ꝙ toros fulciant. Verg. Fulgent genialibus altis aurea fulcra toris. Gel. Neqꝫ apud eius lecti fulcrũ capsam esse cũ strue aut ferro oportet. Sue. in Clau. Adhibebant omni cœnæ ⁊ liberos suos cum pueris puellisqꝫ nobilibus qui more veteri ad fulcra lectorũ sedẽtes vescerenẗ. Sunt qui lecti pedes fulcra interpretentur. Alii summas lectorũ partes. Nec solum de lectis dr: sed etiã de aliis. Amb. lib. hexa. Nõ ergo fundamentis suis nixa subsistit: nec fulcris suis stabilis perseuerat: sed dñs statuit eam: ⁊ firmamẽto voluntatis suæ continet.

¶ Fulica pen. cor. auis quę ⁊ Fulix dr marina vel stagnensis vt inquit Aug. paulo supra magnitudinẽ columbę. a furuo .i. nigro dicta. Verg. lib. ii. geor. In sicco ludunt fulicę: ꝙ aũt quidã liber impressus dictionariũ appellet φηνην male interpretatus est auctoritate Aeliani in libris de animalibus et Eustathii: ⁊ Homeri quasi in fine libri tertii odys. ipsa φηνη auis est ægypti magna. Homerus ως αρα φωνησασ απεβη γλαυκωπισ αθηνη φηνη δ' ειδομενη θαμβοσ δ' ελε παντασ ιδοντασ: sed Suidas φηνη ει δοσ ορνεου ισομαετου. inepta eñ esset homeri cõparatio pro fulica.

¶ Fuligo pe. pro. similiter a furuo .i. nigro.

¶ Fulgur splendor.

¶ Fulgidus a. um. pe. cor. clarus splendidus.

¶ Fulgeo es. si. sum. a φλοξ deducitur quod apud grecos flammam significat. Unde ⁊ pro Lucere ⁊ splendorem emittere sumitur. Luc. lib. decimo. Fulget gemma toris ⁊ iaspide fulua supellex. Et fulgere vt inquit Festus pro ferire prisci dicebant. Unde Fulgur dictum est. Huius composita sunt Affulgeo ad aliquid fulgeo. Liuius. Et nauium speciem de cœlo affulsisse. Confulgeo simul totus fulgeo. Plautus in Am. Ardere censui ędes ita tũ confulgebant. Effulgeo splendorẽ emitto præfulgeo. Vide loco suo. Refulgeo splendorem reddo. Persius. Et si dolosi spes refulserit nummi.

¶ Fulgo fulgis fulsi sum. tertiæ coniugationis in eadem significatione. Vergil. lib. vi. Ille autem paribꝰ quas fulgere cernis in armis. Idem libr. ix. Auroqꝫ effulgere fluctus.

¶ Fulgur guris. et Fulgus guris. vel oris. pen. cor. sicut Tergus oris. Vel fulgus eris. sicut Munus eris. Et est lux illa ⁊ quasi vibratio luminis quę ante cerniẗ ꝙ̃ tonitruũ audiaẗ. Constat aũt fulmẽ ⁊ fulgur æque ignẽ esse. Sed fulguratio vt inquit Seneca nihil aliud est ꝙ̃ flamma futura: fulmen si plus virium habuisset: siue fulmen nõ perlatũ vsqꝫ in terras. Fulmen est fulguratio pducta in terras ⁊ ipsum vt ita dicam telũ Plyni. Fulmen est cũ flatus in nube aut vapor erumpit ardens cũ longiore tractu nititur fulgetra: hinc aiunt naturaliũ causarũ scrutatores ꝙ fulgura ex nubium collisione generenẗ in morem silicum duriorum quos cũ complოseris sibi medius ex his ignis extritus elabitur atqꝫ ita cum fulgore pariter et tonitrua mugire: tonitrua scilicet sonitu indicante et fulgura excussi luminis claritate.

¶ Fulguritas splendor. Lucil. Luporũ aciem clarũ ⁊ fulguritatem arborũ.

¶ Fulgetrũ idem qđ fulgur ⁊ fulguratio.

¶ Fulguro ras. pe. cor. fulgur emitto: seu fulgure afflo: vnde Fulguratũ fulgure tactũ vel exustum.

¶ Fulgurator: fulgurũ inspector.

¶ Fulgurio is. pe. cor. fulgur iacio. Neuius. Sane a suo sonitu claro fulguriuit Iuppiter .i. fulgure afflauit. Festus. Fulguratũ idem qđ fulmine ictũ: Qui locus statim fieri religiosus putabaẗ: ꝙ eum deus sibi dicasse videretur.

¶ Fulmen vapor ignitus cõpactus ⁊ solidus impetuose cadens qui e nubibus excitaẗ. Verg. lib. i. georg. Ipse pater media nymbo in nocte corusca Fulmina molitur dextra.

¶ Fulminare est fulmen iacere. Sene. Minore enim igne ad fulgurandum ꝙ̃ ad fulminandũ opus est. Et fulminatũ fulmine ictum.

¶ Fullones qui curanda poliendaqꝫ vestimenta accipiunt a fouendis aqua calida vestibus. Inde Ars fullonia dicitur.

¶ Fuluus color dr qui ex rufo ⁊ viridi videtur esse mistus: in aliis plus viridis: in aliis plus rufi habens: sicut poeta diligentissimus fuluam aquilam dicit ⁊ iaspidem: fuluos galeros: fuluũ aurũ: ⁊ arenam fuluam: et fuluũ leonem: ⁊ fuluũ ęs.

¶ Fumus a furuo. a quo Fumosus: fumo abundans. Fumeus ex fumo existens. Infumibulũ per qđ fumꝰ erumpit.

¶ Fumariũ: locus vbi vina fumo condiebanẗ. Mar. Improba massiliæ quicquid fumaria cogunt Accipit ætatem quisquis ab igne cadus. Nam vina fumo precocem trahunt maturitatẽ ⁊ celerius vetustescũt: vt docet Colu.

¶ Fumo fumas fumũ educo. Vergilius. Et iam summa procul villarum culmina fumant. Huius compositum est. Infumo penultima produ. quod est ad fumum sicco.

¶ Fumigo as. pe. cor. ponitur pro Suffio: et Fumigatio pro suffitu.

¶ Fumifico as. idem qꝺ fumigo. Plau. Eiq; vt arabico fumificem odore.

¶ Fundi orū. vrbs latinorū mediterranea. Dicitur et fundanus ager.

¶ Fundus ager: ꝙ fundat quotannis multa Uel ꝙ sit rei familiaris fundamentū: Nā pecuniarū ratio labilis est. Uel ideo fundus dr̄ ꝙ planus sit ad similitudinem fundi vasorū. Et fundi appellatione inq̄t Florentinus iuriscon. Omne ędificiū ⁊ oīs ager ꝯtinet: Sed in vsu vrbana ędificia ędes: rusticę villæ dicuntur.

¶ Funda: qua lapides rotant. Uerg. lib. i. geor. Stuppea torquentē balearis verbera fundæ. Est etiā funda retis genus qꝺ in orbem spargit: qꝺ ⁊ reticulū dici solet. Idem in eodē. Funda iam verberat amnem. Accipitur q̄q; pro sacculo seu marsupio in modū retis facto in quo pecunię ⁊ alia gerunt. Macro. Cūq; accessisset ad sellam demissa in fundā pauperē: manu paucos denarios protulit: quos principi daret. Qꝺ sacculi genus etiā reticulū vocatur. Hor. Reticulum panis vænales inter honusto Forte vehas humero. Aliquando pro circulo ex auro siue alio metallo quo gemmę ita nectunt vt aurū nō nisi margines amplectat. Ply. Funda includunt perspicue cęteris subiicitur aurichalcum

¶ Funditores qui funda dimicant. Sal. Ipse cū expeditis cohortibus adhuc funditorū et sagittariorū delecta manu.

¶ Fundibularii similiter qui funda dimicant.

¶ Fundū ima pars cuiusq; rei quę aliquid liquoris in se contineat: vel ad continendū facta est: vt dolii nauis: aluei fluminis: lacus maris. Hinc fundamentū ⁊ profundū qꝺ propter imū significat vt profundū mare dictū ꝙ procul habeat fundū.

¶ Fundus pe. cor. aduerbiū significat a fundo: sicut Cælitus a cœlo.

¶ Fundamen: ⁊ fundamentū vtroq; modo dr̄ pro eo super qꝺ quid fundat. Aug. lib. xviii. ciui. dei. A quibus tm̄ prima cœpta fundamina ⁊ altare ꝯstructū est.

¶ Fundo as. firmo: ⁊ quasi fundamentū facio: stabilio Pro quo etiā dicere solemus ieci fundamentū. Transfertur et ad corporalia. Quintil. Fundatā paternis auitisq; opibus domū exhaurit. Ci. Etū in me fuit ieci fundamēta pacis. Huius cōposita sunt. Effundo das. qꝺ est a fundo euerto. Ceci. Res publica amisso et effundato pulcherrimo nō paruam fecerat iacturā Suffundo subiicio. Uar. Qui in domibus lateritiis paululū modo lapidibus suffundatis vt humorem fugerent habitabant.

¶ Fundo is. fudi fusum: liquefacio. Unde metalla dicuntur fusa. i. liquefacta. Ply. Fuso ac super iniecto plumbo. Hinc Fusile. Fusor ⁊ Fusorius. Quoniā vero quę fusa ac liquida sunt spargi solent: fundere pro spargere ponit. Clau. Et pessima fudit Uina cadis. Lactan. lib. vi. Fundendus ad vltimū cruor: oīa deniq; amara ⁊ grauiora patient ferenda. Aliqñ pro Prosternere. Uerg. Nec prius absistit q̄ septē ingētia victor Corpora fundat humo. Aliqñ pro Profluere: qꝺ vernacula lingua dicimus mettere in rotta. Liui. li. primo. Exercitū fundit fusum persequit. Aliquando pro abūdanter præbere. Uerg. Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores. Aliquando pro large loqui. Idē lib. iii. Talia fundebat lachrymās. Aliquādo pro Demittere vt apud eundē. Tristisq; a vertice flammam fundit. Huius cōposita sunt Affundo: ad aliquid fundo. Ply. Exprimitur foliis succus mollissimis in pilatusis affuso paulatim vino austero. Confundo perturbo opprimo: siue oīa in vnū misceo cōiungo. Liui. li. primo. Alterius vrbis duo populi in vnū confusi sūt. Uerg. lib. iii. Qui nūc ore arethusa tuo siculis cōfunditur vndis. i. ꝯiungit. Ply. Et si misceant facile confundūt colorē. i. perturbāt. Circūfundo: circū circa spargo. Apul. Atq; eo liquore stabulū omne circūfundit. Uerg. Undiq; visendi studio troiana iuuētus circunfusa ruit. Defundo. Deorsum fundo. Cic. lib. iiii. ad heren. Nā vt forte hic in balneas venit cœpit post q̄ defusus est defricari. Diffundo. Effundo. de quibꝰ supra. Infundo intus fundo. Col. lib. ii. Merūq; faucibus si ęstuauerint boues infundet. Hier. Cœlestis plane imber virgineū in vellus placido se infudit elapsu. Hinc Infundibulū. Quandoq; infundere est supra fundere. Uerg. lib. i. geor. Certatim largos humeris infundere rores. Quandoq; abūdanter fundere. Hierony. lib. reg. Festina ⁊ veni qm̄ infuderūt philistim super terrā. Interfundo: in medio fundo. Amb. de filio prodigo. Et quasi interfuso luxuriæ ęstu secularis diuortia habere sanctorū. Offundo. Perfundo: valde siue per oēs partes fundo spargo. Ouid. Perfudita; genas lachrymis. Hiero. Uere plena per quam largo sancti spiritus imbre perfusa est oīs creatura. Profundo Refundo rependo. Sene. Id erat nō tam accipere beneficiū q̄ refundere. Interdū restituo qꝺ sparsum erat. Idem. Quicq̄d deerit ex meo refundā. Interdū Reiicio: Ut Omnem culpā in te refundam. Interdū retrofundo euomo. Ply. Quod hesterna crapula ingurgitauerat palam refudit. Suffundo est suprafundo: aut deorsuꝫ initio. Col. lib. vii. Lassę ⁊ ęstuanti mulę ad os in fauces dimittit: verumq; in os suffundit. Plau. in Cur. Mane suffundā aquulam. Interdum forinsecus spargo cū infundo potius de interiori parte dicat. Uerg. lib. i. geor. At si virgineū suffuderit ore roborē ventus erit. Ser. Suffuderit forinsecꝰ habuerit. Hinc Suffusio qui morbus est oculorū vulgo Cataracta vocant. hęc peracentesi curat. Est aūt παρακεντησις quę manu fit a chirurgis dū curari aliter morbi nō possunt. Inungit prius locus: deinde vt acus vel hamulus infigitur. Idq; peracētesis dr̄. Interdū Suffundere est subiicere: a quo suffundatū subiectū dicimus. Tractū a fundamēto. Uar. Qui in domibus lateritiis paululū modo lapidibus suffundatis vt humorē fugerent habitabāt. Interdū Cōfundo: siue rubore perfundo. Hier. Hæc ⁊ huiusmodi Theophrastus disserens quē nō suffundat christianorū quorum cōuersatio est in cœlis? Ci. pro Inspergo posuit ad Lentulū scribens. Noui animū cū mihi amicissimū tum nulla in cæteros maliuolentia suffusum. Superfundo. Lactan. lib. vi. Extinguit protinus tanq̄ igni aquā superfuderis. Transfundo de vno ad aliud fundo spargo mittoue. Cic. Dolobellę. Libentius oēs meas laudes si modo sūt aliquę mee laudes ad te trāsfuderim q̄ aliquam partem exhauserim ex tuis. Cato de re rust. Ubi dies. xxx. præterierunt transfundito: ita relinquito.

¶ Fundito as. pe. cor. sępe fundo. Plau. in Am. Dum cruciatu tuo. isthęc hodie verna verba funditas.

¶ Funis tam mas. q̄ fœ. gn̄is est: a fundo dis. deduci videt: ꝙ dum trahit atq; attenuat linū fundi videat.

¶ Funalia cęrei: ꝙ ante vsum papiri funes cęra circūdatos habere solebant. Funales vero equi sunt qui

fune.i.reste iuncti currũ præcedũt. Sue. in Tiberio Dehinc pubescens actiaco triũpho currũ augusti comitatus est sinisteriore funali equo.

¶ Funus eris. pompa quæ fit in exequiis mortuorũ. Ennius. Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit. A funalibus dictum funus ꝙ incensi funes mortuis præferebanť: quoniã noctu efferebanť cadauera: vel potius quoniã φονος λεγεται και φουνος ιωνικως φενω γαρ και φονευω εσι το αναιρεω. Interdum significat mortẽ. Verg. Nec moritura tenet crudeli funere dido. Interdũ ponitur pro cadauere. Teren. Effertur funus. Interdũ pro sepulchro. Ver. Ergo instauramus polydoro funus.

¶ Funereus a.um. qđ ad funus ptinet vt funereę mulieres ad quas ptinet funus vt pura soror ⁊ mater.

¶ Funerale đr quicqđ ad exequias pertinet.

¶ Funebre pe.cor. similiter qđ ad funus ptinet: vt funebris pompa. Quint. Quid sibi velit ille funebrium longus ordo pomparũ. Et funebres tibiæ quibus in funere canebať. Aliqñ đr cędibus plenũ vel mortale. Hora. in Ser. funebre bellum dixit.

¶ Funero as.pe.cor. sepelio. Ply. lib. xxxiii. Qui funerari se iussit sestertiis vndecim milibus.

¶ Funestus a.um. qđ est funere inquinatũ. Unde Funesto as. Et funestũ mortiferũ cruentũ. Sene. Vox illa funesta reip. Item Funestũ qđ funeribus adhibeť vt Funesta tibia qua ad funera canebant.

¶ Funesto as. funere inquino. Unde domus funestata: quę aliquo funere affecta est. Plau. Paternã domũ funestaui. Aliqñ Funestare est cruentare.

¶ Funambulus pe.cor. qui graditur per funes. Huc græci schœnobãta dicunt. Funambulus vero pro fune posuit. Hiero. de morte Paulę. Iacent alii pecunias ⁊ in corbonã dei æra congesta: funambulisqꝫ aureis dona pendentia.

¶ Funepeus idem qđ funambulus. Apul. Comœdus sermocinať: tragœdus vociferať: funepeus piclitať.

¶ Funiculus cũ sit diminutiuũ a fune: vt Funiculus duplex difficile rumpitur. Ponitur tñ quandoqꝫ pro mensura certi itineris: vt apud ps. Semitã meam et funiculũ meum inuestigasti. Iuxta eñ ęgyptios in ripis fluminũ solent naues funibus trahere certa habẽtes spacia quę appellant funiculos vt labori defessorũ recentia trahentiũ colla succedant. Nec mirum si vnaquęqꝫ gens certa viarum spatia suis appellet noibus Cum ⁊ latini mille passus vocant: et galli Leugas et rastas vniuersa germania: atqꝫ in singulis noibus diuersa mensura sit.

¶ Fungus a funere vt quidã aiunt: descẽdit: ꝙ vescẽtibus periculosissimus sit cũ vel caligaris clauus: vel chalybis rubigo. aut panni marcor affuerit: aut si serpens primo patescentẽ adhalauerit. Fungorũ diuersa sunt genera. Nam sunt boleti: pratenses albi qui in pratis nascunť. Spongioli a similitudine spongię. Digetelli a digitis. A porrigine porri ignosi. Nascuntur et in arboribus fungi: et in spinarũ radicibus. Hinc Fungosus a.um. qđ est rarum ⁊ leue ad similitudinem fungi. Ply. Hunc totũ fungosa replet medulla.

¶ Fungor eris. functus. Fungi significat vti seu officium aliqđ aut dignitatẽ habere: agereqꝫ: vt fungor officio delegato. Fungor prętura. Fungor vita: quod est fungor officio vitę ⁊ munere administrãdi corpus. Inde defunctos mortuos dicimus qui munia vitę pegerunt. Et construiť cũ ablrõ. Lact. Ita eñ delegato sibi officio functi sunt. Aliquando cũ actõ. Teren. in adel. Aeschinus tuus neqꝫ boni neqꝫ liberalis functus est officiũ viri. Plau. in Miner. Nam parasitus octo hoim munus facile fungitur. Fungi quoqꝫ finire dicitur. Unde vita functus đr qui vitã finiuit. Lact. lib. iii. Et cũ magisterio functus fuisset traderet in manus impiorũ. Huius composita sunt Defungor: qđ est expedio: finem facio perago cesso ⁊ liberor: ab aliquo officio vel munere. Verg. O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis.i. qui finisti et euasisti pericula. Liui. Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere.i. quę euaserunt morbos. Terent. in adel. Utinam hoc modo defunctũ.i. vtinã hoc malũ vltimũ sit quo defungatur: in quo finiat officiũ suũ scꝫ ęschino talia perpetrandi. Perfungor perfecte fungor. Ci. Lentulo. Cum ⁊ honoribus amplissimis ⁊ laboribus maximis perfuncti essemus. Idem. Perfuncto hoc misero fataliqꝫ bello.

¶ Fuo is. futum. significat arguo. Plaut. in Am. Nequis tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Hinc Futo as. de quo infra. Est etiã idem quod sum. Unde ⁊ præteritũ fui.

¶ Furuum obscurũ: a quo Furnus fornax. Funus furiæ: fuligo: fulica.

¶ Fur gñis cõmunis subtractor a fero ꝙ ferat.i. auferat res alienas. Vel vt inquit Var. lib. xiiii. rerum diuina. a furuo nigro ꝙ furta clam fiant: ⁊ plærunqꝫ in nocte Sabinus a fraude. Alii a gręco φωρ a quo furtum deducitur. Differt aũt fur a latrone scđm Valer. ꝙ fures insidienť ⁊ occulta fraude decipiant. Qui eñ furantur nocte furanť ⁊ in tenebris. Unde significanter ait Osee: ꝙ fur claꝫ ingressus sit: ⁊ latrunculus expoliet foris. Sed plęrũqꝫ indifferenter ponunť. Per translationẽ qñqꝫ fur capitur pro seruo. Verg. Quid facient dñi: audent cũ talia fures? Cõposita sunt bifur ⁊ trifur.i. summe fur. Aurifur qui furatur aurum.

¶ Furculus scđm Pris. diminutiuũ a fur.

¶ Furunculus etiã dimin. a fur. Ci. in Piso. Olim furunculus nũc etiã rapax. Accipitur etiã qñqꝫ pro mustella syluestri qua in cauernis cuniculi capiunť. Et furunculus đr tuberculũ acutũ cũ inflãmatione ac dolore in carnosis maxime partibus vt scribit Galenus Prouenit ex humoribus crassis: differtqꝫ a phymate: ꝙ hoc maius est furunculo rotundius atqꝫ planius. Fit etiã furunculus ex capillamẽto. Col. lib. v. Plerũqꝫ aũt germen de cicatrice procedit qđ siue longum prosiluerit in flagellũ submittiť: siue breuius in pollicem: siue admodũ exiguũ in furunculũ: is ex quolibet et minimo capillamẽto fieri potest. Dictus furũculus ꝙ quasi fur furtim nascatur.

¶ Furtũ: vt Plau. iurecon. diffinit est cõtrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia vel ipsius rei: vel etiã vsus eius possessionisve qđ lege naturali ꝓhibitũ est admittere. Veteres tñ vocabant furtũ quicqđ clam committereť. Verg. Vulcani martisqꝫ colos: ⁊ dulcia furta. Hinc furta pro adulteriis leguntť. Tibul. Celari vult sua furta venus. Pro insidiis. Ver. lib. xi. Furta paro belli cõnexæ in tramite syluæ Armato vt binas obsidã milite fauces. Sal. libr. i. historiarũ metu gentis ad furta belli peridoneæ Furta domestica vocantur quæ serui dñis vel liberti patronis: vel mercenarii apud quos degũt surripuerũt.

¶ Furtim aduerbiũ significat latenter. Verg. lib. iii. æneí. Infœlix priamus furtim mandarat alendũ.

¶ Furax acis. dicitur qui facile furatur.

¶ Furtificus a. um. qd furtū facere solet. Plau. in Persa. Ubi illa altera est furtifica lena?

¶ Furtiuus a. um. pe. pro qd furto raptū est: in significatione passiua. Plau. in penu. Quę furto raptę erāt furtiuas vendere ingenuas collibertus meus. Quandoq furtiuum dr clandestinū. Unde et furtiuę litterę et furtiua scripta quę artificio quodā fiūt ne legi possint ab alio quā ab eo ad quē scribunt. Gel. Res quasdā occultas nunciare regi furtiuo scripto volebat.

¶ Furor aris. furtū facio: vt apud apostolū. Qui furabatur iam nō furetur.

¶ Furfur nomen auis et purgamentū farinę. Unde furfureus a. um. qd est ex furfure. Et furfures: morbus capillorum.

¶ Furca a fero. instrumentum quo stramenta feruntur. Unde bifurcus et bifurcatus: et bifurcatum. Huius diminutiuū est Furcula: a quo fit aliud diminutiuum Furcilla.

¶ Furcilla diminutiuū a diminutiuo furcula est: et significat instrumentū quo frumenta cillentur .i. mutentur. Nā cillere mouere est: et quo fœnū: palea et id genus reliqua iumentis ministrant. Hoc rustici in fœno colligendo vtuntur. Var. lib. i. de re rust. Herba cum crescere desiit et ęstibus arescit subsecari debet: et quo perarescat furcillis versari.

¶ Furcilis pe. cor. Instrumentū bidentatū tridentatum de quo vtimur ad extrahendū fimum.

¶ Furciferi dicebant serui qui ob leue delictū cogebantur a dominis ignominię magis quā supplicii causa circa vicinos furcam in collo ferre subligatis ad eam manib9 et prędicare peccatū suū: simulq monere ceteros ne quid simile admitterēt. Unde Plutarc. in vita coriolani. Furcifer hinc nomē est quod maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat vt is plaustri lignū cui temo affigitur spectante vicinia ferens circūageret. Quod vbi factū erat infidus a domesticis et vicinis existimatus furcifer appellabat. Nā latini lignū illud furcam appellant. Hinc Trifurcifer: summe furcifer dicitur: sicut Triuenefica summe venefica.

¶ Furor furoris Insania: quātus inter se differant: sicut Ci. lib. iii. tus. declarat. Itaq nō est scriptū si insanus: sed si furens esse incipit. Insaniā enim esse censuerunt inconstantiā sanitate vacantē quę tamen posset tueri officiorū et vitę communē cultum atq vsitatum. Furorem aūt rati sunt mentis ad oia cęcitatem. Quod cum maius esse videatur quā insania tamen eiusmodi est vt furor in sapientē cadere possit: nō possit insania. Fit enim furor aliqñ vitio valitudinis vt in iis qui melancholici appellant: quos tñ Aristoteles censuit habere aliquid in animis pręsagiens atq diuinū. Aliqñ accipit pro mente vl quadā diuina concitata qualis est furor poetarū. Negat quippe Democritus quempiā poetarū magnū esse posse sine furore. Ci. In est igitur animis prę̄sagio extrinsecus iniecta atq inclusa diuinitus. Ea si exarsit acrius furor appellat cū a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur. Interdū furor sumit pro nimia ira. Luc. Quis furor o ciues: quę tanta licētia? Sed inter irā et furorem Hier. Hoc interesse scribit: quod furor sit vindicta irrationabilis cū fellis amaritudine. Ira vero cōmotio animę. Dictus furor quod huc atq illuc temere feratur.

¶ Furię deę furoris sunt dictę: et noctis acherontisq filię fuisse memorant. Alecto Tisiphone: et Megera. Verg. Dicunt geminę pestes cognomine dirę. Quas et tartareā nox intempesta megærā vno eodemq partu tulit. Fictum est a poetis inferna loca furias habitare: sed tormenta scelestæ mentis esse veteres voluerunt. Ci. pro Roscio. Nolite putare quemadmodū in fabulis sępenumero videtis eos qui aliquid impie scelerateq cōmiserūt agitari et perterreri tędis ardentibus: quemq fraus et suus terror maxime vexat: suuz quemq scelus exagitat: amentiaq afficit: suę malæ cogitationes cōscientiæq animi terrent. Hę sunt impiis assiduę domesticęq furię quę dies noctesq parentum pœnas a sceleratissimis filiis repetant. Tres etiā furiæ significāt tres animi affectus qui hoies in oia facinora pcipites agunt. Videlicet ira: cupiditas: libido: Ira vltionē desyderat. Cupiditas opes. Libido voluptates. De istis Euripides i Oreste tragœdia: sed aliud est parcę clotho lachesis atropos: de quibus cebetes thebanus in pictura vitæ ὁ καὶ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι οὗτος δαίμων καλεῖται προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον καὶ δεικνύει ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν εἰς ὡς ἐάσθε μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ.

¶ Furiosus dicitur a quo furor nunquā recedit.

¶ Furo is. insanio: ira exagitor. Apul. Furit ensem corripit: fertur eū pcepe: nil tale timentē aggreditur. Quandoq furere est insanire. Ci. li. i. offi. Versutū et callidum factū Solonis qui quo tutior vita eius esset: et plus aliquāto reip. pdesset furere se simulauit.

¶ Furio as. cū furore cōcito. Hor. lib. car. Quæ solet matres furiare equarum.

¶ Furiatus: qui ex causa furit. Vergil. Nō tulit hanc speciem furiata mente corebus.

¶ Furibundus qui vehemēter furit. Sallu. Tum ille furibundus quandoquidē circūuentus inquit ager incendiū meū ruina extinguam.

¶ Furnus a furuo. i. nigro colore propter fuliginem: vel propter obscuritatē quā intus habet vt inquit porphyrio. Locus in quo panis coquit. Differtq a clybano quod clybanus mobilis est: et quasi paruus furnus testaq aliqñ tegitur: sed fere e metallo fit. Interdū etiā ex lapide constat: nō tam pani quā aliis dapibus coquendis seruiens. Furnus vero ex Cęmento et calce cōstat magnusq et immobilis est Plyni. Cortices quoq decussi lini clybanis et furnis prębēt vsum. Os furni præfurnium dicitur.

¶ Furnaceus a. um. qd ad furnū pertinet. Idem. Nā furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

¶ Furnaria absolute dicitur: sicut Cœnacularia: et Sagaria. Dicitur aūt quis furnariā exercere qui ex furno panisq coctura quęstū facit: vel qui furnos locat cōductoribus. Sue. de Vitel. Cuius filius sectionibus et futuris vberius compendiū nactus ex muliere vulgari antiochi cuiusdā furnariā exercentis filia equitem roma genuerit.

¶ Furnarię mulieres vulgo dicūtur furno opantes.

¶ Fuscina pe. cor. telū tridens siue triusculū piscatoriū quod fundo natantia capiat insigne neptuni erat: vt apud Priapeiā. Neptuni fuscina telum. Hoc etiā Retiarii in gladiatoriis ludis vtebant. Iuuen. Vicerat hoc monstrū manicati fuscina gracchi.

¶ Fuscinula diminutiuū parua fuscina. Hiere. li. i. Reg. Habebat fuscinulā tridentē in manu et mittebat eam in lebetē et qd leuabat fuscinula sibi tollebat:

¶ Fuscus a.um. color subniger .i. nõ plene niger qualis est Indorũ meridionaliũ & ęthiopũ color.
¶ Fusile pe.cor. qd fundi potest: seu qd fusum est: vel qd pronum est ad fundũ. Gel. Qui sunt leues & fusiles et importuni locutores
¶ Fusorius a.um. qd ad fusionẽ hoc est liquefactionẽ pertinet: seu qd funditur aut fundi potest: vt opus fusorium. Hie. in exo. Formauit opere fusorio: et fecit ex eis vitulum conflatilẽ. Fusoriũ vas in quo metalla liquefiunt. Et ars fusoria ars fundendi miscendi transmutandiq́ metalla.
¶ Fusores qui fundunt .i. liquefaciunt.
¶ Fusus a.um. participiũ a fundo dis. Fusus fusi instrumentũ qd mulieres nendo digitis voluunt: vt est illud. Et digiti eius apprehenderũt fusum. Fusim aduerbiũ significat sparsim.
¶ Fustigo as. pen. pro. fuste stimulo.
¶ Futo as. redarguo a quo Cõfuto & Refuto. vide in dictione Refuto. Cato. Futauit vsus est p sępius fuit.
¶ Futio futis effuto: a quo componitur Effutio: de quo alibi.
¶ Futile pe.cor. qd facile funditur Unde vas futile qd erat latissimi oris ex altera parte arctũ qd statim positum effundebatur. Utebãtur eo in sacrificiis deę vestę: quia aqua ad sacra hausta interra nõ ponitur. Qd si fiat piaculũ est. Uñ excogitatũ vas est qd stare nõ posset: sed positũ statim effunderetur. A quo futiles dicti sunt: qui cõtinere tacẽda nõ possunt: sed ea effundũt. Apuleius homo & futilis ac rimarũ plenus
¶ Futuo futuis futui futută obscœnũ verbũ: quod a futio deduci videtur. Cum nihil aliud sit futuere q̃ semen effundere.

De littera G.



Littera muta est: quę in verborũ pręteritis mutatur in ct: vt lego lectus. Ago actus. Aliquando in s: vt spergo sparsi: mergo mersi Aliquando in x. vt rego rexi. pingo pinxi Apud gręcos: quod illi per c scribunt. quandoq́ nos per g scribimus vt κυκνος nos cygnus illi κοβιος nos Gobius vel gobio.

G ante A.

¶ Gaba per simplex b. teste Iosepho lib. v. antiquitatum iudaicarũ Galilęę oppidũ est.
¶ Gabba per duplex bb. Syrię vrbs est.
¶ Gabaon olim metropolis & regalis ciuitas Euęorum: & nunc: vt refert Hieronymus: ostenditur villa eodem noie in quarto miliario Betelis contra occidentalem plagam iuxta rhama: vbi Salomon oblatis victimis diuinũ meruit oraculum.
¶ Gabanitæ pe. pro. sunt ppli in Gabaon habitãtes.
¶ Gabatę pe.cor. vasa concaua eduliis pulmẽtariisq́ aptissima. Mar. Transcurrũt gabatę: volãtq́ lances Et alibi. Sic implet gabatas paropsidesq́.
¶ Gabalus penulti. produ. apud veteres crux siue patibulum dicebatur. Varro. Nos barbari q innocentes in gabalum suffigimus homines: vos non barbari q noxios absoluitis.
¶ Gabalum penultima communi oppidum Auernorum in gallia aquitana narbonensi terrę proximum. Hinc Gabalici populi apud quos olim fiebat optimus caseus.
¶ Gabii orum. Volscorũ vrbs fuit. lxx milibus passuum ab vrbe distans a Galacto & bio fratribus siculis condita: sicut scribit Solinus: vbi latomię plusq́ reliqui lapides romę suppeditantes. Hinc Gabini dicti sunt hoies Gabiis habitantes.
¶ Gabinus pe. pro. toga quę sicut docet Seruius sic in tergum reiecta est: vt vna eius lacinia a tergo reuocata hoiem cingat. Quo vestimenti genere vtebatur consul bella indicturus.
¶ Gabriel hebraice latine fortitudo dei dicitur.
¶ Gaderes ciuitas Syrię nõ longe ab Ascalone. Ex qua Theodorus rhetoricę pręceptor qui Strabonis ętate floruit Gadareus dictus est.
¶ Gades duę insulę sunt: & vtranq́ tam in singulari numero Gaddem q̃ plurali Gaddes appellamus. Et sunt in fine bethicę prouincię: et in extremo nostri orbis versus occidentẽ: vbi Europa ab Africa dirimitur. Vocabulum pœnum est: quod septum indicat: eo q in morem sepis circundetur. Gadis maior insula quam alii Erithręam quoniã tyrii ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferebantur. Alii aphrodisiam: quidã Iunonis insulam vocauere. Distat a Calpe septingentorum quinquaginta stad. interuallo: parua quidem insula: sed virorum dignitate excellens in qua equestris ordinis gaditanos quingentos in vno censu numeratos aliqñ fuisse cõpertũ est in vno atq́ pexiguo oppido qd Gadditũ vocabatur. In hac insula Geryones habitauerũt. Gadis minor insula habet oppidũ ciuiũ romanorũ qd Iulia appellatur. In Gadeo erat templũ Herculis honoratũ i quo quidã colũnas illas esse existimãt quę Herculis colũnę nuncupantur. Sunt autem ex ęre cubitorũ octo. Inde Gaditanus a.um. penul. producta vt mare gaditanũ. Et gaditanæ puellę dicuntur libidinosę procaces. Mar. Tam tremulum crissat tam blandum prurit vt ipsum Mastrupatorem fecerit hippolytũ. Gaditani oriundi sunt a Tyriis. Unde Luc. Tyriisq́ a gadibus hospes.
¶ Gadir neutri generis vrbs opulenta in gadibus. de qua Priscia. lib. v. ait. Ut alii tradiderunt Tartessum hispanię ciuitatem quam nunc tyrii mutato nomine Gadir habent. Rufus Festus in descriptione orbis Gadir prima fretum solida supereminet arce: Attollitq́ caput geminis inserta columnis. Hęc cotinussa prius fuerat sub nomine prisco. Tartessumq́ dehinc tyrii dixere coloni. Barbara quinetiã gades hanc lingua frequentat. Pœnus quippe locum gadir vocat vndiq́ septum. Suidas. γαδειρα τοπος κατα την εσπεριαν μοιραν μεχρι τουτων ελθων ο ηρακλης και μη δυναμενος διελθειν στηλας καρπων εγχωριων λαβων ιδρυσα.
¶ Gętulia pars aphricę quę proximos habet garamantas. Inde Gętulus penultima producta. Vergil. libro quarto. Destruat vt captam ducat gętulus hiberbas. Iuuena. Cum gętula ducem portaret bellua luscum. Ouidi. Quid dubitas vinctam gętulo tradere hiarbę. Gętuli aphricę populi sunt: aphricam initio libyes habuerunt deinde aphri postea gętuli. postremo Numidę.
¶ Gagates nomẽ fluuii in sicilia: & nomẽ lapidis preciosi in eo primũ reperti: q̃uis etiã in Anglia abundet. Hic lapis q̃uis rudis & rusticus videatur diuini sa

nescio quid in se habet. Ignem enim alit in laticibus quē solo oleo licet extingui. Si quis aūt aquam ⁊ eius lapidis frustula biberit: si carnis senserit maculas extemplo emingit neq; cohibere vrinā potest. At si virgo nō cogitur meiere.

¶ Galaad mons est. a quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulū: quā ⁊ accepit de Amorreorum manu Galaad filius Machir filii Manassę.

¶ Galactopotę pe. pro. lac potātes. Col. lib. viii. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victū commodat ex quo nomadū getarumq; plurimi γαλακτοπωται dicuntur.

¶ Galba vermiculus mirę exilitatis: qui nascitur in ęsculis a quo qui primus Sulpitiorū cognomen galbę tulit ab exilitate ita vocitatus est: quē alii e contrario: ꝙ prępinguis fuerit nominatū scribūt. Talem em̄ Galli vocant Galbam. Alii ꝙ oppidū hispanię frustra diu oppugnatū illatis demū galbano facibus succenderit. Nōnulli ꝙ in diuturna valitudine galbeo: hoc est remedus lana innolutis vteretur.

¶ Galanthis idis. mustella a qua piscis quidā dictus est: hęc ⁊ Gale dicit̄ ⁊ Galeus.

¶ Galbanus pe. cor. fœmi. generis ⁊ Galbanū neutri succus est siue lachryma cuiusdā herbę similis ferulę: quę in ipso frutice in ęstate prumpit: ⁊ multis est apta medicaminibus. Greci Χαλβανον dicunt per ch. nostri vero ch. in g. conuertūt. Hieron. in ecclesiastico. Et quasi Styrax ⁊ galbanus ⁊ vngula ⁊ gutta. Luc. lib. ix. Hic ebulum stridet: peregrinaq; galbana sudāt Galbanum in Syria gigni testis est Plynius lib. xii. Quod sincerū si vratur fugat nidore serpentes. Est etiā hoc noie genus vestimenti delicatorū a colore albo ac sublucido qđ nullos habet pilos. Iuue. Cęrules indutus scutulata ⁊ galbana rasa. Inde Galbanatus nomē simile pticipio formauit. Mar. qđ est galbano indutus. Accipiturq; pro hoie molli ⁊ effœminato

¶ Galbinus a. um. penul. pro. mollis ⁊ lasciuus. Mar. Galbinos habet mores.

Tunica quoq; galbina a colore dicta est. Flauius Vopiscus in Aureliano. Inter hęc fuit tetricus chlamyde cœcea: tunica galbina.

¶ Galbuli pilę cupressi. Var. lib. i. de re rus. Quędam ad ostendū sunt vsq; adeo parua: vt sint obscura vt cupressi. Nō em̄ galbuli qui nascunt̄. i. tanq; pilę paruę corticię id semen: sed his intus primigenia semina dedit natura.

¶ Galbeum ornamenti muliebris genus. Galbaneus mali odoris.

¶ Gale mustella. Aristoteles lib. de animalibus. Gale quotiens dimicatura cū serpente est. Ply. Mustellę cū anguibus visę sunt pugnare quotiēs victę sunt rutę folium morsu apprehēdentes.

¶ Galeus piscis qui a nostris etiā mustella dr̄. Plyn. Pastinacā piscē venenatū persequit̄ Galeus.

¶ Galea cassis a Galero quo multi veteres vsi sunt: a qua galeati dicunt̄ qui galeis armati sunt.

¶ Galeola cū accētu in antepe. vas sinuosum a galeę similitudine dictum.

¶ Galeotę nō modo stelliones appellant̄: sed ⁊ vates quidam in Sicilia ⁊ Attica a Galeote apollinis filio qui frater Telmessi eius tradit̄ qui Telmessum vrbē in Caria condiderit oraculo ex dodone accepto. Unde Aelianus scribit Dionysiū tyrannū galeotas solitum consulere in Sicilia.

¶ Galerus ⁊ Galerū pen. pro. pileus rotundus ꝙ in modū galeę esset factus: vt inquit Var. Sta. Et temperat astra galero. Accipitur interdū pro coma aliena quam ad galeri effigiē formatā capiti ita aptare solemus vt internosci nō queat. Hoc apud Sue. in cali. capillamentū nominat̄. Huius dimi. est Galericulus.

¶ Galerita pe. pro. auis quę nunc alauda dr̄ a galeri similitudine. Var. Galericū appellat quia plumā elatā in capite habet.

¶ Galesus pe. pro. fluuius iuxta Tarentū. Ver. lib. v. Qui niger humectat flauentia culta galesus.

¶ Gallus Cybelis sacerdos a Gallo phrygię fluuio: cuius aquā qui gustassent reddebant̄ insani. Et gallus gallinaceus auis: nocturnus vigil: quē excitandis in opera mortalibus: rumpendoq; somno genuisse puidētia diuina videt̄. Est ⁊ nomē gentis ⁊ nomen viri ppriū: ⁊ fortunā corpis significat vt inqt Quint. id est castratū. Nā tales erant galli sacerdotes Cybeles: de quibus Aug. li. vii. de ci. dei refert: ꝙ ideo abscissi matri deū seruirēt: vt significaret̄ eos qui semie indigeāt terrā sequi oportere q̄ mater deū noiatur.

¶ Gallus a. um. qđ ex gallia est. Unde galli dicti sunt qui ex gallis originē habent.

¶ Gallia regio Europę a candore populi dicta. Gala enim lac latine dr̄. Nā montes ⁊ rigor cœli ab ea parte solis ardorē excludunt: vt nō eorū corpora colorentur: quę triplex est Tonsa scʒ siue togata. Comata et bracata. Gallia togata dr̄ Cisalpina: vt Plyn. lib. iii. scribit. Mar. Gallia romanę noie dicta togę. Comata cognominatur ois transalpina gallia: quā in tria populorum genera historici diuiserunt: Belgicā: Celticam: ⁊ Aquitanicā: quę remonica ante dicta est. Nam a scalde ad sequanā Belgica. Ab eo ad garumnā celtica eademq; lugdunēsis. Inde ad pyrenei montis excursum. Aquitania. Augustus quadrifariā diuisit addita Lugdunensi prouincia. Ammianus in multiiugas prouincias diuisit: vt pote qui primā ⁊ secundam lugdunensem: ⁊ primam ⁊ secundā Aquitanicā faciat gallos celtas noie regis dictos: ⁊ ab eius matris vocabulo Galatas sermo grecus appellat. Narbonensis vero prouincia appellat̄ pars galliarū. Bracata autem dicta est a genere vestium. A Gallia fit gallus a. um. de quo ante.

¶ Gallicus a. ū. p. cor. qđ ex gallia est vt arma gallica

¶ Gallicanus a. um. idē qđ gallicus: vt gallicanę ve(stes.

¶ Gallius a. um. sicut gallicus ⁊ gallicanus.

Sal. l. ii. iiii. histo. Duę gallię mulieres conuentū vitantes ad menstrua soluenda montē ascendunt.

¶ Gallogręcia gallacia dicta est: a qua Gallogręci. Nā cū galli multitudine abundātes relicto natali solo Italiā inundassēt gręciā impleuerūt Macedoniā occuparunt: in asiā transierūt duce Leonorio q̄ gallogręciā mixto ex gallis grecisq; vocabulo cognoiauerūt

¶ Gallicia regio hispanię quę vt Iusti. refert a Teucro Thelamonis filio condita est.

¶ Galatia grece γαλατια per simplex l. regio minoris asię. Hęc ab oriente Cappadociā ⁊ helym fluuiū: ab occidēte bithyniā ⁊ asiā: a meridie pamphiliā: a septētrione pontū euxinū habet: quā olim Galli ex europa veniētes habitarūt: ⁊ gallogręcia dicta est.

¶ Galatę pe. cor. populi qui galatiā habitant. Hi primo gomorrę dicti sunt a Gomor Iapeth filio vt Iosephus libr. pri. refert: ⁊ fratre Alacis qui ad ea loca veniens ibi sedes posuit nuncupata est.

¶ Gallina auis nota a quo nose deducunt hec adie-(ctiua.
¶ Gallinaceus a.um. qd ex gallinis est: vt pullus gallinaceus. Var. Gallinaceis em pullis bis deni dies opus sunt: pauoninis ter noueni.
¶ Gallinaceus substantiuū ipse gallus. Poscenninus niger ob vnius gallinacei direptionē decē cōmanipulares qui raptū ab vno comederāt: securi pcuti iussit Sic Gallinacia gallina. Var. Si oua gallinis pauonina subiicies cū iam decem dies fouere cœpit gallinacia tum denicq subiice: vt vna excludant.
¶ Gallinarius & Gallinaria qui & que gallinas curat. Ply. lib x. Traditur quedā ars gallinarii cuiusdā dicentis quid ex quaqz esset. Var. Inter duas ostium sit qua gallinarius curator earum ire possit.
¶ Gallinaria insula est in mari thusco scdm Italiam contra montes ligusticos: viginti milliū Albumingaunum. Alius ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis inusitatis: vt inquit Var. lib. iii. de re rust. a gallinis rusticis appellata. Est & sylua gallinaria cu mis vicina: de qua Cic. ad Petum. Q. Leparius obuiam mihi fuit in sylua gallinaria. De hac Stra. item scribit. Hoc quoqz in sinu fructicosis virgultis frequens et arboribus sylua est multis porrecta stadiis aquarum indiga.
¶ Gallinariū locus vbi morant galline. Colu. lib. ix: Gallinaria constitui debent parte ville que hybernū spectat orientem.
¶ Gallicinū: pars noctis appellata est qua galli cantant: que est quarta castrensis vigilia.
¶ Gallo as. insanio. Var. Et deam gallantes vario retinebant studio.
¶ Gallulo as. pe. cor. pubeo: a quo gallulasco: pubesco qp pubescētes vocē grandiorē ad galli gallinacei similitudinē faciant. Neuius. Cuius vox gallulascit.
¶ Galla fructus quercuū. Greci quoqz gallā lac nominant. Unde & Galli scdm aliquos dicti sunt quasi Lactei. Gallā bibere ac rugas cōducere ventri ait Lucil. quasi. d. parsimonia esse vtendū: neqz gule indulgēdum: ventremqz coarctandū.
¶ Gallaici siue galleci hyspanie populi sunt gallis finitimi. Mar. Neqz gallaico linuntur auro.
¶ Galilea pe. pro. nomen duarum regionū: ex quibus vna galilea gentium vocatur vicina tyriorū finibus vbi & solomon viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in sorte tribus neptalim. Altera galilea dr erga Tyberiadē & stagnum genesareth in tribu Zabulon. Galilea teste Plynio Syrie arabie atqz egypto coniūgitur Terra ferax.
¶ Galenus pe. pro. nomē medici excellētissimi ex pergamo Asie vrbe qui vulgo Galienus dici solet barbare & inepte. nā ελληνισι γαληνος λεγεται απο του γαλακτος ωσεγω οιωμαι τουτεσι λευκοτητος. Quo nomine etiā dictus est imperator romanus.
¶ Gallumbri populi qui nunc Romandioli vocantur
¶ Gāma grece: latine littera γ q̄ apd nos significat g.
¶ Gamale pe. cor. vrbs in iudea. Josephus. Syrie habitatio quedā fuit Gamale. Sue. in Tito Gamales appellat. Tarichtā inquit & Gamalē vrbes validissimas iudee in potestatē redegit.
¶ Gammarus penulti. corre. aquaticū animal simile Cancri: vel vt quidam putant ipse Cancer cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur concoctum fit rubens. Mart. Concolor in nostra gammare lance rubes.

¶ Gamos grece latine nuptie. Hinc composita sunt Agamus: Monogamus: Bigamus. Digamus: Trigamus: Quadrigamus: Octogamus. Hier. contra Joui. Nō damno digamos: immo nec trigamos et si dici potest octogamos.
¶ Gamphasantes populi in libya sine vllis vestibus viuentes: qui sicuti scribit Pompo. A prelijs abstinent: cum nec tela iacere aut vitare noscant. Ideoqz obuios fugiunt.
¶ Ganea e. & Ganeum Lupanar meretriciū: gulosoriū: diuersoriū & popina: qp scz sit in terra nō vt cœnacula superius. Est em locus abditus & velut subterraneus vinolentie & libidini aptus. Terent in adel. Ubi ego illum querā? Credo abductū in Ganeā. Col. in prolo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianam laconicis cruditatē excoquimus. Plynius tamē videtur innuere popinas esse in quibus vnctoria edulia conficiebantur: et pro ipsa ingluuie cibariisqz. Ait enim de porco lib. octauo: Neqz alio ex animali numerosior materia ganee.
¶ Ganeones Eluones qui ganeas frequentāt: Juu. Sed laudem siliquas occultis ganeo pultes.
¶ Ganges is. & gangetis Indie fluuius maximus. Alio nomie Physon a grecis dictus: de paradiso exiens: quez alii incertis fontibus vt nilum: rigantemqz vicina eodemmodo ferunt. Alii in Scythicis nasci: ipsamqz idiam secare dixerunt: fluereqz in eum triginta amnes. Minima gangis latitudo per octo millia passuū: maxima per viginti pater altitudo vbi vadosissimus est mensurā centū pedū implet. Dictus Ganges a Gange ethiopū rege vt ait Suidas. Ouid. lib. quarto met. Decolor extremo qua cingitur india gange. Hinc Gangeticus a. um. Col. lib. nono. Jam nūc gangeticas et egyptias auis temulenter eructant. Arrianus lib quinto de gestis Alexandri mag. ενταυθα ο αλεξανδρος αφικετο πολιν μεγαλην και ευδαιμονα την μεγιστην των μεγαλων ινδου τε ποταμου και υδασπου και εκει οπωρος βασιλευσ οσ ορωμαλ ξανδρον.
¶ Gangees. est vrbs indie regia.
¶ Gangaride vt inqt Curtius populi inter assyrios et indos iuxta Gangē qui nouē ostiis effluit.
¶ Gangrena cū e diph. Caro est emortua ex vlcere: vel inflammatione ac rubore. Subalbescit aūt primo demum atra fit sensu amisso in pminētibus membris id est inter vngues & alas & inguina. Et in senibus fere atqz his quorū corpus mali habitus est. Lucil. lib. i. saty. Serpere vti gangrena malo.
¶ Ganglion: siue Ganglion genus morbi in capite cum humor quidā includit. De quo Col. li. vii. Est et ganglion vt docet Paulus nerui alicui⁹ vel extu: vt ex lassitudine cōtortio. Multis quidē oīno ptibus corporis sed pcipue mollib⁹: vt i extremitate manuū atqz pedibus.
¶ Gannio is. iui. vel ganniui. itum. Ganni(re pprie canes dicunt cū murmure vel quasi plorando conqueri videnf. Inde Gannitio & gannitus. Lucre. Longe alio pacto gannitu vocis adulant: aut cū deserti abubant in edibus aut cū Plorātes fugiunt summisso corpore plagas. Inde ad hoies translatum. Teren. in adel. Quid ille gannit: quid vult? Huius compositū est Oggannio de quo infra.
¶ Garamātes populi libye psyllis finitimi a Garamāte Apollinis filio cognominati qui ibi garamantā oppidū ex suo noie condidit. A quo Garamātius a. um.

Et garamantis idis. Fuit et alius Garamantes rex: cuius filiam Garamantida Iuppiter apud bragadam fluuium compressit & ex ea genuit hiarbam.

¶ Gargarus penultima producta mons in Apulia. Lucan. libro quarto. Apulus adriacas exit gargan⁹ in vndas.

¶ Gargara penultima correpta: mutatione litterę a. καρα καρας .i. caput capitis .i. altitudinis altitudo καρκαρα capita. Unus est ex collibus montis Idę. Est & oppidum huius nominis positum in imis radicibus idę montis. Et defluentibus inde humoribus Gargara irrigantur: fiuntq; feracissima. Apud hanc ciuitatem tanta erat frugum copia: vt qui magnum cuiusq; rei numerum vellet exprimere p multitudine immensa nominaret. Unde & Ouid. Gargara quot se getes quot habet methymna racemos. Dicitur & gargarus numero singulari. Strab. li. xiij. Gargarus in superioribus idę partibus locus ostenditur: a quo Gargara dicuntur Aeolica ciuitas: gręci γαργαρον neutro genere dicunt. Sunt & Gargara in Mysia. Sunt qui gargarus dici velint απο του γαργαρι ζειν τας πηγας .id est ab emittendis fontibus. Ouid. Creberrima fontibus ida.

¶ Gargarisso as. sicut sonat Ply. li. xx. Sedat anginas cu͂ melle ac hysopo ex aceto gargarissatu͂. Apud gręcos γαργαριζω. Fit autē gargarizatio in summo gutture. Et gargarizare sępe ad gurgulionē .i. gutture reuocare. Et duplici modo construitur. Nam res qua sæpe guttur alluitur in nominatiuo plerūq; in ablt̄o ponitur. Ply. li. xx. Uoci succus sub certamine vtilis & qui gargarizatur vna tumente adiecta mēta. Cor. lib. iiij. In vetusto capitis dolore cōmunia sunt sternutamenta excitare inferiora vehementer refricare gargarizare his quę saliuam mouent.

¶ Garrio is. garriui. vel garrij. itum. inepte loquor. Cicero libro secundo de Ora. Nam & sæculis multis ante gymnasia inuenta sunt q̄ in his philosophi garrire cœperunt.

¶ Gariophylum flos garofolus nomē nec gręce nec latine habet.

¶ Garruli pen. cor. proprie dicuntur vt inquit Augu. qui vulgo verbosi appellantur accedente lętitia nec valentes: nec volentes tacere. Et garrulæ dicuntur aues canoræ et hylares. Virg. Garrula quum tignis nidum suspendit hirundo. Garrulus etiam dicitur cordatus. Uar. In hac ciuitate tum regnabat Dionysi⁹ homo garrulus & acer.

¶ Garritido as. pen. cor. Idē q̄d garrio. Uar. Quid nā garritidatis dicentes o fortuna.

¶ Garum apud Col. liquamē est ex pisce factu͂.

¶ Garumna fluuius per tribus amplificatis amnib⁹ per bituriges & santones gallicā vtrāq; gentē effluit Et est in gallia narbonensi terminās aquitanos. Distat a Narbone stad. octingentis. Delabitur ex pyreneo & in oceanu͂ excurrit.

¶ Gaster seu gasterium genus vasis: cuius formam alij aliter accipiunt.

¶ Gastrimargia penul. pd. nimia ingluuies vt apud Aristo. in ethicis. Gastrimargus gulosus.

¶ Gaudium est affectio animi alicuius pręsentis boni opinione concepta. Cuius diminutiuum est:

¶ Gaudiolum: & compositum Gaudiloquus penultima cor. qui cum gaudio loquitur: vt apud Plau. Dictum gaudium quasi gaurium. Græci enim γαυρον lętum dicunt.

¶ Gaudeo es. gausus: gaudium habeo de bono proprio: quandoq; etiam de bono alterius: sed intrinsecus. Lętari vero extrinsecus. Construitur gaudeo diuersis modis. Nam quandoq; sine apposito: vt gaude & lętare. Quandoq; cu͂ datiuo. Cicero. Mihi gaudeo: tibi gratulor. Quandoq; cum ablatiuo. Virgili⁹ Numero deus impare gaudet. Quandoq; cum ablatiuo mediante in. Ci. Lentulo. In molestia gaudeo. Quandoq; mediante de. Hieron. ad Helio. Gaudebo de ascensu: sed timebo de lapsu. Aliquando gaudere est valde seu cum delectatione quod vulgo dici solet godare: & construitur cum accusatiuo. Hieron. in plo. Iob. Beatum Iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore et vermibus scatebat errorum: integrum / immaculatumq; gaudete .i. cum gaudio pergustate. Ter. in adel. Hunc scio mea solide solu͂ gauisurum gaudia. id est pergustaturum. Cice. Pęto. In theatrum Curionis. Hortensius introijt puto vt suum gaudium gauderemus. Aug. lib. viij. conf. impersonaliter vsus est tantus auctor. Quando inquit cu͂ multis gaudetur & in singulis vberius gaudium est: quia feruefaciunt se & flammātur in alterutro. Et alibi. Multum inter se hęc duo gaudia differunt: suntq; omnino contraria. Quandoq; gaudetur in sęculo nō gaudetur in domino. Huius verbi composita sunt Congaudeo quod est simul gaudeo. Ambrosi. Congaudete mecum & congratulamini. Adgaudeo. Lac. lib. iiij. Ego etiam cui adgaudebat. hoc est quasi applaudebat.

¶ Gaudere in sinu: puerbialis locutio: quam & poetę vsurpant. Nō significat secum & cu͂ suis lętari. Ci. lib. iij. tus. Quoniā plausibilia nō hæc sunt: vt in sinu gaudeant gloriose loqui desinant. Tibul. Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Proper. In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

¶ Gauleon teste Solino libyę oblacēs in qua serpēs neq; nascitur neq; inuectus viuit: puluisq; ei⁹ quocu͂q; gentium iactus angues & scorpiones punit.

¶ Gaulus nauis genus paruę & rotundę.

¶ Gaurus mons campaniæ.

¶ Gausape pe. cor. militare stramentum vtrinq; villos habens vel vna tantum e parte: quod pro lecto in castris sternebat. Ply. li. viij. Antiquis torus e stramento erat: qualis nunc in castris gausape. Nunc ponitur p pāno quo mensa sternitur. Declinatur autē hoc gausape. Antiquissimi hic gausapes & hęc gausapa: & hoc gausapum. Unde in plurali gausapa. Persi. Iam chlamydes regu͂: iā lutea gausapa captis. Cassius ad Mecœnatem. Gausapo purpureo salutatur. Inde gausapina.

¶ Gausapina pe. cor. genus vestis. Mar. Mense vel augusto sumere gausapinas.

¶ Gaza dictio persica: & numero singulari significat omne quod possidemus. Pompo. Mela. Gazam persę ærarium vocant. Curtius. Igitur quasi parum munimentis oppidi fideno ante solis ortum pecuniā regiam gazam persę vocant: cum preciosissimis rerum efferri iubet simulans fugam: Inde nomen est Gazę ciuitati: eo q̄ Cambyses illuc belli & opes & pecuniā intulerat. Hęc est Eueorum ciuitas in qua habitauere cappadoces pristinis cultoribus interfectis. Apud veteres terminus erat cananeorum iuxta egyptum: ceciditq; in sortem tribus Iudę: & est vsq; ho-

dic insignis ciuitas palestinę vt scribit Hier. A qua

¶ Gazeus a.um qđ est ex gaza vrbe. Et gazeticus a.um. qđ est ex gaza vrbe persica: vbi nobilissima vina: vel vt Pōpo. ait Mella. Sidonius ad Faustum. Vina mihi non sunt gazetica chia falerna. Suidas. γαζα γαρ θησαυρος λεξις ινδικη και πολις αλλη εστι φοινικης ο πολιτης γαζαιος.

¶ Gazophylacium cum c. nomen cōpositum ex dictione psica & gręca. φυλαττω και φυλασσω λεγεται: quod est custodio: quasi locus ille dicatur esse in quo opes condunt. Hu. in pō. Gazophilacium archa vbi colligebantur ea quę ad indigentiā seruorū dei mittebantur. Ambro. ad Studium. Quid est gazophilacium? Collatio fidelium: sumptus pauperū requies egenorū: iuxta qđ sedens xp̄s (vt habes secundum Lucam) duo ęra mulieris viduę diuitum muneribus cēsuit pręferenda. Significat & capsam qua res p̄ciosiores & secretę in primis scripturę seruantur. Unde scriniarij: secretarij: quos etiā a secretis dicimus: vt scribas ab epistolis.

¶ Geomantia pen. pro. diuinatio ex terra γαια και μαντεια.

¶ Geometer et geometra penultima correpta terrę mensurator. Gręci γεωμετρης μετρον mensura Geometria terrę mensuratio dicitur. Et geometria quidem scientia est mathematica sicut astrologia musica & arithmetica: quę in numeros ac formas diuisa ē: quam oratori necessariā esse autumant eruditi.

¶ Georgius nomen viri proprium quo apud nos colonus significatur. Georgia agricultura: georgica quę ad agrorum cultū pertinent. εργον opus. γαια terrę. Georgi populi scythici agros incolentes.

G ante E.

¶ Gebalena regio in finibus eleutheropoleos.

¶ Gebuseus filius canaan: a quo gebusei dicti sunt: qui hierusalem habitauerunt.

¶ Gebenna mons q̄ hodie dr̄ mons geneuerę. Luca. Caua pendentes rupe gebēnas.

¶ Gedeon nomen p̄prium iudicis israel: qui occidit Oreb. Zeb. Zebee. & Salmana.

¶ Gedrosia regio maioris asię.

¶ Geenna hoc nomen proprium: inquit Hierony. a saluatore nostro ponitur. Queramus que sit sermōis huius occasio. Erat idolum Bahal iuxta hierusalem ad radicem mōtis Moria in quibus Siloa fluit (Sed notandum est q̄ idolum producit penultimam cōtra consuetudinem ignari vulgi. Nam grece scribitur p ω mega. & ei. diphthongū in principio. Si quis autē corripiat vt ille. Idola dicta dei. barbare loquitur: & fatue pronunciat). Hec vallis & parua campi planicies irrigua erat: nemorosa plenaq̄ delicijs & lucus in ea idolo consecratus. In tanta autem populus israel venerat dementiam vt deserto templo vicinia ibi hostias imolaret: vt rigorē religionis delicię vincerēt filiosq̄ suos incenderet & demonibus vel initiarent. Et appellabatur locus ipse geennon. i. vallis filiorū ennon. Hoc regum volumen & paralipomenon: & hieremias plenissime scribūt. Et cōminatur deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum vt nequaq̄ tophet & bahal: sed vocetur Polyandrum. i. tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnę perpetuę quibus peccatores cruciādi sunt huius loci vocabulo denotātur. Duplicē aūt eē geennā nimij ignis & frigoris in Iob plenissime legitur.

¶ Gela fluuius in sicilia a quo & gela vrbs nomen habet. Uir. libr. tertio. Immanisq̄ gela fluuij cognomine dicta. Syrius. Uenit ab amne trahens sibi nomē vexit & hesa. Suidas. γελα πολις σικελιας καλειται δε απο ποταμου γελα εγω παρακειται η πολις ο δε ποταμος ονομαζεται ουτως οτι πολλην γεννα ταυτην γαρ τη οπικων φωνη και σικελων γελαν λεγεσθαι η απο γελωνος του αιτνης και υμαρου το εθνικον γελωος ουν γελωος.

¶ Gelasini penul. pro. dentes anteriores quos ridendo ostendimus γελαω γελω est rideo. Et gelasini linee quę ridendo efficiuntur. Martial. Nec grata est facies cui gelasinus abest. Et gelasini dicuntur mimi qui gesticulatione faceta populum oblectant. Ut gelasinus ille plautinus risionibus & salsis dicteriis populum delectat. Et dum facit: vt ab omnibus rideatur: irridetur. Unde est plantinū illud caue ex gelasino fias catagelasinus. Hoc est deridiculus.

¶ Geloi campi in sicilia apum gelam fluuium. Uir. Campiq̄ geloi.

¶ Geloni vel gelones populi scythici interius habitantes & agathyrsis proximi. a gelono herculis filio. Hi solebant se pingere. Uir. Pictosq̄ gelones. Luc. libro quarto. Massagetes quo fugit equo fortesq̄ geloni. Hi nunc getę dicūtur siue Tartari corrupto vocabulo vocantur. Sanguinem equinum cū lacte mistum bibunt. Uir. Bisaltę quo more solent: acerq̄ gelonus Cum fugit in rhodopen atq̄ indiserta getarū Et lac cōcretum cum sanguine potat equino.

¶ Gelboe: montes alienigenarum in sexto lapide a Sintopoli: in quibus etiā est vicus grandis qui vocatur gelboe.

¶ Gelu p̄prie glacies dictum απο του λυειν: hoc est a soluendo terram. Nam glacie proscissa terra resoluitur. Aliquando tamen ponitur pro frigore. Unde gelidum frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc gelum & hic gelus. Lucr. li. v. Assiduosq̄ geli casus mortalibꝰ aufert. Et libro sexto. Demittit quasi sępe gelum qđ continet in se.

¶ Gelicidium ipsum gelu. Col. Ut prius conualescāt radices frumentorū q̄ hibernis imbribus aut gelicidijs pruinisve infestentur.

¶ Gelo as. Ply. lib. xvii. Si protinus editis fructibꝰ gelatio magna consecuta est etiam paucis diebus necat. Iuuen: Pauidoq̄ gelantur Pectore. Hinc componuntur Congelo & regelo penultima correpta. Columella libro primo. Oleum quod minus prouenit si congelatur fracescet.

¶ Gelascere est in gelu astringi. Gellius. Uina raren ter cōgelascunt.

¶ Gelabile quod gelu durari potest. Gellius. Cur fluuiorum & fontium aquę gelu durentur mare omne ingelabile sit?

¶ Gelidus a. um. pe. cor. frigidus. Hinc componunt Pręgelidus: & Egelidus: qđ significat id qđ non ē calidum neq̄ frigidum. Nam e. quandoq̄ priuationem denotat: q̄uis Ser. p valde frigido exposuerit: Sueto. de Augusto. Ungebatur sępius: sudabat ad flammā: deinde perfundebat egelida aqua vel sole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum boream egelidūq̄ notum. Ubi gelido egelidū opposuit.

¶ Gelima gelimę penultima correpta fasciculus ma-

nibus gensbus ligatis. Gelimarium vero multitudo meta dicitur. ¶ Hic locus mendosus ab impressore additus est: ut parenthesis illa superflua in vocabulo geenna ⁊ idolo.

¶ Gemma oculus vitis quem primo emittit. Virgil. Turgenti in palmite gemmę. Ab huius gemmę similitudine gēma lapillis vocatur: q̄uis generale nomē sit ꝯprehendens ꝓprie quęcūq; nec oblonga nec pforata. Augustinus in dialec. Similiter ornamentorum diuersos lapides compendiose vocauit gemmas. Huius diminutiuum est Gemmula: bigemmis: trigemmis deriuatiua sunt: de quib⁹ alibi.

¶ Gēmare est gēmas in arboribus emittere. Colu. Cum primū vites incipiūt gēmare.

¶ Gemmascere in gēmas effici. Ply. Atq; vt gēmascere incipient ligetur calamus.

¶ Gemmatus gemmata gemmatum: quod est gemmis ornatum.

¶ Gemo is. gemui. itum. Unde gemitus qui est pectoris cum prę angustia in sonum prorupit. Unde iumenta ⁊ inanimata cum nimis onusta sunt gemere dicuntur. Vir. Gemuit sub pondere cimba. Grecum tamen est γεμω. i. plenus sum: forsan ab eo quod sequitur: vt videmus alternari ab scriptoribus: sed in alia etiā significatione γεμίζω significat enim impleo imples. Quandoq; tamen gemere ponitur pro flere ⁊ quandoq; pro canere de iis solum auibus: quę flebilem cantum habent: vt Turtur ⁊ columba. Vir. Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. Hic fit ingemo: de quo infra: sed talia proficiscunt̄ ab metaphoris quibusdā quibus greci pleni sunt.

¶ Gemursa tuberculum sub minimo pedis digito: q gemere faciat eum qui id gerit inquit Fest. Plyn. ob litteratū id ⁊ nomen ⁊ malū ait.

¶ Gemini proprie dicuntur duo. Vir. lib. sexto. Sūt geminę somni portę. Nam si tres sunt tergemini dicūtur: si quattuor quaternigemini. Colu. libro quarto. Albanas equitię familię trigeminorū matres. Quādoq; gemini dicuntur qui vno partu nascuntur: etiā si tres vel quattuor vel plures nascerentur. Quādoq; geminus pro simili ponitur. Pacu. Par fortitudo gemina confidentia. Et gemini cœleste signū: quod Castor ⁊ Pollux constituunt. Varro libro secundo de re rustica geminos intelligit apollinē ⁊ Herculem: De quibus Seneca. In magna tempestate apparēt quasi stellę cœlo insidentes adiuuariq; se tunc periclitantes existimāt Pollucis ⁊ Castoris numine. A Columella dicitur geminum astrum quod xiiij. Calendas Iunij sol ingreditur. A geminus fit compositū Congeminus qui cum aliquo natus est. Aug. in ps. Phares congemino suo prelatus est.

¶ Sed postea q̄ de constellatione geminorum tetigimus dicimus totum Zodiacum in .ccclx. gradus diuidi: rursusq; subdiuidi in .xii. signa quę ab astronomis etiam domus dicuntur. Est aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo: Libra: scorpius: sagittari⁹ capricornus: aquarius: ⁊ pisces: Quę regiones cœlor⁹ habent denominationem ab aliquo animali propter portionem ⁊ quandam ꝯuenientiam. Aries est dom⁹ Martis: Nati sub tali signo ascendente sunt inclinati ad militiam ⁊ rixosi: diuitesq; ⁊ de lanificio se intromittentes: Facit etiam capillos crispos: ⁊ in negociis suis agiles: ⁊ expediti. Loquor eñ q̄trum de natura est ipsius signi: nam aliud esset secundum situm et aspectum planetarum. Taurus autē facit nato collum grossum: Et quia est signum vel domus Veneris ideo erit natus mulieribus deditus: ⁊ agriculturę: sz tardus in negociorum ⁊ rerum suarum expeditione: Geminorum signum est Mercurij: Natus sub tali ascendente erit deditus litteris et viris illustribus: vel principibus. ⁊ totus affabilis: ⁊ semper cum societate alicuius erit pulcher. Cancer facit natum longum corpus habentem: ⁊ breuibus cruribus: linguā non satis expeditam: ⁊ qui aliquando in statu suo augeatur: aliquando vero deprimatur: modo ante proficiet: modo retrocedat: ⁊ labium ei alterum altero maius. Erit tamen fortunę cito mutabilis: ⁊ agilis in rebus peragendis. Leo facit hominem natum sub tali signo crura retorta habentē: vel signatum in crure et qui tardus sit ad prosperitatem habendam: tamen inclinabitur esse curialis ⁊ habebit amiciciam dominorum: Erit iustus: pius: ⁊ habebit nobilem animū: sed inuidi eum semper agitabunt. Virgo facit hominem sterilē: qui nascetur oriente tali signo erit tamē pulcher: ⁊ humanus: ⁊ doctus: ⁊ qui amiciciam habebit principum. Libra facit natū iustum ⁊ humanū et qui a proditoribus patietur multa pericula.

Scorpius signum Martis: Qui habuerit tale ascendens erit proditor: nisi alicuius planetarū vel Iouis: vel Veneris benignitate minuatur talis malicia: vel faciet homines in iudicio damnari: sed si Mars fuerit in eo signo ascendente: dabit diuitias multas: vel hereditatem: vel militiam: vel accusator erit.

Sagittarius facit natum pugnacem/humanum/tenuem: ⁊ affabilem: ⁊ qui equis delectetur. Capricornus facit natum sub tali signo esse doctum. Quis nō miraretur? Presertim in mathematicis: facit etiam ineffœminatum. Aquarius vero facit natū benignū et clęmentem. Piscium signum facit natum mercatorem per maria: vel rerum liquidarum olei vel vini: ⁊ talium rerum: ⁊ qui linguam expeditā non habeat sed balbus sit. Sed vnum admonemus vt quilibet habitet vrbes ędificatas sub signo ascendēte: vt diues sit: ⁊ plurimum gratus: quicunq; eñ signum oppositum habitauerit: id est vrbem ędificatam sub signo opposito: semper anxius erit: pauper: odio omnibus et infortunatus. Ideoq; prouerbium est vulgarium. Qui mutat locum: mutat fortunam: quoniam quandoq; vadit ad loca sui ascendentis: vbi bene agit: ⁊ ꝓsperatur. ¶ Ascen. Totum hoc ab eo loco. ¶ Sed postea q̄ ⁊c. ⁊ illud in gemo. Sed talia ꝓficiscuntur: ridiculum est: sed turpiter insertum ab eo qui non satis verborum habuerat ad complēdas pagellas: quę omnia sustulissem nisi tam stultos scirem: vt si ea sublata norint: imperfectum opus calumnientur.

Subdit author Home. autē in hymnis. κασορα και πολυδευκεα εισεο μουσα λιγεια τυνδαριδας οι ζηνος ολυμπιου εξεγενοντο τας υποταυ γετου κορυφης τεκε ποτνια ληδη υποδμηθεισα ακελαινεφει κρονιωνι.

¶ Gemellus diminutiuum. Virgilius in buc. Modo namq; gemellos Spem gregis ah silice nuda connixa reliquit. Gemellę vites a Columella dictę sunt ab vuis semper geminis. Nam duplices vuas: vt inquit Col. exigunt.

¶ Gemino geminas. penultima correpta duplico. cuius composita sunt Congemino. Plaut. in Am. Nūc si patera pateram peperit: omnes congeminauimus

Ingemino intus duplico. Uirgilius libro primo ge. Tum liquidas corui presso ter gutture voces: Aut quater ingeminant.

¶ Gemonię scalę dicebantur: ad quas corpora damnatorum tracta precipitabātur. Cor. Tacitus. Tūc confossum collacerat ūq3 et absciso capite truncū corpus sabini in gemonias trahunt. Plyn. libro. viij. scribit canem a corpore serui nō recessisse abiecto in gradibus gemonijs.

¶ Gena genæ vulgo palpebra dicitur: hoc est mēbrana quę superius inferiusq3 tegit oculum. Teren. Hodie non compressi genam. Plynius. Aquatilia dormire existimant non oculorum argumento: quia non habent genas: sed ipsa quiete placita seu soporata. Extremus ambitus Cilium dicitur. Unde supercilia in quibus est animi pars. Nam ex his negamus et annuimus. Hę genę pilos habēt in modū vallis: quos a palpitando palpebras appellarunt. Genę etiam dicunt partes illę a cilio ad vniuersam partē illam oculis subiectam: quę barba vestitur: quas radi in fœminio. xij. tabularum interdicto antiqui vetuerunt pudoris se deos esse arbitrati. q ibi maxime ostendatur rubor. Dictę genę q in his pili gignantur. Uir. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Apule. in Magia: purpuris infectas genas et oculos illisos illices Hę quoniam in mali speciē factę sunt rotundę: dictæ sunt etiam Malę.

¶ Genauius a um. idem quod gulosus a. um. Uarro Hę nouissimę in triclinium genautum introierunt e culina pter fastidium.

¶ Genus a græco γενος: proprie principiū vniuscuiusq3 generationis: vel ab eo qui genuit: vel a loco in quo genitus est: vt Horestes in Tantalo ducit gen⁹. Et Plato genere atheniensis est. Patria eīm generationis vniuscuiusq3 principium est: quemadmodum parentes. Hinc per translationem genus etiam vocamus multitudinem aliquorum ad vnum aliquid et ad se inuicem quodam modo se habentium: vt Romanorum genus dicimus quod ad Romulum refertur: et cognationem inter se habet per quam a cęteris distinguitur. Hinc rursus appellatur genus cui supponitur species et pdicatur de pluribus differentibus specie: q quasi principium sit omniū quę sub ipso sūt specierū. Item genus dicitur quicquid est per quod alicuius rei qualitas iudicatur. Unde genus mortis genus vitę: genus pœnę: genus marmoris: gen⁹ coloris: et huiusmodi. Seneca. Summum genus infœlicitatis misero est fuisse aliquando fœlicem. Uirgili⁹. Quod genus hoc hominū: quęve hunc tam barbara morem permittit patria: Nōnunq̄ sumitur pro accidente partium orationis: vt cum dicimus: animal est generis neutri. Et est sciendum q licet genus sit tertię declinationis: in compositione tamē quandoq3 fit secundę et adiectiuū: vt Alienigenus: alienigena: alienigenum. Multigenus multigena multigenū. Plyn. lib. x. Multa hæc et multigena terrestriū volucrum vita. Dicimus quoq3 id genus pro eius generis vt multa sunt id genus monstra: quod est fere similis et eiusdem generis monstra.

¶ Generosus a. um. quod est nobile et ex pręclaro genere. Virg. lib. pri. Geor. Continuo pecoris generosi pullus in aruis Audet et ignoto sese cōmittere ponto. Cicero in Lel. Humilem sane relinquūt et minime generosum: vt ita dicam, ortum amicicię: quam ex inopia atq3 indigentia natam volunt. Interdum dicitur forte. Cicero libro tertio offi. Cūq3 de imperio certatum esset cum rege generoso atq3 potenti. Et genero sum dicitur: quod generare facit: seu perducit. Columella libro quarto. Atq3 vbi multa inuitabunt regionis commoda: vt nobilem vitem conseramus: generosam requiremus. Idem libro tertio. Uitem maxime populus alit: et postea vinus quam atinam vocāt rustici: generosissima ē. Hinc generositas nobilitas et quasi producibilitas. Idem in eodem. Qui vineam vel arbustum constituere volet seminaria prius facere debet: sic enim sciet cultus generis vitem positurus sit. Nam quę pretio parata disponitur certam generositas fidem non habet: cū dubium est: an is qui vendidit legendis seminibus adhibuerit diligentiā.

¶ Generale quod ad omnes pertinet: A quo aduerbium Generaliter: quod significat simul quę sub genere sunt amplectendo: vt Amo generaliter omnes homines.

¶ Generatim: per singula genera. seu magis per singulas species: siquidem species genera vocamus: vt quot sunt genera verborum. Uirgilius lib. ii. Geor. Quare agite o proprios generatim discite cultus Agricolę. Uarro. Non in volucribus generatim seruatur analogia non vt ex aquilis aquilę: neq3 ex turdis procreantur turdi: sic ex reliquis sui cuiusq3 generis. Aliquando generatim dicitur nō per singula genera: sed generaliter et in vniuersum et vniuersaliter. Cicero libro secundo de oratore. Infinitum mihi videtur id dicera in quo aliquid generatim quęreretur hoc modo expetenda ne esset eloquentia expetendi ve honores.

¶ Genero as. notę significationis. Huius composita sunt: Congenero pro adiungo: associo. Ennius. Quem mihi congenerat affinitas: Degenero de quo in degener. Ingenero quod significat modo genero modo intus genero. Lactantius lib. sexto. Deus ita q cum hominem pronum fingeret mirabili prouidētia ingenerauit ei prius istas animi commotiones vt posset capere virtutem. Cicero libro primo officiorū. Eademq3 natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et vitę societatem: ingeneratq3 imprimis pręcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. Progenero vltra generationem produco Col. Nā et humidę res et siccę: quas terra progenerat facile vitiantur. Hinc pgenies p genere et familia. Regenero rursus genero. Lactan. li. iiij. Ex eorū semine regenerari eū iussit.

¶ Gener filię meæ vir: quia sit generis propagator. Adhibetur eīm ad genus augendū: a quo progener Hunc appellat auus neptis suę virum. ¶ Uideor mihi videre qui solent virtutem ingredi nuptiarum: de que volumen conficeretur: de numero facultatū: earūq3 superstitione: vnde etiam nomen vxor habuerit de claudibus: de zona. de limine: de velamine. a quo nubo nubis: quasi nube tegeretur. de inuentione matrimonij. an cecrops inuentor. et multa alia quę a græcis memorantur. ¶ Hoc quoq3 additū est.

¶ Genitor modo pater dicitur: modo ad honorē refertur. Similiter genitrix et pro matre et pro venerationis gratia.

¶ Genitus a gigno is. idē qđ natus. A quo Unigenitus primogenitus et pgenitus.

¶ Genitura quandoq3 generationem significat. Gel

lius ac multo etiam anteq̄ pater ipse ac mater nascerentur ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici Quandoq̄ semen hominis: quod et semen genitale dicitur.

¶ Genitalis ⁊ hoc genitale. Idem est quod natalis Unde genitale solum dicitur patria in qua nati sum⁹ quod et natale solum appellatur. Ambrosius Ranunculi circa genitales strepuunt paludes. Et genitalem diem quo scilicet geniti id est in lucem proditi sumus Genitalia semina: quibus aliquid procreatur et gignitur. Uirgilius libro secundo Georgicorum. Uere tument terrę et genitalia semina poscunt. Columel. libro quarto. Adhibenda ratio est subtilior: vt ex his partibus trunci sumantur: quę ⁊ genitales sunt ⁊ maxime fertiles. Idē libro octauo. Fœminis quoq̄ vulue ferro exulcerantur: ⁊ cicatricibus clauduntur: ne sint genitales: id est ne possint generare. Genitalia membra siue genitales partes dicuntur pudenda tā in viro q̄ in fœmina. Augustinus libro decimoquarto ciuitatis dei. Seminaret igitur prolem vir: susciperet fœmina genitalibus membris quando id opus esset. Col. li. vii. Elicitur cupiditas odore genitaliū admoto naribus. Idem in eodem. Et ipsos neruos quos gręci cremasteras appellant: q̄ ex illis genitales partes dependent cōprēsos.

¶ Genitiuus a. um. quod habet vim generandi. Unde genitiuus humor et genitiuus casus. Et genitiuus dicitur: quasi genitalis a natura ingenitus ⁊ genuinus ⁊ originalis: ⁊ cū nascente ꝯgenitus: vt genitiuę notę: q̄ sunt maculę a natura ingenitę. Sue. de Aug. Corpore traditꝰ maculoso dispersis p̄ pectus atq̄ aluum genitiuis notis in modū ⁊ ordinē ⁊ numerū stellarum cœlestis vise.

¶ Genethlius: latine natalis dicitur: qui deus nuptijs pręfectus putabatur ab āti quis: vt scribit Hieron. Scribit aūt Suidas q̄ etiam genethlius palęstinus fuit ex petris sophista discipulus Minutiani et Agapeti: qui tandem viridi æuo moriebatꝰ. Scripsit aūt multa λαλιας ητοι διαλεξεις και μελλετας ⁊ multa alia: vt mirabile sit dictu tam paucis annis vitę tāta scripsisse.

¶ Genethliacus: qui ex die natali fortunam hoīs et successum p̄nunciat. απο του γενας μαι φυω και γενεθλη γενος αρχη γενεθλον.

¶ Genius veterum sententia dicitur vniuscuiusq̄ anima rationalis. Ideoq̄ esse singulos singulorum. Fuere etiam qui dicerent genios deos aquas/terrā ignem: ⁊ aerem: quæ rerum semina sunt: elementaq̄ appellata. Duodecim quoq̄ signa/lunamq̄ ⁊ solem inter hos deos putabant: ⁊ a gerendo q̄ multa gerere possent: Gerulos deinde genios vocitarunt. Censorinus scribit genios dictos: quia vt gignamur curēt siue q̄ vna gignantur nobiscum: vel etiam quia nos genitos suscipiant ac tueantur. Certe a gignēdo genius appellatur. Eundem esse genium ⁊ larem multi veteres memorię prodiderunt. Euclides Socraticꝰ duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appositum. Hoc est duos lares. Hi etiam penates dici solent. Ab aliquibus genius dicitur vis ⁊ naturę deus hospitalis: ⁊ ipsa voluptas. Scintra de antiquitate verborum libro tertio. Scis geniales homines ab antiquis appellatos qui ad inuitandū ⁊ largius apparandum cibum promptiores essent. Iuxta quod etiā Seruius interpretatur pro voluptuoso ⁊ conuiuali. Uirgilius libro primo geo. Inuitat genialis hyems. Nam quotiens voluptati operam damus Genio operam dare dicimur: sicut econtrario apud Terentiū Suum defraudans genium cū parce viuimus: et a voluptate cessamus. Cebetes Thebanus in pictura mundi: ταυτα μεν δη καλως μη δοκεις εφην εξηγεισθαι ελλεκεινο ου δε πω ημιν δε δηλωκασι προστατ τει, το δαιμονιον τοις εις πορευομενοις εις τον βιον ποιειν. Proclus aūt platonicus in theurgicis diuinius loquitꝰ: eū legant qui curiosius talia quærant et p̄ Horatij loco ⁊ alijs auctoribus.

¶ Genialis ⁊ hoc geniale: quod ad geniū ptinet. Unde genialis lectus qui in nuptijs sternitur in honorē genij. Genialis homo hospitalis atq̄ ad inuitandum et largius apparandum promptior. Uir. Lucent genialibus altis.

¶ Genuini dentes posteriores: qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. Nam circiter vigesimum annum: multis etiam octogesimū innascūtur. Dicti genuini: q̄ a genis dependeāt: vel a gignēdo: q̄ cum homine generentur: ⁊ cum ipso intereant. Cicero. Dentibus in ore constitutis manditur: atq̄ ab his extenuatur atq̄ mollitur cibus: eorūq̄ aduersi acuti diuidunt escas: intimi autem cōficiunt q̄ genuini dicuntur Hos satyricorum instrumēta esse ad morsum ostendit Persius. Secuit lucilius vrbē Te lupe te muti ⁊ genuinū fregit in illis. Hiero. ad Marcellam. In plerisq̄ p̄uincijs familiare est vt genuino dente se lacerent: Iuuenalis ad morsum esculenti referens ait. Quę genuinū agitent nō admittētia morsuū. Hos aūt genuinos græci κυνοδοντας nostri caninos dētes appellant:

¶ Gentiles qui ex eadem familia sunt. Et qui eiusdē noīs sunt: qui ⁊ cognomines dicūtur. Unde Cincius Gentiles mihi sunt: qui meo noīe appellantur. Unde Cicero libro pri. Tusculanarū. Phærecydes syrus primum dixit animos hominū esse sempiternos Antiquus sane: Fuit eīn meo regnante gentili. Hoc est Seruio Tullio quia eiusdē nominis erat. Et hoc est quod ait Plynius. Seruos dominorum fuisse gentiles: id est eodem nomine appellatos quo domini appellabantur: vt Marcipor ⁊ publipor. Cicero in Topicis. Gentiles sunt qui inter se eodem sunt nomine: ab ingenuis oriūdi: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: ⁊ qui capite diminuti nō sunt. Idem libro primo ad Herēnium. Si paterfamilias intestatꝰ moritur familia pecuniaq̄ eius agnatorum gētiliūq̄ est. His gētilitas peculiariter esse dicitur: cum neq̄ seruorum neq̄ libertinorum gentilitas vlla sit. Item Gentile dicitur quod est gētis p̄prium: id est familiare: vt apud Iuuenalem qui gentilia tympana dixit: id est gentis propria. Suetonius de Tyberio. Capillo poste occipitium summissiore vt ceruicem etiā obtegeret: quod gentile in illo videbatur. Et gentes dicūtur nationes. Uir. Quas gētes italum: quas nō oraueris vrbes. Rursus gētiles dicti sunt idolorū cultores: qui aliter q̄ christiani de deo sentiunt. Diuersę eīn gētes innumerabilia numina habuerūt: quia in gētilium .i. maiorū suorū fide perstiterūt: nec religionis cultum mutauere.

¶ Gentilitia nomina dicūtur: quę originem gentis vel familię declarāt: vt Porcius Cornelius Gellius. Uulgus autem quos gētilitio vocabulo chaldęos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gentilitia no

ta a Liuio gentilitia funera a Plynio nuncupantur
Aliquādo tamen gentilitium a gente: id est natione
nō a familia vsurpatur. Inde gētilitia sacra dicūtur
a Liuio quæ statuta sunt eidem genti. Gētilitiū sa-
cerdotiū: qđ ad ius familię ptinet. Et nūc vulgo ius
patronatus dicitur.
¶ Gētilitas ꝓprie multitudo ipsa vel familiæ vel gē
tis seu nationis alicuius ⁊ ipsi gētiles.
¶ Gēselia quę ex multis familijs ꝯficitur.
¶ Genesis pen. cor. latine generatio: natiuitas. Ge-
neth genus. Inde genethliaci: id est natalitij: qui cō
templātes hoim natiuitates de vita ꝓdicūt: immo
grecum est γενεσισ.
¶ Genarcha generis princeps.
¶ Genealogia penultima producta sermo de origine
generationis. γενεασ generationis ⁊ λογοσ sermo.
Hieronymus. Notādū in genealogia saluatoris nul
lam sanctarum assumi mulierū: sed eas quas scriptu
ra reprehēdit.
¶ Gētiana herba amarissima ⁊ medicinalis sic dicta
ꝙ eam rex Gentius inuenerit: vt inquit Plynius li-
bro. xxv. Paulus autem ęgenita medicus excellētissi
mus ita scribit de simplicibus loquēs. γεντιανη ποα
εστι ταυτησ ριζα δραστικοσ εστιν και ασματικησ
λιαν.
¶ Genu: Genum: et Genus: genus teste Prisciano
declinari potest pro femorum ac crurum cōmissiōe
dicta genua: ꝙ hęc dum infans est in vtero matris ge
nis opposita sint. Siue a generādo: ꝙ in genibus est
vitalitas. Hinc congenuclare quod est genu replica-
to cadere: vel genibus flecti. Ingeniculatum quod
est cœleste signum. Victruuius lib. ix. Pes ingenicu
lati. Et genunixum eiusdem significationis. Ouidi⁹
libro octauo metamorphoseos. Consistūtꝙ loco spe-
cie remanente coronæ. Qui medius nixiꝙ genu an-
guemꝙ tenentis. Dicitur ⁊ genu de herbis. Vide in
dictione stipula.
¶ Genesareth a greco vocabulo dictum est quasi ge
nerans auram. Sed tamen ego puto falsissimum esse
nam nomina greca nō ita componuntur: vt exeant in
sonum barbarū: ⁊ ideo non est sic dicēdum: neꝙ possi
bile secūdum rectam deductionem: licet enī γενναω
dicetur grecum verbū σαρεσ nihil significat: nec in-
de stagnum genesareth dictum est eo ꝙ flantibus vē
tis: crispantibus vndis auram ex se generare videat
Idē. dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuita
te. Et mare galileę ab adiacente Galilea prouincia.
Tenet hoc mare siue stagnum centum quadraginta
stadia in longitudine: quadraginta vero in latitudi-
ne. Non propter hoc mare vocatur ꝙ eius aquę sint
amaræ: sed hebręę linguę cōsuetudo est omnes ꝯgre-
gationes aquarum: siue salsæ sint siue dulces vocare
mare: sicut in genesi scriptū est. Cōgregatiōes aqua
rum vocauit maria.
¶ Geniculum diminutiuum. Plynius libro decimo
octauo. Genicula autem tritico sunt quaterna: farri
hordeo octona. Quandoꝙ geniculum accipitur pro
gerintine.
¶ Geniculatim aduerbium significat per genua.
¶ Geniculatum dicitur quod frequentius geniculis
constat: vt Heliotropium. Ob id genicularis her-
ba vocatur.
¶ Genimē pe. cor. a gigno generatio dicit: vt in euā
gelio. Genimina viperarum.

¶ Genestę arbusculę quędam.
¶ Genua Ligusticū emporiū. Hinc incipit Apēni-
nus mons: distatꝙ a Sabatiis stadijs ducentis ⁊ se-
xaginta. Est autem extremum alobrogum oppidum
proximum Heluetiorū finibus. Ex eo oppido pons
ad Heluetios pertinet. Inter Varrum ⁊ Genuā ha
bitāt Ligures. Dicta genua a genu: quia habet tāꝙ̄
vnum genu recuruū a latere maris. Vel a genuo Sa
turni filio: qui fertur eam cōdidisse: vel vt quidā aiūt
a Genuino phaetontis socio. Alij etiam a Iano Ita
lorum rege. Hanc Annibal penitus deleuit: sed Cor
nelius Seruilius consul instaurauit: sicut Liuius re
fert. Hinc fiunt adiectiua genuēsis ⁊ genuan⁹. Qui-
dam ex imperitioribus Ianuam hanc vrbem appel-
lant ꝙ a Iano conditam dicant. Cur autem dicatur
ligustica regio apparet non obscurum a lyge gigan-
te: qui Herculem profligauit Marsiliam vsꝙ post ad
uentum ab geryone defraudatis illi armētis: de quo
etiam Eustathius in commentarijs Dionysij Libyci
multa discutit: ⁊ multa alij greci scriptores: ⁊ qđ actū
sit vbi Iuppiter venit in auxiliū Herculi: aliter enī
actum erat de hercule: græci scribunt: habitauit ly-
gis ꝓpe chrysopolim. i. Parmam ⁊ Rhegium Lingo
bardię ⁊ Mutinam ⁊ mātuam.
¶ Gerrę crates viminee. Athenienses enī cū syracu-
sas obsiderēt ⁊ crebro gerras poscerēt irridētes sicu
li gerras clamitare cœperūt. Vñ factū est vt gerrę ꝓ
nugis ꝯtemptuꝙ accipiātur.
¶ Gerrones nugatores a gerendis nugis. Festus.
Gerrones leues ⁊ inepti a cratibus dicti ꝙ siculi ad-
uersus Athenienses cratibus ꝓstratis vsi sunt: quas
greci gerras appellāt. Auso. ad Symachū. Misi ita-
ꝙ ad te friuola gerris siculis vaniora. Hinc fit ꝯgerr-
ro ꝓ ꝯnugone. Plaut. in Persa. Iam pol ille hic ade
rit credo cōgerro meus.
¶ Gerra æ. nomen triū vrbiū: quarū vna est in Syria
alia ꝓpe Traconitas: alia in fœlici arabia.
¶ Gerres genus locustarū vt habꝫ Ply. Mar. Tecū
iuuant gerres.
¶ Gerrus fluuius Scythię septimus ab Istro memo
ria dignus.
¶ Geron gerontis: latine senex. Geronticus Seni-
lis. Gerantia diminutiuum vetulus: quem latini Se
necionem: Seniculumꝙ dixere. Geronticos aduer-
bium seniliter.
¶ Gero is. gessi. gestū. ꝓprie significat porto. Virg.
Bella manu letūꝙ gero. Interdum gerere est habe-
re. Idem libro secundo. Et nos aliquod nomenꝙ de-
cusꝙ gessimus. Interdum facere. Idem libro nono.
Nec tecum talia gessi Magnanimū ęneam ⁊ phama
extrema secutus. Interdū administrare. Cicero in
Catone. Qui amplissimum magistratum gerūt. Hic
dicuntur gesta ⁊ gestę res. Cum accusatiuo recipro-
co significat viuere. Ambrosius in Lucam. Si quis
secundū Christi pręcepta se gesserit: iam non lectus
doloris est: sed quietis. Huius cōposita sunt Agge-
ro: Congero: Digero: De quibus suis locis. Egero:
extra porto. Lactantius libro primo. Qui fimum sta
bulo ꝙ̄ qui vitia de corde egerit. Columella libro se-
cūdo. Auium primū habetur sterc⁹: qđ ex colūbarijs
egeritur. Unde quandoꝙ pro euomo vel ventrē exo-
nero ponitur: ingero. Vide alibi. Oggero intēdo seu
inijcio: et qđ venarcula lingua dicitur tener adosso.
Plautus in Tru. Quādo intro aduenerit vnus cor

aliquis oculum amicę vsq₃ oggerit dū illi agāt. Progero vltra seu foras gero. Columella libro xii. Ideo q₃ periti rustici quicquid ouilibus stabulisq₃ conuersum progesserunt: superpositis virgis tegunt: nec arescere solis incursu patiuntur. Regero retro porto reduco. Plynius. Et q̄uis assidua cōuersione immēsę celeritatis attollantur: quoniam haustum omnem lucis aduersa illo regerat vnde acceperit. Hinc Regestum. Columella libro quinto. Ut sit inferior tenera subiacens terra quę non arceat: nec duricia sua repellat nouas irrepentis radiculas. Istud quidem cōtingere potest etiam si ager bipalio moueatur et deprimatur scrobis in regesto: quod est fermentatum plus dipondio semisse. Regerere est euomere. Apuleius. Nam ⁊ regesta ⁊ crapula vestem inquinauerat. Suggero subministro in cor pono: seu supporrigo. Augustinus libro primo ciuitatis dei. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum quæ multa capta fuerant fieri iuberet: continentiam suam locādo condiuit. Hiero. ad Paulinū. Quicquid alijs exercitatio ⁊ quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis spiritussanctus hoc suggerebat. Hinc suggestus. Sunt ⁊ alia composita: vt belliger armiger morigerr: ⁊ multa huiusmodi. Quę omnia habent penultimam correptam.

¶ Gerulus penultima correpta: portator qui fert aliquod onus ⁊ p̄ balulo accipitur. Balulū enim dicimus qui mercedis gratia onera ferre cōsueuit. Suetonius in Caligula. Ex gerulorum diurnis quęstionibus pars octaua exigebatur. Hinc nugigerulus nugarum apportator.

¶ Gerundium nomen participale appellatur. Caret numeris ⁊ personis ⁊ sub vna voce actiuam ⁊ passiuā significationem gerit. Unde a gerenda duplici significatione quidam gerundia dicta esse existimant. A parte post seruat ꝯstructionem sui verbi: ⁊ habz quattuor casus: genitiuum: datiuum: accusatiuum: ⁊ ablatiuum. Genitiuus iungitur nominibus substantiuis in vtraq₃ significatione: vt habeo volūtatem docendi te bonos mores. Uirgilius. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi. In passiua: vt habeo voluntatem docendi rhetoricā a pręceptore. Datiuus iungitur adiectiuis nominibus in vtraq₃ significatione: vt sum aptus discendo rhetoricam. Et sum apt⁹ docendo rhetoricam a pręceptore. Inuenitur soluendo non sum: quod nunq₃ patitur secum substantiuum ⁊ regit post se datiuum: licet non semper apponatur. Cicero Lentulo. Ciuitatum principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos cū soluendo ciuitates non essent. Interdum alium casum. Quintilianus. Maximi tum virorum ⁊ quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. Accusatiuus iungitur verbis significantibus motum ad locū: vt vado ad legendum Uirgilium. Et in significatione passiua Sallustius. Cum ipse ad imperandum assidue vocaretur: id est vt ei imperaretur. Itē cum verbis significantibus permanentiam: vt maneo hic ad legendū. Sum paratus ad audiendum: et sum idoneus ad intelligendum. Ablatiuus tribus modis accipit. Primo sine regimine: vt legendo disco: ⁊ currendo cecidi Et ponitur actiue ⁊ passiue. Uirg. actiue. Cantando tu illum. passiue. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idem. Alitur vicium crescitq₃ tegendo. id est dum incantatur ⁊ dum tegitur. Secundo cū p̄positione de. ex. a. ab. cum. vel. in. Cice. Ex quo ardescit siue amor siue amicicia. Utrunq₃ em̄ dictū ab amando. Idem. In defendendo maior labor est q̄₃ in accusando. Quintilianus. Cum pręcipere de apte loquendo cœperimus. Tertio cum verbis significantibus motum de loco vt venio ab arando: redeo a spectando. Licet magis vsurpemus ab ara Ionę: ⁊ a spectaculo. Quo aūt gerundiuum a participio differat: vide in dictione participium.

¶ Geryon nomen regis hispani: quem Hercules interfecit. Quod nomen etiam Geryones. onę. ⁊ geryones. is. ⁊ Geryoneus secundum Priscianum declinari potest. Hinc

¶ Geryonaceus a. um. Plaut. Qui mihi intromisisti in ędibus quingentos coquos cū senis manibus genere Geryonaceo. Aristophanes. βουλει λιαμαχεσθαι, γηρυονη τετραπτιλω σου δασ αρτι τουτετρακε φιλωο γαρ γηρυονησ τρικεφαλοσ ωμπολην αγωμα παρεσ χεωησ ακλει.

¶ Germen dicitur: quod ex arborum oculis nascitur surculus pręgnans a generando dicitur generatiōis principium.

¶ Germino germinas penultima correpta: pullulo: ⁊ germen emitto. Cuius composita sunt. Congermino quod est coalesco: socio: coniungo. Uarro libro tertio rerum humanarꝫ. Postea cum his vnam rempub. coniuncti ac cōgerminati tenuere. Egermino extra germino. Columella libro quinto. Nam plurimum interest nō esse longum sarmentū quod inseratur ⁊ rursus pluris oculos quibus egerminet inesse. Progermino vltra germināndo eo. Idē in eodē. Ut ⁊ radices deorsum agat: nec ex propinquo negligenter in summa terra resecta progerminet.

¶ Germinasco germinascis: ⁊ eius compositum congerminasco: significant calesco coniungor. Quadrigarius. Facite exempla eorum: vt cum illis ꝯgerminascere sciatur.

¶ Germani quasi ex eadem stirpe geniti. Differtq₃ germanus a fratre: q̄ ille de eadem genitrice sit nat⁹ non vt multi dicunt: de eodem germine natus: quos Uarro tantum fratres vocat. Hoc tamen confundit vsus. Inuenitur em̄ germanus esse a parte patris: ⁊ frater qui ex solo patre vel ex sola matre natus sit. Fęmininum huius nominis est germana. Uirg. Inueni germana uiam: gratare sorori.

¶ Germania regio: quę a gallis rhenis ac pannonijs Rheno ⁊ Danubio fluminibus a Sarmatis Dacisq₃ metu mutuo ac montibus separatur. Hinc germani ci ⁊ germanicani: quę inter se differūt: sicut hispaniēses ab hispanis separantur: sicilienses a siculis. Nam germanicani dicuntur milites Romani in germania militantes. Germanici qui ex germania sunt. Suetonius in Tyberio. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem ante omnia vt ęquarentur stipēdio prętoriani germanicanis. Idem infra. Neq₃ em̄ deteriores esse: aut hispaniensi exercitu: qui Galbam aut germanico: qui vitellium fecissent. Germanici etiam dicti sunt quidam imperatores a deuictis germanicis. Dicuntur ⁊ Germani ipsi indigenę: vt Strabo libro septimo testatur: perinde ac fratres: quoniam et proceritate corporum ⁊ colore flauo ⁊ forma ⁊ morib⁹ ⁊ viuendi ritibus pares existimantur. Hi antea Teutones appellabantur: a Teutone eorum deo: quē terra ortum existimabant. Postea Alemani dicti ab hu-

iusmodi dei filio Manio. Alij Alemanos ad lemanuz lacum natos volunt.

¶ Gergonia oppidum in altissimo monte in regione Auernoz. Cuius meminit Sueto. in Cesa.

¶ Gerusia in grecis vrbibus vocabant conuentum senum: apud nos senatum ⁊ senatulum ab etatis vocabulo. Plynius libro trigesimoquinto. Sic extruxere domum regiam Atali trallibus item sardibus crœsi: quam gerusiam fecere. Victru. Crœsi domus: quam sardiani ciuibus ad requiescendum ætatis ocio seniorum collegio gerusiam dedicauerunt. Var. Senaculum vocatum vbi senatus aut vbi seniores cõsisterẽt dictum gerusia.

¶ Gesto gestas: sepe vel quasi continue gero. Hieronymus ad Helio. Hic est ille operarij ⁊ questuarie filius: hic qui matris gestatus sinu hominez deus fugit in egyptum.

¶ Gestito as. pen. cor. frequentatiuum. Plautus in Cur. Rogita vnde istunc habeat anulum pater istuz meus gestitauit.

¶ Gesta acta: vide in dictiõe acta.

¶ Gestus. us. id est qd indicat: qd geratur.

¶ Gestus a. um. participiũ a gero.

¶ Gestuosus: gestuosa: gestuosum: quod est plenum actibus letitie.

¶ Gestamen: quicquid geritur: vt vestes/arma/sceptrum. Virg. lib. iij. Aere cauo clypeum magni gestamen abantis Postibus aduersis figo. i. qd geri solebat a magno abante.

¶ Gestatoriũ appellatur lectica sella siue caruca ⁊ oẽ id in quo gestamur. Hiero. lib. ij. machab. In gestatorio torquebat. Antiochus vt de corpore impij vermes scaturient. Sueto. de Clau. Solitus etiaz in gestatorio ludere. Dicimus etiã gestatorius gestatoria gestatoriũ: vt sella gestatoria. Suetonius in Nerone Interdiu quoq; clam gestatoria sella delatus in theatrum.

¶ Gestio gestis: gestiui, vel gestij. pprie significat gestus indicantes animi affectus corpore facio. Ex motu enim corporis gestus fiunt. Quod Cicero libro secundo ad Herenniũ docet cum ait. Motus corporis est ⁊ vultus moderatio quedam que probabiliora reddit ea que pronũciantur. Cum ergo gestus sint quidã motus corporis dextra pede ve designati aut capitis ictu ⁊ hmõi. Profecto gestire gest⁹ facere. Gestimus autem quandoq; letitie seu voluptatis nimie causa: vt in hymno. Enixa est puerpera: quem Gabriel predixerat: quem matris aluo gestiens clausus Joãnes senserat. Cice. lib. i. offi. Aut voluptate nimia gestiũt quorum omnium vultus/voces motus statusq; mutãtur. Aliquando etiam mœstitie causa: vt apud eundẽ lib. ij. ad Heren. Sin vtemur amplificatione per conquæstionem fœmineo plangore ⁊ capitis ictu nõnunq sedato: ⁊ inconstanti gestu: mœsto ⁊ cõturbato vti oportebit. Interdum etiam quis gestit non pre lætitia: neq; pre mœrore: sed pre concupiscentia. Plaut⁹ in Amphi. Gestiunt pugni: id est gestus faciunt siue mouentur. Quod autem Don. in Teren. dicit nõ esse gestire: quod letum esse: verum dicit: quia cum prius dixisset: quid est q letus sis? sequitur. Quid est q sic gestis? Cherea eñ gestus turpis amoris quosdam significabat. Sic Plynius libro octauo letitiam a gestu disiunxit: cuz de panthera loqueretur his verbis Ut causam doloris intellexit: simulq; salutis sue mercedem exemit catulos: eaq; cum his prosequente vsq; extra solitudines deduct⁹: leta q; atq; gestiente: vt facile appareret gratiam referre. similiter Cicero libro secũdo de fini. bono. Quorum alter letitia gestiat alter dolore cruciatur. Significat etiam quãdoq; gestire desiderare: siue vehementer cupere: sed semper cum gestu aliquo: vt apud Terentiũ in phor. Ego illi succenseam? ipsum gestio mihi dari in conspectum nunc sua vt sciat culpa: lenem patrem illum factũ esse acerrimum. Quandoq; etiam lætari siue delectari: sed tamen cum gestu. Persius. Non hic qui in crepidas graiorũ ludere gestit. Augu. libro secundo cõf. Ubi me pater in balneis vidit pubescentem: quasi iaz ex hoc in nepotes gestiret gaudens matri indicauit. Per translationem Cicero locutus est Marcello. Parietes medius fidius: vt mihi videtur huius curie gratias agere gestiunt: id est quasi gestu videntur mihi parietes gratias agere? Et hoc vt Cesari gratularetur. Huius ɔpositum est prægestio: qd est valde gestio: vt exponit Pris. Hora. lib. i. car. Ludere cũ vitulis salicto prægestientis.

¶ Gesticulor aris. gestũ facio. Col. in pref. Nec min⁹ corporum gesticulationẽ scrupulosissime requirant saltationis ac musicæ studiosi.

¶ Gesticularius a. um. qd ad facientem, actus letitiæ pertinet.

¶ Gesa hasta: vide in dictione Cesa.

¶ Gessus fluuius apud Jones.

¶ Gessuri pe. pro. regio in asia.

¶ Gessemeni penu. correpta: villa pinguissima interpretatur.

¶ Gessen locus egypti in quo habitauit Jacob.

¶ Geth Allophylorum ciuitas fuit: Hec nunc appellatur zaph.

¶ Gethe populi in scythia europa. Quidam gethas dacos appellant: vt Aplanus: Strabo arbitrat eos esse gethas qui ad pontum in orientem spectant. Helius Spartianus gethas dici gothos. De his Quidius libro de ponto. Nulla gentis toto gens est truculentior orbe. Huius nominis singularis est gethas: vel gethes.

G ante I.

¶ Giarus pe. cor. insula parua ex cycladibus circuitu. xij. millium passuum: ad quaz noxij damnabantur: Juue. pluraliter dixit. Aude aliquid breuib⁹ giaris ⁊ carcere dignum: vt alias etiam notaret.

¶ Gibber ⁊ gibbosus ⁊ gibberosus: qui gibbum: id ẽ tumorem in dorso habet: quis ⁊ pro alio quocũq; tumore solido ponatur. Juuenalis. Attritus galea medijsq; in naribus ingens Gibbus/⁊ acre malum semp stillantis ocelli. Gibbus ⁊ gibba ipse tumor. Plyni⁹. Gallinarum genus gibbarum vocat. Ipse quoq; gibbus hominatur gibber. Juuenalis. Attritus gibbere nasus. Julius firmicus tradit nasci gibberosos: q in septima parte arietis habuerint horoscopũ. Cor. Celsus tñ docet strumã extantiũ quandã in tergo. Gibbum vero in pectore.

¶ Gigas gigantis vir altissime stature ⁊ terræ filius a poetis fingitur: cum nihil aliud gigantes fuisse credendum sit q hominum quandam impiaz gentez deos negantem: ⁊ ideo creditam deos e celesti sede pellere voluisse. Hinc

¶ Giganteus a.um.nomen possessiuum. Josephus vero lib.i. An.dicit gigantes fuisse ex demonibus in cubis pgenitos. Idem Aug.lib.xvi.de ci.dei.et Eusebius de ppara.lib.vij.
¶ Gigantomachia gigantũ pugna.
¶ Gigeria: Uide in dictione gingeria.
¶ Gigno is.genui vel gignui.secundum Diom.genitum significat genero. Lactãtius.libro quarto. Hac conditione gignimur. Huius compositum est Ingigno: quod est intus gigno. Columella libro quarto. Tanq̃ naturali et ingenita sterilitate laborantibus. Hinc ignis dictus est: q̃ in eo nihil gignatur: et prægnans.que iam occupata est in generando quod conceperit: et benignus nomen compositum ex bono et gignendo.
¶ Gilo nomen ciuitatis: a qua gilonitæ penultima pducta: homines in ea habitantes dicuntur. Est et nomen viri. Juuenalis. Unicolam proculeius habet: sz gilo deuncem.
¶ Giluus color medius inter album et rufum: color Mellinus.
¶ Gindes fluuius qui per dardanos fluens ingreditur tygrim.
¶ Gingiuę pe.p.in quibus dentes sunt: a gignẽdis dentibus. Lactantius libro de opin. Dentes autem ipsos ne magis horrori q̃ ornamento essent gingiuis mollibus quę a gignendis dentibus nominantur: ac deinde labiorum tegminibus honestauit. Juuenal. Frangendus misero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum est gingiuula. Apul. Complanatorem tumidæ gingiuulę.
¶ Gingrio is.gingrij.gingritum. Est autem gingrire anserũ vocis pprium. Unde genus quoddã tibiarum exiguarum: a voce anserum: gingriug dicuntur. A quibus Gingritor tibicen.
¶ Gingeria ex multis obsoniis decerpta appellãtur Quidam tamen Gigeria sine n.scribunt. Esseq̃ gallinarum intestina et quę cũ his coquebant. Lucil. Gigeria sunt sine alliis his vescamur alacriter.
¶ Gion fluuius qui apud ægyptios Nilus vocatur. In paradiso oriens vniuersum circuit æthiopiam. Josephus. Gion quoq̃ per egyptũ fluens ostẽdit eũ qui nobis ab oriente redditur: quẽ græci appellãt nilum. Significatq̃ hoc nomen terrę hiatũ. Quo noie etiam vocatus est mons in iudęa: apud quẽ Salomõ in regem vnctus fuit.
¶ Girgillus instrumentum quo fili reuoluunt.
¶ Girim mons apud Garamantas: in quo nasci gẽmas vetustas testata est.

Gante L.

¶ Glaber a.um.q̃d est leue et sine pilis. Plau.in Aul. Tu istum gallum si sapis glabriorem reddes mihi q̃ volusius ludius. Nonius de doctorum indagine. Legitur q̃ ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles propter etatem quos antiqui ludios appellabant. August.lib.vi.de ciui.dei. A quibus autem spernentur glabros: aut male barbatos videremus. Huius diminutiuum est glabellus Glabra etiam siue glabella vocatur interstitium supercilia supra nasum discriminans: quia sine pilis esse consueuit. Martianus capella lib.i. Quarum vna deosculata philologię frontem illic vbi pubem ciliorum discriminat glabellę me dietas.
¶ Glabriones idem quod glabri. Et apud Romanos erat glabrionuz familia. Ex qua Accilius glabriovir Romanus fuit.
¶ Glabreta a Columella dicuntur loca quę nihil ferunt. Hęc gręci phalacras quasi calueta appellant q̃ satis fruticibusq̃ nuda sunt.
¶ Glabresco glaber fio. pprie glabrescere est sine pilis. aut capillis: aut plumis fieri: quod euenit nõnun q̃ morbo aliquo. Transfertur etiaz quandoq̃ ad herbas. Colu.lib.ij. Nam dum a pecudibus legumina p culcantur.herbę etiam vngulis atteruntur. Atq̃ ita glabrescit: et fit idonea seminibus area: id est fit glabra mundaq̃.
¶ Glacies aqua congelata a gelu: quasi gelacies.
¶ Glaciari est in glaciẽ cõuerti. Pli. Fore eius aquã glaciari Pythagoras tradit.
¶ Glacitare pprium est vocis anserum. Ouid. Caccabat hinc perdix hinc glacitat improbus anser.
¶ Gladius ensis a clade dici videt: q̃ ad cladẽ sit inuentus. Dicitur et gladiũ neutro gñe: vt docet Uar. Hinc digladior aris. de quo alibi. Est et gladius genus piscis marini.
¶ Gladiolus paruus gladius. Quo noie etiaz dicta est herba quedã: q̃ sit folijs gladij similis. Flores habet purpureos
¶ Gladiatores dimicatores dicuntur. Cic.li.iij.ad Heren. Tãq̃ gladiator habuerit. Inter gladiatores specialiter sunt retiarij qui aduersus Mirmillonẽ pugnabant dicti a rete quod sub scuto gerebant: vt mirmillonez inuoluerent. Mirmillones dicebant gladiatores: qui genere quodã gallicę armaturę vtebantur quod mirmillonium dicebatur. Unde Galli ante non mirmilliones vocabantur in quorũ galeis piscis effigies erat. Solebant autem retiarij aduersus mirmillonem pugnantes hec verba cantare. Non te peto: piscem peto: quid me fugis galle.
¶ Gladiatura e.ars ipsa gladiatorum.
¶ Gladiatorius a.um.quod ad gladios pertinet. vñ spectacula gladiatoria. Cyprianus ad Dona. Parat gladiatorius ludus: vt libidinẽ crudeliũ luminũ sanguis oblectet. Sal. Item ex senatus consilio decreuere: vt gladiatorię familię capuã et inter cetera municipia distribuerent. De gladiatorũ origine ac causa. Julius Capitolinus habet hoc pacto. Multi dicũt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factã vt ciuium sanguine litato specie pugnaruz fortunam satiarent. Alij hoc litteris tradunt: quod verisimilius credo. Ituros ad belluz Romanos debuisse pugnas videre et vulnera et ferruz et nudos inter se coeuntes: ne in bello armatos hostes timerent: aut vulnera et sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur vt imperatores ad bellũ proficiscẽtes munus darent gladiatorium.
¶ Glaneus nomen pprium viri Chij: qui primus olim ferri cõpactionẽ fertur excogitasse.
¶ Glaphyrus pe.p.festiuus: iucũdus: ornatus: politus: cõcauus: sculptus: famosus: astutus.
¶ Glans glandis et glãdis is.dici põt pfructu arboris q̃rcus et aliaz arboꝝ glãdiferaꝝ. Pli.li.xvi. Dulcissima est oĩm glans phagi. Virg. Nec de cõcussa tñ pluit ilice glãdis. Sed q̃ ex his hoies quondã viuebant: glandis appellatione: vt Ulpianus sentit: oẽs fructus cõtinentur. Hinc glans plũbum q̃d est in mo

dum glandis formatum. Sallust. in Iug. Pars eminus glande: vt lapidibus pugnare. Item glans pars summa colis dicitur quę perpetuo tegit oculo similis Preputium enim pellis est qua glans tegit. Coles ipse penis: a quo colei pendent. Rursus glandes seu glandulæ est morbus fauciũ ob quandã glandis similitudinem. Ibi enim ẽ caro glandulosa quę ab antiquis boni saporis putabatur. Martia. Patitur apri glandulas palęstritis. Apiti⁹. Interpones pulpas pulli glãdulas edonas. Hinc illa pars suis laudatissima: glandiũ dictũ est. Solẽt aũt hę glãdulę intumescere adeo vt hoiem graui morbo infestent. Hinc morbũ etiam Tonsillas dicunt. Plyn. li. xxxvii. de Electro. Pado vero annexa fabula euidente causa. Hodieq; trãspadanorũ agrestibus maxime decoris causa: sed & medicinę quoniã tonsillis creditur resistere & fauciũ vitijs Idẽ lib. xi. Tonsillę in homine: in sue glandulę: q̃ inter eas vuę nomine vltimo depẽdet palato. A glans fiunt Glandeus a. um. Glandulosus a. uz. Glandifer. Glandula diminutiuum: Iuglans: & diiuglans: Glãdatio.

¶ Glandatio: glandium collectio: et pastio suum ex glandibus.

¶ Glandium pars quędam intestinorũ est: vt inquit Pris. Alij volunt esse partem apri iuxta ceruicem vel ipsam ceruicem. In hac enim glandulę positæ sunt. Plau. in cap. Pertruncauit tribus tergoribus glandia. Inde caro glandionica. Idez in Mene. Glandionicã suillam: lardum pernam. Esse aũt suis hanc peculiarẽ laudem ostendit. Col. Qui porcũ laudat qui est amplę & glãdulosę ceruicis. Dicunt etiã glandulę de hoie. Cel. li. iiij. Itemq; arterię quas parotidas vocant sursum pcedentes vltra aures feruntur: & in ipsis ceruicibus glandulæ positę sunt.

¶ Glarea pe. cor. terra sabulosa q̃ in fluuiorũ ripis vel maris littoribus reperit. Hiero. In terra aurũ q̃rit: & de fluuioꝝ alueis splendens pfertur glarea. Luca. Aut impulsa leui turbatur glarea vena. Huius diminutiuum est glareola cum accentu in penul. Plautus Glareolam manu effundens.

¶ Glareosus a. um. qd̃ est plenũ glarea. Plyn. li. xxvi. Silaris nascitur glareosis & perennibus riuis cubitalis apij similitudine.

¶ Glastum herba similis plantagini: qua Britãni se inficiũt (vt auctor est Cæsar) quo horridiori sint aspectu in pugna. Efficit enim cęruleũ colorem.

¶ Glaux: græce γλαυξ: auis nocturna: a qua glauc⁹ color.

¶ Glaucus color (vti Placidus grãmaticus docet) interdũ ponit p viridi. Est enim qui admistum habz vi roti alborem. Unde Virg. glaucas salices & oliuas dixit. Item in hominibus & equis glauci oculi: pro splẽdidis dicuntur. Hinc colorem quidam cęsium vocãt Legimus nõnunq̃ & maris colorem glaucũ: sed tunc qñ canescit fluctibus. Unde glaucus deus marinus senior fingit ex piscatore cuersus in deũ gramine gustato. Fuit & alius glaucus qui primus ferri consolidaturam inuenit. Alius Hippolãti filius a quo Iones nati sunt reges. Multiq; hoc nomine sunt vocati Et glaucus nomen piscis est.

¶ Glauciũ herbę gen⁹ syluestris & erraticę rumagrũ vocatur. Alij paralaion dicunt. Nascitur in afflatu maris: aut nitroso loco inde nomen assumpsit. Nam glaucus cęruleum significat: qui color est maris.

¶ Glaucinum gręce dicitur oleum mustũ: hoc est expressum anteq̃ oliuę premantur. Nam γλευκος gręce: latine mustum.

¶ Glaucoma atis. Glaucomatũ ati. & Glaucomamæ vitiuz humoris eius qui cristallinus appellatur in colorem glaucũ mutantis in oculo. Plau. in Mili. Glaucomaz ad oculos obijciemus. Serenus. Si vero horrendum ducent glaucomata plumbuz: Spiritus alterius prodest qui grana cy[illegible] pallentis mandens vel sus exhalat in ipsos. Hy[illegible]is vero siue quod idez est Hypochymata quę [illegible]ffusiones vocamus oculorum fit ex humore inter corneã & cristallinã partez cõcreto. Interdumq; hęc oculi potentiæ: qua cernitur se opponit.

¶ Glaucopis pe. cor. idis. habẽs oculos cęsios. Quo noie dicta ẽ Pallas: quæ a latinis dicitur Cęsia. Diodo. scribit aerem nominatum esse pallada. Et ideo dici glaucopin: quoniam aer glauci. hoc est viridis sit aspectus.

¶ Glessaria insula in oceano germanico: quę Solino teste cristallum dat succinum.

¶ Gleba cęspes terrę dicta q sit quasi globus. Hui⁹ dimin. est Glebula. Col. li. i. Eadem euentilata mundiora sunt lapillisq; carent & glebulis: quas per trituram fere terrena emittit area.

¶ Glis glissis. generis fœminini terra argyllosa.

¶ Elis glitis etiam generis fœ. Carduus dicit. glis gliris generis masculini animal muri simile nutritur in arborib⁹. Mar. Somniculosos ille porrigit glires Idem. Tota mihi dormit hyems & pinguior illo tempore sum: quo me nisi somnus alit. Hinc Glirarium: pro loco in quo nutriuntur glires. Uarro. Glirarium dissimili ratione habetur: q non aqua: sed maceria locus sepitur.

¶ Glisco cresco. Liui. li. vi. Glicente in dies seditione. Item pinguesco. Columella lib. ii. Prius tamẽ q̃ exilem terram iteremus stercorare conueniet. Nã eo quasi pabulo gliscit Idem lib. viij. Palcis quæ pene omnibus regionibus abundant etiam gliscit scilicet asinus. Item: ardeo: cupio: vt in hymno. Nam gliscit animus promere cantibus victorum genus optimũ. Huius compositum est Pergliscо. Columella libro octauo. Quæ prima luna saginari cœpta vigesima pergliscit.

¶ Globus & globum vtroq; modo dicitur pro corpore solido vndiq; rotundo: quem gręci Sphæram appellant. Virgilius. Lucentemq; globum. Ponitur quandoq; pro multitudine hominum: siue aliorũ animaliuz: aut alterius cuiusq; rei similis collecta & quasi conglobata. Sallustius. Alij fiducia gnaritatis locorum occultaz fugam sparsi: alij globis eruptionem tentauerunt. Sciendum q si globus ex filo aut alia simili re factus sit: glomus dicitur. A globus fit Globosus a. um. pro rotundo spissatoq;.

¶ Globo globas: aceruo: aduno: a quo conglobo: De quo supra.

¶ Glocido glocidas penultima correpta: propitum est vocis gallinarum: cum ouis incubiture sunt. Qd̃ fit crebris singultibus interiecta voce acuta.

¶ Glocio glocis. idem quod Glocido. Columella libro nono. Obseruare debet custos: dum edant oua: vt ea quæ nata sunt: recolligentur: notentq; quo quęq; die sint edita: et q̃ recentissima supponant glocientibus.

¶ Glom⁹ mi. ꝛ glom⁹ eris. est globus ex filo factus.
¶ Glomero as. pe. cor. implico ꝛ globi specie formo: sic ue filum induco. Per translatione glomerare sumitur pro congregare accumulare. Vir. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris Collecte ex alto nubes. hic fit compositum. Agglomero: quod est applico adiungo. Virg. Et lateri agglomerant nostro.
¶ Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Quintil. Consentiens laus bonorum gloria appellatur. Hanc Augu. dixit esse iudicium hominum bene de holbus opinantium. Est et inanis gloria vitiorum plerunque laudatrix que diffinitur esse popularis fama ex honestatis simulatione proueniens. Ci. lib. offi. Vix inuenitur qui laboribus susceptis: periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desyderet gloriam. Inter gloriam ꝛ claritatem hoc interest: vt inquit Sene. libr. xviij. epistolarum moralium: quod gloria multorum iudicijs constat: claritas bonorum.
¶ Gloriola dimi. est. Ci. Lucelo. Illa nos cupiditas incendit quod alacres alo sumus vt ceteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant ꝛ nosmetipsi gloriola nostra perfruamur.
¶ Gloriosus gloria plen⁹: vt gloriosus homo: gloriosus dies: gloriosus triumphus. Cuius contrarium est Ingloriosus: qui nulla laude aut gloria dignus est: et veluti ignobilis. Virg. lib. iiij. geor. Ille horridus alter Desidia latamque trahens inglorius aluum. Interdum tamen gloriosus affectione significat ꝛ in malum vt gloriosus dicatur qui se inaniter iactat: vel alterius inani laudatione effertur ꝛ laudari quærit. vt miles gloriosus apud Teren.
¶ Glorior aris. construitur modo cum præpositione de. Lactan. de ira. Apollodorus quidem vt de ciui ꝛ populari sua gloriatur. modo sine præpositione.
¶ Gloriabundus qui abunde gloriatur.
¶ Glos appellatur mariti soror: atque idem fratris vxor.
¶ Glossa e. per duplex ss. latina lingua dr. vnde Glossæ ꝛ glossaria pro interpretationibus ponuntur: quod vice linguæ hoc est vice doctoris fungantur. Quinti. Glossæ sunt secretioris lingue expositiones.
¶ Glossemata significat vocem minus vsitatam.
¶ Glossematici: qui glossas conficiunt.
¶ Glubo is. corticem detraho. Unde et pecus glubi dicitur cum pellis detrahitur. Cato de re rust. Salictum suo tempore cedito: glubito: atque alligato: librum conseruato. Sue. de Tyber. Boni pastoris esse tondere pec⁹ non deglubere.
¶ Gluma folliculus grani frumentarij: a glubendo: quod eo folliculo deglubatur granum: hoc est decorticetur. Auctor Var. li. i. de re rust.
¶ Glucidatum suaue ꝛ iucundum: a greco γλυκυ: quod dulce significat.
¶ Glutio is. iui. itum. deuoro. Iuuen. Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem. hinc fit deglutio.
¶ Gluto gulosus. Ambr. Si amat diabolus filios suos vt perdat: sicut amat gluto procellum vt comedat.
¶ Gluten ꝛ glutinum pe. cor. colla dicitur grece. August. li. iiij. conf. Laudet te ex illis ala mea deus creator omnium: sed non infigatur in eis glutino amoris per sensus corporis. Hinc Glutinosus a. um. Ply. Prioris laus vt recens sit ꝛ leuis: linguæque glutinosa. Col. In asia mysiaque densa etiam glutinosa terra maxime exuberat.
¶ Glutino as. pe. cor. coniungo: ferrumino. Plyn. Vis bituminis que sulphuris sistit/discutit/attrahit/glutinat. Idem. Quo genere sistitur sanguis: et vulnus glutinatur. Huius composita Agglutino. Aug. lib. iiij. conf. Quia non est vera amicicia nisi cum eam tu agglutinas inter herentes tibi charitate diffusa in cordibus nostris. Conglutino. Ply. li. xxiiij. Cortex vitium ꝛ folia arida vulnerum sanguinem sistunt: ipsumque vulnus conglutinant. Deglutino a glutine libero. Idem lib. xxv. Purgant vlcera oculorum: explentque et ad cicatricem perducunt: palpebras deglutinant.
¶ Glutinamentum: compactio: coniunctio. Ply. li. xiij. Deprendit ꝛ lentigo. s. chartæ oculis: sed medijs inserta glutinamentis.
¶ Gluo is. glui. distringo valde stringo. Var. de re rusti. Duritia est enim ea quod non solum stringit baccam: sed etiam ramis gluit ac relinquit ad gelicidium.

¶ Gnarus ꝛ Narus dr. scius ꝛ peritus.
¶ Gnaritas scientia. Sal. Nanque alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi: alij globis eruptionem tentauere. Horum contraria sunt Ignar⁹ ꝛ ignaritas.
¶ Gnare aduerbium perite: ꝛ quandoque apte. Apul. Qui gnare id nostris oculis contemplati sum⁹. Vide in dictione Ignoro. Antiqui gnariter pro gnare dixere: a quo prognariter: quod significat audacter strenue. Plautus age iudica prognariter.
¶ Gnarauit Liuius posuit: pro eo quod est narrauit ꝛ gnarauisse pro narrauisse.
¶ Gnoro as. scio. licet non sit in vsu: sed eius composita habentur Ignoro ꝛ Dignoro: de quibus alibi.
¶ Gnauus ꝛ Nauus: industrius. De quibus in dictione Ignauia.
¶ Gnathos latine gena maxilla ve dr. aut bucca. Inde apud Teren. Gnatho parasitus.
¶ Gneus corporis insigne est ꝛ prenomen.
¶ Gnidus ciuitas lyciæ quæ duos port⁹ habuit ꝛ in fronte insulam quæ stadia septem ambit⁹ complectebatur. Theatralis ꝛ alta aggerib⁹ iuncta continenti. E gnido viri memorabiles fuerunt. Eudoxus mathematic⁹ Platonis sodalis ꝛ Agatharchides peripateticus historiæ conditor: ꝛ Theopopus Iulio Cesari familiaris: ꝛ Arthemidorus eius filius. Et his antiquior Ctesias qui Xerxem medicatus est: ꝛ res syriacas persicasque conscripsit.
¶ Gnosis: latine cognitio: scientia: notitia.
¶ Gnosos vrbs cretæ in plano sita: que alio nomine cerathus: vt scribit Stra. appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia. Hinc gnosius a. um. ꝛ gnosidus a. d. Suidas. κνωσιος ονομα κυριον και πολιτης απο κνωσσου. κνωσσος γαρ πολις εν τη κρητη.
¶ Gnomones dicuntur quattuor dentes: quibus equorum ætas dignoscitur. Alij gnomonem aliter accipiunt Aug. in dialec. Si detracti loco addas gnomonem qui hemicycli specie ponitur: plus tetragono maiori: quam detraxeras reddidisti. Herodo. vero sic. Nam poluere ꝛ gnomonem. i. normam ꝛ xij. diei partes a Babylonis greci didicerunt.

¶ Gobi⁹ piscis: qui ꝛ gobio dr. Iuu. Cum sit tibi gobio tantum in loculis. Martia. Principium cœnæ gobi⁹ esse solet

¶ Gomor proprie mensura vini est: vt interpretatur Ambr. in epistola ad Iustum.

¶ Gomorra ꝛ gomorrū vtroqꝫ mō dr: sicut Sodoma ꝛ sodomū. Solin⁹ de situ iudeę. Ibi duo oppida. vnuꝫ sodomū: alterū gomorrū appellatū.

¶ Gonorrhœa dici potest semen fluēs: vel seminis fluxus. Nā γονος semen. ꝛ ροη fluxus. γονος item filius dicitur: quod patet per composita eius Antigonus: Chrysogonus.

¶ Gorgias nomen ꝓprium rhetoris celeberrimi qui pulcherrimum libruꝫ de concordia grecis tunc inter se dissidentibus recitauit olympię. Fuit ꝛ alius Gorgias philosophus Leontinus: qui ausus est in conuētu poscere: qua de re quisqꝫ vellet audire qui de omni re quacūqꝫ in disceptationem quęstionemqꝫ vocaret̄ se copiosissime dicturū esse ꝓfitebatur.

¶ Gorgones pe. cor. dictę sunt Phorci filię. s. Scylla Medusa: Stenio et Euryale: quę Dorcades insulas in oceano ęthiopico sitas habitasse dr̄ contra hesperiduꝫ ortos q̄ ab agilitate nomen habent. γοργον em̄ agile dicunt. Scribit Diodo. Fœminas fuisse in Aphrica bellicosas: aduersus quas Perseus bellū gesserit: ꝛ earum reginam Medusam debellauerit ac interfecerit: ex cui⁹ cruore (vt est in fabulis) mox nat⁹ est pegasus alatus equus: inde ad heliconem bœotię montē euolās ꝛ pede saxū feriens πηγην hoc est fōteꝫ aguit: a quo pegasus ē noīatus et ab eo fons ipse hippocrene siue pegaseus siue caballin⁹ dict⁹. a gorgōe

¶ Gorgoneus a. um. Ouid. Gorgoneas tetigisse domos. Suidas. τρεις γυναικες αιτος ουτον ειχον φοβερα τα προσωπα ωστους ορωντας εμποιειν και τι θρασο ποταμος η τοπος λιβυης ενθα αι γοργονες διετριβον.

¶ Gotthia regio europę contermina Dacię: ꝛ norvvegię: Ex qua Gotthi imanes populi: qui olim Italiam armis subegerunt.

G ante R.

¶ Grabatus pen. ꝓ. lectus exiguus in quo merediari solent: dictus quasi Carabatus: ꝙ in eo capite recūbamus. καραν em̄ caput. βατον peruiū grȩci dicūt Unde ꝛ prolecticis pauperū ꝛ mendicantiū grabati accipi solent: vt est illud in euangelio. Tolle grabatū tuū ꝛ ambula. Ci. li. ij. de diui. Diuersa facit lectos et grabatos: ait em̄. Cōcursare oium mortaliū q̄ vbiqꝫ sunt non mō lectos: verūetiā grabatos.

¶ Gracus nomen auis cornici similis: nisi ꝙ minor est a voce: quam facit: vel a gerendo dicta: ꝙ iacta segetum semina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum se recipiens duas pedibus baccas: tertiam ore ferat. Seu etiam ꝙ gregatim volitet: siue a gracilitate propter grauitatem. Est huic furandi natura: ex quo nō nulli Monedulam eam appellauere a furandis monetis. Exprimit sermonem humanuꝫ ꝛ cauea emissus reuertitur. Huius diminutiuuꝫ est Graculus. Harum auiuꝫ tria sunt genera. Matusculę similiores sunt cornicibus nisi ꝙ nigriores. Minimę ꝛ inter eas medię quibus rostra ꝛ pedes rubent.

¶ Gracchus per duplex cc. ꝛ cum aspiratione cognomen fuit familię romanę. Duo autem fuerunt Gracchi fratres Tiberius ꝛ Caius ambo eloquentes quorum eloquentię mater Cornelia multum contulit. verum ꝛ doctior et eloquentior fuit Caius qui erat minor natu: quo nemo plenior: nemo vberior fuisse fertur. Grandis erat verbis: sapiens sententijs: genere toto grauis.

¶ Gracile adiectiuum penul. correp. significat quod est tenue ac corpore macilentum. Turpil. Nosti ꝙ sit gracili corpore. Quod ꝛ gracilens tis. dicitur ꝛ gracilentum. Neuius. Uide gracilentis colorem. Interdum gracile ponitur pro molli. Horati. Quis multa gracilis te puer in Rosa. A gracilis fit gracilitas: et Gracilitudo.

¶ Gradus sunt ex quibus scalę constant: ꝛ quibus ad ædificiorum altiora conscenditur a gradiendo dicti: ꝙ per eos eatur. Uirg. Uerita cui gradibus surgebāt limina. Gradus etiam gradientium pedum vicissitudo est: vt apud eundem. Gradibusqꝫ sonare Compositis. Interdum gradus sumitur pro standi firmitate. Cice. lib. i. offi. Nec tumultuantes de gradu deijciūtur. Hinc gradum facere ꝛ gradum iacere dicimus: vt si in arborem tectumve scandere velim ex saxo aut scamno: aliquave alia re gradū facio. Ci. contra Rul. Hunc quasi gradum quēdaꝫ atqꝫ aditū ad cętera iactum intelligetis. Gradus quoqꝫ cognationis dicti sunt ad similitudineꝫ scalarū locorūve decliuiū quos ita ingredimur: vt a primo in primū i. in illū qui quasi ex illa nascitur veniamus. Quapropter graduum huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit: vt sunt pater ꝛ mater qui sunt in primo gradu. in secundo Auus et Auia. In tertio proauus ꝛ proauia Alios inferiores: vt liberi. Alios ex transuerso: siue latere vt fratres ꝛ sorores liberiqꝫ eorum. A gradus fiunt Tardigradus. a. um. penul. cor. qui tarde graditur. Unde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus pro frequenti graduum motu incedente. Plau. Spissigradissimos tardiores ꝙ̄ corbitæ sint in tranquillo mari.

¶ Grador aris. quasi per gradus eo: a quo regrador de quo alibi.

¶ Gradator a magno gradu. Plau. in penu. Uinceretis cursu ceruos: ꝛ gradatorē gradu.

¶ Gradarij equi qui sine succussatione molliter incedunt. Lucil. lib. xiiij. Ipse equus non formosus gradarius optimus.

¶ Gradatio apud rhetores dr cū ex prima sententia orit̄ secūda: ꝛ ex secūda tertia: atqꝫ ita deinceps.

¶ Gradatim aduerbiū significat ꝑ gradus ꝛ ordinate lenteqꝫ. Uar. li. i. de re rust. Cito quidē inquit gradatim aliuꝫ pręponens alio agrū meliorē dicit esse in nouem discriminibus.

¶ Gradiuus pe. ꝓ. a gradiendo: vel qr gradatim et ꝑ ordines in belluꝫ itur. Unde Mars gradiuus dictus est. Sunt tn̄ qui gradiuū a gramine dictum putēt: qr gramine sit ortus. Unde ꝛ graminea corona in re militari maxime est honorationis. Alij a vibratione propter hastas credo in bello vibratas: quoniaꝫ κραδαινειν vibrare dicunt. Alij gradiuum nō latinū nec grȩcū: sed thrax vocabulū esse ꝛ significare bellicosum et fortem dicunt.

¶ Gradior eris. gressus significat vado. Lact. li. iiij. Claudis vero ac pedum vitio afflictis non modo gradiendi: sed etiam currendi dabat facultatem. Huius cōposita sunt. Aggredior: angredior: Congredior: Digredior. Egredior: de quib⁹ alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimusqꝫ ingredior forū et in forū. Aliquā ponit̄ ꝓ simplici gradior incedo. Uir. lib. iij. geor.

Contin uo pecoris generosi pullus in aruis Alti⁹ ingreditur. Ci. ad Atti. Si dormis expgiscere: si stas ingredere: si ingrederis curre: si curris aduola. Interdū ingredi est ꝓuenire ꝛ se ostēdere. Plau. Nihil te pudet scelest in ꝯspectu ingredi. Ingredi in mulierem est mulieris ꝑsonam assumere. Hieron. in psal. interpretatione. Solet in theatris vnus hō frequenter diuersas habere personas: nunc ingreditur in mulierem: nūc in virum: nunc in regem. Et qui in regē ꝓcesserat rursus in seruū ꝓcedet. Interdum est quasi incipe. Lacta. libr. vi. Iustus ergo quoniam durum asperūq; iter ingressus est. Introgredior. Uir. Post ꝙ̄ introgressi ꝛ corā data copia fandi. Progredior vltra ꝓcedo. Ci. in Lel. Id primū videamus si placet quatenus amor in amicicia progredi debeat. Hinc progressus ꝛ progressio. Idem lib. i tus. Qui errantium stellarū motus progressiones institutionesq; notauit. Hinc progressus ꝛ ꝓgressio pro processu. Aliquādo antegradior. Plau. Extremum intra carcerē ipm progredit᷑ parthenopeum. Pretergradior vltra trāseo. Ci. Appio pul. Currens Lepta venit: mihiq; nūciauit te iā castra pretergressurum esse. Apul. Cunq; stabulum pretergressus fuissem recognita cœpit retrocedere. Hiero. Ponam ꝛ aliam expositionem ne q̄d videar ṗter gressus. Regredior retro gradior reuertor. Plau. in Aul. Illuc regredere ab hostio. Lactā. lib. vi. Cum ventum fuerit ad extremum vnum iā regredi non licet. Supgredior superambulo supero: vt est illud. Sed tu supgressa es vniuersas. Subtergradior transgradior. D. Brutus. Cice. Ut alpes transgrederer. Lact. lib. ij. Nemo tunc millesimum annum transgressus est. Transgressio apud rhetores dicitur cū ab ea sententia quā ꝓposuimus cōuertim⁹ sermonem ad aliquā ꝑsonam aut rem aut fortunā: ꝛ tanq̄ ꝑsentem appellam⁹: vt hec mulier nuper fuit locuples ꝛ potens in amore atq; delicijs necessariorū: ornatus opibus abundabat: magnus ancillarū quæ sequebāt᷑ comitatus appellabat᷑. Nūc cōtra subito ꝛ graui casu affecta vix mediocris ancillulę dignitatem retinet: o fortuna ꝙ̄ vehementer te rerum varietas oblectat. ꝛ ꝙ̄ magno odio est tibi beatę vitę perpetuus ꝛ ꝯstans fructus.

¶ Grassor aris. quasi a gradior frequentatiuū est. Festus. Grassari proprie dicūtur latrones vias obsidentes. Gradi siquidē ambulare est. Unde tractū grassari ab impetu gradiendi. Sed cū quis grassatur. i. cū impetu siue frequenti gradu vadit in aliquē ꝛ bono ꝛ malo animo grassari potest. Ideo ꝛ in bonā ꝛ in malā partē accipi potest. In bonā Sal. in Iug. Sed dux atq; imperator vitę mortaliū animus est qui vbiq; ad gloriam vi grassatur. id ē cum frequenti gradu vadit abunde potens pollensq; ꝛ clarus est. Sirius. Grassādū ad clara periclis. In malā. Lactan. li. ij. Suis eñ vitijs perditi seuiunt ꝛ grassant᷑: vt perdant eñ cum frequenti gradu vadunt. Ab hoc malo animo in hoc verbo grassor seuis significatio nascitur eo ꝙ cū quis grassatur. i. frequenti gradu siue cū impetu ꝓperat in aliquē vt ipm̄ telo seu quouis alio modo feriat vel malo alio rapiat: hoc seuire dicit᷑. Lactā. li. iij. Archipirata quispiā vel latronū ductor si suos ad grassandū cohortet᷑. Cesar. Grassari in hostes vetat. Aliqñ in hac significatione ita accipit᷑: vt etiam in ꝓpriam significationē redigat᷑. Liui. li. ij. Trecēti ꝯiurauim⁹ principes iuuētutis Romanę vt in te hac via grassaremur. Huius ꝯpositū Oggrassor qđ est obuiam seu contra cū impetu aut frequēter gradior. Plau. in Penu. Nisi cū pedicis ꝯdidicistis oggrassari gradu.

¶ Grassator qui ꝑ vim ꝛ insidias latrocinat᷑. Iuuen. Interdū ꝛ ferro subitus grassator agit rē. Callistratus. Grassatores qui prędę causa id faciunt ꝓximi latronibus habentur.

¶ Græcus cū æ. dipht. nomē viri ꝓpriū: a quo grecia regio europę dicta ē. Et quia Græcus a. um. quod ex grecia est. Hęc ab Isthmi angustijs incipit a septētrione in meridiē vecta: qua sol egeis: qua occidit ionijs fluctib⁹ obiacet. In ea athenę ꝛ marathonij campi Citheron ꝛ parnasus montes.

¶ Græcostasis pe. cor. quasi grecorū statio. Locus de quo Uar. sic habet. Ante curiā hostiliā rostra sub dextra a comitio locus substructus vbi nationū subsisterent legati: grecostasis appellatus a parte vt multa senatū supra grecostasim: vbi edis ꝯcordię basilica opima.

¶ Graiugenę pe. cor: greci dicti sunt.

¶ Græcari pe. cor. est cōuiuijs ꝛ libidinib⁹ operā dare: ab eo ꝙ greci liberius se haberēt in ꝯuiuijs. Nam qñq; verba trahunt᷑ a morib⁹ nationū.

¶ Gralę fustes furculas hñtes sunt quib⁹ nitunt᷑. hic

¶ Grallatores dicunt᷑ q̄ in perticis abiegnis passus ingentes faciūt. Grallatoriū gradū Plau. vocat maximū: sicut ecōtrario minutulū formicinū ꝛ testudineū. Plau. Uinceretis ceruas cursu ꝛ grallatorē gradu.

¶ Grāma. atis. ꝛ grāmatū i. latine lrā dicit᷑. Uñ Epigrāma ꝛ epigrāmatū cū alijs a grāma componūt᷑.

¶ Grāmatica litteraria dicit᷑. Est eñ vt lrę suas custodiāt voces. ꝛ quasi depositum reddant. Est eñ grammatica rectę loquelę: rectęq; scripturę scientia q̄ vsu ratione auctoritateq; constat:

¶ Grāmaticus litteratorius seu litterator qui grammaticā docet q̄ ꝛ grāmatista dici pōt ꝛ triuialis. Sed ꝛ poetarū interp̄tes grāmatici dicunt᷑/ versanturq; nō solū circa sermonē: sed etiā circa historias ꝛ carmina euagant᷑. Mar. de epigrāmatis suis. Grāmaticis placent ꝛ sine grāmaticis. Grāmatici prius critici dicti sunt auctore Dione Chrysostomo. Cor. nepos ait litteratos ꝓprie appellandos esse poetarū interpretes: qui a grecis grāmatici noiant᷑: eosdē litteratores vocitatos Messala Coruinus auctor est. Sunt qui grāmaticū a grāmatista distingunt: vt litteratū a litteratore tanq̄ grāmaticum absolute ꝛ perfecte doctus sit sicut litteratus. Grāmatista sicut litterato mediocriter eruditus: In malam eñ partem accipitur.

¶ Grāmaticus a. um. qđ ad grāmaticā ꝑtinet.

¶ Grāmatei dicunt᷑ scribę qui rationes publicas in tabulis scribunt. Apul. lib. xi. Tum ex his vnus quē cuncti grāmatea dicebant. Hi etiā ab epistolis ꝛ cācellarij dicunt᷑. Hinc archigrāmateus princeps scribarum.

¶ Grammatophylaciū: locus vbi scripta publica seruantur.

¶ Grāme longitudo sine latitudine mēsurę subiecta. Aug. Si omissa latitudine solam quis longitudinē voluerit emetiri longitudo sine latitudine mensuræ subiecta: grāme dicitur: nō ꝙ sit lōgitudo aliqua quę careat latitudine: sed ꝙ solam quis metiens longitudinem grāmen metiri dicit᷑. Et hęc linea a nostris dicitur. Eam ita diffinit Euclides. Linea est longitudo illatabilis. Emensa vero cū longitudine latitudo dicitur epiphania.

¶ Gramię sunt oculorum pituitę. Un̄ gramiosi oculi a quo qui tristes sunt in hodiernū quoq diez gramiosi vulgo noiantur.

¶ Gramen herba vulgatissima sic dicta ꝙ geniculatis internodijs mirifice serpat a gradiendo: vel a gignēdi fęcūditate. Crebro em̄ nouas spargit radices. Refert Ply. eam herbā nasci vbi hūanus sanguis ceciderit. Gramē capiti circūdatū sanguinis fluxiones e naribus sistit. Aliq̄n tn̄ gramen ponit generaliter p omi herba. Un̄ graminea corona dicta est q̄ ab vniuerso exercitu seruato seruatori dabat vbi obsessos aliquis seruasset quodcūq id genus herbę foret decerpto viridi gramine. Graminosus plenus gramine. Col. li. i. Quid syluester ager: quia humidus z graminosus: qd siccus z spurcus recusaret.

¶ Grando gutta aquę in aere ↄgelata: sic dicta ꝙ solito grandior sit. Uel qr granis ↄtineat. Hinc grandinosus a. um. vt grandinosa loca in quibus frequētes sunt grandines. Grando etiā quā gręci Χαλαζαν: et Χαλυζιον vocant: collectio est sub cute buboni z ęgyptię fabę similis: vt inquit Pollux dolorē si tangatur afferens. Dicunt z in oculo grandines cū segnis humor circa palpebras coit: sed ita vt id tuberculū digito huc z illuc impelli possit.

¶ Grandinosus a. um. qd abūdat grandine. Col. lib. iiij. Post hęc nō ignorabit dn̄s loci plus eē posse qualitatē cœli frigidā vel calidā: siccā vel rosidā: grandinosam: ventosamq vel placidā: serenam vel nebulosam. i. quę sępe grandinem infert. Rosida quæ siccitatibus laborant.

¶ Grādinatus a. um. participiū qd est grandine saucium. Aug. in psal. Grandinata est vinea.

¶ Grandebalę pili subalares: quos volsellis tolli sępe molliores iubebant.

¶ Grandis z hoc grande apud veteres nō ad corpus sed ad ętatē tm̄ referebat iam adultā. Ter. An sedere oportuit domi virginē tam grandem. Quod si natu addatur prouectiorē ętatē significat: z iam pene senilem. Ply iunior. Mulier natu grandior et tot liberorū partus. Nunc vero grandis sumit pro magno z nōnunq̄ ad inaiata refertur. Hiero. Grandes materias ingenia parua nō sufferunt.

¶ Grandiusculus a. um. dimi. Ter. in And. Iā fere grandiuscula profecta est.

¶ Granditer aduerbiū. Cypria. ad Corneliū. Docuistis granditer deū timere: xp̄o firmiter adhęrere.

¶ Granditas dicta est maior ętas. Sisen. li. iiij. hist. Neq ętatis granditatē: neq ea merita: neq ordinis honestatē: aut dignitatē sibi esse excusationi.

¶ Grandęuus a. um. qd est prouectioris ętatis: hoc est grandis eui. i. senex.

¶ Grandiloquus pe. cor. eloquēs z qui cū quadā verborū magnificētia loquit. Cic. Nam z grādiloqui (vt ita dicā) fuerūt cū ampla sentētia tū grauitate z maiestate verborū. Hinc grandiloquētia.

¶ Grandio is. iui. grandē facio. Plau. in Aul. Si hodie hercle fustē cepero: aut stimulū in manu testudineū istū tibi ego grandibo gradū.

¶ Grandesco cresco: grandis fio. seu granū fio. Ply. lib. xviij. Crescente luna frumēta grandescūt. Hinc ingrandesco quod est valde vel intus grādis fio. Colu. Quę lens vt celeriter prodeat z ingrādescat aliq̄ fert fimo arido ↄmisceri debet. Idē libr. ij. Omē aūt frumentū spicā a tertio ad quartū nodū emittit: z cuz totam edidit. viij. dieb⁹ deflorescit ac deīn grādescit diebus. xl. quib⁹ post florē ad maturitatem peruenit.

¶ Granū fere frugū dicit vt tritici: hordei: farris et hmoi: quod est intimū: solidū: a quo granariū. Acini sunt cęterorū fructuū: vt vuę bacccharū: z hmoi. Granū etiā generaliter dicit p oi eo qd gręci vocāt coccū. Un̄ coccū ilicis granū vocam⁹.

¶ Granariū loc⁹ in horreis seruādis seminū granis paratus: vel in quo grana frugū reponunt. Uar. Ac triticū cōdi oportet in granaria sublimia q̄ perflētur ventis ab exortu z septētrionū regione: ad quę nulla aura humida e ppinquis locis aspiret. Granaria quidam habent sub terris spelūcas quas vocant syros. Alij puteos. Persi. Iam nūc astringas iā nūc granaria laxes. Nōnulli horreuz ab hordeo. Festus a farre farreū vocat.

¶ Granosus a. um. dicit oē quod intus habz grana.

¶ Graphis idis. ars pingendi. q̄ maxime lineis ↄstat z linearis vocat: quā Ply. lib. xxxv. scribit esse inuentā a Sophocle. Dicta graphis a stilo quē gręci graphion z graphida quoq noiant. Ply. libr. v. Graphidis vestigia extant in tabulis ac mēbranis ex quib⁹ pficere dicunt artifices. In quo sciēdū p graphidis vestigia picturę genus accipiēdū esse. qd gręci vocāt Ichnographiā. Ea est circini regulęq modicę cōtinens vsus: ex qua capiunt formarū in solis arearum descriptiones: vt inquit Uictru. li. i. Qui z orthographiā z sciographiā nominat.

¶ Graphiū stilus ferreus seu penna argentea qua signantur in tabellis litterę: vt olim in cęra seu figurę. Ambr. li. hexa. Neq vero si ipē nō compręndas: iccirco nō cœpit: aut nequaq̄ desinet si ipse circuitum vel atramento vel graphio ducas. Quid. Quid digitos opus est graphiū lassare tenēdo. Stilus aūt sicut docet Hiero. in expositiōe psal. scribit in cęra. Calamus in charta: mēbrana aut in quacūq materia: q̄ apta sit ad scribēdū. Graphus scriptus vel pictus. Agraph⁹ nō scriptus vel non pictus. Graphia scriptura vel pictura. Unde scribo pro pingo etiā apud nos z picturas legere dicimus.

¶ Graphiariū theca in qua stili reponunt: q̄bus z scribere simul z pingere solebant anteq̄ penicilli z colores inuenirent. Dicit z theca graphiaria.

¶ Gratia inqt Aug. dicta est: qr gratis dat. Quare gratis dat: qr merita nō pcesserūt: sed bn̄ficia dei te puenerūt. Un̄ recte gratia sumit p bn̄ficio. Ci. Cū ↄsertim ↄsiderē nullā esse gratiā quā vel nō caperet animus meus vel in accipiēdo vel remunerādo cumulādoq illustrare posset. Oīe em̄ qd habēt hoies a deo gratia est. Nihil em̄ ex debito habēt. Quis em̄ prior dedit: z retribuetur illi. Tres aūt scribūt fuisse gratias: Aglaiā. i. lętitiā. Thaliā. i. virentē: qr bn̄ficium semp viret. Euphrosynē quā delectationē nominant. Hę a gręcis Χαριτεσ vocantur. α πο τησ Χαρασ qd lętitiaz significat. Merito em̄ lętari videntur: z q̄ dant z qui accipiunt beneficiū. Tris autez ideo esse pdiderunt: quia z benefici esse in alios debemus: z aliorum beneficia suscipere: z ijs qui in nos liberales fuerunt retribuere. Dare autez z accipere z referre tres act⁹ sunt inter se distincti. Hinc gratiosus. Aliq̄n capitur p pœna siue dāno. Idē. Et p iniuria parē ei gratiaz referret. Aliq̄n pro mercede. Idē in Lę l. Ut em̄ benefici liberalesq sumus nō vt exigamus gratiā. i. mercedē vel vtilitatē: neq beneficiū fœneramur: sed natu

re ꝑpensi ad liberalitate₃ sumus. Aliqñ pro pace seu amore. Ter. in hecy. Neq₃ alio pacto ɔponi pōt inter eas gratia. Et in Eu. Adibo atq₃ ab eo gratiā quā vi deo velle inibo. Aliqñ ꝑ benignitate. Tibul. Gratia magna ioui vetuit pater ipse valere. Aliqñ pro causa seu respectu. Sal. Rē oēm aperit cuius gratia mitte bantur. Aliqñ ꝑ virtute seu efficacia: vt frequenter apud Ambro. Habere aūt gratias vel agere vel refer re. vide in dictione ago.

¶ Gratus qui gratiā pro beneficio refert: vel saltem memor est accepti bñficii. Cuius cōtrariū est ingra tus: a quib⁹ gratitudo ⁊ ingratitudo. Grate ⁊ ingra te aduerbia ⁊ gratis ⁊ ingratis. Accipit etiā gratus pro leto: et ingratus ꝑ tristi. Uir. li. vij. Et cineri in grato suprema ferebāt. Et gratus ꝑ spontaneo. et in gratus ꝑ inuito ⁊ coacto legitur.

¶ Gratiosus valde gratus. Nā plenū gratia signifi cat: ⁊ is qui habet gratiā. i. qui in populo accept⁹ est. Ci. li. iij. offi. Cū pithius vt argentarius q̄ esset apud omnes ordines gratiosus. i. habens multā ingratia₃. Idem Lentulo. Uehementer confidit his nostris lit teris apud te gratiosum fore. i. valde gratum. Gelli⁹ accipit gratiosum tam pro eo qui gratias adhibet q̄ qui admittit.

¶ Gratis aduerbium significat sine pmio: sine me rito: q̄d vulgo dicit̄ per gratiā. Ter. in gen. Quia fra ter meus est: nō seruiet mihi gratis. Amb. In diui nis scripturis reus scribitur qui non studuerit dare gratis q̄d ipse gratis acceperit. Alias significat spō te. Aug. li. 4. conf. Quoꝝ exēpli gratia quedā gratis posui: vel in ipso substantię genere innumerabilia re periūt. Sic ingratis inuite nō vltro: q̄ vltronea gra ta sūt. Ingrata q̄ ab inuitis ⁊ recusantib⁹ fiūt. Plau. in Am. Hęc heri imodestia coegit me qui hoc noctis ingratis excitauit. Ter. in Eu. Opus faciā vt defati ger vsq₃ ingratis vt dormiā.

¶ Gratuitus a. um. pe. pro. q̄d datur gratis. i. sine p̄ mio: ⁊ q̄d non est mercenariū. Ci. li. i. de legib⁹. Quid liberalitas gratuita ne est: an mercenaria? si sine pr̄ mio benigna ē gratuita: si cū mercede ɔducta. Aug. Gratuitam nobis impendit deus dilectionē quibus gratis vnigeniti sui misit redemptionē. Hinc fit ad uerbium gratuito. Sue. in Cęsare. Omnibus vero circa eum atq₃ etiam parte magna senatus gratuito: aut leui fœnore obstrictis.

¶ Grates numero tm̄ plurali ⁊ in hac tm̄ terminatio ne pro gratijs quę referri debent pro accepto benefi cio. Uir. Grates persoluere dignas Non opis est no stre Dido.

¶ Gratificor: rem gratam facio: cōsentio: complaceo Cice. Lentulo. Quod pōpeio se gratificari putant. Differunt tn̄ gratificari ⁊ gratū facere: q̄ gratificari in se cōtineat quiddam maius. Est em̄ beneficum esse Uñ dicimus deum gratificari hoībus: quasi sit bene ficia conferre. Gratum vero facere sit obsequi ⁊ inser uire. Cicer. Si hunc iuueris gratissimum mihi feceris. Hinc gratificus.

¶ Grator aris. dijs gratias ago: ⁊ q̄si supplico. Oui. li. iij. de fas. Quisquis ades: castęq₃ colis penetralia vestę. Gratare iliacis: thuraq₃ pone focis. Interdu₃ gratari est gaudere de bono ꝓprio: vt apud eundem libro. viij. meta. O superi totoq₃ libens mihi pectore grator. Quandoq₃ etiā est lętari de bono alterius. Uirg. Inueni germana viam gratare sorori. Liui. li. vij. Tum sequētes currū Iouis optimi maximi tēplū gratantes ouantesq₃ adire.

¶ Gratulari cū datiuo proprie est dijs siue hoībus q̄ nobis benefici fuerūt in successu aut nostro aut alioꝝ cum laudibus festiuitatem ostendere. Oritur em̄ ex letitia gratulatio vt ex dolore querimonia. Lact. lib. vi. Nihil est q̄ sibi aliquis gratulet̄ si has inanes vir tutes adeptus est. Ennius in Hecuba. Iuppiter ti bi sūme tandē male re gesta gratulor. Interdum pr̄ termittitur datiuus cū fuerit pronomen. Ouid. Pri sca iuuent alios ego me nūc deniq₃ natum Gratulor. vbi intelligitur mihi. Quintil. Gratulemur ta₃ q̄ nul la ciuitas laborat: subintelligitur nobis. Gratulari etiā est gratias agere siue supplicare. Liui. Triūphā tes in capitoliū ascendebant ioui optimo maximo cę terisq₃ dijs gratulaturi. Nec mirū si gratulaturi dijs dicimus quasi ostēdere nos illis ɔgaudere cū salu tare etiā eos dicamus: quasi salutē illis optare quod nō dijs sed hoībus ɔuenit. Uñ dicimus: salue sancta parens. Gratulari cū actō est grat⁹ habere. Ter. in Eu. Salutāt: ad cœnā vocant: aduentūq₃ gratulantur Plau. in Cap. Ubi quisq₃ videt eunt obuiam gratula turq₃ eam rem. i. gratiam habent. Huius compositū est Congratulor.

¶ Graue suapte natura significat ponderosū: vt gra ue saxū: q̄d nos cū molestia grauat in ferendo. Uirg. Uomis ⁊ inflexi primū graue robur aratri. Et ꝑ trāsf lationē dicit̄ morbus grauis: senectus grauis. i. mo lesta: q̄m qui molestiam ex senectute morbo cęterisq₃ hōi sentiūt: quasi onere intolerabili premunt̄: quod cupide velut graue onus a se vellent deponere. Cic. in Cato. Ne nunq̄ senectutē tibi grauē esse senserim Itaq₃ vnus modus est q̄ corpori aut aīo molesta sunt ea grauia appellare eo q̄ molestia a mole. id ē a re ma gna vocata est. Alter modus est: q̄ quēadmodū gra uia ⁊ grandia saxa nō facile loco mouētur: sed ad oēm temporum mutabilitatē herent: ita hoīes cōstantes ac sapientia prędíti merito graues dicunt̄: qui nec p̄ cibus: nec minis ab ęquo dimouentur: vt hi faciunt quos leues vocamus: qui in similitudinem palee ad omnem auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmi tate ac cōstantia animi ac in vultu: moribus: verbis rebus agendis quedā seueritas. Aliquādo pro mole stia ⁊ magnitudine: vt grauitas odoris: grauitas do loris: grauitas somni. Uarijs alijs modis dicit̄ gra ue: sed ad hos reduci possunt. Na₃ ponitur pro perni cioso: acerbo: nocēte. Ci. lib. iij. offi. Magnū illud bel lum ⁊ graue aduersariū imperij sustulissent. Idem. fa cilius ⁊ in morbos incidunt adolescentes: ⁊ grauius ęgrotāt. Pro forti ⁊ robusto. Uir. li. v. Prima pares ineunt grauib⁹ certamina remis. Pro grādęuo. Idē. Hic grauis entellus dictis castigat acestē. Pro vtili solido: firmo: ɔstante. Cice. lib. i. offi. Ut tam sint alia grauiora atq₃ meliora tn̄ nos studia nostra naturę re gula metimur. Pro tristi. Uirgilius lib. viij Grauior ne nuncius aures Uulneret. Pro sapienti cum aucto ritate. Cice. in Horten. Quid em̄ aut Herodoto dul cius aut Tucydide grauius. Pro ponderoso. Uñ gra ue æs dicitur: quia deni asses singula pondo efficie bant. Pro necessario. Lucili. libro. xxviij. Habeasq₃ animo mihi admodum causam grauem fore: quæ me ab vllo commodo abducat tuo. Pro pleno. Uirgilius Tum pietate grauem ac meritis si forte virum: que₃ Conspexere silent. Pro fœcundo et frugifero.

Idem. Quid labor aut bene facta iuuant: quid vomere terras Inuertisse grauis? Pro multo. Varro. Ubi graues pascantur atq; alant pauonũ greges. Sal. li. iij. histo. Cœpit per oẽm prouinciam graue pretium fructibus esse. Pro amaro. Varro. in quinquatribus. Absynthium vt bibã graue ꝛ castoreum. A grauis fit aduerbium grauiter ꝛ graue.

¶ Grauiter significat mestũ. Cecil. Placere hoc cepit grauiter. Cice. Nec vero audiendi grauiter qui inimicis irascendũ putant. Virg. Grauiter spirantis copia tymbre. Aliquando significat aspere male. Idem. Graue olentis auerni. Aliquando moleste. Cicero. Grauiter ꝛ iniquo animo tuli. Aliqñ sapienter. Idem Si quid prudenter si quid grauiter factũ est. hoc est non leuiter ac insipienter: sed mature sapienterq;.

¶ Grauedo põderositas: qñq; sumit̃ ꝓ morbo seu humore: qui ex capite distillat: nares claudit: vocẽ obtũdit: tussim siccam mouet: sicuti docet Celsus lib. iiij. Catul. Sentire cesso q̃ grauedinem ꝛ tussim. Plaut. in Asi. Quod illa haud simulet quasi grauedo ꝓfluat Hoc ne sic faciat tu labellũ abstergas. Greci corizas vocant. Hippocrates distillationes oẽs ꝛ grauedinẽ nominat coryzas.

¶ Grauedinosus nõ solũ qui grauedine infestatur: sz etiam qui ad eum morbum est procliuior. Cic. lib. iiij. tus. Itaq; dicimus quosdam grauedinosos quosdam terminosos: nõ quia iam sint sed q2 sepe sint. Plyn. appellat Eruũ grauedinosũ quod bobus in pabulo grauedinem facit.

¶ Graueolentia malus odor. Ply. Et oris graueolentiam tollit.

¶ Grauo as. premo: onero: molesto. Virg. Nec me labor iste grauabit. Huius cõposita: Aggrauo qđ ẽ super seu plus grauo. Col. li. ij. Tũ etiã ratio rustici aggrauatur exiguo ꝓfectu operis. Degrauo deorsum grauo. Idem lib. i. Et qđ prius extructũ iminebit cedenti paulatim degrauatũ pondere suo preceps attrahetur. Vir. li. iij. Degrauat ætna caput Cypri. Quomõ cœlũ petunt ꝛ ad sublimia ꝛ alta conscendũt q̃ terrenis cupiditatibus degrauant̃. Ingrauo intus seu valde grauo. Hiero. in Exo. Ingrauatũ est cor pharaonis. Pregrauo valde grauo. Idẽ ad Marcellam. Quapropter moneo vt dũ mũdi huius viã currimus nõ duabus tunicis: nõ calciamẽtoꝝ pellib9 pregrauemur. Et hec oĩa habent pen. cor.

¶ Grauate aduerbium significat cum labore siue cuz molestia.

¶ Grauesco is. grauis ꝛ oneratus fio. Vir. li. ij. geor. Nec minus interea fœtu nemus omẽ grauescit. i. oneratur. Hinc aggrauesco magis grauis fio. Terẽ. in hecy. Male metuo ne philomene magis morbus aggrauescat. Ingrauesco eiusdẽ significationis est. Augu. lib. ij. ci. dei. Nam ingrauescente pestilẽtia ludi scenici Rome primitus instituti sunt.

¶ Grauida mulier. q̃ iaz ꝯcepto fœtu grauatur. Pregnans: q̃ iam occupata est in generando qđ ꝯceperit Aug. Quo modo fiet istud vt vtero grauida sim pudico: et imunis sim a marito? Aliqñ ponit̃ pro plena. Inde Grauido as. ꝓ impleo veteres posuerunt. Cecil. Titre per mysteria hic honeste grauidauit probo Leo papa Virgo regia dauidice stirpis eligitur: que sacro grauidanda fœtu diuinã humanãq; prolẽ prius ꝯciperet mẽte q̃ corpore. Et inciens propinqua partui incitatus sit fœtus eius.

¶ Grauastellus senior. Plau. Quis est grauastellus iste qui aduenit? Ut puto a grauitate dictus.

¶ Grex differt ab armento q̃ grex minoruz animaliũ sit ꝯgregatio: vt ouiũ: porcorum: caprarum. Armentum maiorũ: vt camelorũ: boum: equorum. Hiero. in Deutero. Habuerisq; armenta boum ꝛ ouiũ greges. Ouid. Mille greges illi totidẽq; armẽta per herbas pascebant. Virg. Hec satis armentis superat pars altera cure. Lanigeros agitare greges hirtasq; capellas. Inuenitur tamen quandoq; grex de maiorib9 dici. s. bobus. Virg. Aut aliquã in magno sequitur grege. Tamen ad distinctionẽ addidit magno: sicut Hora. adiecit mugientium. Aut in reducta valle mugiẽtium prospectat errantes greges: Quasi grex generalius nomen sit: armentum specialius. Et illud sine apposito de pecoribus minutis intelligatur: cũ apposito possit etiam ad maiora transferri. Cicero. Fudit apothecas: cecidit greges armentorũ. Col. li. i. Nec absint greges armentoꝝ ceterorũq; quadrupedũ culta ꝛ dumeta pascentium. Dicitur et grex de auibus. Aug. libr. xij. ciui. dei. Alias vero greges instituerit que cõgregate atq; in gregibus malint viuere: vt sũt columbæ: sturni: cerui: damule: ꝛ cætera huiusmodi. Etiam bonorum vel malorum hominum dicitur grex Cice. In his bonis gregibus omnes aleatores: omnes impuri impudiciq; versantur. Et est tam fœm: q̃ mas. generis.

¶ Gregarius: ex grege vulgaris. Unde gregarius miles dicitur non electus: sed tumultuarie vndecũq; collectus. Sallust. Deinde multi memores Syllanæ victorie: q̃ ex gregariis militibus alios senatores videbant alios ita diuites: vt regio victu atq; cultu vitam agerent. Col. lib. vij. Gregariorũq; pastoꝝ velut minutum pꝛofessionis sue disciplinam constantissime repudiasse.

¶ Grego as. de quo Priscian9. Sunt ꝛ alie deriuationes diuersas terminationes habentes tam a nominibus q̃ a verbis nascentium verborum. vt a greco grecisso ꝛ grecor: a grege grego: a Philosopho philosophor. Huius tamen composita magis in vsu sunt: vt abgrego: quod est deduco. Aggrego associo: adiũgo Lactantius libro quarto. Si nobis credendum esse non putant: credant Homero qui summũ illum Iouẽ demonibus aggregauit: Congrego. Idem in eodez. Aliumq; sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Segrego seorsum pono: diuido. Fest. Segregare est ex pluribus gregibus partes seducere. Et hec oĩa habent pe. cor.

¶ Gregalis ꝛ hoc gregale: quod in grege viuit. Var. lib. ij. de re rust. Equi boni futuri signa sunt si cũ gregalibus in pabulo contendit in currendo aliave quare quo potior sit.

¶ Gregatim per diuersos greges. Varro. Merula q̃ mera. i. sola volitet. Cõtra ab eo graculi: q̃ gregatiz

¶ Gressus a. um. participiũ a gradior. Gressus us incessum: ambulatio: vt Gressus meos dirige.

¶ Gressibile qđ est aptũ ad gradienduz: vt homo est gressibilis.

¶ Gressutus a. um. pen. pro. idẽ quod gressibile: non quod magnos habet pedes: vt quidam autumant. nã August. in dialec. sic scribit. Socrates ꝛ homo est et gressutum.

¶ Gressus a. um. nomẽ est quãtitatẽ significans. Cuius dimi. est Gressulus.

¶ Grossi tantũ pluraliter dicunt ficus anteꝗ̃ maturescant. Alii dicũt grossos esse ficus qui nõ maturescũt Primitiuæ ficus quæ præcoces seu pręcoques ⁊ a neotericis Flores appellant: apud gręcos prodromos vocant. Col. lib. iii. Si voles ficum cuiuis natura feram facere cũ grossuli minuti erunt fructũ decutito.

¶ Grossipion siue xylon seu grossapinus frutex est ex superiori parte ægypti quę in arabiã vergitur allat⁹ nunc etiã a quibusdã locis italię nascens: ex quo lina fiunt quæ grossipina siue xylina seu grossapina dicuntur: paruulus est: similemq̃ barbarę nuci defert fructum plenũ lanugine nec vllum genus lini in candore mollitiave pręfert huic. Iurisconsulti inter lanas potius cõnumerant: dicuntq̃ lanam lineã a græcis appellari. Ex his fiunt vestes candidissimę ac subtilissimæ quę vulgo bombycinę dicunt: cũ xylinæ seu grossipinæ grossumpinæue appellari debeant. Quidã huiusmodi linum coronũ vocant: frutices id ferẽtes quibusdam in locis folia habent vitiũ similia nisi ꝙ minora sunt feruntq̃ cotonei mali similitudinẽ ⁊ cucurbitas quę maturitate ruptę lanuginis pilas emittunt.

¶ Grues aues minimę solitiuagę quę nõ se segregant siue cũ volant: siue pascunt. Et a sono vocis dictę excubias nocte diuidunt: capite subter alam condito dormiunt alternis pedibus insistentes. Volantes aũt ordine quodã y litterã faciunt id quod Palamedem deprendisse legimus. Hie. ad Rusticũ. Grues vnã sequũtur ordine litterato. Mar. Turbabis versus nec littera tota manebit. Unam perdideris si palamedis auẽ. De natura huius auis Ambr. libr. i. Hexa. sic habet: Grues intuitu ⁊ voluntario vsu in nocte solicitã exercent custodiã dispositos vigiles seruant ⁊ cæteris cõsortibus generis quiescẽtibus alię circũeunt ⁊ explorant ne qua ex parte insidiæ tentent atq̃ deferunt impigram suo vigore tutelam: post vbi vigiliarũ fuerit tempus impletũ perfuncta munere in somnũ se præmisso clangore cõponit: vt excitet dormientẽ cui vicẽ muneris traditura est. At illa volans suscipit sortem nec vsu nostro inuita ⁊ pigrior somno renũciat sed impigre suis excutit e stratis: vicem exequitur ⁊ quã accepit gratiam pari custodia atq̃ officio repręsentat. Ideo nulla discretio quia deuotio naturalis idem tuta custodia quia voluntas libera. Hunc etiã volãtes ordinẽ seruant: et hac moderatione omnẽ laborẽ alleuiant vt per vices fungant ductus sui munere. Pręcedit enim vna ⁊ pręcurrit cæteris deinde conuertit ⁊ sequenti sortẽ ducendi agminis cedit.

¶ Gruo is. grui. Fi. ftus. Gruere dicuntur grues vt Sues grunnire. Hinc cõgruo pro cõuenio cõcordo. Teren. in Heau. Concede hinc domũ ne nos cõgruere sentiant. i. cõcordare. Hinc congruũ ⁊ Ingruo is. de quo alibi.

¶ Grumus terrę collectio: minor tumulo Apud Col. dicitur cliuulus. Unde libr. ii. ait. Grumos quos aduersurã plærunq̃ tractę crates faciunt: despicimus ita necubi ferramentũ fœnisecis possit offendere. Cuius diminutiuũ est grumulus. Ply. lib. xix. Quidã et alium vlpicũ in plano seri vetant: castellatimq̃ grumulis imponi distãtibus inter se pedes ternos.

¶ Grumma mę: mensura quędã qua fixa viæ ad lineã dirigunt vt est agrimensorꝫ ⁊ similiũ. Hinc degrumor aris. pro dirigo. Lucil. Viamq̃ degrumaris vt in castris mensor facit olim. Et exgrumor vnde exgrumantes apud Varronẽ legitur lib. iii. de re rust. quod est de mensura et recta via excedentes vel grumos eruentes.

¶ Grumæ dicunt loca media inter q̃ directe quattuor conueniunt vię.

¶ Grunnio is. grũniui ⁊ grũnii itum. propriũ est vocis porcorũ. Cic. lib. v. Tus. Aut grũnit cum mactat sus. Iuue. Et cũ remigibus grũnisse elpenora porcis Hinc grunnitus tus.

¶ Grundire veteres dicebant qđ nos grũnire dicim⁹ Clau. lib. annaliũ. xv. Grundibat grauiter pecus suillum. Hinc grundules lares dictos accepimus quos Romulos cõstituisse dr: in honorẽ scrophæ quæ xxx. pepererat porcos. Casius hemina. Sus parit porcos triginta cuius rei fanũ fecerunt. Laribus grũdulib⁹.

¶ Gryllus animal est magnitudine cicadæ corpore longiore genus est locustę vndiq̃ per orbem terrarũ pernicies agris pręterꝗ̃ in parthia Parthi gryllos comedunt vt testat. Hier. contra Iouĩ Dictus gryllus a sono vocis. Suidas. γρυλλοσ ξενοφωντοσ του σωκρατικου υιοσ γρυλλοσ και λιολωροσ και γρυλλοσ οχοιροσ. Huic magnã auctoritatẽ perhibent. Nigidius magisq̃ꝗ̃ retro ambulet: terram terebret: noctibus stridat.

¶ Grypes qui ⁊ gryphones animalia pennata ⁊ quadrupedia: omni ex parte leones sunt: alis ⁊ facie aquilis similes equis vehemẽter infestæ. Nascunt in hyperboreis montibus. Et potest declinari grypes is. Et gryps ⁊ grypus. Hier. in Leui. Aquilam ⁊ grypũ Griphi vero vt Gellius inquit ænigmata sunt. Gryphon enim gręci insolubile dicunt.

¶ Gryphi a græcis dicunt nare curui. Quo nõie dictus est filius Demetrii vt auctor est Iustinus.

¶ Gryppos dr sermo implicitus. Gel. Aliosq̃ id genus gryppos neminẽ posse dicens nisi se dissoluere.

¶ Grypus per simplex p. nasus aduncus gibbus seu aquilinus a gryphis similitudine deductũ nomẽ. Gręci γρυπεσ. nos gryphes dicimus.

G ante V

¶ Gula anterior pars colli qua cibus atq̃ potus deuoratur. Nam collũ tam ceruicẽ posteriorẽ: ꝗ̃ gulam anteriorẽ habet. Et gula cum ossibus intelligit. Sal. Laqueo gulam fregere. Aliqñ accipit Gula pro gulæ vitio. Iuue. Dũ gula sęuit. Hinc fiunt gulosus a. um. quod est deditus gulę vitio. Degulo as. de quo alibi. Et ingluuies.

¶ Gulioce nucum iuglandiũ summa ⁊ viridantia putamina.

¶ Gummi ⁊ gummis gñe fœmi. Col. Nostrorũ temporum agricolę existimarũt noua dolia liquida gummi perluere. Idem. Multi cũ semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerunt vna in perpetuũ gummitione contenti sunt. Unde gummitio. Col. lib. vltimo. Quã gręci κομμωσιν. Est aũt gummi lachryma arborũ quę est quasi gutta. Hinc gummatę arbores dicunt quæ gummi producũt. Palludius. In cerasis hoc seruandum est ⁊ in oĩbus gummatis. vt tunc inserant qñ his vel nõ est vel nõ desinit gummen effluere.

¶ Gurges itis. locus ĩ flumine ꝓfundus: in quo aqua vertitur. Et oĩs aquarum cõgeries dr gurges: licet quandoq̃ per tapinosim ponat pro mari. Verg. Nantes in gurgite vasto.

¶ Gurgito tas. penultima. cor. deuoro impleo. Hinc

fiunt composita Egurgito as. & Ingurgito as.

¶ Gurgulio proprie pars gutturis a naribus ad pulmonem constans cartilagine & carne per quã spiritus meat ac remeat. Et hec spiritalis fistula dr. Rursus gurgulio vermis quidã qui in horreis nascens frumẽtum absumit: sic dictus ꝙ totus sit guttur. Verg. Populat ingentẽ farris aceruũ Gurgulium.

¶ Gurgustiũ & diminutiuũ gurgustiolũ genus habitationis angustũ a gurgulione verme sic dictũ. Seruius docet Gurgustiũ esse obscurã & latentẽ tabernã. Cic. in Pisonem. Nescio quo e gurgustio te prodis. Amb. lib. Hexa. Nonne quo splendidior foris species loci eius effulgeat: hoc horrendis desuper cœnę gurgustium eius intus obscurius fit. Apul. Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas petosis contentus lare paruulo.

¶ Gustus us. Unus ex quinq; sensibus corporis.

¶ Gusto as. quid significet declaraẽ ex psalmo c.xxxiii. Gustate & videte quoniã suauis est dñs. Lactan. li. ii. Id aũt preceptũ fuit vt ex arbore vna q̃ fuerat in medio paradisi nõ gustaret. Hinc Gustatus tus. Cic. in Cato. Aqua oriens vna se ostendit quæ & succo terræ et calore solis augescens. primo est peracerba gustatu. Huius cõposita sunt Degusto qđ est multũ bene gusto. Sal. Inde cum post execrationẽ oẽs degustassent: sicut in sacris solennibus fieri cõsueuit aperuisse consiliũ suũ. Pregusto ante gusto. Hier. in Exo. Carnem q̃ a bestiis fuerit pregustata nõ comedetis.

¶ Guttus poculi genus quo in sacrificiis vtebantur. Ply. lib. xvi. Curius iurauit se ex prẽda nihil attigisse preter guttũ phaginũ quo sacrificaret. Vel in qđ oleũ mittitur: dictus ꝙ guttã mittat. Nã eo vsi sunt Romani in balneis ad vngenda eorũ corpora post lauationem. Gel. Puerũ iubet Taurus oleum in ollam inderere. Erat is puer genere atticus festiuissimus ętatis & gentis argutiis scatens. guttum famiũ ore tenus imprudens inanẽ tanq; inesset oleum affert: conuertitq; eum: & vt solutũ est circũegit per omnẽ partẽ ollę manu nullũ inde ibat oleum. Potest etiã dici vas in quo odorifera vnguenta seruanẽ: ꝙ inde guttatim sumantur. Seren⁹ p vase vinario sumpsit cũ ait. Siue meri guttus seu frigoris efficit aura. Var. de origi. Ut vinum minutatim funderet a guttis guttũ appellarunt Huius diminu. est guttulus. Plau. Ut guttulam hauriret ex guttulo.

¶ Gutta minima pars aquę vel alterius materię liquidæ hoc est stilla. Cuius dimi. est guttula.

¶ Guttatim per singulas guttas. Plau. Aedepol cor miserũ meũ quidẽ guttatim cõtabescit quasi in aquaz indideris salem.

¶ Gutturnium: vas ex quo aqua guttatim in manus datur: ab eo ꝙ ꝓpter angustias guttatim fluat.

¶ Guttur: accipiẽ pro ea parte q̃ est a faucibus ad iugulum: siue exterior siue interior sit. Unde Ply. Guttur homini tantum & suibus intumescit aquarũ quæ potantur plerunq; vitio. Vergilius. in Geor. Et lętę pecudes et ouantes gutture corui. Plautus in Aul. masculino genere posuit pro ano cum inquit. Etiam ne obturat inferiorem gutturem: ne quid animę emittat dormiens.

¶ Gutturosi dicunẽ quorũ guttur tanq; spongia quadam intumescit: ita vt hoc malum nõ morbus sed vitium sit. Ulp. de ędilitio edicto. Si quis natura gutturosus sit: aut oculos eminẽtes habeat.

G ante Y.

¶ Gyges nomen viri proprium qui cœli & terrę filius fingitur. Alius fuit Lydię rex. Quo etiã noĩe dict⁹ est lydię fluuius.

¶ Gygeus cũ diph. lacus lydię. Proper. Lydia gygeo tincta puella lacu.

¶ Gymnos latine nudus dicit. Inde fiunt Gymnesię et Aphrosiades insulę in mari illyrico: quas baleares vocant.

¶ Gymnastes: preceptor exercitiorũ pueros exercẽs

¶ Gymnasiũ exercitiũ. Unde & poniẽ pro loco in quo palęstritę exercebanẽ nudi & oleo vncti. Nam γυμνος latine nudũ significat. Vel dicit gymnasiũ a γυμναζω exerceo. Unde gymnastica appellaẽ disciplina exercitationis. Arist. li. viii. politi. monet adolescẽtes gymnasticę tradendos esse vt ita fiant exercitatiores firmioresq;. Uerum postea gymnasiũ pro ludo litterario et pro omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis sumi cœpit: cũ philosophi gymnasia tenuerint et in illis disputauerint q̃ & scholę & diatribę vocitatæ sunt. Unde apd rhetores pgymnasmata ꝑexercitamẽta dicunẽ. i. exercitatiões quędã in dicẽdo: anteq; ad veras actiones descendant Aphthonius in rhetoricis συριεω αρχη του ρητορος προγυμνασματα.

¶ Gymnastica ars seu doctrina qua pueri exercenẽ. Unde Arist. precipit lib. viii. poli. adolescẽtes gymnasticę & pedotriuicę esse tradendos. Plau. lib. vii. de legi. Gymnasticę noĩe exercitationes oẽs bellicas contineri docet: eamq; diuidit in saltationẽ & luctationẽ.

¶ Gymnasiarches: gymnasii siue exercitationis principes: & ludi magister.

¶ Gymnosophistę nudi sapiẽtes philosophi indorum sic dicti ꝙ nudi incederẽt. Nã σοφισης sapiens dicit. Aug. lib. xiiii. ciui. dei. Cũ quidã nudi philosophenẽ vnde gymnosophistę nominanẽ. Et lib. xv. Indorum gymnosophistę qui nudi perhibenẽ philosophari in solitudinibus Indię a generando se cohibent. Hieron. contra Ioui. Apud gymnosophistas indię quasi per manus huius opinionis auctoritas tradiẽ ꝙ Buddã principẽ dogmatis eorũ e latere suo virgo generarit. Hi ab exortu ad occasum perstare dicunẽ solem contuentes immobilibus oculis feruẽtibus harenis toto die alternis pedibus insistẽtes. Hi frigora niuium et ęstus flammę citra dolorẽ perferunt. Fertur Alexãdrũ macedonẽ ad eos accessisse dixisseq;: petite quod cunq; vultis. Qui responderũt da nobis immortalitatem quã pre cęteris optamus. Quibus ille ait. Cum ego sim mortalis immortalitatẽ nemini prestare possum. Si ergo inquiũt mortalem te esse cognoscis: cur nõ contentus patriis sedibus orbus infestus totũ orbem subiicere conaris. Suidas γυμνοσοφισαι παρα βαβυλωνιοισ φιλοσοφοι και παρα ασσυριοισ.

¶ Gymnici ludi dicti sunt quia in his se nudi atq; vncti exercebant: in athleticis & palęstricis certaminib⁹. Nero edidit certamen gymnicum.

¶ Gyne γυνη apud grecos et mulieres et vxores significat.

¶ Gynœcium: locus secretior in ędibus vbi solę mulieres habitãt: qui & grece γυναικωνα mulierib⁹ quas greci γυναικας vocant. Plau. in Mil. Dare volt vxorem filio q̃tum potest ad eam rem facere volt nouum gynœcium. Dicitur & hec gynœcõitis ni syllaba pro

mulierū: vt ita dicā: senatulus ꝛ in domo pars: vt apd̄ Victru. Probus Aemylius. Nec sedet nisi interiore parte ædiū quę gynæconitis dr̄ ἀπὸ τοῦ οἴκω habito. Unde οἶκος dr̄ domus a quo ęconomus administrator rei familiaris: ꝛ œconomica q̄ ad rem domesticam pertinēt. Oeconomia administratio. Oeconomo villicor. Andronitis vero locus vbi viri frequenter in domo sunt.

¶ Gypsus: genus cretæ q̄ facile conglutinaṫ ꝛ induresscit quo tectoria parietibus inducunṫ: ꝛ facile formantur signa. Unde ꝛ pro ipso signo quandoq̧ poniṫ Juuena. Quāq̄ plena oīa gypso Chrysippi inuenias. Multis in locis ex lapide coquiṫ: alibi e terra foditur vt in cypro. Hinc formantur gypseus a.um. quod ex gypso est. Gypsatus a.um. quod est gypso infectū vel gypso tectum.

¶ Gypso as. gypso inficio seu tego. Tibul. Nota loquor regnū ipse tenet quem sępe coegit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Et gypsare est gypso obturare. Col. Cum deinde modice aruerunt in vasa noua sine pice operculata ꝛ gypsata sicco loco reponito. Rursus gypsare est medicaminibus perfundere. Unde Cice. Trebatio scribit medęam gypsatis manibus fuisse.

¶ Gyrus latine circulus vel ambitus dici potest.

¶ Gyro as. circūdo. Uñ regyro pen. pro. qd̄ est retro gyro. Var. Quidā quę nō solum a lateribus per fenestras sed etiā subtus a solo ventus regyrare possit.

¶ Gytheū: oppidū qd̄ Hercules ꝛ Apollo depositis eo loci simultatibus cōmuni opere cōdiderūt. De hoc Liui. in Mace. bello. Gytheū inquit olim maritimarum rerū lacedæmoniis receptaculū. Hinc Gytheates dicti sunt in eo habitantes.

De littera H



Non potest esse finalis in syllaba præter ah ꝛ vah interiectiones: sed per apocopē dicta sunt: cum completa sint: aha ꝛ vaha: vel qr absꝯdita voce solent proferri interiectiones. Jungitur autem vocalibus oībus ꝛ quattuor consonātibus scꝫ C. vt Chremes. P vt Philippus. R vt Pyrrhus. T vt Thraso: ꝛ hoc vt valentius sonet dictio.

H ante A.

¶ Habeo es. ui. itū. in vsitatiori significatione. Plau in Aul. Virginē habeo grandē: dote cassam atq̧ illocabilem. Et hæc eius propria significatio qd̄ græci dicunt ἔχειν. Per translationē poniṫ habere pro tenere. Sal. Tale periculū reip. haud occultū habuit. Pro facere. Idem. Igitur comitiis habitis consules declaranṫ. M. Tullius ꝛ C. Antonius. Pro Tollerare Idem. Neq̧ cuiq̄ mortaliū iniuriæ suę paruę videnṫ multi eas grauius æquo habuere. Pro possidere tenere occupare. Teren. in An. At mihi vnus scrupulus etiā restat qui me habet male. Salu. in Jugur. Animus incorruptus ęternus rector humani gn̄is agit atq̧ habet cuncta nec ipse habetur. Verg. Hostis habet muros. Pro Credere Existimare. Teren. in An. Semper eius dicta atq̧ habita est soror. Pro dicere. Sal. Laresium hispaniæ ciuitatē quā nunc tyrii mutatio nomie Gradirim habent. Pro habitare. Plau. in Tri. Hę sunt ędes: hic habet. Sal. Credo falsa existimās ea q̄ de inferis memoranṫ diuerso itinere malos a bonis loca tetra occulta fœdaq̧ atq̧ formidolosa habere. Pro intelligere. Quod enī tenemus corpore: habemus quoq̧ item animo. Ter. in Heau. Habet oēm rem: pergam quo cœpi hoc iter. Solet in hac significatione in extremo materię eleganter poni. Ci. Hęc habui de amicitia quæ dicerē. Pro accipere. Idem in Eun. Hic pro illo tibi munere honos est habitus ab eo. Pro scire. Salu. Prorsus neq̧ dicere neq̧ facere quicq̄ pensi habebat. Pro deludere decipere. Plaut. in Amph. Is aduenientis seruū ac dominū frustra habet. Pro tractare. Ter. i Hecy. Nūq̄ secus habui illā acsi ex me nata esset. Pro valere ꝛ incolumē eē in tertia psona qñq̧ sine supposito: vt bñ seu male habꝫ. i. bñ vel male se res habet. hoc ē bene seu male res se sustentant: male se habet hoc est ægrotat aut bene vel male procedit res. Lactan. lib. vii. Bene habet iacta sunt fundamenta vt ait eximius orator. Liui. lib. viii. Bene habet inquit quirites: vicit disciplina militaris. Res male habet me. i. male sollicitat afficit. Si res ita sese haberent quomō se ꝛ remp. habuerint. i. gubernauerint ꝛ gesserint. Male vel bene a te habitus sum. i. acceptus siue tractatus sum. Ci. Tullia nostra valet Terentia minus belle habuit. i. minus bene valuit. Item habet per se positū significat percussus est: vt Donatus inquit. Et proprie de gladiatoribus diciṫ: qꝛ prius alii videant q̄ illi sentiant se percussos esse. Teren. in And. Certe captus est habet. Idem in diuersis locis idem verbū varie accepit. Unde. Orationem habuit huiusmodi. i. sic elocutus est. Sat habeo id est sufficit. Nunquid habes qd̄ contēnas: id est nūquid inuenisti. Qñq̧ habere est seruare detinere: vt est illud Salustii. In custodiis haberenṫ. Quandoq̧ prębere exhibere: vt apud eundē in Ciceronē. Ita largitionibus corruptus est: vt sese ac fortunas suas venales habeat. Quandoq̧ Debere: vt cū dicimus habeo tibi gratiā. Habere iter est proficisci. Habere verba est loqui. habere fidem verbis est credere. Teren. in Andria. Nam propemodū habeo tibi iam fideꝫ. Et in heauton. Seni nostro fidei nihil habeo. Habere rationem salutis honoris rei familiaris: est habere respectum. Sed si cū ablī̄o construaṫ mediante cū vt habet rationē cum terra idem est acsi diceret habet negociū ꝛ commerciū. Ci. in Cato. Rem habet cū terra quę nunq̄ recusat imperiū. Idem in Tuscu. Quis est hominū qui modo cū musis. i. cū humanitate ꝛ doctrina habet aliquod cōmerciū qui se nō hunc mathematicum malit q̄ illū tyrannū. Et ad Atticū. Cum oībus musis rationē habere cogito. Habere rem est coire. Habere rem cū aduersario est litigare. Habeo conuenire. habeo polliceri. habeo audire. Pro conueniendum est mihi: pollicendū: audiendū. Cicero Lentul. Tantū habeo polliceri. Idem in Cato. Neq̧ eos: solum cōuenire habeo quos vidi: sed etiā quos audiui et legi. Et lib. de orat. Audire habeo quid hic sentiat Quidam tamen nō contēnendę auctoritatis interpretantur. Habeo polliceri. id est debeo siue possum polliceri Habeo conuenire audire. i. decreui siue credo conuenire audire. Aspiratur hoc verbum vt differat ab Abeo abis cū suis cōpositis in quibus a versa est in i nisi in dehabeo: ꝛ posthabeo. Huius verbi compo

sita sunt Adhibeo Cohibeo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Prębeo Prohibeo Perhibeo Posthabeo ꝛ Redhibeo de quibus locis suis.

¶ Habitus qualitas ꝛ forma corporis ꝛ cuiuscũq; rei Plautus. Qualis habitus oris? Col. lib. primo. Vinee nõ sic altos ꝛ lacertosos exigunt. Nã is habitus fossuris magis aptus Verg. lib. i. Geor. Cultusq; habitusq; locorũ. Accipitur etiã pro cultu corporis ꝛ vestimento. Unde habitus scænicus: habitus militaris habitus religiosus dicitur. Plau. Quis habitus iste tam prolixus. Ply. Quid ad nos lugubri habitu veneat ꝛ capillatior solito. Et habitus est qui fit ex frequẽtatis actibus: Et a philosophis diffinit̃ ꝙ sit alicuius rei siue in animo siue in corpore a natura cõcepta sed vsu corroborata ꝛ plena perfectio.

¶ Habitior apud veteres sumitur pro pinguiori.

¶ Habitudo ipse corporis habitus. Cice. lib. iiii. ad heren. nã vt corporis bonã habitudinẽ tumor imitat̃ sæpe: ita grauis oratio sępe imperitis videat̃ ea quæ turget ꝛ inflata est.

¶ Habentia a habeo sicut a sapio sapientia significat ipsum habere ꝛ diuitẽ esse. Enni. Verebat enĩ ne animos eorũ inflaret habentia.

¶ Habilis pro viribus aptus. Vergil. Nãq; humeris de more habilem suspenderat arcũ venatrix. Huius contrariũ est inhabilis ineptus: debilis infirmus: quasi parum habilis hoc est malę habitudinis. habilitas aptitudo.

¶ Habena pe. pro. retinaculũ equi: ꝙ ea equis habeatur id est retineatur.

¶ Habito as. pe. cor. De quo Ser. Habitare actõ iungitur. Atq; humiles habitare casas: quia habeo domum dicimus: vnde est habito frequentatiuũ qđ est etiã freqũter habeo. Var. hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. Cuius passiuum in tertia persona protulit. Verg. li. iii. Effuge cuncta malis habitantur mœnia grattis. Hinc habitaculũ habitatio. Cohabito. adhabito. inhabito.

¶ Habraam nomẽ viri propriũ apud hebręos.

¶ Habronicus nomẽ viri propriũ. et est gręcũ.

¶ Hactenus pe. cor. ex hac aduerbio: ꝛ tenus compositum hac fine: sine hucusq; : quasi vsq; ad finem: sicut Quatenus. Aliqñ significat intantũ siue adeo. Sue. in Nero. Cœnę quoq; tẽpore interpellatus tumultuosioribus litteris hactenus excanduit: vt malũ iis qui descissent minaretur. Cic. Domum suã cũ absolutam dedicaret hactenus comprobauit.

¶ Hadrye gręce: latine carens arboribus dicit̃. Hadros vero Huber.

¶ Hadrianus nomẽ propriũ imperatoris romani.

¶ Hadria mas. gñis pro sinu maris: seu pro ipso mari hadriatico. Luc. li. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Genere fœm. pro oppido prope Ferrariã nunc demerso ad. xxxv. lapidẽ: atri dicitur vulgo: quæ hadriatico mari nomẽ indidit. A quo fiunt hadrianus a. uz. hadriacus a. um. hadriaticus a. um. ꝛ hadriẽsis. Fuit hadria romanorũ colonia arduo in colle sita. Ex qua hadrianus imperator originẽ duxit: qui in omni doctrinæ genere pręstãtissimus fuit. Sunt tamẽ qui hoc nomen nõ aspirent.

¶ Hæbudes p. pro. insulę sunt. Solinus. A calidonię promontorio Thylem petentibus bidui nauigatio inde excipiunt hębudes quinq; numero. Et paulopost. Secundã a cõtinenti stationẽ Orcades prębent quę ab hębudibus porro sunt septẽ dierũ noctiumq; totidem cursu.

¶ Hæc plurali numero in genere neutro. de fœm. dr. Veteribus enĩ mos fuit vt neutra fœmininis iungerentur. Ter. in Eu. Hęc adornant vt lauent: cum de ancillis tardis loqueret̃. Et si cõponat̃ cum ad significat pręterea. Sal. Cognoueram paruis copiis bella gesta cũ opulentis regibus: adhęc sciẽtia belli gallos ante romanos fuisse.

¶ Hædui populi auernis finitimi trãs Ararim habitantes inter burgundos nominati.

¶ Hędus cũ diph. vt ab edo differat. dictus quasi fœdus lingua sabina vbi f in aspirationẽ vertitur. animal ex capra genitũ. Verg. Sic canibus catulos similes: sic matribus hędos Noram: vel απο των οι Δοιων id est a testiculis. Theocri. ideo cũ æ. in prin. Aliis cũ e. Manil. li. iiii. Incipient eduli tremulũ producere mentũ. Hinc fiunt diminutiua. Hędulus hędillus et hędiculus. Plau. in asi. Hagnellũ me tuũ dic esse hędillũ. Iuue. Et tyburtino veniet pinguissimus agro hædulus. Hędinus a. um. nomẽ possessiuũ: vt caro hędina: sicut ab Agno agninus.

¶ Hędilia sunt hędorũ stabula: qua ratione etiã dicũtur Caprilia ouilia porcilia: equilia ꝛ his similia: ꝙ in his ea animalia contineantur.

¶ Hędera pe. cor. sempervirens per se stare nõ potest hęret ergo arborib' hęret ꝛ muris quos sępicule rumpit: quam Theophrastus oĩm maxime viuacẽ scribit Huius tres sunt species: nigra: candida: et quę helix vocatur. Dicta hędera ꝙ hęreat semp ꝛ sequatur quicquid proximũ est: cuius per diphthongũ nõ scribatur Verg. Atq; hanc sine tẽpa circum inter victrices hęderam tibi serpere lauros. Quidã ab Edo deducunt ꝙ parietes edat atq; consumat: vel ꝙ edita. id est alta petat ꝛ sic in fine diphth. scribitur. Huius racemus corymbus dr. Hinc Hederaceus. a. um. vt corona hęderacea.

¶ Hęluolę vuę insignes sunt colore inter purpureas nigrasq; medio sępius variante: et ob id Varianę appellatę seu varię.

¶ Hæmatites pe. pro. gñs lapidis ruboris sanguinei

¶ Hæmus mons Thracię: sic dictus ab hęmo boreæ et orithyę filio. Callimachus ο μεν πεδον ηπειροιο ηνεμοσ υψηλοσ κορυφησ επι θρηικοσ αιμου.

¶ Hæmonia regio quę postea dicta est Thessalia.

¶ Hęmorrhois: latine sanguinaria dr αιμα sanguis ροισ fluor serpentis gñs pestiferũ: a fluxu sanguinis. Huius enĩ morsu sanguis oĩs e corpore fluit: nec sisti potest. Luc. Impressit dẽtes hęmorrhois aspera tullo. Dicitur etiã hęmorrhoia. Ply. Multũ serpentibus aduersatur maxime hęmorrhoię ꝛ salamãdrę. Hęmorrhois etiã genus morbi ꝙ intra sedem nascitur immaturi mori specie interim sine tuberculo scissuras habz vnde sanguis effluit interim leuis rubensq; tumor est nec sanguinẽ remittens propter qđ hęmorrhois cęca dicitur.

¶ Hæreo es. si. sum. Unde hęsito as. scribitur cũ h ad differentiã huius nois ęs ęris: qđ in ablatiuo facit ęre sine h. ꝛ huius nois hęrus: qđ in vocatiuo facit here sine diph. Et aũt hęrere propiie arctę rei insidere. Vergilius. Hęrent parietibus scalę. Et vox faucibus hęsit. Quoniã vero qui in aliqua re dubitant: nõ mouentur. Ideoq; hęrere ac suspensi esse videntur: ponitur quandoq; pro dubitare ꝛ ancipitẽ esse. Teren. in Eu.

Hęreo quid faciã. Quandoq; significat Figere. Un-
de dicimus hærere radices altius. Terent. in Adel.
Caue nunc oculos a meis oculis quoq̄ dimoueas tu
os ne mora sit si innuero iam quin pugnus in malam
continuo hæreat .i. figatur vel imprimat. Quandoq;
simpliciter sedere vel stare vel esse vt apud eundē in
Hecy. In te heret omnis culpa. Verg. lib. iiii. Multa
viri virtus animo: multusq; recursat Gentis honos:
herent infixi pectore vultus. Huius verbi composita
sunt Adhęreo adhærens sto approximo. Lactã. li. v.
Quibus postea electis oēs qui resanati fuerint adhæ-
rent religioni cuius potentiã senserunt. Cohæreo si-
mul hæreo cõiungor ꝛ cõuenio. Lactan. lib. ii. Ea enī
quę est solis colore flagrantior proxima est ꝛ coheret
orienti. Hinc coheresco. Boe. sup lib. ii. top. Hec ta-
lis sunt: vt sæpius quidē adiunctis sibi coherescant.
Inhęreo a quo inhæresco: de quibus alibi. Superhę-
reo. Unde de diuo Anastasio scribitur. Demum bullã
accipientes quę vinculis superhęserat imperatori se-
cum deuexerunt.

¶ Hęresco herens fio. infigor. Liu. li. ii. Undiq; ī vnū
hostem tela cõiiciũt: quę cũ in obiecto scuto hesissent:
neq; ille minus obstinatus ingenti pontē obtineret
gradu .i. i. infixa fuissent.

¶ Hęsito as. p. cor. frequentatiuũ. Teren. in Phor.
In eodem luto hesitas versurã solues. Hic. Aut pa-
riter in luto hesitabimus: aut pariter expediemur.
Pro dubitare accipitur illud apostolicũ. Postulet in
fide nihil hesitans.

¶ Hæres gñis cõmunis ab hereo: q qui heres est he-
ret. hoc est proximus est illi cuius est hæres. Quidam
tamen hoc nomen ab herus deriuant: q dñs fiat bo-
norum q̄ ad eum perueniunt. Sunt aũt heredes pri-
mi: ꝛ heredes secundi. Secundus heres dr qui here-
di instituto substituit vt inquit Boetius in cõment.
top. puta si ille heres nõ erit ille. heres esto. Hinc bihe-
res qui bis fact9 est heres. Coheres qui simul heres
institutus est. Exheres qui extra hereditatē est. i. qui
hereditate priuatus est. Est ꝛ heres nomē dex: cui ve
teres post acceptã hereditatẽ rem diuinã faciebant.

¶ Hereditas successio est in vniuersum ius qđ defun
ctus habebat tempore mortis: vel qđ superest dedu-
cto ęre alieno. Et apud antiquos quidē diuidebatur
in. xii. vncias: quę assis noīe cõtinetur.

¶ Hęreditarius a. um. qđ ad hæreditatē pertinet.
Hiero. in deutro. Ut habet populũ hereditariũ. Hic
bona hereditaria ꝛ successio hereditaria apud Amb.
legitur. Et morbos vocamus qui parentum vitio no
bis obtingunt.

¶ Heredipeta pen. cor. qui blanditiis muneribus et
aliis huiusmodi artibus subornant morituros vt ab
illis heredes instituantur.

¶ Hærediũ paruũ prędiũ qđ nobis ex hereditate pro
uenit. qđ Var. scribit duo iugera q a Romulo primũ
diuisa viritim heredē sequerent hærediũ appellarũt.

¶ Herediolũ cũ accentu in antepe. sigt paruũ prędiũ
quod nobis ex hereditate prouenit. Col. in pręfa. Ex
qua Cincinat9 obsessi cõsulis: ꝛ exercitus liberator
ab aratro vocatus ad dictaturã venerit: ac rursus fa
scibus depositis: quos festinantius victor reddide-
rat q̄ sumpserat imperator ad eosdē iuuencos ꝛ quat
tuor iugerũ auitũ herediolũ redierit.

¶ Heresis pe. cor. greca dictio est qua apđ nos optio
vel electio ꝛ secta significat ab αιρω vel απο του αι ρου
μαι qđ significat eligo: capio vel volo. Unde sumitur
pro opinione tenaci ꝛ sententia in qua persistamus ele
cta. Ci. in parado. Cato in ea est heresi quę nullũ se-
quitur florem orationis. Hinc componunt diæresis
diuisio. Apheresis ablatio. Synheresis coniunctio.
Heresiotes: hereticus: heresiarches hæreticorũ prin
ceps. Theologi hereticũ vocant qui sectam aliquam
vel instituit: vel sequitur aduersus fundamenta reli-
gionis.

¶ Herba ab herendo dicta est: q terrę fixa hereat. Est
autem ꝓprie viride pecudũ pabulũ. Verg. lib. i. geor.
Et sulcis frumenti quæreret herbam. Apud veteres
herba ponit pro victoria. Unde herbam dare signifi-
cat victũ fateri: qđ est antiquæ ꝛ pastoralis vitę indi-
cium. Nam qui prata cursu aut viribus contendebãt
cum superati erant ex eo solo in quo certamen erat de
cerptam hærbam aduersario tradebant. Ab herba fit
diminutiuũ herbula. Ci. lib. iii. de natura. Ceruę pau
loante partum perpurgãt se quadã herbula quę sese-
lis dicitur.

¶ Herbilisander a veteribus dictus est herba pastus
quasi grauior q̄ pastus frumento.

¶ Herbosus a. um. qđ herbis abundat.

¶ Herbaceus a. um. qđ ē ex hærbis: vt betaceus mal
uaceus: et huiusmodi.

¶ Herbidus a. um. idem qđ herbosus. Col. lib. ii. Mõ
tem sublimen ꝛ asperũ sed nemorosum ꝛ herbidũ maxi
me probauerunt.

¶ Herbarius qui vim herbarũ nouit ꝛ discutit ꝛ me-
dicamenta ex his cõponit. Ply. lib. xxi. Scelus herba
riorũ aperietur in hac mentione partem eius seruan-
tium ꝛ quarundã aliarũ herbarum sicuti plantaginis
substituentium.

¶ Herbarius a. um. quod ad herbas pertinet: vt ars
herbaria q̄ herbarũ natura cognoscit. Ply. Herbariã
et medicamentariã artē ꝛ a chirone Saturni ꝛ Phyl
liræ filio cę constare.

¶ Herbo as. herbas producere significat. Cuius cõ-
positũ est exherbo a: qđ est herbas extraho. Col. li. v.
Et cũ germinauit: particulis salix ad vnã perticam
summittitur: crebro foditur atq; exherbatur: nec mi-
nus q̄ vinea pampinatur.

¶ Herbescere est herbam effici. Ci. in Cato. Et elicit
herbescentē ex eo viriditatē q̄ nixa fibris stirpiũ sen-
sim adolescit. Huius cõposita sunt adherbesco: ꝛ ob-
herbesco. Ply. Quin ꝛ ouillo fimo vti quoniã adher-
besceret. Festus. Obherbescere herbã increscere.

¶ Hagnos latine purus ꝛ castus: q sit hostia pura et
immolationi apta. Hinc deducitur hagnes nomen
mulieris proprium. Diminutiuũ hagnellus. Plau. in
Asi. Dic igitur me tuũ passerculũ gallinã coturnicẽ
hagnellũ: hellidũ dic esse vel vitellum. Hagninus a.
um qđ est hagni vt caro hagnina.

¶ Hagios grece latine sanctus. Unde hagiographa
sancta scriptura. Hagiographus sancta scribens.

¶ Halec tam femi. q̄ neu. gñis: caretq; numero plu-
rali: genus piscis qui sola aqua nutritur. Mart. Cui
portat gaudēs ancilla paropside rubra Halecem: sed
quam ꝓtinus illa vorat. Plau. in aul. Qui mihi hole-
ra cruda ponunt: halec aiunt. Sumitur etiã pro quo
dam liquamine ex intestinis pisciũ. Ply. Halec imper
fecta. Alecus fluuius tenuatur.

¶ Halesus fluuius ꝛ mons nõ longe ab ethna. Colu.
Et que sicanit flores legistis halesi.

¶ Halo as. spiro vel odorem emitto. Verg. Inuitent croceis halantes floribus horti. Et aspirat̃ vt differat ab alo is. vel potius a natura: quippe cui ꝯueniat densitas illa quā significat. Est enī exhalatio vapoꝝ grassiorūq; vt sic loquar spirituū densitudo. Ci. terrę halitū aspirationē vocat. huius cōposita sunt adhalo exhalo: de quibus supra. Inhalo. Lact. de ira dei. Nō etiā in quo ignē esse credendū est. Atqui de sole ignis ne ęstate quidē accendi potest si cere inhalaueris.

¶ Halitū genus holeris ab halando dictum.

¶ Halius genus scaphe.

¶ Halicarnasus pe. pro. vrbs carię principiū regia circa initiū tauri sita maritima in minori asia: argiuorū colonia in qua Mausoleū quondā nobilissimum opus extabat & Salmacis fons: hęc prius zephyra dicebat̃. Ex halicarnaso fuit herodotus historicus. Item heraclitus poeta. Dionysius scriptor antiquitatum: a qua halicarnaseus deducit̃ ab ἅλος marinus.

¶ Halieuticon est cōmentatio de piscatu qualis est Oppiano qui opus illud Antonino Cęsari dicauit. Scripsit & Apicius: sed halieusin appellauit.

¶ Halosis latine captiuitas dr. Suet. in Nero. Hoc incendiū e turre mecœnatica prospectās lętusq; flammę pulchritudine halosin illi decantauit.

¶ Haliactes nomen persicum.

¶ Halito as. pe. cor. sępe spiritū emitto. Aen. Sublime iret quadrupedātes flammā halitantes.

¶ Halitus us. pe. cor. nomen participiale ab halo sicut spiritus a spiro.

¶ Hala. vide in dictione ala.

¶ Halacomene & halacomenę tam singulari ꝙ plurali numero: siue halacomeniū ciuitas in bœotia. Unde Minerua halacomeneida cognominata est: ꝙ in eo loco coli solita sit.

¶ Halo pro mari. Unde & nos salem dicimus & salum: in quibus placuit maioribus s ponere magis ꝙ acceptam a grecis aspirationē retinere.

¶ Halophanta hoim genus nequā: qd ob suenda mēdacia miserrima mercede conducit̃. Festus. Halophāta omnia mentiens.

¶ Halys fluuius ex tauri montis radicibus profluēs per cappadociā: & a meridie syros ac paphlagones interfluens contra ventū aquilonē in euxinū mare euoluitur.

¶ Halonesos insula ęgei.

¶ Haliartus nomen vrbis.

¶ Halica nomen mulieris.

¶ Halizones populi.

¶ Halizon fluuius.

¶ Halyetas pe. pro. a quibusdā dicitur falco siue accipiter siue Nisus.

¶ Hallux pollex digitus scandēs proximū. Nā ἅλλομαι eo dictus ꝙ sup proximū digitū saliat. Nā constricta manu solus proximū digitum scandit: in qua voce maiores nostri loco s aspirationē posuerūt. Quidam a greco ἅλλο siue ἅλλομαι trahunt: qd latine scandere seu salire significat.

¶ Hallucinor. Col. li. viii. Custodis officiū sublimēq; celsissimā oculoꝝ veluti speculā desyderat: vt neq; tardiores grauidas dum cunctant̃: neq; agiles et fœtas dum procurrūt separari a cęteris sinat: ne fur aut bestia hallucinantē pastorē decipiat. Aspiratur vt inqt Gel. quoniā aspiratione intendit̃ exprobratio.

¶ Hamadryades pe. cor. nymphę syluarū siue syluarum numina. ἅμα enī aduerbiū significat vna & simul. δρῦς quercus hoc est nympha quę cū arboribus nascitur & perit.

¶ Hamus catenā significat. Verg. Hamis auroq; trilicem: hoc est hamis aureis. Unde etiam ponitur pro curuo vnco ad capiendos pisces. Cui prima producitur. Corripitur aūt cū instrumentū ferreū significat quo diuitū arcę nummarię obsepiuntur: ne res facili apertu surripiat̃. Iuuen. Dispositis prędiues hamis vigilare cohortē. Hami etiā dicunt̃ instrumenta ęrea siue lignea in cubiculis quibus capitis tegmina & alię res melius appensę ꝙ iacētes seruant̃. verbo a piscatorio hamo translato. Hoc nomē quidā a greco deducunt. Nā greci ἅμματα dicūt ligamēta. Unde amentū

¶ Hamo as. curuo: a quo hamatus curuatus: siue hamis ornatus. Hie. lib. Reg. Lorica hamata induebat̃. Hinc adhamo as. pen. pro. qd est obligo. Cice. lib. ii. acad. Qui enī seruis honores adhamauerunt: vix admittuntur ad eos.

¶ Hamiotę aliae hamotę piscatores ab hamis qui hamo ad piscandū vtuntur. Plau. in ru. Saluete fures maritimi conchitę atq; hamotę famelica hoim natio. Var. Cohortis coquorū atq; hamatarū aucupumq;.

¶ Hamotrahones dicti sunt ꝙ vel pisces vel cadauera traherent hamo. Nā vt est apud Suet. Eorum qui supplicio afficiebant̃ cadauera iussu principiū vnco sępe trahebant̃ in locū quē tum gemonias dicebant.

¶ Hamatilis & hoc hamatile pe. cor. qd ad hamū pertinet. Plaut. in ru. Piscatū hamatilē saxatilemq; aggredimur.

¶ Hamonium apud Col. lib. iii. coloris genus tendentis in subruffum.

¶ Haphe inspersio pulueris ꝙ inspergebant̃ obluctāti: vbi cęromate illiti fuissent. Mar. Et flauescit haphe. Nā puluere perfusa obluctantiū corpora quodāmodo flauescebant lepras parietibus similia. Haphe enim gręce & tactū significat & notas quibus lepra corpus maculat. Iuli. Pollux aphen accipit primā infecturā quotiens vestes imbuunt̃ coloribus.

¶ Hapalon tenerū & molle gręci aspirant.

¶ Hara. vide in dictione ara.

¶ Harene. vide in dictione arena.

¶ Hammon per duplex mm a nostris arena dicitur. Nam gręce ἄμμος scribitur. i. arena. Unde Iuppiter hammon: hoc est arenari⁹ dictus est. Ply. Ergo ęthiopię subiecta aphrica hammoniaci lachrymā stillat in arenis suis. Inde etiā noīe hammonis oraculo. Nam cum liber pater per extrema libyę cū exercitu gradiens siti laboraret & Ioui supplicasset: vt in hoc casu se patrem ostenderet. Cui cū subuenisset. Fertur enī ei extemplo arietē apparuisse quē dum fugientē sequeretur peruenisse illo duce ad fontē amœnissimū. Quapropter desyderio potus existimasse arietē illū fuisse Iouem eiq; templū ibi sumptuosissimū in arena construxit: qd Iouis hammonis cognominauit: in quo scz simulachrū arietis forma pręstabat: & deū vocauit hammonē: hoc est Iouē arenariū. Herodotus. Amū Iuppiter lingua ęgyptia dicebat̃. Unde corrupto nomine hammonē dixerūt aphri: qui apud Nasamones libyę populos templū ei dicauere. Pausanias autem hammonē dictū ab Amone pastore qui primus ei illic templū erexit. Suidas. αμμωρ ονομα θεου ελληνικου αφισοφαμησ ορμισιμ εσ μεμ Δε υμιμ Δελφοι Φοιβοσ απολλωρ ταρτα μαρτεια ελθοτεσ γαρ πρωτορ εσ αμμισ ουτι οπροσ εργα ταμπεσθε.

Haringa apud priscos significat hostiā: quæ inde dicta erat: ꝙ eius adherentia inspicerentur.

¶ Hariolus cū accentu in antepe. qui diuina mente fatur quę ventura sunt. Dictus hariolus: quasi fariolus sicut hanula: quasi fanula: hoc est parua fana: aspiratione: vt plerunq̃ fieri solet pro f littera posita.

¶ Harmonia pe. cor. latine cōpositio cōcordia conuenientia cōcentus. Aug. Harmonia concentus est ex dissimiliū vocū moderatiōe sicut ex summis ⁊ mediis et infimis interiectis ordinibus vt sonis ciuitas consonat moderata consensu plurimorū huius nois pen. cor. est. Lucre. Harmoniā graii quā dicunt. Hæc alio nomine dr Symphonia. Quo noie etiā Gelonis filia Theuristei vxor appellata est ab αρμιζω coapto.

¶ Harpe nomen grecū ensis falcatus quo vsum fuisse perseū poetę tradiderūt. Luc. Harpen alterius mōstri iam cæde rubentē. απο του αρπαζειν.

¶ Harpago as. pe. pro. rapio. Plau. Hei misero mihi aurum mihi intus harpagatū est.

¶ Harpago telum in summitate aduncū quo nauigia capiunt. Hunc ferunt Anacharsim inuenisse: vel instrumentū cū pluribus vncis quo vasa ⁊ alia complura: quę vel in flumine vel in puteis ceciderint extrahimus. Dici potest ⁊ harpax inter nautiū vtensilia numeratus ⁊ ab anacharse scytha philosopho vt dr inuentus. A grecis deducte dictiones. Nā apud illos αρπαζειν rapere. Triuiales a lupo ꝙ rapax sit lupū appellant. Est ⁊ harpago ferramenti genus quod nonnulli canem vocant: quo ferramento circi vasis vinariis aptantur.

¶ Harpocrates pe. cor simulachrum in sacris Isidis et serapidis erat qđ digito labiis impresso admonere videbatur vt silentiū fieret qđ significat (vt Aug. inquit) vt hoies eos fuisse tacerent: hic dicebatur silentii deus. Unde Catullianū est illud. Factum me esse putat harpocratem.

¶ Harpalus pe. cor. nomen viri propriū.

¶ Harpalice pe. cor. nomen mulieris harpali thracū regis filię quę patrē a Getis captū liberauit.

¶ Harpasa pe. cor. oppidū Asię oppositū fluuio harpaso: vt scribit Ply. lib. v. vbi cautes horrenda digito mouetur: sed nō toto corpore.

¶ Harpię monstra fuerunt qualia describit. Vergil. Tristius haud illis monstrū nec sæuior vlla Pestis ⁊ ira deum stygiis sese extulit vndis Uirginei volucrū vultus fœdissima ventris Ingluuies vncęq̃ manus et pallida semp Ora fame. Dictę harpyę απο του αρπαζειν: hoc est diripiēdo. Suidas. αρπυιαι αρπακτικαι Δαιμονεσ εισιν.

¶ Haruspex vt inquit Ser. ex hara ⁊ specio cōponit. hara vero auis est cui vaticinātes haruspices intendebant. Dona. ab haruga deriuat quę est hostia: ab hara in qua concludit ⁊ seruatur. Et sic cū aspiratione scribitur. Potest etiā dici ab ara. hoc est a victimis in ara aspiciendis. Unde quidā nō aspirandū censent quoniā aruspices vt inquit Au. exta inspiciant ex eis futura prędicant. Idem dr extispex. Solent etiā aruspices dici horarū inspectores. Nam dies et horas in agendis operibus custodiūt: et quicqd singula tempora obseruare debeat homo intendūt. Ab haruspex fit haruspicina nę. pe. pro. pro arte ipsa. Haruspicium pro actu hoc est pro extorū inspectione.

¶ Haspis idis. curuatura e circulis ⁊ camerę ⁊ rotæ: licet ασπισ sine aspiratione dicitur scutū.

¶ Hasta q̃uis ab sto dicatur scdm Uar. ꝙ stante ferri solet. Aspiratur tn̄ primę personę impatiui verbi asto. Hęc apud veteres subiici solebat rebus quas publice venundabant. Quidam hastā ab hauriendo deriuari existimant. Cuius diminu. est hastula. Hinc subhasto a quo subhastatio.

¶ Hastati dicti sunt qui primi in acie cū hastis constitui solebant.

¶ Hastile pe. pro. dr qđ ad hastilis formā factū est ⁊ de quacunq̃ re dici potest. Unde pro stipite candelabri posuit. Hiero. in Exo. Hoc erit inquit opus sex calamorū qui ducendi sunt de hastili. Idem lib. Reg. Hastile hastę eius erat quasi liciatoriū texentium. Et ibi pro stipite hastæ posuit.

¶ Hastariū. ii. venditio auctionaria. Unde Tertul. in apologe. In hastario vectigales sumus.

¶ Haud aduerbiū negandi: haud quaq̃ a nulla parte seu nullo modo. Gel. Haud quaq̃ mihi displicebant.

¶ Haue verbū defectiuū quo salutare solemus aspiratione recipit vt differat a sexto casu huius nois auis.

¶ Haurio is. hausi haustū. Inuenitur hauriui ⁊ hauriri scribitur cū h solo vsu nō ratione. Nā si naturalis esset aspiratio verbo haurio deriuata ab eo aspirationem retinerent: vt sunt auris: auritus: auster. Nō em̄ in his vicit vsus: vt in haurio. Idcirco aūt aspirandū quidā existimant: vt differat prima persona perfecti a noiatiuo plurali nois ausus: ⁊ secūda persona p̄ntis indicatiui a noie auris. Ab auris noie. Et significat accipio extraho. vt Uocem his auribus hausi. Tractum ab aura q̄ humorē omnē extrahit: atq̃ exiccat. Et haurire est audire. Uerg. lib. iiii. Uocemq̃ his auribus hausi. Item. Aspicere vt apud eundē. Hausit cœlum: mentēq̃ recepit. Item. Auide sumere. Cice. Cum inexplebili cupiditate quo fluentius voluptates vndiq̃ exhauriret: eo grauius ardentiusq̃ sitientem terit. Item vulnerare: vt Latus haurit apertū. Item tenere. Uerg lib. iiii. geor. Et mediū sol igneus orbem hauserat. Itē defatigare. Idem. Exultātiaq̃ haurit corda pauor pulsans. Itē vacuare. Lucil. Quādo haurire animis musarū ⁊ fortia gessit. Item luere Uerg. Spero equidē mediis siquid pia numina possunt supplicia hausurū scopulis. Item consumere. Liui. lib. v. Tam longi t̄pis opus incendiū hausit. Huius compositū est exhaurio.

¶ Hausto as. frequentatiuū ab haurio. Festus. Exhaustant efferant.

¶ Haustus us. sorbitio. Col. lib. i. Si decrit fluēs vnda: putealis quęrat in vicino aqua q̄ nō sit haustus p̄fundi. Haustus a. um. participiū inuenit apud veteres haustū facere: pro eo qđ est potarē.

¶ Hazome apud latinos significat venero: ⁊ colo.

H ante E.

¶ Heautentimorumenos octo syllabarū significat se ipsum cruciantē. Cōponitur em̄ ex εαυτον: quę apud grecos aspirat ⁊ significat seipsum τιμορυμενοσ crucians. Quo noi: dicta est comœdia Terentii: in qua inducitur Menedemus seipsum crucians dum in fundo fodit arat aut aliquid facit sine laxamento ob filiū qui fugerat in militiā.

¶ Hebdoas adis. septenarius ab επτα septē. p. in b. conuersa. Hie. ad Paulin. Hoc mysterio hebdoadis et ogdoadis futurꝰ gentiū p̄dicator erat instruēdus.

¶ Hebdomas adis. & hebdomada dę. latine septimana spatiū septē dierū: & numerus septenarius. Nō eīm solū de diebus dr: sed etiā de annis: & quibuscūq rebus q̄ septenario numero ꝯprehendunt. Gel. Tum ibi addit se quoq iam duodecimā annorū hebdomadā ingressum esse: & ad eum diē septuaginta librorū hebdomadas scripsisse. Et in Gē. Imple hebdomadā dierū huius copulę. Et hanc quoq dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septē annis aliis. Et in Leui. Numerabes quoq tibi septē hebdomadas annos. i. septies septē quę simul faciūt quadraginta nouē. hinc hebdomadarius.

¶ Hebdomecontapente ἑβδομηκονταπέντε. id est septuagintaquinq.

¶ Hebes obtusus piger: tardus: & acumine carens. Cic. lib. ii. acad. Alias hebetiora: alias acutiora videantur cornua. Unde per translationē Ingeniū hebes dicitur: sicut etiā obtusum.

¶ Hebe nomen vxoris herculis & Iunonis filię: quę pocillatrix & ministra poculorū iouialiū esse traditur: et dea iuuentutis putabat. ἥβη gręce pubertas nominatur. Sudas. ἥβη νεότης ἀκμαιότατη. λέγεται καὶ ὄνομα θεᾶς ἥβη τήριον τὸ τῆς δευτέριον καὶ ἥβη πρώτη ἐκφύσις τῶν τριχῶν.

¶ Hebeo hebes. hebes sum. hinc exhebeo: qd protulit Au. b. in significatione actiua. Uigorē inquit mentis exhebuit: hoc est debilem fecit. Hebesco hebes fio. Cic. lib. i. tus. Sic mentis acies seipsam intuens nonnunq̄ hebescit. i. obtusa fit. Sal. Postq̄ diuitię honori eē cępere & eas gloria: imperiū potentia sequebat hebescere virtus cępit.

¶ Hebeto as. pe. cor. obtundo: obscuro. Pli. lib. xi. Nanq & speculi nitorē ex aduerso nudati hebetant. Amb. Qui recedit a sapiētia hebetatur.

¶ Hebetudo rei alicuius carentis acumine vel mentis ingenii visus similiumq obtusitas.

¶ Hebionęs a veteribus pauperes dicunt: quæ vox indicat contemptū quendā.

¶ Hebrus fluuius in thracia qui ab œagro flumine ortum habet. Unde Oeagrius dictus. Uerg. Tū quoq marmorea caput a ceruice reuulsum: Gurgite cū medio portans œagrius hebrus. Habet arenas ex quibus aurum colligitur.

¶ Hebręi dicti sunt Iudęi. ab Heber qui fuit abnepos Sem filii Noe. Prius heberei cognominati: ac deinde vna detracta littera hebręi: sicut docet Aug. lib. xvi. ciui. dei. Et quia in eius familia remansit lingua quę prius humano generi credit fuisse cōmunis: cum gentes linguarū diuersitate sunt diuisę: deinceps hebrea est nuncupata. Ab hebręus fit hebraicus a. um. vt lingua hebraica.

¶ Hecaton pe. cor. latine centū dr. Inde per cōpositionem deducuntur.

¶ Hecatonpylos. oppidū centū portarū. πυλῶν eīm portam designat.

¶ Hecatonpolis pe. cor. habens centū ciuitates.

¶ Hecatombe sacrificii genus in quo ritus hic seruabatur vt centenę sui gñis mactarent: victimę centum sues: centū hędi. Iul. Capito. Tantum sane lętitię in balbino qui plus timebat vt hecatomben faceret: qd tale sacrificiū est. centum aręe vno loco construunt ex cespite ad eas centū sues: centū oues mactant. Iam si imperatorio sacrificiū fit: centū leones: centū aquilę & cætera huiusmodi animalia feriunt: quod quidem grępci quondā fecisse dicunt cum pestilentia laborarēt vel a numero victimarū: vel quia centū peloponnesi vrbes id faciebant: et a numero sacrificantiū composita est dictio.

¶ Hecatonchiros pe. cor. centimanus latine dicitur.

¶ Hecatontarchus centurio.

¶ Hecatompus qui centū pedes habet.

¶ Hecate pe. cor. triū potestatū nomen. Ipsa est eīm luna diana proserpina: qd significatū: vt eius mirabilis potentia ostendat: vel q centum hostiis placetur. Sue. q centū annos errare facit insepultos. Hecate etiā fuit nomen filię persos: de qua in dictione Oeta.

¶ Hecamada arsinoi filia q̄ dono nestori data est: dū ab achille diriperetur.

¶ Hecta res minimi pretii: quasi hieta. i. hiatus hoscitatio. Alii pustulā dicunt q̄ in coquendo pane solet assurgere a qua accipitur res nullius pretii. Pompo. Hic homo hectę me facit.

¶ Hectica febris: nō a cōsuetudine: sed ab habitu nomen habet. Hęc nō in humore tantum atq spiritu sed in ipsis plane colit ossibus & inolescit. Ideo nō Ethica appellari debet: sed habitualis ἐχω ἕξω.

¶ Hemorroides gñe morbi. Hęma eīm sanguis dicit recipitq diph. Inde hæmorroreo qd significat fluxu sanguinis laboro: & profluuiū patior.

¶ Hedone apud nos voluptatē significat.

¶ Hedra sedes latine dr: vnde fit cathedra.

¶ Hecyros latine socer. hecyra socrus pe. cor. habet. Sunt & qui sine h scribant.

¶ Hedui populi gallię post heluetios et sequanos in occasum vergētes: iuxta quos ex alpibus fluit araris

¶ Hedyosmos apud grecos suauitatē odoris sigt.

¶ Hegesias cyrenaicus philosophus fuit qui tanta fuit eloquētię: sicut Ual. maxi. scribit: vt sic mala vitę repręsentaret: vt eorū miseranda imagine audientiū pectoribus inserta multis voluntarię mortis appetēdæ cupiditatē ingeneraret. Ideoq a rege Ptolemęo vlterius hac de re dicere prohabitus.

¶ Hegesippus nomen historici propriū.

¶ Hei interiectio ingemiscētis datiuo iungit pronominis: vt Hei mihi qualis erat. Ci. Hei mihi nō possum hoc sine lachrymis cōmemorare. Aspiratur natura q̄ris animi affectus aspiratione melius declaretur

¶ Heiulo as. pe. cor. ab hei fit & significat sublata voce fleo. Hiero. in Iob. Propter multitudinē calumniatorū clamabūt & heiulabūt propter vim tyrannorū. Plau. in aul. Qui nā hic homo ante ædes nostras: heiulans cōqueritur mœrens: Inueniet & eiulor deponēs.

¶ Helei pe. pro. populi in pelopōneso clarissimi propter delubrū Iouis olympii: ludosq olympicos quorum pręfecturā helei habuerūt. Unde helei equi & heleus carcer sępe legunt. Luc. Quantū clamore iuuat Heleus sonipes.

¶ Helios gręce ἥλιος latine sol. Inde heliacus solaris

¶ Heliocaminus pe. pro. vaporariū quoddā solare nō ad ignis vsum sed ad solis velut id qd dr vulgo lumina est in padana gallia Lucerio. Ulp. In seruitutibus vrbanis. Si arbor inquit in heliocamino vel solario solē adimat dicendū erit quia vmbram facit in loco cui sol fuit necessarius cōtra seruitutē impositā fieri.

¶ Heliochrysos herba est aureū florē producens.

¶ Heliopolis pe. cor. ciuitas ęgypti inter alexandriā et Coptū a grecis Thebe dicta: quasi ciuitas solis. altera est in cilicia Chrisippi stoici patria.

Hebeo

¶ Heleotropiū herba solaris dicta ꝙ se cū sole circū-agat etiā nubilo die ⁊ nocte. Var. Nec minus admirādum qđ fit in floribus quos vocāt heleotropia: ab eo ꝙ solis ortū mane spectāt ⁊ eius iter ita sequunt̄ ad occasum: vt ad eū semꝑ spectent.
¶ Heliogabalus Antonini Caracellę filius qui ad imperiū assumptus fuit matris ingenio apđ Antiochiā
¶ Heliodorus nomen viri propriū.
¶ Heliocopis nomen nymphę.
¶ Heliades patronymicū fœmininū ab helios qui est sol. Nā sorores dicuntur Phaetontis.
¶ Helle es. nomen Athamantis thebarū regis filię: a qua Hellespontus
¶ Hellespontus fretū angustū ab ægeo in propontida: ⁊ vbi sunt illę angustię septem tantū stadiis Asiaꝫ ab Europa diuidentes. Ibi enim helle in pontum decidit. Unde qui prius pontus dicebatur: hellespontus vocatus est.
¶ Hellas nomen fluminis ⁊ regionis achaię: vt inq̄t Ptole. a nostris Gręcia appellata a greco qui primus in ea regnauit. A cuius filia vocata est Attis. Deinde ab hellene deucalionis filio dicta fuit hellas. Incipit ab Isthmo corinthio siue strictura peloponnesi et ad littora ęgei maris porrecta vsqꝫ in macedoniā et thessaliā: quam cū omni bœotia intra suū nomē includit: extenditur.
¶ Helleborus ⁊ helleboꝝ pe. cor. đr herba purgatoria circa optimū qđ in anticyra. helleborū fluuiū gignit̄: atqꝫ inde a græcis helleborus appellat̄. Hor. Expulit helleboro morbū bilemqꝫ meraco. Hanc herbā romani alio noīe Veratrū dicunt: pro eo qđ sumptū motam mentem in sanitatē reducit. Duo sunt eius genera. Album scꝫ ⁊ nigrū. Album qđ vomitione causas morborum extrahit. Nigrum quod purgat per inferiora. Scribitur scđm Apul. per h. Sed apud grecos non aspirat̄. Melampus medicus Amythaonis filius helleborū inuenit quod Melampodiū vocant. Alii dicūt pastorē eiusdē noīs inuenisse cū capras pasceret. Col. Sed negat helleboros ⁊ noxia galbana succo.
¶ Hellice vrbs achadię quā mare absorbuit de cuius nomie vrsę sidus fortasse vocatū est a poetis ꝙ calisto Lycaonis regis filia quæ ex vrsa cū filio in stellas versa est: arcas fuerit.
¶ Helicon pe. cor. mons bœotię iuxta thebas: atqꝫ vt Stra. lib. ix. scribit phocydi vicinus est non procul a parnaso eiqꝫ ęmulus ⁊ altitudine ⁊ circuitu: qui ⁊ ipse apollini quoqꝫ sacer et musis est. Unde heliconiades musæ sunt appellatę. Dictus helicos ab helicone qui ibi cū cytherone fratre singulari certamine pugnauit vt quidam tradunt.
¶ Helciū đr qđ est ante pectus equorum: ⁊ id genus animaliū ab armis. i. humeris pendens instrumentū quo ⁊ molæ illi per machinulā innexę vehant̄ ⁊ curricula ꝑ themonē trahunt̄. Unde et nomē accepit. Helco em̄ grece: traho latine đr. Hinc helciarius.
¶ Helciarius qui fune canabino nauem trahit aduersus vndas: vt est apđ Mar. De helcio meminit. Apul. lib. ix. met. Defunctū alioquin me helcio sparteo dimoto nexu machinę liberatū applicāt pręsepio Est paulopost. Helcio tandē absolutus refectuiqꝫ secure redditus.
¶ Helena næ. siue helene es. pe. cor. Castoris ⁊ pollucis soror ⁊ Menelai lacedęmoniorū regis vxor a qua Helene insula vocata est est ꝙ in ea primū Paris cum helena dicitur concubuisse: multi fuerunt qui scripserunt de laudibus helenę: sed imprimis mihi videtur Demetrius moschus excellere qui de ipā ita scribit ꝙ pulchritudo helenę nō fuit caduca: sed semꝑ florens: et ꝙ Venus fecit nutriri helenā a gratiis suis. Unde ait και μεν την δε θεοι πορεσαιν βεον ει σορεωντεσ τικ τομενην μεγαλου κουρην Διοσ ηδευ εφιλαντο αυτις καδε Χαριτσιν μετηεδα τοια αφροδιτην δευτεφι λαι υνη μοι ατιταλλει μωσ επεοικεν οιον εμον πολυ χαρτον εθρετατε αμβλωντον υον.
¶ Hellenes deucalionis filius: a quo grecos hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos.
¶ Heleniū frutex seu herba qui ex helenæ lachrymis fingitur natus in helene insula. Fauere credit̄ formæ et cutem nutrire: incorruptā venerē cōciliare: ⁊ hilaritatem inducere in vino pota.
¶ Helicteres inaures sunt sicut docet Iuli. Pol. quę et helicę dicuntur a clauiculis: quas helicas vocant. Quod aūt gręci vocant helicen nos clauiculā ⁊ pampinū ⁊ Capreolū vt in vite dicimus.
¶ Hellanodices latine iudex certaminis đr.
¶ Heluo vorax insatiabilis et immoderate sua bona ingurgitans quasi oīa luens. Teren. in heau. Gerro frauus heluo iners ganeo damnosus. Ci. per translationē heluo librorū dixit quasi gulosus. i. nimis auidus librorū. Et aspiratur vt ab eluo suo primitiuo differat siue vt auiditas illa magis exprobret̄ vt inquit Fest⁹. Fit enim vox incitatior.
¶ Helorus pe. pro. Sicilię fluuius. Fuit etiā noīs istius fluminis filius qui ab aiace occisus est i ea pugna quā gręci cū Telepho rege mysorū habuerunt.
¶ Heluacia genus ornamenti lydii dictum a colore boum qui est inter rufum ⁊ album appellaturqꝫ heluus: quāquā hęc eadem vox apud veteres saburram significaret.
¶ Heluela sunt holera minuta: vt inquit Festus: quoniā helus ⁊ helusa veteres dicebāt pro holus ⁊ holera
¶ Haluetii populi germanię iuxta lacū ercinię syluę
¶ Heluolū apud Catonē est color inter rufum ⁊ albū. vnde heluolę: Col. lib. iiii. Sunt ⁊ heluolę quas nonnulli varias appellant: neqꝫ purpureæ: neqꝫ nigrę ab heluo (nisi fallor) colore vocitatę.
¶ Hem interiectio corripiētis seipsum vel indignantis vel admirātis: vt hem nos homūculi. Apul. Hem hominis audaciā. Quandoqꝫ demonstrantis est. Terent. in And. Hem puer hercle puer est. Et aspiratur propter maiorem sonum.
¶ Hemis apud nos traducitur semis. Gręce ημισυσ dimidius.
¶ Hemicycliū sedes seu cathedra semirotunda gręce ημικυκλον hemicyclus medius circul⁹. Nā cyclus circulus. Est enim facta in medii circuli formā. Cice. in Lęlio. Tum memini domi in hemicyclo sedentem.
¶ Hemina pe. pro. mensurę genus qua vinū vel frumētum metiebat̄: ⁊ dimidiū sextarii cōtinet quasi semisextaria. Gel. libr. iii. Si ex sextario hemina fusa est: sed dimidiū tertio. Inde heminaria quasi mediocris.
¶ Hemodes insulę septē in oceano germanico.
¶ Hemiplexia pe. pro. paralysis: hoc est semiapoplexia: cū in alterā tantū partē corp⁹s malū id incubuit. Nam cum totum afficitur Apoplexia noīatur: nunc vtrunqꝫ inquit Celsus paralysin appellari video.
¶ Hemicranici sunt qui dimidia parte capitis laborant quemadmodū cephalęa quo totū caput infestat̄.

dicti hemicranici ab hemicrania q̄ & hemicrera dr.
¶ Hemiolus quędā arithmetica proportio cōtinens aliquē totum numerū atq; eius dimidiū: vt se habent tres ad duo: & quindecim ad decem.
¶ Hemorobios significat diarii victū: quo noīe dict⁹ est Diogenes cynicus philosophus. Est & hemorobius vermiculus q̄ vitam diei habeat. ημεραν em̄ greci diem dicunt βιον vitam.
¶ Hemistichion dimidius versus. Nam στιχοσ versus dicitur.
¶ Hemitogium dimidia toga.
¶ Hemitriteus semitertiana febris: sic dicta q̄ parte aliqua tertianā pręsentet tertio die: vt illa repetens nō tamen vt illa diē vnū pręstat integrū: sed inter horas. xxxvi. plus vel minus porrigit̄. Hier. in diuo hilarione. Ibi siue ob corruptū aerem siue ꝓpter gloriā hilarionis serui dei hemitriteo pariter arrepti oēs a medicis desperati sunt.
¶ Hemisphęriū dimidia sphęra hoc est cœli dimidiū.
¶ Hepta apud nos septē & aspirat̄ cū suis deriuatis.
¶ Heptapylos pe. cor. latine dr septē portas habēs.
¶ Heptapachys pe. cor. mensura septē cubitorū. Unde Achilles heptapachys est appellatus.
¶ Hendecasyllabus versus vndecim syllabarū qualis ille Catullianus. Passer delicię meę puellę
¶ Heptememeris cęsura est cum syllaba naturaliter correpta producit̄: qđ fieri solet in principio quarti pedis vel septimę syllabę si tres spondæi pręcedāt quasi septima dicat̄ diuisa pars: ab επτα septē & μεριζω diuido. Uide in dictione cæsura.
¶ Heptaphorus nomen viri propriū.
¶ Heptaporus troię fluuius.
¶ Hephestos propriū viri & nomen Uulcani.
¶ Heraclea dicebat̄ quę nunc Calpe in finibus & olim perithus vocabat̄. Europę ciuitas bosphorana a qua Dionysius phūs & zenonis discipulus herecleotes a Cicerone in Tusculanis appellatus est: vbi fuit amphitheatrū vnū e septē spectaculis. Fuit & alia heraclea in radicibus oetæ montis: quā Asaris fluuius alluit. Alia in ponto. Alia iuxta ostia rhodani. Alia in campania: quæ & herculeanū dicta est
¶ Heraclee oppidū primū Neapoli incumbēs mari.
¶ Heracleopolis nomē triū ciuitatū. Una est in ęgypto ex qua Theophanes physicus. Altera nō longe a pelusio. Tertia scđm nili ostiū qđ canopicū est.
¶ Heracleon herba ab hercule inuenta. quā alii Origanū hæracleaticū syluestre dicunt: quoniā est origano simile. Alii Timalū dicūt. Nascit̄ in aquosis foliis magnis & in summa aqua flore lilio simili: & cū defluxerit capiti papaueris. Est & alia herba heracleon siderion caule tenui digitorum. iiii. altitudine: flore puniceo foliis coriandri: iuxta amnes & lacus nascēs & oīa vulnera ferro illata efficacissime sanans.
¶ Heracleota nux. Quęre in dictione nux.
¶ Heraclitus pe. pro nomē propriū philosophi ephesei gręce ηρακλειτοσ ei diph. Lucr. Heraclitini quorum dux agmina primus. Hic est ille qui quotiens domo egrediebat̄ flebat: sicut Democritus ridebat. alteri oīa quę agimus miserię: alteri ineptiæ videbant̄. Cognominatus est scotinos: quasi tenebricosus. De industria em̄ obscurabat stilū. Ideoq; eius volumina philosophi sudantes vix intelligūt. Fuerūt alii quattuor heracliti. Primus poeta lyricus. Secundus halicarnaseus summę elegantię. Tertius Lesbius: qui macedonū scripsit historiā. Quartus vir ridiculus.
¶ Heraclites pe. cor. nomē philosophi: qui heracleotes fuit ex ponto. hic opulentus athenas venit dedit q̄ se in disciplinā Speusippo. Pythagoreorū auditor fuit Platonis studiosus. Fuerūt ingenii illius monumenta pclara. Nā dialogos & tragœdias scripsit. Fuerūt & alii mīti heraclidę ingenio & doctrina insignes.
¶ Herceus dictus est Iuppiter quē etiā penetralem vocabant qui intra conseptū domus cuiusq; colebat̄. Græce em̄ hercos septū claustrūq; noiatur. Oui. Cui nil hercei profuit ara Iouis.
¶ Hercules cognomen vel fortasse potius agnomen Iouis & Alcmenę filii qui ob fortitudinē & gloriā creditus fuit: q̄ inter deos sit relatus. Fuisse autē tres Hercules scribit Diodo. Alii sex autumant. Primus qui certauit cum Apolline de tripode. Alter nilo natus ægyptius: quē aiunt phrygias litteras cōscripsisse. Tertius ex Idæis dactylis cui inferias afferunt. Quartus Iouis filius ex asterie Latonæ sorore qui tyri colitur: filiamq; habuit carthaginē. Quintus in India qui & belus dicit̄. Sextus thebanus ex Alcmena & Ioue tertio genitus: cui aliorū gesta assignant. Herodotus scribit herculē vnum esse ex. xii. diis ęgyptiorū: gręcosq; ęgyptiis hoc nomen mutuatos indidisse filio amphitryonis. Uar. xliii. hercules nominat Ueruntamen oēs qui robore pręstiterunt hoc nomie ab Hercule Alcmenę filio appellatos fuisse affirmat. Macro. asserit herculem esse solem quasi heraclē. idq; ex noīe clarescere. Hercules em̄ nihil aliud est q̄ heras. i. Iunonis. i. aeris cleos. i. gloria vel laus. Quæ porro alia est aeris gloria q̄ solis illuminatio? Idem dictus est. xii. labores confecisse: quia sol annuo cursu duodecim signa zodiaci lustrat & conficit. Ab hercules hercule & hercle. Mehercules & mehercule aduerbia iurandi.
¶ Herculanus a. um. nomen possessiuū. Est & herculanus nomen propriū ab hercule deriuatū. Gel. lib. i. adiectiuū posuit. Comprehensa inquit mensura herculani pedis scđm debitā membrorū oīm inter se competentiā modificatus est.
¶ Herculanū fuit campanię oppidum.
¶ Herculeus a. um. apud poetas dr: quoniā breuem inter duas longas heroicus versus non admittit: vt At sinus herculei si vera ē fama tarenti. Et modo possessiuū est. modo accipit̄ pro forti vt herculea vis. Herculeus homo. Modo ꝓ immenso: vt herculeum opus. Herculeus etiā morbus dr comitialis: quoniā hunc morbū passus sit hercules. Unde & sacer est appellat⁹ et maior morbus ꝓpter grauitatem.
¶ Herebus pe. cor. profunditas inferorū dicitur. Uide in dictione Erebus.
¶ Hermes mis. & hermetis dr latine quasi interpres. Mercurius dictus est ab ερμηνεια. i. sermone. Pręstabat em̄ loqui: quē effigiabant alas in capite & pedib⁹ habentē: q̄ sermo hoīm per aera volitet.
¶ Herma ę. etiā Mercurius dr: q̄uis etiā q̄nq; sumat̄ pro statuis & sigillis pręcipueq; truncis & quorū capita permutari possunt. Cice. ad atticum lib. vi. Hermę tui pentelici cum capitibus æneis: de quibus ad me scripsisti iam nunc admodum me delectapt. Probus em̄ in Alcibiade. Id cum appareret priusq̄ classis exiret: accidit vt vna nocte omnes hermę qui in oppido erant ahenis deiicerentur prȩter vnam quę ante ianuam erat. Suidas dicit hermas statuas

dictas q plurimũ Mercurii statuę deliniarentur. Hę enim hermę viriles statuę ad ꝓpagandã defuncti memoriã sepulchris erigebant. Solebant aũt Romani Mercurii ac Mineruę statuas cõiungere gymnasiis dicariq;: quas hermathenas Cicero nominat. Quod ad me de hermathena inquit scribis mihi per gratũ est ornamentũ academię propriũ meę q᷑ ⁊ hermes commune oim ⁊ Minerua singulare insigne eius gymnasii. Quidã hermas acciptũt pro lapidibus quadratis quos athenienses solebant ponere tum in priuatarũ tum in sacrarũ ędiũ vestibulis: vt significaret rationẽ et veritatẽ perinde vt formã quadratã rectã semper stare. Dicti hermę a Mercurio qui esset deus rationis et veritatis.

¶ Hermoglyphus marmorius ⁊ statuarius.

¶ Hermopolium officina vbi officinatores statuarũ habitant.

¶ Hermopolis pen. cor. nomen vrbis quam hermes condidit.

¶ Hermophroditus pe. pro. Mercurii ⁊ Veneris filius compositũ nomẽ ab hermete: ⁊ aphrodite qđ venerẽ significat: a quo hermophroditi dicti sunt vtrunq; sexũ habẽtes: Ii etiã androgyni dicunt qui vtrũq; sexum habent.

¶ Hermodorus pen. pro. fuit philosophus ephesius quẽ in Italia exulantẽ Põponius iureconsultus tradit auctorẽ fuisse .xii. tabularũ ferendarũ decẽuiris. Ply. dicit hunc fuisse interpretẽ legũ decemuiraliũ: eiq; ob id statuã publice dicatã. De hoc Stra. li. xiiii. In epheso fuere viri memoratu digni ex antiquis heraclitus. Item hermodorus. De quo hic idem inquit Dignos esse oẽs ephesios strangulari qui hermodorũ virum inter eos frugi eiecerũt dicẽtes. Nemo nostrũ frugi esto. Alioquin cũ aliis eiiciatur.

¶ Hermenia latine interpretatio. Unde peri hermenias Aristotelis: liber de interpretatione.

¶ Hericius animal sic dictũ: q setis horreat. Hic ⁊ herix dr in sepibus dumosis ⁊ vineis per autumnũ pręcipue diuersat. Cõditur in arbores hyeme: ⁊ cibis per ęstatẽ paratis vescit. Ubi senserit venatores cõtractis ore ⁊ pedibus cõuoluit in formã pilę: nequid cõprendi possit pręter aculeos. Sunt e gñe eorũ maiores histrices: quibus longiores aculei: de q̃bus infra

¶ Heri ab herendo quidã dici putãt: q hesternus dies hodierno diei cohęreat: sine diei alterius interpellatione. Dicitur etiã here ꝓpter cognationẽ litterarum i ⁊ e. vt vespere ⁊ vesperi. Ab heri fit hesternus hesterna num. sicut a cras crastinus. Et accipitur hesternus pro pridiano. Terent. Iure hesterno panem atrum vorent.

¶ Hermias eunuchus trapezitę cuiusdam famulus athenas profectus Platonẽ: Aristotelemq; audiuit: et domum reuersus cum domino suo Atarnenses: et assensus aggressus eos subegit: et illis cum domino imperauit.

¶ Hermogenes pe. cor. nomẽ propriũ: latine dicitur Mercurio genitus. Contra quẽ cauillatus Cratillus eum hermogenẽ nõ recte dici: quia doctrinę scz atq; eloquentię nihil sapiat.

¶ Hernia cõmune est nomen tribus morbis scz Enterocelę: Epiplocelę: ⁊ Hygrocelę. Enterocela eñ dicitur cum intestina dilabuntur in Scrotũ. Epiplocela cum omentũ. Hygrocela: cum in alterũ e testibus humor confluit. Has species nostri vocant hernias: vt inquit Celsus a duricie pellis quę fit post intestinorũ descensum. Herniũ eñ durum ⁊ asperũ dicit. Tractũ a sabinorũ lingua qui hernia saxũ vocant. Mar. Dertsor Fabianus herniarũ oẽs quẽ modo colei timebant dicentẽ tumidas in hygrocelas. Ramices vero has species sub se cõtinet. Porocelã quę est cũ ex abscessu aliquo circa secretũ materia subduruit. Sarcocelam cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam cũ venę intumuerũt: tunicis testiũ integris vel in ipso scroto vel cũ bubonocela dicit in inguine. Est tamen vbi Plyn. enterocelam dixerit ramicẽ: vt in medicinis cupressi. Differt ab his bronchocela: quippe quę in ceruice sit: tumor magnus ⁊ rotundus inter cutẽ ⁊ asperam arteriã qua modo caro hebes: modo humor aliquis includit. Interdũ etiã minutis ossibus pili immisti: vt in Celso lib. vii. perperã scribat broncoceolę. Sunt etiã qui herniã interpretent pro testiũ theca: vt illud Mart. Ingens iratis apparuit hernia sacris

¶ Herniosus qui herniam patitur. Hiero. in Leui. Si cęcus fuerit vel herniosus nõ accedet offerre hostias domino.

¶ Hernici populi in campania saxa incolentes. Hos tamen hernicos appellatos voluit Macro. qui hiernum adducit a nomine hernici pelasgi qui eorum fuit dux.

¶ Herodius ⁊ herodion auis: falco vulgo dicta: immo est ardeola garza.

¶ Herus dominus aspiratur vt differat a verbo futuri temporis ero.

¶ Heros a Iunone dr inquit Aug. lib. x. ciui. dei. Nã grece Iuno hera appellat. Et ideo nescio quis filius eius scdm grecorũ fabulas heros fuerit appellatus. Hoc videlicet velut mysticũ significãte fabula q aer Iunoni deputet: vbi volunt cũ dęmonibus heroas habitare. Quo noie appellãt alicuius meriti aias defunctorũ. Et lib. vii. Inter lunę gyrum ⁊ nymborũ ac ventorũ cacumina aerias esse aias sed eas aio nõ oculis videri ⁊ vocari heroas ⁊ lares ⁊ genios. Mar. Capella in nuptiis philologię dicit heroas ab hera quę terra dr nuncupatos. Hinc heroicus a. um. ⁊ Herois idis. michalus aũt etymo. ηρωσ ανηρ ενιοσ εσι ηυγιεοσ γενναιοσ λεγεται δε απο του ερωτοσ τησ αρετησ ησ αιγιασ ηνυδυνουσ και πονουσ απο των ανθρωπων ρουμενοσ αγαθοσ αιρεται.

¶ Herpes animal sic dictum: q eo pręcipue sanentur ea quę serpunt.

¶ Heroidas veteres fœminas clariores dixerũt: quales sunt heroũ vxores ⁊ filię. Papin. lib. iii. Syluarũ. Qua veteres latias graiasq; heroidas ęquas.

¶ Hersilia nomen vxoris romuli: quę in horam versa templa cũ quirino tenuit. Est aũt herse apud grecos quod apud nos est ros.

¶ Hanula parua delubra: in qua loco f. ponitur aspiratio: quasi fanula.

¶ Hesperus pe. cor. Athlantis frater a quo hesperia Scribit Diodo. hunc hesperum conscẽdisse cacumen montis athlantis ad cursus astrorũ obseruandos et nunq̃ deinceps cõparuisse cui vulgus honores diuinos exhibuit: astrũq; lucidissimũ eius noie appellitauit. De quo Vergili. Ite domũ saturę venit hesperus ite capellę. Hęc etiã serotina stella vesper dicitur: vt apud eundem lib. i. ge. Quid vesper serus vehat. Similiter vesperugo noiatur. Plau. Nec vesperugo nec vergilię occidunt. Rursus et illa eadem excogitata

stella a pythagora primū fuit q̄ ante solē oriri conspici tur: tunc quoq̈ lucifer nōiatur: qui grece φωσφοροσ dicit. Verg. in Damone. Nascere p̄q; diē veniēs age lucifer almū. Quā etiā a nobis iubar transferk: eo ꝙ eius splendor in modū iubę leonis diffundak. Similiter ꝛ Venus appellak: siue in die siue nocte.

¶ Hesperię duę sunt. Una quę in hispania ē: altera Italia quę sic discernunk. Aut em̄ hesperiā solam dicimus ꝛ significat Italiam. Verg. Est locus hesperiā graii cognoīe dicunt. Aut addis vltimā et significat hispaniā: quę in occidentis est fine. Horat. Qui nunc hesperia victor ab vltima. Et hęc ab hespero occidentali stella dicta est. Italia vero ab hespero Athlantis fratre qui a germano pulsus Italiam tenuit: ꝛ ei nomen vel propriū: vel suę pristinę regionis imposuit. Macro. tamen voluit hesperiā dictam esse Italiam ꝙ occasui subiecta sit.

¶ Hesione nomen Laomedontis filię.

¶ Hesaias nomen prophetę propriū.

¶ Hesperides pe. cor. appellatę sunt hesperi fratris athlantis filię Aegle Erethusa ꝛ hespertusa. De his est fabula ꝙ habuerint hortos nemore aurifero preciosos vbi erat draco custos peruigil: mala aurea vigilanter obseruans quē interfecit Hercules pomaq̈ aurea retulit ad euristea. Ply. ꝛ Solinus interpretantur fuisse ęstuariū maris meatu flexuoso instar draconis qd̄ hortos hesperidū amplectebak vbi pręter oleastrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Var. per mala aurea oues significari dicit quas Hercules ex aphrica in gręciā exportauerit. Ea em̄ sua voce gręci appellant mala apud quos μηλον. i. malū significat ouem ꝛ pomū. Hinc Melotę dictę vestes ex pellibus ouiū confectę. Aliter tradit Diodo. lib. v. bybliothecę quē videre potes.

¶ Hesperū promontoriū in aphrica est nauigatione decem dierū ab œnothema monte.

¶ Hesternus a. um. Vide in dictione heri.

¶ Hetam alias hectā prisci dixerūt: quasi hietam rem minimi pretii vt est oscitatio ꝛ holo halitus. Alii volunt esse pustulā illam q̄ in coquendo assurgit: vt videmus in ahenis dum feruent.

¶ Heteron grece: latine alterū seu reliquū dicitur.

¶ Heteroclitū quasi alterne declinatū. Nam componitur ab ετεροσ et κλιτον.

¶ Heterogenus a. um pe. cor. quod est alterius gn̄is dicitur ꝛ heterogeneus a. um.

¶ Heteromaschala: quę ex altera tantū parte villosa sunt ꝛ seruitiis dedicata: sicut Amphimaschala ꝛ amphimalla: quę ab vtraq̈ parte villosa ꝛ ingenuis dedicata sunt.

¶ Heu interiectio dolentis iungitur actō pronois. Ter. Heu me miserū. Nā per exprobrationē iūgitur cum noīe. Verg. Heu stirpē inuisam. Et cum nolatiuo Idem. Heu pietas heu prisca fides. Interdū geminatur ꝛ nulli casui seruit. Verg. Heu heu quid volui. Aliquando etiā dicitur Eheu. Aspiratur sicut ꝛ hei eadē ratione.

¶ Heteronyma. vide in dictione homonyma.

¶ Heus aduerbiū vocantis. Verg. At prior heus inquit iuuenes monstrate mearū Vidistis si quā hic errantem forte sororū. Aliquādo duplicak heus heus. Nonnūq̈ interiectio dolentis est: vt heus etiā mensas cōsumimus inqt Iulus. Aspiraturq̈ magis vsu cum ꝛ Fest. a gręco ai trahere videatur: quę vox doloris est: vnde ꝛ ęgritudinē deductā esse tradit. Eu vero gręca dictio q̄ multorū noim cōpositionē init aspirationē nō h; vt Eusebius: Eustathius: Eugenius.

¶ Heuoe interiectio metuentis. Ouid. Heuoe bacche sonat.

¶ Heterocraneas vocant morbū capitis cū caput inęqualiter dolet tumetq̈: ꝛ inter pilos rotunda ꝛ humida hulcuscula surgunt ꝛ pus mali odoris.

¶ Hexaclinū vocatur stibadiū hoc est cœnatio sex cōuiuas capiens. Mar. Et testudineū mensus quater hexaclinon. Ingemuit.

¶ Hexameron pe. cor. apud nos sex dierū. Componitur em̄ ab εξ sex et ημερων dierū vbi interponik a. causa euphonię ꝛc.

¶ Hexametrū pe. cor. sex pedū μετρον em̄ mensura.

¶ Hexagonū pe. pro. sex angulorū. Ambro. lib. hexa. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellarū indiscreta laterū ęqualitate cōponere: απο του εξ και γωνια συνθετα.

¶ Hexaplū vel hexapla orum. exemplaria ab εξ sex et πλοισ plica. Hier. in prologo libri Iosuę. Ut pro grecorū hexaplis editionē nostrā habeant.

H ante I.

¶ Hiarbas iouis filius ex garamāte nympha fuit getulorū rex: quē Ver. scribit in cōnubiū petiisse Dido.

¶ Hiato as frequentatiuū verbi hio as. signi (nem. ficat sepe aperior scindorve. Plau. Si qua forte concio est vbi eū hiatare nondū in mentē venit. Laberi⁹ passiuo vsus est. Hiatantur fores inquit: pro eo quod est hiatant. i. patent.

¶ Hiatus us. apertio. Claud. de rap. Quod conata nefas: aut cuius conscia culpę. Exul ad immanes erebi detrudor hiat⁹. Est aūt triū syllabarū ab hio factū.

¶ Hibiscus herba nō dissimilis malue vt inqt Theophrastus folio maiori q̄ malue: pilosiorīq̈ caule. Usus eius ad rupta ꝛ tusses. Ply. scribit hibiscū a pastinaca distare damnatū in cibis sed medicinę vtile. Vergili⁹ accipit pro iunci siue viminis genere.

¶ Hic ꝛ iste sic differūt: ꝙ hic circa psonā loquentē: iste circa personā audientē: acsi a prima persona ad secundā haberek oratio: vt huic amico meo cū tuo isto familiari magna est cōtentio. Eodē modo cū tu in pręsentia sis Florētię: ego vero Bononię q̄ rectissime dicetur si a te ita scripsero. Maturiorē sane futurū suspicor tuum in hanc vrbē aduentū q̄ in istā meū. Eadem quoq̈ ratio est eorum aduerbiorū q̄ localia noīata ab hisdē pronoībus formank: vt hic noui habemus nihil. Et si quid istic noui acciderit scire cupio. Et regis hispanorū oratores qui diebus superioribus hac iter habuerunt ad quod tempus istuc peruenerint facito me certiorē. Cī. Curioni. Putares ne vnq̄ accidere posse vt mihi verba deessent: neq̈ solū ista vestra oratoria: sed hęc etiā leuia nostratia. Idem Valerio. Ibi malis esse vbi aliquo numero sis q̄ istic vbi solus sapere videare. Istec vero et istanc nō oratorū sed comicorum sunt. Ille vero cum aduerbiis ab eo formatis significant rem seu locum ab vtroq̈ remotum. Plaut⁹. Quis est quem videmus venientem pannosum ac squalidum: Ille ne est noster Syrus: Plynius. Hęc omnia ad vos ex illa prouincia comportantur. Illinc succi: illinc odores: illinc extremo orbe quęsitę luxurię opes. Duobus autem modis construuntur:

demonstratiue ⁊ relatiue. Ter. Uiden tu illū Thais? Sene. Et qui hoc facit sane prudens appellandus est Et tunc hic eandē significationē habet quam is. Et in noīatiuo pluralis numeri ac mas. ⁊ fœ. gñis sola scriptura distinguit̄. Hi em̄ ⁊ hę cū aspiratione ⁊ vna vocali ab eo q̄ est hic ⁊ hęc descendūt. Ii vero ⁊ eæ cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is ea id. Sciendū quoq̧ est ꝙ hic cū pronomē est corripitur: vt Solus hic inflexit sensus. Et qñq̧ sumitur pro talis: vt hic pietatis honos: Et hunc ego te Euryale aspicio? Quādo vero aduerbiū producit̄: vt hic illius arma. Et modo pro tunc. Uerg. Hic regina grauem gemmis auroq̧ poposcit. Ci. Apio. Hic ego multa simul cogitaui. Modo pro tali loco. Plaut. Hic ne esse oportuit qui frugi essent? hoc est in tali loco ⁊ tam sordido. Accipitur qñq̧ iste pro hic. Ci. Cum isto tempore stent cū gladiis armati. Et ille pro is: vt apud apostolū. Nō em̄ qui seipsum cōmendat: ille ꝓbatus est. Hic ⁊ is aliomodo vsurpari solent ab auctoribus: vt Alexander paruis copiis fretus supauit dariū cū infinito exercitu: ⁊ id vel ⁊ hoc in adolescentia. Ab hic tam pro nomīe q̄ꝫ aduerbio: fiunt hicce ⁊ hiccine illud eiusdē significationis cū hic. Hoc semp interrogatiue ponit̄ quasi hiccine? Dicitur ⁊ hęcce: hocce. Unde apud Terē. Hisce plurali numero d̄r pro eo q̄ est hi. cū ait. Hisce arbitrant̄: nunc hoc munere suā esse thaidē. Plau. in Cap. Hisce aūt inter se cōiunxerūt dolū.

¶ Hicce ab hic fit ⁊ idem significat. Hiccine ponitur interrogatiue: quasi hic ne?

¶ Hiera insula inter Siciliā ⁊ Liparim Uulcano sacra vna ex æoliis. Fuit ⁊ via sic dicta: ꝙ ea irent sacerdotes ad Eleusinā cererē. Hoc noīe etiā appellata est vxor Telephi regis Mysorū quę a Nereo interfecta dicitur cū marito ferret opem: qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea vt fabulę tradunt tantę fuit pulchritudinis vt etiā helenā superaret. Et Hiera apud nos dicitur sacra cuꝫ qua dictione fiunt multa composita de quibus infra.

¶ Hierarchia. pe. pro. latine sacer principatus. Gręci ιερα sacrū dicunt αρχη principatus.

¶ Hierapicra: aduerbiū d̄r: sacra amara. Nā πικροσ amarum d̄r. Medicinę genus quoddā ad soluendam aluum. Uide in dictione Picra.

¶ Hierapolis pe. cor. latine sacra ciuitas d̄r. Quo nomine dicta est ciuitas Asię contra Laodiceā vbi aquę calidę scaturiebāt: quę in tophum admodū facile durabantur. Et os plutoniū in paruo quodā montis supercilio ita commensuratū vt hoīem suscipere posset mira profunditate cui vallū propositū erat quadratū ambitu semiiugero nebulosa ⁊ crassa caligine plenum vt vix solum discerni posset. Exterius tranquillo cælo aer innoxius: animal si q̄ ingrederet̄ statim moriebatur ⁊ tauri introducti mox cadebant educebāturq̧ mortui. Strabo se passeres immisisse ait qui subito expirauerint. Apud Hierapolim aqua quædā adeo tingendis lanis idonea fuit: vt ex radicibus tincta cum his decertarent: quę ex vermiculo purpuraq̧ tingebātur. a qua hieropolitę dicuntur.

¶ Hieronymus propriū nomē ecclesiastici disertissimiq̧ viri cuius opera in pretio habent̄: ⁊ latine d̄r sacra lex seu sacrū nomē. Componitur em̄ ex ιεροσ ⁊ ονομα: sed o mutatur in y. Fuit et hoc noīe philosophus ex rhodo insula qui finē summi boni posuit in indolentia: quę grece d̄r αναλγησια.

¶ Hieronicas vocamus victores sacrorū certaminū. Quę sint sacra certamina. Uide in dictione sacra certamina. Quę aūt fierent in sacris certaminibus docꝫ Quintil. lib. ii. cū ait. Quom palęstricus ille cursorē faciat aut pugilem aut luctatorē aliudve quid ex his quę sunt sacrorū certaminū.

¶ Hierosolyma mę. ⁊ hierosolyma orū. ⁊ hierosolymæ marū. tantū pluraliter vrbs iudęę seu palęstinæ quę ⁊ hierusalē vocabat̄. Unde legimus apud Ioannē. Facta sunt Encęnia hierosolymis. Dicuntur aūt hierosolyma: vt scribit Egesippus: quę primo solyma dicebantur. Sed cū rex cananeus cognomento iustus qui fuit conditor solymorū templū addidisset inde hierosolyma nuncupauit. Gręci em̄ ιερειον templū vocant. Eusebius lib. ix. Euā. em̄ pręparationis ait hierosolyma appellari quasi in hierosolomonis hoc est ędē Solomonis a templo q̄ Solomon hierosolymis pulcherrimū magnificentissimūq̧ cōstruxit. Hinc hierosolymita pe. pro. hierosolymitanus ⁊ hierosolymus. Hie. lib. ii. mach. Et qui ꝓmiserat romanis se tributū restituere de captiuitate hierosolymorū prędicabat nunc protectorē deum habere iudæos. Sue. in Nero. Spoponderunt tñ quędā destituto ei ornationē orientis. nonnulli noīatim regnū hierosolymorū. Hęc etiā hierusalem appellat̄: quę vrbs per tria noīa a Hiero. vocatur Iebus salem hierusalē quę ab helio postea Hadriano de ruinis ⁊ cineribus ciuitatis in heliā suscitata est.

¶ Hierotheus nomen viri propriū: ⁊ interpretatur sacer deus.

¶ Hieroceps insula in Cypro prope paphum: qua voce significatur Sacer ortus.

¶ Hieroduli pe. pro. sacrorū ministri. Iul. Firmicus lib. viii. matheseos scribit futuros ędituos aut hierodulos qui habuerint horoscopū in. xxvi. parte geminorū: græci νεωκορον vocant ędituū

¶ Hierophanta latine sacrorū demonstrator. Hier. cōtra Iouí. Hierophātas quoq̧ athenensiū vsq̧ hodie cicutæ sorbitione castrari: ⁊ postq̄ꝫ in pontificatū fuerint electi viros esse desinere.

¶ Hiero Syracusanorū tyrannus in quo pulchritudo corporis ⁊ vires fuerunt admirabiles: de quo multa apud Iustinū leguntur.

¶ Hierocomon locus est quo leprosi alūtur. hiera em̄ gręce: lepra latine ⁊ κωμη villa.

¶ Hierico seu hiericus ontis: ⁊ hiericus hierici ciuitas magna fuit muralibus septa parietibus: quę non ferro peruia nec parieti possit esse penetrabilis. Hie. ad Alga. Et imperabo. de hierusalē descendentis hiericum samaritanus loquitur

¶ Hila intestinū tenue ab hira: siue ab hilum vt inquit Uar. q̄ est minimū. Unde quādoq̧ Hilę pro salsis intestinis: vel fartis salsitiis: aut lucaniciis accipi solēt Plaut. Atq̧ hilas efumatas ⁊ sumem. Horat. Pernas magis ac magis hilis flagitat immorsus refici Quādoq̧ ponitur pro eo intestino quod inanū resoluitur. Laber. Neue aliter hunc pędicabis quomodo video adolescenti nostro cędis hilas. Ab hila veteres diminutiuū protulerunt hilla.

¶ Hilum paruū illud nigrū q̄ in summitate fabę adhæret. Usū ⁊ pro breui exiguoq̧ quādoq̧ sumitur. Ci. lib. i. tus. Cum illud q̄ sisyphus versat saxum sudans nitendo nec ꝓficit hilū. i. quicq̄ꝫ tantillū minimumq̧ Ab hoc noīe fit nihilū pro nō aliquid: quasi ne hilum quidē ⁊ per apocopem nihil: ⁊ per syncopen nil. Luc.

Ex nihilo nihil in nihilū nisi posse reuerti. Var. lib. vltimo. de anali. Itaq; vt cū quē putamus esse non hili dicimus nihili. sic in quo putamus esse nequicq̄ dicimus neq̄. Pris. lib. vi. Nihil & nihilū a non & hilum est compositū q̄d sine dubio est nomen. Hilum em̄ pro vilum vetustissimi proferebant.

¶ Hilaris & hilarus pe. cor. iucundus lętusq;. Plaut. in Asi. Credam istuc si esse te hilarū videro. Hinc hilaritas & hilaritudo. Cic. Dolobel. Sed tamē hilaritas illa nostra & suauitas quę te pręter cęteros delectabat erepta mihi omnis est.

¶ Hilaro as. lętitiā iucunditatemq; do: lętifico. Cic. lib. ii. de fini. Omnem iucundū motū quo sensus hilaretur. ἡδονὴν latine voluptatē vocant. Palla. Quæ mansiones hyemi parant ita sunt constituę vt possit eas hyberni solis totus propemodū cursus hilarare. Huius compositū Exhilaro. Col. lib. vii. Satietate verni pabuli pecudes ex hilaritate lasciuiunt.

¶ Hilaresco: hilaris fio Aug. lib. v. con. Et delectabat suauitate sermonis q̄q; eruditionis minus tamē hilarescentis atq; mulcentis q̄ fausti erat.

¶ Hilarius nomē viri propriū ab ἱλαρὸς: latine Hilarius Sic hilarion.

¶ Hilarodus pe. pro. lasciui & delicati carminis cantor ab ἱλαρὸς & ᾠδὴ q̄d cantū significat.

¶ Hilaria tantū pluraliter & ge. neu. sicut saturnalia antiqui diem ęquinoctii verni colentes appellarunt: vt inquit Macro: quo exordiū lętitiæ celebrabat: quo primū tp̄e sol diem longiorē nocte protendit. Erat autem ad octauū Calen. Aprilis. De hilaribus meminit Flauius Vopiscus in Aureliano.

¶ Hinnio is. iui. itum. pe. pro. propriū est vocis equorum. Unde hinnitus tus.

¶ Hinuli pe. cor. sunt ceruorū caprearū capreolorū damarū & similiū filii. Hinuli etiā vocant muli ex equo & asina geniti cū legitimus mulus ex equa & asino nascatur (vt inquit Var.) Hos. Col. lib. vii. etiā hinos appellat: q̄d est primitiuū. Nam hinus diminutiuū facit hinulus: & adiectiuū possessiuū hinuleus.

¶ Hio as. duarū syllabarū proprie os aperio. Unde hiatus & hiatio. Scribitur cū h. quia hiando maior fit spiritus. Nā ab oris sono cū aperitur os tractū videt. Unde & pro sponte: vel aliqua vi externa aperiri siue scindi ponitur hiare: vt Ligna hiant ariditate: & tellus ęstu Sal. lib. iiii. Atq; hiauit humus multa vasta et profunda Et hiare flores dr̄ cū aperiunt. Prop. lib. iiii. Nec flos vllus hiat pratis: quin ille decenter Impositus fronti langueat ante meę. Per translationem hiare sigt̄ mirari. Verg. lib. vi. Incertus clamor frustratur hiātis. Inde formant hisco is. inchoatiuū sed hiasco facere debuit & hiato iteratiuū: & cōpositū Inhio: de quo alibi. Est & hyo cum y. grę̄co ὕω pluo: a quo quidā hymber deducunt.

¶ Hin genus mensurę duos choros atticos continēs inquit Hiero. duos scz sextarios italicos: vt Hin mensura sit iudaici sextarii: nostriq; castrensis cuius sexta pars facit tertiā partē sextarii italici.

¶ Hippos per duplex pp. latine dr̄ equus: a quo multa deducantur.

¶ Hippago inis. genus nauigii conuehendis equis aptū. Quod a Iul. polluce hippago dr̄. Hippagoges legitur pro instrumento quo lapides expoliuntur.

¶ Hippagium equorum vectio.

¶ Hippaco as. pe. pro. sigt̄ aīam celeriter duco: vt inquit Festus. Ab equi halitu qui est supra modū acutus.

¶ Hippopodes populi in oceano scythico qui teste Solino humanā vsq; ad vestigiū formā tenent: sed in equinos pedes desinunt.

¶ Hippobatos equorum pastor.

¶ Hipponomos pe. cor. equorū pastor: q̄r lex equorū. Ita hippophorbos equorū pastor.

¶ Hippoconii mangones ab equis cōponendis colorem fuco: robur inani sagina: vt ait Quin. mentiētes

¶ Hippocentaurus equi stimulator. Quidā volunt hippocentauros filios esse centaurorū. Quod & Diodo. ait Fabula ex eo nata ꝙ primi equitare ausi sunt: veluti hippos. i. equus & homo copulati essent. Clau. Cęsar scribit hippocentaurū in thessalia natū eodem die interisse. Plyn. refert se vidisse hippocentaurū in melle allatū Claudio principi ex ęgypto. De hoc etiā in dictione centauri.

¶ Hipparchus magister equitum. Quo noīe dictus est quidam celebris astrologus qui vt Col. auctor est prodidisse fertur tempus fore quo cardines mundi locomouerentur.

¶ Hippacen vocant caseum equinum.

¶ Hippiades statuæ mulierū equestres appellabant. cuiusmodi fuisse vident Amazonū: quas mortaliū primas equū scandere ausas lysię oratori creditur.

¶ Hippocampę equi marini effigie in pisciū caudas desinentes a flexu caudarū q̄ piscosę sunt. Ply. Hippocampinus cinis alopecias tollit ϰαμπὴ em̄ flexus dicitur

¶ Hippocrene pe. pro. fons in Bœotia iuxta quē est Aganippe. dum Cadmus equestri exploratiōe inquirit quęnā loca insedisset causam dedit poetis vt diuulgarent hippocrenē vngula volantis equi natū fuisse. Nam hippos equi. Crene fons dr̄. Et inde equus pegasus a fonte: qui grę̄ce πηγὴ dr̄ vocatur.

¶ Hippodamus pe. cor. bellicosus equorū domitor.

¶ Hippodame es. pe. cor. & hippodamia ię. pe. pro. nomen mulieris: de qua Oui. li. Heroi. Venit vt in phrygios hippodamia sinus. Verg. lib. iii Geor. Hippodameq; humeroq; pelops insignis eburno.

¶ Hippodromus p. cor. via lata p quā etiā multi equi possunt vna currere. Δρόμον græci cursum dicunt.

¶ Hippomanes pe. cor. ge. neu. scd̄m Pris. componit ab ἵππος equus & μανία furia vel insania. Et a diuersis diuerse exponitur: quidā em̄ dicunt esse fruticem seu herbā quā si equi comedunt insaniūt & in furorem vertunt. Ser. scribit esse virus ex equarū inguinibus defluens quo tempore feruut in amoris furorē quod in humana viscera descendens furorē facit. Verg. li. iii. Geor. Hinc demū hippomanes vero quod nomie dicunt pastores lentū distillat ab inguine virus. Sic Col. lib. vii. qui scribit. Maxime itaq; curandū est vt tam fœminis q̄ admissariis desyderātibus coeundi fiat potestas: quoniā id pcipue armentū si prohibeas libidinis extimulat furiis. Unde etiā veneno inditum est nomē ἱππομανὲς ꝙ equinę cupidini similē mortalibus amorem accendat. Ply. vero asserit esse caruncula in frontē pulli equini caryce magnitudine: colore nigro quā statim edito partu mater e fronte dentibus conuellit. Q si quis prius abstulerit ipsum pullum mater amplius nō est amatura: nec ad vbera eū admittit. Vergil. Quęritur & nascentis equi de fronte reuulsus & matri pręreptus amor. Hac caruncula mulieres medicamenta componentes vertere homines feruntur in furorem.

¶ Hippomachia pe.pro. pugna equestris.

¶ Hippolytus penu.cor.nomen viri απο τον ιππων equus ⁊ λυω dissoluo. Hinc thesei ⁊ hippolytę Amazonis filius Virbius dictus fuit: qui dum celibē ducens vitā sese venatu exerceret: ⁊ constanti aīo sperneret mulieres a phedra nouerca absentē patre amatus est. Cuius turpi desyderio cū obtēperare noluisset redeunte patre adulterii ei crimē nouerca obiecit. Quā obrem Theseus in furorē versus de filii nece cogitauit: qđ metuens hippolytus conscenso curru fugam arripuit. Sed dum phocę q̄ tum forte in littus exiestant ęquoris equorū ⁊ rotarū strepitu perterritę sese in mare pręcipitarūt. eum exterriti equi per scopulos ac saxa traxere tanto impetu vt cōpagibus dissolutis infœlicē iuuenem loris implicitū discerpserint. Hūc postea ęsculapius reuocauit ab inferis ⁊ pristinę incolumitati restituit. Hippolytus vero relicta terra attica in Italiā venit ne patris iram rursus experiret: et se virbiū appellari iussit ꝙ bis vir fuisset: ac nō longe a Roma oppidū ędificauit: quod a nōie acceptę coniugis Ariciam appellauit Sed hanc fabulā esse constat: vt inquit Plato in libro qui Cratillus inscribit.

¶ Hippopotamus pe.cor. quasi equus fluuialis seu aquaticus animal in nilo pręcipue nascens binis vngulis quales sunt sub bobus dorso equi ⁊ iuba ⁊ hinnitu cauda obtorta: dentibus aprorū aduncis. Suidas. ιπποληυτοσ ουτοσ εγραψεν εισ τασ ορασεισ το Δανιηλ υπομνηματα και εισ τασ παροιμιασ σολομωντοσ. Amb. Equi fluuiales quos hippopotamos vocāt eo ꝙ generent in nilo flumine.

¶ Hiptotelę: pulli asinorū. Vide in dictione Equule⁹

¶ Hippotoxotę dicti sunt equestres sagittarii: vt est apud Cęsa.com.iii.

¶ Hippo gene.mas.nomen duarū vrbiū. Vnus aquis circundatus ⁊ madens palustri solo. Alter basilicus. id est regius de quo Vir Et vaga ⁊ antiquis dilect⁹ regibus hippo. Ab equitio nomen vrbi datū videtur Nam ⁊ stabuli deam. Apul. Hipponen vocari tradit lib.iii.metamorphoseos.

¶ Hippona erat dea quā stabularii maxie colebāt: cuiusq; effigies in stabulis locabat. Apul.lib.ii.me. Respicio pilam medio quę stabuli trabes sustinebat. In ipso vero meditullio hipponę deę simulachrum residens ędicule qđ accurate corollis roseis equidē recentibus fuerat ornatū.

¶ Hippion argos: qđ Achaicū dicebat peloponnesii vrbs: ⁊ ab equis deduci videtur.

¶ Hippias philosophus gręcus qui audiente pene tota gręcia gloriatus est nihil esse vlla in arte rerum omniū quod ipse nesciret.

¶ Hipopodion latini suppedaneum et scabellum appellant.

¶ Hir iris. scđm Charisium: sed indeclinabile scđm Proburn. significat volam manus .i. palmam ab hęreo quoniam palmis aliquid capientes maxime illi rei inhęreamus.

¶ Hira intestinū qđ ieiunū vocant.

¶ Hircus per c. caper caprarū admissarius. Et nō dr hircus nisi postq̄ coire fœtereq; cœperit. Hinc hircinus a.um.pe.pro.nomen possessiuū. Apul. Homo sordidus ⁊ hircina libidine fœtens. Hircosus a.um. qđ hircinū odorē olet. Persius. Hic aliquis de gente hircosa centurionū. Hirci cyniphii dicuntur a flumine aphricę qđ cyniphis siue cyniphos vocatur.

¶ Hircquus per c. ⁊ q. est angulus oculi Verg. Noui mus ⁊ qui te transuersa tuentibus hircquis. Interdum ponitur pro eo qui in obliquū respicit: vt Strabus ab hircquis oculorū angulis ꝑpterea ꝙ libidinis appetitu sępe aciem ad hircquos capręę retorqueant. Interdū hircquus ponit pro fœtore qui sub alis fit.

¶ Hirquitali pe.cor. pueri ad libidinē accedentes a libidine hircorū dicti. Nā auctore Censorino hoc fit in secunda annorū hebdomade vel incipiente tertia vox crassior fit ⁊ inęquabilis qđ antiqui latini dicunt hirquitalere: ⁊ inde ipsos putant hirquitalos appellari ꝙ tunc corpus hircum olere incipiat. Hic fœtor etiā caper ⁊ tragos dr. Catul. Valle sub alarū trux habitare caper. Mar. Inde tragos celeresq; pili mirandaq; matri barba. fœtorē alarū hircū vocamus: q̄ oīm partiū nostri corporis maxime male olent. ꝑpterea ꝙ immobiles habent. Unde Hor. Cubat hircus in alis. Hoc Arist.lib.vii.de aīalibus appellat. τραγιζειν qđ in latinū vertens Caprire dixit.

¶ Hircipili.pe.cor. dñr hoīes qui pilos duros habēt.

¶ Hirrire. propriū est vocis canis rabiosę.

¶ Hirsutus penul.pro. ab horreo ⁊ seta dicitur quasi horrens setis.

¶ Hirtus idem qđ hirsutus. Verg.lib.iii. Geor. Hirtasq; capellas.

¶ Hirudo pe.pro. Sanguisuga ab hęrendo carni dicta. Hor. Nō missura cutem nisi plena cruoris hirudo Ply. Hirudinū quas sanguisugas vocant ad extrahendū sanguinē vsus est.

¶ Hirundo: auis notissima gręce Χελιδων dr. Dicta hirundo ꝙ vere ad nos transeat.

¶ Hisco is. incohatiuū a hio as. Et est hiscere ꝓprie oris humani cū videlicet pręsomno aut tędio os aperiūt hoīes qđ ⁊ oscito dicit. Sed inter hiare ⁊ hiscere hoc interesse puto ꝙ hiare sit patentē esse. hiscere patescere: hoc est patefieri. Oui. Hiscere nāq; tibi terra neganda foret. Quandoq; etiā hiscere est summisse loqui: siue os ad loquendum aperire. Plaut. Ne hiscere quidē audet .i. os aperire. Verg.lib.iii. Vix pauca furenti Subiicio: ⁊ raris turbatus vocibus hisco .i. loquor. Quq; mirari ⁊ dubitare. Neuius. Hiscit: dubi⁹ est quid agat. Verg.lib.ii.geor. Hunc clausus hiantē per cuneos geminatus ēm plębisq; patrumq;. Huius composita sunt dehisco ⁊ fathisco.

¶ Hisciacus qui nimiū oscitatur. Cato de re rus. Vinum ad hiasciacos sic facito de iunipero materiā semipede crassam concidito minutim tum feruefacito cū congio vini veteris.

¶ Hispalis pe.cor. ciuitas hispanię quę nunc Sibilia vocatur. Ex hac ferunt Auicennam medicum originem traxisse.

¶ Hispania regio Europę quę a montibus pyreneis incipiens ⁊ per columnas Herculis circuiens vsq; in borealem oceanum protenditur. Ita vt omnia in eo circuitu ad Hispaniam spectent. Decem milibus stadiis: vt Appianus scribit eius latitudo commensuratur. Longitudo prorsus eadem esse videtur. Terra frumenti vini olei auri gemmarū metallorumq; ferax. Ex qua etiam bellicosissimi equi procreātur. Refert Var. in hispaniis equas ex vento concipere: ꝙ cursu tam veloces existant: vt merito ex ventis concepti equi ferantur. Sunt qui Hispaniam diuidant in vlteriorem scilicet et citeriorem. Citerior eadem Taraconensis ad pyrenea vsq; iuga protenditur.

Ulterior in duas per longitudinē pūincias diuidit. hoc est bethicā ⁊ lusitaniā. Alii dicunt hispaniā sex habere pūincias. Taraconēsem. Carthaginiēsem. Lusitaniā. Galathiā. Bethicā ⁊ Tingitanā. In ea quatuor magna flumina sunt. Bethys. Mineus. Iberus et Tagus qui aurū trahit. Hæc regio primo Iberia ab Ibero fluuio. Postea ab hespero atlātis fratre hesperia. Ultimo ab hispali q̄ hodie Sibilia dr̄ hispania dicta est. Ab hispania hispanus ⁊ hispaniēsis fiunt: sicut a Sicilia siculus ⁊ siciliensis. A Roma romanus et romanēsis: a Sardis sardus ⁊ sardiniēsis. a Corinthius ⁊ corinthiensis. Sed hispanus dr̄ qui in hispania natus est: hispaniēsis qui alibi ortus: in hispania versatur: hoc est qui licet in hispania sit nō tñ ex hispania est. Unde hispaniēses vocamus negociatores qui in hispania negociant. Liui. Exercitus hispaniēses appellat romanos qui erant in hispania cū pretorib⁹ Ply. lib. xiiii. Cesar hispaniensi triumpho chiū ⁊ falernum dedit: cū in hispania bellū aduersus romanos nō hispanos gesserit.

¶ Hispidus pe. cor. setosus horridus. Verg. Cui laterum tenus hispida nanti Frons hoiem prefert.

¶ Hister ethrusco vocabulo ludio vocabat. Unde histriones artifices qui ludiones psonati in scæna comœdias tragœdiasq; vocē ⁊ corporis gestu agūt Eustathius in Dionysio libyco. αρχεται δε εκκελτων ρεει δε δια πασης ευρωπης και ο αυτος πενταστομον του πονισορει et Stephanus bizantius multa.

¶ Histriones ab histria regione ex qua primū venisse indeq; nomē sortitos esse asserit. Festus. Cui refragātur Liuius Valeriusq; scribentes nomen histrionib⁹ fuisse inditū q2 hister tusco verbo Ludio vocabatur.

¶ Histricus a. um. pe. cor. qđ ex histria est: sicut ⁊ histrio. Plau. in pe. Pro imperio histrico. Idem Imperator histricus histrio. Hinc formauit diminutiuum Hiero. contra rufi. Si histriculę ⁊ liuidę mentis hominem a me submoueo: ⁊ ad vnū stipitē cuncta iacula dirigo qui vulnera sua partit in multos?

¶ Histrionicus a. um. qđ est histrionis: seu qđ ad histrionē pertinet: vt ars histrionica.

¶ Histrix icis: pe cor. animal ex herinaceorū genere: sicut docet Ply. libr. ix. Calphur. Venit ⁊ hirsuta spinosior histrice barba. Habet terg⁹ spinis hispidū q̄s tensa cute plerūq; laxatas volūtaria iaculatiōe iacit.

¶ Historia: latine narratio. ab ισορειν qđ spectare vł cognoscere significat. Uide in dictione annales.

H ante O

¶ Hoc q̄nq; pro hic ponit. Ci. in Ver. Et si hoc nescio quid est nugatorē sciebā. i. hunc. Ter. in phor. Hoc nihil est Phædria ilicet. i. hic. Q̄nq; pro huc. Ver. li. iiii. Hoc tunc oīpotens cœlo demittit ab alto.

¶ Hodœdocus: latro ⁊ viarū obsessor. ab οδος quādo viā significat οδοιδοκος δεχομαι το λαμβανω.

¶ Hodœporus viator. Hodœporicū: liber aliqđ iter describens. Hierony. in vita. Paulæ. Hoc ⁊ itinerarium dicitur.

¶ Holos grece: latine totus dr̄. hinc deducunt.

¶ Holographum pen. co. totum scriptū. Testamentum quod totum testatoris manu scriptū est. Hieron. contra rufi. Quæ epistola holographa tenetur ab iis ad quos perlata est.

¶ Holocaustū proprie hostia quę detractis extis integra aræ imponebat quasi ολοκαυστον. i. totum combustum: aut totū igne absumptū. Causis em̄ incensio holon totū. Dicitur ⁊ holocaustoma atis. Græce ολοκαυτωμα ⁊ holocaustomatū pro sacrificio. Scribit Iosephus lib. iii. anti. Quando tota victima quę immolatur incenditur: id sacrificium nomen holocaustomatis habet.

¶ Hololampus: totus flammeus.

¶ Holopachion: integer cubitus. Grece ολοπαχιον

¶ Holosathron: vndiq; quassatū.

¶ Holostheon herba q̄ dicitur tota ossea cum tamen careat omni duricia.

¶ Holoserica pe. cor. tota serica: vt vestis holoserica apud Lampridiū quę a serica ⁊ subserica distinguit.

¶ Holor qđ quidam a gręco deducunt: quasi ολος ωραιος. hoc est totus candidus auis est alba: ansere maior vocem argutā habens. Hāc cygnū dicunt gręci. Hinc Holorinus a. um pe. pro. Unde vox holorina. De holoribus. Ver. Sed argutos interstrepere anser olores. Ouid. Ad vada Mæandri concinit albus holor. Scribitur etiā sine h.

¶ Homerus pe. pro. nomen poetę gręci excellentissimi: qui fuit ante Romā conditā annis circiter centū sexaginta: vt Cor. nepos in libris chronicorū tradit. Hic fuit cęcus: ⁊ ob id homeri nomē sortitus est: cum prius Melesigenes diceret. Cumei nāq; ⁊ Iones captos oculis homeros appellāt: q2 homeris. i. itineris ducibus egeant. Hinc cęcutiens mæonius nuncupat a Martiano lib. i. de nup. philologiæ cęcutientis mæonii suauiloqua senectus. Petrarcha in buc. Cęcumq; senem sed multa videntē. Ab hoc homeridæ familia apud chios illustris fuit vt inquit hellanicus.

¶ Homeromastix: dr̄ homeri flagellū cognominatum quo zoilus quidam homeri oblocutor cognominatus est qui scripta sua contra Iliadem ⁊ Odysseā homeri comparata in alexandriā veniens Ptolemęo regi obtulit. Sic Virgiliomastix virgilii ęmulus. Mastix em̄ latine flagellū dr̄. Unde Comici verberones mastigias identidē appellāt. Quod plane nomē oībus detractoribus accōmodatū est. Ply. Ut obiter caueā istos homeromasticas. Ita enim carptores suos nominat. Et oēs obtrectatores Mastices dicunt addito noie eius cui obloquunt: vt Ciceromastix.

¶ Homelia græce ομιλια dici potest colloquiū: vel sermo ad populū ομιλεω sermocinor colloquor cōuersor Et habet pe. cor. Hier. ad heracliū. Dū supplere cupimus ea q̄ ob origene operata sunt: sicut in homeliis vel oratiunculis in genesim in exodū fecimus.

¶ Homeliaticus a. um. Idem ibi. Quē laborē idcirco suscepimus ne pulsatę quęstiones ⁊ relictę qđ homeliatico dicendi genere ab illo sępe fieri assolet latino lectori fastidiū generarent.

¶ Homo trium litterarū appellatur fur.

¶ Homicida pe. pro. qui hoiem necat. Homicidium hominis necatio.

¶ Homos gręce ομος latine simul vel similiter dr̄.

¶ Homopathes: simul patiens.

¶ Homogenes pe. cor. consanguineus eiusdē generis. Unde ⁊ homogeniū.

¶ Homogalactos collactaneus.

¶ Homogastrios: vterinus eadem matre natus. Homopatrios eodē patre natus.

¶ Homographia: equalis vel sīilis scriptura vel pictura

¶ Homoglossus eiusdem linguæ.

¶ Homotechnos eiusdem artis.

¶ Homotropus eiusdem moris.

¶ Homophylus pe.cor.eiusdem generis & tribus.

¶ Homophonos pen.prod,grece ομοφωνος cõcors eiusdem linguę.

¶ Homologina:confessio:pactũ assensus.

¶ Homonymon pe.cor.eiusdẽ nois vt inquit Aug. Quod fit cũ res quidẽ plures cõmune nomẽ accipiũt interpretatione vero eiusdẽ rei separant̃:vt homo pictus & verus. In hoc nãq; idem nomen est. Sed si ad diffinitionẽ vel ad interpretationẽ hois redeas inueniũtur ista disparia. Cũ em̃ dixeris verũ hominẽ aial esse qđ risum capiat:& vim rationis admittat cum de picto idẽ nõ possis dicere necessario inueniunt̃ disparia. Regulariter aũt accipere debemus omne nomen licet ꝓprium qđ possit esse cõmune cũ cęteris homonymon vocari:vt Cicero nõ vnus sed plures. Synonyma sunt res quę & noie & sui interpretatione iungũtur:vt aial.id em̃ de hoie & de equo:& de fera & de auibus dici potest. Animal est qđ cibũ capiat:qđ mortale sit:qđ sensu moueat̃. Polyonyma sunt cũ multa nomina vnã rem significant:neq; vlla differentia noium reddit̃ ratio:vt ensis mucro gladius. Hęc em̃ cur vnã rem tot significent nec discerni nec diffiniri põt. Heteronyma a multis ęque noibus res singulas tenẽt verũ in his habet rationẽ diuersitas noium vt homo terrenus mortalis:homo ab humanitate:terrenus a terra in qua cuncta gignuntur. Mortalis a necessitate mortis. Diuidunt̃ aũt homonyma in duas partes. Aut em̃ fiunt fortuitu:aut hoim voluntate. Fortuitu fiunt cum quodam casu simile quis alteri nomẽ accepit. Voluntate cum similitudo nois ex industria imponentis affingitur.

¶ Homonea ꝓpriũ mulieris:quo significatur cõcordia. De qua extat epigrãma. Tu qui secura procedis mente parũper. Siste gradũ quęso:verbaq; pauca lege. Illa ego q̃ claris fuerã pręlata puellis:Hoc homonea breui condita sum tumulo. Cui formam Paphię charites tribuere decorem. Quã Pallas cunctis artibus erudijt. Nondũ bisdenos ętas mea viderat annos. Iniecere manus inuida fata mihi. Nec pro me queror.hoc morte est mihi tristior ipsa:Mœror athimethi cõiugis ille mei. Sit tibi terra leuis mulier dignissima vita. Quęq; tuis olim ꝑfuerere bonis. Si pensare aias sinerent crudelia fata. Et posset redimi morte aliena salus. Quãtulacũq; meę debent̃ tẽpora vitę:Pensarem pro te chara homonea libẽs. At nũc qđ possum fugiaz lucẽq; deosq;:Ut te matura ꝑ styga morte sequar:Parce tuã coniunx fletu quassare iuuẽtam. Fataq; mœrendo sollicitare mea. Nil possunt lachrymę nec possunt fata moueri. Uiximus hic omes exitus vnus habet. Parce ita nõ vnq̃ similẽ experiare dolorẽ. Et faueãt votis numina cũcta tuis. Quęq; mihi eripuit mors immatura iuuentę:Id tibi victuro proroget vlterius.

¶ Homœosis tropus:qui similitudo interpretatur: cum ex similitudine alicuius cogniti deuenimus in similitudinẽ incogniti. Huius tres sunt species Icon Parabola & paradigma.

¶ Homœoptoton similiũ casuũ:vel vt inquit Cicer. similiter cadens.ομοιως similiter πτωσις casus. Qđ fit cũ diuersę dictiones in similes casus exeunt. Dicitur & homoptoton:quasi similiũ casuum:uel similiter cadens. Est em̃ oratio vno similiq; casu compacta:vt apud Sal. Maximis ducibus fortibus strenuisq; ministris. Ennius. Mœrentes:flentes:lachrymantes et miserantes.

¶ Homœoteleuton:& homoteleuton.similiter desinens.τελευτον finitum:teleo finio. Figura cum plura verba in eandem vocem finiunt:vt abijt:discessit:euasit:erupit.

¶ Homousios:consubstantialis.ab ομος & ουσια quę significat essentiam. Unde latini doctores theologi: homousion dicunt Christum ꝙ sit vnius cum patre substantię.

¶ Homomeria silitudo ptiũ. Lucr. Nunc & Anaxagorę scrutemur homomeriã. Fit ab homios.i.similis.

¶ Homopsychus pe.cor.vnanimus.

¶ Homoleũ pilei genus quo veteres vtebant̃.

¶ Holus:alias Homelus pe.cor.mons thessalię

¶ Honor & honos in ntõ:& aspirat̃ scdm̃ Apul.vt differat ab Onos asinus. Dict⁹ honos ab honesto onere vt inquit Uar. Et honestus ꝙ onus sustineat reip. Ex quibus verbis constat honus & honustus aspirationem exigere:cũ tñ eruditoꝝ vsus hodie nõ aspiret Est aũt honor reuerentia quam alicui exhibemus in virtutis testimoniũ. Aliquando etiã dicit̃ dignitas. Cic.lib.i.ad Cęs.iuni. Tu cũ ea quęes e senatu summo cũ honore tuo cõsecutus. Et honor administratio magistratus. Uñ cõsulatus & pręturа honores dicuntur:& ius honorariũ ius pretoris. Ouid.lib.i.fast. Uerbaq; honoratus libera pretor habet. Reliqui tñ magistratus largo mõ honores dicunt̃ & cursus honorum gradus dicit̃ cũ honor honori succedit:vt ędilitati pretura:cõsulatui censura. Aliqñ accipitur honor ꝓ pulchritudine. Uirg.lib.i. Et lętos oculis afflarat honores. Et alibi. Frigidus & syluis aquilo decussit honorem. Aliquando ꝓ cultura obseruãtiaq;. Idẽ lib.vi. Semper honore meo semper celebrabere donis. Aliquando ꝓ pudicicia. Idez. Et rapti Ganymedis honores. Aliquando pro hostia:vt Meritos aris imponet honores. Aliquando pro pmio:vt apud eundem. Ipsis pcipue ductoribus addit honores. Aliquãdo pro sepultura:vt Cernit ibi mœstos & mortis honore carentes. Aliqñ ꝓ amore. Idez Per. Si quis amate tangit honos animum.

¶ Honor pfandus est:& honorẽ pfaricũ dicimus:est loqui cũ reuerentia eius qui audit. Quod fieri solet: cũ est locutio de aliqua re turpi.

¶ Honorarius a.um.qđ ad honorẽ ptinet:vt ius honorariũ.i.pretoriũ:ab honore pretorũ. Honorarius arbiter dicit̃ quẽ honoris causa vtraq; pars suminũ facit suę causę & controuersię iudicẽ. Cic.lib.v.tus. Quorũ controuersiam solebat tanq̃ honorarius arbiter iudicare Carneades:& ludi honorarij:quos antiqui liberalia dicebant:vt inquit Fest. Dicti honorarij ab honore videlicet eorum qui munera ea populo edebant. Honorariũ quoq; idem fere est quod munus pmij cuiusdam loco datum:vt est apud Ulpianum & iurisperitos.

¶ Honoraria:ludi qui a Romanis fiebant in honorem liberi patris:qui & liberaria dicebant̃.

¶ Honorus a.um.qđ cũ honore est. Uñ Inhonorus sine honore. Amb.lib.i.offi. Loculos pecuniaꝝ quas pauperib⁹ erogabat cõmissos habebat:ne videat̃ quasi inhonorus:aut quasi egen⁹ dñm ꝑdidisse.

¶ Honoro as.pe.ꝓ.honore afficio. Uñ honoratus q̃ in honore habetur. Ci.lib.i.offi. Dicenduz est etiam

qualẽ hoſis honorati ⁊ principis domuȝ placeat eſſe. Huius cõpoſita ſunt Exhonoro ⁊ inhonoro: q̃ ſunt ſignificationis ꝯtrarię ſuo ſimplici. Leo pap. Hic eſt q̃ in Abel occiſus eſt. in Dauid pſecutus ⁊ in ꝓphetis exhonoratus. i. ſine honore habitus / vituperatuſq;. Et in Euan. Vos aũt inhonoraſtis me.

¶ Honorificus a. um. quod honorẽ confert. Cice. Cęlio. Honorificus in me conſul fuit ⁊ ſuauis amicus. Hierony. Scedulæ quas miſiſtis honorifica me affecere contumelia: ſic ingenium prædicantes: vt fidei tollerent veritatem.

¶ Honorifico as. honorẽ facio. Lact. lib. vij. Vt adorent ⁊ honorificent regẽ magnũ.

¶ Honorificentia ę. ab honorificens fit. Vñ ⁊ honorificentiſſimus. Cicer. Aul. Ceci. In quo admirari ſoleo grauitatẽ ⁊ iuſtitiã ⁊ ſapientiã Ceſaris nunq̃ niſi honorificentiſſime Pompeiũ appellat.

¶ Honorabile qđ eſt honore dignum.

¶ Honeſtum eſt qđ virtutem probitatẽq; ſignificat: quo cauet̃ ne quid indecore effœminate libidinoſe turpiter fiat: cogiteturve. Iuuen. Participem qui te ſecreti fecit honeſti. Sal. Calũnia paucoruȝ quibꝰ oĩa honeſta atq; inhoneſta vendere mos erat. Et honeſtus dicitur honoratus: qui honus reip. ſuſtinet. Itẽ Pulcher. Teren. in Eu. Ducit ſecum vnam virginẽ dono huic pape facie honeſta. Sic inhoneſtꝰ turpis. Idem in eadem. Illum ne obſecro inhoneſtum ſeneȝ: mulierem?

¶ Honeſtiſſimus valde honorabilis. Cic. Lentulo. Poſt tuũ deceſſum is dies nobis honeſtiſſimus fuit in ſenatu. i. habebatur in magno honore.

¶ Honeſtas ⁊ honeſtitudo accipiunt̃ ꝓ ipſa virtute

¶ Honeſto as. ſępe vel quaſi continue honoro: honorifico ve. Sil. Sed ꝙ indignos homines honore honeſtatos videbam. Huius cõpoſita ſunt Cohoneſto: quod eſt ſimul vel omnes honeſto. Ci. Bruto Quos cohoneſtaris in primiſq; me ſi reſpu. municipum tuo ſtudio diligentia bene adminiſtrata erit. Dehoneſto quod eſt contrarium ſuo ſimplici. Aug. lib. v. confeſ. Quid nocuerunt tibi: aut in quo imperium tuuȝ dehoneſtauerunt.

¶ Hopiſtographi penul. cor. ſed vertendo tenueȝ in aſpiratã: nam ſine h. ſcribi debet: non ſpecie libellari: ſed voluminis: habiles torqueri a tergo videntur appellati: quoniam vtraq; pagina ſcripti eſſent aduerſa ⁊ auerſa minutis lr̃is ⁊ lituris pleni. A q̃ fortaſſe lituratios Auſo. poeta eos dixerit. Ply. iu. Electorũq; ꝯmẽtarios. clx. mihi reliq̃t opiſtographos. Alij accipiũt opiſtographũ ꝓ eo qđ ita ſcriptũ ẽ vt legi poſtea nõ poſſit niſi librarijs deſcribẽdũ mandet̃. Alij ꝓ charta deletili ſiue palimpſeſto poſſe capi exiſtimãt: q: Vl pi. de bonoꝝ ſcđm tabulas poſſeſſione diſſerẽs. Chartæ inquit appellatio etiã ad nouã chartam refertur ⁊ ad deletitiã. Proinde ſi in hopiſtographo quis teſtatus ſit hinc peti pot̃ bonorũ poſſeſſio.

¶ Hopiſthocomę pen. cor. dicebant̃ Euboici: qui comam ꝑ terga fuſam alerent: ſicut Acrocomę thraces qui antras in frontẽ muliebriter dimitterẽt

¶ Hopiſthophylaces vocabãt̃ qui in pręlijs terga cuſtodiebant.

¶ Hopiſthocrepides pe. correpta calciamẽtũ quoddam fœmineum.

¶ Hopiſthotenus dicit̃ cũ caput ſcapulis annectit̃.

¶ Hora tempus ſignificat. i. quamcunq; ęternitatis partem ſiue annũ: ſiue diurnum: ſiue nocturnum ſpatium ſignificet. Hinc quattuor anni tempora: hoc eſt hyems. ver: æſtas: ⁊ autũnus. ſiue deę q̃ quattuor anni temporibus pręſunt: vt Homero placet aulæ horæ dicuntur plurali numero: Item partes ipſæ in quas diſtinctus eſt dies horę vocantur. Hę principio duodecim fuere. Dicta hora ab ωρος: quo verbo vrina ſignificatur. Fertur em̃ quodã tẽpore hermes Trimegiſtus cũ eſſet in ęgypto ſacrũ quoddã animal Serapi dicatũ: ꝙ in toto die duodecies vrinã feciſſet pari ſemper interpoſito tempore per. xij. horas dieȝ diuidi debere coniecit. Poſtea in. xxiiij. horas dies diuiſus eſt. Vel dicta eſt απο του ορiζειν: qđ eſt terminare. Nam extremitas cuiuſcũq; rei terminus eſt horæ terminant tempora. Quidam ab horo: hoc eſt Apolline qui ęgyptiaca lingua ſol dicit̃: quia ſolem Iouis oculum dicunt. Hora etiam iuuentutis dea dicta eſt Ennius. Te quirine pater veneror horamq; quirini Et hora græce ſignificat pulchritudinẽ. Vñ horæos adoleſcens formoſus.

¶ Horula pe. cor. dimin. hora parua. Hier. Poſt aliquã horulã iuxta exigentiam temporis ad eccleſiam ſorores cãpanula vocet.

¶ Horũcula aliud diminu. Idẽ ad Euſtoc. Poſt aliquã horũculã in qua legendũ eſt poſt cibũ vel orandũ liceat volentibus pauliſper quiete potius q̃ ſomno corpus refocillare.

¶ Horariũ: horę ſpaciũ. Sue. in Domi. Inter initia principatus quotidie ſecretũ ſibi horariũ ſumere ſolebat: nec quicq̃ amplius q̃ muſcas captare: ac ſtilo pacuto ꝯfigere. Eſt ⁊ orariũ ſine h. de quo alibi.

¶ Horologiũ inſtrumentũ quo horę deſignãt̃: quod olim ſolariũ dicebat̃: qm̃ in ſole tm̃ horarum ratio cõſpiceret̃. Sed excogitatũ eſt: vt etiã ſine ſole vel ipſo ſonitu denũcient̃ horę. Apud antiquos em̃ erat concha hemicyclea lineis debita ꝓportione diſtincta cui pręlõgus ex ęre aut ligno baculus ſoli oppoſitus ſupereminebat: ⁊ eius vmbra in lineas incidens horas oſtendebat. Cũq̃ ⁊ alia habuerunt priſci horologia vaſa ęnea aquis plena: quantũq; in aliud vas cecidiſſet aquarũ cũ ad inſtincta inſpexiſſent ſigna: quid tẽporis elapſum fuiſſet intelligebãt: eaſq; a perforati vaſis ſimilitudine clepſydras appellarũt. vt Ply. oratorem ⁊ Cor. Tacitũ: ſępe videamus ſcribere tribꝰ aut quattuor clepſydris dicendi tempus pręfixũ oratoribus fuiſſe. Et hęc duo horologiorũ genera. Cic. li. ij. de na. de. ſic indicat. Aut cũ ſolariũ vel deſcriptũ aut ex aqua contemplari intelligere declarari horas arte non caſu aquę ſalientes quãdoq; ex viuo fonte: quãdoq; ex vaſis ſuperne pendentibus fiſtulis deductę: quo magis cohortantur: eo feruentius prouolant in ſublime.

¶ Horoſcopus pen. cor. ab hora ſeu horos ⁊ σκοπεω pſpecto ſignificat eã cœli partẽ q̃ hora qualibȝ ab inferiori hemiſpherio ſurgit ab oriente. Aſtrologi aſcẽdens appellant. Significat etiã inſtrumentũ quoddam ad horas oſtendendas. Aug. lib. v. de ci. dei. Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterum naſciturve eadem pars horoſcopi maneat: paria cuncta quęro q̃ in nullis poſſunt geminis inueniri. Si autem ſequẽtis tarditas horoſcopum mutat parentes diuerſos quæro quos gemini habere nõ poſſunt. Qñ vero adiectiuum eſt: ſignificat omne id in quo horę notantur Ply. Vaſa horoſcopi nõ vndiq; eidem ſunt vſu trecẽ

tis stadijs aut lõgissime etiam quinigentis mutantibus semet vmbris.

¶ Horizon pe. pro. finitio vel terminatio dicitur. nã circulus est vel cœli terminus quodã circo designatus: qui super terrã videtur: quẽ sibi vniuscuiusqꝫ circũscribit aspectus. Centum ⁊ octoginta stadia nõ excedit acies cõtrauidẽtis. Ubicunqꝫ terrarũ steteris videris tibi quandã cœli conclusionẽ videre: Horizõtem vocauerunt. Fit aũt ab horos: qui est terminus: ⁊ finis. Contra tñ istas vulgi parabolas est Proclus Lycius Platonicus: qui ita scribit οριζων δε εστι κυκλος δι ο οριζων ημιν το τε φανερον και το αφανες μερο του κοσμου και διχοτομων την ολην σφαιραν του κοσμου ανω και κατω. Dicitur ergo Horizon circul⁹ diuidens hemispheriũ superius ab hemispherio inferiori in ꝯtactu cœli ⁊ terrę nostri visus: nõ aũt horizõ terminans: q̃ grece nesciunt qui sic loquunt.

¶ Horia nauis piscatoria. Plau. in Ru. Saluete horia mari fluctuoso. Idem. Mea opera laborat ⁊ rete ⁊ horia. Huius dimin. est Horiola.

¶ Horda dicit vacca p̃gnãs. Nã q̃ sterilis est Taura appellat. Ab horda Hordicalia dicta: sũt dies in fastis: q̃ tũc hordę boues imolarent. Recẽtiores Ford⁹ forda fordũ dixerũt. Oui. Forda ferens bos est fecũdaqꝫ dicta ferendo.

¶ Horror tremor ꝓprie cum totum corpus vel frigore vel pauore intremescit. Col. lib. iij. Febres alię ꝓtinus incipiunt a calore: alię a frigore. Frigus voco vbi extremę partes mẽbrorũ inalgescunt: horrorem vbi totum corpus intremuit. Uir. Mihi frigidus horror mẽbra quatit. Plau. Quis hic horror est? quid pauitas? Refertur etiã q̃nqꝫ ad toruitatẽ aspect⁹. Apu. Quẽ cũ asperisset horrore hoĩs deterritus statim retrocessit. Q̃nqꝫ ad abominationẽ. Uar. Ira odiũ horror eos ab incœpto retrahit. Q̃nqꝫ ad venerationem. Luca. Arboribus suus horror inest.

¶ Horriditas ipse horror. Neuius. Oĩa mihi horriditati erant maximę.

¶ Horridus a. um. Hispidus asper. Uirg. lib. iij. Et glacie riget horrida barba. Et horridus timendus. Idem. Horridus in iaculis.

¶ Horridulus dimi. quo tremens significat. Persi⁹. Scis comitem horridulũ trita donare lucerna.

¶ Horrisonus a. um. pe. cor. quod cum horrore sonat siue quod horridum sonũ habet.

¶ Horribilis formidabilis. Cice. Et qđ dictu quoqꝫ horribile videt viuentis sanguine hausto. Itẽ. Exter deformis. Uar. Fœda atqꝫ horribili.

¶ Horrificus a. um. quod horrorẽ facit.

¶ Horreo es. horrui. horrorem habeo: ꝓprie cũ pili setęve in animante erigunt. Uerũ q̃ñ hoc ex frigore fit: dicimus horrere: frigere. Iuue. Et horrenti tunicam nõ reddere seruo. Et q̃ frigus in corpore persæpe a timore est: dicimus horrere timere. Uirg. lib. iij. geor. Nec varios horret strepitus. Et horrere ẽ asperum esse: q̃m corpora q̃ horrent aspera reddunt. Idẽ. Tum late ferreus hastis Horret ager. Col. li. i. Sũt quædã loca q̃ solstitijs minus coalescunt: sed hyemis intolerabiliter horrent: sicut thebas ferũt bœoticas. Silr horrere est stupere mirari. Idẽ li. iij. Horrendũ ac dictu video mirabile monstrũ. Cõstruit hoc verbũ mõ absolute. Ter. in eu. Totus horreo. Modo cum datiuo. Lact. li. v. Cui eñ talia sacrificia nõ horreãt. Modo cũ ablatiuo mediãte p̃positione: vt apud eundẽ lib. vi. Nam de mortis generibus horret anim⁹ recordari cũ imantũ bestiarum vltra ipsam mortem carnificina seuierit. Modo cum ablatiuo sine p̃positione. Hieron. Horrebãt sacco mẽbra deformia. Modo cum accusatiuo. Uirg. lib. iij. georg. Nunq̃ custodib⁹ illis Nocturnum stabulis furem incursusqꝫ luporum: Aut impacatos a tergo horrebis iberos. Huius verbi cõposita sunt abhorreo: cohorreo: exhorreo: inhorreo: et perhorreo.

¶ Horresco horridus fio vt cũ quis intrinsecus algorem seu tremorem in se citari ⁊ crescere sentit pauore stupore aut febri inualescente ⁊ hmõi. Uirg. libro. vi. Horrescit visu subito causasqꝫ requirit. Passiue sumitur similiter Plau. in Asi. Horrescet faxo lena leges cum audiet. i. expauescet. Et horrescere ꝯtremiscere Uirg. lib. iij. geo. Tum segetes altę campiqꝫ natantes: Lenibus horrescunt flabris. Aliq̃ñ actiue capit Idem lib. iij. Aene. Nec tu mensarũ morsus horresce futuros. i. expauesce. Sic eius composita. Obhorresco. Exhorresco: Inhorresco. ⁊ Perhorresco: actiue ⁊ passiue sumuntur.

¶ Horreum ab horrore quasi horridũ ꝓpter asperitatem aristarũ: q̃m prisci fruges in suis spicis cum aristis in granarijs ꝯtenderent. Uel q̃m in eminentiori parte villę siue domus esse debz: ⁊ oppositũ septẽtrioni. Septentrio vero qui est frigidus facit horrorem. Hinc horrea quia frigida esse debent: et sicca: ne fruges putrescant. Uar. ab hordeũ tractũ existimat: qđ antiqui farreũ a farre dicebant: q̃ in eo hordeũ seruaretur: sicut a grano granariũ. Nõ solũ aũt horreũ accipit ꝓ loco ad custodiã frugũ sed etiã rerũ aliarum preciosarũ sepositarũ a quotidiano vsu: vt apud Apule. in meta: Demõstrat horreũ vbi vespera sagaciter argentũ copiosum recõdi viderat. Et iuriscõsulti horrea frequenter vsurpant ꝓ repositorijs merciũ ⁊ rerum p̃ciosarũ. Horæum per simplex r. ⁊ cũ diph. dicit mel æstiuum ab hora.

¶ Horrearius dicit qui ẽ custos vel exercitor horrei

¶ Hordeũ ab horrore: q̃m licet calam⁹ altior frumẽto q̃ hordeo sit: arista tñ est mordacior hordeo. Uel dicit hordeũ ab oriendi celeritate: q̃ ante oĩa frumẽta sit aridũ. Uel dr̃ a noĩe fordus a. um. vt loco f. fuerit aspiratio posita Prisci tñ illi dixerũt hordus a. um. cũ h. cuius loco posteriores f. posuerũt atqꝫ inde aspiratio mansit: vt sit hordeũ quasi fordeũ. i. grauidũ: et p̃gnans. Hinc hordeaceus a. um. qđ ex materia hordei est: vt panis hordeaceus.

¶ Hordearius a. um. quod ad hordeũ spectat. Unde æs hordeariũ veteres dicebant qđ pro hordeo equiti dabatur.

¶ Hordeacia dicta sunt ab antiquis sacra in quibus hostię hordę. i. p̃gnantes immolabantur.

¶ Hordeia genus piscis.

¶ Hormũ genus saltationis armatę apud lacedęmonios: qđ lycurgũ inuenisse scribit Lucian⁹.

¶ Hornus a. um. aspiratur vt differat ab arbore orno vel q̃ fiat ab eo qđ est hoc ⁊ annus. Unde hornam frugem dixerunt quę hoc anno ꝓuenit. Acron vero hornum qđ est vnius anni dixit: vt Res horna. i. annua: vel noua. Et Hora. Hornã frugem appellat. Proper. lib. iiij. Illa dies agnis cædem denũciat hornis. i. anniculis. At Porphirio hornũ huius anni exposuit. Unũ super illud Horatij in Epo. Et horna dulci vina promens dolio: ait horna vina dicuntur huius anni.

Nonius vero illius anni interpretatus est. Et inducit Lucilium lib. xxviij. ita scribentem. Utrum anno an horno te abstuleris. Hinc Hornotinus pe. cor. sicut a diu diutius. Cato. Hornotinę nuces virides. Col. li. iij. Plātas hornotinas scrobib⁹ pedalib⁹ factis ante Calendas Mar. dispositas habeas. Idem lib. vi. Pręcipites palmites dicūť qui de hornotinis virgis enati in duro alligant. i. vnius anni.

¶ Horno aduerbium significat hoc anno.

¶ Horsum sursum significat infra sursum. Teren. in Hecy. Tace trepidari sentio ⁊ cursari horsum sursū.

¶ Hortor quasi ore ꝑsuadeo: ⁊ aspirať ne frequentatiuū ab orior putetur. Et differt a moneo: ꝙ monem⁹ auctoritate ⁊ consilio: Hortamur rationibus ⁊ precibus: etiā plerūqꝫ blandiendo. Terē. Ego propterea te sedulo ⁊ moneo ⁊ hortor ne cuiusquā te miserat: Huius composita sunt Adhortor. Teren. in Heau. Syrus est apprehendendus atqꝫ adhortandus mihi Cohortor. Lact. lib. v. Et antistites religionum conuocent nos: ad cōtentionē cohortentur: ad suscipiēdos cultus deorū ꝑsuadeant. Dehortor dissuadeo. Terē. in Phor. Hic dehortatus est me: ne illā tibi darē. Exhortor valde hortor. Lact. lib. vij. Supest ⁊ exhortemur ad suscipiendā cum vera religione sapientiā.

¶ Hortus us. Uide infra in dictione Ortus.

¶ Hortensius Romanus rhetor: qui in foro romano causarū rex ob eloquentiā dictus est: licet eius scripta intra famam fuerint: De quo Cic. in Bruto sic refert. Primū memoria tanta: quantā in viro cognouisse me arbitror: vt quę secū cōmentatus esset. ea sine scripto verbis eisdē redderet: quibus cogitauisset. De quo etiam fertur ꝙ sedens olim totū diem in actione omnes res venales et pretia et emptores ordine suo recensuit argentarijs recognoscentibus: ita vt in nullo falleretur.

¶ Hossini pe. cor. dicti sunt q̄ sine narib⁹ nascunť habentes tm̄ formā ꝓ narib⁹. Hi etiā simones appellāť vt inquit Ply. li. xi.

¶ Hospes quasi ostiū nostrū petens gene. com. secūdū Prisc. Hospes tm̄ dictus est q̄ꝫ ostiū nostrū petat: vel ꝙ ore. i. oculo adueniens nos petat ac mutuo petatur. Luc. Hospes in externis audiuit curia tectis Alij volūt esse generis oīs: nam neutrū plurale habꝫ hospita: aū tm̄ hospitia dici deberet: sicut diues diuitia. Ouid. lib. xv. met. Nec inhospita tecta crotonis. Dicūtur aūt hospites amici diuersarū patriarū: qui se mutuo recipiūt cū alter in alterius patria peregrinus est. Oui. Nō hospes ab hospite tutus. Cic. Per dexteram istam quā hospes hospiti porrexisti. Talisqꝫ amicitia hospitalitas dicitur: siue hospitiū. Cice. Fuit mihi cū illo vetas hospitiū. Et eorū domus: quę gratis liberaliterqꝫ venienti hospiti patent: hospitia dicuntur. Ex hac vita discedo tanq̄ꝫ ex hospitio: non tāq̄ꝫ e domo. Quapropter ⁊ ędes quę publicę paranť ad egenos recipiendos hospitia ⁊ hospitalia appellātur. Nam illa quę viatoribus peregrinisqꝫ mercede patent Cauponę diuersoriaqꝫ vocantur. Hinc appellamus locum inhospitalem: quo sine periculo non venimus aut moramur. Sunt tamē qui nec hospes nec ostium aspirent.

¶ Hospita ę. ⁊ hospita neutro genere ⁊ numero plurali q̄ facile suscipiunt. Hieron. in Exod. Postulabit mulier a vicina sua ⁊ ab hospita vasa argentea. Ter. in Andr. Num illi molesto quippiā hę sunt nuptię ꝓpter huiusce hospitę ꝯsuetudinē? Sic hospita terra diciť in qua facile suscipimur. Et hospita ęquora: seu hospita flumina per q̄ nauigari aut transiri pōt. Statius li. iij. the. Accipies fessisqꝫ libens iterū hospita pādas Flumina: Uirg. li. iij. Pauca tibi e multis quo tutior hospita lustres Aequora. Ser. Hospita ęquora vicina. Nihil em̄ nobis vicinius esse cōstat.

¶ Hospitale seu hospitiū domus hospitū. Li. libr. ij. Ibi benigne excepti diuisiqꝫ in hospitia curatis vulneribus. Significat etiā hospitiū amicitiā ⁊ familiaritatē: quā hospes erga hospitē habet.

Hospitalis ꝓ liberali ⁊ facili ad suscipiendū hospites hospitio: aptoqꝫ ad seruiendū hospiti. Hospitale adiectiuū qꝺ est hospitis: siue qꝺ ad hospitem pertinet. Liui. lib. i. Exceptus benigne ab ignaris ꝯsilij: cum post cœnā in hospitale cubiculum deductus esset. Et libro secūdo. Alij profecti domos nuncij hospitalium beneficiorum multos Romę hospitum: vrbisqꝫ charitas tenuit.

¶ Hospitalitas ipsa facilitas: et in recipiendo benignitas.

¶ Hospitor hospitaris amice in hospitium recipio. vel recipior.

¶ Hostiū inquit Uar. vocāt qꝺ ex vno facto olei reficiť. Factū dicūt qꝺ vno tēpore ꝯficiunt: quē alij centūquadraginta aiunt esse modiorū.

¶ Hostio is. ęqualiter eo: ꝓcedo: ęquo: ⁊ vicē reddo Plau. in Asi. Quin ꝓmitto inquā hostire ꝯtra vt merueris. i. ęqua reddere. Quāqꝫ ꝯprimo coherceo dictū ab hostia. Pacu. Nisi cohercuero proteruitatem atqꝫ hostiero ferociam. Quandoqꝫ offendo cędo. Idem. Nunc id mihi molestum est: ꝙ hostit voluntatem tuā Huius compositum est Rehostio: quod est vicem refero: vt inquit Festus.

¶ Hostimentū ęquamētū: vt cūquis ꝓ bńficio ꝯpensationē accipit. Plau. in asi. Par pari datū hostimentū est: opera ꝓ pecunia.

¶ Hostis cōmunis generis ab hostio is. qꝺ est ęquo cū in hostiū ꝯflictu soleat fieri quędā ęquatio ordinū seu ꝙ ex ęqua causa pugnā adeant. Un̄ apud āntiquos hostis peregrinus dicebať: ꝙ suis legibus viuēs nobis ęquus videretur. Nunc dicunt eum quem tūc dicebant perduellem: qui nobis: aut cui nos bellū publice decreuimus. Inimicus cum quo priuatas exercemus inimicitias.

¶ Hostile pe. p. quod est hostis. Uirg. Indutosqꝫ iubet trūcos hostilibus armis. Hinc hostiliter aduerbiū ad modū hostium.

¶ Hosticus a. um. pen. cor. idem qꝺ hostile. Hora. in Ser. Hūc neqꝫ dira venena: nec hosticus auferet ensis. Col. in pręfa. Quāq̄ꝫ inter ferrū ⁊ ignes hosticis incursionibus vastatas fruges: largius tamen cōdidere q̄ꝫ nos quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam.

¶ Hosticus substantiuū nomen poetę fuit.

¶ Hosticapax pe. cor. qui hostes capit.

¶ Hostia ab hostis deduciť: significatqꝫ sacrificium: quod ab ijs fit qui in hostē pergūt ob victoriā. i. ꝓ victis hostibus. Unde etiā lares hostiolos dixerunt ꝙ hostes ab eis pelleren: hęc ⁊ victima diciť. Hieron. Hostia dicitur q̄ per partes diuiditur: ⁊ sanguis circa altare effundiť: ⁊ ipsa hostia foris cōburitur. Sacrificium dicitur vinum ⁊ oleū ⁊ mediū animal. Holocaustum totū cōbustum. Et victima anteq̄ꝫ occidať. Fe-

stus. Hostia sacrificiū qđ laribus immolabant: q ab illis hostes arceri putabant. Ouid. Hostibus a domitis hostia nomē habet. In qua significatione etiā dr victima a deuictis hostib⁹: vt apud eundē. Victima quę dextra cecidit victrice vocatur. Alij hostiā ab hostio ferio deriuant. Placidus grāmaticus ab hostimento .i. ęquamento. Gel. scribit hostiā a quolibet sacerdote. Victimam eius qui vicerit manibus debere imolari. Hostia etiā ciuitas: de qua in dictione ostia Et hostia nomen puellę: quam a se amatam Propti⁹ cynthiam vocauit.

¶ Hostiū hostiarius. vide infra in dictione Ostium.

¶ Hostorium lignū ęquatoriū: baculus cum quo modi⁹ & cęterę mēsurę ęquantur: Et alio noīe Radius dicit.

H ante V

¶ Huber scdm Apu. cū h. ab vω pluo. Alij magis ab humeo. Loca em̄ arida infœcūda sunt: cōtra quę humecta sunt feracia: & mulierū hubera si humore careāt carebūt & lacte. Generis cōis vel ōis p abundanti & fœcūdo. Cato. li. ij. Orig. Ita res huber fuit. Ambr. lib. Hexa. Quacunq ex causa soli huberis sterilitate mulctatur. Pallad. Pratis recētia stercora pficient ad huber herbarū. Huius contrarium est Inhuber. Gelli. Inhuberes & mulie quidē macreq essent. Huber vero neu ge. māma est. Virg. Binos alit hubere fœtus. Ab huber p fœcūdo fit Hubertas: hubertim & huberrime aduerbia p fœcūde copiose.

¶ Hubero as. huberē & fœcundū facio. Palla. li. iiii Hoc velut coitu steriles arbores huberant.

¶ Hubertus a. um. abundans. Gel. Sed ea ipsa gña dicēdi antiquitus tradita ab Home. sunt tria in tribus: Magnificū in Vlysse & hubertū. Subtile in Menelao & cohibitū. Mistū moderatūq in Nestore.

¶ Hui interiectio est dolentis ironiā significans.

¶ Huic datiuus pnois monosyllabū est: vt Huic cōiunx Sicheus erat. Qn̄ per diheresim bisyllabū efficitur. Sta. lib. i. the. Letus huic domino videas dare iura nepotes.

¶ Hululo as. pe. cor. pprīū est vocis tū luporum: tū canum. Hinc hululatus.

¶ Hulula pe. cor. auis buboni similis: q a cantu suo nomen accipit.

¶ Humus terra humefacta: a quo Humeus. a. um. quod ex humo est. Dicta humus q humorē ptineat licet nō conueniant tēpore.

¶ Humor ab humus fit: qz aquę terris inclusę sunt.

¶ Humidus a. um. pen. cor. quod extrinsecus humorem habet.

¶ Humeo es. humui. humectū. madidus sum. Colu. lib. iiij. Verum est opere difficilior: q neq humentē fodere possis: q sit glutinosa: nec nimiū sicca: quia vltra modū prędurat. Aug. li. xiij. de ciui. dei. Erat eni puluis humectus.

¶ Humesco humidus fio. Virg. li. iij. geo. Humescūt spumis flatuq sequentū. Ambr. per translationem. Pulchrū est vt diuinarū scripturarū humescam⁹ eloquio: & quasi ros sic in nos dei verba descendant. Humecto as. frequentatiuū sępe humidū facio. Virg. li. iiij. Geor. Qui niger humectat flauentia culta galesus. Col. lib. viij. Agnus cum est editus erigi debet atq huberibus admoueri. tum eius deductum os pssis humectare papillis: vt condiscat maternum trahere alimentum.

¶ Humarium sacrificij genus.

¶ Humo as. humo cōtego sepelio. Ci. lib. Tusc. Magorum est mos nō humare corpora suo: nisi a feris sint ante laniata. Idē in eodē. In terrā em̄ cadentib⁹ corporib⁹ hisq humo tectis: a quo dictū est humari. Humatus ergo humo ptectus sepultus quoquo mō cōditus. Qnq tn̄ humatus p sepultus ponit. Gelli⁹. In sui pueri sepulchro humatus est. Huius pposita sunt Exhumo: qđ est e terra extraho. Inhumo terrę inicio. Ply. lib. xxvii. Non inhumare taleas aut siccare prius q̄ ferant vtilius ptū. qnis inhumatus qnq insepultus dicat.

¶ Humanus a. um. ab homo: sicut a fera ferin⁹: mutata o. in u. Veteres em̄ homanus dixere: & pprie dicitur qđ est hoīs: vel qđ ad hoīem spectat. Plaut⁹ in Am. Nō minus q̄ vestrū qnis formidat malū humana matre natus humano patre. Ter. Homo sum: humani nihil a me alienū puto.

¶ Humane res dicuntur res hoīm: vt argentū: nummi: fundus postremo: etiā ipsa cogitatio.

¶ Humanitas pprie naturā humanā significat. Vn̄ apud apostolū scriptū est: vt humanitas subijciat diuinitati. Deinde sumit p eo qđ gręci παιδείαν dicūt nos eruditionē & institutionē in bonas artes: quas q synceriter cupiūt atq assequūtur: ij sunt vel maxime humani. Huius sciētię cura & disciplina ex vniuersis aīalibus vni homini data est: idcirco humanitas appellata. Var. Praxiteles inquit pter artificiū egregiū nemini est paulū humaniori ignotus. Humaniori dixit pro eruditiori. Hinc studia humanitatis: id ē eruditionis appellant: quib⁹ artes liberales intelliguntur. Sed qz homo inter oīa aīalia maxime mitis est. Iccirco humanus p facili & miti ponit. & humanitas p facilitate/ tractabilitate/ mā suetudine/ clementia/ beniuolentiaq: quā gręci φιλανθρωπίαν vocāt. quasi amorem in hoīes. φιλος amor: & ανθρωπος homo. Cic. lib. i. offi. Nō modo id virtutis nō est: sed est potius imanitatis oēm humanitatē repellētis. Ambro. lib. iij. offi. Consydera homo vn̄ nomē sumpseris Ab humo vtiq q nihil cuiq eripit: sz oīa largit oībus & diuersos in vsus oīm aīantiū fruct⁹ ministrat. Inde appellata humanitas specialis & domestica virt⁹ hominis: quę psortē adiuuat.

¶ Humaniter aduerbiū significat cum humanitate

¶ Humanitus similiter aduerbiū significat ab hoīb⁹ sicut diuinitus a deo: & cœlitus a cœlo.

¶ Humile pe. cor. dr qđ est humi decliue. Vn̄ & p paruo abiecto & submisso ponit. Virg. Atq humiles habitare casas. Col. lib. iiij. Bos humilis inquit. Hinc

¶ Humilitas breuitas: abiectio. Ci. li. i. offi. Quorū aūt prima ętas pter humilitatē & obscuritatē in hominū ignoratiōe versat. Humilio as. humilē facio.

¶ Humerus pe. cor. ab humo fieri quidā existimant: qui instar humi sufferendis onerib⁹ apti sunt humeri. Sūt aūt humeri a q̄bus dependent brachia. Quorū quidē humerorū latitudo fortitudinē ac prudētiā indicat. Virg. lib. ij. Hęc fatus latos humeros subiectaq colla. Et etiā armi dicūtur: a quib⁹ arma: vt inquit Festus. Hinc humerosus a. um. Col. li. iiij. Itaq custodiemus vt a prędictis locis quos humerosos rustici vocant semina legamus.

¶ Hunni populi sunt: q quondā in scythia Europę sup mœotidā paludē incoluere: deinde mutatis sedi-

bus ingenti multitudine profecti in pānoniā deuenerunt. De his Hiero. in Ocea. Ab vltima meotide inter glatialem tanain ꝛ massagetarū imanes populos vbi caucasi rupibus feras gentes Alexādri claustra cohibent erupisse hunnorū examina: quę pernicibus equis huc illucq̄ volitantia cędis pariter ac terroris cuncta complerunt.

H ante Y.

¶ Hyacinthus flos viola ꝛ gemma in qua fulgor violaceus dilutus est: vt inquit Ply. Vñ hyacinthin⁹ a. um. pe. cor. color acrius. Hiero. in Exo. scribit pelles hyacinthinas appellari a colore. Et velum ex hyacintho cocco/bisso purpuraq̄ cōtextū. In quo hyacinthus aeri deputabaꝛ: sicut coccus ętheri: bissus terrę: purpura mari: vt idem cū Iosepho asserit. Ouid. lib. x. met. Annua p̄clara redeunt hyacinthina pompa. Sunt aūt hyacinthi albi ꝛ cęrulei ꝛ rubei siue purpurei. Unde ꝛ hyacinthina. Virgi. Et suaue rubens hyacinthus. Est aūt hyacinthus ruber flos ex hęrba eiusdem nōis nascens. A cuius similitudine rubrę vestes hyacinthinę vestes nomināꝛ: hoc est hyacintho flori similes. Persi. Huic aliquis cui circa humeros hyacinthina lena est. Vñ inter gēmas quę berylli dicātur hyacinthizontes vocanꝛ qui rubore quodam suffusi sunt. Et hyacinthus p se gēma est amethysto similis. Hyacinthinus color hisginus etiaꝫ dicitur a genere hęrbę: q̄ hisge dicitꝛ. De hyacintho autē flore duplex extat fabula. Nam ꝛ hyacinthum puerū dilectū ab Apolline: quē imprudēs interfecit in hunc florem mutatū tradūt. Vñ in eo duę primę litterę inscriptę cernunꝛ αυ. q̄ vox dolētis est. Et Aiacē in eundē florē ꝯuersum aiunt: dū impatiētia plati sibi Vlyssis seipm̄ interemit: cuius nomē similiter in principio ei l̄ras habꝫ. Oui. Littera cōis mediis puerōq̄ viroq̄ Inscripta est foliis hęc nōis illa querelę. Sūt qui hyacinthos vacinia interpretenꝛ latine. Plyn. Italię inquit vacinia in aucupiis sata. Gallię vero etiā purpurea tingendi causa ad seruorū vestes.

¶ Hyacinthina substantiuū (vt auctor est Hiero. cōtra Ioui) dicebanꝛ q̄dā sacra nocturna: hyacinthina vero adiectiuū ē ab hyacinth⁹: sicut mō ostēsum est.

¶ Hyades stellę septē in cornibus ꝛ ore tauri: q̄ quotiens nascunꝛ vel occidūt pluuias creāt. απο του υω. pluo. Suidas. υαδεσοι επι τωμκερ: των του ταυρου αςερεσ. Ouidi. At simul inducēt obscura crepuscula noctem. Pars hyadū toto de grege nulla latet. Ore micant tauri septē radiātia flāmis. Nauita quas hyades graius ab vrbe vocat. Vel dictę sunt hyades: q̄ in speciē y. litterę positę sint in cœlo. Alii dicunt q̄ hę bacchi nutrices fuerunt: quę dodonides nymphę vocanꝛ a dodona ciuitate Epiri: ꝛ cum Iunonis iram vererentur: fugerentq̄ Lycurgi regis sęuitiaꝫ: Iuppiter eas in cœlo intulerit: ꝛ stellas esse iusserit. Alii tradunt Atlantem ex Aetra vxore Hiam filium suscepisse: quē a leone deuoratū cum sorores miserabili lamentatione ꝓsequerentur ꝛ mœrore vitam finirēt Iuppiter illas miseratus in stellas verterit: vt earū pietatis ppetuū hoc esset testimoniū: quę de fratris nōie hyades ab hoīb⁹ dictę sunt. Fuerūt aūt septē sorores quę ꝛ Atlantides appellantur. Latini eas suculas vocant: q: sues gaudent luto: quod fit ex pluuia aqua. Harū nōia Ambrosia: Eudora: Pasithoe Coronis: Plexaura: Pitho: Tythe.

¶ Hyęna cum diph. ꝛ pe. p. animal ferū atq̄ agreste q̄d alternis masculū esse ꝛ fœminā tradit Plyn. Sermonē quoq̄ humanū assimulare: in cuius spina articulus siue nodus est ad medicamina efficax. Hieron. Fel hyęnę oculorū restituit claritatē. De aiali Ouid. lib. xv. me. Et quę modo fœmina tergo Passa marēꝫ: nūc esse marē miramur hyęnā.

¶ Hyalus pe. cor. vitrū. Et pro viridi colore sumitur Virg. lib. iiii. Georg. Milesia vellera nymphę Carpebant hyali saturo fucata colore. i. vitri q̄ fit naturaliter coloris viridis. Inde fit hyalinus p vitreo: hyalurgus pro vitreario.

¶ Hybernia insula īter septētrionē ꝛ occidētē solē dimidio minor q̄ Britānia: cui propinqua est ab hyberno tempore: vt quidam putant sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc hybernicus a. um. Ut mare hybernicum.

¶ Hybernus a. um. q̄d est hyemis: vt glacies hyberna: q̄d nomen ab himbre deduci aspiratio indicio est Quidā tñ magis per i. latinū scribūt hibernus. sicut ꝛ hiems ꝛ imber. Fit aūt hybernus ab himber. remota m. sicut a patre paternus. Sed vtcunq̄ scripseris puto culpandus non eris.

¶ Hyberna numero plurali dicuntur loca in quibus milites hyeme stationē faciūt: sicut Aestiua in quib⁹ estiuo tempore ꝯmoratur. Var. appellat Hybernacula. Cęsar. Post hęc legionibus in hyberna deductis in Italiā profectus est.

¶ Hybernacula loca ad hybernandū parata. Liui⁹. In eo loco milites hybernacula sibi ꝯstituerūt.

¶ Hyberno as. hyemo: seu in hyeme stationē facio. Liui. Legionesq̄ placentię hybernabant.

¶ Hyble vel Hybles. ciuitas sicilię: in qua thymi ꝛ salicū copia ab Hyblone rege dicta. Hanc Stra. a doriensibus conditā scribit. Est etiaꝫ huius nōis mons ꝓximus thymo abundās: vñ apes pastę mel optimuꝫ cōficiunt. Hinc hyblęus a. um. vt Apes hyblęę ꝛ mel hyblęū. Virg. Hyblęis apibus florem depasta salicti Marti. Cū dederis siculis medię de collibus hyblę. Cecropios dicas tu licet esse fauos. Hic mons etiaꝫ megara vocatur.

¶ Hybridę pe. cor. vocantur canes qui imparib⁹ parentibus nati sunt inq̄t Porphirio: hoc est venatico: ꝛ gregario. Ply. li. viii. scribit hybridas vocari sues ex fero ꝛ domestico sue ꝓgenitos. Quę appellatio ad hoīes quoq̄ translata est: vt q̄ patre romano ꝛ matre peregrina natus est: vel ecōtrario: hybrida appellaꝛ υβρισ eñ ꝯtumelia. υβριξω ꝯtumelior ꝯuicior: vt sint hybridę quasi per contumeliā nati. Suet. in August. Themasini epicadi ex gente parthica hybridę. Hora. libro. i. Ser. Hybrida quo pacto sit Persius vltus opinor.

¶ Hybris auis ex accipitrū genere: q̄ die min⁹ apparet q: nō clare videt: sed nocte venatur more aquilę. Pugnat etiā cū aquila adeo acriter vt sępius ambę implexę deferantur in terram.

¶ Hydaspes fluuius indię: de quo Luc. li. vi. Qua rapidus gāges: ꝛ qua niseus hydaspes. Dictus ab Hidaspe antiquissimo medorū rege.

¶ Hydor latine aqua: vnde fiunt quę sequūtur.

¶ Hydria vrna ad capiendā aquam

¶ Hydrus ab hydra genus anguiū in aqua degentium. απο στου υδρατοσ: sed hydrus mas: hydra fœ-

mina. Hydram finxerũt poetę esse multorũ capitũ in Lerna palude: quorꝫ aliquot excisis totidē continuo renascebant̃: tandē ab Hercule ꝛ sagittis ꝛ igni interfecta ē. Hydrus ontis. vrbs in littore hadriatici maris. Hydruntũ oppidũ.

¶ Hydromeli aquę mulsę: seu aquę mellitę.

¶ Hydromantia pen. prod. diuinatio quę fit in aqua. Aug. li. vij. de ciui. dei scribit Numã Põpiliũ hydromantiã fecisse vt in aqua videret imagines deorum: vel ludificationes demonum a quib⁹ audiret: qđ in sacris ꝯstituere atqꝫ obseruare deberet. Quod genus diuinationis Var. a Persis dixit illatum: quo ꝛ ipsuꝫ Numam ꝛ Pythagoram philosophum fuisse vsum cõmemorat.

¶ Hydropotes aquę potator. Vñ scribitur de Cyro apud Xenophontē ꝙ moneat suos vt cõsuescãt aquã bibere vt fiant hydropotę. i. aquę potores.

¶ Hydrochous signuꝫ cœleste. i. aquarius. Interpres nicophori ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τὸ χέω λέγεται καὶ ἦν ὁ γανυμήδης τοῦ πριάμου.

¶ Hyderon genus morbi est vt inquit Col. lib. viij. cum distenditur aqua cutis.

¶ Hydrocephalea morb⁹ capitis vbi humor cutē inflat. Nã cephalea acutus ac pestifer morb⁹ est.

¶ Hydrocele gñs hernię: de quo in dictione hernia.

¶ Hydragogus pe. ꝓ. adaquator đr. i. ductor riuorꝫ. ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ ἄγω συντίθεται.

¶ Hydrargyriũ pigmẽti gen⁹ in vicē argẽti viui aliquãdo dilatũ: quo argentũ optime inauratur.

¶ Hydrolapaton lapatij gen⁹ qđ in aqua nascit̃. Est aũt lapatũ hærba nota.

¶ Hydrops gene. mas. morbũ denotat: ꝛ latine dicit̃ aqua interc⁹: subcutaneus morb⁹: qm̃ sub cute aqua fit qua venter turgescit. Hor. Crescit indulgens sibi dirus hydrops: nec sitiꝫ pellit nisi causa morbi. Fugerit venis ꝛ aquosus albo: Corpore lãguor. Huiꝰ tria sunt genera: Tympanites spiritu inflãte a forma vẽtris atqꝫ sono dicit̃. Vñ tympanici. Ascites a figura vtris: qm̃ in vnum aqua contrahitur. Leucoplegmatias siue hyposarea tertiũ corpore inæquali tumoribus. Sed hydropicũ Cato veternosum appellauit: cum inquit Veternosus ꝙ plurimũ bibit. Hora. Funesto corpus arcere veterno. Don. Veternosus morbo vertere cõfect⁹: quales sunt qui hydropē patiũt̃. Hydrops ge. cõ. qui vel quę eo morbo laborat qui et hydropicus dicitur. Horati. Si nolles sanus curres hydropicus ꝛ ni.

¶ Hydrophonos formido ꝛ pauor aquę đr i iis quos canis in rabie ꝑcusserit. Vñ hydrophobi ꝛ hydrophobici qui expauent aquam.

¶ Hydrusa vna ex cycladibus ob aquarꝫ abundãtiã.

¶ Hydraula đr q̃ perit⁹ ē organorꝫ hydraulicorũ.

¶ Hyella œnotrię oppidũ a phocẽsibus conditum.

¶ Hyems ἀπὸ τοῦ ὕω pluo ꝙ id tempus anni pluuiosum sit. Var. Ab hiando deriuat: ꝙ aĩa quę a nobis flatur tũ appareat. Spiritus eñ noster cũ spiram⁹ hyeme quasi in nebulaꝫ cõcretur cernitur. Dicta hyems quasi hians: ꝙ nõ solum aĩa nostra: vt ait Var. sꝫ ꝛ aer ipse hiet. Hinc himber quasi hiember detracta e lr̃a. Hyeme eñ existunt frequẽtiores himbres. Ab ipso aũt himbre fit hybernus. Et significat qñqꝫ quartam partem anni. q̃ est inter autũnuꝫ ꝛ ver. Vir. Atqꝫ hyemes optate serenas Agricolę. Interdũ vim venti: vt Sępe illos aspera põti Interclusit hyems. Hinc hyemalis ꝛ hoc hyemale: vt hyemale tempus.

¶ Hyemo as. significat hyeme statione facio: quod ꝛ hyberno đr. Hyematio hyemis traductio.

¶ Hygremplastra liquida emplastra. sicut xeria quæ sunt arida ex Galeno.

¶ Hyle es. sylua magna. Amb. lib. Hexa. Deum nõ tanqꝫ creatorē materię: sed tãqꝫ artificē ad exemplar hoc est ideam intẽdentē fecisse mũdũ de materia quã vocant hylen: quę gignẽdi causas rebus oĩbus dedis-se asseratur.

¶ Hyllus nomen ꝓprium.

¶ Hylax ctis. nomen ꝓpriũ comitis Herculis: q̃ fingitur a poetis fuisse raptus a nymphis Ascanij filij.

¶ Hylęa cũ diph. regio est. A qua hyleum mare quo alluitur. Hieron. Traiecto borysthene a mari inprimis est hylęa regio.

¶ Hymber vide in dictione Imber.

¶ Hymen tenuis virginalis pellis: quę primo coitu abrumpitur.

¶ Hymenęus pe. ꝓ. deus nuptiarũ putatus est. ἀπὸ τῆς ὑμένος. i. a membrana. quę cũ sit claustrum virginitatis in nuptiis rũpitur. Hic Veneris ꝛ Liberi filius dictus est: vel (vt quidam aiunt) ex Vranie ꝓgenitus q̃ primus certas nuptias instituerit. Ideo ꝓ laudē cantat̃ virginalib⁹ nuptiis ob hm̃oi merituꝫ: ꝛ ob hm̃oi meritũ nuptialem vocem hanc factã apud græcos: sicut apud Romanos nuptiaruꝫ deus Thalassio vocatur. Alij dicunt hymenęũ quendã fuisse iuueneꝫ q̃ die nuptiarũ ruina oppressus interiit. Vñ postea institutum vt expiationis gratia noĩaretur in nuptiis. Alij virũ fortē atticũ asserunt: qui raptas a ꝑdonib⁹ virgines oppressis latronib⁹ intactas patrię restitueret. Alij ꝙ hymenęus dicat̃ mẽbrana: qua est munita virginitas: q̃ primo disrũpitur coitu. Alij hymnũ vocari nuptiarꝫ virginaliũ existimant: vt apud Teren. in Adel. Verũ hoc mihi mora est tibicina ꝛ hymenęuꝫ qui canãt. Ergo sic accipe hymenęũ in nuptiis: quẽadmodum epitaphiuꝫ in funere ꝛ in sacris hymnum. ὑμέναιον γαμικῶν ὕμνων ὑμεναίοις γὰρ ἐκείνων λυδὸς ἀδεῖ τὸν χαρίεντα ἀλήματα τῶν ὑμνητήρα ὑμεναίων κύκνον τὸν μουσῶν ἄξια μελψάμενον:

¶ Hymera pe. cor. nomē fluuij: de quo Sir. li. 4. Armauere suos: qua mergit̃ hymera ponto.

¶ Hymeridion latine diurnale: vel qđ paruũ diē durat. ἡμέρα eñ dies est.

¶ Hymettus per duplex tt. mons atticę clarissimus semper florens. Cuius mel Ply. scribit fuisse ꝓciosuꝫ Vnde hymettius a. um. ꝓ molli ponit̃. Mar. Hoc tibi thesei populatrix misit hymetti Pallas ꝛ a syluis nobile nectar apis. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebant̃. Ply. Lucius Crassus orator prim⁹ peregrini marmoris colũnas habuit hymettias.

¶ Hymnus. gręce ὕμνος: latine laus: canticũ.

¶ Hymnetes cantor.

¶ Hyoscyamos genus herbę est: quę ꝛ hiusquiamus dicitur: faba porcina. Col. li. vii. Est ὑοσκύαμος cui⁹ semen detritũ ꝛ cũ vino datuꝫ ꝑdicto vitio medetur. Huius multa sunt genera.

¶ Hypagogeus instrumẽtũ quo lapides expoliũtur Græce ὑπαγωγεύς.

¶ Hypallage subalternatio siue submutatio. Ab ὑπὸ sub: ἀλλαγὴ mutatio. Figura cũ verba ꝑ aduersuꝫ intelligunt̃: vt Trade rati ventos: date classib⁹ ęquor.

¶ Hypanis pe. cor. fluuius scythiæ ex magna palude profluens. Huic miscetur fonticulus: q̃ sua amaritu-

dine totum corrumpit hypanim. Proper. Quantum hypanis veneto dissidet eridano. Alter est in India: qui intrat Indium fluuium.

¶ Hypacaris similiter scythiæ fluuius.

¶ Hyparchus latine primas: nomen philosophi qui syderibus & de temporibus anni sicut Eudoxus & me ton scripsit.

¶ Hypatus pe. cor. latine consul. Hypaticus consularis. Hypatia consulatus.

¶ Hyper p̄positio græca: apud nos significat pro: super: supra: vltra.

¶ Hyperaspistes: latine protector. ab ὑπερ. & ασπισ Hiero in præfa. penta. Cum Aristeus eiusdē Ptolemęi hyperaspites & Iosephus nō multo post nihil tale retulerint.

¶ Hyperbasis siue hyperbaton pe. cor. latine transgressio verbi secundū Quintil. lib. viij. quā frequenter rō cōparationis et decor poscit. Fit enim frequentissime aspera & dura & dissoluta et hians oratio si ad necessitatem ordinis sui verba redigant. Longius ergo verbū p̄prie hyperbaton est: vt animaduerti iudices omnem accusationis orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse rectum erat: sed durum et incomptum. Dictum hyperbaton ab hyperbęno quod transcendo vel transgredior denotat. Hyperballo extendo supero. Hyperbasia vel hyperbasis transgressio.

¶ Hyperbole pe. co. dici pōt eminentia. vel vt ait Cice. superlatio a Quinti. superiectio interp̄tatur: a quibusdā vero excessus. Nā ὑπερ super. βολη iactus. Hier. in epist. contra origenistas. Tollite amoris ὑπερβολην & nos tollimus odij magnitudinē. Et est figura cū dictio excedens fidē ponit augēdi vel minuēdi gratia. Augendi: vt niue candidior: & fulminis ocyor alis. Minuendi: vt Volātis te folij sonitus terret: Et vix ossibus hærent: vel tardior testudine: Hinc Hyperbolicus a. um. quod est excessiuum.

¶ Hyperborei pe. p. mōtes & populi scythię: sic dicti ꝙ supra. i. vltra eos flat boreas Fest. docet hyperboreos esse supra aquilonis flatū habitātes: qm̄ humanę vitę modū excedant viuendo vltra centesimū annum. Ferunt magnā his de cęlo clementiam cōcessaꝫ esse auras spirare salubres: nihil noxij flatus habere: domos esse nemora: victū arbores ministrare: discordiam nescire: ęgritudine nō inquietari ad innocentiam oībus ęqualę votū esse: mortem accersere: & voluntario interitu obeundo tarditareꝫ castigare. Sꝫ hęc fabulosa sunt. Diod. Oppositā celtis iuxta oceanum esse insulā scribit. haud multo sicilia minorē: habitariq; ab ijs qui hyperborei appellantur: eo ꝙ vēto boreę sunt oppositi insulam valde fertilem in qua fructus annui bis nascuntur.

¶ Hypercalecticum metrum dicitur: cui vna syllaba vel duę superant. Virg. Alloquitur Venus o qui res hominūq; deorūq;. Et Hora. Syluę laborantes geluq;. Illud dactylicū. Hypercatalecticū est. Hoc vero iambicū hypercatalecticū.

¶ Hyperiona: alij solis patrem: alij ipsuꝫ solem ꝙ eat super terras appellatū putāt. Poetę pro sole vsurpāt Ouid. lib. i. fast. Placat equo persis radijs hyperiona cinctum. Diodo. scribit hyperiona saturni fratreꝫ fuisse cœli & Tithęę filiuꝫ: qui solis ac lunę aliorumq; astrorum motus horasq; primum summa cura obseruationeq; a se percepta cęteris noscenda tradidit. Ideo horuꝫ parens nominatur veluti ipsorum naturę contēplator. Et declinat hyperio onis. pe. p. Cic. in prognosticis. Ut cū luna means hyperionis officit orbi.

¶ Hypermeter & hypermetrus abundās syllaba: Ut hominūq; locorūq;. Et debet sequens a vocali incipere nisi fiat synheresis: vt cura peculi.

¶ Hypacthę ambulationes: latine dicunt subdiales q̄ sub dio sunt xysta dicūt gręci paradromidas. Vitr.

¶ Hyphen subiunio interp̄tatur. Ex hypo & hen vnū Quod fit cū plures dictiones proferunt sub vno accentu: vt quandoquidē: simulac.

¶ Hypo præpositio græca: et modo ab: modo sub significat.

¶ Hypocaustum locus ad sudandum: qui et vaporarium dicit. Nam vaporandis cubiculis balneisq; pręparatur. Cice. ad Q. Fratrem. Propterea ꝙ ita erāt posita vt eorꝫ vaporariū ex quo ignis erūpit: esset sub tectum cubiculi. Ideꝫ. In balnearijs hypocausta in alterū hypodyterij angulum promoui. Ambro. libro hexa. De hyeme forsitan quereris ꝙ nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus vaporentur: sed habes solis calorē: qui tibi orbē terrarū tēperet & hyber nō te defendat a frigore. Papi. in Syl. Ubi languidus ignis inerrat ædibus & tenuē voluūt hypocausta vaporem. Plyn. ad Gallū. Applicitū est cubiculo hypocaustū perexiguū qd̄ angusta fenestra suppositū calorem vt ratio exigit aut effundit aut retinet. Victru. appellat Hypocausim cū scribit facienda esse ęnea supra hypocausim tria: caldariū: tepidariū: frigidariū. Hodie hypocaustis vtunt Germani. Ipsi stuffas vocant ad vaporandū cubicula.

¶ Hypochalcus: latine subęratus dicitur. (coma.

¶ Hypochisis & hypochymata. Uide in dictiōe glau

¶ Hypocrisis simulatio quasi subiectio iudicij ab ὑπο & κρισισ iudiciū. Hypocrita simulatus qui in spectaculo personam subdit alienam: vt seruus personā domini. Græci hypocriten vocāt simulatorem. Unde & Mimus hypocrita dictus: quia imitator est & simulator. Quinti. li. ij. scribit. Aeschinen hypocriten fuisse oratorem.

¶ Hyporisticos apud latinos diminutiuū dicitur.

¶ Hypodesis siue hypodema atis. calceus seu calceamentum dicitur.

¶ Hypodoche: susceptio: receptaculū

¶ Hypodiastole distinctio.

¶ Hypodites interior vestis.

¶ Hypodidascalus dici pōt repetitor: ab ὑπο sub: et διδασκαλοσ magister.

¶ Hypogęa loca subterranea dicūtur a gręcis q̄ dictio frequēs est apud Iosephū & Egesippū.

¶ Hypopodon: latine subpedaneū.

¶ Hypopyrgium locus sub turri: ex ὑπο et πυργοσ turris.

¶ Hypomnema atis. & hypomnematū sumit pro interp̄tatione & cōmētarijs. Cic. Tironi. Multū mihi eripitur operę in exscribendis hypomnematis.

¶ Hypostasis subsistētia siue substātia: a theologis pro psona capit. Unī hypostases psonę subsistentes appellant. Nā στασισ statio dicit. Hieron. ad Dama. Tota sęcularium litterarū schola nihil aliud hypostasim nisi vsiam nouit.

¶ Hypotheca pe. p. latine pignus suppositio: documentū. hypotheticus suppositiuus.

¶ Hypothesis pe. cor. argumētū sine materia causæ:

thema propositum.

¶ Hypotichos subucula: ⁊ ꝓprie pontificum est: vt inquit Hieronymus

¶ Hypothyra siue hypothyrides apud Victr. capit̃ ꝑ valuarum cauitate ⁊ inanitate.

¶ Hypozeusis subcōiunctio: figura cū singulis sensibus datur propria clausula: vt Regē adit: regi memorat nomenq; decusq;.

¶ Hypotyposeon. i. disputationū vel informationū

¶ Hyrcania regio asiatica: magna ex parte plana et ꝓclarissimis vrbibus adornata: quarū celebrant Talebrotā ⁊ Samariā ⁊ Cartā ⁊ Tapē. Et adeo opulēta vt vitis vna vini metretā efferat: ⁊ ficus sexaginta modios ficoꝝ. Frumentū ex semine nascat̃: qđ extollunt. Dicta Hyrcania ab hyrcana sylua q̄ scythię subiacet. Habet ab oriente mare Caspiū. A meridie Armeniam. A septētrione Albaniā. Ab occasu Iberiā. In ea regione pantherę: pardi ⁊ tygres abundāt cū syluis aspera sit. Hinc hyrcanus: vt mare hyrcanum homines hyrcani. Hiero. Hyrcani volucribus ⁊ canibus semiuiuos proiiciunt.

¶ Hysginū color similis coccineo. Unde gręci vestes υσγινοβαφεισ appellant: hoc est hysgino tinctas. Ply. lib. xxij. Hyacinthus in gallia maxime ꝓuenit. Hoc ibi ꝓ cocco hysginū tingit.

¶ Hysopus fœminini generis ⁊ hysopū neutri cum y. secundū Apul. Herba pulmoni valde vtilis: cuius penultima ꝓducitur: cū apud gręcos scribatur per ω mega: q̄uis Macer corripuit. Et hysopū siccū calidūq; ⁊ tertius illi Est in vtrisq; gradus. Hier. in psal. interp̄tatione. Sicut em̄ hysopum terrenū curandis pulmonibus aptū est vt auertat inflationē: ita homo cęlesti quis respersus hysopo. i. humilitate cordis ab om̄i sup̄bię malignitate purgat̃. Sunt etiā qui hissopum per duplex ss. scribant.

¶ Hysteria gręce: latine secundę folliculi sunt continentes fœtum in matris vtero cū menstruis.

¶ Hysterologia locutio p̄postera figura eadē cū hysteron proteron.

¶ Hysteron vltimū vel nouissime. Uñ hysteron proteron eius figura cū sententia ordine ꝯmutatur: Ut Postq̄ altos tetigit fluctus: ⁊ ad ęquora venit. Nam prius ad ęquora venit q̄ tangeret fluctus.

De littera I.

I LITTERA vocalis ē: q̄ etiam consonans fieri consueuit: ⁊ modo pro simplici: modo pro duplici accipitur. Pro simplici tunc habetur: quando ab ea incipit syllaba in principio dictionis posita subsequente vocali in eadem syllaba: vt Iuno Iuppiter. Pro duplici autem quādo in medio dictionis ab ea syllaba incipit post vocalem ante se positā: subsequente quoq; vocali in eadē syllaba: vt maius peius maia. Nōnunq̄ tamen reperitur i līa ꝓ simplici ꝯsonante in medio dictionis posita: s; i ꝯpositis vt Reiicere reiect⁹. Notādū i litterā ꝓ consonāte positā aspirari nō posse cū nulla ꝯsonās ante se aspirationem accipere valeat. Uñ Hierosolyma sex syllabaꝝ est. Hiulcus triū. Ac per deriuationes quidē transit i in alias vocales. In a. vt genius generis generatim. Paulus pauli paulatī. In e. fortis forte. In o. pater patris patronus. Est etiā i. imperatiuus modus ab eo is. Teren. I prę sequar.

I ante A.

¶ Ia fuit nomen minoris filię Atlantis: ⁊ latine vox dicitur. Item. Ia gręci vocant violas. Unde ianthina vestis: id est violacea. Rursus ia exultantis interiectio est.

¶ Iacchus nomē bacchi. απο του ιαχω clamo canto vocifero. Nā qui baccho sacrificabant clamare solebant. Et duplici cc. scribi debet: q̄uis in verbo ιαχω sit simplex c. qđ ideo fit vt in iaccho secūda ꝓducatur q̄ in verbo iacho corripitur. Uirgil. Gratissima vitis iaccho. Ponit̃ q̄nq; pro vino.

¶ Iaceo es. iacui. secūdum notā significationē. Uir. dixit. Strata iacent passim sua quęq; sub arbore poma. Plaut. in Am. Quis hic est senex qui ante ędes nostras sic iacet? Dicimusq; iaceo in strato: iaceo humi. Liui. lib. ij. de bel. punic. Humi iacentē inter custodias stationesq; militū circūspexerūt. Q̄nq; iacere significat extare/esse. Sall. In medio campus iacet aquis vndiq; scatens. Q̄nq; plenū esse. Uirg. li. 3. ge. Si iacet aggeribus niueis informis ⁊ alto Terra gelu. Q̄nq; per plurimū porrigi. Idem in eodē. Tantū campi iacet. Q̄nq; squallere. Lucil. lib. xxx. Et sua p̄cipue retro relicta iacere. Quandoq; mortuum esse q̄ iaceant nec amplius cadauera moueantur. Luca. Ille iacet paci quem pręrulit orbis. Quandoq; sepultum esse. Martial. Non aliter cineres mando iacere meos. Huius verbi ꝯposita sūt Adiaceo iuxta iaceo Interiaceo in medio iaceo. Liui. Descendunt in planiciem quę inter capuam ⁊ iphatāq; interiacet. Subiaceo: subtus iaceo: ⁊ subditus sum. Lactan. libr. iij. Quoniam igitur vtriq; subiacent fortitudo obiacet: de quo alibi. Et hęc habent pe. cor. in trisyllabis.

¶ Iacio is. ieci. iactū. significat emitto. Apul. Multis in eū lapidibus iactis. Uñ iacere ad certū est dirigere in id in quod intendit. Hiero. in libr. Iudi. Sic fundis lapides ad certū iacientes vt capillum quoq; possent percutere. Et iacere est ponere. Translatio sumpta ab ędificijs: maxime a cothonibus. i. portub⁹ manu factis: quibus magna iaci fundamēta necesse est. Cice. in Phil. In quo tēplo q̄tum in me fuit ieci fundamenta pacis. Huius ꝯposita sunt Abiicio: adiicio: Coniicio: Circūiicio: Unde circūiecta impedimenta dicimus: Deiicio: Disiicio: Eiicio: Iniicio: interiaceo: Obiicio: Proiicio: Pręiaceo: Prę iicio: Reiicio: Subiicio: Traycio: ⁊ superiacio. Hiero. in eze. Et superiacient puluerē capitibus suis ⁊ cinere cōspergentur.

¶ Iacto as. frequēter iacio. Sene. Dū lapillos iactaret in puteū. Uirgi. lib. i. geo. Deucalion vacuū lapides iactauit in orbē. Aliquādo iactare est sępe voluere. Idem. Atq; illum tales iactantem pectore curas Aliquando fatigare vexare concutere: vt Iactatos ęquore toto Troas relliquias: Lact. li. v. Qui patrē regno expulit bello prosecutus est: exulem toto orbe iactauit. Ex quo apparet non esse verā differentiam quam Seruius ponit dicēs. Iactamur in mari: fatigamur in terris. Aliquādo significat plagis sternere Ci. in Uer. acti. ij. Iactatur domi suę vir primarius

⁊ homo honestissim⁹ ꝓ se quisq; manus affert. Aliqñ temere laudare: siue ambitiosius gloriari. Vir. Quē iuxta sequit̃ iactātior ancus. Hiero. ad Julianū. Diues ille oīa q̄ in lege p̄cepta sunt se implesse iactabat. Hinc iactantia. Aliqñ inaniter loqui. Virg. Talia iactanti stridens aquilone ꝓcella: Velum auersa ferit. Aliqñ frequenter emittere. Idē lib: ij. geor. Etsi non altū late iactaret odorē Laur⁹ erat. Et alibi. Ipsi lętitia voces ad sydera iactāt. i. crebro emittūt. Aliqñ frequenter ducere: vt apud eundem. Haud vnq̄ manibus iactata fatiscit. i. ductata. Quidā etiā iactatū pro primitiuo ⁊ pro excusso. Alij pro dependenti accipiunt: vt lib. iiij. geor. Et dextro iactata recumbit in armo.

¶ Jactantia q̄ ⁊ iactatio a Cice. diffinit̃ lib 4. tus. ꝙ sit voluptas gestiens ⁊ se efferens insolentius.

¶ Jactanter aduerbiū a participio iactans format̃: ⁊ significat cū iactantia. Hierony. Ne iactanter de se querere videretur.

¶ Jactuose similiter dicitur cum iactātia. Cice. Cū sint multa iactuose dicta.

¶ Jactito as. p. cor. frequen. a iacto. Hie. ad Chres. Vrbicū. Et hoc te iuxta scripturā facere iactitas. Et ad Pāmachiū. Et quonus Romę amicus obiecerat: a multis in toto orbe inimicis dicerē iactitatū

¶ Jactura pe. ꝓ. dicitur ꝓprie damnū de mari quando quis magnas in naui merces habet: ⁊ tēpestate cogitur eas in mare iacere ne nauis obruat̃.

¶ Jaculū pe. cor. dicitur quicquid iaci in longū pōt. Nam fit vt iactatur.

¶ Jaculor pe. cor. deponēs significat in longū iacio. Juue: Quantas iaculet̃ monychus ornos. Colu. lib. ij. Faba quę longius emittet̃ pura eo perueniet quo ventilator eam iaculabitur.

¶ Jaculo as. eiusdē significationis. Claud. Latis iaculatus in aruis. Aug. in ps. interp̄tatione per translationem dixit iaculabant in ora interrogantiū se sagittas dei. Hinc Eiaculo: quod est extra iaculo proijcio. Gel. Arionē cū fidibus ⁊ indumentis cū quib⁹ se in salum eiaculauerat extitisse.

¶ Jaculatio iaculamen ⁊ iaculamentum pro eodem.

¶ Jaculus pe. corr. serpentis genus qui subit arbores: e quibus vi maxima vibrat penetratq; quodcūq; animal obuiū fecerit fortuna. Luca. Et natrix violator aquę iaculiq; volucres.

¶ Jacobus pe. cor. nomē ꝓpriū quattuor syllabarū. Claus. Quid laceras versus dux Jacobe meos. Nōia em̄ ꝓpria sicuti Pris. docet in fine acutū accentū habent: q̄ more latino declinata eundē retinent ⁊ penu. ꝓducunt: vt Adā adamus. Joseph iosephus.

¶ Jam aduerbiū tēporis qđ pene est idē qđ tūc. Quintili. Qđ si satis prudenter ea viderint: iaȝ ꝓpe ꝯsūmata fuerint pręcipiētis opera. Interdū hortantis est: ⁊ veluti morā increpantis. Virg. Jā diua precor. Interdū festinātis. Ter. Ego iam ꝓspiciaȝ mihi. Interdū ponit̃ ꝓ nūc. Virg. lib. 3. geor. Jāq; hos cursu iam pręterit illos. Interdū ꝓ p̄terea ⁊ quasi modus est q̄dā cōiungens sentētias: vt apud eundē. Jam maris imensi prolē ⁊ genus oīe natantū: Jam varias pelagi volucres. Hoc idem efficit coniunctū cū vero. Cic. Jam vero vrbibus constitutis.

¶ Jamiam significat repente: vt Jāiā aderit. Et cū p̄senti ponit̃ licet ad futurū resoluat̃. Virg. Jamiāq; manu tenet ⁊ premit hasta. quasi mox tenebit ⁊ nunc videtur tenere. Plerūq; figurate per indignationem accipitur. Idē. Jamiaȝ nec maxima Juno: Nec Saturnius hęc oculis pater aspicit ęquis. Et ꝑ miserationem. Sal. Jāiam aio meo charissime frater q̄q; tibi immaturo ⁊ vnde minime decuit: vita erepta: tñ lętandū magis q̄ dolendū puto casum tuuȝ. Et per exhortationē Quintil. Jāiā ꝯmilito quicūq; casus manet: etiā si imperator dānaturus est: habeo solatiū satius est: q̄ a patre occidi.

¶ Jādiu signifi. olim. nā diu qñq; ꝓ lōgo tpe ponit̃.

¶ Jamdudū ex iā ⁊ dudū ꝯponit̃. Et aliqñ de paruo tēpore dicit̃: vt iādudū te expecto. Aliqñ de longiori Ply. li. xix. Jamdudū ex eadē hispania zœliton venit in italiam plagis vtilissimū. Macro. Jamdudum hęc quęstio ab Arist. ⁊ ꝓposita est ⁊ soluta. Ponitur etiaȝ pro continuo vel q̄primum. Virg. Jamdudum sumite pœnas.

¶ Jamolim significat iādudū. Cic. Jāolim in principio illud statuerā. Sumit̃ ⁊ ꝓ aliqñ. Virg. At iāolim seras posuit cū vinea frondes. Olimiam ꝓ iāpridem. Quintil. Olimiā imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locū querit. i. a longo tempore.

¶ Jampridē significat de paruo tpe. Sene. Jāpridē te expectantes ibi sederamus. De longiori Ply. Qđ maiores nostros iāpridē fecisse manifestuȝ est: qđ genus nuper ⁊ patrū fere in nostrorum memoria inuentum est. Pro continuo Luca. Tollite iampridē victricia tollite signa.

¶ Jamtū significat ex eo tempore. Plau. Jamtū occępit virginem amare. Veteres etiā iamtū pro tantū vsi fuere. Et iam pro tam.

¶ Jambus pes ꝯstans ex prima breui: vltima longa ab inuentore vt quidā putant dictus. Quidā iambū deducunt ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν: qđ est ꝯtumeliari inuehi. Fest. Jambi dicebant̃ qui singuli ex proscęnio loquebantur: trijambi qui terni.

¶ Janus ab hiatu dict⁹ est detracta aspiratione quē quidā solē putāt. Ideo geminum quia vtriusq; ianuę cœlestis potentē qui exoriēs aperiat: occidens claudat. Alij Janū mundū. i. cœlū itelligunt: quasi eanū: ab eundo vt inquit Ci. li. ij. de natu. quia mūdus semper eat dū in orbē voluit̃: ⁊ ex se initiū faciēs in se refertur. Hinc ⁊ bifrons pingit̃: duas em̄ facies ante ⁊ retro habere dixerūt: ꝙ annus ex se initiū faciēs fini occurrat. Vel ꝙ p̄terita sciuerit ⁊ futura pręuiderit: seu ꝙ superorū ⁊ inferoꝝ ianitor extiterit. Huius tēplum erat Romę ꝙ tempore belli patebat: tēpore pacis claudebatur. Unde patultius ⁊ clusius cognominabatur. Hunc etiaȝ quadrifrontē fecerunt: ab quattuor orbis partes: ⁊ Janum geminū vocitarunt. Et et Junoniū: quia calendarū princeps. Calendę enim sunt iunoni dicatę. Et Janus erat locus Romę: vbi fœneratores consistebant in regione basilicę: quoniā in eo iani simulachra collocata visebantur. Ouidius Qui puteal ianumq; timet: celeres calendas. Jani quoq; peruię transitiones foresq; profanarum ędium ianuę vocabantur. Suet. in Domi. Janos inquit arcusq; cum quadrigis ⁊ insignibus triumphorum per regiones vrbis extruxit.

¶ Janualis porta Romę a Jano dicta vbi ⁊ positum fuit eius signū. Hanc Numa instituit vt esset clausa semper nisi cū bellum foret.

¶ Janua primus ingressus ad interiora dom⁹ a Jano dicta: ꝙ huic deo ꝯsecratū erat oīe principiū. Et

ꝓꝑie domus est ianua: ostiũ vero partiũ vt cubiculorũ: licet ꝯfundanť. Nã ⁊ ianua: a quo ianitoꝛ ꝓ ostio ponitur: ⁊ ostium a quo ostiarius ꝓ ianua.

¶ Janitoꝛ pe: coꝛ. cui ianuę custodia est ꝯmissa

¶ Januarius pꝛim⁹ mensiũ a pꝛincipe deo est appellatus a Numa: q̇ pꝛimũ anni esse voluit tanq̃ bicipitis dei mensem respicentem ⁊ pꝛæspicientẽ transacti anni finem futuriq; pꝛincipia.

¶ Janiculũ oppidũ nõ ꝓcul a Roma: dictũ qꝛ per euz popu. Rom. transire cœperat in agrũ ethꝛuscũ: seu ꝙ Janus illud ꝯdiderit. Solin⁹. Quis dubitat Janiculũ a Jano nõ fuisse conditum?

¶ Janthina pe. coꝛ. vestis coloꝛis purpurei: ιον enĩ viola. και το ανθοσ του ανθεοσ flos: qꝛ violace⁹ flos. Mar. Coccina foꝛmosę donas ⁊ ianthina mœchę. Plyn. Ex his violis q̃ sponte apꝛicis ac macris locis ꝓueniunt purpureę latioꝛe folio statim ab radice carnosa exeunt: soleq; gręco noie a cęteris discernuntur appellatę: ita vt ab his ianthina vestis.

¶ Jantha fuit nympha oceani ⁊ tethyos filia: vt auctoꝛ est Hesiodus.

¶ Janira pe. pꝛo. fuit Oceani ⁊ Tethyos filia.

¶ Japis idis. nomẽ ꝓpꝛiũ ętholi qui cũ ad regionez Venetiæ venisset oppidũ de suo noie ꝯdidit: a quo ea pars vbi Timauus fluuius est Japidis nomen sumpsit. Virgil. Castella in tumulis ⁊ iapidis arua timaui. Nam dicta est Japidia.

¶ Japetus p. coꝛ. cœli ⁊ terrę filius: vt inquit Hesiodus. Hũc quidã pꝛomethei patrẽ fuisse asserunt. De quo Ouid. Siue recens tellus seductaq; nuper ab alto: Aethere cognati retinebat semina cœli. Quaz satus Japeto mistam fluuialibus vndis: Finxit in effigiem moderantũ cuncta deoꝝ.

¶ Japyx gis. pe. coꝛ. ventus ex Apulia ꝓficiscens q̇ quasi aduersus Eurũ flare videtur. De hoc Luca. li. vi. Excipit aduersus zephyros ⁊ Japyga pindus. Est ⁊ Japyx nomẽ dedali filij.

¶ Japygia Apulia dicta est a Japyge dędali filio vt Hero. ⁊ Soli. scripsere. Japygiũ vero Salentinoꝛuz ꝓmontoꝛiũ est. Virgi. lib. xi. Victoꝛ gargani ꝯdebat Japygis agris. Vñ Ser. Japygiã partẽ eẽ Apuleię dixit: in qua est mons garganus: q̇ vsq; in Adriaticũ pelagus tendit. Huius metropolis est Bꝛundusium ⁊ Tarentũ ciuitas. Hanc regionẽ Messapiã ⁊ Japygiã ⁊ Calabꝛiã ⁊ Salentinã multi noiant.

¶ Jason nomẽ ꝓpꝛiũ Aesonis filij fratris pellę thessalię regis: qui colchos ꝓfectus vellus aureũ abstulit. De hoc Justin. ⁊ Diodo. Siculus lati⁹ scripserũt Huius nois pꝛima vocalis est. Ouidi. Quẽ nisi crudelem nõ tangit Jasonis ętas.

¶ Jasius vnus fuit ex pꝛimis arguioꝝ regib⁹: a quo Argiui Jasidę dicti sunt.

¶ Japida nũc foꝛũ Juliũ regio italię ab iapide ætholi filio: qui ad eas oꝛas veniens oppidũ de suo nomie cõdidit. A quo ea pars vbi fluuius est Timauus iapida cognoiata fuit. Virg. lib. ij. ge. Castella in tumulis ⁊ iapidis arua timaui.

¶ Jasum insula Carię: quę ꝯtinẽti adiacet: cuius incolæ magna ex parte victũ ex mari captabant cuz sterilẽ regionẽ haberent. A qua Jasius sinus: cui⁹ municeps Cœrillus fuit. Ex iaso fuit Diodoꝛus dialecticus cognomento Chꝛonus.

¶ Jaspis lapis ꝓ̃tiosus: quia Ply. de gręco in latinũ viridis gẽma interpꝛetať. ιασ quippe viride. πιμασιο gẽma. Est enĩ viridis sicut smaragdus: sed crassi coloꝛis. Sunt qui ꝯpouant ex ιον viola. ⁊ πασ tot⁹: quasi totus sit violaceus.

¶ Jatraleptę: latine reunctoꝛes medicoꝝ.

¶ Jaziges Methanastę populi in Europa: qui sicut Ptol. li. 3. scribit ab oꝛiẽte habẽt Daciã: ab occasu et haustro Germanię partẽ: a septẽtrione Sarmathiã.

¶ Jaxartes fluuius qui vt Martia. docet illã terrę ꝑtem secat: q̇ Tanais putabať: quẽ Demodamas dux transcendit ⁊ alium esse perdocuit.

I ante B.

¶ Jberus pe. ꝓ. fluuius Hispanię. q̇ apud cantabꝛos oꝛiens per. xl. passuũ milia fluit: ⁊ in mare balearicum exit. Eustathius. ιβηρ δε ο ποταμοσ κατα δε τι μασ απο βασιλεοσ ο μωνυμοσ απο την εγχατην λοχηισσ εσι γωνια του ευρωτου αγχου των στηλων των περι τα γαδειρα και αλλα πολλα λεγει ο αυτοσ ευσεβιοσ. Luca. lib. 4. Qui pręstas terris infert tibi nomen iberus. Nõ ⁊ iberũ declinari põt ꝑsertim qñ sequitur flumẽ. Et iber eri. vel eris. pen. ꝓ. vt Pꝛis. ait. Hoꝛa. Jberi rhodaniq; potoꝛ Lucan⁹. Occurrat iberibus alter. Jnde iberia dicta est pars hispanię q̃ intra iberũ ꝯtineť: q̃uis generali vocabulo ꝓ hispania capitur. Et iberiã quidã partẽ vnam exterioꝛẽ: alterã interioꝛẽ dixerũt. Hanc regionẽ celtę galloꝝ populi relictis sedibus suis habitauere. Vñ ꝯposito ex vtraq; gente noie Celtiberi appellati sunt: ⁊ regio eoꝝ celtiberia. Ab iberia vero iberi ⁊ iberes vocati sunt populi hispani. Est ⁊ alia regio hoc noie iuxta pontũ intra colchida ⁊ armeniã venenoꝛũ ferax: quę caucasis mõtibus circũdať: cuius siľr populi iberi ⁊ iberes dicti sunt: a quib⁹ vt Var. scribit: venerũt qui in hispania habitauerũt: ⁊ a quib⁹ hispania iberia ⁊ fluui⁹ hispanię hiberus. Et iberus a. um. Virgi. lib. ix. Pictus acu chlamydẽ ⁊ ferrugine clarus ibera. Scribit Diony. Jberes ꝑplos a pyreneis mõtib⁹ ꝓfectos in asiã sedes posuisse. Vñ ea pars asiæ iberia nũcupať. Jberiã regionẽ mulier captiua sub Cõstantino Helenæ filio ꝯuertit ad chꝛistianã fidẽ ea pudicã tradente vitam ⁊ in oꝛõne iugiter persistente.

¶ Jberia regio. vide in dictione iberus: de qua mõ.

¶ Jbex vel ibix cis. syluestris capꝛę genus pernicissimũ: vt Ply. li. viii. scribit. De quo ⁊ apud Hie. Job xxxviij. scribiť. Nũquid nosti tempus ibicũ partus? Quidã tñ hoc nomen aspirant.

¶ Jbi aduerbiũ loci significat in hoc loco: ⁊ ꝓpꝛie dr̃ cũ semel locus monstrať. Jbidẽ cũ sępius Virg. Ter fluctus ibidẽ toꝛquet agens. Ab ibi fiunt composita Jnibi ⁊ alibi.

¶ Jbis auis ęgypti: q̃ sicut Hero. scribit duplex est. Altera nigra tota ẽ. Altera Ciconiæ nõ absimilis diuersa tñ a ciconia. Hęc rostri adũcitate ꝑ se partẽ perluit q̃ reddi ciboꝝ onera ꝯsueuerũt a serpẽtib⁹ vesciť De hac Ci. li. ij. de natu. Velut ibes maximã vim serpentiũ ꝯficiũt cũ sint aues excelsę rigidis crurib⁹ coꝛneo ꝓceroq; rostro: auertũt pestẽ ab ægypto cũ volucres angues ex vastitate Libyę vento aphꝛico inuectas interficiunt atq; ꝯsumunt: ex quo fit vt illę viuæ nec moꝛsu noceant: nec odoꝛe moꝛtuę. Ab hui⁹ auis similitudine Jbis ꝓ inuido poniť. Vñ Ouid. librum in Jbim scripsit.

¶ Jbicus pen. coꝛ. nomẽ poetæ lyrici Rhegini apud

grecos preclari a quo genus metri dictũ est Ibicum: sicut alterũ ab Alcæo Alcaicum.

¶ Ibernia insula in oceano septẽtrionali versus occasum ꝓxima Britãniæ: sed ꝙ Britannia angustior ab Aphrico in Boreã porrigit̃: cui⁹ partes priores iberniã ꝓspectant. Vñ ⁊ Ibernia dicta. In ea nullus anguis videtur: nulla apis.

I ante C.

¶ Icarus pe. cor. Œbali Laconũ regis filius fuit: pater Penelopes. Prop. lib. ij. Icare Cecropijs merito iugulate colonis. Hic etiã Icariotus dictus est. Vñ Icariotis forma patronymica. Ouid. lib. 3. de põ. Morte nihil op⁹ est nihil Icariotide tela. Icar⁹ etiã dictus fuit Dedali filius qui vna cũ patre e creta fugiens fretus alarũ fiducia cuꝫ vltra patris iussa alti⁹ euolasset: solisꝗ ardore cæra qua pennæ ꝯtinebant̃ liquefacta esset: ita vt ab alis deflueret: decidit in mare: qđ est inter myconẽ ⁊ gyarũ: a quo postea Icareũ mare dictũ fuit: dicente Ouid. li. 3. de trist. Icar⁹ icarias noie fecit aquas. Preterea Icarus: vt Plyni. li. iiij. auctor est: mons est in attica regione.

¶ Icaria insula in Icario mari ab Icaro Dedali filio dicta: quę trecentorũ stadioꝝ ambitũ habet. Et in ea Dianę templũ Tauropoliũ appellatũ. Hęc ⁊ Icaros dicta est: ante Doliche vocata. Est inter Sardũ ⁊ siculum mare.

¶ Icarion fuit nomen sęuissimi pyratę.

¶ Icos a Cic. in rhetoricis ponit̃ breuis ꝯplexio.

¶ Iconiũ oppiduꝫ cappadocię: optime olim habitatũ: fortunatiorẽ hñs regionẽ. Alterũ est in Asia pontica regione apud Trogetem lacũ vt inquit Strabo

¶ Icon siue econ: latine effigies: imago et statua ex mẽbris ipsis a pictorib⁹ seu statuarijs expressa. Ply. li. xxxiiij. Eorũ vero quiꝗter ibi superauissent imagines ex mẽbris ipsoꝝ similitudine expressa: quas econas vocant. Nõnulli etiã hec Icona ę. ⁊ hoc iconisma atis. declinãt. Cuius dimi. est icuncula. Est ⁊ icon teste Cicerone ad Herẽ. figura cũ. s. formę ad formã cũ quadã similitudine fit collatio aut laudis aut vituperationis causa: vt si diceret̃: Ibat in ꝓlium corpore tauri validissimi: impetu leonis acerrimi.

¶ Iconicus a. um. ⁊ iconius a. um. qđ ita est pictum: siue formatũ: vt ex eius mẽbris sit expressa similitudo. Sue. in Cali. Simulachrũ stabat in tẽplo aureuꝫ iconiũ amiciebaturꝗ quotidie veste quali ipse vteretur. Ply. Adeo iam colorũ vsus increbuerat: adeoꝗ ars ꝑfecta erat: vt in eo prœlio iconios duces pinxisse tradat̃ atheniẽsiũ Melciadẽ Callimachũ Cynegirũ. Barbarorũ: Dariũ Tyssapherñe.

¶ Icois ici. ictũ. ꝑcutio ⁊ passiuũ Icor. Ply. Arborũ manu satorũ receptaꝝꝗ in domos i fulmine laur⁹ sola nõ icitur. Liui. lib. i. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Hinc fit ictus us. ꝓ percussione. Ci. li. 3. offi. Ictu fulminis deflagrauit. Prima huius verbi in p̃senti: vt inquit Pris. corripit̃: sed ꝓducit̃ in p̃terito ⁊ mutat o. finalẽ in i. Lucre. tñ produxit in p̃sẽti. Exin corpus ꝓpellit ⁊ icit.

¶ Iconismos. Sene. li. xv. epistolaꝝ appellat descriptiones: aitꝗ id verbũ esse publicanoꝝ.

¶ Icthis i. dis. inq̃t Aris. syluestris mustellę gen⁹ est magnitudine militensis catelli: sed pilo facie albedine partis inferioris ⁊ morũ astutia mustellę simile est.

Mansuescit maiorẽ immodũ: officit aluearibus. Mellis eñ auida est: aues etiã petit: vt felis. Hanc martẽ speciali vocabulo ⁊ marturelum: seu Fouinũ vocant. Genitale et osseum est.

¶ Ichthys cũ ypsilo: latine piscis dicit̃: a quo fiunt.

¶ Ichthyobolis piscator.

¶ Ichthyopolion locus vbi pisces vendunt̃

¶ Ichthyophagi pe. cor. q̃ ex piscibus viuũt: quo nomine dicti sunt quidã populi: de quib⁹ Hiero. cõtra Iouin. Porro ichthyophagi gens errans in littore maris rubri sup petras solis calore feruẽtes assant pisces: ⁊ hoc solo alimento victitant.

¶ Ichthyotrophia apud Col. loca in q̃bus alunt̃ pisces: q̃ ⁊ piscinę ⁊ viuaria latine dicunt̃. Nã libr. ix. sic ait: Χθυοτροφια sedula cura exercent̃. Ea sunt omnia (vt latine potius loquamur) sicut auiũ cohortaliũ stabula: nec minus eaꝝ quę cõclauibus septę saginãtur: vel aquatiliũ aĩalium receptacula.

¶ Ichthyocolla gluten ex piscibus. Est etiã nomen piscis. Cęlsus vero quotiẽs vult glutinũ intelligi nõ piscem: adijcere solet gluten.

¶ Icteros pen. cor. morbus cũ per totũ corpus bilis suffundit̃. q̃ interdũ nigra: interdũ flaua est. Et ictericus qui eo morbo laborat: ab ictero aue quã nos galbulã vocamus auctore Ply. q̃ ait. Auis icterus vocatur a colore: q̃ si spectet̃: sanari id malũ tradũt ⁊ auem mori: hanc puto latine vocari Galbulam. De hac aue sic legimus. Galbula decipit̃ calamis ⁊ retibus ales: Turget adhuc viridi cũ rudis vua mero. Hęc etiã ficedula dicit̃: q̃ est crocei coloris. Hunc morbũ Ply. ⁊ Var. regiũ appellãt: ꝙ mulso p̃cipue curaret̃. Cor. et Apul. Auriginẽ ⁊ auriginosuꝫ hoiem dicũt Marcel. Arquatũ a colore cœlestis arquus.

¶ Ichnusa pe. p. insula sardinia dicta est: qm̃ ad similitudinẽ vestigij facta sit: qđ grece ichnos dr̃. Syl. lib. xij. Hñ ichnusa pijs gratijs memorata colonis.

¶ Ichneumon aĩal ẽ magnitudie felis: specie muris vulgo nũc murem indicũ vocant. Nascit̃ in ægypto ⁊ cũ aspide pugnat. Ichneumona ægyptij adorant qm̃ oua crocodilorũ cõterat: ⁊ luto ꝯuolutus cũ os aperiunt ita in ventres eoꝝ insilire soleat: vt exesis intestinis eos interimat. Ply. etiã scribit Ichneumones esse vespas minores ꝙ alię q̃ vnũ genus perimunt ex araneis phalangiũ appellatũ.

¶ Ichnographia est circini regulę modicę cõtinens vsus: ex qua capiunt̃ formarũ in solis arearuꝫ descriptiones. Auctor Vitr. lib. primo.

I ante D.

¶ Id varijs modis vsurpat̃ ab auctorib⁹. Cũ eñ dr̃ id qđ res est. idẽ est ac si diceremus qđ verũ est. Terẽ. in Adel. Verũ cogito id qđ res est. Id ętatis sum. i. in ea ætate sum. Aliqñ ornatus tm̃ causa dr̃. vt id qđ id ẽ qđ idipsũ. i. hoc. Cice. Lẽtulo. Multi rogabant̃: atꝗ idipsum cõsulibus inuitis. Ab id fit idcirco coniunctio: ⁊ ideo.

¶ Ida idę mons altissim⁹ q̃ ad troadẽ spectat habetꝗ multos pedes. Latus ei⁹ septẽtrionale ex angustiis abydi vsꝗ ad Esapũ ⁊ Cizicenũ agrum ad ꝓpontidem pertinet: occidentale ad hellespontũ respicit: australe promontoriũ facit: quod lectũ appellat̃: orientalia idæ ad Mysos declinant: abundatꝗ mõs aquis ⁊ multa flumina ex eo descendunt: In cuius summi-

tate locus fuit Gargarus appellatus: a quo gargarā ꝫolica ciuitas dicta est. Oui. lib. iiij. fast. Dindymon ⁊ Cybelen ⁊ amœnā fontibus idam. Ida etiā appellata fuit Dardani scytharū regis filia.

¶ Idæus a um. nomē ab ida deductū. Proper. Cedite iam diuę quas pastor viderat olim: Idęis tunicam ponere verticibus. Est ⁊ nomē ꝓprium viri quē troianorū pręconem dixit Homerus.

¶ Idalus mons est ⁊ nemus in Cypro quondā Veneri sacer: vbi ⁊ breue oppidū fuisse traditur. Vñ et Venus Idala appellata.

¶ Idaspes fluuius insignis magnitudine: in quo aureę harenę ⁊ gemmę depręhenduntur. Fluit per Parthos ⁊ Indiam ⁊ amplo ꝓfundoꝙ aluo crebras facit insulas. Postremo quattuor susceptis fluminib⁹ Indo flumini admiscetur. Dictus Idaspes ab Idaspo Medorum rege.

¶ Idæa pe. pro. ἀπὸ τοῦ εἰδέος. Ideas inquit Aug. lib. lxxx. quęstionum: latine possumus vel formas vel species dicere: vt verbū e verbo transferre videamur Ideas primus Plato appellasse perhibetur. Sunt aūt ideæ exemplaria æterna corū q̄ naturaliter fiunt immortales: imutabiles: inuiolabiles. Et vt res apertior fiat: opus est pręter oēs hoīes intelligere quendā hoīem. Et præter oēs equos equū. Et ṗter alalia: animal ingenitū. Et quēadmodū ex vno sigillo ꝯplures fiunt impressiones: sic ex vno hoīe sexcenta milia hominū. Et hęc est Platonis Idea. A quo Arist. dissentiens nullas putat esse ideas. Euseb. lib. ṗparationis idæam sic diffinit. Idæa est perpetua substantia causa ⁊ principiū: vt singularia talia sint qualis ē ipsa et quēadmodū sensibilium exemplaria ad hęc corpora ṗcedunt: sic quę oīa in seipa cōtinent pulcherrima atꝙ perfectissima huius mūdi exemplar est: ad quaꝫ a creatore deo ab vniuersa substantia mundus simillime formatus est.

¶ Ideo ꝯiunctio ē: ⁊ significat ob eā causam

¶ Idcirco: ꝓpter hoc: similiter ꝯiūctio est.

¶ Idē ꝯponiť ex is ⁊ demū. i. iterū is. Et tā in genere mas. ꝙ neu. noīatiuus necnō actūs mas. ⁊ fœ. gñis mutant m. in n. añ d. euphonię causa: vt eundē eandē Cęteri vero casus ex integro et corrupto ꝯpositi inueniunť: vt eadē: eiusdē eidē: eodeꝫ. Iideꝫ eędē eisdē eosdē. Itaꝙ per duo ii. vel per e ⁊ i. regula exigit scribi tā noīatiuū pluralē masculinū: ꝙ datiuum ⁊ ablatiuum plurales. Solent tñ auctores et per synhęresim vnā ꝓ duabus ponere. Et in neutro quidē geminať ꝯpositio: ⁊ dicimus idētidē. Sed cū idē est gene. mas. ꝓducitur i. In neutro vero corripiť. Virg. libro. iiii. Idē ambas ferro dolor atꝙ eadē hora tulisset. Iuue. Si fecisset idē caderet sub iudice morū. Poniť interdū idē pro etiā. Cice. Et huic cōiuncta beneficentia: quā eandē vel benignitatē vel liberalitatē appellare licet. i. quā etiā. Quintilia. Si causam veneficij dicat adultera: nō. M. Catonis dānata iudicio videť q̄ nullam adulteram nō eandē esse maleficā dixit. Ab idem fit itidē: quod est quasi item idem: quod significat similiter: eodem modo.

¶ Idētidē pe. cor. ꝯponiť ex idē ⁊ idē: sed m in n mutatur: ⁊ t interponiť euphonię cā. Cui⁹ obliqui deficiunt: significatꝙ frequēter ⁊ eodē mō: siue illud ideꝫ per eundē modū. Liui. li. i. Vnā lōge añ alias insignē specie ⁊ pulchritudine a globo thalassi cuiusdā raptā ferunt: multisꝙ sciscitantib⁹ cuinā eā ferrent: idētidē ne quis violaret thalassio ferri clamitatū. Ply. Centū millia nūmoꝝ ꝓ domo eius identidem ꝓmittens. Sue. in Cęsa. Cū M. Cato idētidē nec sine iureiurādo denūciaret delaturū se nomen eius simulac primū exercitū dimisisset. i. frequenter.

¶ Idios grece ꝓprius. Vñ Idiota: Idos vero latine forma: a quo Idolum.

¶ Idiographū pe. cor. latine priuata scriptura

¶ Idiomā atis. proprietas sermonis: vt sunt quinꝙ idiomata. i. dialecti grætorū.

¶ Idiotes siue idiota indoct⁹ ⁊ illitteratus: quo vocabulo Ci. in Pisonē ⁊ alij frequēter vtunť. Dicitur etiā inutilis: quasi sibi tantūmō ⁊ nō pluribus vtilis: priuatus: plebeius. Luci. Quid ni tu ideꝫ illitteratū me atꝙ idiotā diceres?

¶ Idolū pen. pro. diciť simulachrū. Nā apud grecos scribiť εἴδωλον. nam εἶδος forma dicitur.

¶ Idolium diminu. est.

¶ Idolatra vel idolatres: seu idololatra vel idololatres idolorū cultor. Idolatria seu idololatria simulachrorū cultura. Nā λατρεύω: a quo latria deducitur: apud nos colo interpretatur. Est eñ ꝯposita dictio ex idolo ⁊ latria cultura. Hiero. ꝯtra Iouī. Nec mirum si om̄e qđ in macello vendiť apostolus emi iubeat et comedi cū idolatris ⁊ adhuc in templis idoloꝝ: ut quasi idolothyta vescentibus ꝓ summa abstinētia fuerit cibis tñ abstinere gentilium.

¶ Idolothytū pe. p. dici pōt imolatū idolo: vt ē apđ apostolū. Nōne ꝯscientia eius cū sit infirma ædificabitur ad comedendū idolothyta.

¶ Idolothysia cū accen. in pen. imolatio q̄ fit idolis.

¶ Idothea nomē ꝓpriū filiæ Prœti argiuoꝝ regis.

¶ Idomeneus Deucalionis filius Cretēsium rex: q̄ cōtra troianos strenue dimicauit: ⁊ petiliā vrbē sup Salentinū montē calabrię condidit.

¶ Idoneus a. um. quod est ad oīa aptū tā mala ꝙ bona. Teren. in An. Adeon videmur vobis idonei in q̄bus illudatis.

¶ Idas idę. nomē ꝓprium mariti Marpissę: qui olim formosissimus fuit.

¶ Idumęa cū diph. regio syrię: q̄ (teste Ply. libr. v.) a meridie arabiā habet: a septētrione phœniciā. in qua est vrbs Idume pe. p. finitima phœnicię palmis abūdans. Lucan. lib. iii. Gazaꝙ ⁊ arbusto palmaꝝ diues idumę. Inde fit idumęus a. um. Ver. li. iij. ge. Prim⁹ idumęas referā tibi mātua palmas. Hier. ad Darda. Idumęos quoꝙ a meridiana plaga vix viginti quinꝙ ab Hierosolyma millibus separatos.

¶ Incido is. pe. pro. incidi sum. ex in ꝛ cędo qđ est ferio seu seco. Verg. Atq mala vites incidere falce nouellas. Uñ incisus a. um. qđ modo significat per incisionem scriptũ. Et dicimus incisę sunt leges in ęre vel in æs. Quod est cõtra Vallã: ꝛ eius sequaces. Cice. in oratione de signis. Id nõ modo cõscripserũt: verum etiã in ęre incisum nobis tradiderũt. Plyn. in Panę. Quę vos patres cõscripti ne qua interciperet obliuio: ꝛ in publica acta mittenda ꝛ incidẽda in ęre censuistis. Sue. in Cæs. cũ actõ: Ac mox lege in ęs incisa Modo incisum significat amissum. Liui. lib. iii. Itaq spe incisa priusꝙ prędicta dies adesset Appius mortẽ sibi consciuit.

¶ Incisio qđ incisum est. Col. lib. iii. Infra incisionẽ

et alligaturā falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtraq; parte vt his potius plagis humor defluat: q̄ ex incisione abundet.

¶ Incisura ipsa incisio: incisurę etiā dicunt in manibus quę vulgo lineę vocātur. Ply. lib. xi. Cōtra lōgæ esse vitæ incuruos humeris & in manu vna duas incisuras longas habentes.

¶ Incisum: qđ oratores vocāt sensum nō expleto numero cōclusum: qđ plerisq; pars membri esse videtur: vt Domus tibi deerat: at habebas: pecunia supabat: at egebas. Fiunt aūt singulis verbis incisa.

¶ Incisim aduerbiū significat per incisiones. Cice: Hęc quidē duo binis pedibus incisim: deinde membratim dicere solebas.

¶ Inciles pe. pro. fossę ad deducendā aquā de cōmuni riuo factæ. Sunt em̄ loca depressa ad latus fluminis quę & incilia dr̄. Eo q; incidātur. Scinditur em̄ lapis vel terra vnde primū aqua ex flumine agi possit: quemadmodū in pistrinis frumentariis fieri videmus. Quod aūt ad incile opponit aquę deriuādę cōpellendęve ex flumine: causa vulgo clausa dr̄: siue id ligneū sit: siue lapideū: siue ex qualibet alia materia ad continendā transmittendāq; aquā excogitatū deducatur. Et latine Ulp. teste septū dr̄. Item incile dr̄ locus per quē primū deducitur ex quocūq; riuo aqua irrigandi causa.

¶ Incilo as. pe. pro. increpo vel improbo. Plau. Melius tn̄ est ita viuere: ne quis nostra incilet fata.

¶ Incęduus a. um. cū diphthōgo qđ nō cædit ex in & cęduus. Cato de re rust. Secūdo loco hortus irriguus Tertio salictū. Quarto oliuetū. Quinto pratū. Sexto campus frumētarius. Septimo sylua cędua. Seruius. Intonsi montes intōsi syluosi incędui.

¶ Incido is. di. incasum. pe. cor. ex in & cado. Oīa em̄ a cado cōposita proferūt supinū cū a. sicut cado. Quæ vero a cędo pro ferio mutāt e in i. vt incisum recisum. Unde ab incido incasum incasurus. Plyn. lib. i. Sed ea accidisse nō quia hęc facta sunt arbitror. Uerūetiā hęc ideo facta q; incasura erant illa. Est aūt incidere quasi casu venire: aut de improuiso labi pręsertim qñ construit cum actō mediāte in: vt incidi in latrones: incidi in errorē. Cic. Curioni. Qđ in id reipub. tp̄is nō incideris sed veneris. Incidere ergo a casu venire est. Uenire vero certo iudicio & sentētia & cōsulto. Quod ipse Cicero subsequēs imediate declarat. Iudicio em̄ tuo nō casu in ipsum discrimē rerum cōtulisti tribunatū tuū. Jungitur qñq; cū dtō: vt mihi incidit suspicio. Qñq; absolute ponit: vt incidūt sępe multæ causę obiurgationes etiā nonnūq; incidūt necessariæ. Et incidit de vxoribus mentio. Inde incidit quęstio. Aliud ex alio incidit. In quibus tn̄ intelligit datiuus: similiterq; exponunt sicut si datiuū haberent: vt sit incidit mētio casu venit: vel orta est. Ponitur interdū incidere pro insidere. Col. lib. ii. Jugumq; melius aptū ceruicibus incidat. Liui. de. ii. bel. pu. Sagunti ruinę vtinā falsus vates sim vestris capitibus incident.

¶ Incedo is. ssi. ssum. pe. pro. Ingredior subeo: vt scribendi libido me incessit: Interdū incedere est mature more grauis viri: siue magnifice more regū ire. Uer. Ast ego quę diuū incedo regina Iouisq;. Liui. lib. ii. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. Sene. Tenero ac molli passu suspēdimus gradum: nec ambulamus sed incedimus. Aliqñ significat simpliciter ire. Col. lib. vi. Transuersus rursus laxiora spacia faciant per quę vel fossor vel arator incedat. Liuius de secūdo bel. pu. Cum signis prima luce motis segniter agmen incederet. Hinc incessus quo ad posteriora significata.

¶ Incesso is. ssi. vel iui. a supino verbi incedo formatum significat Accuso: molesto: ad iram cōcito quasi lacesso: & construit cū actō. Lactan. lib. iii. Quid ergo te magistra illa vitę docuit an vt potissimū cōsulē maledictis incessares: cumq; hostem patriæ venenatis orationibus faceres. Hiero. Aliquo modo vel aliqñ expugnatur qđ vndiq; incessit. i. impetitur. Uerū distinguendū de incessit quādo ab incedo & qñ ab incesso fit. Nā ab incedo. Incessit me cupiditas sicut & mihi incessit cupiditas dicere licet: & tunc significat ingredior siue inuado. Liui. li. i. Timor deinde patres incessit ne ciuitatē sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterum perfectis patris mādatis cupido incessit aīos iuuenū sciscitandi ad quē eorū regnū romanū esset venturū. Ual. maxi. datiuo iunxit. Nec mihi cuncta complectēdi cupido incessit. Terē. in adel. cum actō mediāte in. Noua inquit religio in te isthęc incessit. Aliqñ ponit sine datiuo vel actō expresso & significat ingruo. Col. lib. ii. Si vero procellæ ventorum aut turbines incesserint maior pars ad terrā defluit. Idem cū datiuo posuit cū inquit. Famem si sterilitas annorū incessit hoībus cōmode propulsat. Interdum significat ingredior. Idem lib. iii. Et cum autumnus incesserit anteq̄ frigus cacumina adurat oīa folia decerpere expediet.

¶ Incertus dubius. Plau. in Pseu. Certa amittimus dum incerta petimus.

¶ Incerto as. incertū seu dubiū reddo. Idem i epid. Longa dies meū incertat animū. Cōponitur em̄ ex in et certo: qđ est in aīo certo. Nam cum quis dubitat secum aīo certat.

¶ Incerno is. sicut & cerno significat cribro. Unde incerniculum.

¶ Incernicula cribri qbus frumēta purgant anteq̄ molantur. Ply. li. viii. Decretū fecere quo caueretur ne frumentarii negociatores ab incerniculis eū arcerent. Ca. Cribrū vnum: incerniculū vnū: securim vnā scamnū vnum.

¶ Incestus us. & incestū sti. dr̄ flagitiū in affines admissum: ex in et cestus: quasi sine cesto. i. vinculo: vt Lactan. grāmaticus super li. ii. rhe. testatur. Cestus autem est cingulū veneris quo vtebat ad honestas nuptias quasi cui cestos nō fuerit adhibita. Ideo incestum dr̄ quod a sacrato illo veneris cingulo nō fertur Hac em̄ cinctura cōiuges deuinciri putarūt vti concordes in vita viuerēt. Mar. Sume cytheriaco medicatū nectare ceston Uixit amatorē balthe⁹ iste iouem Ser. docet incestū esse quancūq; pollutionem.

¶ Incestus a. um. idem est qđ pollutus. Proper. Scilicet incesti meretrix regina canopi.

¶ Incestuosus qui incestū commisit.

¶ Incesto as. polluo. Sue. in Ti. Triplici serie cōnexi inuicē incestarēt. Uerg. Totamq; incestat funere classem.

¶ Incino is. pe. cor. sigt sup siue inter cano. Proper. Seu varios incinit ore modos. Gel. Creditū hoc est a plerisq; Ischiadici cū maxime doleāt tum si modulis leuibus tibicē incinat minui dolores. Hinc fit frequentatiuū. incāto as. de quo supra.

¶ Incentio onis. cantio seu cātilena. Gel. docet plurimis hoīz morbis medicinā fuisse incētiones tibiarū

¶ Incentiuus a. um. vt Tibia incētiua apud Var. q̄ a dextra canit: sicut succētiua q̄ a sinistra succinit.

¶ Incito as. pe. cor. frequentatiuū est verbi incio is. Cio vero cōmoueo significat. Incitare ergo ē frequēter seu valde intus ve citare. Unde ꝛ pro irritare ꝛ pro vocare sumitur.

¶ Incitabulū incitamē ꝛ incitamentū. idē significat. Gel. Fomes atq̄ incitabulū virtutis.

¶ Inciens dr̄ propinqua partui: q̄ fœtus eius sit incitatus.

¶ Incitas pe. cor. quasi paupertas ꝛ indigitas. Plau. Profecto ad incitatē lenonē rediget si eas adduxerit

¶ Incitega pe. pro. machinula in qua amphora vini constituebat̄ vnde vina subinde in cōuiuia subministrarentur.

¶ Includo is. pe. pro. intus claudo. Verg. Inclusos vtero Danaos.

¶ Incipio is. pe. cor. ex in ꝛ capio. significat incoho. Unde incœptū qđ ꝛ cœptū dr̄: vocaturq̄ verbū famulariū: quia infinitis cū quibus iungit̄ famulari videatur. Seruat eñ eorū cōstructionē: vt incipio timere deum. Tu incipis esse probus. Ille incipit doceri a pretore. Illum incipit tedere laboris. Potest tñ esse sine infinito. Plau. in cap. Ediu id factū est hic annus incipit vigesimus. Aliqñ cū ablatiuo ponitur. Plyn. lib. xiiii. Unde autē potius incipiemus q̄ a vitibus. Sunt ꝛ alia famularia scꝫ desino: volo: possum: debeo queo: soleo: cōsuesco: audeo: quę etiā sine infinito esse possunt: vt audeo magnū facinus: possum multa: et huiusmodi. Iuue. Aude aliquid breuib⁹ giaris ꝛ carcere dignū si vis esse aliquid.

¶ Incepto as. frequētatiuum ab incipio.

¶ Inclamo as. pe. pro. cōtra clamo. Plau in Asi. Nimis ęgre risum cōtinui vbi hospitē inclamauit qui se absente mihi fidem habere noluisset. Aliqñ inclamare est maledictis ꝛ cōuitiis insectari reprehēdere. Idem in Sti. Tuos inclama: tui delinquūt. Ouid. lib. ii. de fast. Fit sonus inclamat comites ꝛ lumina poscit. Aliquando introuocare. Val. maxi. lib. i. Perterritus deinde tam tetro viso ꝛ noīe horrēdo seruos inclamauit sciscitatusq̄ est si quē talis habitus aut intrantē cubiculum: aut exeuntē vidissent.

¶ Inclementia duritas. Verg. Verū inclemētia diuū has euertit opes. Huius cōtraria est inclemētia

¶ Inclementer dure aspere. Plaut. in amphitrione. Iterū hic iam in me inclemēter dicit: atq̄ id sine malo. Liui. lib. iii. Queso inquit Appi primū ignosce patrio dolori si quid inclemētius in te sum inuectus.

¶ Inclino as. pe. pro. inflecto. Iuue. Atq̄ ipsos etiā inclinare maritos. Unde inclinatus pro ꝓfundo ponitur. Amb. Dum inclinatissimos aquarum gurgites scrutor aerios nō respexi volatus.

¶ Inclytus pe. cor. cū ypsilo. idem est qđ gloriosus. Componitur eñ ex εν ꝛ κλυτος: qđ est clarū: significat ꝛ nō gloriosum.

¶ Incoctile pe. cor. ęreum vas: in quo stannū liquefactum delibutū est: vt edulis saporē reddat. Ply. Album plumbū incoquit̄ ęreis operibus galliarū inuentio. ita vt vix discerni queat ab argento: eaq̄ incoctilia vocant.

¶ Incœnatus nō cœnatus q̄uis incœno as. nō legatur. Cato de re rust. Bibat aquā mulsam: cubet incœnatus: postea mane bibat succū. Plau. in Pseu. It in cœnatus cubitum.

¶ Incogitans temerarius improbus nō cogitans. Terent. in Phor. Quod nisi fuissem incogitās ita expectarē vt par fuit. Et iterū. Adeon te esse incogitantem atq̄ imprudentē phędria vt phaleratis dictis seducas me.

¶ Incogitabilis qui nō solet cogitare cū quid rerum gerit. Plau. in mil. Te obsecro per deos atq̄ holes. Et infra. Nunc demū scio me fuisse excordem cęcum incogitabilem. Lactan. lib. i. Qui deos colunt interdum videri solent tam cęci: tam incogitabiles: tam excordes.

¶ Incognitus nō cognitus. Salu. in Iug. Ne quid de absente incognita causa statuatis.

¶ Incolo is. pe. cor. intus habito. Ci. lib. i. Tus. Ubi sunt ergo ii quos miseros dicis: aut quē locum incolunt? Hinc incola lę. sicut ab accolo accola: quę sic ab inuicē separant̄: q̄ accola sit: qui ad aliquē locū. i. iuxta aliquē locū hītat. Liu. li. i. Pastor accola eius loci nole Cac⁹ ferox virib⁹. Nec refert ī suo an ī alieno: vt accola vulturni: accola padi. Verg. li. vii. Amnisq̄ vadosi Accola vulturni. Incola vo qui ī aliena: vel vrbe vel republica habitat: quasi ciuis aut municeps. Plynius. Quod eorū montiū incolę facere cōsueuerunt. Cic. lib. i. offi. Peregrini ꝛ incolę officiū est nihil preter negociū suū agere: nec esse in aliena republica curiosum Augusti. in psalte. expositione. Incolere peregrinari est. Incolę dicunt̄ qui habitant in patria nō sua. Pōponius iurecon. scribit Incolaꝫ esse qui in aliqua regione domiciliū cōtulit: quē gręci parœcon appellant: nec tantū qui in oppido morant̄ incolę sunt: sed qui etiā in alicuius oppidi finibus ita agrum habent: vt intra eum se: quasi in aliquā sedem recipiāt. Inquilinus quasi aduena est ꝛ peregrinus: qui in alienas ędes alienaq̄ prędia ex cōducto habitat. siue in vrbe: siue ruri. Cic. in phil. At vero te inquilino non domino personabant oīa vocibus ebriorū. Unde inquilinus probri vel odii causa quis appellat̄ quasi domū propriā nō habeat. Salustius M. Tullius inquilinus ciuis vrbis romę. Qui aūt inquilinis cœnacula locant a iurisccon. dicunt̄ facere cœnaculariā. Ponitur tñ q̄nq̄ pro habitatore. Aug. lib. v. con. Congregatis inquilinis fori tanq̄ furem manifestū se cōprehendisse gloriant̄. Mar. vicinus Nouio vel inquilin⁹ sit si quis Nouiū videre nō vult.

¶ Incoho as a cohum qđ mundū significat. Uñ substractū est incohare pro incipere. Verg. Te sine nil altum mens incohat. Q̄nq̄ perficere. Idem lib. vi. Tūc stygio regi nocturnas incohat aras. Ab incoho fit inchoatiuus ua. uum. Uñ inchoatiua verba: vel a chaos: qđ rerū aiunt principiū. Uñ per ch scribatur.

¶ Inchoatiua verba vulgo dicta sunt quę in sco desinunt. Sed hec vt a Priscia. dissentiā augmentatiua magis appellare libet: quoniā augmentū nō inchoationem significēt: vt calesco: frigesco: quorū alterum significat calidus fio: alterū frigidus. Aliqñ tamē cōparatiue. i. maiori cū augmētatione sumūtur: At qui sordet sordescat adhuc. i. sordidior fiat. Verg. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Ubi Seruius exponit crudescere: validior fieri. Idem. Aegrescitq̄ medendo. Exponitur inter medendū fit ęgrior. Et illud Lactan. Ne si nostra inualuerint. id est validiora fiāt Aliqñ ꝯparatio apponit̄. Ter. ī heautōtimorumeno

Nam mihi quotidie augescit magis de filio egritudo Verg. lib. vii. Et magis effuso crudescunt sanguine pugnę. Quod aũt significẽt incrementũ: interpretũ auctorũ idoneorũ auctoritate simul: ⁊ ratione probandum duxi. Nonius in priscis dictionibus. Albicatur: candidatur: exalbescit. Purpurascit purpureũ fit. Cicero lib. ii. acad. Quid mare nonne cęruleũ? aut eius vnda cũ est pulsa remis purpurascit. Nigidius. Dicemus quę vetustate deteriora fiunt vetustescere inueterascere quę meliora. Ter. in hecy. prolo. Nouas qui exactas feci: vt inueterascerẽt ait. Inueterascerent in consuetudinẽ venirent spectarẽtur: amarẽtur. Et in and. Vah perii: hoc malũ integrascit: exponit. Integratur quod est instauratur. Similiter apud Vergiliũ lib. ii. Georg. Aeraq; dissiliũt vulgo vestesq; rigescũt Ser. Rigescũt durãtur. Festus. Remorbescat in morbum recidat. Et obherbescere: herbã increscere. Ci. lib. iiii. tus. deferuescere pro decrescere exponit. Aut rogandi inquit orandiq; sunt: vt si quã habent vlciscẽdi vim differant in tẽpus dum deferuescat ira: deferuescere aũt decrescere significat ardorẽ animi inuita ratione excitatũ. Ex quo illud laudatur Archytę: qui cũ villico factus esset iratior. Quo te modo inquit accepissem ni iratus essem. Idem pro Marcello. Nihil opere ⁊ manu factũ qđ nõ aliqñ conficiat si cõsumat vetustas. At vero hęc tua iustitia ⁊ lenitas florescet quotidie magis. Quis interpretetur vt florescit incipiat florida fieri cum quotidie Cęsaris lenitas magis florida fieret? Si quotidie magis id fiebat profecto ista continuatio dierũ dum hoc fieret iam ab initio rem inchoatam semel fuisse nõ quotidie incipi aperte demõstrat Similiter Teren. in heautõtumo. Nã mihi quotidie augescit magis de filio ęgritudo. Cicero etiã in Ca. Ita sensim sine sensu ętas senescit nec subito frangitur: sed diuturnitate extinguitur. Si ętas sensim senescit: an sensim incipit semper senescere? si ita est: ergo plus millies ista inchoatio fiet. Et sic totiens desinet fieri senex: quotiens sensim senescet. Sed quoniã ab initio quo cœpit senex fieri nunq̃ oĩno desiit fieri senex: patet q̃ senesco significat senex fio: nõ incipio fieri senex Simile est illud Lactan. lib. vii. Quos aũt morbus interimit spiritũ diutius exhalant: vt paulatim frigescẽtibus membris aĩa efflietur. Amb. lib. hexa. phœnice aue sic inquit. De cuius carnis humore vermis exurgit paulatimq; adolescit ac processu statuti tẽpis induit alarũ remigia. Ply. lib. quoq; vigesimoprimo de orturosę paulatim inquit rubescẽs dehiscit. Quo pacto rubescens significare potest incipiẽs fieri vel esse rubra: si paulatim rubescit? nunquid totiens incipit esse vel fieri rubra: quotiẽs paulatim rubescit? Si ita est quod tñ nõ est: totiens quoq; necesse erit eam desinere fieri vel esse rubram: vt possit incipere fieri vel esse rubra. Sed nõ recte dicere possumus incipit esse vel fieri rubra cũ iam mediocriter: vel parũ rubra facta sit. Quapropter in buccolicis. Sępe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Dicit Seruius Nemo vnam ⁊ eandẽ rem sępe inchoat: hoc est nõ dr inchoare: quando id prosequẽdo sępe facit. Quod idem Plynius lib. xxxi. ostendit. In Sicilia quidẽ circa Messanam ⁊ Milas hyeme in totũ arescunt fontes: ęstate exundant. Si in totũ hyeme arescunt certe non partim siccãtur vt inchoatio arescendi ex parte intelligi possit. Prӕterea si ista verba inchoationẽ significarent: quid opus esset poetas: oratores historicosq; illis vel cœpi vel incipio addere? Nõ eñ putandũ est tam excellentes viros temere: sed consulto id effecisse nulla eos pręsertim vrgente causa: iungimus aũt hӕc duo verba istis verbis in sco terminatis: sicut ⁊ aliis cum aliquid inchoari significare volumus quӕ ex hoc potissimũ inuenta esse intelligimus: vt prędictis verbis et oĩbus aliis iungi possent: cũ in eis inchoationẽ designari necesse foret: qđ nõ fieret si ex se inchoationem significarent. Quare Vergilius dixit. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Col. lib. vii. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt ⁊ supercilia: nonnunq̃ canescere: ⁊ dentes prominere. Et lib. vi. Cytisum cum aridũ facere voles circa mensem Septembrem: vbi semẽ eius grandescere incipiet cędito: paucisq; horis dum fracescat in sole habeto. Et libro duodecimo. Oleum fit optimũ ex varia oliua cum incipit nigrescere. Iterum ibi. Atq; conualescere cœperunt adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt. Et rursus. Nõ ante legendũ est q̃ cum maturescere cœperit. Cato de re rustica. Et vbi primũ incipiunt hiscere tum legi oportet. Ply. lib. xi. Et cum mella cœperint maturescere abigunt eos. Idem libro. vii. Samara colligẽda est circa martias calendas cũ flauescere incipit. Cęsar in com. Cũ maturescere frumẽta inciperent. Lactan. lib. iiii. Cum primũ adolescere cœpit. Et lib. vii. de roma loquens. Cumq; esset adolescẽtia eius fine punici belli terminata: tum deniq; cõfirmatis viribus cœpisset iuuenescere. Hiero. lib. ii. Reguz. Et cũ de nocte surrexeritis: ⁊ cœperit illucescere pergite. Gel. Iam eñ fama virtusq; fœlicitatis romanӕ apud exteras gentes enitescere incœptabat. Ci. de natura deorũ. In his animãtibus q̃ lacte aluntur omnis fere cibus matrũ lactescere incipit. Et alibi dixit orationẽ suã canescere cœpisse. Sal. in Iug. Sed vbi dies clarescere cœpit. Idem in Catil. Postq̃ diuitię honori esse cœpere: ⁊ eas gloria imperiũ potẽtia sequebatur: hebescere virtus: pauptas probro haberi: innocentia pro maliuolẽtia duci cœpit. Hęc extrema a me posita sunt propter nõnullos qui inter doctissimos habiti sunt asserẽtes verba in sco finita raro ⁊ in licẽtia latini sermonis iungi cũ verbo incipio cũ ⁊ alia permulta reperiantur: quę pretermittẽda duxi ne in maius q̃ par sit volumẽ excresceret. Quiescãt igitur omnes qui ea verba inchoatiua appellari volunt qñ tot tantorũq; interpretũ atq; auctorũ sentẽtiis refragari nõ licet. Formantur hęc verba vt plurimũ a verbis neutris secũdę ꝯiugationis a secũda psona iuncta co syllaba: vt albeo es. albesco. caleo es. calesco. Quędã tñ ab actiuis vel neutris transitiuis deducuntur: quę passiuã nihilominus significationẽ innatã habẽt sicut illa q̃ a neutris secũdę ꝯiugatiõis sunt: vt augesco ab augeo integrasco ab integro. Sanesco a sano a in e mutata. Siccesco. curuesco. mollesco. macesco. maturesco. hilaresco. grauesco. grandesco: quę tametsi a noĩbus venire posse videantur: tñ a verbis eorũ vel actiuis vel neutris trãsitiuis ferme oĩa venire magis credo. Quędã vero a noĩbus formari ꝯuenit vt mitesco: dulcesco: crudesco: ⁊ sterilesco: lapidesco: raresco: crebresco. Sunt etiã quӕdã ambigua: ⁊ varia q̃ significationẽ passiuã habent innatã: ⁊ a neutris veniũt: nihilominus etiã actiuam habere repiuntur: vt horresco perhorresco. Verg. Nec tu mensarũ morsus horresce futuros. Alia sunt quę primitiuorũ significationẽ habẽt: vt labasco extimesco: ptimesco: abhorresco. dormisco: psentisco:

contimesco: præscisco: rescisco: ascisco: & conscisco. Et si qua sunt alia. Alia terminant in sco. licet nō sint deriuatiua: vt posco: disco: glisco: offusco: inesco. Sciendum etiā q hæc verba de quibus agimus habēt præteritū perfectū: q̃uis multi negēt: sed fallunt: q̃m cū primitiuis eorū: aut ea cōmunia habēt: aut certe mutuo ab illis accipiūt: qd̄ Pris. in verbis ascisco & descisco nō dissimulauit. Ascisco inquit asciui itū. Descisco iui. itum. Vbi Liui. exemplū ponit. Descitū a romanis. Postea vero subdit. Et notandū q ab inchoatiuo Scisco: ascisco: & descisco: cōposita primitiui scz scio habuerūt præteritū. Secundū vero rectā proportionē debent eorū quoq; præterita ascio & descio esse. Ecce Priscianus dedit præteritū primitiui ascisco et descisco. Inchoatiuū Scisco appellans cū tñ inchoatiuū nō sit: neq; habeat significationē verborū in sco desinentiū. Diomedes quoq; præteritū ostendit adolesco. Adolesco inq̃t adoleui facit. Verg. Mox cū matura adoleuerit ætas. Col. lib. ii. Sed hoc idem semen ciliciæ syriæq; regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioq; conseri: & per autumnū cū permaturuit colligi. A permaturesco est. Significat eñ permaturū factū est. Et lib x. At circa calendas martias locis apricis licet portū si iam ingranduit transferre. Ab ingrandesco est: nō ab ingrandeo: qd̄ nescio si inueniat: nec si inuenitret ab eo esset: q ingranduit: grande factum est significat: nō aūt grande fuit: qd̄ significaret si ab ingrandeo esset: sed sensui nō cōueniret. Sal. Hi post q̃ cōuenerunt in vna mœnia dispari gñe dissimili lingua alii alio more viuentes incredibile memoratu est q̃ facile coaluerūt. Hic coaluerūt nō est præteritū coalo neq; coaleo: qd̄ nō puto reperiri. A coalo esse nō potest: q significatio actiua repugnaret sensui orationis ergo in ea est: qua coalesco qd̄ cōcresco significat. Lactan. li. v. Quinimmo si qua illis fiducia est vel in philosophia: vel in eloquētia arment se: ac refellant hæc nostra si possunt: ꝯgrediant cōminus & singula quæq; discutiāt. decet eos suscipere defensionē deorū suorū: ne si nostra inualuerint vti quotidie inualescūt cū delubris suis ac ludibriis deserantur. Inualuerint validiora fiant ab inualesco: quoniā subditur: vt quotidie inualescūt. Quint. lib. v. Insti. ora. Iam illa flamma quæ magna cōgerie cōualuerat deductis quibus alebatur cōcidet. Significat cōcreuerat siue valida facta erat nō valida fuerat. A cōualesco est: nō a cōualeo. Peccauit interpres nostri tp̄is cum inq̃t Surdaster qui parū audit. Hinc obsurdeo. Ci. lib. de repub. Hoc sonitu oīs fere cōpletæ aures hoīm absurduerūt. Hic obsurduerūt significat surdæ factæ sunt ab obsurdesco. Nō aūt surdæ fuerūt ab absurdeo: quasi nō amplius surdæ tūc forent. Hoc modo oīa præterita perfecta eiusmodi interꝑtanda sunt. Et si ambigua videbuntur disquirendū erit an a primitiuis an deriuatiuis veniant qd̄ significatio & res de qua de qua tractabitur cōmonebūt. Possunt nihilominus sic discerni: Ut si dicā Canui pro canus factus sum: tunc a canesco erit. Si vero dixero hęc vestis canuit: ꝑ cana fuit quę amplius cana nō sit: vt si eā pullā feceritis tunc a caneo erit. Similiter hæc arbor floruit: si de tp̄e quo florida fuit loquar: tunc a floreo erit. Sin eam floridā factā esse intelligi voluero. a floresco sumet. Hoc eñ florida facta est significabit. Illud vero florida fuit. Nā q ipsa primitiua quasi rem perfectā in se habent: vt floreo: quod floridus sum siue in flore sum significat ideo in præterito eius florui illa eiusmodi perfectione caret: quoniā præterita est: eo q tunc florui in flore fui significat: & nō est amplius floridus. Deriuatiua vero vt floresco rem imperfectā demonstrāt: q̃uis augmentatiuā vim habeāt. i. floridus fio. Ideo illā in præterito perfecto perficiunt: vt florui: id est floridus factus sum: & eam tum perfectā in se habere declarant.

¶ Ascen. Satis persuasum mihi est per Laurentium Vallen. (cuius auctoritatibus præsens auctor plerūq; innititur: licet eius nomē fere supprimit: nisi vbi perperam ꝑcepisse putat) Verba in sco aut pro primitiuis suis poni aut intrinsecā significare passionē: neq; præteritorū significatione carere: sed voce propria: quam a perfectis mutuantur. Verum argumentū illud: quo vterq; cōuincere nititur: nō cōnotare inceptionem eo q verbo inceptiuā vim habenti iungantur: nō videtur mihi satis validū cum etiā verbū incipio possit geminari: Ut si quis ab hostibus aut alioquin interpellatus sępe opus aliquod inceperit: vt verbi gratia vrbis ędificationem semel inceperit anno Millesimo. atq; iterum millesimo quinto: et rursum millesimo sexto. &c. Neq; perfecerit Dicam eum incepisse incipere vrbis ędificationē anno millesimo &c. Unde etiā fieri potest: vt qui sordescit. i. incipit esse sordidus: sordescat adhuc. id est incipiat esse sordidior: nō sordidus. Veruntamen in Vallę sententiam nō pedibus modo: sed vel verbis eaz. Si quis aūt mihi auscultare volet omnia a verbis deducēda putabit. Sed quia primitiua sępe in vsu nō sunt: a noībus deducta videntur: vt ignesco: nam igneo in vsu nō est: ab igne noīe deductū putes: sicut sanesco ab inusitato verbo saneo: quod esset sanus sum: factū censeā: cum sano sit sanū facio &c.

¶ Incolatus tus. ipsa habitatio seu tp̄us quo quis in aliquo loco habitat: vt deinde discessurus sit: vt Hei mihi quia incolatus meus ꝓlongatus est.

¶ Incolumis pe. cor. Vide in dictione Columis. Vñ incolumitas quę est (vt Cicero inq̃t) salutis tuta atq; integra conseruatio.

¶ Incomitatus participiū compositū ex in & comitatus: licet incomitor non legatur. Amb. Est itaq; fortitudo velut excelsior cæteris: sed nunq̃ incomitata virtus.

¶ Incōmodo as. pe. cor. noceo. seu damnū infero. Vide in dictione commodo.

¶ Incōmune ęqualiter in ęquali. Ter. in and. Id te oro in cōmune vt cōsulas.

¶ Incongelabile: qd̄ nō potest cōgelari. Gel. Cur fluuiorū & fontiū aquę gelu durentur: mare omne incongelabile sit.

¶ Incōprehensus nō comprehensus. Lact. lib. iii. Intellexit nulla humano studio posse ad sapientiā perueniri: et ideo nō oportere incōprehensę atq; imperfectę rei perfectū nomē imponi.

¶ Incōsultari accusari: in cōsiliū vocari plautina dictio: quemadmodū inforari. i. in forum vocari.

¶ Incōcussus qui nō concutit. Lactan. lib. de ira dei. Pronus est lapsus & facilis ad ruinā: nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.

¶ Inconcinnus per duplex. nn. incōgruus. Cinnus enim plurimorū commistio est.

¶ Incōditus pen. cor. ex in & cōditus qd̄ a condo fit. Idem est qd̄ inornatus incōpositus. Liui. li. iiii. Cossus spolia opima regis interfecti gerens in eum milites carmina incondita ęquantes cum romulo canere

spolia in ęde Iouis feretrii prope Romuli spolia quæ prima appellata sola ea tempestate erant cũ solenni dedicatione dono fixit. Ci.lib.iii.offi. Dicã vt potero incondite fortasse: sed tñ vt res possit intelligi. Eius simplex protulit. Plaut. in Amph. Magis iam faxo dices postꝗ̃ in cunis cõditus est. Interdũ inconditũ etiam quandoq; ponit pro incõscripto. Sal. in Iug. At illi quibus vires aderant ruere cuncti ad portas incondita tenere.

¶ Inconditus pe.pro. nõ cõditus: qđ a condio fit idẽ est quod insipidus.

¶ Inconsultus nomẽ sumit pro imprudẽti ꝛ quasi nullius cõsilii. Ci. pro Deiotaro. Homo incõsultus ꝛ temerarius hæc nõ videbat. Quin. O inconsultã ꝛ muliebrem semp amentiã.i.imprudentẽ ꝛ incõsyderatã. Sal. Incõsulte ac veluti per dementiã cuncta simul agebant. Nũq; vero participiũ est: ꝛ accipit pro eo a quo consiliũ nõ est petitũ. Var. Etẽ inscio atq; incõsulto dño serui sępe ex agro discedũt. Sic dicimus inconsultus medicus ad ægrotũ venit.i. a quo consiliũ nemo petiit. Interdũ accipit pro eo qui cũ quęreret consiliũ nõ accepit: quasi pro indigno habitus. Verg. Incõsulti abeunt: sedemq; odere Sibyllę. Dicitur et incõsultus tuus. Plau. in Tri. Quia rure dũ sum ego vno sex dies me absente atq; insciẽte in consultu meo ędes vęnales hasce inscribit litteris.

¶ Inconsutus pe.pro. nõ cõsutus. Hie. ad Eust. Conseruant tunicas qui incõsutã desursum tunicã perdiderunt: quos vagitus delectat infantiũ.

¶ Incõsutilis pe.cor. nõ cõsutilis: vt vestis incõsutilis quę simul sui nõ põt. In Euã. Erat aũt tunica inconsutilis.

¶ Incõsyderatus qui nõ cõsyderat. Lact.li.i. Nemo est tã incõsyderatus qui nõ intelligat fuisse mortales

¶ Incoxo xas. incoxã sedeo. Pacu. Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat.

¶ Incredibile nõ credibile. Ter. in Phor. Incredibile est quantũ herũ anteeo sapiẽtia. Et incredile dr maximũ: qđ vix credi possit. Idem in eadẽ. Quia præter spem at incredibile hoc mihi obtigit.

¶ Increpo as.pui.itum.pe.cor. significat sono. Ver. li.viii. At tuba terribilẽ sonitũ procul ęre canoro. Increpuit. Hier. in lib. numerorũ sine actõ dixit. Cumq; increpueris tubis cõgregabit a te ois turba. Idẽ sine aliquo casu a parte post. Si aũt prolixior atq; cõcisus clangor increpuerit mouebũt castra primi. Dicimus ergo Tuba increpuit sonũ. Tuba siue sonus increpuit. Et ego increpui tuba. Per translationẽ increpare ponit pro rephẽdere sed cũ crepitu ꝛ verbo♃ pedũve strepitu. Hoc est cõtra aliquẽ crepãdo ꝛ strependo insurgere: sed tunc increpui: ꝛ increpaui pręterirũ facit. Hie. in Gen. Et increpauit eum pater eius. Idem Increpuerũt me renes mei. Item pro incitare Turpil. Age tu hymenæũ increpa.

¶ Increpito as.pe.cor. frequẽtatiuũ. Verg.li.x. Hostis amare quid increpitas?

¶ Increatus nõ creatus. Lact.lib.i. Unus deus qui solus principat: isq; amplissimus increatus.

¶ Incresco is. valde siue magis cresco. Liui.li.i. Carcer ad terrorẽ increscẽtis audacię media vrbe imminens foro ędificat. Quint. lib.viii. Hoc gñs increscit ac fit manifestius si ampliora verba cum ipsis nosbus pro quibus ea positurі sumus pferant: vt Ci. in Ver. Nõ eñ furem sed raptorẽ: nõ adulterũ: sed expugnatorem pudicitiæ: nõ sacrilegũ sed hostẽ sacrorũ religionumq;. Nõ sicariũ sed crudelissimũ carnificẽ ciuium sociorũq; in vestrũ iudiciũ adduximus. Illo eñ modo vt sit multũ hoc etiã plus vt sit efficitur.

¶ Incrementũ ab incresco. Quint. Quattuor tamẽ maxime gñibus video cõstare amplificationẽ: incremento cõparatione ratiocinatiõe: cõgeries incremẽtum est potẽtissimũ cũ magna etiã videtur ꝗ̃ inferiora

¶ Incubo as.pe.cor. et incũbo is. ambo a cubo cõponunt (sunt. Primũ seruat analogiã sui simplicis: vt sit semp primę cõiugationis. Alterũ recipit m. ꝛ trãsit ad tertiã. ambo tñ incubui ꝛ supinũ incubitũ faciunt: et sigtione cõueniũt. Est aũt incubare: instare: inniti: insidere: inhęrere: ꝛ datiuo semp iungit. Verg. Ponto nox incubat atra. Quintili.lib.x. Qui aũt sciuerit quo queq; sint modo dicẽda nisi tanꝗ̃ in procinctu paratã quidem ad oẽs casus habuerit eloquentiã velut thesauris clausis incubabit. Ci. in Timęũ Platonis Qui ois animãtes cõplectit: id nõ põt esse cũ altero. Rursus eñ alius animãs qui cum cõtineat sit: necesse est. Incubamus ensi terrę mari pellibus spongię cardini ꝛ similibus ꝗ̃ subiectæ aut obiectę rei ꝓportionẽ habent. Papi. Et festinãtia sistẽs Fata salutifero mitis deus incubat angui. Incubare etiã queñꝗ̃ Ioui dicimus pro eo qđ est apud Iouẽ. Plau. in Cur. Nãq; te incubare satius fuerit Ioui qui tibi auxilio in iure iurando fuit. Simile huic fere verbũ videtur incũbere innitiq;. Ply. Cœlũ inquit cardini suo.i. terrę incũbit. Alibi terrę ait oĩa inniti. Nũq; incubare ex vi ꝓpositionis in significat intus siue super cubare. Cubare eñ dormire siue quiescere: stare consistereq; signi. Unde Plau. in Cas. Est et quidã seruus qui in morbo suo immo vero in lecto: ne quid mẽtiar: incubat. ꝛ iterum Nũq; eam mecũ rus vxorẽ adduxero ruri incubabo vsq; in pręfectura mea. Cato de re rust. Primus cubitu surgat: postremus cubitũ eat. Col. lib. viii. Ut semper ꝙ aridissimis filicibus vel culmis stabula constrata: quo purius ꝛ mollius incubent.i. supercubent dormiant aut quiescãt. Lactã. lib. de opi. Nidos aut luto ędificãt aut virgultis ꝛ frondibus cõstruũt ꝛ ciborũ expertes incubãt ouis. Ply.lib.x. Oua incubari infra decẽ dies edita vtilissimũ vetera aut recentiora infœcunda. Var. Quę velis incubet: negant plus viginti quinq; oua incubare. Hic cũ actõ iunxit. Plyn. lib.ii. Aut si vna oẽs incubarẽt. Vel aut si vna oẽs incubaret. Hoc est si natura vna tantũ esset quę mũdos illos oẽs incubaret.i. occuparet possideret: amplecteretur: foueret: vt gallinę oua. Macro. quoq; de Dionysio. Siculę inqt incubator aulę. Ab incubo fit incubitus tus. ꝛ incubatio. Plyn. Quędã aũt citra incubitũ spõte natura gignit. idẽ Rara incubatio ouis noxia.

¶ Incubones dicũtur qui thesauris inuigilant. cum tamen mediocritas in rebus humanis sit optima Unde Theognis megareus μηδεμ αγαμσπευ δειμ παν των μεσ αρισα και ουτωσ κυρμ εξεισ αρετημ ημ τελεσ βειμ χαλεπομ.

¶ Incũbo is. datiuo similiter iungit: ꝛ duo signific.s. obnixe operã do alicui rei: vt Incũbo studiis. Et inhęreo. Verg. Incũbens tereti damon sic cœpit oliuę. Plyn. lib.i. Nãq; in illo caua in se cõuexitas vergit et cardini suo: hoc est vndiq; terrę incumbit. Frequenter etiam actõ mediante ad: vel in: vt a Cicerone fere semper vsurpatur. Pergite inquit adolescentes et in hæc studia in quibus estis incumbite. Et alibi.

Quare incumbamus ad illa præclara studia: Nã cum operi alicui faciundo incũbimus toto pectore significatur diligẽtia ⁊ conatus. Similiter cum accuratius quid mente agimus incũbere dicimus. Plus tñ inesse videtur actõ cũ in q̃ datiuo: quasi sit initi: vel insistere cõtra: siue sup in quo designat quid arduũ vel mirabile vel onerosum. Et hoc ex vi ꝓpositionis in actõ iũctę: vt Ci. pro Cor. balbo: mirabile a se factũ fuisse declarat cum ait. Hoc siue meũ siue reip. factũ vt etiã id me vnũ ois illa inclinatio cõmuniũ temporũ incũberet: Onerosum seu arduũ: vt idẽ Cornificio. Te tamẽ hortor vt omni cura in remp. incũbas: hoc est sustendam siue tuendã qđ difficillimũ erat. Quare si dixero Incumbo in remos maior nixus in illos designatur. q̃ incũbo remis: vt sit incũbo in remos quasi totis viribus brachiis initor cõtra siue sup remos. Vñ Hier. vsus est ꝓpositione super ad Dama. Papã. Incubuit super collũ. Aliqñ vero in cõpositione huiusmodi forma significat irruo. Ci. pro Plancio. Potius q̃ ab ipsis qui in te ipsum incubuerunt te depulsum putas. Quintil. lib. v. Et fluctus esse cũ magna vis venti in mare incubuit. Vergil. tñ datiuo iunxit. Incubuere mari cũ tñ irruo actm̃ poscat cũ ꝓpositione in. Ter. in adel. Fores effregit: atq; in ędes irruit alienas. Incũbo aũt ad studia significat aio ⁊ opera intendo siue innitor ad studia: vt Ci. pro Põpeio. Quare videte ne dubitandũ vobis sit omni studio ad bellũ incumbere. Aliquãdo post actm̃ adhibetur adiectiuũ vt effectus rei quę designat demonstret: vt idem pro L. sylla Neminẽ esse ex illo honoris gradu qui nõ in studio: virtute: auctoritate incubuerit ad remp. cõseruandam. Si vero nõ ponitur adiectiuũ tunc subintelligit: vt sit incumbere ad bellũ scz suscipiendũ incũbere. Et ad eius perniciẽ incumbẽti: hoc est exequendã. Simile erit si dixero. Remiges incumbũt ad remos subintelligitur emendos si emere velint: vel habẽdos si ꝓhibeantur: aut detineant: vel obnixe tenẽdos ne sibi rapiantur: aut e manibus elabant: et hmõi. licet Valla in remos: vel ad remos incũbere dici posse neget: sed remis tantuz. Est pręterea qñ incũbere significat subire: siue superuenire. Lact. lib. ii. Si morborũ pestifera vis incubuit. Amb. Vesper incubuit: populi sequebant: stagnũ occurrit: turbæ vrgebãt. Item suplacere. Verg. lib. iiii. Incubuitq; toro: dixitq; nouissima verba. Et lib. vii. Pellibus incubuit stratis: somnosq; petiuit.

Incubi pe. cor. dicti sunt syluani ⁊ fauni: quos improbos qñq; fuisse mulieribus cõpertũ est: ac earũ appetisse peregisseq; concubitum.

Inculco as. eadem sepius iterando ingero: inspisso ex in ⁊ calco.

Incultus: a cultus participio cõpositũ est ⁊ in negatiue sumitur. Liui. lib. ii. Caritas primũ annonę ex incultis per secessionẽ plębis agris. Hier. ad Helio. Squallida capitis horret inculta cęsaries. Et in hac tantũ significatione reperiri puto: hoc est nõ cultus: nõ exercitatus: vel nõ ornatus: vel nõ habitatus adiectiuũ. Et nõ ab incolo est: vt sit eius participiũ: sed eius foret si p inhabitat⁹ caperet qđ nusq; legi. Hie. ad Dama. papã. Nõ ambigo quin inculta nostrę paruitatis oratio videatur.

Incunabula. Vide in dictione cunæ.

Incurro is. contra aliquẽ curro qđ vernacula lingua dr correr adosso. Liui. lib. i. Eo prælio pręcipua equitũ gloria fuit vtrinq; a cornibus positos cũ iam pelleretur media peditũ suorũ acies incurrisse a lateribus ferunt. Aliqñ incurrere est intro currere: seu vltro se inicere. Sal. Postq; Catilina fusas copias seq; cũ paucis relictũ videt memor gñis atq; pristinę dignitatis inter cõfertissimos hostes incurrit: ibiq; pugnando cõfoditur. Lact. Per translationẽ dixit. Aut oblitus esse propositi videar: aut loquacitatis crimẽ incurrã. Aliqñ incursiones quas currarias vulgo dicunt facere: quę fiunt pręlando loca. D. Brutus Ciceroni. Aut apennino alpibusq; se teneat: ⁊ decursionibus per equites quos habet multos vastet ea loca quę incurret. Hinc incursus us. pro incursione. Col. Hosticis incursionibus vastatas fruges.

Incuria ⁊ incuriosus vide supra in dicti: curiosus.

Incuruus valde curuus. Ter. in Eu. Cõtinuo accurrit ad me q̃ longe quidẽ incuru⁹: tremulus labiis demissis.

Incuruo as. incuruũ facio.

Incuruesco is. incuruus fio. Ci. lib. i. tus. Hic aũt vbi habitam⁹ nõ intermittit cœlũ nitescere: arbores frondescere. rami baccarũ vbertate incuruescere.

Incus udis. pe. p. gñis fœ. instrumentũ in quo aliquid cudimus. Hor. Et male tornatos incudi reddere versus.

Incudo onis. qui incude siue sup incudẽ quicq; fabrefacit. Hie. cõtra Ioui. Et in nauibus piscatorũ caput eius stat sicut incudo insatiabilis reputat ferrum vt paleas.

Incuso as. pe. pro. vide in dictione Accuso.

Incutio tis. pe. cor. ssi. ssum. ex in ⁊ quatio: q in c et a in u mutatis: vt cætera cõposita. Cõcutio: discutio excutio: percutio. Est aũt incutere inicere. Verg. Incute vim ventis: sub mersasq; obrue puppes. Aug. li. viii. con. Quanto ꝓprius amouebat: tanto ampliorẽ incutiebat horrorem.

Indago as. pe. p. inquiro. Ci. li. i. off. Inest indagatio atq; inuestigatio. Et de opti. gñe. dic. Aut rephẽdet q inusitatas vias indagem⁹: tritas relinquamus.

Indago inis ⁊ indages inis. pro inquisitione Ver. Saltusq; indagine cingunt.

Inde aduerbiũ. i. ex eo loco. Liui. lib. i. Primo in Macedoniã venisse: inde in Siciliã quęrentẽ sedes delatũ. Aliqñ dr nõ de loco sed de rebus. Idem in eodẽ. Omnis te exẽpli documẽta in illustri posita monumẽto intueri. Inde tibi tuęq; reipu. qđ imiteris capias. Aliqñ ponitur pro deinde: vt apud eundem. Crimini maxime dabãt in numitoris agros ab his imperũ fieri inde eos collecta iuuenũ manu hostilẽ immodũ prędas agere. Hinc fiunt cõposita deinde: exinde: perinde: ⁊ proinde: quę habẽt accentũ in antepenultima.

Indidem pe. cor. aduerbiũ cõpositũ ab inde ⁊ idem quod est ex eodẽ loco. Plau. Indidẽ vnde oritur facito: vti facias stultitiã sepelibilẽ. Apđ Cato: ponitur pro idem mox.

India regio orięntalis asię terminus q̃ tã vasta perhibetur: vt eã tradãt esse tertiã partẽ oĩm terrarum. Pompo. scribit tantũ spatiũ littoris occupare: q̃tum per. lx. dies noctesq; velificãtibus cursus est. Tradũt in ea fuisse quinq; millia oppidorũ: ab Indo flumine sic appellata: in quẽ ab occidẽtali plaga desinit: qui solus post nilum crocodillos creat. Hæc a meridie. mari incipiens adusq; solis occasum porrigitur: ⁊ a septentrionibus vsq; ad curnusiũ montẽ prouenit. Gemmis abundat. Capricanes ⁊ elephãtos procreat arbores habet semper frondẽtes. Tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper. calamum aroma-

ticum ⁊ cynnama ad nos mittit. Indi prope gentium
soli nunq̃ emigrauere finibus suis. Illic binę ęstates
leues aurę: temperies cœli: vbertas soli: aquarũ abũ-
dantia: quę oĩa faciũt vt maiora in india q̃ in cęteris
regionibus nascanṫ animalia. Ab india fiunt adiecti
ua Indus: ⁊ indicus lib. v. de gestis Alexandri arria
nus. ο δε ινδος ποταμος εσι των κατα την ασιαν τε
και ευρωπην πλην γαγγου και τουτου του ινδου πο-
ταμου και οτι αι πηγαι εισιν αυτω επι τα δε του ορουσ
παραμισσου η καυκασου.

Indus fluuius: a quo India nõiata est: quẽ in iugo
caucasi mõtis qḋ vocaṫ paropanysus aduersus solis
ortũ effusum aiunt: in seq. xix. amnes recipere.

Index gñis com. pro eo vel ea qui vel q̃ aliqd indi-
cat ⁊ accusat. Asco. scribit: indicẽ esse qui facinoris cu
ius ipse est cõscius latebras indicit impunitate ꝓposi
ta. Sal. Plerięq̃ crasso ⁊ negociis priuatis obnoxii cõ
clamabãt indicẽ falsum esse. Mar. Indice nõ opus est
nostris nec iudice libris. Inde indiciũ dictũ qḋ alio
nõie indicina vocatur pro detectione ⁊ accusatione.
Apul. Ob indicinę prę̃miũ occupasse dñõ tñ suo. Sal.
Itaq̃ consulẽte Cicerone frequẽs senatus decreuit.
Tarquinii indiciũ falsum videri. Index vero mas. ge
neris accipiṫ pro digito prope pollicẽ: vel pro lapide
quo auri vel argenti gradus cognosciṫ.

Indico as. pe. cor. significat manifesto: ⁊ palã facio
Plaut. in asi. Egone hęc patiar aut taceã? Emori me
malim q̃ hæc eius vxori nõ indicẽ. Aliqñ demonstro.
Lactan. lib. vii. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indi
cat humanũ aĩm si virtute cœperit permanere: quia ⁊
virtus ꝑpetua ẽ ⁊ solus human⁹ aĩmus virtutẽ capit.
Aliquãdo accuso. Ulp. scribit Indicasse reũ est detu-
lisse: arguisse: accusasse. cõuicisse. Sed hę significatio
nes in idem recidũt. Aliqñ indicare poniṫ pro addice
re. hoc est rem emptã liberare. Cice. lib. iii. offi. Scæ-
uola publii filius cũ postulauisset vt sibi fundus cuius
emptor esset semel indicaretur.

Indicium. Uide in dictione index.

Indicatura æstimatio. Plyn. in pręfa. Hęc fiducia
operis: hęc indicatura.

Indicatiuus a. um. d̃r id in quo aliquid indicatur.
Unde indicatiuus modus dictus est q̃ eo indicamus
id est ostendimus quid agatur.

Indico is. pe. pro. indixi ctum multa significat. Nã
indicere est denũciare: q̃uis inter se differãt ꝙ maio-
rem vim habeat indicere q̃ denũciare. Nã denũciare
proprie est significare: ⁊ simpliciter sumi potest: vt vẽ
tus denunciat pluuiã. Et denũcio me tibi ꝓpediem
affuturũ. Ci. pro Plan. Denunciasti homo adolescẽs
quid de rep. sentires: Indicare vero licet significet de
nunciare nõ tñ proprie. quoniã dico aliud significat
q̃ nũcio: ⁊ in aliud q̃ de. In eñ iuncta verbo dico ma
ius incrementũ demõstrat ⁊ significat maxime q̃uis
et significationẽ cõtra nõ omittat. Indico ergo maxi
me dico: hoc ẽ solẽniter dicẽdo denũcio: vt si dicã Bel
lũ tibi indico: nõ est sicut bellũ tibi denũcio. i. bellũ me
tibi illaturũ significo: sꝫ bellũ me tibi iure illaturũ dico
Aut bellũ tibi a me inferẽdũ eẽ indico. Qḋ Ci. li. i. off.
aperte docuit: qui vtrũq̃ verbũ sic posuit. Ac belli qui
dẽ æquitas fœciali populi ro. iure perscripta ẽ: ex quo
intelligi potest: nullũ bellũ esse iustũ nisi qḋ aut rebus
petitis geratur: aut denunciatũ ante sit ⁊ indictũ. In
his verbis duo gña belli gerendi fuisse significat. Pri
mum rebus petitis: quę si negabanṫ reddi: et bellum
cum illis gestũ fuisset iustũ habebaṫ. Alterũ honesti⁹
iustiusq̃ erat: eo ꝙ petitis rebus nisi redditę fuissent
bellũ gerendũ esse maturo decernebaṫ cõsilio: tum ad
fines hostiũ denunciatis belli suscipiendi causis bellũ
indicebatur. Sed quo pacto indiceretur. Liui. lib. i.
declarat his verbis. Quandocũq̃ pars maior eorum
qui aderãt in eandẽ sententiã ibat: bellum erat: cõsen
su fieri solitũ: vt fœcialis hastã ferratã aut sanguineã
pręustam ad fines eoꝝ ferret: ⁊ nõ minus tribus pube
ribus pręsentib⁹ diceret: ꝙ populus priscorũ latinorũ
hoiesve prisci latini aduersus po. Ro. quiritiũ fecerũt
deliquerũt. Ob qḋ po. ro. quiritiũ bellũ cũ priscis lati
nis iussit esse senatusve populi ro. quiritiũ censuit con
sensit cõsciuitq̃ vt bellũ cũ priscis fieret. ob eã rẽ ego
populusq̃ ro. populis priscorũ latinorũ: hoibusq̃ pri-
scis latinis bellũ indico facio. Id vbi dixisset hastã in
fines eorũ emittebat. Hoc tum mõ a latinis repetitæ
res: ac bellũ indictũ moremq̃ eoꝝ posteri acceperunt
Potest tñ in significare cõtra: vt si dicã bellũ indico
voluptatibus: tunc cõtra voluptates bellũ me gestu-
rum dico: hoc est solenniter profiteor. Nec solũ indice
re pertinet ad bellũ gerendũ sed etiã ad funus. Unde
Fest. ait. Indictiuũ funus ad qḋ per præconẽ euoca-
bantur. Sue. in Cęs. Funere indicto rogus extructus
est. Pręterea ad cõciliũ tributũ spectaculũ: ⁊ huiusmo
di quę nõ nisi ritu solenni fieri cõsueuerũt. Similiter
sacerdotes festa ieiuniaq̃ populo indicere solent. Ali
quãdo etiã indicere est quasi ꝓcipere: vt apud Liui.
lib. i. Longe a domo patribus excitis ipm qui cõciliũ
indixerat non adesse. Aliqñ imponere. Idem lib. iiii.
Unde eñ eã pecuniã cõfici posse nisi tributo populo in
dicto. Ci. in Uer. acti. v. Legem sibi indicũt innocen
tiæ virtutũ oĩm qui ab altero rationẽ vitę reposcunt.
Aliquando significare. Liui. lib. ii. Indici deinde fini
timis spectaculũ iubet.

Indictũ d̃r qḋ est solenniter promulgatũ: vt indi-
ctum bellũ denunciatũ d̃r. Indictũ funus denũciatæ
exequię. Et indictũ nõ dictũ. Ter. in phor. Quod di
ctũ nõ indictũ est: qḋ modo erat ratũ: id irritũ est. Et
hoc modo nõ ab indico sed a participio dictus cõposi
tum esse censeo. Liui. lib. v. Itaq̃ q̃ tum cecinerit di-
uo spiritu instructus ea se nec vt dicta sint reuocare
posse. Sic etiã d̃r indicta causa. i. nõ dicta ⁊ nõ defen-
sa. Ci. Q. rabi. Sed indicta causa ciuem romanũ ca-
pitis condemnari coegit.

Indictiuus ua. uum. qḋ indictũ est: vt funus indi-
ctiuũ: de quo paulo ante. Et indictiuę ferię quas con
sules vel prętores indicunt.

Indictio spatiũ. xv. annorũ qḋ indicebaṫ: vt tribus
lustris tributa toto orbe romanę rei soluta essent.

Indeprecabilis apud quẽ nõ valent preces. Gel.
Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indefensus sine defensione. Liui. lib. iiii. Suos in
crepans clara voce. Hic præbituri inq̃t vos telis ho-
stiũ estis indefensi mili. i. sine defensiõe: sine vindicta

Indẽdis indẽnatus. Uide in dictio. damno.

In dies sigt̃ quottidie sed ꝓprie cum incremento.
Ideo plerunq̃ iungitur cõparatiuo. Ci. Cũ id malũ
serperet in dies magis. Repitur etiã sine cõparatiuo
sed tamẽ cũ verbo significãte incrementũ. Liui. Cre-
scente in dies multitudine. In diẽ vero iungitur ple-
runq̃ cũ verbo viuo. Quintilia. Nõ vt feræ volucres
pręsẽtis modo cibi memores in diẽ viuunt. Aliquãdo
cum alio verbo. Sal. Panẽ in diẽ mercari: quasi præ-

sentis diei rationẽ habere. In diẽ addicere est rem ve
nalem ita vendere vt nisi alius ad certũ pręstitutũq;
diem maius pretiũ obtulerit illius sit qui primo obtu
lit. In dies singulos .i. per quoslibet dies. Ci. Metel-
lo. Nec rationes atq; eius mei cõsilii maiorẽ in dies
singulos fructũ voluptatemq; capio.

¶ Indigeo es. pe. cor. Vide in dictione careo. Huius
impersonale. Ply. lib. x. posuit. Nunq̃ cõspectis nisi
cum pręsidio earũ indiget. Ab Indigẽs fit indigen-
tia tię. pro inopia.

¶ Indigus a. um. pe. cor. q̃d indiget. Aug. Sed sicut
cũ vidimus infirmũ iacentẽ indigũ opis alienę.

¶ Indigena pe. cor. dicitur inde genitus nec aliun-
de proueniens.

¶ Indipisco is. vsurpo assequor adipiscor. Quod ꝛ in
dipiscor eris. indeptus dr. Plau. in Aul. Neq; partem
tibi ab eo cui sit indipisces neq; furem excipies. Gel.
lib. i. Si eñ achęos Homerus pugnã indipisci ait nõ
fidicularũ tibiarũq; cõcentu cõspiratã. Hinc indepto
tas. frequentatiuũ. Var. Nec partẽ aliquã indeptauit
hereditatis.

¶ Indigito as. pe. cor. quasi indicito ab indico vel a
digitis deducit. Et significat Voco nomino et quasi
per nomẽ ostẽdo. Macrob. Namq; virgines vestales
ita Apollinẽ indigitãt. Apollo medice: Apollo pęan
Idem. Nã ita ab incolis indigitantur.

¶ Indigitamenta: libri pontificales qui ꝛ noĩa deorũ
et rationes ipsorũ numinũ cõtinent.

¶ Indigetes pe. cor. dii ex hoib⁹ facti. Quo nomine
dictus est Aeneas cũ pugnãs cũ Mezentio nusq̃ ap-
paruisset. Alii indigetes dicunt esse deos tutelares:
quorũ noĩa vulgari nõ licet.

¶ Indigestio: cũ cibus nõ digeritur. Hier. ad Eusto.
Ad orationẽ tibi surgenti nõ indigestio ructũ faciat:
sed inanitas.

¶ Indigeste aduerbiũ: significat inordinate.

¶ Indignus: nõ dignus. Teren. in Eu. Nã si ego di
gna contumelia hac sum maxime: at tu indignus qui
faceres tamẽ. Interdũ ponitur pro miserabili. Idẽ.
Indignis cũ egomet sim acceptus modis.

¶ Indignor ꝛ indignitas. Vide supra ĩ dict. Dignor.

¶ Indiscriminatim indifferenter.

¶ Indisertus: nõ eloquẽs. Gel. Nõ indiserti viri.

¶ Indocilis: qui penitus nõ potest discere. Indoct⁹
qui nondũ didicit.

¶ Indo is. indidi itum. impono. Plau. in cap. Peci-
mũ vocitatus est: post vos indidistis Tindaro. Aliq;
significat intus do: immitto. Idem in cas. Dem me et
te infœlicẽ si ego in os meũ vini guttã indidi. Inter-
dum imprimo. Idem in Asi. Qui sępe ante in nostras
scopulas cicatrices indiderunt.

¶ Indoles pe. cor. ab indolesco fit per interpositionẽ
Et in pueris quidẽ atq; adolescẽtibus est significatio
quędã futurę probitatis. Ci. At eñ ab adolescẽtib⁹
bona indole pręditis sapiẽtes senes delectant. In vi-
ris vero signũ est pręsentis virtutis. Idem. Hoĩes in
quibus est virtutis indoles commouent. Aliq̃ ꝛ pro pre
stantia seu generositate quadã virtutis atq; animi po
nitur. Liui. de Lauinia iam matre inquit. Tanta in
ea virtutis indoles fuit. Lucr. Indole si dignũ latia
si sanguine prisco Robur inest animis. Aliqñ etiam in
malũ dr: vt apud Liuiũ de Annibale. Cũ hac indole
virtutũ ac vitiorũ sub Asdrubale meruit. Trãsfertur
quoq; ad muta atq; inanimata. Idem Sicut in frugi
bus pecudibusq; nõ tm̃ semina ad seruandã indolẽ va
lent quantũ terrę ꝓprietas cœliq; sub quo aluntur.

¶ Indolẽtia quasi nõ dolor. cũ nihil dolor. Lact. li iii.
Nã corpis bona .i. incolumitas indolẽtia et valitudo
nõ minus sunt mutis q̃ homini necessaria: ac nescio
an etiã magis q: homo ꝛ medelis ꝛ ministerii subleua
ri potest: muta nõ possunt. Hęc etiam indoloria dr: vt
Sidonius a Cicerone dictã perscribit.

¶ Indomitus pe. cor. qui domari nõ põt. Vñ dicimus
equũ indomitũ. Aliqñ ponit pro feroci. Vñ dicim⁹ gẽ
tes indomitas. Aliqñ pro magno. Vergil. Nate quis
indomitas tantus dolor excitat iras?

¶ Indubitatus: nõ dubitatus. Lact. lib. ii. Pro cõfes
cū nō sint in vsu ꝯposita hñt qd ꝑpositiōes cū quibus
iungūtur apte declarāt. Preterea cū integrare idem
sit qd instaurare: nimiruz instaurare integrare ē. In
quo q̄ntum ad instar distet aiaduertere licet. Terē. in
And. Amātium irę amoris integratio est: vbi Dona.
Integratio instauratio. Integrare vero vt inqt Fe-
stus: est in statū redigere: nō ad similitudinē prioris
status dixit: sed simpliciter in statuz redigere vtcūq̄
sit status. Similiter instaurare dicemus in statuz re-
digere: nō ad similitudinez prioris status facere. Vñ
Virg. per trāslationem dixit Instaurati aī regis suc
currere tectis. i. q̄si recreati: siue validi facti: sup qd
Ser. ait. Hinc ondītur eos supius defecisse: ꝛ nō di-
cit ad similitudinē antiquā ꝯualuisse. Et raro euenit
vt euersa ędificia ad similitudinē pristinā instaurent̄.
Liui. lib. 4. Nā phalisci perpelli ad instaurādum bel
lum neq̄ clade romanoꝝ: neq̄ socioꝝ ꝑcibus potuere
Instaurādum nō ad similitudinē pristini gerendum
sed integrādum ꝛ denuo inferēdum: Sic Cic. de pro-
uincijs ꝯsularib⁹ in Pisonē ꝛ Galbiniū bellū affectuz
videmus ꝛ vere (vt ita dicā) ꝯfectū periculū sit ne in-
stauratas maximi belli reliquias ac renouatas audia
mus. Virg. lib. 3. Ergo instauramus Polydoro fun⁹
. i. integramus supplemus et facimus funus: qd fieri
ꝓ loco ꝛ tpe cōdecebat. Idem lib. vij. Certatim istau
rant epulas. i. denuo imponūt. Cuz ergo instauro ni-
hil in significato ꝯueniat cū instar: nullo pacto ab in-
star formari dicēdum est: ꝑsertim cū nec ad analogiā
ptineat: ꝙ instaro nō instauro facere deberet. Restau
ro aūt q̄uis pene absoluerit. ꝛ ꝓ eo instauro sępe po-
sitū sit. Luc. li. vij. vsus est ꝓ reduco seu reformo: re-
nuo reficio ve. Verū ille cū deleuerit iniustitiam iudi-
ciūq̄ maximū fecerit: ac iustos: qui a pricipio fuerūt
ad vitā restaurauerit: mille annis inter hoīes versa-
bit̄: Nō eñ ad antiquā similitudinē reformauerit in-
telligēdum cū lōge elegātiori forma sint iustoꝝ corpo
ra reficiēda q̄ ea quā prius habuerāt.

¶ Insterno is. supsterno operio extēdo. Vñ instrata
equoꝝ ornamēta dicūtur. Et instratus lectus dicit̄
veste stragula excult⁹. Vlpi. Instratū significat oēm
vestē stragulā insternēdi causa paratā.

¶ Instigo as. pe. ꝓd. ex in ꝛ stigo ꝯponi videt̄: vt sit
stigo stimulo ꝛ instigo instimulo: ꝛ tā in bonū q̄ in ma
lū sumit̄. Hier. de diuo Luca: Obijt plenus spūsācto
quo instigāte in achaię partib⁹ græcis fidelib⁹ dñi in
carnationē fideli narratiōe ostēdit. Hoc mō ꝯponūt̄
Castigo quasi ad id qd castū est stimulo. Fustigo fu-
ste stimulo. vel ferio.

¶ Instingo is. xi. ctū. intus cōmoueo. Lact. libr. vi.
Ego vero eos q̄ vera imprudētes loquunt̄ sic haben-
dos puto tāq̄ diuinēt spiritu aliquo instincti. Vale.
max. lib. i. Samij prienēsib⁹ auxiliū aduersus carras
implorātibus: arrogātia instincti ꝓ classe ꝛ exercitu
lembulā eis derisus gratia miserūt. Hinc

¶ Instinctus us. ipsa ꝯmotio. Vñ dicimus aliqd spi-
ritussancti instinctu factū esse.

¶ Instita pe. cor. tenuis fasciola inqt Acron: q̄ stolę
imā partē ambit. Hora. Nil mediū est sunt q̄ nolūt te
tigisse nisi illas quarum subsuta talos tegit instita ve
ste Cōtra alius nullā nisi olēti in fornice stantē. Oui
dius. in arte. Este procul vittę tenues insigne pudo-
ris: Quęq̄ tegis medios instita longa pedes. Unde
et in Euan. legimus de Lazaro ꝙ erat legatus insti-
tis. i. fascijs.

¶ Institor pe. cor. negociator ex eo dictus est: vt Vl
pi. inqt ꝙ negocio gerēdo instet nec multū refert ta-
bernę sit prępositus an cuilibet alij negociationi cum
interdū etiam ad homines honestos afferāt merces ꝛ
ibi vendant. Hiero. super lib. ꝓuerbi. Institor nego
ciator q̄ ab eo sic dicit̄ ꝙ ꝓ acquirēdis multiplicādisq̄
mercibus sedulus insistat. Idez ꝯtra Iouī. Anno et

aurifices ꝛ hariolos ꝛ institores gēmarū sericarumꝙ
vestiū si intromiseris periculū pudicicię est. Poetę fe
re semꝑ accipiūt institorem pro eo qui vēditor est mer
ciū delicataꝝ: cui vestiarij ꝛ lintearij dant vestē circū
ferendam ꝛ distrahēdam: quē vulgo Circitorē appel
lamus. Quid. Institor ad dominā veniet discinctus
emacē. Plautus ancillā ꝑ dn̄a negociātem institricē
vocat. Vergiliarū quoꝙ sydus institor vestis dr̄ q̄ mē
se Nouēbri cū earū occasus est ex hoc sydere cōiectu
rā faciūt hyemis. Nam si nubilus fuerit earum occa=
sus pluuiosam hyemem denūciat. Ideoꝙ negociato
res statim augēt lacernarū p̄cia quibus pluuio tem=
pore vtimur. Si vero sereno tempore occiderit aspe=
ritas hyemis denūciatur. Iccirco reliquarū vestiū
precia accedūt.

¶ Institorius a. um. quod ad institorem pertinet: vt
ars institoria. Hiero. con. Heluidiū. Quę institorias
exercet artes nescio an corpore q̄d scio spiritu virgo
nō permanet. Institoria actio dicitur qua domin⁹ in
stitorē ꝯuenit vel ꝑ institorē ꝯuenitur. Nam si libiti=
narius polinctorē habuerit: isꝙ mortuū spoliauerit
dandū in eum institoriā actionē q̄uis furti ꝛ iniuria=
rū actio ꝯpeteret inquit Iurecōsultus.

¶ Instituo ex in. ꝛ statuo significat decerno. Apule.
Solon aut Lycurgus instituit. Hic instituta ꝛ insti
tutiones. Aliqñ incipio. Plyn. Priusq̄ id opus insti
tuerem. Aliquādo doceo instruo. Sūt em̄ nō mō lr̄is:
sed etiā bonis moribus instruēdi adolescētes. Quod
et de malis dr̄. Iuue. Instituitꝙ rudes melior locu=
sta propinquas. i. docet eas veneficia. Aliqñ ordino.
Et ꝑprie de ludis: de oratoribus: ꝛ de morib⁹ hoīum
dr̄. Ter. Optime vitā instituit. Sal. Ea familia ortū
ita se ab adolescētia et vitam instituit: se vt oīa bona
in spe haberent.

¶ Institutū bonū morem cōsilio et ratione sumptum
significat ꝛ domesticā disciplinā: q̄ litteris nō mādāř:
sꝫ obseruāř cōi opiniōe bonoꝝ viroꝝ ꝑ quādā cōsuetu
dinē. Quin. Nā is q̄q̄ nutricib⁹ triēniū dederit: tñ
iam tū formari optimis institutis mētem infantiū iu
dicat. Vñ de institutis apud Val. max. i. de moribus.
Aliqñ dicif ꝑpositū incœptū: vt faciā ꝑ meo institu=
to. Ply. Hæc sunt rerū principia ꝛ instituta naturæ.
Aliqñ dicif decretum ꝛ sanctio. Vñ Iustinian⁹ opus
suū instituta inscripsit: sed barbare quia dicūtur insti
tutiones: ꝛ ita indocilis fuit: vt analphabetus dice=
retur teste Suida.

¶ Institutiones sūt p̄cepta q̄bus instituūtur hoīes
atꝙ docētur: vt libri a Quintil. de institutione editi
Nōnq̄ institutio vocatur ipsa instructio.

¶ Insto as. qñ datiuo iūgitur significat instātiam et
vim quādam facio sollicito. Cic. ꝑ Quintio. Verum
quoniā tibi instat Hortēsius: et eas in cōsilium a me
postulat ne dicēdo tempus absumā. Interdū incum
bo. Virgil. Talis erat Dido talē se lęta ferebat. Per
medios instās operi: regnisꝙ futuris. Idē in Buc. si
ne casu posuit. Desine plura puer: ꝛ q̄d nūc instat aga
mus. Interdū insectationē facio q̄d vernacula ligua
dicimus dar la caza. Liui. li. i. Ita incurrisse a lateri
bus ferūt: vt nō sisterent mō sabinas legiones fero=
citer instātes cedētibus: sed subito in fugā auerterēt
Quādo vero acc̄m habet significat vrgeo ꝛ quasi cō=
stra sto. Plau. in Cur. Si magis me instabūt ad pię=
torem sufferam. Item supersto. Idem in Asi. Rectā
instas viā ea res est. i. igressus eo, siue obtines: stas ꝯ
suꝑ rectam viam. Et in hymno. Sed premiū mortis
sacrę perēnis instet gloria. Inuenitur etiam sine ali
quo prædictorū casuū licet possit intelligi. Sal. Vete
rani salutis pristinę memores cominus acriter insta=
re: illi haud timidi resistūt. Instare ꝑ instabāt quasi
cōtra stabant. i. pugnabāt. Terē. in An. Ego sedulo
negare factum: ille instat factū. i. contendit factum.
Aliquando insequor aduēto. Sallust. Optimū factu
ratus noctē quę instabat ante capere ne quid eo spa
tio nouaretur. i. proxime erat vel sequebatur. Cęsar
li. i. Cæsar vbi se diutius duci intellexit ꝛ diē instare:
quo die frumētum militibus metiri oporteret. Hui⁹
verbi frequētatiuū est instito as.

¶ Instito as. pe. cor. sępe cōtra sto, pugno. Cęsar li. i.
Id ꝯspicati heluetij q̄ in mōtē sese receperāt rursus
institare ꝛ prœliū redintegrare cœperūt.

¶ Instās nomē substātiuū dr̄ minimū tēporis momē
tum q̄d iminet ꝛ p̄sens est. Vñ etiā apud dialecticos
tempus instans dicif q̄d est p̄sens. Cic. lib. 4. Tuscu.
Quę em̄ venientia metuūtur eadē efficiūt ęgritudinē
instantia. i. pręsentia vigentiaꝙ.

¶ Instātia sedulitas. Hieron. Mirari nō desino ex=
actiōis vestrę instātiā. Exigitis em̄ vt librū chaldæo
sermone ꝯscriptū ad latinū traham.

¶ Instāter aduerbiū significat sedulo.

¶ Instruo is. xi. ctū. ordino ꝛ tā de malis q̄ de bonis
intelligi pōt. Virgi. Dolis instructus ꝛ arte pelasga.
Similiter dicif de acie: de classe: de causa ac etiā de
mēte alicui⁹. Plau. in Am. Nos nostras more nostro
ꝛ modo instruxim⁹ legiōes. Lac. li. i. Q̄d malū a græ
cis ortū est: quorū leuitas instructa dicēdi facultate
ꝛ copia incredibile est q̄tas mēdacioꝝ nebulas exci=
tauerit. Idē lib. 3. Apparet falsam ꝛ inanem esse oēm
philosophiā: q̄ nec instruit ad iustitię munera: nec of
ficiū hoīs rationēꝙ ꝯsumat. Col. lib. v. Nōnulli stre=
nue fabricāt nauigia: nec ꝯsūmata perinde instruunt
armamētis ministrisꝙ. i. armāt: vel muniūt. Gel. li. i.
Verba Lælij hæc sunt quib⁹ hędū qui ad epulas fuit
allegatus dimissum cœnāꝙ ita vt lex sanxisset pomis
holeribusꝙ instructā. i. paratam. Hier. ad Rus. Quasi
doctus nauta rudem conor instituere victorem: id
est docere.

¶ Instrumētum ab instruo fit: cui⁹ noīe significatur
oē illud quo quis ad operādum vtitur. Sic dicim⁹ ar
ma instrumēta belli eē. Ligones rastros: sarcula īstru
mēta agricolatiōis. Et instrumētum dicif id quo q̄s
docef. Vñ dicimus instrumētū vetus: ꝛ instrumētū
nouū ꝑ lege veteri: ꝛ lege noua. Ex his em̄ homo in=
struif quid agere aut vitare debeat. Aliqñ sumitur ꝑ
apparatu quo fundus taberna ꝛ id gen⁹ alia instruūt
Sue. de Augu. Et Alexādria capta nihil sibi præter
murinū calicem ex instrumēto regio retinuerit. Sic
apud iurecōsultos titulus est de fundo instructo ꝛ in
strumento legato. Aliqñ instrumēti noīe intelligitur
monumētum scripturarum ad res gestas ptinētium
quale ferme est repertoriū: quod vulgo inuētariū
appellatur. Sue. in Vespa. Vndiꝙ inuestigatis exē=
plaribus instrumentorum imperij pulcherrimum ac
vetustissimum cōfecit.

¶ Insucco as. imbuo seu īficio: quasi in succo balneo
Col. lib. viii. Fracta pecudū nō aliter q̄ hoīm crura
sanātur inuoluta lanis oleo atꝙ vino insuccatis atꝙ
mox circūdatis ferulis colligata.

¶ Insuesco is. vide in dictione suesco.

¶ Insula pe.cor. dr terra q̄ vndiqꝫ aquis claudit: ꝓprie aūt in mari. Vñ quidam a salo appellatas insulas volūt ꝙ in salo .i. in mari sitę sint. Hinc peninsula: quę quasi insula est: ⁊ vndiqꝫ fere aquis clausa tm̄ āgustia quę dicit isthmos ꝯtinēti ānectitur. Mediānis vocatur: quā amnis circuit: Insulę etiā dicūtur domus in vrbe ab alijs separatę ⁊ vicos vndiqꝫ habētes ꝙ sicut insulę sunt in mari loco vndiqꝫ ambita vndis discreta a cōtinenti: ita domus nullis ꝯnexis ędificijs cohęrentibus insulę nominātur. Vñ Spartianus scribit trecētas .xxxv. insulas olī Romę incēdio absumptas fuisse. Vlpia. titul. de verbo. obl. Plane si insulam fulciri quis stipulatus sit: non est expectandum vt insula ruat.

¶ Insulatus a.um. qđ factū est insula. Aug. li. ✠. de ci. dei. Illas etiā q̄ prius fuerāt ꝯtinētes hospitibus atqꝫ aduenis fluctibꝰ insulatas altasqꝫ desidia maris putas factas ac ꝓcellis euersas esse ciuitates.

¶ Insularis ⁊ hoc insulare qđ est insulę. Ply. Qui primus insularē morbū in vrbem inuexit.

¶ Insularius a.um. ponit ꝓ vili. Vñ iuriscōsulti viles seruos insularios appellāt: q̄ sine ciuitate sunt in opus publicū ꝑpetuo dati ⁊ in insulam deportati siue in insulas ad effodiēda metalla demādant.

¶ Insulto as. frequētatiuū ab insilio: ex in ⁊ salto cōpositū est a in u mutata. Et ꝯstruit cū datiuo ⁊ aliqñ cū actō. Et modo pro insilio ponitur. Virg. Insultare solo ⁊ gressus glomerare superbos. Modo ꝓ irrideo ⁊ cōtumeliosius in aliquē aliquid dico vel facio. Sal. Multos tamē ab adolescētia bonos insultauit. Ter. in Eun. Ne tu istas faxo calcibus insultabis frustra. Sue. scribit Cęsarē dixisse se insultaturū capitibus aduersariorū.

¶ Insultura ꝓ insultatione. Plau. Nā ego istā insulturam ⁊ desulturā nihil hic moror.

¶ Insum in aliqua re sum. Lactan. lib. ij. Inest ergo syderibus ratio ad peragēdos meatus suos apta: sed dei est illa ratio.

¶ Insummo as. finio. Aug. Omnis opera insummata est: dolor remāsit. Insumo is. pe. pro. cōsumo. Hie ad Pāma. Deliciarum quādam supellectilem virtus insumit.

¶ Insup pen. cor. significat p̄terea: a quo fit deinsup.

¶ Insusurro as. Macrob. libr. ij. satur. Vale dicenti hoc tātum insusurrauit: Non putabam me tibi tātū familiarem.

¶ Insubres populi cisalpinę Gallię: cuius ciuitates sunt: Mediolanum Papia Lauda Nouaria Vercellę ⁊ Comum.

¶ Integer a.um. pe. cor. si de ętate dicit: intelligitur ea q̄ in flore ꝯsistit .s. iuuētute: in qua robur viuidum: ⁊ sanguis adhuc integer est: q̄ ętate in seniū vergente minuitur. Ter. in An. Egregia forma ętate integra. Integra res q̄ est perfecta: de qua nihil iminutū: vt integrū corpus cui nihil deest. Integer vir qui est castus: ⁊ qui omni virtute ꝑditus est. Hinc fit aduerbiū Abintegro: quod significat rursus: quasi res ꝑfecta rursus inchoetur.

¶ Integrum mihi est: significat vtile est. Nā illa res dicitur integra quę intacta et nōdum tacta est. Rursus integrū est: significat in arbitrio est: ⁊ potestate: Cice. lib. 3. de ora. Sed quoniā hęc iā neqꝫ in integro esse possunt.

¶ Integro as. pe. cor. perficio: ꝓprie tamē significat rursus inchoo instauro siue innouo. Virg. Ramoqꝫ sedens miserabile carmē Integrat. Liui. lib. v. Simul vt ab religiōe aīos remiserūt integrāt seditionē tribunipl⁊bis. Ab hoc fit Deintegro ⁊ Redintegro.

¶ Integrasco is. idem qđ integror. Ter. Hoc malū integrascit. Vbi Do. Integrascit .i. integratur.

¶ Intelligo is. pe. ꝓ. ex inter ⁊ lego quasi in interioribus lego. Unde intelligētia. Cic. lib. 3. offi. Explica atqꝫ excute intelligentiam tuam vt videas quę sit in eis species ⁊ notio boni viri. Huius compositum est Subintelligo qđ est mediocriter intelligo. Hieron. ad Exuperan. Hoc autem dico nō ꝙ te auarum didicerim: sed vt subintelligas iccirco adhuc militię operam dare: vt impleas sacculum quem euacuare dominus pręcepit.

¶ In tempore significat opportune. Sallu. Maxime ferocia regis Mitridatis in tempore bellaturi. Ter. in An. Veni in tempore.

¶ Intēpesta nox dicit obscurissima: tacita ac silens: vt est fere media nox: ꝙ careat tēpestatibus ⁊ tumultu cū tēpus agendi est nullū: qđ alij ꝯcubiū dicūt ꝙ fere tūc oēs cubēt. Cice. in Ver. Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nūcius.

¶ Intempestiuus a.um. qđ pręter tempus fit. Boe. Intempestiui funduntur vertice cani. Gel. Intempestiue atqꝫ insolite disserebat.

¶ Intēdo is. significat extēdo. Tractū a venatoribus q̄ retia intēdunt ad captādas feras. vel a sagittarijs. Ci. de suppli. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabāt. Idē in Cato. Intētum aīum tanq̄ arcū habebat: nec lāguens succūbebat senectuti. Et intēdere est aīaduertere diligēterqꝫ intueri. Virgil. Intēti expectāt signum. Itē dirigere. Sal. in Iug. In regnū Atherbalis aīum intēdit. Item innectere illigare. Virg. Et stupea vincula collo Intendūt. Cice. in Horten. per trāslationem dixit. Quęro nō quibus intēdam rebus animū: sed quibus relaxem. Itē cōtra conari: ꝯtendere omī conatu. Ci. lib. ij. Tusc. Quid qui volunt exclamare maius num satis habēt latera fauces linguam intēdere e quibus elici vocē ⁊ fundi videmus.

¶ Intētus a.um. ⁊ participiū ⁊ nomen esse pōt: vnde intētior ⁊ intētissimus.

¶ Intētio nō accipit ꝓ volūtate aut ꝓposito sed pro actu qui dirigit ⁊ exercet seu fit a volūtate hoīs vt sit intētio volūtatis seu ꝓpositi operatio: q̄ more arcus aut chordarū cū tēdunt aliqñ recte: aliqñ magis: aliquādo minus q̄ꝫ oportet se exercet.

¶ Intēto as. ab intēdo significat minor. Virg. Pręsentēqꝫ viris intētant oīa mortem.

¶ Intētatus iexpertus: ab intētor aris. Ci. in Lęl. Nemo est qui nō quocū ꝯsueuit libētius vtatur q̄ꝫ intētato ⁊ nouo.

¶ Inter prępositio est ab in. deducta: q̄ separatur et cōponitur. Separata significat μεταξυ. Gell. Inter os ⁊ offam multa interuenire possunt. Aliquando in medio quorūdam: vt inter reges: inter vicinos. Aliquādo in eum locum: vbi. Ci. Dico te priore nocte venisse inter falcarios .i. illuc vbi sūt falcarij. Aliquādo ꝓpter: seu post. Vir. Hūc inter fluuio tyberinꝰ amœno. Composita vero modo significat de medio: aut e medio: vt itercipio. Mō totū vt interbibo. Modo facit priuationem siue destructionem: vt interficio: intertimo. Et in hac significatiōe multitudinē totam si-

mul peremptā: siue in totū simul cōplectit: vt interneco. Nō significat maxime: vt interdico intermino.
Cōponit aūt fere cū oībus litteris & integra manet. A. vt interaresco. B. vt interbibo. C. vt intercedo. D. vt interdico: E vt intereo: F vt interficio. J vt interiaceo. L. vt interlino. Notetur: intelligo vbi r mutat in l. M vt intermino. N vt interneco. P vt interpello: R vt interregnū: S vt intersum. T vt interturbo: V vt interuenio. Ab inter fiunt
¶ Interea & interim.
¶ Interaneus a. um. ab intra fit: sicut extraneus ab extra: & significat intestinū. Plyn. Medele sunt innumere ad interanea. Col. lib. x. Quidā exēptis interaneis occisas vel intus includūt q̄ tēpore hyberno pluuijs delitescētibus apibus p̄bent teporem.
¶ Interarescere est penitus arescere: hoc est aridū fieri & languēs: sicut interbibere.
¶ Interrasile pe. cor. q̄d est interpolatū celatura seu sculptura & plano. Planū eīm inter celaturas quasi rasum videt. Hiero. in Exo. Et ipsi labio coronā interrasilem altā quattuor digitis.
¶ Interamna vrbs Umbrie: q̄ inter duos amnes sit constituta.
¶ Interbibo pe. cor. totum bibo. Plau. in Aul. Preterea tibicinā q̄ mihi īterbibere sola si vino scatet corinthiensem fontem & pyreneū potest.
¶ Intercalo as. pe. cor. intersero seu interuoco. Li. lib. ix. Ut intercalate pene vsurā habeāt. Uñ intercalaris mēsis: dictus est quo inserebātur dies q̄ deerāt ad cōplēdum annū. Diuersis quidē rōnibus diuerso tēpore. Js aūt mēsis erat Februarius quoniam erat vltimus anni. Nō tñ intercalabātur in fine mensis s₃ post vigesimū & tertiū terminalib⁹ iam peractis: dein de reliquos Februarij dies: q̄ erāt quinq̄ post intercalationē subiungebāt vetere religionis sue more vt Februariū omnino Martius sequeret. Intercalares Calēde dicūtur calēde mēsis intercalaris. i. Februarij. Alij intelligūt Calendas Martias nō q̄ eo mēse intercalarent dies: sed q̄ essent prime diebus intercalatis. i. q̄ statim sequerētur intercalationē quinq̄ tantum diebus interpositis. Intercalares dies greci embolismos siue hyperbolicos nominat. Intercalares versus qui frequenter inter aliquos versus interponitur: vt est apud Uir. Incipe menalios mecū mea tibia versus.
¶ Intercalaris & hoc intercalare seu intercalarius a. ū. q̄d interserit. vide in dictiōe itercalo: de qua mō.
¶ Intercapedo pe. p. interstitiū tpis: mora in medio alicuius rei posita: siue tēpus de medio eius captum & diuisio. Fest. Intercapedo tēpus interceptū cuius. s. mora est ad capiēdum. Ci. filius Tiro. Itaq̄ iam me nō penitebit intercapedinē scribēdi fecisse.
¶ Intercedo is. pe. p. ssi. ssum. interuenit conciliandi gratia: vt Intercessi apud regē p̄ tua salute. Apule. Dum p̄ inope ac calamitoso intercederem. Aliqñ intercedere significat medium esse: siue de loco: siue de tempore dicatur. Cesar lib. i. Nō se hostē vereri: sed āgustias itineris & magnitudinē syluar: q̄ inter eos atq̄ Ariouistū intercederēt. Ci. li. ij. de ora. Uix annus intercesserat. De verbis quoq̄ dr̄ quasi in mediū opponere: vt Tribuni intercesserūt: hoc est opposuerūt se & rē impediuerūt: cōtradixerūt. Cesar li. 8. Q̄d si ad armicinos spectat nihil intercedi quo min⁹ sānti populo pacis belliq̄ arbitriū sit. Ter. in an. Si nulla egritudo huic gaudio intercesserit. Dicim⁹ etiā intercedit mihi tecū amicicia. Intercedit tibi cū illo affinitas. Hoc ē media ē: q̄ me tibi: & te illi cōciliat. Gel. pro inhibere ac coercere posuit. Ne sibi inquit intercedamus: quo minus suapte potestate vti liceat. Similiter Suet. in Cesa. Ceterū Cecilio Metello tribunoplebi turbulētissimas leges aduersus collegar intercessionē ferēti auctorē p̄pugnatorēq̄ se pertinacissime p̄stitit. Et p̄prie intercessio tribunor erat q̄bus ius fuit intercedēdi: hoc est vetādi p̄hibēdiq̄. Nam vt Gel. docet: Tribuniplebis ātiquitus creati vident nō iuri dicēdo: sed intercessionib⁹ faciēdis: vt iniuria q̄ corā fieret arcerent: & vt vim fieri vetarent.
¶ Intercido is. pe. p. intercidi intercisum: ex inter & cedo. e diph. in i. p̄ductam mutata: significat in medio seco. Cesar lib. ij. Ut si possent castellū cui preerat Titurius quintus legatus expugnarent pontēq̄ intercideret. Hinc intercesa hostia dicitur & porrecta Macr. lib. i. satur. Intercisor dierum quibusdam hostis fas est quibusdā fas nō est. Intercesa & porrecta fari licet. Quibus verbis significat post imolatā hostiam: & ipsius exta in aram focūq̄ porrecta & data in die interciso fas esse pretori ius dicere & fari verba illa: do: dico: & addico. Et ita dies intercisi ex parte festi: & ex parte p̄festi sunt. Ci. ad Atticū. Ne quid intercesa & porrecta (vt aiūt) oneris mihi addat aut tēporis. Ex quo datur intelligi vt tempore finito statim redire possit sine vlla prorogatione: sicut intercesa et porrecta victima euestigio preto: poterat ius dicere & fari.
¶ Intercisi dies erant deorū hominūq̄ cōmunes. Hi inter se nō in alia diuidebātur. Illorū eīm dierum quibusdam hostias erat: quibusdā fas nō erat ius dicere. Nam cum hostia cedebatur fari nefas erat intercesa & porrecta fari licebat.
¶ Intercido is. pe. co. a cado cōponit: & preteritū intercidi: supinū intercasū facit: significatq̄ inter hec siue inter ista aut ea: siue inter ea deficio ac pereo. Li. lib. ij. Credo quia nulla gesta res insignem fecerit cōsulatum memoriā intercidisse. Gel. Certe quidē maiore nūc copia populi oppressa intercidissem. Ply. li. xxxv. Siue extāt intercidere.
¶ Intercino is. pe. cor. in medio cano. Hor. in epist. per translationem dixit. Ne quid medios intercinat actus. Quod nō p̄posito cōducat.
¶ Intercipio is. p. cor. de medio vel inter hec capio vel aliquē inter aliquid agendū occupo. Plau. in asi. Tūc protinus redimes me: si me hostes interceperint. i. de medio alior: vel inter ea q̄ gerebātur: vel interim: in medio: siue dum irem & similia. Quādoq̄ tamen significare potest totum capio sicut exponit Dona. illud Terē. in Eu. Quod nos capere oportet hec intercipit.
¶ Intercludo is. pe. pd. iter claudo: in quo n euphonie causa interiectū est: cū sit idē q̄d intersepio. Uar. Sub terra q̄ habent frumētum in eis quos vocant syros q̄ cū periculo introitur recenti apertione: ita vt in quibusdā sit interclusa aīa. Pro impedio tñ sumit. Uirg. Sepe illos aspera ponti Interclusit hyems: & terruit hauster eūtes. Cice. ad Heren. Ut ille qui ad diē cōmeatus nō venit q̄ eū aque interclusissent. Introcludo vero est in interioribus claudo. Sene. Aut domi introclusus occabatur.
¶ Intercolumnum: Uide in dictione columna.

¶ Intercus cutis. pe. p. morbus intra cutē existens. Nā adiectiuū ponit̃ p intestinis. Caro. Intercutib⁹ stupris obstinatis. Gel. Intercutib⁹ vitijs madētes.

¶ Intercutaneus a. um. quod intra cutem est.

¶ Interdico pe. p. maxime p̄hibeo. Interdicit̃ aūt locus: homo: res: Et ꝯstruit̃ cū ablr̃o. Cic. in Cato. Male rē gerētib⁹ patrijs bonis interdici solet. Aliqñ tñ res q̄ prohibet̃ et is cui fit p̄hibitio in ntō passiue poni solet. Li. li. viij. Interdictūq; mare Antiati po pulo est. Metellus. Illi vero oīm iure atq; honestate interdicti sunt: ego neq; aqua neq; igni careo. Cic. p domo sua. Ut M. Tullio aqua ⁊ ignis interdicat̃. La ctan. vero li. vi. cū ablatiuo dixit. Nec tñ quisq; iter dictū sibi putet aut cōtione cū amicis: aut charitate cū p̄ximis. Sunt etiā qui per actm̄ p̄ferāt. Sue. de Nero. Et cū interdixisset vsū amethistini ac tyrij co loris p̄clusit cūctos negociatores. Sene. lib. iij. de ira Si iubes Cęsar statim illi domū meā interdicā. Qḋ est ꝯtra Sipontinū: q̄ negat posse cōstrui cū accusati uo. Sed frequētior vsus est vt post datiuū iūgat̃ ab latiuus. Significat tñ quādoq; obstare ⁊ tūc dūtaxat datiuo cōstruitur. Cic. in Uer. acti. 4. Nemo nostrū posset ędes suas: nemo fundū: nemo bona patria ob tinere: si cū hæc a quopiā vestrum petita sunt: pater improbus: cui nemo interdicere possit: det quem ve lit iudicem.

¶ Interdictum participiū ⁊ nomē est. Nam interdi cta vt est nomē sunt formę ⁊ cōceptiones verborū qui bus pretor aut iubebat aliquid fieri aut p̄hibebat qḋ tūc maxime faciebat cū de possessione inter aliquos cōtendebatur.

¶ Interdū ex inter ⁊ dū: qḋ antiqui interduatim di cebāt. Uirg. lib. ij. geor. Interdum aut hederæ pan dunt vestigia nigrę.

¶ Interdiu aduerbiū tēporis significat per. diē: cui cōtrariū est noctu. Cato de re rusti. Canes interdiu clausos esse oportet: vt noctu acriores ⁊ vigilātiores sint. Ply. lib. xviij. Malū patrēfamilias quisq; inter diu faceret quod noctu possit nisi in tempestate cœli. Dicitur ⁊ interdius. Plau. in Mus. Sed quid hoc oc clusa ianua est interdius. Et in Aul. Nescio pol: quæ nūc hoīem intemperię tenēt: vel puigilat noctes to tas: tum aūt interdius: quasi claudus sutor domi se det totos dies.

¶ Interea pōt esse aduerbiū tēporis ⁊ loci cōpositū ex integris duobus. inter ⁊ ea. Quod cū sit neutrum plurale debuit corripi. Sed quia factū est aduerbiū p̄ducit a. sicut p̄terea: antea: postea. Potest tñ ⁊ abla tiuus singularis intelligi qui in ꝯpositiōe solet hm̄oi inueniri: vt quapropter: quocirca. Significat aūt in ter. Teren. in Hecy. Quid interea? Do. Exultātis ⁊ ge stiētis audire. Interdū significat tū. Uirg. Nec nulla interea est inarate gratia terrę.

¶ Interea loci duę partes sunt: quæ cū ꝯiunctę vnā fecerint: mutāt accētum. Interea loci inquit Terē. in Eu. ad macellū vbi auētamus.

¶ Intereo is. interij. in totū morior. destruor. i. aia ⁊ corpore. Lact. libr. vij. Sed ⁊ genus omne impiorum radicitus interibit. Ter. Perij: interij. Hinc

¶ Interitus us. p morte: cū sit separatio quędam ex eo dictus q̄ eat medius inter animā ⁊ corpus. Cic. li bro. i. tus. Est em̄ interitus quasi discessus ⁊ secretio: ac direptio earū ptiū quę ante interitū iunctione ali qua tenebant̃. Interit⁹ vero p̄cipiū reperit̃ in passi ua significatione: vt exemplum Claudij demōstrat. Pugna acriter ꝯmissa ⁊ multis vtrinq; interitis.

¶ Interest cōponitur ex in ⁊ re ⁊ est: vt sit quasi in re est. Uñ mea interest: in re mea est. Hoc est in mea vti litate. Ideoq; ꝯstruit̃ cum his ablatiuis mea tua sua nostra vestra ⁊ cuia: siue sit p̄sonale siue impersonale cū in alijs noībus gtō iungat̃: vt Socratis interest: id est in re socratis est. Interdū sepatim iungunt̃. Li ui. Quid em̄ in re est aliud si plębeiā patricius duxe rit? quid iuris tandē mutat? Plau. Si tuā est q̄ppiā in rē. i. si tua interest. Idem. Utrū veniat nec ne: nihil in re est mea. Ponit̃ qñq; sine aliquo casu. Ply. lib. ix. Seri etiā radices illita simo īterest. Sic dicim⁹. In terest vnde quis gaudeat. i. multū facit vel differētia est. Ual. max. Nihil īterest an humi an sublime putre scam. Cic. gtm̄ iūxit cū ait. Permagni interest quo tē pore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter Liui. Si nihil interest regis peto vt dū dico vinculis liberet. Nā hæc noīa magni parui tāti quāti ⁊ aduerbia faci le multū plus plurimū parū paululū pauxillulū nihil nūquid aliquid magis minus maxime minime iungū tur cū his verbis interest ⁊ refert: vt minime interest minime refert. Cōponitur etiā ex inter ⁊ est. Signifi catq; interdū p̄sentē esse: ⁊ sic ꝯstruit̃ cū datiuo. Uar. max. Quo facilius laboribus ⁊ p̄iculis interest. In terdū in medio esse. Liui. de secūdo bel. puni. Id mo rati victoriā rati q̄ interesset amnis. Colu. Arbores q̄ intererūt ablaqueabunt̃. Interdū differētiam im portat: ⁊ ꝯstruitur cum duobus accusatiuis median te inter. Cic. Inter hominem ⁊ beluam hoc maxime interest. Dicimus quoq; interest a stulto ⁊ stulto. Te renti. Homini homo quid præstat? stulto intelligens quid interest? Idem alio modo protulit in Adel. Hoc pater hoc dominus interest. Interdum importat di stantiā ⁊ construitur cum ablatiuo loci vbi incipit di stātia: vel aduerbia localia: vt Ex foro ad prætorium intersunt viginti passus: ⁊ decē millia intersunt hinc illuc. Fit tñ melius per disto.

¶ Interequito as. in medio equito. Cęsar li. vi. Or dines interequitans.

¶ Interfœmineū Apu. appellat genitalia muliebria eo q̄ inter fœmina sint collocata. Fœmina vero sunt inter partes fœmorū inferiores.

¶ Interficio is. pe. cor. significat facti p̄uationem. Ci. Dolobellę abltō iūxit. Eadē mulier virū filiū eoḋ tēpore venenis clam datis vita interfecerat. Quod etiā de inaīatis dr̃. Uirg. Fer stabulis inimicū ignē atq; interfice messes. i. perde ⁊ crema.

¶ Interfluo per mediū fluo. Ply. Flumine mediū op pidum interfluente.

¶ Interfundo per mediū fundo. Ply. li. i. Idē ocea nus interfusus intrat per tot maria quibus Africam Europam: Asiam dispertit.

¶ Interiaceo es. pe. cor. Uide in dictione Iaceo.

¶ Interiacio is. pe. cor. inter aliquid iacio: interpo no: intermitto: intermisceo. Aug. lib. viij. conf. Tūc interiecto aut digito aut nescio quo alio signo codi cem clausi. Colum. lib. i. Ut si qua interiecta sint stra mentis aut paleis spinarum vel germinum semina in tereant. Liui. lib. xxi. Aliasq; interiectas collibus val les. Idem ibi. Paucis interiectis diebus. Cæsar li bro. vij. Galli inter equites raros sagittarios expedi tosq; leuis armaturę interiecerāt: q̄ suis cedētib⁹ au xilio succurrerēt. Hinc interiectio pars orōnis: q̄ in

¶ Interuaco as.pen.corr.in medio vacuus maneo. Col.li.v. Bulbus trepidaneis interiacētib⁹ spatijs obrutus ãno celerius maturã ptică præbet.

¶ Interuenio,is.pe.cor.in medio negocio:quasi ex insidijs fuguenio ⁊ opprimo in ipso actu q̄ rē cellataz vellēt. Ter.in adel. Interuenit hō de improuiso. Et interuenire est interesse. Cic. Quod nō esset factum si ipse interuenissem. Intercedere quod ab ecclasticis sepissime vsurpatur.

¶ Interuenũ quod ē inter venas. Victr.lib.8. Sed nō per interuenia dilabātur:⁊ decrescāt.

¶ Interuerto callide surrupto:qđ plerūq; fit cū rē cō modatā aut creditā dolo ne domino restituatur efficimus. Cicer.in Ver. Cādelabrum quod rex ægypti Ioui Capitolino dono tulerat a Verre qui illud cōmodato a rege acceperat interuersum esse cōquerit. Plaut.in Asi. Hem istuc ago quo modo argētum interuertam. Inuerto vero est quasi in cōtrarium verto:vt vestem aut pellem:seu etiam verba præpostere pronūcio:vt lauo vola.

¶ Interuiso is.p.p.quasi interim viso. Ci. Martio Tec; ⁊ istā rōnem ocij tui ⁊ laudo ⁊ vehemēter pbo q; minus interuisis hoc fero aio æquiore.

¶ Intestatus dr nō solū qui mortuus est nullo cōfecto testamento:sed etiā cui⁹ ex testamēto adita nō est hereditas:vt indt Paul. Itē intestatus est cui⁹ verbis nō adhibet fides:quive testis esse nō pōt. Pōpo. Ipse cū vno seruo senex intestatus pficiscit.

¶ Intestabilis q̄ iure testamētū facere nō pōt:⁊ cui⁹ testimoniū nō accipit. Caius de testamētis. Intestabilis cū lege quis esse iubet eo pertinet ne eius testimoniū recipiat:⁊ eo āplius vt quidā putāt neue ipsi dicat testimoniū. Gelli. p detestabili posuit:Eos tamē qui ad Annibalē nō redijssēt vsq; adeo instabiles inuisosq; fuisse vt tædium vitæ cœperint:necemq; sibi cōsciuerint.

¶ Intestinus a:um.pe.p.qđ est intimū. Uñ illa intestina dicūtur:quæ in interiori corporis parte claudūtur. Intestinū odiū dicit vel occultū vel magnū:hoc est cor ⁊ aiam premēs. Intestinū opus quod factū est ex ligno fabrefū. Var.li.3.de re rust. Cum villā haberes opere tectorio ⁊ intestino ac pauimētis nobilib⁹ lithostrotis spectandam parum putasses esse ni tuis quoq; litteris exornati parietes essent. Sciēdum q intestina corporis sex esse perhibētur. Duodenum.s. qđ a lōgitudine.xij.digitoꝝ nomē accepit:sicut Auicēna testat. Ieiunū:sic dictū quia nūq; quod accipit ptinet:sed protinus in inferiores partes transmittit Uocatur ⁊ Hilla:inde farcimina hillæ dicūtur. Hor. Perna magis ac magis hilla. Lōgum ⁊ alio noie tenuius q̄ est in sinus vehemēter implicitū. Hoc Var. Longanonem appellat quia lōgius est intestinū hoc q̄ duo tenuia. Monoculū quod et cæcum nominatur: quia in dexteriorem partē peruiū nō est. Colon a nostris alius dicitur vbi magna dolorum causa est. Nouissimū est rectū ita noiatum:quia in ima parte dirigitur qua excernitur. Hæc aūt intestina ab omēto cōtegūtur. Et dicit neutro genere ⁊ intestinus masculino. Ply.lib.xi. Intestinus quibusdā ab ore incipiēs quadā via eodē inflectit:vt sepiæ ⁊ polypo. In homine annexus infimo stomacho similis canino. Differūt tamen intestina a visceribus. Illa enim inferiora sūt hęc superiora. Celsus libro quarto. A visceribus ad intestina veniendum est. Alio nomine dicuntur Interanea. Ply. Medelę sunt inumerę ad interanea.

¶ Intingo is.ex in ⁊ tingo. Tingere vero inficere ⁊ madefacere. Uñ intinctū qđ nos saporē in cibis dicimus. Græci embēmata. Col. Hoc sinapi ad embēmata nō solū idoneo ꝫ etiaꝫ specioso vteris. εμβαπτειν enī tingere est. Ply. laudat intinctū ex myrto. Ouid. lib.ij.fast. Nutriat intinctos missa patella cibos.id ē aliquo sapore respersos.

¶ Intorqueo es.ɔtra seu intus torqueo iacio. Virg. Sacrum qui cuspide robur. Læserit ⁊ tergo sceleratā intorserit hastā. Item intorqueo circū torqueo. Col. lib.iij. Cum iam matura mala fuerint anteq; rumpantur petiolos quibus pēdent intorqueto eo modo seruabunt.

¶ Intra pposițio ab in deriuat. Luca. Intra castrorum timuit tētoria ductor. Intra cubiculū:intra oppidū significat in tētorijs:in cubiculo:in oppido. Aliquādo significat citra. Cic. Sed tñ quoniā effugi ei⁹ occasionē q̄ fortasse arbitraret me hanc rempub.non putare si perpetuo tacerē modice hoc faciā:aut etiā intra modum vt ⁊ illius volūtati ⁊ meis studijs seruiā Modice.i.cum modo. Intra modū.i.citra modum. hoc est minus q̄ modice. Cuius ɔtrariū est vltra modum. Sic dicimus in.

¶ Intra famā.i.citra opinionē:vltra famam quod ē per q̄ multū. Quintil. Hortensij scripta tamen intra famā sunt. Quo mō aūt ad spatiū ⁊ numerū referatur Uide in dictiōe infra. Ab intra fit interius a quo interior intimus:internus interaneus intrinsecus introrsum intrarius intestinus intro as.

¶ Intrarius qui intim⁹ est. Plau. Charos mihi atq; intrarios amicos.

¶ Intro aduerbiū primū est voce ⁊ significatiōe inter. Et sicut inter ⁊ intra ab in descendūt:sic intus et intro. Sed intus in loco ⁊ de loco:intro ad locū significat. Et ɔponitur cum D. vt introduco. E vt introeo. G vt itrogredior. M vt intromitto. R vt intro rū po. U vt introuoco. S vt introspicio.

¶ Intro as.ingredior intro vado.

¶ Intrico as.pe.p.implico. Uñ extrico ei⁹ ɔtrariū. Trico vero a tricis q̄ sūt implicatiōes. Plau. Quod argētum tu mihi:quas mihi tricas narras?

¶ Intrinsecus ⁊ extrinsecus pe.corr.aduerbia sunt cōposita ab intra ⁊ extra ⁊ secus cum significat iuxta. Hiero.ad Iulianū ea ɔplexus est. Callidissimus inquit aduersarius ⁊ inueteratus dierum maloꝝ nouit alia q̄ extrinsecus sunt ⁊ a philosophis quoq; mundi adiaphora:hoc est indifferētia vocant:in eorūq; amissione atq; ɔtēptu pfectā nō esse virtutē:alia q̄ intrinsecus ⁊ de se data cogāt dolere perdētez. Inueniunt tñ hæc nola apud recētiores.

¶ Intritū pe.prod.nomē ab intero deductū:de quo paulo ante. Cibus in mortario tritus vt est alleatum Mar. Circūlata diu mēsis intrita secūdis. Est ⁊ participiū Intritus a.um.

¶ Introduco is.pe.p.significat intra aliquē locum duco. Sal. Vulturtiū cū legatis introducit. Per trāslationē est instruo doceo. Uñ introductio eruditiōis principiū:quā græci εισαγωγειν vocāt.

¶ Introeo is.notū. Cicer.in Læl. Fuerat æquius vt prius introieram:sic prius de vita exirē. Inde fit

¶ Introitus us.pro ingressu.

¶ Introgredior eris. sicut sonat Virg. Postq; introgressi ⁊ coram data copia fandi.

Intromitto is. Ter. Vereor ne illud grauius phaedria tulerit: neue aliorsum atque ego feci acceperit quod heri intromissus non est.

Introrumpo is. quasi cum impetu introeo. Gel. Certa emissa in cubiculum Sertorii introrupit hellanicus

Introspicio is. pe. cor. Amb. li. i. off. Introspice vlcera et vibices eius et cordis maestitudinem.

Introuoco pe. cor. Liui. lib. x. Fabius nihil precatus populum quam vt priusquam introuocarent ad suffragium tribus Appii Claudii praetoris allatas ex ethruria litteras audirent.

Introrsus aduerbium quid significet declarat Cesar lib. 3. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebat aduersus huic et contrarius passibus circiter ducentis inferius apertus a superiore parte syluestris vt non facile introrsus perspici posset. Quidam volunt intelligi introrsus a leua parte: et interiorem a sinistra.

Intybus pe. cor. generis foem. in plurali intyba neu. et intybi mas. Virg. Et amaris intyba fibris. Ply. lib. xx. Intybi quoque non extra remedia sunt: succus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit. Herba est capillosa et amara: cuius tenues capilli segetes ambiunt et euecant. Intybum erraticum antiqui cicoream vocant.

Intueor eris. vide in dictione tueor.

Intutus a. um. pen. prod. non securus. Liui. lib. v. Castra gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti inuadunt.

Inuado is. pe. pro. incesso: et tam datiuo quam accusatiuo iungitur. Var. de vit. pat. Tanta porro inuasit cupiditas honorum plerisque. Et inuadere est repente et cum impetu aliquem ingredi. Virg. Inuadunt vrbem somno vinoque sepultam. Sal. Priusque hostes inuaderet. Item ingredi siue incipere. Cic. Non potuit magis in arcem illius causae inuadere. Virg. libr. vi. Nunc inuade viam: vaginaque eripe ferrum.

Inualesco is. robur ac firmitatem acquiro. Unde inualuisse consuetudinem: inualuisse mores dicimus.

Inualitudo imbecillitas. Cic. in Lel. Quod autem in his nonis in collegio nostro non affuisses inualitudinem respondeo causam non maestitiam fuisse.

Inueho is. sumitur modo pro simplici. Virg. Centauro inuehitur magna. Quandoque intro veho. Liui. lib. vi. Quantumque romana se inuexit acies: tantum hosteo gradu demoti. Inuehor deponens significat maledictis aggredior: et veluti quodam impetu sermonis in aliquem feror. Cice. In eam itaque pansa vehementer inuectus.

Inuectiuae orationes sunt aduersus aliquem scriptae: quod in illius mores inuehantur.

Inuenio is. pe. cor. comperio quasi in aliquid venio Virg. Inueni germana viam. Hinc inuentiones et inuenta. Differuntque secundum aliquos inuenio et reperio: quod inuenire sit rem quaesitam offendere. Reperire a casu. Ouidius. Tu non inuenta reperta es.

Inuerto quasi in contrarium verto. vide in dictione interuerto.

In versum: in numerum. Virg. Ille etiam feras in versum distulit vlmos.

Inuestigo as. pe. pro. significat quaerendo inuenio. Tractum a venatoribus: qui per vestigia feras quaerendo inueniunt. Ter. Nihil tam difficile est quin quaerendo inuestigari possit. Cic. pro Liga. Sed quoniam diligentia amici inuestigatum est: quod latebat: confitendum est vt opinor. Interdum tamen significat vestigo: id est quaero. Terentius in Eunucho. Ubi quaeram? Ubi inuestigem? quem percuncter? qua insistam via incertus sum. Cicero. libro primo officiorum. Imprimisque est hominis propria veri inquisitio atque inuestigatio. Sed quoniam in quandoque negationem innuit: sumitur etiam pro non inuenio: vt est illud apostolicum. O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles viae eius.

Inuestire est quasi ornare. Ply. li. xxxv. Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inueteresco ex in. et veteresco. Veteresco autem a vetero as. fit. Vetero a vetus. Vetereo non reperi: sed tantum veteresco: quorum praeterita nusquam legi: sed veterauit ambo facere oportet si inueniantur. Nam vetero et veteresco eodem modo in significatione sua procedere puto: quo integro et integrasco. In formatione vero etiam similiter: nisi quod inueteresco mutat a. in e. sicut Consano consanesco. Resano resanesco: Hilaro hilaresco: Incuruo incuruesco: et alia huiusmodi. Sic inuetero et inueteresco inueterauit. Lact. lib. ij. in actiua significatione posuit. Haec versutia et his artibus notitiam dei veri ac singularis apud omnes gentes inueterauerunt: id est in desuetudinem posuerunt. Inueteresco passiue. Teren. in Hecyr. prolog. dixit. Nouas qui exactas feci vt inueterescerent: ne cum poeta scriptura euanesceret. Dona. Inueterescerent: in desuetudinem venirent: spectarentur: amarentur. Colu. pro vsus lib. vij. in passiua significatione: et proprie de morbo dicens. Sed si iam inueterauit: vehementioribus est opus remediis. Cice. quoque in Cato. Iam omnis conglutinatio recens aegre inueterata facillime diuellitur.

Inueterati etiam dicuntur qui in malis insenuerunt: vt in sacris litteris. Inueterate dierum malorum.

Inuicem pe. correp. ex in et vicem proprie significat mutuo. Quintil. Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt. Aliquando sumitur pro secundo loco. Plynius iunior. Habes res vrbanas: inuicem rusticas scribe.

Inuideo es. pe. cor. ex in et video significat inuidiam habeo: hoc est ex alicuius rebus secundis dolore afficior. Tractum a nimis videndo: quod oculos et animum in eos quibus inuidemus continue intentos teneamus. Unde etiam cum accusatiuo constructum inuenitur. Oui. Troades inuideo. Virg. Inuidet imperium. Idem post accusatiuum posuit datiuum. Liber pampineas inuidit collibus vuas. Sic etiam decenter dicimus inuideo tibi doctrinas. Fortuna mihi inuidet diuitias. Ply. Neque ego vt multi inuideo aliis bonum quo ipse careo. Apul. Mihi fortuna diuitias inuidit. Col. lib. ij. rus. Ut nobis optimam naturam inuidisse videantur. Priscia. tamen in negatiue exponit dicens. Inuideo tibi: quasi non videns tibi fio. hoc est non ferens te bene agentem videre. Aliquando inuidere significat interius vel penitus videre. Cic. li. de ora. Itaque ne hoc possum dicere me omnino ignorante quid possideat: neque plane nosse atque inuidisse. Hieron. de vera circumcisione. Quis inuidet domini verbum de corde patris eructatum? Sciendum quod licet inuideo actiuum sit: tamen consuetudine datiuo iungitur: immo vt Diome. docet vltra datiuum potest regere genitiuum: accusatiuum et ablatiuum: vt inuideo tibi gloriae: glo

riam ⁊ gloria. Eius passiuum est inuideor. vt ego inuideo tibi: ⁊ tu inuideris a me. Hor. Ego cur acq̃re re pauca si possim inuideor. Plau. in Tru. Mauellem mihi inimicos inuidere: q̄ me inimicis meis. Nã inuidere alii bene esse: tibi male esse miseruꝫ est. Qui inuident egent: illi quibus inuidet rẽ habẽt. Et nõnunq̃ inuidere ponit̃ ꝓ odisse ꝙ cõtra votũ nimiũ videmus Ouid. Troia tacet crete danais inuisa puellis. Cic. Diis hominibusq̃ inuisus.

¶ Inuidia ab inuideo fit: ⁊ significat actum ipm̃ inuidendi: qui est dolor alienæ felicitatis. Aliq̃n ꝓ odio ⁊ maliuolẽtia sumitur. Est em̃ vel dicto vel facto in alterũ maliuolentię ꝯcitatio: vt si q̃s calamitates suas referat: ostendatue vt auctori calamitatũ cõcitet odium cęterorũ quod dicitur inuidiã facere vel vocare vel adducere ad inuidiam. Quintil. Nec ei tot scelerꝫ cõmemoratione concitarem inuidiam. Terẽ. Ita vt sine inuidia laudem inuenias: ⁊ amicos pares. Inde inuidiosa res dicitur quę facti atrocitatem augẽs inuisum illud vel illius auctorem faciet. Huius dimin. est inuidiola. Idem. Cum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset.

¶ Inuidentia est ęgritudo animi q̃ ꝓpter res secundas alterius suscipit̃: quę nullam iacturã afferant inuidenti. Ci. in tertia Tus. Ab inuidendo inuidentia recte dici potest: vt effugiamus ambiguum nomẽ inuidię. Cadit em̃ in vtrũq̃: ⁊ in eum q̃ inuidet: ⁊ in euꝫ cui inuidetur. Vñ potentia ⁊ opes inuidiosæ dicũtur quod verbum deductũ est a nimis videndo fortunam alterius. Ubi inuidentiam q̄ inuidiã dicere maluit. tanq̄ inuidentia inuidi sit: inuidia eius cui inuidet̃. Sed in frequenti vsu est inuidia magis q̄ inuidẽtia apud doctos: indoctosq̃ indiscriminatim. Inuidia distat ab odio: ꝙ inuidemus fortunato: odimus vitiosum: ꝙ inuidiã ꝓfiteri erubescimus odisse palã decorum est: ꝙ inuidia hoĩm tm̃ est odiũ reliquarũ tantuꝫ animantium: vt inquit Plutar. in lib. de inuidia ⁊ de odio.

¶ Inuidus qui actu alicui inuidet. Hora. Inuidus alterius macrescit rebus opimis.

¶ Inuidosus qui morbo inuidẽtię laborat. Ouidi⁹. Tẽpus edax rerũ: tuq̃ inuidiosa vetustas Om̃ia destruitis. Interduꝫ sumit̃ ꝓ eo cui habet̃ inuidia. Idẽ Pactolonq̃ petit q̄q̄ non aureus illi Tempore: nec charis erat inuidiosus harenis. Sic potentia ⁊ opes inuidiosę dicunt̃. Cicero Dolobellę. Cõtingit em̃ tibi quod haud scio an nemini vt summa seueritas animaduersionis nõ mõ nõ inuidiosa: sed etiam popularis. Et inuidiosus odiosus atq̃ inuisus dicit̃. Vñ inuidiosa res d̃r quæ facti atrocitatem augens: inuisuꝫ illud vel illius auctorem facit.

¶ Inuide facere d̃r qui ꝑ inuidiã aliquid agit.

¶ Inuidiose vel q̃ per inuidiã vel qui in aliquẽ excitat odiũ: eũq̃ inuisum facit.

¶ Inuigilo as. pe. cor. supra siue intus vigilo: solicitus suꝫ. Lactanti. lib. 4. Vel custodiendis domibus inuigilat.

¶ Inuito as. pe. pro. manifestã habet significationẽ quam ponit Cic. Ad quẽ fruendũ nõ mõ nõ retrahit: verũetiam inuitat atq̃ allectat senectus. i. prouocat. Et inuitare est delectari. Virg. lib. i. georg. Inuitat genialis hyems: curasq̃ resoluit. Itẽ replere. Plau. in Am. Mira sunt nisi inuitant sese plusculũ.

¶ Inuitatus us. inuitamentũ ⁊ inuitatio pro eodem sumũtur. Cic. Cæsari. Mitto ad te Trebatium: atq̃ ita mitto vt initio mea sponte post autẽ inuitatu tuo mittendũ dixerim. Idẽ in Horten. Volũtates autem nulla ad necessarias inuitamenta afferũt senibus.

¶ Inuitus a. um. qd̃ nõ libenter fit. Teren. in Andr. Feci hodie vt fierent inspirãte atq̃ inuito Pãphilo. Ci. li. ii. ad heren. Sin est probus cur talem inuitum inuitũ cogis relinquere. Idẽ cõparatiuũ posuit: cuꝫ ait. Queꝫ ego paulo sciebam vel impudẽtius vel inuitius: Nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosius.

¶ Inunco cas. quasi vnco inuado ⁊ arripio. Lucil. Aut qui nũmos tristis inuncat. Col. lib. viii. Tũ etiã quotidie minuit̃ lana: q̃ q̄to plixior in pectore cõcrescit: tãto magis obnoxiuꝫ est rubis quibus velut hamis inuncata a pascentiũ tergoribus auellitur.

¶ Inundo as. quãdoq̃ absolute ponitur ⁊ significat cresco ⁊ extra alueum versor. Ply. Anteq̄ nilus inundaret. Quandoq̃ actiue ⁊ pro ambulo ponitur. Idẽ. Agros ⁊ sata omnia inundauit. Hinc fit Inundatio pro diluuio.

¶ In vnguẽ ⁊ ad vnguẽ significat ad ꝑfectionẽ. Vir. libr. ii. geor. Nec secius ois in vnguẽ Arboribus positis secto via limite quadret. Translatio a lapicidis qui vngue marmoris leuitatẽ experiũtur.

¶ Inuius ia. ium. quod est sine via: ⁊ per quod iri nõ potest.

I ante O.

¶ Ionia regio minoris asię: media inter Cariaꝫ ⁊ eoliam ab Ionio Athenẽsium duce cognominata: qui eã regionem subegit. Vel a Iano Iaphet filio vt Iosephus inquit. In ea Miletũ ciuitas. Priẽnis Ephesus ⁊ Clazomene.

¶ Iordanis fluuius in iudea eximię suauitatis. Oritur ad radices Libani duobus fontibus surgit: alteri nomen Ior: alteri Dan: qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt.

I ante P.

¶ Ipse a. um. pronomen demonstratiuum quando si licet cum aliis pronominibus iunctum eoruꝫ accipit significationem: vt egoipse: tuipse: illeipse. Inuenitur tamen sępe absq̃ aliis per eclipsim prolatum: ⁊ tamen eorum habens significationem: quæ cum eo subaudiuntur. Virgili. Quęq̃ ipse miserrima vidi. Aliquando relatiuum est. Idem. Ipse arduus altaq̃ pulsat Sydera. Aliquando emphasim: id est expressionẽ alicuius rei latentis habet: vt si dicam Ipse pater de quo minus credendum esset qui hoc fecit. Quod si ei addatur particula met: vt ipsemet: discretio signatur Hoc est ipse solus: ⁊ nõ cuꝫ aliis: vel ipse per se: ⁊ non per alios. Aliquãdo significat similem: vnde ⁊ comparatiuum habet ipsior: ⁊ superlatiuum ipsissimus: id ẽ similior simillimus. Apud veteres ipsus pro ipse dicebatur. Teren. Ipsus est.

¶ Ipsippe: id est ipsi nec alii.

¶ Ips vermiculus est: qui cornua vitesq̃ perrodit: vt cis frumenta: tripis ligna: sis vestes: is vitra: midas fabam. Declinatio autem huius nominis non facilis est: Vñ docet sic Suidas. ἴψ ὁ σκώληξ τοῦ κλίνεται ἰπὸς καὶ τὸ πληθυντικὸν ἶπες.

¶ Ipsulices bracteę dicebantur in muliebrē virilē've speciem expressę.

I ante R.

¶ Ir neu. gñis ꝛ indeclinabile ꝓprie manus ꝯcaui-tas: licet qñq3 ꝓ ipsa manu ponat.

¶ Ira dicta est ab eo ꝙ est ire. Nā a se it qui irascit: ꝛ furit: vñ ꝛ qd irā deponit ad se redire dr. Ter. in adel. Tandē reprime iracūdiā: ꝛ ad te redi. Est aūt ira libido puniendi eius: a quo iniuria offensi sumus.

¶ Iratus dr qui ex aliqua re lacessit⁹ excāduit: etiā si natura nō sit iracūdus.

¶ Irate aduerbium: per iram significat.

¶ Iracūdus qui ex parua vel nulla causa quicq3 natura ad iram ꝓcliuis est: etiam si tunc nulla moueat ira. Hinc iracūdia dicta (auctore Festo) ꝙ iram incēdat. Dona. Ira de causa est: iracūdia de vitio multū irascentis. Sene. libr. de ira. Ira quo distet ab iracūdia apparet: quo ebrius ab ebrioso et timens a timido. Iratus potest esse nō iracūdus. Iracūdus pōt aliqñ nō iratus esse. Usurpatiue tñ iracūdia ponit pro ira. Cic. li. 3. tus. Iracūdia est vlciscendi libido.

¶ Irascor. sceris. iratus ꝯstruit cū datō. Plau. Noli amabo Amphitrio irasci Sosiæ causa mea. Hui⁹ cōposita sunt Subirascor: quod est paulū irascor. Obirascor cōtra irascor. Liui. lib. i. Fortunæ (vt fit) obirati cultum reliquerant deum.

¶ Ire pedibus in sententiam quid significet. vide supra in eo is.

¶ Irenarches siue irenarcha dr q ad tollēdas discordias et pacandos ciuium animos in ciuitate pręficit. Apud iuriscōsultos tñ dicitur: qui disciplinę publicę ꝛ corrigendis moribus præficitur. Græci em̄ ειρηνην pacem vocant αρχων.

¶ Iris is. vel idis arcus cœlestis ab ειρειν. quod est nūciare. Nam poetę deorum nunciam fingunt. Virg. Irim de cœlo misit saturnia iuno. Huius arcus cā ē radius solis cauę nubi immissus: q repulsa acie in solem refringit. Nubes em̄ formā arcus discoloris efficiūt: qz alię partes earū tumidiores sunt: alię sūmissiores ꝛ qdā crassiores: ꝙ vt solē trāsmittāt: alię imbecilliores ꝙ vt excludāt. Hęc inequalitas alterius lucē vmbrāq3 ꝯmiscet ꝛ exprimit illā mirabilē arcus varietatē. Est ꝛ iris herba suauissimi odoris: vt Ply. lib. xxi. testis est: cuius radicē dixit in vnguētis ꝛ medicinis ꝯmendari. Caulem habz cubitalē ꝛ rectū: radicē3 raphano similem: quæ sternutamenta mouet. Floret diuersorū colorū specie quasi arcus cœlestis: a quo nomen habet: vulgo dicit liliū cęruleū.

¶ Ironia cū accentu in pen. dici pōt simulatio vel illusio ειρωνεια: ab ειρω dico: ꝛ inde ειρωνευομαι in voce passiui: qꝺ est cauillor. Figura cū aliquid per contrariū dicitur cū illusionem.

¶ Irretio is. a rete fit: ꝛ significat retineo rete quasi capio. Vñ irretitus dr qui aliqua fraude vel blanditiis aut dolo. quasi rete captus. Lact. lib. 3. Eos aūt qui deū sciūt dolis ꝛ astu aggredit vt cupiditate aut libidine irretiat aut peccatis blādientib⁹ deprauatos impellat ad mortem.

¶ Irraucio is. irrausi. sū. ex in ꝛ raucio: qꝺ a raucus descēdit. Et significat rauc⁹ fio. Dicit ꝛ irrauceo es. irraucui. Ci. li. de ora. At æsopum si paulū irraucuerit explodi.

¶ Irpices pen. cor. genus rastrorum ferreorum seu regulę cum pluribus dentibus: quos item vt plaustra boues trahunt vt proruant glebas ꝛ extirpent herbas in agris.

¶ Irrepo is. pe. pro. psi. ptum. significat passim ꝛ latenter more reptilium intro eo: cuius frequentatiuum est irrepto. Hora. Verum opere in longo fas est irrepere somnum.

¶ Irripio is. pen. cor. intus rapio. Cice. Irripiunt in ędes subito.

¶ Irrigo as. pen. cor. ex in ꝛ rigo significat quasi riuos in agrū deduco. Rigo aūt a riguus.

¶ Irriguus a. um. qꝺ irrigat: vel facile irrigari pōt. Cato. Vinea est prima vel si vino multo est. Secūdo loco hortus irriguus. Accipitur et quandoq3 significatione actiua: vt aqua irrigua quę irrigat. Virg. lib. iiii. geor. Irriguumq3 bibant violaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas. Ambro. substantiuo vsus est. Magna est eleemosyna quę ardētium criminum globos beniuolētię suę fonte refrigerat: ꝛ quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum. Et lib. hexa. Ꝙ si irriguis aquarū plerūq3 ꝛ segetes lętiores sunt.

¶ Irrito as. pe. cor. cōponitur ex in ꝛ rato as. quo veteres vtebātur pro ratum facio: approbo: ꝛ significat nō ratum esse volo vel ostendo vel facio. Et irritū improbatum: non ratum: ꝛ per translationem in nihilum redactum. Virg. Irrita perpetua soluent formidine terras. Teren. in phor. Quod dictum indictū est: qꝺ erat ratū id irritum est.

¶ Irrito as. pe. ꝓ. significat ꝓuoco: irāq3 incēdo. frequentatiuū ab irruo: per mutationē u in i. euphoniæ causa. Tractū a canibus: qui cū ꝓuocant irruūt: vel vt Do. ait. Qui restrictis dētibus hanc litterā r. imitantur. Virg. lib. x. Irritatq3 virū telis ꝛ voce lacessit. Ouid. lib. ii. fasto. Cum sicco primas irritat cortice flāmas. i. suscitat. Plau. in Am. Irritabis crabones. Est ꝛ prorito as. pen. pro. Nā sicut irrito ꝓ lacesso ab irruo est: ita prorito a proruo: Nec multū in significatione differunt. Nam prorito idē est qꝺ prouoco. Col. lib. ij. Lini semen nisi magnus est eius in ea regione quam colis prouentus et pretium prorita: serendum non est. Agris enim præcipue noxium est. Hic in bonam partem sumitur. Irrito vero magis frequentatum est: ꝙ prorito. Et ferme semper acris malęq3 vehementiæ. Prorito non sic: sed in bonam et in malam partem vti prouoco capi posset. Irrito semper in malam.

¶ Irrogo as. penul. cor. infero: infligo. Plau. in cap. Qui cōsiliū iniere quo nos victu et vita prohibeant: iis diem dicam irrogabo multam: vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent cum cara annona sit. Augu. libr. iiii. ci. dei. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogat non est pœna criminis sed virtutis examen.

¶ Irruo cū impetu feror. Sal. Cum forte in eum irruerēt facile repulsi. Dona. Irruere proprie dicūtur qui cū furore prēliū ineunt. Quandoq3 ratione prępositiōis in significat introruo: intromitto: ingero. Augu. Vidistis mulierem in ciuitate famosam nō inuitatam irruisse conuiuio.

¶ Irrugio is. valde rugio. Hieron. in Gen. Auditis Esau sermonibus patris irrugit clamore.

¶ Irrumpo violenter ꝛ cū impetu ingredior. Plyn.

lib. xxxv. L. Hostilius mācinus qui primus carthaginem irruperat. Lact. lib ij. Nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset ac milites ad eā spoliandam irrupissent: Et ferme semper in hac significatiōe hoc verbo vtunt auctores. Lact. ꝓprie sumpsit li. vi. ꝑ penitus frāgo. Sūmū inter se hoim vinculū ē hūanitas: qd ꝗ irruperit: nefarius ⁊ parricida existimādus est.

¶ Irrumo as. pe. cor. a ruma māma: vide in dictione fello as.

I ante S.

¶ Is: ea: id. eandē significationē habꝫ quā hic: ⁊ eundem locū retinet: vt ꝗ diuitias cupit: is vel hic: vl' ille vel idē auarus est. Ab is fit isce: sicut ab hic hicce.

¶ Is vrbs a babylone itinere dierū octo distās: apd quam est is fluuius: e quo bitumen totius babylonis subministrabaꝛ.

¶ Isæus cū æ diph. nomē rhetoris pariter ⁊ philosophi: quē Philostratus in vitis sophistarū Assyrium tradit. Cuius hoc fuit inuentū: oēm materiā in breui cōijcere. Est ⁊ nomē fluminis.

¶ Isagoge p. pro. latine introductio: dicitꝛ ex εισ qd in indicat ⁊ αγω duco. Vñ αγωγη ductio.

¶ Isagogicon introductorium. Grāmatoisagogus liꝫ introductor vel inductor: ꝙ eas inducat. i. introducat quodā mō in corda discētium.

¶ Isapis pe. ꝑ. fluuius ꝓpinquus Cesennę vt Strabo lib. v. scribit.

¶ Isara pe. cor. fluuius rhodano se ingeris: vbi Cemenus mons rhodano applicatur vsꝙ huc ad orientiam effertur in adriaticū sinum.

¶ Isaurū ciuitas pāphiliæ: a qua Isauricus seruili⁹ romanus dictus est: qui isaurū cępit. Ouid. Aphrica victorē de se vocat alter isaurū. Hic adeo pauper fuit vt publico funere Romę elatus fuerit. Ammianus Isaura plurali nūero dixit. Claudiopolis: quam deduxit Coloniam Claudius Cęsar Isaura ante. Alij Isauriam fœminino genere protulerunt. Sūt qui dicant isauriā regionē minoris asię dictā ꝙ vndiꝙ austrarū flatib⁹ pateat: eiusꝙ metropolim esse seleuciam

¶ Ischia scribit Julius Pollux: carnosas post lumbos vtrinꝙ eminētias appellari: ꝗ vero post hæc increscūt γλουτοι: hoc est latine nates. Duo illa ossa circa ꝗ vertura fit ita distinguntꝛ: vt dicaꝛ ꝯcauū illud superius κοτυλη latine acceptabulum. Inferius vero ισχια: qd nři coxēdicē dicūt. Quo etiā noīe ⁊ neruus ille noīatur qui coxēdiceꝫ femori cōmittit Erit ergo coxēdix vertebra cotyle infixa quā pyxidem appellāt neruis quibusdā ita illigata vt facilis coxarū motus atꝙ flexus fiat: vñ qui coxendice laborant ischiadici vel ischiaci dicūtur. Ply. Mox aquam bibere catillo mire id prodesse ischiadicis. Recētiores medici sciaticam dicunt.

¶ Ischyros cuꝫ accentu in prima latine fortis dicitꝛ ισχυσ em fortitudo est.

¶ Ischomache pe. cor. nomē ꝯpositū ex ισχω habeo: μαχη pugna. Quo noīe dicta est hippodamia quę habuit in nuptiis suis pugnā centaurorū. Hæc fuit Atracij filia ꝗ nupsit perithoo.

¶ Isis sis. ⁊ idis. actm facit isim. Inachi filia. Io prius dicta: ꝗ olim perrās cū ad nili fines ꝑuenisset Jouis amatoris ope formam vaccę immutauit. Estꝙ ab ægyptijs pro dea celebrata. De qua Luc. lib. vi. Nos in templa tuam romana recepimus isim. Hoc etiā nomine dicta est insula in sinu arabico. Suidas. ισισ αυτη λεγεται ιω ην ηρπασε μο ζευσ εξ αργουσ και την ηραν φοβουμενοσ αυτην μεταβαλλε ποτε μεν εισ λευκην βουν ποτε δε εισ μελαιναν ποτε δε εισ ιαζουσαν μεσον πλανωμενοσ ηλθεν εισ αιγυπτον

¶ Ismarus pe. cor. gñis maſ. in plurali neutri. mons thraciæ asper ⁊ incultus ex vna parte: ex alia fertilis vinetis ⁊ oliuetis: quē Orpheus incoluit vbi ismara vrbs ciconū fuit. Uirg. Nec tantum rhodope miranꝛ ⁊ ismarus orphea.

¶ Ismenus pe. ꝑ. fluuius bœotię ab Ismeno pelasgi filio cognoīatus. Statius. Horruit ingenti venientem ismenon aceruo.

¶ Isocrates pe. co. nomē maximi oratoris grȩci qui perfectus magister: ⁊ scripsit multa ꝑclare: et docuit alios: cuius domus cunctę grecię quasi ludus quidā patuit: atꝙ officina discendi.

¶ Isonymia cum accentu in pen. latine iuris ęqualitas dicitur.

¶ Ispellū ciuitas in Umbria ex altera mōtium parte qua Camertes.

¶ Israel interꝑtatur vir videns deū: quod nomē impositum fuit Jacob patriarchę: a quo

¶ Israelitę pe. ꝑ. qui de israelis stirpe sunt: qui pri⁹ Hebrei dicebantur. Sed postꝙ in duo regna populus hebręorum diuisus est: tūc duę tribus quę de stirpe Juda reges habebant Judeorū nomen sortitę sūt Reliquę decem tribus israelis nomē tenuerūt. Et ab Israele filio Isaachi regio maioris asię samaria conterminia dicta est israel. Dicitur ⁊ Israelitides a nominatiuo singulari israelitis idis. ⁊ israelitis. Hieronymus in libro numeri. Arrepto pugione ingressus est post virum israelitidem. Sic Madian madianitis ⁊ madiantidis. Moab moabitis ⁊ moabitidis.

¶ Issa insula in mari adriatico adiacens Dalmatię: vt Ptole. lib. ij. scribit: in qua fuit issa nō ignobilis ciuitas: a qua Isseus a: um.

¶ Issus vrbs Cicilię ⁊ Syriæ fluuius.

¶ Ister istri. fluuius europę permagnus: qd ⁊ istruꝫ dicitur: quādo. s. flumen sequitur: vt inquit Probus. Hoc ⁊ Abdubanum et Danubium vocatur: Uide in dictione Danubius.

¶ Istria Italię regio illyrio ꝯtermina: quę in latitudine. xl. paſ. millia: in circuitu. cxxv. millia complectitur a formione nunc Tisano fluuio ad fanaticum sinum in quo Arsia amnis decurrens istriaꝫ ab illyrio dirimit. Istrorum gentem fama est originem a Colchis duxisse missis ab oeta rege ad argonautas persequendos: qui vt a ponto intrauerunt Istruꝫ nec raptores inuenissent siue metu regis: siue tędio longæ nauigationis iuxta Aquilegiam cōsederunt: istriꝙ ex amnis noīe: quo a mari cōcesserant sunt appellati. In ea est Justinopolis vrbs: quā Justinus imperator extruxit: a qua Paulus Uergerius vir eloquētissimus originem duxit.

¶ Isthmus ea terre strictura est: quę in duo maria iter porrigit. Ouidius. Qua duo porrectus lōge freta detinet isthmos. Sunt aūt duo isthmi. achaicus: seu corinthiacus: ⁊ thracius. Isthmus corinthiacus angusta est ⁊ breuis terra. De quo Pōpo. scribit hoc ideo isthmo cognomen esse: quia. iiij. millium spacio Aegeum mare ab Jonio submouens angusto tramite helladi peloponesum annectit. Sup hoc Isthmo

I ante T.

fuit vrbs corinthi. Thracius isthmus inq̄t Solinus in thracia est similibus angustiis ⁊ pari latitudine arcti maris cuius littora vrbes vtrinq; secus ostentant propontidis oram: insignit pactyę melana sinum cardia. Ply. lib. iiii. Super hoc isthmo scribit fuisse cardiam ciuitatem.

¶ Ita aduerbiū similitudinis geminū superlatiuū expoicit siue ncis: siue aduerbii. Ci. li. de ora. Ut quisq; grece optime sciret ita esse nequissimū. Uel habet verbum vim superlatiui habēs. Idem in Cato. Ut quisq; ętate antecedit: ita sentētię principatū obtinet. Interdū cū compatiuo: significat q; sic. Qñq; valde. Teren. in and. Nō ita dissimili sūt oratione ac stilo. Qñq; optantis. Pacu. Ita te dii ament: ita tibi pro voto secundent oīa. Quādoq; illatiua cōiunctio est: pro igitur. Cice. Ita nobilissima ciuitas grecię ⁊ olim potētissima sepulchrū ciuis sui ignorasset: nisi ab hoīe arpinatę didicisset. Similiter quādo componit̄ cū q; semp est cōiunctio causalis ⁊ habet accentū in prima ⁊ dicimus itaq;. Si aūt duę partes sunt: habet accentū in penul. ⁊ dicimus ita q;. Teren. in and. Immo ita volo: itaq; postulo vt fiat. Plau. in Am. Uerū ita animatus fui: itaq; sum nunc vt ea te patera donem.

¶ Ithaca insula ante Epirū in qua regnauit vlysses. In ea etiā vrbs eiusdē noīs: vt inquit Ptol. li. iii. Ibi etiā mōs Neritos a quo tota insula quādoq; dicta neritos fuit. Uerg. Neritos ardua saxis.

¶ Italia Europę regio prius hesperia ab hespero athlantis fratre: qui a fratre pulsus ⁊ hispanię ⁊ italię dedit nomē: siue vt Macro. inquit ab hespero stella q; occasui subiecta sit. Inde Oenotria vel a bonitate vini qđ in Italia nascit̄. Nā greci οινον vinū dicunt: vel ab œnotrio sabinorū rege. postea Italia ab Italo siculorum rege qui agriculturā italos docuit ⁊ leges posuit. Nā ad eam partē venit: in qua postea Turnus regnauit ⁊ suo noīe appellauit. Uergil. Est locus hesperiam graii cognomine dicūt. Terra antiqua: potens armis atq; vbere glebę Oenotrii coluere viri: nunc fama minores Italiā dixisse ducis de noīe gentē. Timęus ⁊ Uar. a bobus vocatā dixerūt: quoniam tauri grecaveteri lingua itali vocati sunt a quorū multitudine ⁊ pulchritudine italiaꝫ dixerūt. Latiū vero pars italię est. Est etiā dicta ausonia vt Aristoteles inquit pars ad Tyrrhenū versa. Estq; in forma cruris inter adriaticū ⁊ thuscum mare: et a iugis alpium dorsoq; apennini porrecta se paulatim attollēs vsq; ad rheginum verticē ⁊ littora bruttiorū extendit̄: in vltimo sui scinditur in duo cornua: quorū alterū Ioniū spectat mare: alterū siculū in extremitate rhegium oppidum habens. Eius longitudo ab Augusta pretoria quę in alpineo fine sita ē ⁊ per Romā Capuamq; porrigitur vsq; ad oppidū rhegyuꝫ. Solino teste decies centena et viginti millia passuū colligitur. latitudo vero quadringenta decem: vbi maior latitudo: vbi vero minor centū triginta sex: habetq; vmbilicū in agro reatino: quę dudū ex latere maris superi rubiconē fluuiū pro finibus habuit. Diuiditur aūt in. xvi. regiones scꝫ Liguriam: Aethruriā: Latium: Campaniā: Lucaniam Calabriā. Apuliā: Samniū: siue Aprutiū: Picenum Flamminiā ⁊ ęmiliā: seu Romandiolā: Umbriā nunc ducatū spoletanū. Galliā cisalpinā: Uenetiā nūc Marcham Taruisanā: Iapidiā: et Carniaꝫ nunc Foriulū et Istria. Ab Italia fiunt Italus la. lum. et Italicus italica italicum.

¶ Italica vrbs in Italia: q̄ alio noīe Confiniū dr̄: vt ait Stra. alia in Hispania patria Syrii Italici.

¶ Italicū philosophię gn̄s quoddā nuncupatū ex ea parte Italię q̄ quondā magna grecia dicta. Qr vt docet Aug. lib. viii. de ciui. dei auctorē habuit Pythagoram samiū a quo etiā ferunt ipsum philosophię nomen exortum.

¶ Item aduerbiū significat similiter quasi iterū ideꝫ.

¶ Iter iteris scđm Prisci. Itiner vero itineris pro actu eundi: licet itiner nūc nō sit in vsu: cū obliqui nominis iter ab vsu discesserint. Plau. in mer. Ergo itiner exequi meū me sines. Uar. Expectent itiner longo sermone leuare. Lucre. lib. v. Concussos itere ⁊ labefactos itere multo. Dictū iter q; vehendo quid teritur vel ab eundo: cuius supinū est itum: siue ab ito frequentatiuo. Significat qñq; viā. Hiero. in lib. numeri. Auertit se de itinere ⁊ ibat per agrū. De mari etiā dicitur. Teren. An tu tibi hoc incommodū euenisse iter. nō hercle parmeno verbis dici potest quantū re ipsa nauigare incommodū est. Iter facere est ire: qđ ⁊ iter tenere dicemus. Uerg. Quove tenetis iter. Habere iter: idē qđ iturū esse. Ut iter habeo ad Cesarē. i. oportet me ire: vel iturus sum ad Cesarē. At viā facere nō est iter facere: sed locū vbi nō erat via aperire.

¶ Itineror aris. iter facio.

¶ Itinerariū viatoriū. Unde Itineraria dicunt̄ commentarii earū rerū quę in itinere acciderūt.

¶ Iterū aduerbiū. i. rursus: vt Atq; iterū ad troiam magnus mittetur achilles. Interdū signifi. secundo. Ci. in arte veteri. Primo quidē decipi incommodum est iterum stultū. tertio turpe.

¶ Itero as. pe. cor. rursus aliqđ ago et quasi per iter factū reuertor. Gel. lib. i. posuit pro eo. Sed eos Senatores qui magistratū curulē nondū ceperāt pedibꝰ iterauisse in curiā. Sed hoc ab iter fit. In alia significatione ab iterū. Liui. lib. i. Resistere atq; iterare pugnam iubet.

¶ Itidem pe. cor. significat similiter eodēmodo: quasi iterum idem. Ter. Ibo ad eū: atq; hec eadē que tibi dixi dicā itidē illi. Sue. de Aug. Centuriones statione deserta itidē vt manipulares capitali animaduersione puniuit.

¶ Ithyra pe. cor. vrbs in tauro monte parthiā versus A qua Ithyreus a. um. Est aūt ithyreus epitheton arcus. Unde dicimus Ithyreus arcus ⁊ ithyreas sagittas. i. parthicos arcus ⁊ parthicas sagittas: eo q; parthi precipue arcubus ⁊ sagittis vtantur in prœlio Uerg. Ithyreos taxi torquent̄ in arcus. Lucr. Ithyreis cursus fuit inde sagittis.

¶ Ithome oppidū in peloponeso: itemq; in thessalia. Unde ithomeus Iuppiter.

¶ Ithonia ciuitas in bœotia ab Ithonio Amphictyonis filio quā alii ithonē vocant. A qua ⁊ pallas ithonia est appellata.

¶ Ito as. frequentatiuū est verbi eo is vnde iter dr̄.

¶ Ithyphallus ꝓprie membrū virile erectū. Dicunt̄ et ithyphelli curatores bacchi: qui in orchestra saltabant. Hoc noīe dictus est priapus ιθυφαλλος.

¶ Iturea regio est a qua iturei populi.

I ante V

¶ Iube crines animaliū a collo pendētes. Uñ iubati leones dicunt̄ qui iubas habent ad differentiam eo-

rum qui iubas non habent.

¶ Iubar pprie stella quę ante solem ortũ lucifer: post solis occasum vesper appellat̃ q iubata appareat: vel q splendor eius diffundat in modũ iubę leonis radios Vergil. lib. iiii. It portis iubare exorto. Sępe tñ pro ipso splẽdore ponitur. Ouid. Et tremulũ summa spargit in ęde iubar. Et nõ tantũ de solis seu stellę: sed etiã de cuiuscũq; rei splendore: vt auri argenti gemmarũ a lucifero dici volunt. Unde ꝛ ad maiestatẽ hoĩs transfertur. Claud. Per fratris regale iubar. Et aliqñ ponitur pro aurora.

¶ Iubeo es. iussi ssum. impero. Quint. Nõ q̃uis infestum latronibus mare iussus intraui neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri cur hoc mihi imperaret. Interdũ iubere ponitur pro rogare. Vergil. Infandũ regina iubes renouare dolorem. Interdũ pro aperte dicere: ꝛ quasi exhortari optareq;: vt iubeo te saluere. Iubes me bene sperare. Teren. Iubeo Chremetẽ saluere. Interdũ pro decernere: vt populus iussit: id est decreuit. Inuenitur hoc verbum cum actõ. Quinti. Pater me iussit. A iubeo fit iusso. Similiter iussus us. ꝛ iussa: q̃q̃ ꝛ iussum legatur. Sisen. lib. iii. Tamẽ Tudertibus senatuscõsulto ꝛ populi iusso dat ciuitatẽ. A iussus cõponitur iniussus. Terẽ. in hecy. Quamobrem incendor ira te esse ausam facere iniussu meo.

¶ Iubilum dr̃ id qđ ex gaudio voce: nec tamẽ verbis explicatur. Syrius lib. xiiii. Et lætus scopulis audiuit iubila cyclops.

¶ Iubilo as. pe. cor. De quo Aug. Iubilare pprie est gaudiũ verbis nõ posse explicare: et tñ voce testari: quod corde conceptũ est ꝛ verbis explicari nõ potest. Nõ eñ verbis iubilat̃: sed solus gaudentiũ sonitꝰ redditur quasi parturiẽtis ꝛ pariẽtis cordis letitia in vocem rei cõceptę q̃ verbis explicari nõ possit.

¶ Iucundus a iuuo as. q mentẽ ꝛ sensuȝ iuuet. Et is dicitur qui causa existit alteri vt ille gaudeat. Unde iucundæ litterę: iucũda oratio: iucũdus aspectus. Ci. ad Atticũ. Fuit mihi sæpe ꝛ laudis nostrę gratulatio tua iucũda ꝛ timoris cõsolatio grata. Qñq; iucundũ dicitur qđ est letitię plenũ: vt apud eundẽ lib. iii. inuecti. Est mihi iucunda in malis ꝛ grata in dolore vestra erga me voluntas. i. lætitiæ plena ꝛ voluptuosa qualis est in prosperis. Grata quasi plena effectus ꝛ fructus. In iucũdo eñ quędam gratia est delectationis. In grato etiã cõmodi. Quippe aspectus rosarũ iucũdus ẽ: aspectus plenę messis gratus. Hinc iucũditas quasi amœnitas quędã ex qua nascit̃ voluptas.

¶ Iucundor aris. voluptatẽ: gaudiũ ꝛ delectationẽ affero. Lact. lib. iii. Quotidie aũt iucũdabar ante faciem eius cũ lętaret̃ orbe perfecto. Sed hic sumit̃ pro gaudio affici: sicut ꝛ Hiero. Nulli dubiũ est oẽm illam cœlestẽ hierusalẽ: tunc exultasse ineffabili lętitia: tunc iucundatã esse inęstimabili charitate: tuncq; cũ omni gratulatione iubilasse: quoniã festiuitas hęc quę nobis hodie reuoluitur annua illis oĩbus facta est continua. Inuenitur etiã iucundo as. Aug. lib. xvii. ciuit. dei Exaltasti dexterã: iucundasti oẽs inimicos eius.

¶ Iudęi a Iuda filio Iacob dicti sunt qui fuit vnus ex. xii. patriarchis. Nã licet fuerint. xii. tribus quę a duodecim filiis Iacob descenderũt: a Iuda tamẽ iudæi sunt appellati: quia vt Aug. inquit de stirpe eius regnum veniebat iudęis. Prophetauerat eñ Iacob dicens. Nõ deficiet princeps de Iuda: nec dux de femoribus eius: donec veniat cui repromissum est. De tribu aũt iuda venit dñs noster Iesus Christus.

¶ Iudęa ę. iudęorũ regio dicta est: siue iuda indeclinabile: a qua iudaicus a. um. pro iudęus a. um. sicut hebraicus: achaicus: euboicus: per hebręo achęo eubęo Iuue. Iudaicũ ediscũt. Diuiditur aũt iudęa in duas partes: in citeriorẽ ꝛ vlteriorẽ. Hæc Peręa vocat̃: q vt inq̃t Ply. a cęteris iudęis iordane sit amne discreta. Nã ꝛ regio quę trans euphraten est peręa noiatur: vt docet Stra. sicut transpadani qui transpadũ habitant. Sic Ply. lib. vi. citeriorẽ galliã vocat quasi perça: hoc ẽ vlterior sit aliqua. Et in sacris litteris. Secutæ sunt eũ turbę de galilęa decapoli hierosolymis iudæa ꝛ transiordane. Iudæa tñ tota palęstina dicta est: quę prius Canaan a filio Cam. Terra diues opũ frugibus fertilis optima balsamis. Unde ob singularẽ aeris temperiẽ ꝛ elementorũ gratiã existimauerũt iudęi eam promissam patribus terram lacte ꝛ melle manentem.

¶ Iudex dr̃ quasi ius dicẽs populo: siue q in iure disseptet. Iure aũt disseptare est iudicare. Et iudex est qui ex iurisdictione ppria aut sibi delegata ꝛ cõmissa ius habȝ sup causas litigiorũ cognoscẽdi. Et qui ex ppria iurisdictione illud habet dicit̃ iudex ordinarius. Qui vero ex delegata: dr̃ delegatus: extraordinariꝰ.

¶ Iudiciũ vt Gel. inq̃t diuinatio dr̃: quoniã diuinare quodãmodo iudicẽ oportet quam sententiã sese ferre par sit. Iudiciorum duo gña ponit. Aug. Damnationis scȝ ꝛ discretionis. Unde scriptũ est Iudica me deus ꝛ discerne causam meã. Apud iuriscõsultos variis modis dr̃ iudiciũ. Sed illud in primis accipit̃ qđ pro ordinatione causę discutiendę in iure fit corã iudice. Et est actus legitimus trium personarum scȝ iudicis: actoris et rei.

¶ Iudico as. quasi ius dico: discerno: vt Recte iudicate filii hoim. Aliqñ existimo: vt illud: recte iudicasti. Aliqñ alicuius causam audio ꝛ pro illo sententiã fero. Et sic cũ datiuo ꝯstruit̃. Aliqñ cõdemno: ꝛ tunc actõ. Aug. Iudicare alicui est ferre sententiã pro illo: siue audire eius causam: vt Iudica pupillo: ꝛ viduę. Iudicare aliquẽ est ipsum cõdemnare: vt Linguis suis dolose agebant iudica illos. Cõstruitur etiã qñq; cuȝ genitiuo vel ablatõ. Gel. Quantæq; pecunię iudicati essent prębeing dicabat̃. Huius cõposita sunt: abiudico: adiudico: diiudico: ꝛ pręiudico.

¶ Iudicialis ꝛ hoc iudiciale significat qđ est iudicis vt iudicialis sententia.

¶ Iudiciarius a. um. qđ ad iudicẽ pertinet: siue vt iudicet̃. Gel. A poetarũ ꝛ a rhetorũ epilogis ad iudicãdas lites vocatus rem iudicariã: quoniã vocis vt dr̃ vuæ pœnuria erat qđ aiunt magistris cognoscerem.

¶ Iugerum pe. cor. in plurali iugera ꝛ iugeris. Var. lib. primo de re rust. In hispania vlteriore metiũtur iugeris in campania versibus apud nos in agro romano ac latino iugeris. Priscia. tamen iugus iugeris ab hoc iugere iugera: horũ iugerum: his iugeribus. Pompo. mel. Sed vltra q̃ canaleȝ habet euehat plus iugeris spacio sublimis. Tibul. At multo innumeraȝ iugere pascat ouem. Iuue. Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Et aũt mensura quã Hiero. mathematicus ducentis pedibus cõtineri scribit. Quintil. Ducentis quadraginta pedibus: in longitudinẽ dimidii in latitudinẽ: q tantũ spatii arari vno die ab vno pari boum consueuit. Plyni. lib. viii. Iugerum

vocatur q᷑ vno iugo boum in die arari possit. Var. lib. primo. Iugerum qđ quadratos duos actus habeat. Actus quadratus qui ꝛ latus est ꝛ pedes centū viginti ꝛ longus totidē. Is modius ac mina latine appellatur. Iugeri pars minima dr̄ scrupulū. i. decem pedes et longitudine ꝛ latitudine quadratū. Dictū iugeruȝ ab eo q᷑ erat iunctū. Unde Col. lib. vi. Hoc duplicatū facit iugerū ꝛ ab eo q᷑ erat iunctū nomen iugeri vsurpauit.

¶ Iugeratim per singula iugera. Col. lib. iiii. Ut primę vineæ centenas amphoras iugeratim pręberent.

¶ Iugū dictū est q᷑ iungat̄ ꝛ in acutū arctet̄. Est em̄ montis cacumen. Verg. Dum iuga montis aper: fluuios dum piscis amabit. Est ꝛ iugum ligneū instrumētum quo iugant̄ boues ꝛ adinuicē arctant̄. Quis ꝛ ad homines transferat̄ q᷑ eo colla iugantur. Iteȝ iugum dicitur lignū quo textores telam conuoluūt. Oui. li. vi. meta. Tela iugo est iuncta. Et iugum dicebat̄ sub quo ignominię gratia victi hostes mittebant̄. Nā fixis in terra duabus hastis super eas ligabatur tertia tunc victi hostes dicingebant̄: ꝛ sub illa transire cogebantur inermes. Hinc subiugare pro debellare ac subiicere. Item iugū in vinea dr̄ cū duabus aut pluribus perticis fixis alię super eas alligant̄: in quibus vites coniungunt̄: ꝛ quasi iugū. i. summitatē quandā faciunt. A quo vites ipsæ seu vineæ iugatę dicuntur. Qz si hastilibus in terra defixis singulę trāsuersę perticę in vnam tantū partē ordinis annectant̄ vniugæ vineę dicuntur. Et genus ipsum iugi canteriū rustici vocant. Ply. Salices quędā in proceritatē magnam emittunt iugis vineas perticas. Idem. Simplici iugo constat vniiuga porrecto ordine canteriū appellant. Hinc iugari vineę dicunt̄ quę in iugū constituūtur. Col. Sequi iam adminiculandę iugandæq̨ vineę cura. Itē iugū (vt Var. inqt lib. i.) vocat̄ qđ iuncti boues vno die exarare possunt. Itē iugū dr̄ vnde lances dependent. Rursus iuga sunt tabulę nauiū in quibus sedent q̄ transtra vocant̄. Verg. Inde alias q̄ per iuga longa sedebāt Deturbat laxatq̨ foros.

¶ Iugata vitis a iugo q᷑ ad similitudinē militaris iugi fiebat: vt paulo ante dictū est.

¶ Iugo as. coniugo: a iugo quasi ad vnū iugū alligo Ci. lib. ii. tus. Hoc quidē est cōmune virtutū. omnes enim inter se nexę ꝛ iugatę sunt. Huius cōposita sunt abiugo: adiugo: cōiugo: deiugo: deorsum iugo: diuido. Pacu. Perq̨ nostrā vnanimitatē quā memoria deiugat. Subiugo quæ habent pen. cor.

¶ Iugosus a. um. qđ in iugū acuit̄: ꝛ est procliue.

¶ Iugātinus deus dictus qui iugis pręesse putabat̄

¶ Iugulum diminutiuū est a iugum.

¶ Iugulus pe. cor. a iungo anterior colli pars vnde vox halitusq̨ procedit q᷑ per eam pectori caput iungatur. Et duplicē esse constat. Ply. lib xi. Uiri homini sunt duo iuguli. dextrū ꝛ sinistrū. Apul. Per iugulum sinistrū capulo tenus gladiū totum ei demergit. Cor lib. viii. A dextro iugulo si id fractū est: ad alam sinistram a sinistro ad dextram. Et quia locus ille maxime letalis est: ꝛ penetrabilis. Inde iugulatio ꝛ iugulare deducunt̄. Et iugulū ferire dixerūt pro eo qđ est interficere. In agendis causis iugulū petere: tūc dicit̄ orator quādo qđ est potentissimū id inuadit premit validissime aduersariū: videturq̨ illū iugulare argumentis perinde ac vibratis telis.

¶ Iugula stella orion: vel signi cœlestis pars de qua Var. Iugula signū qđ Actius appellat̄ oriona ait cetius orion patescit. Huius signi caput ducit̄ ex tribus stellis quas infra duę clarę quas appellant humeros inter quas qđ videt̄ iugū iugula dicta. Plau. i Amph. Neq̨ iugulæ neq̨ vesperugo neq̨ Vergilię occidūt.

¶ Iugulo as. iugulū cędo seu iugulū soluo. Lactant. lib. iii. Qui cū timeant ne ab hoste iugulent̄ ipsi se iugulant vt mortē morte deuitent. Et nō solū de gladio sed etiā de morbo dr̄. Celsus lib. iii. Quartana neminem iugulat. Transfert̄ interdū ad inanimata. Mar. Scelus est iugulare falernū.

¶ Iugalis qui iugū habet. Hier. in lib. Reg. Et subneruauit iugales currui. Iugale vinculū copula matrimonii. Verg. Cui vincla iugalia curę.

¶ Iugarius vicus romæ: dictus q2 ibi Iunonis iugę ara erat: quā putabāt matrimonia ꝯiūgere. Liui. Iugariū equimelio ꝛ fortunę templo vicinū statuit.

¶ Iuges dr̄r eiusdē iugi pares. A quo iniuges boues qui nūq̨ iugo adhibiti sunt. Coniuges vir ꝛ vxor Biiuges siue biiugi. Quadriiuges quadriiugi equi bigas vel quadrigas trahentes.

¶ Iugis assiduus continu9: q̄si semp iugo affixus: a quo Iugiter aduerbiū. i. continue.

¶ Iuglans est q̄ cōmuni noīe nux appellat̄: ꝛ inter nuces primū locū obtinet a iuuando ꝛ glande dicta: vel quasi Iouis glans q̄si ioui dicata ob egregiū fructū. Hęc em̄ arbor nuces habet suauiori sapore q̄ glādes. Unde Cloatius diuglandē primo vocatā scribit: q̄si Διος βαλανον. postea detractione primæ litterę iuglandē. Constat sane apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem anteq̄ mortales ad delicias se conuerterēt: vt q̄ sola simplici vitę atq̨ innocuę alimēta pręebat. Quapropter cū hūc fructū scȝ nucē veteres illi egregiū existimarēt decorare eū digna appellatione volentes iuglandem q̄si iouis cibū nūcupauere. Hanc nucem ob excellentiā gręci basilicā appellāt quasi inter nuces regalem. Ply. Et iuglandes e persi de a regibus translatas indicio sūt gręca noīa. Optima earū gn̄a sunt: q̄ persica atq̨ basilica vocant. Persica quidē in tantū augent̄ vt putamē rumpant. Ideo q᷑ molliscę nuces a putaminis mollitie vocitant̄. Est et aliud nucis iuglandis gn̄s q̄ tarentina dr̄ fragili putamine: ꝛ ita molli vt vix attrectata frangat̄: vnde q̄dam Tarentū appellatū putant q᷑ nuces iuglandes ꝛ pineas molles habeat ac similiter oues. Tarentū aūt sabini vocant molle. Hora. Et molle tarentū. A iuglā de iugulam veteres dixerūt stellam q̄ alio noīe appellatur Orion q᷑ amplior sit cęteris q̄si nux iuglans. Secundū inter nuces locū obtinet pinea exiles nucleos habens q̄uis totius corporis magnitudine alias superet. Est gn̄s earū qđ tarentinū vocat̄ putamen habens fragile digitis ꝛ auiū furto semp expositū. Hęc syluestris pinus dr̄ ad differētiā alterius q̄ vrbana vocatur. Est ꝛ tertiū gn̄s: q̄ pinus picea appellat̄: q᷑ pice potius q̄ pino similis sit. Iccirco etiā Apinam vocāt quasi minime pinū. Nucleū cutem verius q̄ putamen adeo mollē habet: vt simul mandant̄: nuces quoq̨ et9 apinæ a veteribus nominabant̄. Quartū gn̄s apinastrū vocāt. Tertio loco numerant̄ auellanę: quas antea Abellinas patrio noīe constat vocitatas ab Abellino campanię oppido vbi abūdant cęteris minores. Unde satyrico poeta numę nuces vocant̄. Propriū arboris nomē est corylus. Eędem ꝛ pręnestinę dn̄r q᷑ his pręnestini abūdent. Et ponticę q᷑ in asiam gręciamq̨

primo e ponto venere inqt Plyn. Hinc illud Papinii ex hendecasyllabo. Quicqd nobile ponticis nucetis Quidã per diminutionẽ nuculas prenestinas dictas existimant vel q exigua sunt: vel q inclusi olim a pœnis prenestini famem nucibus tolerauerint. Dehinc sequitur amygdala nucleũ habens dissimilem latitudine. Hæc ⁊ nux græca vocat̃ ⁊ thasia a thaso insula thraciæ olim Etria. Cuius populi thasii vocant̃. Postea nux castanea armata eschinato calice q̃ ⁊ heracleotica Sũt ⁊ castaneę triangulari forma q̃ in aqua nascũtur ⁊ cocliuę vocantur.

¶ Julius dictus est Cęsar q hoc mense ad quartum idus quintiles procreatus sit dictator: seu q eo mense natus dicat̃. Hinc Julianus a. um. Unde Juliani milites apud Sue. dicti sunt Cęsariani. Et Juliani anni quos idem ordinauit. Similiter Juliana vectigalia apud Cic. lib. xiii. antoninarũ. Est et Julianus nomen proprium.

¶ Julus cognomen Ascanii filii ęneæ. Et Julus nomen flos proprie arborũ sed qui antecedit: vt in fico grossuli q̃uis ⁊ pro lanugine ponat̃. Theopo. Ferũt arbores nonnullę iulos suos hoc est lanugineos. Plyn. Ferũt ⁊ auellanę iulos cõpactili callo ad nihil vtiles. Itẽ iulus piscis qui balenis certisq dux est itineris.

¶ Jumentũ a iuuando. i. prębendo: cuius appellatione continent̃ animalia q̃ vel salmas gerunt: vel curr⁹ trahũt vel terrã excolũt: vt equi: muli: asini: camæli: boues. Col. lib. vii. Nec tñ vlla regio est in qua modo frumẽta gignant̃ quę nõ vt ouiũ ita armẽtoꝝ adiumẽto iuuet̃: vnde etiã iumenta nomẽ a re traxere: q nostrũ laborẽ vel onera subuectãdo vel arando iuuarẽt. Est ⁊ iumentũ vehiculi gñs qm̃ adiũctis pecorib⁹ trahebat̃: qđ a iungẽdo qdam dictũ existimãt.

¶ Jungo is. xi. ctũ. cumulo q̃si in vnũ ago. Cuius cõposita sunt: abiũgo: adiũgo: coniũgo: disiũgo: deiũgo qđ est separo. Plau. in Asi. Ne nos deiunge amantis. Iniũgo: interiũgo: subiũgo: ⁊ seiungo.

¶ Junctim aduerbiũ. i. sine interuallo. Suet. Magistratus ⁊ maturi⁹ inchoauit: ⁊ pene iunctim pcurrit.

¶ Juncus a iungẽdo: qm̃ vsus eius ad iuncturas vtilis est: cuius multę sunt species. A quo iunceus a. um. quod est ex iunco.

¶ Juniperus pe. cor. arbuscula q̃ in arenosis frequẽs nascit̃ coma virens perpetua: vnde et topiario operi idonea ⁊ cariosam senectã nõ sentit: producit ex se vernicem quo vtunt̃ scriptores pennarii ad papirũ exasperandã. Medici sandaracã vocant.

¶ Juno vt inqt Ci. de natura deo. aer vt stoici disputant interiectus inter mare ⁊ cœlũ Junonis noĩe consecratus q̃ est soror ⁊ coniunx Jouis q similitudo est ætheris: ⁊ cũ eo summa coniũctio effœminauerũt eũ: Junoniq tribuerũt q nihil est mollius. Sed iunonez a iuuando credo esse nominatam.

¶ Junius mensis a iunone putat̃ dictus quẽ iunonialem ⁊ iunoniũ dicebãt. Sed postea detritis quibusdã litteris ex iunonio iunius est dictus. Sunt qui putãt a Junio Bruto dictũ iuniũ qui primus Romę factus est consul: q hoc mense scz calendis iuniis pulso Tarquinio sacrũ Carneæ deę in cœlio monte voti reus fecerit. Alii a iunioribus deriuant: sicut maiũ a maioribus. Ouid. lib. vi. fas. Sic statuit: mensesq nota secreuit eadẽ. Junius est iuuenũ qui fuit ante senũ.

¶ Junices pe. cor. teneræ ætatis boues vel fœminæ: quę iam cessarũt vitulę esse nec dum tamẽ ad summam magnitudinẽ peruenerũt dictę quasi iuuenicę a iuniore ętate. Persi. tot tibi cũ inflãmas iunicũ omenta liquescant. Nã masculi iuuenici dicũtur.

¶ Jungauni ligures incolę Alpigi oppidi distant a Monœici portu stadiis. cccclxxx.

¶ Juppiter tris. vel teris. scđm Pris. nõ iouis: qui genitiuus a iuppiter sed nõ a iouis. Nã a principio iouis appellatus est a iuuando postea adiũcto altero vocabulo dictus est iuppiter quasi iouis pater: sicut Neptunus pater: Saturnus pater dicere solemus. E cõtrario veteres ve iouem appellarũt deũ cui dẽpta esset iuuandi facultas. Celebrabãt eñ quosdã deos vt prodessent: quosdam ne obessent placabant. Plau. in Cas. Repente vt emoriant̃ humani ioues. Et a iuuando similiter đr. Nã cũ pro igne ponat̃ nulla res sic fouet oĩa quemadmodũ calor. A poetis đr diuũ atq hominũ rex. A maioribus aũt optimus maximus. Et q̃dem ante optimus. i. beneficẽtissimus q̃ maximus qr maius certeq gratius pdesse oĩbus q̃ opes magnas habere. Ci. contra Clodiũ. Quocirca te Capitoline quẽ propter beneficia populus rom. optimũ: propter vim maxime appellauit. Ponitur qñq pro aere. Hor. Manet sub ioue frigido venator tenerę coniugis immemor. Juue. Fremeret sęua cũ grandine vernus iuppiter. Unde ⁊ sub dio dicimus: cũ Δια Jouem vocent grꝗci quẽ oĩa esse voluerũt. Ut Val. Soranus. Juppiter oĩpotens regũ rerũq deũq Progenitor genitrixq deũ deus vnus ⁊ oẽs. Alibi pro anima mundi: Est ⁊ iuppiter nomen stellę.

¶ Jurgo as: quasi iure contra aliquẽ ago: verba contentiosa facio. Teren. in And. Cum dauo egomet vidi iurgantẽ ancillã. Unde ⁊ iurgatio (vt Festus ait) iurisactio. Et differt iurgare a litigare: ⁊ iurgiuz a lite: quoniã iurgiũ leuior res est: siquidẽ inter beniuolos: aut propinquos dissentio vel cõcertatio: iurgiũ đr inter inimicos: dissensio lis appellat̃. Cic. lib. iiii. de re pub. Si iurgant inquit beniuolorũ cõcertatio est: lis inimicorũ nõ iurgiũ đr. Idem. Ergo lex putat inter se vicinos nõ litigare. Est ⁊ iurgor deponens. Hor. in Ser. Jurgatur verbis. Ab his fiũt composita: obiurgo: ⁊ obiurgor: de quibus alibi.

¶ Jurgiũ dissensio. Uide in dictione iurgo.

¶ Jurgiosus a. um. qđ est contẽtiosum seu contumeliosum. Gel. Mulier morosa admodũ iurgiosa.

¶ Juro as. a iure fit. Nã iurare proprie est quempiaz promittere adhibitis etiã testibus ita seruaturũ: ac si ius esset. Huius cõposita sũt Abiuro. Adiuro. Cõiuro: Deiuro: ⁊ Exiuro: qđ est multũ vel valde iuro. Nonius de priscis dictionibus. Exiurare ⁊ Deiurare. id est valde iurare. Plau. in Amph. Exiurasti mihi te dicere per iocũ. Deiero ⁊ peiero: de quibus alibi. Obiuro: Pręiuro ante alios iuro. Eiuro qđ significat id qđ desyderat̃: nõ posse pręstari. Plau. Eiurauit militiam Et hęc per u habent pen. prod.

¶ Juratus participiũ tam actiue q̃ passiue accipit̃. Cic. ad Heren. Ex eo q ait se nõ potuisse adesse ita vt iuratus fuerat. i. vt iurauit. Sic iniuratus qui nõ iurauit. Idem in Uerrem. Malo ei iurato suã q̃ iniurato aliorũ tabellas cõmittere. Passiue protulit. Luc. lib. viii. Mihi per latiũ iurata tonantẽ. Idem libr. v. posuit verbũ in passiua significatione. Et lętę iurant̃ aues bubone sinistro.

¶ Juramentũ est affirmatio vel negatio sacrę rei attestatione firmata.

¶ Ius iuris: quidā a iustitia deducūt: quidā a iussum per apocopen. Nihil eñ aliud est ius ꝙ qđ vel natura vel ciuitas aut populus vel gens vel consuetudo iubet. Et differt a lege: ꝙ ius generale est: lex iuris species. Et ius ad nō scripta etiā pertinet: lex ad ius scriptum. Diuiditur ius in naturale: gentiū: ⁊ ciuile. Naturale qđ est cōmune omni nationi eo ꝙ vbiqꝫ instinctu naturę habetur: nō aliqua constitutione facta ab hoīe sed ab ipso naturæ cōditore: vt maris ⁊ fœminæ coniūctio: liberorū successio in bonis parentū. puerorum educatio. cōmunis oīm possessio: quia iure naturali oīa sunt cōmunia. i. cōmunicāda tpe necessitatis. rei depositę vel cōmodatę restitutio. Violētię per vim repulsio. Quod tibi vis fieri alteri facias ⁊ ecōtrario. Ius gentiū: quo gentes humanę vtuntur qđ a naturali ꝓcedere facile intelligere licuit: quia illud oībus animalibus hoc solis hoībus inter se cōuenit: vt deo religioni: vt patriæ ⁊ parētibus pareamus: vt vim atqꝫ iniuriā ꝓpulsemus. Ius ciuile: cū aliqđ cōmuni iuri vel additur vel detrahit: hoc est cū populus sibi cōstituit quasi propriū eius ciuitatis. hoc aūt scripto cōstat vt sunt leges: plebiscita: senatuscōsulta: principium decreta. Aut sine scripto vt ea q̄ auctoritate prudentiū fiunt. Et hęc ꝓprie est interpretatio iuris ⁊ eorum oīm quę supra diximus. Unde qui hoc profitent: interpretes iuris: ⁊ iuriscōsulti ⁊ iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt iuris antistites nominant. In ciuili iure pretoriū ius continet: qđ pretores supplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerūt ob publicā vtilitatē. Hoc a pretoris honore: honorariū appellat. Est etiā ius singulare qđ contra tenorē rationis ob aliquā vtilitatē auctoritate cōstituentiū introductū est. Ius cōsuetudinis qđ in morem vetustas vulgi approbatione produxit. Ius militare quo soli milites sunt astricti: vt belli inferendi solennitas: fœderis faciendi nexus signo dato egressio in hostes ⁊ pugnę cōmissio. Signo dato receptio. Stipendiorū modus: dignitatū gradus: premiorū honor: prędę diuisio pro personarū qualitatibus. Iuris præcepta tria sunt: honeste viuere: alterū nō lędere: ius suū cuiqꝫ tribuere. In nostra etiā religiōe est ius diuinū in quo diuina oracula cōpræhēdunt: ⁊ ius pontificiū qđ romani pontifices sanxerūt. Aliqñ ius ponitur pro auctoritate siue libertate quadā atqꝫ licentia: Cice. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas. i. sua licentia qꝛ summus erat poeta. Idem. Pro meo iure dico: quasi confidēter. Aliquando pro merito. Quint. Quis eū nō id meruisse: quis nō iure passum affirmet? Aliqñ pro necessitudine: vt est mihi cū illo ius cognationis vel amicitię. Aliquando pro loco in quo ius redditur appellatione collata ab eo qđ fit in id in quo fit quē locū definiūt. Ubicūqꝫ prætor salua maiestate imperii sui saluoqꝫ more maiorum dicere ius constituit. Et ius est liquor eorū quæ coquunt. Teren. in Eun. Harū videre ingluuiē sordes inopiā: ꝙ inhonestę solę sint domi atqꝫ auidę cibi: quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

¶ Iurisdictio. Facultas atqꝫ potestas iurisdicundi. Nā ius dicere est pręesse iuridicūdo ⁊ legibus gubernare: ac iustitiam ministrare. Seruius Sul. Postero die cū ab eo digressus essem eo consilio vt ab athenis in bœotiā irem: reliquāqꝫ iurisdictionē absoluerem.

¶ Iuridicus a. um. pen. cor. qđ secundū ius est. Unde Iuridicus dies quo rite ius dici potest. Et iuridica actio quæ secundū ius est.

¶ Iustitium quasi iuris statio dr̄ iuris dicendi intermissio qđ fieri solet publico luctu in reip. calamitatibus. Liui. Dictator cū iustitiū edidisset oēs iuniores sacramēto adegit. Idem. Iustitiū edicit claudi tabernas tota vrbe iubꝫ: vetat quēqꝫ priuatę qcqꝫ rei agere.

¶ Iusiurandū est affirmatio religiosa: vt inqt Cicero lib. iii. offi. Quod aūt affirmante quasi deo teste promiseris id tenendū est.

¶ Iustus a iure dr̄ ⁊ est is qui iura seruat. Interdum ponitur pro mediocri cū ⁊ ius ipm mediocritas quædam sit. Unde iustam magnitudinē alicuius rei dicimus cū nec debita minor est nec modū excedit. Hinc iusti dies dicebant. xxx. dies cum exercitus esset imperatus ⁊ vexillū in arce positū. Interdū pro magno Unde dicimus iustam rem. hoc est magnā quemadmodum vt bonā partē ⁊ iustam partē: magnā partem. Et bene doctus valde doctus. Ply. Opere iusto temporum nostrorū historiā orsi. Sic iustū prœliū iustū exercitū historici dicūt magnū. Asco. Iustas inimicitias pro magnas apud Cic. exposuit. Interdū pro vero. Unde apud iurisconsultos. Qui filiū adoptat interrogatur an velit eū quem adoptat iustū sibi filiū esse. id ē verū filiū. A iustis fit compositū iniustus: qui contra ius facit: ⁊ qui iustā magnitudinē excedit. Verg. Iniusto sub fasce viam dum carpit.

¶ Iustitia inquit Cic. est habitus animi cōmuni vtilitate seruata suā cuiqꝫ tribuens dignitatē. Differt autem iustitia a iudicio ⁊ ab ęquitate: quia vt docet Hieron. Iustitia actio recta. Iudiciū discretio boni ⁊ mali. Aequitas rectitudo mentis intelligit. Iustitia est in his qui scđm regulā veritatis bene operant: Iudiciū in illis quę recta descriptione cū proximis agimꝰ. Aequitas in eo cū syncęra intentione deo soli in his quę recte gerimus vel iudicamꝰ placere contēdimus.

¶ Iusta sacrificia: q̄ mortuis impendunt: ꝙ iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Salu. in Iug. More regio iusta magnifice fecerant. Ouid. Hanc qꝛ iusta ferūt dixere feralia lucem. Col. lib. vi. Hoc condumēto illectę pecudes fortius iusta cibariorum conficient.

¶ Iuscū siue iusculū. cibariū liquidiꝰ qđ cōstat vitellis ouorū omphatio iure pingui croco ⁊ cynnamo.

¶ Iurulentus a. um. qđ est iuris plenū. Cor. Celsus. Tum res eadem magis alit iurulenta ꝙ assa: magis assa ꝙ frixa. Var. Ubi pultē aut iurulēti quid ponebāt a capiendo catinum nominarūt. Apul. vero in magiæ apol. Iussulentū nō iurulentū formauit sic de Ennio dicens. Ostendit qualiter quisqꝫ pisciū assus aut iussulentus optime sapiat.

¶ Iuuo as. iuui iutū. opem fero. Lactan. lib. v. Si eloquentiā si virtutē ingenii: diuinarūqꝫ rerū doctrina iuuasset. Hinc Iuuencus ⁊ iumentū. Interdū iuuare est delectare. Verg. Iuuat arua videre. Huius compositū est: Adiuuo qđ est iuxta vel valde iuuo. Hiero. Orationū itaqꝫ vestrarum adiutus auxilio. Hinc fit aliud compositū Coadiuuo. Frequentatiuū est iuto. iutas. a quo adiuto. Terent. in And. At te adiutare oportet adolescentuli causam.

¶ Iuuamen. iuuatio: ⁊ iuuamentū. idem significant: scꝫ auxilium.

¶ Iuuencus: ⁊ iuuenca nō tantū de boue: sed de hoīe quoqꝫ iuuene intelligunt. Unde fit per diminutionē Iuuenculꝰ ⁊ iuuēcula. Hor. Te suis matres metuūt

[illegible]

iuuẽcis: Te senes proci miseręq nuper Uirgines nu
ptę. Ouid. Grata iuuenca venit.
¶ Juuenis a iuuando ꝙ ea ætas maxime sit apta ad laborẽ tolerandũ. Et a iureconsultis iuuenes dicunt qui adolescentiũ excesserũt ętatẽ quoad incipiant inter seniores numerari. Hinc formatur comparatiuũ. Junior. Col. tamne dixit Juuentori examini solet accidere.
¶ Juuenile adiectiuum: significat qđ est iuuenis: vt ætas iuuenilis. a quo Juueniliter aduerbium qđ est more iuuenũ. Ci. in Cato. Et Annibalem iuueniliter exultantẽ patientia sua molliebat.
¶ Juuenalis etiã adiectiuũ a iuuene. Ply. Sulpitius galba iuuenalẽ famam apud principẽ popinarũ pęnis aucuparetur: iuuenalẽ appellauit diẽ quasi a iuuenili ętate peculiariter celebrandũ. Sue. de Cali. Adiecit diem saturnalibus appellauitq iuuenalem. Est et Juuenalis nomen propriũ.
¶ Juuenalia: erant ludi qui pro salute iuuenũ celebrabantur Sidonius. Jam vero iuuenalibus peractis quem te prębueris sequẽte in tuo chartis posterioribus loquemur. Erant ꝛ solenne iuuenalia cũ dianę simulachra ꝛ in imagũculę dicabãtur.
¶ Juuentus: ętas iuuenilis: ꝗ ꝛ iuuenilitas ꝛ iuuenta dr: Sal. Ibiq iuuentutẽ suã exercuit. Aliqñ significat multitudinẽ iuuenũ. Ser. Sulpiti⁹. Licitũ est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuẽtute generũ eligere. Aliqñ ponit pro dea ꝗ pręesse putabat huic ętati. Hæc est hebe Junonis filia ꝛ Herculis vxor: quæ etiã Juuẽtas a nõnullis dr: quemadmodũ libertas.
¶ Juuenesco: iuuenis fio. Lactan. lib. vii. Deniq cõfirmatis virib⁹ cœpisset iuuenescere.
¶ Juxta quando pręposito est: semp separat ꝛ significat apud: prope. Uerg. lib. iii. Humilis volat æquora iuxta. Plautus. Juxta te sum: tu pie tuearis oportet Aliquando significat simul coniunctim. Uar. de vi. pa. Cum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanã id est simul cũ ancillis. Quando vero aduerbiũ significat ęquæ similiter eodẽmodo. Plau. dixi tibi mater: iuxta mecũ rẽ tenes. i. ęque mecũ. Sal. in Jug. Hyemem atq ęstatẽ iuxta pati.
¶ Juxtim aduerbiũ significat prope. Sue. in Tibe. Magistratibus pro tribunali cognoscẽtibus plerũq se offerebat consiliariũ: assidebatq iuxtim vel ex aduerso in parte primori.

J ante X

¶ Ixion nomẽ propriũ fratris phlegię. Ixon auis de vulturis genere alba ꝛ minor vulture. Suid. ιξοσ ω. Χρωμται εισ αγευσιμπτομωμ.

De littera K.



Yrieleison. i. dñe miserere sunt duæ dictiones. Nã κυριοσ ω κυριε in vocatiuo. i. o dñe sed per k sonus gręcus est pronũciandus quod per c latini nõ potuerunt: ideo in abecedario k inseruerunt necessitate. altera pars est verbum ελε εω και καρομιζεται ουτωσ μελλωμτε λεησω αορισοσ δε ελεησ α και προσακτικωσ ελησον ελεησατω: sed ne tot vocaliũ fiat collisio: excluditur ε ꝛ per apostrophon dr κυρι et ελεησοσ. et ideo sacerdotes ad missam debent pronũciare per κ gręcũ ꝛ nõ per c latinum: ne maiestati diuinæ derogent: qđ si ante principẽ sæculi facerent: ꝗto infinitius ante deũ: quẽ tangẽtes deberent vsq ad vngues pedũ cõtremiscere.

De littera L.



Abor opera defatigatio. Uergil. Nec me labor iste grauabit. Dicitur etiam Labos: sicut lepos: arbos: honos.
¶ Laboro ras. pe. pro. fatigor: et cum labore ago. Senec. Jugiter fodiẽdo laborat. Unde per translationẽ laborare pro male habere sumitur. propter qđ laborare febre: laborare podagra dicimus. Plyni. Succus eius podagra laborantibus prodest. Aliqñ pro Angi et solicitũ esse. Ci. D. Bruto. Senatũ populũq ro. de te laborare nõ solũ salutis suę causa sed etiam dignitatis tuę. Aliqñ pro conari sicut eius compositũ Elaboro. Aliquando pro cõponere colere. Uerg. Arte laboratę vestes. i. cõpositę. Et laboratus ager dr cultus. Huius verbi cõposita sunt Elaboro qđ significat conor. Cic. Nihil mihi ita elaborandũ est ꝗ vt cõsilia nemo intelligat. Illaboro labore vaco. Unde illaboratũ qđ ita secernitur ab inelaboratũ: ꝙ inelaboratũ dr qđ nõ satis artificio excultũ ẽ. Illaboratũ vero qđ sine labore factũ videt. Illđ vitio dari solet: hoc laudi Quint. de Cic. Cum interim hęc oĩa quæ vix singula quisꝗ intentissima cura consequi posset fluunt illaborata: ꝛ illa qua nihil pulchrius auditu oratio est pręse fert tã fœlicissimã facultatem.
¶ Laboriosus homo dr laboris multũ sustinens. Ci. pro Cælio. Uos laboriosos existimet quibus ociosis nec in cõmuni quidẽ ocio liceat eẽ. Laboriosus ager in quo laborat: ꝙ in eo laborem capiamus necesse est Cęcil. Durum rus fugite laboriosum. Laboriosum opus difficile: ꝛ qđ nõ sine labore perficitur. Hinc laboriosior ssimus. Et aduerbiũ laboriosissime: qđ est cũ maximo labore. Hiero. Sic Plato ęgyptũ laboriosissime peragrauit.
¶ Laboriæ arum. Italię pars illa quę vulgo Terra laboris dr. Et laborinus campus nobilis in campania: in quo adeo pinguis terra est vt stipulam tantę crassitudinis faciat ꝙ ea incolę pro ligno vtant: sic dictus ꝙ ingens labor fit in eo colendo: quippe solum habet arduũ opere difficile cultu bonis suis. Ply. lib. xviii. Quantũ aũt vniuersas terras campus campanus antecedit tantũ ipsum pars eius quæ laborię vocant. Finiuntur laboriæ via ab vtroq latere consulari ꝗ a puteolis ꝛ ꝗ a Cumis capuam ducunt.
¶ Labo as. ruo: ꝛ repente cado. Translatio ab arbore succisa quæ multis ferri ictibus succisa tandẽ incipit in casum ruinamq minitari. Ouid. li. xi. met. Jamq labant cunei spoliataq tegmina cęrę. Uerg. Labat ariete crebro ianua.
¶ Labasco is. labans fio. Ter. in Eu. Labascit vict⁹ vno verbo ꝗ cito. Reperitur ꝛ labascor deponẽs pro primitiuo. Uar. lib. rerũ diu. Postꝗ vidi minima labasci mentẽ infimam populi.
¶ Labor eris. lapsus significat leniter sensimq deorsum eo: ruo: deficio: morior: fallor. Ci. Nõ quasi vnum

ex hac vrbe missum: sed quasi de cœlo delapsum in hãc vrbem intuent. Lactan. lib. vi. Aut hostili aliquo impetu diruunt: aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur: Hiero. Multi propter ignorantiã historię labunt errore. Liui. lib. i. Labente deinde paulatim disciplina. i. deficiente. Labi etiã dicunt ii qui in lubrico figentes vestigia in terrã ruunt. Unde lapsus. Huius composita sunt Allabor: Collabor: Delabor: deorsum labor: Dilabor: Elabor: Illabor introlabor. Col. li. ii. Ne pręcludat humoris illapsus atq; exitus. Interlabor in medio labor. Pręlabor ante labor. Colu. lib. xii. Pręlabẽtis vero tpis fuga q̃ sit irreparabilis quis dubitet? Prolabor: vltra labor. Lact. li. vii. Hinc iã plapsi sunt ad deliramenta. Perlabor per mediũ labor. Relabor rursus labor. Aug. lib. viii con. Nec relabebar tamen in pristina. Sublabor latenter: aut quasi labor. Verg. lib. i. geor. Sic oĩa fatis in peius ruere ac retro sublapsa referri. Et hęc habent pen. prod.

¶ Lapsus us. ruina. Transfertur quoq; ad eos qui nimia infirmitate vel imprudẽtia deliquerunt. Item lapsus serpentiũ progressus dr. Verg. At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt. Et lapsus currus vocatur. Idem. Pedibusq; rotarũ subiicitur lapsus. Lapsus a. um participiũ est.

¶ Lapsio: idem q̃d lapsus pro ruina. Ambro. Hierisco figura istius mundi in quã de paradiso hoc est hierusalem illa cœlesti eiectus adam prolapsione pręuaricationis descendit.

¶ Lapso as. frequẽtatiuũ. Aug. li. iiii. con. Uidisti de longinquo lapsantẽ in lubrico ⁊ in multo fumo scintillantem fidem meam.

¶ Labile: quod facile labitur.

¶ Labes ruina seu dedecus a lapsu. Verg. Hinc mihi prima mali labes. Quãdoq; dr macula quę casu subito lenia inficit. Tractũ ab oleo ve alio liquore q̃ in vestem lapsa eam fœdet. Transfertur in hoĩes vituperatione dignos. Ouid. Lataq; sit vitę labe nouerca tuę. Cic. lib. iii. offi. Hunc tu quas consciẽtię labes in animo censes habuisse? quę vulnera? Huius diminutiuũ est labecula.

¶ Labefacio rumpo destruo. Ter. in adel. Oẽs dentes labefecit mihi: pterea colaphis tuber est totũ caput.

¶ Labefacto as. frequentatiuũ. Col. li. ii. Igitur in opere boues arcte iunctos habere ꝯuenit: quo speciosius ingrediant sublimes ⁊ elatis capitibus ac minus colla eorũ labefactent. Cic. in Cato. Quod si legere vel audire velletis externas maximas resp. ab adolescentibus labefactatas: a senibus sustentatas ⁊ restitutas reperietis.

¶ Labicanũ: dr villa labicana. Sic ager labican9 dr qui est in Italia. Hinc populi labici dicti sunt de quibus Verg. lib. vii. Et picti scuta labici. Liui li. ii. Labicos pedũ vi cepit Glaucus Minois filius labicus dictus est a scuto militari q̃d ostendit in Italia απο τυσ λαβυσ quã latine ansam vocamus ⁊ manubrium. A Suetonio in Cæsare dictũ est absolute in labicano sicuti in formiano in tusculano.

¶ Labia ⁊ labra pro eodẽ accipiunt. Persi. Nec fonte labra prolui caballino. Teren. in Eu. Labiis demissis. Hinc labeones ⁊ labrones qui labra maiora habẽt. Accipiuntur interdũ pro marginib9 ⁊ extremis oris fluminis lacus fortis ⁊ hmõi: quę leni aquæ motu perluuntur. Hinc labra orum vuarũ ⁊ aliarũ rerum extremitates vocamus. Hiero. in exo. Faciesq; illi labrum aureũ per circuitũ. Est ⁊ labrũ seu lab'ũ gñs vasis q̃d vulgo Tinaciolũ dicimus ad lauandũ aptum quasi lauabrũ. Cic Teren. Labrũ si in balneo nõ est: fac vt sit Verg. Sicut aquæ tremulũ labris: vbi lumen ahenis Sole repercussum aut radiantis imagine lunę. Hier. in exod. Facies ⁊ labiũ æneũ cũ basi sua ad lauandum. Hinc labra seu labia vinaria lupinaria ⁊ olearia dicũtur in quibus lupini conduntur: ⁊ in quę vina in lacu: oleum e cortina transferunt. Cato. Oleum in labrum primũ indito. Pręterea labra plagarũ vulnerũ fistularumq; extremitates appellant. A labro in primo significato fit. Sublabro de quo infra.

¶ Labellũ diminut. a labrũ. Ply. Cinerẽq; in labellis aqua addita confricãt manu: ⁊ considere patiũtur.

¶ Labiolũ cũ accentu in antepe. dimi. est a labiũ.

¶ Labeo nomen iurisconsulti a labiorũ magnitudine sic dicti. Quicunq; eñ magna labia habent labeones et labrones cognominantur.

¶ Labrusca gñs vitis agrestis quæ erratica dr q̃ in terrę marginibus ⁊ sepibus nascatur.

¶ Labina pe. pro. lubricũ dr. Hier. ad amicũ ęgrotũ Sicuti aliquẽ securis incessibus gradientẽ repentino casu: aut marmoris leuitas aut labina pauimenti subuersa pedũ tutela contorsit. Est etiã hoc noĩe vicus inter Cremonã ⁊ Veronã duabus cladibus romanorũ notus: qui antea Bebriacus dicebatur.

¶ Labyrinthus per y. ⁊ per th. Nã grece λαβυριυθοσ dicitur locus viarũ ambagibus inflexus. Fuerũt aũt quattuor labyrinthi in quattuor mundi partibus. In ęgypto primũ in heliopoli vnde exemplar sumpsit ei9 quẽ in creta fecit dędalus. Tertius in Lemno Quartus ĩ Italia quẽ sibi extruxit Porsena rex ethrurię sepulchri causa. Famosior Creticus perplexis parietibus: vbi minotaurus inclusus fuit. Fuit structura ꝑ magna sui parte subterranea ambagibus adeo implexa vt nemo qui intrasset posse inde exire diceretur.

¶ Lac succus maternus quo animalia nutriunt: dictum a lactẽdo: q̃ admotis mãmis infantes alliciunt. Verg. Et lac subducit agnis. vel qr γαλακ gręce.

¶ Lactes plurali tantũ numero gñe fœ. scd̃m Probũ. Pris. vero hęc lactis declinat. Titi. In ferentina craticula cerebellũ lactis agnina. Sunt aũt lactes graciliora intestina q̃ tria sunt: tenue ieiunũ pilurus quę inuoluunt mesenterio: vt a spinæ cõtactu duro munitiores magisq; septos reddat. Dictę lactes aut propter mollitiẽ: aut propter candorẽ pinguedinis. Nam a lacte denominant. Probus. Lactes sunt loca in lateribus sub vmbilico pubetenus adeo delicata vt plagã ferre nõ possint. Ply. videtur sentire lactes tantũ in ouibus ⁊ hoĩbus esse. Sic eñ libr. xv. scribit. Ab hoc ventriculo lactes in oue ⁊ hoĩe per quas labitur cib9. Sunt etiã qui dicant esse membranas q̃ ⁊ omenta quibus cohęrent inter se intestina. Et hi moti sunt ꝑpter pinguedinẽ cum omentũ nõ sine pinguedine sit. Ply. lib. xi. Uentriculi atq; intestina pingui atq; tenui omẽto integunt. Quidã pro intestinis pinguibus accipiunt. Unde Persi. Emeris auriculas pulmone ⁊ lactibus vnctis. Plau. in Cur. accepisse videt pro intestinis gracilioribus per quę labitur cibus q̃ cibũ alliciant. Ita tibi indę vacuitate vẽnio laxis lactibus.

¶ Lactidiaci sunt qui circa vmbilicũ calce percussi sunt qr ea pars delicata et mollis est: aut qr intestina circa vmbilicũ esse noscuntur.

¶ Lactarius a. um. quod ex lacte est confectũ: vulgo

lacticiniũ dr: vt opus lactariũ. Quandoq; lactarium dicitur qd ex se lac producit. Ply. Tithymallũ nostri herbã lactariã vocant. alii lactucã caprinã. Var. Dandum bubus lupinũ ⁊ lactariis medica ⁊ cytisum.

¶ Lactarius rii. qui cibos ex lacte conficit. Spartianus in heliogabalo Dulciarios ⁊ lactarios tales habuit vt quęcunq; coqui de diversis eduliis exhibuissent: vel structores vel pomarii illi modo de dulcibus modo de lactariis exhiberent.

¶ Lacteus a. um. qd ex lacte est: quãdoq; candidũ suaue succulentũq; significat: vt colla lactea. Et lacteus qui lacte alitur.

¶ Lacticinia: cibi ex lacte facti.

¶ Lactiphagi quidam scythię populi qui ⁊ Galactophagi dicuntur.

¶ Lacteo es. lac sugo: qd proprie filiorũ est. Hiero. in Deutero. Iuvencm simulac virginẽ lactentẽ cũ hoĩe sene. Hinc Latesco is.

¶ Latescere est in lac converti: seu lacte impleri. Ci. lib. iii. de natura. Ois fere cibus matrũ lactescere incipit. Ply. lib. xi. Asinę pręgnantes cõtinuo lactescũt Verg li. i. Geor: frumẽta lactẽtia dixit. i. lacte plena.

¶ Lacto as. lac pręheo. qd proprie matrum est. Per translationẽ significat aliquem per blandicias allicio atq; decipio. Teren. in and. Nisi me lactasses amantẽ falsa spe producens. Hinc ablacto quod est a lacte removeo.

¶ Lactuca lactis copia dicta est: ꝗ abundãtia lactis exuberet. Ply. lib. xix. Quę miconis vocatur a copia soporiferi: ꝗ̃ꝗ̃ oẽs somnũ parere credant apud antiquos Italię hoc solũ gñs charũ fuit: et ideo lactucę nomen adeptę. Lactucarũ plura sunt genera. Sunt eñ lactucę Cecilię: Cappadoces: thasesiacę: paphia siue cypria: ⁊ sessilis. Lactucarũ crispas cappadocas vocant. Sessiles q̃ late per terrã diffundũtur.

¶ Lactucula q̃uis videat diminutiuũ a lactuca: tamen alia est herba habens lac.

¶ Lactucini: sunt cognomina romanorũ procerũ a lactucis deducta.

¶ Lacio is. lacui ⁊ lexi scdm Pris. lacitũ ⁊ lectũ significat in fraudẽ duco a lax quę fraus dr. Huius cõposita sunt Allicio: delicio: elicio: illicio: oblicio: pellicio: ex quibus fiunt frequẽtatiua allecto: delecto: electo: illecto: oblecto: pellecto. Et primitiua quidẽ habent duo pręterita ⁊ duo supina quemadmodũ lacio: q̃uis nonnulli ab elicio elicui solũ velint formatũ esse. Nam electo as. a supino electũ qd ab elexi format cũ alias a pręterito elicui fiat supinũ elicitũ a quo Elicito tas. Plau. in asi. Ibo aduersum atq; electabo quicq̃d illud sit. Teren. in Phor. Is senẽ per epistolas pellexit modo nõ montẽ auri pollicens. Liui. in laudan̄ta. Te illo asiatico ornatu fluens pellicuit.

¶ Lacer ⁊ lacerus a. um. pe. cor. dilaniatus. Lacer a veteribus dicebat qui auribus curtatus erat: lacerũ quodcũq; corpore imminutũ.

¶ Lacero as. dilanio: sępius vulnero ⁊ quasi per membra discindo. Tractũ a laniis qui discindẽdo corpora dilaniant. Verg. Quid miserũ ęneã laceras. Huius verbi cõposita sunt. Dilacero qd est deorsum lacero. Plau. in cap. Qui me meãq; rem qd in te vno fuit tuis scelestis falsidiciis fallaciis dilacerauisti. Dilacero varie lacero. Lactan. libro. i. In quibus ipse postea dilaceratus ⁊ carptus est.

¶ Lacerna: virilis vestis fimbriata et fere militaris quę grece chlamys noĩatur. dicta ꝗ capitio minor sit a lacerando. Lacerũ eñ dicimus quicq̃d corpore imminutũ est. Hęc vtrinq; indui poterat ⁊ ex vtraq; parte reuici. Iuuc. Crispinus tyrias humero reuocãte lacernas. Erant apud veteres lacernę albę quibus vtebãtur in spectaculis: erãt coccinię erãt militares. Et a lacerna fit lacernatus: sicut a Tunica tunicatus.

¶ Lacęna etiã genus vestimenti.

¶ Lacerta serpentis genus cuius duo sunt genera. Altera est maior: et lacerta viridis dicitur. Altera minor: hanc zygnida quidã: alii calcidem vocant. In vtroq; genere mascul. lacertus dr. dictus ꝗ pedes habeat ad similitudinẽ nostrorũ lacertorũ. Verg. Nunc virides etiã occultant spineta lacertos. Ply. lib. viii. Lacerti arabię cubitales.

¶ Lacertus serpentis genus: de quo modo. Item genus piscis idoneus ad salsamẽta de quo. Mar. Cum saxetani ponitur tibi cauda lacerti. Et in hoĩe brachium dr a cubito ad manus vertebra. Ouid. lib. i. met. Laudat digitosq; manusq; Brachiaq; ⁊ nudos media plus parte lacertos. Et quoniã lacerti musculosi sunt et compacti pulpasq; habẽt duras: ex se lacertus formauit adiectiuũ Lacertosus a. uz. pro toroso robusto ac valido. Col. lib. vii. Fęminibus lacertosis: cruribus cõpactis. i. dura carne ⁊ torosa neruorumq; collecta catenis.

¶ Lacedęmon: cũ diph. in pen. Iouis filius: a quo hęc lacedęmon vel lacedęmonia scdm latinos peloponesi vrbs Menelai regia: cuius ciues lacedęmones ⁊ lacedęmonii dicunt. Vege. lib. iii. Athenienses ⁊ lacedęmones ac macedonas rerum potitos. Vergil lib vii. At nõ sic phrygius penetret lacedęmona pastor. Hęc alio noĩe Sparta dicta est.

¶ Laconia prouincia in peloponeso quę ⁊ Oebalia et lacedęmonia ab aliquibus dr. Hinc lacon mas. gñis ⁊ lacęna fœ. Nec inuenitur Lacęnus pro laconio: habetq; lacęna diph. in pen. Ver. Nec tibi tyndaridis facies inuisa lacęnę. Sta. lib. vi. the. Tandem inspiratus mida de plębe laconũ. Hinc ⁊ Laconicus a. um. vt ager laconicus. Similiter laconius a. um. Vergil. lib. iiii. Virginibus baccata lacęnis. Pausanias autẽ lib. ii. σπαρθη δε θυγατηρ του ευρωτου εθεεν ονομα πολεως πελοποννησου αμηκλας δε ημυιος του λακεδαιμονος γενομενων δε αμυκλα παιδων υακινθον μεν νεωτατον του ειδος καλλισον.

¶ Laconicum substantiuũ ponitur pro loco orbiculari ambitu in se recuruo in balneis in quibus sudor elicitur sicco calore: vt docet Celsus lib. ii. Et Vict. li. v. Pręcipit laconicũ sudationesq; coniungi debere tepidario. Est eñ fornacula ex terra ⁊ tegulis mammatis addito tomento cõcinnata q̃ incluso igne per spiracula parua calefit per pręfurniũ. Hanc sub noĩe hypocausti multi signauere. Nã hypocaustũ vaporariũ interpretamur. Frequentabat laconicũ a crudis vt ꝑ desudationẽ extruderet quicq̃d excrementitii ⁊ sudorifici humoris. Unde Col. in prologo. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianã cruditatẽ laconicis excoq̃mus ⁊ exuto sudore sitim quęrimus. Dictũ laconicũ ꝗ eo lacones peculiariter vterentur.

¶ Lacon onis. pe. pro. qui ex laconia est. Gręce λακων. Quo noĩe etiã significatur celer. Et lacęna fœminini generis.

¶ Laydes penul. communi. philosophus cyreneus qui athenas ꝓfectus nouę academię princeps extitit

Archesilę cuius successor appellatus est Oeconomicus: quia rei familiaris curam magnā habebat.

❡ Lacesso is. lacessiui: ⁊ lacessi per syncopen: ⁊ lacessisse pro lacessiuisse: ⁊ lacesserūt pro lacessiuerūt. Cic. Hos ego sermones qui ⁊ multi sunt ⁊ tuā existimationem vt sentio nō offendūt: lacessiui nunquam. Lact. li. v. Omitto eos qui prioribus eam temporibus nequicquam lacesserunt. Significat aūt Lacessere lacerare siue ad lacerandū ire. Sal. Pridie legiones in monte positas lacessiuit. Generatim tñ prouocare ad quicquam faciendum vel ad iram vel ad certamen significat: vt fit cum quis laceratur pulsat vel tangit: siue impellit scripto voce verbo facto. Cic. Cornifi. Sic igitur facies: me quam amabis ⁊ scripto aliquo lacesses. Ego em̄ respondere facilius possem quam prouocare. Verg. Efficiam post hac ne quemquam voce lacessas. Sal. Postremo dissimulandi causa: ⁊ siue expurgandi sicut iurgio lacessitus foret in senatū venit. Col. li. ii. Nōnunquam stimulo lacessat iuuencū: quē reste tractūcalcitrosum etiā reddit.

❡ Lachanū pe. cor. dictio greca λαχανον: quæ omne genus holeris cōprehendit. Hora. Ad porri ⁊ ciceris refero lachaniquam catinum.

❡ Lachanopoles pe pro. holerū venditor. Lachanopolion: locus vbi venduntur holera.

❡ Laganū vero per g aliud significat. Sunt em̄ lagana vt inquit Acron quædā quasi membranulę ex farina ⁊ aqua quæ iure pingui coctę ⁊ caseo pipere croco cynnamomoque conditę in cibis dantur.

❡ Lachesis pe. cor. vna ex parcis est quę de nobis sortitur. Nā sortiens latine interpretari potest. De hac in dictione Atropos dictū est. Michalus aūt grāmaticus λαχεσις δε λεγεται απο του λαγχανειν φυεσται γαρ ανηρ συν τω κληρω εν χερσιν κραζομενον:

❡ Lacinię sunt in vestimento partes extremę ⁊ cæsuræ particulatim concisę decoris causa vulgo frappæ dicuntur. Unde laciniata vestis: ⁊ aduerbiū Laciniatim quod significat particulatim ⁊ per flexuras. Apule. Nō laciniatim disperso: sed cuneatim stipato cumeatu difficultates illas trās abiremus. Col. lib. viii. Iubet pecus ęgrotum distribui in lacinias. i. in particulas separari vt facilius conualescant. Nam discreta animalia et in partes diuisa in lacinias segregata dicūtur. Item lacinia genus fungorū qui subruti circa castanearum radices erumpunt.

❡ Laciniosus. a. um. accipitur pro flexuoso: sinuosoque. Hiero. ad Theophilū. Laciniosus contra nos sermo protractus est. Ab eodem disputatio laciniosa dr̄ pro tortuosa ⁊ implicata. Ab Apuleio. Conuallis laciniosa. Et Alexandria fuit laciniosa anguloso procursu.

❡ Laciniū: promōtoriū Italię inter Adriaticū ⁊ Ionium a quodā latrone ibi ab Hercule interempto qui lacinius vocabat: quia boues fuerat pręd atus.

❡ Lachryma a gręco quod illi δακρυον vocāt. d in l. mutata: sicut ⁊ l in d. mutatur. vt Medius fidius id est per Iouis filiū: ⁊ meditor pro melitor. Sunt tñ qui negēt hoc nomen gręcū esse sed latinū tantū: vt sint lachrymæ dictæ quasi lacerimę: quoniā ex animi laceratione lachrymę citant. Usus tamen obtinuit: vt cum h. scribatur. Cuius diminutiuū est lachrymula. Teren. in Eun. Una me hercle falsa lachrymula.

❡ Lachrymabile dignū lachrymis: cuius contrarium est Illachrymabile.

❡ Lachrymo. lachrymas effundo: quod ad vites etiam transfertur. Lactan. Caudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Huius cōposita sunt Collachrymo: Teren. in and. Tristis interim nonnunquam collachrymabat. Delachrymo deorsum lachrymo. Col. lib. v. Ut in terram potius deuexa quam in germine delachrymet. Illachrymo: valde lachrymo. Verg. lib. i. geor. Et mœstum illachrymat templis ebur. Superlachrymo. Colu. lib. v. Optimū est igitur medio fere internodio subsidiariū tondere palmitē deuexamque refectionē facere post gemmā ne superlachrymet ⁊ germinantē cęcet oculū. Est ⁊ lachrymor deponens: significationis actiuæ. Hier. Mihi narrare ante præsepiū vbi plurimū lachrimata es nō debueras.

❡ Lacus secundę ⁊ quartę declinationis. locus profundus cū aquis perpetuis ibidem natis qui efficit riuos et flumina. Stagnum temporalē ibi aquā stagnantem habet quæ plærunque hyeme colligi solet: ęstate siccari. Item lacus dr̄ locus qui cōtinet mustū prœlo ex vinaceis expressum ⁊ transmittit vt in dolia condatur. Nā prœlum proprie trabs est qua calcant vuæ. Col. Antequam prœlo vinacea subiiciant de lacu quam recentissimū addito mustū in amphorā nouam: eamque oblinito et impicato diligenter. Ouid in fas. Pręmia de lacubus proxima musta tuis. Ply. Ipse vindemias colligo si tamē colligere est nonnunquam decerpere vuam: torculum inuisere gustare de lacu mustū. Græce λακκος latine lacus Unde Leneus bacchus ⁊ Lenobates vuæ calcator. Item lacus in ædificiis plana trabs vel tabulatū quo tectorū ac camerarū superiora ornantur. Lucil. Resultantque ędesque lacusque. Similiter lacus carcer. Hie. in Gen. Innocens in lacū missus sum. A lacus fit diminutiuū Lacusculus. Col. Oportet habere lacusculos tam multos quam postulabit modus.

❡ Lacuna pe. pro. a lacu fit ⁊ est aquę collectio quā alii lamā: alii lustrā nomināt. Verg. lib. i. geor. Pręsertim incertis si mensibus amnis abundans. Exit ⁊ obducto late tenet oīa limo. Unde cauæ tępido sudant humore lacunę. Ubi Ser. Lacunę sunt fossę in quib⁹ collecta aqua stare consueuit. Lacuna etiā dr̄ fossa ad siccandos agros parata. Idem. Et totę solidā in glaciē vertere lacunę. Item vallecula superioris labri per similitudinē lacuna vocatur a Lactantio. Huius diminutiuū est Lacunula

❡ Lacunar pe. prod. diminutiuū a lacus ⁊ accipit pro trabe. Sue. in Nero. Lacunaria quę noctu super dormientē laxata machina deciderent parauit. Hoc etiā laquear ⁊ laquearū per antistichon. Verg. Dependēt lychni laquearibus aureis.

❡ Ladon fluuius arcadię: de quo Ouid. lib. i. me. Donec arenosi placidū ladonis ad amnem venerat. Aphthonius i rhetoricis δαφνην δη θυγατερα φησι του λαδωνος ποταμου και καλλισην οτι.

❡ Ladanū est quoddā pingue ladę herbę insidēs. Hęc autē herba nascitur in cypro.

❡ Lædo lædis lęsi lęsum cum æ diphthon. significat cōtumelia afficio. sumptum a gręcis qui lœdoriam contumeliā vocant sed per œ. Transfertur tamen ad omne genus offensionis. Et construitur modo cum accusatiuo. Vergilius. Ah te ne frigora lędant. Modo cū datiuo. Teren. Ille clęmens placidus nulli lædere. arridere omnibus. Huius composita sunt Allido Collido. Elido. Illido. Oblido: quę habent penult. prod. de quibus locis suis.

❡ Laertes nomen patris Ulyssis. Sed tamē laertius nō autem laertes æ. possem multos auctores citare.

sed sufficiat Sophocles in tragœdia illa quę mastiga phoros inscribit̃ αει μεμ ω παι λαερτι ου δε δορκασε πειραμ τιν εχθρωμ αρπασ αιθηρωμενομ.

¶ Laerte es. nomen vrbis Ciliciæ.

¶ Laertius nomen historici qui de philosophorũ vita scripsit.

¶ Lęmargia cũ accentu in pe. a nostris ingluuies dr̃. Læmargus gulosus.

¶ Lęna vestis lanea: vt Varro ait habitus duplicis ⁊ auguralis amictus quę super cętera vestimenta imponebatur. Nonius docet esse vestem militarẽ. Vergil. Tyrioq; ardebat murice lęna. Gręci chlęnam dicunt vbi ch. abiicitur.

¶ Lætus homo qui hylaritatẽ quã intus habet etiã vultu ostendit a latitudine mentis: vt quidã putant. Nam qui gaudiũ aspectu promunt dilatare quodãmodo faciem vident̃. Verg. Imperio læti parent. Lętas oues dicimus quę bona sunt corporis habitudine atq; pinguedine. Inanimata vero lęta dicunt̃ quę aspectu hoĩes lętificãt vel quę pinguia sunt. Verg. Quid faciat lętas segetes: Et lętum legumen. i. fertile. Idẽ Unde prius lętũ siliqua quassante legumen. Læta vero prata: lęta domus quę lętos nos faciunt.

¶ Letum sine diphth. significat mortem

¶ Lętor: gaudeo delectationẽ capio: sed extrinsecus cum gaudere sit intrinsecus: q̃uis sępe confundant̃. Teren. in heau. Ego nõ tam meaptę causa lętor q̃ illius quã ego scio honore quouis dignã. Construitur modo cũ ablũ modo cũ gtõ. Verg. lib. xi. Nec veterũ memini. lętorve malorũ. Modo cũ datiuo: vt mihi gaudeo: tibi lętor. Modo absolute. Amb. Fides dominica lętabatur. Hinc fit compositũ Colletor simul lętor.

¶ Lęto as. lętum facio. Actius Et te vt triplici lætarem bono. Est ⁊ leto as. sine æ in alio significato.

¶ Lętifico as lętum facio. Plaut. Ita meum cor hęc anus letificauit modo.

¶ Lętisco is. lętus fio. Sisen. li. iiii. Utrum ne dii cultu erga se mortaliũ lętificant: an supernę gentes humana negligant.

¶ Lętitia est exultatio animi gaudio efferuentiore propter euentũ rerum expetitarũ. Ci. Lętitia opinio recens boni pręsentis in quo efferri rectũ videatur.

¶ Lętitudo idem qḋ lętitia. Actius. Quanta in venãdo effectus est lętitudine.

¶ Lętabilis: idem qḋ lętus a quo Illętabilis non lętus tristis.

¶ Lętamen: fimus qui per agros iacitur: q; lętas. id ẽ pingues segetes faciat.

¶ Leuis ⁊ hoc leue cũ diph. significat qḋ tactu asperũ nõ est idq; auctores dicunt inoffensum lubricũ ⁊ tenerum: vt sunt oua volucrũ. Persius. Trosulus exultat tibi per subsellia lęuis. Hier. in gen. Nosti q; esau homo pilosus sit ⁊ ego lęuis. Leuis sine diphth. aliud significat.

¶ Lęuitas est asperitati contraria. Martianus. Lunarem circulũ ingressa virgo conspicatur globosum quidem tenerumq; corpus e superni erroris lęuitate compactũ instar speculi pœnitentis. Apul. de Socratis demonio lęuiorem siue lęuitatẽ cum dixisset adiecit lubricam.

¶ Lęuor idem quod lęuitas: hoc est complanatio ⁊ teritudo. Ply. Spectãtur in chartis tenuitas densitas candor lęuor.

¶ Lęuigo as. pe. cor. complano polio quasi lęue ago. Ply. Sunt quidẽ in eo genere molliores qui ⁊ cote lęuigantur. Idem lib. xiii. Scabricia charta lęuigatur dente.

¶ Lęuo as. idem qḋ lęuigo. Sta. lib. i. the. Pars tereteᵹ lęuare manu ac disponere mensas.

¶ Lagari versus dicunt̃ qui medio claudicant pede sicut Myuri qui postremo ⁊ acephali qui a breui syllaba incipiunt.

¶ Lageos vua quę ⁊ leporaria dr̃. Vergil. lib. ii. geor. Et passo psytia vtilior tenuisq; lageos.

¶ Lagois. pen. pro. genus auis quę leporinas habet carnes. Nam λαγωσ apud gręcos lepus est. Est ⁊ genus piscis. Hor. in Ser. Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

¶ Lagotrophia leporaria loca in quibᵘˢ lepores aluntur: vt est apud Colu.

¶ Lagœna cũ œ. dipht. genus vasis testacei nõ tam ad aquã q̃ ad vinũ ⁊ alios vsus accõmodatũ. Hier. in lib. Reg. Alius portans lagœnã vini. Col. Ois spurcitia cũ spumis eximatur q̃ decocta cũ iam crassa fuerit q̃ defrutũ refrigeret̃: ⁊ bene picatis lagœnis condatur. Et lib. Iudi. Cœperũt buccinis clangere ⁊ cõplodere inter se lagœnas. Fiebant lagœnę opere figulino: vt ostendit Esaias cũ ait. Et comminuuntur sicut conteritur lagœna figuli cõtritione peruualida: ⁊ inuenietur de fragmentis. Ut ista in qua portetur igniculus de incendio: aut hauriant̃ parũ aquæ de fouea.

¶ Laguncula diminutiuũ parua lagœna. Hieron. in Esaia. Decem iugera vinearũ facient lagunculã vnã quia triginta modii sementis facient modios tres.

¶ Lagophthalmos dr̃ in oculis cũ superior palpebra nõ descendit. Cui vitio contrariũ est. Ectropiũ cũ inferior palpebra parum sursum attollitur: nec cum superiore committitur. Dictũ a leporibus qui apertis oculis dormire consueuerunt.

¶ Laganomponos florũ dolor qui sane alius est qui laterũ: hoc est pleuritis. Illa eñ gręci vocant λαγωνασ et κενεωνασ.

¶ Lais idis. nomen propriũ famosissimę meretricis: quæ a scriptoribus Corinthia dicta est quia corinthi habitauit. Ad quã propter pulchritudinẽ ditiores homines ex omni gręcia conueniebãt: nec quispiam admittebat̃ nisi qui dabat qḋ poposcerat. Ouid. Multa lais amata viris.

¶ Laicus a. um. pe. cor. qḋ cõmune est ⁊ nõ sanctum. Hiero. lib. i. Reg. Nõ habeo laicos panes ad manum sed tantũ panem sanctum.

¶ Lallare quidam dicunt esse more infantiũ blandius culis vocibus loqui. Alii Lallare proprie dicunt̃ infantes qui irati matrũ mammas sugere renuunt.

¶ Lamę rupium fracturę.

¶ Latmius: mons Ionię notus fama Endymionis a quo ⁊ ipse Endymion latmius est dictus. Ouid. lib. iii. de arte. Latmius endymiõ nõ est tibi luna rubori.

¶ Lamię: mulieres quę strigum instar infantium sanguinẽ sugunt: siue ipsę striges. Horatius. Neu pransę lamię puerum viuum extrahat aluo. Appuleus lib. primo de asi. At ille colore spurcissimi humoris percussus quo me lamię illę infecerant aspernatur. Item lamię dicebantur nobili familia ortę. Erat eñ Romę quędã familia nobilis ęliorũ a Lamo. Auriphatis patre et Lestrigonum rege qui formiis regnauit ortum habens: a quo Lamiacus a. um. vt bellum lamiacum vt apud Hierony. lib. contra Iouĩ. Unde ⁊ lamię co-

gnomen nobilibus inditū est: qđ vulgo lamiū genus vocabatur. Hor. Heli vetusto nobilis ab lamo. Juu. Hoc nocuit lamiarum cęde madenti. Lamia etiā insignis meretricis nomē fuit. Et lamia animal est faciē prętendens muliebrē: ab inferiori parte pedes equinos. Unde apud Hiero. prophetā. Sed & lamię nudauerunt mammas: lactauerūt catulos suos. Et in Esaia. Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem.

¶ Lamina pe. cor. Uide in dictione Bractea.

¶ Lambrus: fluuius in Cisalpina Gallia: quem Padus defert in mare adriaticū: vt ait Ply. A quo lambrani dicti sunt eius accolę. Sue. in Cesa. Per lambranos & transpadanos duxit.

¶ Lambo is. lambi itum. scđm. Prisc. Lucil. lib. xiiii. Jocundasq; puer qui lamberat ore placentas. Hiero. pręteritū lambui posuit lib. Judicū. In trecentis viris qui lambuerūt aqua liberabo vos. Est aūt lambere lingere: hoc est lingua aliquid suauiter tangere sicut canes bibentes. Hier. ad Julianū. Diuitem purpuratum gehennę flamma suscepit: lazarus pauper et plenus vlceribus cuius carnes putridas lambebant canes. i. lingebāt. Idē lib. Judi. Qui manu & lingua lambuerint aquas sicut solent canes lambere separabis eos seorsum. i. bibere. Uerg. pro tangere posuit libro. iii. ęn. Attollitq; globos flammarū & sydera lambit. Interdū sumitur pro leuiter fluere. Hor. li. i. car. Uel quę loca fabulosus lambit idaspes.

¶ Lamentor voce querula tristiq; oratione damnum ac dolorē testor. Teren. in and. Quę tum mihi lamentari pręter cęteras visa est. Idem in Phor. Modo vidi quandā virginē huic vicinię miserā suā matrē lamētari mortuā. Ci lib. tuscu. pro lamentatione dignū aliquid monstrare posuit cū inquit. Nā hęc quidem vita mors est quā lamētari possem si liberet. Est & lamentatas. Hier. in Esdra. Et qui pręsidebāt cū vxoribus lamentabant eū. Hinc lamentatio quę est vt Ci. li. iiii. tuscul. docet ęgritudo cū heiulatu.

¶ Lamentabile qđ est dignū multa lamētatione. Uergil. Troianas vt opes & lamentabile regnū.

¶ Lampas gręca dictio est cuius accusatiuū protulit Vergil. Princeps ardentē coniecit lampada turnus. Ab hoc accusatiuo formatˀ nominatiuus lampada padę. Hier. in Ezech. Quasi aspectus lampadarū. Est autē lampas ignis aut solis splēdor a λαμπω splendeo. Frequenter tamen sumitur pro instrumento in quo ignis in oleo lucet.

¶ Lampsacus pe. cor. nomen vrbis in littore hellesponti in ora asiatica. Hinc Lampsacenus a. um. Unde Caron historicus & Adimanthus & anaximenes & metrodorus Epicurii sodalis lampsaceni fuere. Ipsum etiā Epicurū lampsacenū dicūt diu lampsaci versatū.

¶ Lana quę de ouibus decidiˀ: dicitur & lanitiū vt inquit Ser. sicut fuga & effugiū. Uerg. lib. iii. ge. Si tibi lanitiū curę primū aspera sylua. Hinc laneus a. um. qđ ex lana est: vt pannus laneus.

¶ Lanarius qui lanā curat. Plau. in aul. Stat fullo: phrygio: aurifex: lanarius.

¶ Lanificus: qui lanę artem exercet: & lanificiū: lanę opificium.

¶ Lanaris & hoc lanare: qđ habet lanam. Uar. lib. ii. de re rust. Nos qui pecus pascimus lanare.

¶ Lano as. intus lanam pono: seu lanā habeo. Unde Lanatus a. um. Col. lib vii. Cannabinisq; finibus cornua iuuencorū ligato sed laquet quibus copulantur lanatis pellibus inuoluti sint ne tenera fronte sub cornua lędanˀ. Idem li. viii. Ideo nisi lanatas oues emi nō oportet. Et lanatus dictus fuit Capitolinus magister equitū. Similiter lanatę vuę Aminęę dictę sunt qđ canescunt lanugine.

¶ Lanetū vestimenti genus ex lana succida confectū

¶ Lanugo pe. pro. tenera pilatio a lanę similitudine qualis in adolescentiū genis & in pomis quibusdā cernitur. Col. lib. iiii. Lanatā quoq; amineā quidā maxime probant quę hoc vocabulū nō ideo vsurpat qđ sola ex oibus amineis verū qđ pręcipue canescit lanugine.

¶ Lanoculus: qui lana tegit oculi vitiū.

¶ Lanius seu lanio: qui carnes in carnario vendit populo a laniandis pecoribus qđ eas concidat lanietq;. Plau. in cap. Dii immortales vt ego collos pertruncabo tergoribus: quanta pernis pestis veniet: quāta labes larido: quanta sumini absumēdo: quāta callo calamitas: quāta laniis lassitudo: quāta porcinariis.

¶ Laniū carnariū: hoc est locus vbi carnes venduntˀ

¶ Laniena: officina in qua fiunt ac venduntˀ carnes: et vulgo macellū dr. Plau. Per myropolia & lanienas circumq; argentarias rogitando sum raucus factus. Accipitur etiam laniena pro ipsa laceratione a laniando.

¶ Lanionius a. um. quod ad lanium spectat. Unde lanionię mensę: in quibus scinditur caro. Sue. in Clau Carnificem statim acciri cum machęra mensaq; laniōnia flagitauit.

¶ Lanio as. scindo. Uerg. lib. iii. Ge. Ipsiq; suos iam morte sub ęgra Discissos nudis laniabāt dētibus artus. Per translationē sumiˀ pro infamo. Hier. in prologo Esdrę. Quid interpretē laniant. Huius compositū est Dilanio pro discindo.

¶ Lanistę dicti sunt qui laniandis pręsunt gladiatoribus. Hi familias domi ad gladiaturā exercendā habebant instituere & mox parare: vendere solebant muneraríis. Iuue. Hic plaudat nitidi preconis filius inter pinnirapi cultos iuuenes iuuenesq; lanistę. Hinc lanistę auiū dicti sunt a Colu. qui aues certaminibus pręparabant.

¶ Lancea a latitudine ferri dicta est: vel quia grece dicitur κλογχιτισ λοχισ teli gn̄s longissimū Hispanica dictio nō latina: vt Gel. testaˀ. Hāc olim luculli luculleam appellarunt. Huius diminutiuum est lanceola cum accentu in antepe. Hiero. lib. iii. Reg. Prophetę lucorū incidebant se lanceolis donec sanguine perfunderentur.

¶ Lanceatus a. um. qđ est lancea armatū. Hier. li. ii. Reg. Si quis tangere eas voluerit armabitur ferro & ligno lanceato. Lanceati etiā dicunˀ qui ictu lanceę necantur. Jul. Firmicus. Quicūq; habuerint horoscopū in. xxi. parte tauri lanceati moriātur.

¶ Lancearius qui lanceā gerit grece lonchophorus.

¶ Lancino as. pe. cor. ferio lacero. Ply. Est & volucra canibus peculiare malū aures maxime lancinans quę defendi nō queunt.

¶ Lances: vasa lata & rotūda minus excauata qđ patinę & rebus diuinis apta: vt docet Auso. illo versu. Turibula & paterę quę tertia vasa deū lanx. Juu. sumpsit pro vase escario in quo caro tam tosta qđ elixa condiˀ: mensęq; infertur. Aspice qđ magno distendat pectore lancē. Hor. in Ser. Iligna nutritus glande rotūdas curuat aper lances. Et lāces stateras dici nemo ignorat. Unde bilances dictę sunt q̄ duas lances habent.

¶ Languor ꝓprie est defectio viriū ⁊ succi naturalis. Hinc languere dicunt̄ herbe que incipiunt arescere: Sed ad animū qnoqꝫ trāsfert̄ ⁊ pro debilitate: defectu corpore: inertiaqꝫ vsurpari solet. Cic. lib. i. offi. Nihil autem magis cauendū est senectuti ꝙ̄ ne languori se desidieqꝫ dedat. Plau. in asi. pro lassitudine posuit cū ait. Ubi sepe ad languorē tua duritia dederis octo validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.

¶ Langueo es. gui. deficio. infirmus sum: dissoluor. Hier. Animaduertimus pariter oīa verba illius aīe languentis esse medicinā. Uerg. li. ix. Purpureus veluti cū flos succisus aratro Languescit moriens. Interdū languere est timidū esse. Sal. Quanto vos attentius ea agetis: tanto illis infirmior erit animus. Si paulū modo vos languere viderint: iam oēs feroces aderūt. Interdū ociosum esse. Idem. Seqꝫ si pauci adiuuarent: languētibus aliis in curiā impetū facturū. Huius verbi composita sunt Elangueo a quo Elanguesco: qđ est valde infirmus fio. Gel. lib. ii. Negociis se plerunqꝫ vmbraticis ⁊ variis questibus intentos habent in quibus oīs eorū vigor animi corporisqꝫ elanguescit: ⁊ qđ Sallustius ait effeminat̄. Relangueo a quo Relanguesco rursus ad valitudinē redeo. Ouid. lib. vi. met. Imposito fratri moribunda relanguit ore. Claud. lib. i. relanguere pro remissum esse posuit. Uix ille pepercit: erubuitqꝫ preces animusqꝫ relanguit atrox.

¶ Languesco inualidus tepidus seu ociosus fio. Cic. in Cato. Orator metuo ne languescat senectute.

¶ Languidus a. um. qđ languet. Ouid. lib. v. fas. Uiolas arere videres: filaqꝫ purpurei lāguida facta croci.

¶ Laodicea vrbs celeberrima in asia lyco flumini iposita. Primo diospolis appellata. dein Rhos. postea Laodicea a Lyco flumine. Hanc vrbem loci virtus ⁊ ciues quidā fortunati valde magnificarūt. Primum Hier. qui hereditatē populo diuisit supra duo milia talentorū: ⁊ multis donis ciuitatē exornauit: postea Zeno orator ⁊ Polemo eius filius qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio postea ab Augusto ad regie dignitatis fastigiū euectus est.

¶ Laodomia cū accentu in pe. nomen propriū Acasti filie ⁊ vxoris protesilai de qua Hier. Laodomia quoqꝫ poetarū ore cantatur: occiso apud troiā protesilao noluisse supuiuere. Fuit ⁊ alia laodomia Bellerophōtis filia mater Sarpedonis.

¶ Laomedon pe. cor. nomen propriū patris Priami troie regis a quo patronymicū formatur laomedontiades vbi additur a. vt in multis aliis sicut Anchisiades Telamoniades. Aliquādo subtrahitur syllaba vt Athemides pro Athemonides. Deucalides pro Deucalionides. A laomedon fit possessiuū Laomedonteus. tea. teum:

¶ Lapathos pe. cor. seu lapathiū. herba est. Col. Rubrica iam lapathos: iam rami sponte virescūt. Plyn. lib. xx. Nec lapathiū dissimiles effectus habet. Suid. λαπαθον ορυγμα εισ θηριον εμελλεν και λαχανον κεροτικον κασρος.

¶ Lapathes pe. cor. genus holeris a lapathio dictū forte idem qđ lapathos. Seren. Sepe chelidoniā cū succo lapathis addes. Hec ⁊ lapa dr cuius tria sunt genera. Nam quedā dicitur Canaria que est exigua canibus adherens. Altera maior aliquāto est: et philantropos appellatur: ꝙ vestibus hoim adherens eos amare videatur. Eadem vocatur aparine. Tertia appellatur personata ⁊ maxima est: nasciturqꝫ iuxta riuos ⁊ flumina. Greci eā αρτιον vocant: folia habet ampliora cucurbitis ⁊ ꝓpter foliorū amplitudinē ea vtebantur veteres ad personatus faciendos.

¶ Lapa lape. Uide in dictione lapathes.

¶ Lapithe pe. pro. populi fuerūt quorū rex fuit. Perithous. Hi pindū ⁊ othrin thessalie montes habitarunt. Uerg. Frena pelethronii lapithe gyrosqꝫ dedere. A grecis scribit̄ λαπιθαι. Ideo lapithe nō laphite dici debent. Uerg. lib. ii. ge. Et magno Ileum laphitis cratere minantem.

¶ Lapithos vrbs in Cypro insula.

¶ Lapis proprie est quem greci λιθον vocāt ⁊ mitior minorqꝫ ac tenacior est: saxum maius aspertius duriusqꝫ. Unde gemme lapides nō saxa dicunt̄. Ply. Nusqꝫ hic vtilior ꝙ̄ in Italia gignitur lapisqꝫ nō saxum est. Idem. Est ⁊ viridis lapis vehementer igni resistens sed nusqꝫ copiosus: ⁊ vbi inuenitur lapis nō saxum est. Et quoniā apud veteres lapidibus milliaria signabātur: ponitur qnqꝫ lapis pro milliario. Unde legimus ad tertiū: ad quartū lapidem. A lapis fit lapideus ea. um. qđ ex lapidis materia constat. Lapidosus a. um. qđ lapidibus abundat.

¶ Lapidarius a. um. qđ ad lapides pertinet. Plau. in cap. Tindarus in latomias lapidarias ab Egione damnatur.

¶ Lapillus diminutiuū paruus lapis. Et lapilli lapides preciosi: vt sunt gemme margarite. Curtius. Lapilli auribus pendent. Hor. Nec magis huic inter niueos viridesqꝫ lapillos.

¶ Lapidicida pe. pro. dicitur is qui lapides cedit.

¶ Lapidicina pe. pro. locus vbi lapides exciduntur latomie a grecis dicte. Unde ⁊ carcerē latomias vocamus: siue ꝙ damnati ad lapides excidendos mittebantur: siue ꝙ sinuessant campanie populi latomias habebant instar carceris excauatas: ex quibus excisi lapides fuerant ad vrbem extruendā: hisqꝫ pro carcere vtebantur.

¶ Lapido as. penu. cor. lapidibus cedo. Unde scribit Macro. lapidatū a populo romano fuisse Uatinium: significare volens lapidibus iactis fuisse impetitum. Transfertur etiā ad inanimata ⁊ significat percutio pulsoqꝫ etiā sine lapidibus. Macro. Notātes eius impotentia ac dicacitate lapidarā. Huius cōposita sunt Delapido quod est lapidibus sterno. Unde delapidata loca que lapidibus strata sunt. Dilapido disperdo consumo. Cic. Octauio. Publicā dilapidabat pecuniam: erarium exhauriebat.

¶ Lapio is. iui. itum. durum efficio ⁊ quasi in lapidem conuerto. Pacuuius. Lapit cor cura erumna corpus conficit.

¶ Lapidescere apud Plyniū legitur pro in lapidem conuerti: qđ vel a lapido vel lapio fit.

¶ Lapsana pe. cor. holus syluestre triū foliorū. Unde apud Ply. lib. xix. scribitur milites cesari exprobrasse ꝙ lapsana vixissent apud Dyrrachiū. Quidam accipiunt lapsanā pro brassica syluestri. Est enim brassica alio noīe Caulis.

¶ Laqueus: vinculum. Unde dicimus laqueo vitam finiuit.

¶ Laqueatus a. um. quod est laqueis irretitum. Col. libro. vii. Ceterum corpus laqueatum et distentum temonibus obligatur immotumqꝫ medentis arbitrio est expositum. Et laqueatum dicitur conuexum. An-

de laqueata tecta. Ci. lib. i. legũ. Magnificas villas: et pauimenta marmorea: ꝛ laqueata tecta contẽno.

¶ Laqueare ꝛ per apocopen laquear: ꝛ laqueariũ dr camera. hoc est pars superior cubiculi et cœnationis parum conuexa q varijs adornari solet coloribus. Quidam etiã laquearia accipiũt pro trabibus planis: quę et lacus ꝛ lacunar dicuntur.

¶ Lar nympha fuit quę Junoni furta Jouis cũ Juturna patefecit: quã Mercurius cõpressit: ꝛ inde geminos sustulit qui a Matre Lares appellati sũt. Sũt qui credant lares geniosq eosdẽ esse existimãtes vnicuiq deos esse: alterũ bonũ: alterũ malũ: vt christiani etiã duos angelos bonũ malũq a deo in custodiã datos dicunt: sed nõ natos nobiscũ: vt illi de genio siue lare dicunt. Colebantur domi: focusq illis sacer erat. Unde vulgus focũ. focularе appellat quasi laris focũ. Hi putati sunt dii domestici qui ad vrbis cõmoda vigilare dicuntur inter compita. Ouid. in fas. Lucifero subeunte lares delubra tulerunt. Ab aliquibus dii Agrorũ vocati sunt. Tibul. Uos quoq fœlices quondam nunc pauperis agri Custodes fertis munera vestra lares. Quoniã aũt lares siue penates etiã priuatorũ domib⁹ pręesse credebãt: factũ est vt vtrũq vocabulũ pro ipsis domibus vsurpetur. Mar. O mihi curarum pretiũ nõ vile mearũ Flacce ãtenorei spes ꝛ alumne laris. Hor. Qui patriũ mimę donat fundumq larremq.

¶ Larariũ sacrariũ: domesticũ in quo lares ꝛ dii peculiares adorabant. Scribit Lampridius Alexandrum seuerũ in larario rem diuinã matutinis horis factitasse ad effigies deorũ in quibus habebat Habraamum ꝛ Christũ in secundo larario simulacrũ habuit Uergilii ꝛ Ciceronis.

¶ Laranda ciuitas lychaonię. Unde Ptolemęus. Municipiũ larandaꝫ in lychaonię parte antiochiana dicta collocat.

¶ Lardum dictũ quasi late aridũ. Unde ꝛ laridũ electum est. Ouidi. lib. vi. fas. Pinguia cur illis gustant larda calendis. Est aũt Lardũ caro suilla quoquomodo salita. Unde Plyn. dixit lardũ pingue hoc vnctum quasi ꝛ macrum dici posse.

¶ Larius lacus comensis ab Addua fluuio qui in illũ cadit augetur: qui fluuius postea in padũ nõ longe a Cremona influit. Dictus Larius a fulicarũ multitudine. Gręci eñ λαρος fulicã vocãt auis est nigra aquatica. Hinc fit Larius a. um. Catul. Veronã veniat nomen relinquens comi mœnia lariumq littus: qd tamẽ negat. Suidas ait enim λαρος κεκημως επιτωμ αρπακτικωμ και κλεπτωμ επει και ολαρος ορμεομ εσιμ αρπακτικομ και αλληφαγομ.

¶ Larodii populi fuerunt in scythia asię: vt libro. iiii. scribit Herod.

¶ Larix arboris genus. Luc. li. ix. Et larices fumoq grauem serpentibus vrunt.

¶ Largus a. um. qd nõ est strictum. Et largus dr qui largitur. Ci. lib. ii. offi. Omnino sunt duo genera largorũ: quorũ alteri prodigi: alteri liberales. Hinc large aduerbiũ liberaliter abundanter. Hor. lib. car. Ligna super foco large reponens. Dr largiter ꝙuis nõ ita in vsu sit.

¶ Largior ꝓfuse dono. Cui⁹ ꝯposita sunt. Dilargior varie largior. Sal. li. i. hist. Igr venditis ꝓscriptorũ bonis aut dilargitis. Elargior valde largior.

¶ Largitas ꝛ largitio inter se differũt: ꝙ largitas: vt Agreti⁹ auctor est humanitatis: sed largitio ambitionis. Est enim largitas rationabilis ꝛ distinctus liberalitatis effectus: largitio expensa quę fit ad aucupãdum fauorem in petitione magistratuum. Ponitur tamen qñq largitas pro largitione. Terẽ. in adel. Quę istęc subito est largitas.

¶ Larisa nomẽ est multarũ ciuitatũ. Una est in plaga thessalica: a qua Achilles larisęus dict⁹ est. Alia pensilis in creta. Alia in peloponneso arx argiuorũ. Alia in agro attico. Ad Tralles etiam asię est Larisa: vt Stra. scribit a qua Larisęus Jupiter dictus est. Larisa quoq in italia quam vt Diod. lib. i. scribit pelasgi condidere.

¶ Larus auis parua ꝛ nigra hitans iuxta aquas: ꝛ tã in aqua ꝙ in terra degit. Uide in larius.

¶ Laruę dici putantur a lare. hoc est malo genio quę sunt noxię iferorũ vmbrę. Uñ laruati dicũtur furiosi ꝛ mẽte moti quasi a laruis exterriti quales sunt quos vulgo dęmoniacos appellãt. Plau. Laruatus ędepol hoiem miserũ medicũ q̃ritat. Hi etiã Ceriti dñr a Cerere: q̃si cereris ira aio vexati. Plau. certe laruat⁹ aut ceritus. Larua etiã ꝑsona dicitur ꝛ laruatũ ꝑsonatũ. Hor. in Ser. Nil illi larua aut tragicis opus esse cothurnis.

¶ Lasanũ pe. cor. vasculũ ad euacuãdũ ventrẽ. Hor. Te pueri lasanum portantes œnophorũq.

¶ Lasciuus pe. ꝓ. est tum in vita: tũ in sermone molliscul⁹ ac plus teneri ꝙ robusti ac virilis hñs. Virg. Malo me galathea petit lasciua puella. Lasciuia mollicies petulantia nequitia.

¶ Lasciuio is. significat quod vernacula lingua dicimus smorbezare. Col. li. vii. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratę lasciuiunt.

¶ Laserpitium virgultũ herbidũ qd gręci Silpiõ appellãt: ex cuius culmo exudat succus rosidus quẽ vocant laser: magnificũ in medicamentis: ꝛ in Cyrenaica ꝓuincia laudatissimũ. Hinc a Catullo dictũ laserpiciferis iacet cyrenis. Caulẽ laserpitii magudarim vocant qd tenerius est: ꝛ minus vehemens. A laserpitio Cato formauit laserpinatus a. um.

¶ Lassus ꝑ duplex ss dicitur tã aio ꝙ corpore fatigatus. i. labore affect⁹: nomẽ est: nõ participiũ. Hic lassitudo ꝓ molestia quã ex labore suscipim⁹. Sal. Nõ famem aut sitim neq frigus: neq lassitudinẽ operiri.

¶ Lasso lassas fatigo: a quo lassatus. Juue. Et lassata viris nõdũ satiata recessit. Huius ꝯpositũ est Delasso vehementer lasso. Plau. in asi. Eum etiam hoiem in senatu dare operam aut clientibus ibi labore delassatũ noctem totam stertere.

¶ Lasseo es. lassa sum. a quo Lassesco is. lassus fio.

¶ Lateo es. latui. in occulto sũ. Et cõstruitur cũ actõ Vir. Nec latuere doli fratrẽ iunonis ꝛ irę. Quandoq cum dtõ. Luc. Tu mihi causa lateo. Sed cum de loco dicitur construitur cum ablatiuo mediãte ꝓpositiõe. vt latet anguis in herba. Interdum latere significat late patere. Virg. Et scuta latentia condunt. Huius verbi ꝯposita sunt Delitеo: de quo supra. Oblitеo qd est aio vel circũquaq lateo. Sene. Qui velut timidũ atq iners animal metu oblituit: ille sibi non viuit: sed qd est turpissimum ventri somno libidini. Hinc Oblitesco. Varro. Ne ęstu per rimosa in rimis eius grana oblitescant ꝛ recipiãt aquam.

¶ Latito tas. pe. cor. sępe aut fere semper lateo. Lac. li. iii. Latitantẽ atq ignotã sibi veritatem disserendo

eruere voluerunt. Cato tamen latitauerunt dixit pro frequẽter tulerũt. Hinc fit cõpositũ illatito quod est intus latito.
¶ Latebra bræ.pe.cor.et latebræ arum. loca vbi hoĩes se occultant. Luc.lib.i. Cedendũ est bellis quorũ tibi tuta latebra. Quintil. Et ꝙuis odio euersoris nostri euocatus ⁊ latebris suis populus subsellia nõ implet. Dicitur ⁊ de feris. Liui.xlvi. Inter vepres ⁊ latebras ferarũ noctem vnã delituit. Ponitur interdũ latebra pro excusatione. Ci. Uideant ne quæraꝶ latebra periurio.i.excusatio qua lateat.i.nõ videatur periuriũ.
¶ Latebrosus locus in quo frequentes latebræ sunt. Plaut. Nam huic ætati nõ conducit mulier latebrosus locus.
¶ Latebro as.abscondo.ꝙuis nõ sit in vsu: a quo fit compositũ illatebro: de quo supra.
¶ Latibulũ ꝓprie ferarũ ꝙuis etiã de hoĩbus dicaꝶ.
¶ Latibulo as.neutrũ ⁊ latibulor deponẽs significãt lateo. Uar. Uide ne seruus dñi latibulet. Actius Progredere ⁊ ne quis latibuleꝶ prospice.
¶ Laterna a lateo licet lateo habeat primã cor. later naverò ꝑ Lar. Dux laterna viæ clausis feror aurea flãmis. Et tuta est gremio parua lucerna meo. Dicta laterna ꝙ lumen habeat inclusum. Fit ex laminis corneis in qua candela includiꝶ ne a vento extinguatur Plau.in Am. Quo ambulas tu qui vulcanũ in cornu conclusum geris?
¶ Latex ois humor dr. ab eo ꝙ intra aliquid lateat. Unde de aqua vino ⁊ cęteris dr. Hiero.ad Ceren. Ratione digessit: vt terra hęc esset super quã reliqua mouerentur immobilis vt aquarũ venę altioribus montibus conderenꝶ: a quibus orta flumina dum per multa spacia decurrũt late potandi vsum per oẽm tractũ cursus sui animãtibus exhiberẽt: vt ipsum mare aq̃s influentibus nõ excrescat: sed vt velut venter quidã laticũ aquas sitire videatur: ne vel fontibus inęternũ manãtibus. vel fluminibus sine fine currentibus vel pluuiis assidue ruentibus perpetuo terra diluuio tegeretur. Uerg. Regales inter mensas laticemꝙ lyeũ. Ouidi. Palladios latices. cũ oleum dicere vellet. Et Lucre. Absinthii laticem.
¶ Latus spatiosus: vt lata est via quę ducit ad perditionem. Hinc aduerbiũ late qđ significat in multis locis: vt late patet detractionis vitium. Hinc latitudo pro spatiositate.
¶ Latesco is. latus fio: et in latũ extendor. Col.li.ii. Iugerũ agri nõ amplius quattuor sextariis raporum seminis obserendum est quarta parte amplius napis spargendũ qui nõ in ventrẽ latescũt: sed tenuem radicem deorsum agunt.
¶ Lato as. latum facio: ꝙuis nõ sit in vsu: pro quo cõpositum dilato vsurpamus: de quo supra.
¶ Latifolium qđ lata folia habet. Unde quercus gñs ex argumento latifolia dicitur.
¶ Latifundiũ qđ habet latũ fundũ ⁊ magnũ. Ply.lib. xvii. Latifundiis nõ legitima naturę festinatio.i.non potest vna certa ratio pręscribi putandę vineę in magnis prędiis: qđ alię serius id alię maturius: desyderant. Idem lib.xviii. Latifundia prodidere Italiam
¶ Latus eris. qđ est infra alam. Uerg. Lateriꝙ argutum accõmodat ensem. Hinc lateris dolor quẽ græci pleuresim vocant. Et latero as. vt indt Prisc. sicut ab holus eris. holero as. Interdũ latus ponitur quasi ꝑ parte: vt est illud. Fundatur exultatione vniuersę terræ mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni.
¶ Laterani dicunꝶ satellites qui principis alicuius latus tuenꝶ. qui etiã latrones quasi laterones vocantur. Hi etiã a stipe quã mercedis noĩe accipiũt stipatores appellanꝶ. Græci vocant somatophylacas quasi corporis custodes.
¶ Lateranus nomẽ propriũ consulis Romę: a quo lateranense palatiũ Iuue. Egregias lateranorũ obsidet ędes tota cohors. Unde etiã lateranensis basilica sancti Ioannis vocata est: quia in lateranensiũ nobilissimę gentis ędibus extructa fuit. Hie. Ad marcel. Quis credat mulierẽ nobilẽ ⁊ potentẽ in domo laterani consulis designati.
¶ Laticlauus vestis senatoria dictus a textura: de qua Mar. in hendecasyllabo. Et lato variata mappa clauo. Hor. lib.i. Ser. describens senatorẽ dixit. Et latum demisit pectore clauũ. Ab Ouidio Clauus simpliciter dr pro Senatoria dignitate illo versu. Curia restabat claui mensura coacta ẽ. Latiore clauo. Tul. Hostilius primus e regibus romanis vsus est: quem purpurea contextũ fuisse docet Plynius.
¶ Laticlauii senatores appellati sunt a lato clauo. Sue. in Aug. Ac ne expers castrorũ esset binos plærunꝙ laticlauios pręposuit singulis alis.
¶ Later laterem latere ⁊ lateres tantum inueniꝶ pro terra cocta ⁊ in lapidẽ durata. Uictru. Siue silex siue cęmentũ: aut coctus later siue crudus his erit vtendum. Plau. Latere firmior. Laterũ tria genera sunt. Lydoron longũ sesquipede: latũ pede. Tetradoron e palmis quattuor. Pentadoron e quinꝙ. Doron enim græci palmam dicunt.
¶ Laterem lauas: magis est augere malũ rei cui dare remediũ velles.
¶ Lateritius a.um. qđ est materiatũ ex latere. Ply. Lapide duro ac silice ꝙquo construũt veluti lateritios parietes.
¶ Laterculus dimin. pbruus later. Ply. Crudis laterculis ad formã camini. Curtius scribit laterculo coctili structos fuisse muros babylonis.
¶ Latium ea pars Italię est vbi ostia tyberina a latitudine: vt Putat Pris. dictũ: vel (vt alii sentiũt) a latẽdo: ꝙ inter alpes latitet: seu ꝙ illic latuerit Saturnꝰ dum Iouẽ fugerit. Ouid. lib.i. fas. Dicta quoꝙ est latiũ terra latẽte deo. Uerg. lib. viii. Latiũꝙ vocari maluit his qm̃ latuit saturnus in oris. Var. Latiũ a latino rege dici asserit. Est aũt duplex latiũ vt docꝫ Ser. Unũ a Tyberi vsꝙ ad fundos. Aliud inde vsꝙ ad vulturnũ.
¶ Latius a.um. qđ ex latio est.
¶ Latialis ⁊ hoc latiale quod ex latio est: vt Iuppiter latialis dicitur: nõ tamen sermo latialis. Uerg. Et residens celsa latialis Iuppiter alba. Ci. in Milonia na. Sicut vtiꝙ ferias nõ latiales latiaresve: sed latinas dixeris aut latias.
¶ Latiaris ⁊ hoc latiare idem qđ latialis.
¶ Latinus a.ũ. nomẽ deriuatũ a latio. Uer. Genus vnde latinũ. Sal. Primo Italiã tenuisse quosdam qui appellabanꝶ aborigenes: hos postea aduentu æneæ phrygiis iunctos latinos vno noĩe nũcupatos. Et latina porta q̃ in latiũ ducit. Hesiodus tñ in theogonia scribit latinũ fuisse filiũ Circes ⁊ Ulyssis qui tenuerit loca Italię: vnde ait. κυρκη δε κελιου θυγατηρ υπεριονιδαο γειρατ οδυσσηος ταλασιφρονος εν φιλοτητι αγριον ηδε λατινον αμυμονα τε κρατερον τε.
¶ Latinus nomẽ proprium soceri æneę a quo latium

quidam dedici volunt.

¶ Latina porta Romę: sic dicta q̄ ea in latiũ ducebat

¶ Latinę ar. sacrificia quędā Ioui ɔstituta ab latinis populis dictę quib⁹ ex albano mōte ex sacris carnē petere fuit ius cũ romanis: vt inquit Var. Cic. p Plancio. Quibus municipijs vix iā qui carnē latinis petant inueniuntur.

¶ Lathomus pe. co. lapicida qui lapides cędit ⁊ quasi fundamenta ędificiorũ p̄parat. Hiero. in li. reg. Et erant lathomorũ. lxx. millia.

¶ Lathomię lapicidinę locus vbi cęduntur lapides. Liui. lib. vi. de bel. puni. Compręhensa postea priuata ędificia: cōpręhensę lathomię forūq̄ piscarium. Ad has lathomias damnari solebant ij qui in opus metalli damnabātur. Plau. in Cap. Tindarus in lathomias lapidarias ab egiōe dānatur. Erat ⁊ lathomia locus romę in carcere ꝓpe Tullianũ. Liui. libr. xxx. Triũuiri carceris lathomiarũ intentiorē custodiam habere iussi. Lathomię etiā carcer est Syracusis lingua siculoꝝ in quas sicuti scribit Cic. de suppli. Si q̄ publice custodiendi erant ex oībus oppidis sicilię deduci imperabātur. In lathomias Verres multos ciues romanos coniecerat.

¶ Latona pe. p. Apollinis ⁊ Dianę mater. Vñ ⁊ latonia dicta est Diana. Virg. Astrorũ decus ⁊ nemorum latonia custos. Similiter Delos insula est dicta latonia q̄ in ea latona enixa sit Apollinem ⁊ Dianam: Vt scribit Seruius.

¶ Latria pe. pro. latine cultus obsequium: seruitus. Aug. lib. x ci. dei. Latriam nostri vbicūq̄ sanctarum scripturarum positum est: interpretati sunt seruitutem: sed ea seruitus quę debet hominib⁹: secundum quaꝫ pręcepit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere alio nomine gręce nũcupari solet. Latria vero secũdum consuetudinem qua locuti sunt q̄ nobis diuina eloquia condiderunt aut semper aut tā frequenter vt pene semper ea dicatur seruitus quę ꝑtinet ad colendum deum.

¶ Latres latine seruus.

¶ Latrina pe. p. locus priuatarũ sordiũ ad exonerādum vētrem accōmodatus a latendo. Apul. de Asia. lib. ix. Oia prorsus: vt in quādā cœnosam latrinaꝫ in eius animũ cōflexerant vitia. Foricę vero loca publica in quibus licet oībus ventrem exonerare. Cloaca locus cauus nuncupatur quo publice sordes eluunt. Antiqui balneum domesticum appellare consueuerunt: sicuti docet Var. lib. ij de Analogia. Deinde cũ breuitatis causa nomina cōtraherent quo essent apti ora p lauatrina latrinam nominarũt: sicut ex maxillis axillis ⁊ vexillis malę alę et vela diminuta sunt. Plau. in Cur. Latrinam pro balneo accepisse videt: cum ait. Istas tuas magnas minas non pluris facio q̄ ancillam meam quę latrinam lauat. Hinc latrinas quoq̄ vulgo colluuiaria: hoc est receptacula colluuionis stercoris ⁊ sordium. Videnturq̄ latrinę differre a cloacis tanq̄ priuatę a publicis.

Col. Immũdis quacūq̄ vomit latrina cloacis.

¶ Latro as. ꝓprium est canis cum vocem edit. Virg. Multum latrante licysca. Hinc latratus us. ipa vox canum. Hoc verbum inuenit cōstructum cũ accusatiuo. Hieron. Canum proprium est vt dominum suum congaudeant: latronem latrent. Canes Iudęi intelliguntur qui latrauerunt christum: et latronem congauisi sunt. Huius verbi composita sunt Adlatro: q̄d est valde vel ad aliquid latro. Col. per translationem dixit. Sed ne caninum quidem sicut dixere veteres studium pręstantius locupletissimũ quęq̄ adlatrādi. Oblatro circũ aut cōtra latro. Lac. li. v. Qua demetrianum sicut ipse ait oblatrantē atq̄ obstrepentem veritati redarguere conatur.

¶ Latrones gręca dictio est: qua significant viarum obsessores: qui publice vel per vim furantur: q̄ a latere adorātur: vel a latendo: q̄ latenter insidiētur. Virgil lib. xij. Fixumq̄ latronis Impauidus frangit telum. Cum superius dixisset. Saucius ille graui venarum vulnere pectus. De hoc vide in dictione Fur. Apud antiquos etiā latrones dicebant ɔducti milites: a λατρεύω inseruio: Nā seruiebant mercede. Moris aũt erat vt hos imperator ⁊ circa se haberet: ⁊ primos mitteret ad omne discrimen. Dicti quasi laterones inquit Var. q̄m circa latera esse soleāt: quos nũc satellites vocant qui principis alicuius latus tuent: qui ⁊ stipatores ⁊ somatophylaces vocant. Plaut. in mili. Nam ego hodie ad Seleucũ regē misi parasituꝫ meũ: vt latrones quos conduxi hinc ad Seleucũ duceret qui eius regē tutarentur.

¶ Latrocinor pe. cor. latronũ more prędor: ⁊ mercede milito. Plau. in Carni. Latrocinatus ānos in Tiberino qui apud regem in latrocinio fuisti stipendiũ accepisti.

¶ Latrocinium ipse latrocinādi actus. Colu. Et in ipso foro latrocinium.

¶ Latrũculator qui rerũ capitalium iudex siue q̄stor appellat ⁊ vulgo iudex maleficioꝝ. Vlpi. Latrũculator de re pecuniaria iudicare nō potest.

¶ Laudo as. verbis extollo. Virg. Laudato ingētia rura Probare est re. Cic. Et laudo ⁊ p̄bo. Aliq̄n laudare est noiare. Plau. in Cap Id scias Iouē sup̄muꝫ testem laudo. Huius conposita sunt elaudo q̄d veteres vsurparũt p eo q̄d est plus q̄ nomino. Var. Elaudat nomenq̄ eius miles repetit. Collaudo simul laudo. Cic. Lētulo. Si rem istam ex sentētia gesseris fore vt absens a multis cũ redieris ab oībus collaudere. Perlaudo valde laudo. Lact. li. vi. Eas res: quas etiā homo si cōtempserit iure perlaudat.

¶ Laus ꝓprie virtus est non aliunde ꝓueniens: sed suis nixa radicibus. Virg. Primā merui qui laude coronā. Dicta laus α πὸ τῶν λαῶν: hoc est a populo: q̄ ꝓprie laus sit populi de aliquo recta loquentis.

¶ Laudatio: est ipsa laudātis oratio: q̄uis q̄nq̄ laus p laudatione ponatur.

¶ Laudabile quod merito laudari potest.

¶ Laudatiuus a. um. quod laudat. Vñ laudatiuũ genus dicitur demōstratiuũ.

¶ Lauerna dea fuit quaꝫ Romani coluere: a qua Lauerniones dicti sunt fures: q̄ sub tutela deę lauernę essent: in cuius loco obscuro soliti erāt inter se furta diuidere. Hinc Lauernalis porta Romę dicta est ab ęde lauernę ꝓpinqua.

¶ Lauo as. lauaui atum. Terē. in Eu. Abeũt lauatũ perstrepũt. Hora. in ser. Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. Ouid. lib. iij. fast. Sacra lauaturus mane petebat aquas. Inde lauatio ⁊ lauator. Cic. Varroni. Si minus persequar in cumanum ⁊ añ te certiorē faciā vt lauatio parata sit. Hoc ē balneũ. Declinatur etiā ⁊ magis in vsu est. Lauo is. laui lotũ vel lautum. Virg. lib. x. Visceribus sup infundes lauit improba teter Ora cruor. Hor. in ser. Ora ma-

nosq; tua lauimus feronia nympha. Quorum prima cum sit breuis pōt esse præsentis tẽporis. Est autẽ lauare abluere: & aqua quęq; sordida purgare. Plau. Sedimus: manus lauimus. Vir. Luminis effossi fluidũ lauit inde cruorem. Interdũ significat madefacere humectare. Plau. in Pseu. Gestat tabellas: eas lachrymis lauit. Vñ lotũ ablutũ mundatũ. Interdũ auferre. Col. li. 4. Ea res seminio lauit acorẽ malorum. Huius cõposita sunt Abluo: quod est lauo mũdo. Colu. li. ij. Cũ etiã cliuosis locis terra q̃ in eũ cõgesta est pluuus nõ abluit. Lac. li. 4. Vñ apparet iudęos nullam aliam spem habere nisi se abluerint sanguine. Alluo colluo simul lauo purgoq;. Ply. Prodest etiã gingiuijs si eo sæpius colluat. Circũluo circũfluo. Pompo. Eũ vndiq; stagnũ circũluit: & militi inaccessum facit. Deluo: Diluo: Eluo: Illuo intus lauo. Interluo perluo: proluo: præluo: Reluo rursus lauo: et quasi soluo impignero. Plau. Repignerat: reluit: vendit. Subluo subtus lauo. Col. li. vij. In tergo bis in die subluitur aqua calida mox decocto agrico & sale cum adipe defricat cũ sanei vis emanar.

¶ Lautus a. um. nõ significat lotũ. Terẽ. Te ne ad ad symbolũ venire vinctũ atq; lautũ e balneis? Nõ significat mundũ. Apul. Vir probus purus lautus simplex. Unde lauta cœna & lautus hõ ab elegãtia et nitore dicunt. Modo elegans. Cicer. Comites istius atq; amici hoies lauti atq; vrbani. Nõ diuitem nitidũ i veste & victu delicato. Mar. Ista quidẽ lauta est: dapibusq; instructa superbis. Quod tractũ est a lauatiõe Huius dimi. est lautulus: a quo aduerbiũ lautule.

¶ Lautulę a lauãdo dictę sunt: quas gręci thermas nominant.

¶ Lautitia epularũ magnificẽtia a lauatione dicta: quia apud antiquos elegantiæ quę nũc sunt nõ erant & raro quis lauabat.

¶ Lautia mũera dicebant: q̃ Romani p quæstores legatis exterarum nationũ mittebãt: vt inquit Pluta. i proble. Vñ scribit Ply. Lautia Attalo fuisse decreta.

¶ Lautitia mũdicia quę in vestitu pariter & cibo fit. Et antiquitus dicebat farina ex tritico aqua cõsperso.

¶ Lauacrũ pe. pro. a lauo as. balneũ in quo quis lauari cõmode pōt. Gel. Lucorũ vmbra ingentiũ lõgis ambulacris & mollibus ędium posticũ refrigerantibus lauacris.

¶ Lauatrinę dicũtur in quas lotura proiicit q̃ & aquaria & aquariola vocant. Nec in culina tm̃: sed in tricliniis quoq; & cubiculis & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

¶ Lautrices dicuntur duorum fratrũ vxores

¶ Laurus secũdę & quartę declinationis: sed rectius scdm secũdã inflectit: quia melius sonat. Est aũt genus arboris: q̃ gręce Δαφνη daphne dr. Petronius in Saty. Et baccis redimita daphne. Hęc arbor apollinis est propter daphnẽ quã amauit in ea deformatam: siue q̃ spectatissima nascit in parnaso. Eusebius scribit eã soli dicatã: qm̃ ignea est: vñ odio maxime a demonibus habet siue q̃ plurimũ sonat si vrat q̃ prędicẽdi artẽ designat. Diuinationis aũt deus Apollo existimat. Ianitrix quoq; Cæsarũ & põtificũ. triũphisq; dicata sola arborũ fulmine nõ tangitur. Duo eius genera tradit Cato Delphicã & Cypriã. Delphica laurus dicta q̃ victores Delphis ea coronarent & est viridior laurus. Cypriã folio breuiq; nigro subcrispam Quidã mustacẽ addiderunt qm̃ mustaceis subijcere tur. Hãc esse folio maximo cõstat flaccidoq; & albicãte. Alij Cinũ quam syluestrem laurum intelligũt: nõnulli sui generis arborem: differt colore. Est enim cęrulea bacca. Alia etiam numerant genera q̃ apud Sipontinum habentur.

¶ Laurea proprie vt sentit Ply. lauri foliũ appellatur perpetuo virens & topiario operi accedens. Aliquã ponitur p lauro. Hor. Tũ spissa ramis laurea feruidis. Aliquã p corona ex lauro facta: quæ in triũphis adhibebat. Cato vero li. de re rust. laureã & laurũ & mutata diphthongo loreã p eadẽ accipit. Ab hac arbore nomen impositum est hominibus. Nam laurea Tullius Ciceronis libertus dictus fuit. Laura etiam propriũ mulieris.

¶ Laureola cũ accentu in antepe. dimi. a Laurea & p corona triũphali capit & Laureolus propriũ nomẽ.

¶ Laureus a. um. quod est ex materia lauri. Quo mõ roseus myrteus.

¶ Lauretũ locus in quo laurorum copia est: veluti Rosetũ myrtetũ: spinetũ.

¶ Laureo as. a laurea fit: & significat laureã in capite pono. Hinc laureati qui lauris coronati sunt. Vñ Cicero laureatos fasces dixit.

¶ Laurentũ nomẽ ciuitatis solis indigens qđ ibi sepultus sit Tacius rex qui a Laurẽtibus occisus fuit vel a sylua laurea qua excisa ędificatus est vicus: vel vt inquit Pris. a lauro ibi inuẽta dũ picus eã cõderet. Hinc Laurẽtes populi dicti sunt.

¶ Laurens laurentis. & hic & hęc laurentis: q̃ ex laurẽto ciuitate est. Virg. Laurẽtis regia Pici.

¶ Laurolauiniũ vrbs latij proxima laurẽto.

¶ Laurentius: laureolus: laura & laurẽtia. Faustuli Romuli & Remi nutrix. Nomina virorũ ac mulierum propria a lauro deducta.

¶ Laurentalia festa quæ a laurentię noie fiebant.

¶ Lauce insula in ponto Boristenis ostio obiecta dicta Achillea: qm̃ Achilles ibi situs sit.

¶ Laxus a. um. largus & spatij maioris. Vig. Et primũ laxos tenui de vimine cyclos Ceruici subiectæ. Col. li. i. Nec dubiũ quin minus reddat laxus ager nõ recte cultus q̃ angustus eximie. Aliquã ponit p molli remisso lãguido. Virg. Et premere & laxas sciret dare iussus habenas. Vñ laxi funes dicunt languidi semicõsumpti. Et vela laxa q̃si venti nõ flant. Hinc prolixũ quasi porro laxũ. Inuenit laxũ aduerbiũ p late. Mar. Et adhuc superet cẽties tibi laxũ.

¶ Laxo as. latũ facio aperio & quasi libero. Vir. Laxat claustra Sinon. Ci. in Cato Qui si ex libidinum vinculis laxatos esse nõ moleste ferũt. Hinc cõponit Relaxo quod est rursus laxo recreo remitto. Cic. li. i. offi. Atq; etiã cũ relaxare aios voluerint: caueant intemperantiam.

¶ Laxitas & laxamentũ idẽ qđ remissio. Liui. libr. ij. Nihil laxamẽti nec venię habere si modũ excesseris. Ci. Et admittẽda hoim cuiusq; modi multitudo: adhibenda est cura laxitatis.

L ante E.

¶ Lea q̃ & leæna dr. Lucil. Irritata leę iaciebãt corpora saltu. Vir. Torua leęna lupũ: sequit lupus ipe capellã. Leę insula ęst iuxta Cyrenaicã aphricæ regionẽ. Scribit Arist. lib. de aialibus Leænã primo fœtu quinq; parere: secũdo quattuor: ac p singulos vno int

nus: postꝙ̃ vero vnũ tantũ peperit sterelescere ac fœtus ipsos initio informes ac nisi bimestres moueri semestres vix ingredi posse.

¶ Lebes etis. pe. p. vas æneũ in quo res bulliũt: vt docet Porphi. sup li. ix. Iliados. Et est gñis masc. et fœ. Ovi. Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. In Ezechiele. Hęc est lebes/ vos aũt carnes. Inuenitur etiã lebeta tæ. Hiero. in lib. paralip. Pacificas hostias coxerũt in lebetis ꝛ cacabis ꝛ ollis.

¶ Lebedus pe. p. ciuitas: q̃ a colophone centũ ꝛ viginti stad. distat. Hic scęnicoꝝ histrionũ collegiũ fuit q ludos ac certamia libero pr̃i quotãnis celebrabant

¶ Lecheũ alterius maris portũ appellari tradit Liui⁹ in bello maced. Græci λεχη portus ipsos vocant. Papi. Curua palęmoni secludit vnda lechęo.

¶ Lectus dictus est: vt Var. inquit: ꝙ lectis hęrbis ꝛ frondibus stramẽta facerent: vel vt alij putant ab alliciendo: ꝙ fatigatos ad quiescendũ alliciat: nisi sit ꝙ antiq̃ græci λεκτρον dicũt. Aliqñ sumit̃ p mẽsa ꝯuiuarũ: q̃ ꝛ discubitori⁹ ꝛ triclinari⁹ dr̃. Huius dimi. est

¶ Lectulus: legit̃ ꝛ lecticulus. Lectrum vero pmontorium est in Asia.

¶ Lectisterniũ cũ sacroꝝ gr̃a lecti in templis sternebant̃ ad discũbendũ siue pernoctandũ.

¶ Lectisternator qui lectũ sternit. Plau in Pseud. Tu esto lectisternator: tu argentũ eluito.

¶ Lectica pe. p. cathedra ꝛ sedes qua ferebant̃ diuites ꝛ potẽtes: in qua puluinar ꝛ lectulus stratus erat Græce hexaphorũ ꝙ a sex seruis portaret̃. Iu. Nãq facit somnũ clausa lectica fenestra. Huius diminu. est

¶ Lecticula. Sue. A cœna in lecticulã se lucubratoriã recipiebat. Ci. Martio. Ut nostras villas obire ꝛ mecũ simul lecticulam cõcursare possis

¶ Lecticarius qui lecticã deferebat. Ser. Sul. Coactus sum in eadem illa lectica qua ipse delatus eram: meisq lecticarijs in vrbem eum referre.

¶ Lectipes pen. cor. hęrba serpillo similis surculosa: palmi altitudine.

¶ Lecythus pen. cor. gręce λεκυθος ampulla olearia Hie. li. 3. reg. Hydria farinę nõ deficiet ꝛ lecyth⁹ olei nõ ẽ iminut⁹. Pro lecytho Cypri. capsacẽ vsurpauit.

¶ Lego as. in legationẽ mitto. Plau. in Am. Eos legat telebois. Hinc legati legatio legatoꝝ missio. Qñq legareẽ legatũ facere: vt Cęsar Casiũ sibi legauit. Qñq ꝯmittere. Plau. in Casi. Quin ruri es in pfectura tua quin potius qd legatũ est tibi negociũ id curas? Qñq decernere deliberare ꝛ testamẽto relinquere: vt testator liberto suo argẽti põdo decẽ legauit: hoc est decreuit ex hęreditate sua decẽ argẽti põdo liberto suo ꝯferri. Liui⁹. li. 1. Numitori qui stirpis maximus erat regnũ vetustũ syluię gentis. Hui⁹ verbi cõposita sunt. Allego: Ablego: Delego: a quo subdelego: Relego: Sublego: quę habent pe. p. Deriuata sunt Collega ꝛ collegiũ.

¶ Legatus qui legatiõe fungit̃. Virgi. Legati rñsa ferunt. Et legatus qui imperatoris vicem tenet.

¶ Legatũ deliberatio quędã hęreditatis qua testator ex eo quod vniuersum heredis foret alicui q̃d collatũ velit Modesti. Legatũ est donatio quędã testamẽto relicta. Et legati appellatiõe fideicõmissum et mortis causa donatio cõtinentur.

¶ Legatarius vel legataria dr̃ cui ex testamento aliquid legatum est.

¶ Legator qui aliquid legat. Sue. in Tibe. Iterum eo cẽsente trebianis legatã in op⁹ noui theatri pecuniã ad munitionẽ vię trãsferre ꝯcederet obtinere nõ potuit quin rata voluntas legatoris esset.

¶ Legatitius a. um. qd ad legatũ pertinet. Uñ legatitiũ viaticũ dicit̃ quod interdũ accipere legati solẽt qui ad sacrariũ principis mittunt̃.

¶ Lego is. gi. lectũ: pprie colligo. Col. li. ij. Optimã quãq spicã legere oportet separatimq ex ea semẽ reponere: Hinc tractũ est vt legere etiã sit oculis scripta pcurrere: qm̃ litterę oculis legi. i. colligi videant̃ Virg. Ad simul heroũ laudes ꝛ facta parẽtis Iã legere. Propter qd ea quoq q̃ picta sunt legere dicimur. Idẽ lib. vi. Quin ptinus oia plegerẽt oculis. Tractũ a gręcis qui γραφειν scribere ꝛ pingere dicunt. Itẽ q2 ad qd accedimus melius oculis cernimus: factũ est vt legere p adhęrere ꝛ accedere ponat̃. Liui⁹. Ipse ꝯpositis sicilię rebus oram Italię legẽs Ariminũ puenit. Itẽ qm̃ nautæ dũ aspera loca p̃tereũt legere. i. colligere vela ꝯsueuerũt qñq p̃terire significat. Virg. Littoraq Epiri Legim⁹. Et qñq p eligere ponitur: vt Ipse ego cana legã tenera lanugine mala. Aliqñ p surripere ꝙ ea q̃ furamur colligim⁹. Idem. Vel q̃ sublegi tacitus tibi carmia nuper. Hinc sacrilegiũ. Qñq p pcutere. Plau. Quo te legã hoc scipiõe. Huius verbi composita sunt Alligo: Colligo: Deligo: diligo: Eligo: Intelligo: a quo subintelligo: Negligo: Perlego: Relego: Sublego: Seligo: ꝛ trãslego: Quę habent pe. cor.

¶ Legus a. um. non nisi in ꝯpositione inuenit̃ p eo quod colligit: vt Apes mellilegę dicuntur: quoniam mel legant. i. colligant.

¶ Legulus pe. cor. q̃ vuas aut oleas colligit. Cato. Legulos quot opus erit prębeto. i. collectores.

¶ Legumen pe. p. dictũ est quod manu legat̃. Varr. li. 1. de re rust. de Cice. Hoc em̃ quoq legumẽ vt cętera quę euelluntur e terra nõ subsequant̃: vt fruges quę ꝙ ita legunt̃ legumina dicta. Virg. lib. 1. geor. Unde prius lętũ siliqua quassante legumẽ. In qua significatione etiã accipit̃ legumentũ ꝛ legeriũ.

¶ Legumentum idem quod legumen. Similiter̃ ꝛ legarium: vt Var. li. 1.

¶ Legem dictã putãt ꝙ publice legat̃: vt oib⁹ nota sit: ꝛ ab oib⁹ obseruet̃. Hanc quidã diffiniũt esse generale iussuz populi aut plębis rogãte magistratu ꝛ hoc dũtaxat in libera ciuitate. Alioquin etiã regũ ꝛ principũ iussa leges dicunt̃: pręsertimq ĩperatoris postꝙ̃ in euz populi Rom. maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populũ: qd ꝯstituendũ esset: populus videbat. Id iussum si generale est ꝛ ad oẽs ptinens lex dicitur. Si ad singulos ciues spectat priuilegium est Cic. sic legem diffinit: ꝙ sit certa ratio e mẽte diuina manãs quæ recta suadeat: phibeatq contraria. Legum appellatione leges. xij. tabulaꝝ senatuscõsulta plębescita: legitimę actiones interpretatiões prudẽtum ꝛ alia id genus cõtinentur. Legis virtus est imperare: vetare: permittere: punire.

¶ Legislator qui legẽ tulit ꝛ qui legifer dicit̃: qualis apud atheniẽses Solon.

¶ Leguleius qui legũ studia sectat̃ seu versatur in legibus. Ci. Ita ꝛ tibi iuriscõsultus per se nil nisi leguleius quidã cautus ꝛ acutus pręco actionũ cantor formularũ anceps syllabarũ.

¶ Legulę sunt vittę paruę: siue ligulę fimbriatę reticulatis cancellatis plagulis orbicularib⁹ a legẽdo dictę

¶ Lectito pe. cor. frequẽter lego. Ci. Peto. Pyrrhi te video libros lectitasse.

¶ Lecturio is. desydero legere.

¶ Legio a delectu militum dicta est: q legũtur milites in delectu. Diuiditurq legio in decẽ cohortes. Cohors in quinquagita manipulos. Manipulus in xxv. milites p vnoquoq. Legiones romanę a numero atq ordine dñr: vt primani: secundani: decumani milites vocant primę: secũde ꝛ decimę legionis.

¶ Legiuncula dimi. parua legio. Liui. li. xxxvi. Viderctis vix duarũ male plenarũ legiũculaꝝ instar in in castris regis.

¶ Legionarius a. um. quod est legionis vel quod ad legionẽ ptinet. Asinius pollio Ciceroni. Militez nõ modo legionarium: sed ne auxiliarium quidem vllũ quoq misi.

¶ Lelegeis siue lelegę pe. corre. populi errabũdi qui quõdã thessaliã ꝛ diuersa alia loca tenuerũt. Hieron. lib. i. scribit maritimos fuisse qui postea Cares dicti fuerunt. Alij tradũt cares ꝛ leleges esse cõterminos. Oui. lib. ix. me. Caras ꝛ armiferos lelegas lyciãq p errat. Scribit Ply. libr. v. Miletũ Ioniæ caput lelegeidã fuisse noïatã. Eustathius docet leleges dictos quasi λελεγμενους. i. collectos: eo q prius errarent ꝛ gena collectitia esset. Alij leleges a lelege duce appellatos asserunt.

¶ Lema ę. apud grecos lachryma dr. Vñ Lemosi.

¶ Lemanus pe. p. lacus Gebẽnę vicinus qui in rhodanum fluit.

¶ Lembus nauicula breuis ꝛ velocissima. Plau. Dũ hec aguntur lembo aduehit tuus pater pauxillulo. Hic ꝛ lenũculus dicit. Grece tñ dicit το λεμβος Suidas πλοιον μικρον και τω λεσβαει εν Δοτικη ουΔετεφως κλιρεται.

¶ Lemnos insula: q ꝛ hypsiphilea dr ab Hypsiphila Thoantis filia: quę in ea regnauit. Hęc est in ægeo mari ab oriente Troiam: ab occasu Athon spectans a Borea Thraciã: ab Haustro (sed lõgo tractu) Cretę opposita est. Vrbes habet Myrinã maritimam et Ephestiã mediterraneã. In ea colebat Vulcan⁹ deus ignis. Vñ ꝛ lemnius arbor dicit a poetis. Nã vt in fabulis fert cũ Iuno eũ peperisset eũq turpẽ ꝯspexisset e cœlo in eã insulã deiecit. A lemno teterrima quęq facinora apud grecos Lemnia appellant. Et lẽnia terra exiccãdi vim habens: in eaq caprinus sanguis miscet: ꝛ iccirco Rubrica appellatur.

¶ Lemures pe. cor. laruæ nocturnæ ꝛ terrificatiões imaginum.

¶ Lemuscatũ pręmiũ quod reportabant: qui ex gladiatura victores extitissent.

¶ Lemnisci fasciolę colorisę dependẽtes ex coronis Inde lemniscatæ coronæ dictæ: quo lemniscis erant ornatę. Plyn. lib. xxi. scripsit lemniscos adijci solitos coronis aureis.

¶ Lenæus scribit cuz diph. Quo noie dictus ẽ Bacchus απο του ληνου: qđ lacũ significat: hoc est vas in quo vuę exprimunt. Virg. lib. geo. Huc pater o lenęe tuis hic omia plena Muneribus.

¶ Lenobates vuę calcator.

¶ Lenis ꝛ hoc lene idem fere significat qđ leue: hoc est quod tactu nullam asperitatẽ habz. Transfertur tũ ad animum ꝛ pro miti modestoq accipit. Teren. in Hecy. Ego sum aio leni natus non possum aduersari meis. Hinc lenitas: lenitudo ꝛ lenimentum quæ idem significant. s. mansuetudinẽ: suauitatẽ: placationẽq. Cic. Lenitudo orõnis mollitudo corporis.

¶ Leniter aduerbiũ moderate suauiter: qđ ꝛ lene dr Mar. Tepida natabis lene congedi vada.

¶ Lenio is. iui. vel lenij. itum. mulceo: placo: immi nuo: polio ve. Sal. In tali tẽpore tanta vis hois magis leniũda q exagitãda videbat. Idẽ. Nonnulli ficta ꝛ hęc ꝛ multa prꝫterea existimabãt ab ijs: qui Ciceronis inuidiã: quæ postea orta est leniri credebant atrocitate sceleris qui pœnas dederant. i. imminui. Colu. lib. 3. Cum deinde truncum reddideris acuto ferramento plagam lenito. i. polito. Interduz lenire est cõsolari. Ci. Treba. Tuã perfectionẽ amore prosequar: reditum spe expectabo: absentez memoria colam: omne desyderium litteris mittendis: accipiendisq leniam. Hoc verbum etiam lenibo in futuro facit. Properti. Lenibunt tacito vulnera nostra sono. Huius compositum est delenio.

¶ Leno gñis cõis: q uis habeat fœm. lena: vt inquit Prisc. Quo noie significat is q scortoꝝ pductor est: etiã inuitaꝝ psonaꝝ q legib⁹ vindicat ab allicẽdo q adolescẽtulos alliciat vel a lenẽdo dictus.

¶ Lenas appellat Vlp. quę mulieres quęstuarias pstituũt: Itẽ eas q alterius noie hoc vitę genus exercent: vt si qua cauponã exercens in ea corpora qstuaria habet: pstitutas mulieres habere dicendum est: hanc quoq lenę appellatione ptineri.

¶ Lenulus dimi. Plaut. in Penu. Ita vt occœpi dicere lenule de illa pugna.

¶ Lenũculus aliud dimi. Idẽ in eadẽ. Si de deo militari tetigero lenũculũ. Est etiã lenũculus nauigiũ piscatoriũ. Sal. lib. i. histo. Indicit forte per noctem lenunculo piscandum.

¶ Lenonius a. um. quod ad lenonez pertinet. Plau. in Mene. Ab his locis lenonijs.

¶ Lenocinũ lenocinãdi actus. Vlp. Lenociniũ facere nõ minus est q corpore qstũ exercere. Aliqñ lenociniũ sumit p exquisitiore elegãtia. Sue. de Augus. Forma fuit eximia ꝛ per oẽs ętatis gradus venustissima: q̃q ꝛ ois lenocinij negligens ꝛ in capite comendo incuriosus.

¶ Lenocinor pe. corr. lenociniũ facio. Per trãslationẽ lenocinari p blandiri ponit: siue allicere: qđ lenones facere solẽt. Ci. Tibi seruiet: tibi lenocinabitur: minus aliqñ ꝯtendet q potest. Ambro. lib. de Caim: quasi p adulterari posuit. Etem quia verũ decorẽ naturę habere nõ potest adulterinis fucis affectatę pulchritudinis lenocinat spẽm nõ veritatem.

¶ Lens dis. a lędo: capitis animal: ex quo formatur pediculus: ꝛ est fœ. gñis. Sere. Vnda maris capiti lędes diducit iniquas. Hinc lendinosi dicti sunt lendibus

¶ Lens lentis. gñis leguminis a lenis (bus sufferti. nomen deductũ: q qui ea vescunt lenes ac moderati fiunt. Ply. Inuenio apud veteres auctores æquanimitatẽ fieri vescentibus lente.

¶ Lenticula genus leguminis lenti simile: sed diuersum. Quin ꝛ cocta quoq lens a Ply. cęterisq lẽticula vocat. Lẽticula etiã genus vasis est a figura dictũ vt ait Ply. ꝛ meminit Celsus. Videtq id eẽ qđ discus appellat apud Diosco. Vñ ꝛ lenticularis figura. Quidã hoc nomẽ a linẽdo deducũt: aiũtq esse vas olearium: ex quo reges ꝛ sacerdotes ungebantur: de quo in lib. reg. fit mẽtio. Rursus lenticulę maculę in corpore sunt: quæ lentigines dici solent.

¶ Lentigo pe. p. macula subrufa & interdum nigra in facie ad lentis similitudinem. Unde & lentiginosus. Plyn. li. xix. de Atriplice. Ac nisi mutata sepe aqua coquendo stomacho contrarium esse lentigines & papulas gignere. Et li. xx. Cum seuo vitulino vel melle suggillationes illinitur cum melle & vua passa & aceto lentigini nigre.

¶ Lentus proprie tener flexuosusque. Virg. Lenta salix quantum pallenti cedit oliue. Sed translatum ad animum pro leni ac placido capitur. Ci. in Horten. Qui cum publicas iniurias lente tulisset: suam non tulit. Interdum pro facili. Lucil. Cotta senex Crassi pater magnus tritico fuit nummarius soluere nulli lentus. Interdum pro tardo: a quo lentitia & lentitudo tarditas. Interdum pro securo et ocioso. Virgi. Nos patriam fugimus tu tityre lentus in vmbra. Interdum pro tenaci. Plaut. in Mened. Ellentum est & visco simile. Interdum pro remisso et frigido. Virg. li. i. geo. Noctis lentus non deficit humor. Ci. Neque enim est facile perficere: vt irascatur ei cui tu vel iudex si tu ipse id lente ferre videare. In compositione vero significat plenum: vt somnolentus temulentus: opulentus & huiusmodi.

¶ Lento as. Virg. li. 3. Unde & trinacria lentandus remus in vnda. Ubi Ser. Lentandus aut lente tibi nauigandum est: nam totam siciliam circumijt aut flectendus. Unde lentum vimen dicimus. i. flexibile.

¶ Lenteo es. a quo lentesco is. quod significat lentum seu tenerum ac molle fieri. Vir. lib. ij. geo. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. i. coheret: vt exponit Ser. Lucil. Lentet opus dixit. A lentesco fit compositum inlentesco. Col. lib. ij. Paulum aqua maceratur donec inlentescat. i. intus tener fiat.

¶ Lentini seu lentuli Romani quidam cognominati sunt a lente: vt Cicerones a cicere.

¶ Lentiscus arbor que masticem gummi modo sudat: et est turifera. Plyn. lib. xxiiij. Usum lacte caprarum quas lentisco pascebat.

¶ Leo les. leui. non est in vsu & significat imprimo & formo: sed eius composita vsurpantur: que sunt Deleo & Releo. Delere autem contrarium est suo simplici. Nam est quod formatum iam & impressum est remouere.

¶ Leo animal ferox & omnium animalium generosissimus: tum precipue cum colla armosque vestiunt iube quod etate accidit. Leones tantum ex feris clementia vtuntur: in supplices: prostratis parcunt. Eorum animi index est cauda: sicut equorum aures. Vim summam in pectore habent sociati innoxij sunt. Timent rotarum orbes circumactos & currus inanes: & cristas: cantusque gallinaceorum: sed maxime ignes. A leo fit Leoninus a. um. Est & leo marinus ex cancrorum genere. Item leo celeste signum. Ferunt hunc leonem Theumesium ab Hercule occisum: in celum ab Ioue translatum. Dictus est Theumesius a Theumeso Boetie monte.

¶ Leopardus animal quod ex leone & panthera natus est vel ex pardo & leena nigris maculis leoninam pellem distinguentibus & iubis caret. Nascitur in africa vbi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum conuenit: ideo multiformes ibi animalium partus: mutuo sese miscentibus diuersorum generum animalibus. Unde ortum est prouerbium Semper aliquid noui Africam afferre.

¶ Leonina herba est que nascitur in montibus: cuius flores cum emittuntur similes sunt ori leonino aperto.

¶ Leontopetalon herba folio brassice caule semipedali leni: cuius semen in cacumine in siliquis ciceris modo: radix rape similis grandis nigra nascitur in aruis radix aduersatur omnium serpentium generibus ex vino pota: nec alia res celerius perficit.

¶ Leontophon exiguus vermis esse dicitur: nec alibi nascitur quam vbi leo nascitur.

¶ Leosthenes pe. cor. nomen viri qui cum sponsus esset & lamiacum bellum concitasset interfectus est: ob cuius amorem sponsa Demotionis Areopagitarum principis filia se interfecit: sicut Hiero. contra Ioui testatur. Suidas. λεωσθενης στρατηγος των αθηναιων προς τους μακεδονας λιθω πληγεις προς την κεφαλην αφυλακτως επι της παραταξεως πιπτει.

¶ Leonides nobilis sparta: deinde Lacedemoniorum rex: qui aduersus xersem pene incredibilia egit. Fuit & alius Leonides Alexandri pedagogus.

¶ Leocrates nomen sculptoris insignis.

¶ Leoncopodion herba quam & lithoron & dorlpetron & toropetron vocant caulibus veluti rose capita sustinens: nascitur in campestri cuius semen lymphatica somnia facere dicitur.

¶ Leochares: leocrates: leocritus: leostratus: leodamus: leontius: leogorus: omnia nomina propria a leo deducta.

¶ Lepadusa siue lopadusa insula sicilie a patellis ostreorum genere dicta: quasi patellaria.

¶ Lepus animal a celeritate dictum: quod leuipes sit: quasi ambulans non sentitur. Ponitur quandoque pro infamia quod magis posteriori parte: hoc est armis pulpamentum de se prebeat cum in conuiuio carpatur appositus. Hor. Fecundi leporis sapiens sectabitur armos. Aut quod venantur illum & spectantur canes quos pro amatoribus puerorum intelligunt vt apud Teren. Ceruam videre fugere sectari canes. Aut quod a physicis dicatur incerti sexus. Tradunt enim vtramque vim singulis inesse ac sine maris coitu gignere sicut & hyena. Ter. in Eu. Lepus tute es & pulpamentum queris. i. quod in te habes: hoc queris in altero.

¶ Lepusculus dimi. quo etiam noie dictus est piscis quidam marinus. Amb. Lepusculus timidum animal in terris: in mari formidabile.

¶ Leporinus a. um. pe. p. quod est ex lepore: vt pes leporinus.

¶ Leporarium: non tantum pro loco vbi lepores sunt: sed etiam pro omnibus septis: & que sunt ville affixa accipitur: & habent inclusa animalia que pascuntur. Gel. Uiuaria veteres quandoque leporaria dixere: in quibus omnia claudentur animalia. Var. Leporaria te accipere volo non ea que tritaui nostri dicebant / vbi soli lepores sint: sed omnia edificia septa & villas: que inclusa habent animalia que pascuntur. Hec antiquiores roborarea etiam appellari voluerunt a tabulis roboreis quibus septa erant antequam menibus cingerentur.

¶ Lepor & lepos vtroque modo dicitur pro sermone nitido & abstersso: & quasi lautitia quadam sermonis quod sicut lepus a leuitate pedum: ita lepor orationis a pedum suorum leuitate dici putatur. Est & lepos gratia et voluptatis cuiuscunque amenitas.

¶ Lepidus a. um. pe. cor. in quo leporis est plurimum & tam de hoie quam de oratione dicitur: vt lepidus homo: & lepida oratio. Ter: in An. O lepidum caput. Hinc lepiditas & compositum illepidus.

¶ Lepra morbus: qui alio noie dicitur elephantia. Et duplex est. Una que incurabilis est: quam malam scabiem Horatius noiat. Aut mala quam scabies: aut morbus regius vrget. Alia que pot curari. Ply. li. xxiiij. Lachryma vitium veluti gemma lepras: & lichenas & psoras nitro ante preparatas sanat.

¶ Leprium ciuitas in achaia a Leprio heroe: quē occidit Hercules: siue a lepra qua curabant̄ ibi quoduz se flumine mergētes. Hinc lepriatę populi. Est ⁊ alterū in arcadia lepriū: vt testis est Cic. ad Atticum.

¶ Leptis nomē vrbis: de qua Iuuenal. In lepti vrbe semi barbara ⁊ posita in solitudine mortis est: vt nurus altera die socrū Alam mutuo postulet.

¶ Lepteacra ꝓmontorium gracie. Solinus. A promontorio Indię: quod alij Leptenacram: alij Drepanum vocitarunt.

¶ Lerne argiui ⁊ mycenei agri locus est: supra quez fuit Argos oppidum. Unde Lernęus a. um. vt pal⁹ lernęa: vbi fuit hydra quinquaginta capitū ab Hercule interfecta. Sunt qui scribant lernā regiunculaz esse arcadię a lerno rege cognominatā.

¶ Leros quæ ⁊ leria insula est in Icario mari: vt inquit Strabo.

¶ Lesbos insula in ægeo ęolicarū vrbiū metropolis ⁊ vniuersę troadis imperiū obtinuit. Ambitus eius stad. centū supra mille a borea in haustrū ptensa quingenta ⁊ sexaginta stadi. longitudinis habens: feraci agro ⁊ multa materia ad classes cōficiendas idonea. Urbes in ea fuere memoratu dignæ: Mithylene ⁊ ab ea nūc insula vocat̄: ⁊ Pyrrha in occidentali littore sita. Fuit ⁊ Cressus ⁊ Antissa cū portu ⁊ memethimna Dicta lesbos ab vrbis noīe: ꝗ in ea potētissima fuit: siue a Lesbo Iapithi filio. qui in eā insulam nauigauit Ex hac Pittacus vnus ex septē sapientib⁹. Alcęus: Sapho: Theophrastus phūs: ⁊ alij viri scientia clarissimi orti fuere. Hinc Lesbius a. um. ⁊ lesbous a. ū. pe. p. Hor. Lesboum refugit tendere barbiton.

¶ Lestrygones p. co. populi in extremo Italię quos Ulysses apud Alcinoum narrat humana carne vesci: vt Cyclopas ⁊ Homerus scribit lestrygones socios Ulyssis verubus trāsfixos atqꝫ igni assos comedisse. Acron. Lestrygonia formiana seu sicula in quib⁹ Cyclopes fuerunt qui lestrygones vocabantur. Plyni. Caieta portus oppidū formię dictum: vt existimauerūt lestrygonū sedes. Uerum ita appellati fuere qꝛ latrones erant in eo sinu. ἀπὸ τοῦ λῃστείας: qđ est latrociniū. Hor rex Antiphates fuisse scribitur.

¶ Lestorum regio indiæ extra gangem: cuius incolę syluestres esse dicūtur ⁊ in specubus habitare. Ferunt in eā esse coruos ⁊ psyttacos albos.

¶ Lessus us. lugubris heiulatio. Ci. in legib⁹. Mulieres genas ne radūto neue lessum funeris ergo habento. His eñ verbis significat̄ lamentationē lugubrem in funeribus ꝓhiberi.

¶ Letania seu litania cū accentu in pe. latine supplicatio dicit̄ λιταρεύω supplico rogo.

¶ Lethes fluuius: quē apud inferos esse poetæ tradiderūt: cuius latices si quis gustauerit oīm pteritaruz rerū obliuiscitur. Idcirco ἀπὸ τοῦ λήθης. i. ab obliuione nomē habet. Datus est hic fabulæ locus quia morientes oīm rerū obliuio surripit. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremū syrtiū cornu berenicē vrbem alluere: sed cū apud oēs fama est ad ea loca inferna inundatione ꝓrumpere. De quo Luca. lib. viij. Quam iuxta lethes tacitus perlabit̄ amnis. Infernis vt fama trahens obliuia venis. Inde lethęus a. um. Idē. Nō me lethęæ cōiunx obliuia ripę Immemorem fecere tui.

¶ Lethargus est marcor ⁊ inexpugnabilis pene somni necessitas cū alienatione mentis. Boe. li. i. de consola. Lethargū patit̄ cōmunez illusarū mentiuz morbū: sui paulisper oblitus est. Ply. li. xxiij. Grauedinē eñ morbūqꝫ lethargicū patit̄. Est ⁊ spēs phrenetidis vt Cælius ait. Unī lethargicus ab Horatio sumitur pro furioso: vt lethargicus hic cū fit pugil ⁊ medicū viget. Dictus lethargus (vt quidā putant) ἀπὸ τῆς λήθης: hoc est ab obliuione. Naz in eo morbo accidit obliuio oīum rerum.

¶ Letum ꝓ morte secūdum Priscianū a leo fit: quo veteres vsi sunt ꝓ deleo: qm̄ mors oīa delet: Apulei⁹ A luo deducit: ideoqꝫ p œ scribi pręcepit. Uar. ⁊ Fest⁹ ab λήθης fieri putant: Unī ⁊ th aspiratū sine diph. scribunt lethū. Quidā etiā lætū ꝑ antiphrasim dici volūt quasi minime lętū. Nā epitheton mortis tristis quod est contrarium lęto.

¶ Letalis ⁊ hoc letale mortiferum. Ply. Letalis inedia homini durasse ⁊ vltra vndecimū. s. diez pigrosqꝫ certum est.

¶ Letificus a. um. pe. cor. quod mortem inducit.

¶ Leto as. morte afficio. Unde letata corpora apud Ouidiū ꝓ morte mulctata ⁊ interempta.

¶ Leuana vocabat̄ dea quę pueris pręerat de terra leuandis: vt inquit Augustinus.

¶ Leucon latine album dicitur. Et leucon auis est: quę ardea vocatur. Leucasmos latine candor Gręce λευκασμός.

¶ Leucargyllon: genus argyllę albę.

¶ Leucosia insula cōtra pestanū sinū in mari tyrrheno Lucanię adiacens: vt Stra lib. vi. refert: paruū ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab vna syrenum: quę hoc in loco perijt cum in profundū sese abiecisset.

¶ Leucates pe. p. mons seu promontoriuz in Epiro mare intrans. Uirgil. Mox ⁊ leucatæ nimbosa cacumina montis. Dictus leucates a petra eiusdem nominis coloris albi in pelagus porrecta: in qua est Apollinis fanum. Unde ⁊ leucadius Apollo: quia illic habet templuz. Ouid. An quia laucadio semper amata deo. Est etiam leucas insula quę superioribus annis vt Stra. auctor est: littus extitit quę insula effecta ē. De qua Laertem dixisse aiunt Munitā solus vi cœpi neriton littus erat terrę. hoc quidez in loco manu factę excisiones fuerunt. Et li. x. legimus Corinthios cherronesū terra iuxta effossa leucadem in insulæ formam redegerunt: ⁊ in eum locuz transportata Nerito: qui fuerat isthmus nūc fretū ⁊ euripus est pōte iugabilis mutato nomine dixere Leucadem sumpto vt reor a leucate vocabulo. Ply. Deinde leucadia ipa peninsula quondam Neritus appellata opere accolarum abscissa a continenti. Oppidū in ea leucas quōdam neritum dictum.

¶ Leucothea matuta dicta est: hoc est aurora: quasi alba dea. λευκόν eñ album.

¶ Leucophęus cū diph. Nam gręce λευκόφαιον dicūt color natiuus ex albo ⁊ nigro nomē trahens λευκόν albū: φαιόν mediū inter albū ⁊ nigrū. i. fuscū ⁊ pene nigrū. Ply. Iecur rubetę vel cor adalligat̄ in pāno leucophæo ⁊ quartanis ꝓdest. Uictr. de his colorib⁹ scribens ait. Fontes ⁊ flumina sunt quoꝝ potu pecora: quis alba sint alijs locis procreant vellera leucophęa: alijs locis pulla: alijs locis coracino colore. Idē In campis troianis ꝓrime flumen armēta rufa ⁊ pecora leucophęa nascuntur. Quidā scribunt leucopū ꝓ colore albo natiuo: a quo leucopeatus qui rudiori

ac visi alba veste indutus est. quibus et leucophęatus legatur. Sunt et medicamenta certi generis hoc noie quasi suffusca siue subcandida.

¶ Leucoma pe. pro. album dicitur: hoc est tabula illa in qua iudicū descripta erant noia: et in qua singulorum annorum acta litteris mandabātur a Pontifice maximo.

¶ Leuce paruū oppidum nō longe a Smyrna.

¶ Leuctra per c ante t plurali numero. Singulari leuctrum: et gñe foe. Leuctra. Solinus etiam Leuctras videt vsurpasse: oppidum est Bœotię. De quo Hier. con. Jovi. Quo ore laudandę sunt Scedasi filię in leuctris Bœotię quas traditū est absente patre duos iuuenes pretereuntes iure hospitii suscepisse q̄ multum indulgētes vino vim per noctem intulere virginibus q̄ amisse pudicicię nolentes superuiuere mutuis conciderūt vulneribus.

¶ Leuiathan: vt inquit Hier. Judei dicunt drachonē magnū fecit deus q̄ dicitur Leuiathā et est i mari: et aiūt vt quādo recedit ocean⁹ dracho vertitur. De hoc apud Esaiam. Jn die illa visitabit dñs i gladio suo sup leuiathan serpentem vectem: et super leuiathan serpentē tortuosum occidet cetū qui in mari est.

¶ Leuir leuiri pe. cor. dicit mariti frat: quasi leuis vir.

¶ Leue significat id quod est sine pōdere. Unde leuis stipula. Uir. li. xii. Corytiqꝫ leues humeris et letifer arcus. Transfertur ad animū. Unde leues homines vocātur inconstātes viles et nullo honore digni: quēadmodum econtrario graues dicim⁹ constantes seueros prudentes. Hinc leuitas quę modo dicitur de re non pōderosa: modo de inconstanti: viliqꝫ. Cicero cum in Anto. genus quoddā sordidissimum vitę demonstrare vellet ꝙ in caupona delitesceret: ꝙ ad vesperum potaret: ꝙ ore inuoluto iter faceret ne cognosceretur. Uidete inqt hominis leuitatem tanqꝫ prorsus ista dedecora hoc vitio notarētur. Leui. i. vina q̄ sint. Uide in dictione Lora. Lęuē cum diph. aliud significat.

¶ Leuiculus dimi. a leuis. Ci. lib. v. tus. Leuiculus sane noster Demosthenes q̄ illo susurro delectari se dicebat aquā ferētis muliercule: vt mos in grecia est.

¶ Leuo as. pe. cor. in altū tollo veluti leue quiddā. Liui. Mox aqua leuata vento cū sup gelida mōtium cacumina concreta esset. Jnterdum leuare est auferre. Uir. Atqꝫ arcta leuari vincla iubet priamus. Jnterdum exonerare et quasi releuare. Jdem. Ego hoc te fasce leuabo Jnterdum extenuare et leue facere. Jdem Nostrumqꝫ leues quecunqꝫ laborem. i. leuē facias: vt exponit Ser. Composita huius verbi sunt Alleuo: Colleuo simul leuo. Col. li. vii. Pastinaceqꝫ agrestis semina et succ⁹ amoracę cum melle colleuant: oculorum sedant dolorē. Deleuo deorsū leuo. Jdem li. iii. Et si fieri potest iuxta aliquem nodū serula desecato et plagā acutissimo ferro deleuato. Eleuo. Releuo rursus leuo et quasi idem quod alleuo. Ter. in Adel. Nam et illi animū iā releuabis q̄ dolore ac miseria tabescit. Subleuo adiuuo. Et omnia habent pe. cor.

¶ Leua manus sinistra: quam greci σκεαν dicunt. Unde tractum est cognomen sceuola. Alii lęuā cū diphthōgo scribunt ꝙ greci λαιαν lęuam dicunt: a quo fit lęuis.

¶ Leuus a. um. cū de humanis loquimur significat contrarium. Uir. Si mens non leua fuisset. Cū vero de cęlestibus prosperum denotat quia sinistra numinum dextera sunt intuentibus. Jdem li. iiii. Ge. Numina leua sinunt: auditqꝫ vocatus apollo. Etrusci cęlū in. xvi. partes diuiserunt e quibus octo ab exortu sinistras totidē econtrario appellauere dextras. Hinc omia fulmina leua existimant esse prospera qm̄ a leua parte mundi ort⁹ est sicut scribit Plyni. Et vt auctor est Cice. l. ii. de diui. Optimum auspicium habebatur apud romanos quod sinistrum fuerat. Unde Uir. Antiquitatis cōsultissim⁹ dixit. Jntonuit leuum: quod felicitatem portēdere credebatur.

¶ Leui nomen patriarchę: a quo leuita seu leuites pe. pro. p eo q̄ est de tribu leui. Hiero. in li. Exo. Aarō frat tuus leuites scio ꝙ eloquens sit. Hinc leuitic⁹ a. um. possessiuum.

¶ Leui preteritum a leo significat aperui ptuli. Hora. li. i. car. Greca quod ego ipe testa conditū leui. Cui⁹ cōpositū releui ptulit. Ter. Releui oia dolia.

¶ Leuidensa auctore Seruio genus vestis sic dictum qm̄ filo admodum raro et leuiter densato ac texto sit per tenuiqꝫ. Ci. Dolobellę. Sed ego hospiti veteri et amico munusculū mittere volui leuidēsę Crassi filio.

¶ Leucotrata bestia in india: q̄ velocitate cęteras feras superat. Hęc asini fere magnitudine voce loquentium hominū sonos ęmulatur.

L ante J

¶ Lię sunt foramina q̄ in summo mali recipiunt funes

¶ Libum genus dulciarii cibi ex farre et melle et oleo sic dictum ꝙ libandi causa fiat. Virg. li. vii. Et adorea liba p herbā Subuciūt epulis: vel a libo verbo greco quod apud illos λεβω scribitur: vel a libero patre. Oui. in fas. Liba deo fiunt succis qꝛ dulcibus ille Gaudet et a baccho mella reperta ferunt. Et post. Melle pater fluit liboqꝫ infusa calenti Jure repertori candida mella damus. Huius diminutiuū est libellū. Nā libellus a liber est. At in epulis libum sic fieri ꝯsueuisse a Catone li. de agricultura scribit his verbis. Libum sic facito. Caseum bñ distere in mortario: vbi bene triueris farine siliginę libram aut si voles tenerius esse selibram similaginis solum eodem indito pmisceteqꝫ cū caseo bene: ouū vnū addito et pmisceto vna bñ. Jnde panē facito folia subdito in foco calido sub testa ea coquito leniter.

¶ Liba. e. insula in mari indico.

¶ Libo as. leuiter degusto et quasi primis labiis attingo. Dictum libare: quasi labiare. Uir. Purpureosqꝫ metunt flores et flumina libāt. Sed et latini mirabilia dicūt, Est. n. grecū λειβω λειψω. Hiero. de Paulo. Deniqꝫ paululum aquę prono in fronte ore libarūt. Per trāslationē quādoqꝫ libare ponit pro leuiter tangere Uir. Oscula libauit natę. Qñqꝫ pro sacrificare. Lact. lib. v. Nil. n. enīz sancta et singularis illa maiestas aliud ab homie desyderat q̄ solā innocentiā quā si qs obtulerit deo: satis pie: satis religiose libabit: Tibul. Et quodcūqꝫ mihi pomuz nouus educat annus Libatū agricolę ponit ante deum Quādoqꝫ p recipere sumere haurire. Cice. li. iiii. ad Heren. Uide ne facias impudēter q̄ tuo noie velis ex aliorū laboribus libare laudē. Huius verbi composita sunt Delibo. Prelibo. Prolibo. Ply. li. xxxv. Jn sacris quidē etiā inter has opes nō myrrhinis cristalinis ve: sed fictilibus plibat sympulis innocentius. Et habēt pe. producta. Jllibatus etiam dicitur pro non libatus non tactus.

¶ Libamen libamentū et libatio: pro eodē sumuntur significantqꝫ quicquid in sacris libatur: a libero patre qui primus Joui libauit. Ouid. lib. iii. fas. Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen. Liber enim qui bac

chus dict⁹ est cū victor de scythis extitisset aliisq; natio
nibus: rerum primitias magno Ioui obtulit. Hiero. in
Leui. Qui offert victimā pacificorū dño offerat simul
& sacrificiū. i. libamenta eius.
¶ Liban⁹ pe. cor. mons inter arabes & phœnices excel
sas arbores habēs: & iterpretat Cādidatio. Ex eo Orō
tes fluuius orit. Liban⁹ etiā arbor est q̄ thus pducit tā
masc. q̄ fœmi. gñis. Hier. in eccle. Et quasi liban⁹ non in
cisus vaporaui habitationē meā. Vñ & p thure accipitur
quod & libanū dicitur. Libanicus thureus.
¶ Libanotis pe. p. latine thurea dici pōt. Est. n. her=
ba odorē thuris habēs & ros marin⁹ appellat. Ply. Li=
banotis radicē habet olusatri nihil a thure differentem.
¶ Liber liberi Dionysius siue Bacchus vini repertor.
Multos autem fuisse liberos siue bacchos dionysios ve
ostēdit Diodorus. Celebratior vero q̄ ex Semele & Io=
ue genit⁹ ferť quē tertiū fuisse autumāt: & thebis bœoti
js natū q̄ liber appellat⁹ est a liberādo: nā libertatis de=
us est: siue ꝙ Bœotię vrbes liberas fecerit. Ipse. n. vt lo=
quit Plutar. p Bœotię libertate pugnauit: vel q2 a vi=
nū curas soluat & mentē ab illis liberet. Seu ꝙ vino vsi
libere oia loquanť. Fiūt aūt plerīq; ebrietate petulātio
res. Senec. li. de trāqllitate vitę. Liberū dicit non ob li
centiā linguę. sz q2 liberat seruitio curarū aīm & tristitię
medeť. Var. a labēdo deducit ꝙ lubrica mēs quo lubet p
labiť. Aug. docet liberū vocari ꝙ mares in coeūdo p ei⁹
beneficiū emissis seminib⁹ liberenť. Interdum liber po
nitur pro ipso vino: sicut ceres p frumento. Ter. Sine
cerere & baccho friget venus. Liber dicť sol: q2 libere p
aerē vageť. Vir. Vos o clarissima mundi lumina Labē
tē cœlo q̄ ducitis annum Liber & alma Ceres.
¶ Liber adiectiuū dicť q̄ nulli⁹ habito respectu quod
sentit dicit & facit. Et liber vocať q̄ nulli subiect⁹ est cui⁹
relatiuum est seruus. Itē q̄ curis ac negociis oībus so=
lutus est. Mart. vno disticho duo ei⁹ comprehēdit signi
ficata. Liber hō es nimiū dicis mihi cheryle. Hoc est ni=
miū libere loqueris. In te q̄ dicit cheryle liber homo ē.
Hoc est vacuus negociis & q̄d agat non habens. Liber
etiā ponť pro eminenti: & extanti. Var. in Eume. Item
tragici pdeāt cur capite libero: cū antiqua frōte. Iterū
pro magno seu valido. Ouid. Perfruor infelix liberiore
malo. Vñ cāpus liberior dicť maior ad dicendum ratio.
Et in his significationibus prima producitur.
¶ Liber bri. sub stātiuū. ppie pars corticis interior: q̄ li
gno adheret. Vñ et delibrare quod est corticem detra=
here: habetq; primā cor. Vir. Hęc si tum moriens alta li
bret in vlmo. Unde & liber dictus est in quo scribimus:
q2 añ vsum chartę de libris: id est corticib⁹ arborū volu=
lumina cōpaginabātur. Unde & codex ab arborū trūco
appellatus est. Ponitur quādoq; liber pro ipso ope inte=
gro q̄tlibet sit magnus etiā si ɔtineat ęneida bucolica &
gęorgica. Quādoq; pro certa parte operis: vt Virgilii
ęneis in. xii. libros distincta est.
¶ Libellus dimi. paruus liber. Aliqñ etiā ponitur pro
epla siue tabella. Vñ libelliones dicti sunt. Libelli etiaz
dicunť quos vulgus supplicatiōes appellat quos Mart.
supplices libellos nominauit illo hēdecasyllabo. Idem
supplicibus vacat libellis. Tales eniz principibus dari
solent ad negocia explicanda a subditis in quibus peti
tione continentur. Suet. in Cęsa. tantum libellos dixit.
Libellumq; indicē insidiarū ab obuio quodā porrectuz
libell' cęteris quos sinistra tenebat q̄s mox lecturus com
miscuit. Apud leguleios libellus diuersis modis dicitur
Nam est libellus accusationis: cōuentionis: repudii: et
hmōi. Libellū vero genere neutro dimi. est a libum: vt.
C. de epis. audien. l. indices. Incarceratis debet victua
lis substantia ministrari vel tradi libellis duob⁹ aut tri
bus diurnis.
¶ Libellul⁹ dimi. a libellus. Hiero. In pręsenti libellu
lo edoceat.
¶ Libelliones a veteribus tabelliones dicebanť. Var.
Tum ad me fuerunt ꝙ libellionē esse sciebāt.
¶ Librarius rii. q̄ libros transcribit. Hier. ad Niciam
Nam & rudes illi Italię homines quos Cascos Enni⁹
appellat q̄ sibi ritu ferino victum requirebant āñ charte
& mēbranarū vsum: aut in dedolatis e ligno codicillis:
aut in corticib⁹ arborū mutuo eplarū alloqa mittitabāt
Vñ & portitores earū tabellarios & scriptores a libris ar
borū librarios vocauere. Bibliopola vero q̄ libros ven
dit. Librarius etiā dici pōt q̄ libros ordinat: aut venales
in taberna tenet. Item librarius a libra fit: & is est q̄ par
tiendis pēsis pręficitur.
¶ Librari⁹ a. um. quod ad libros pertinet. Ply. li. xxxv
Oē aūt atramētū sole pficiť: librariū et tectoriū glutino
admixto. i. quo libri exscribuntur & materia aliqua tegiť.
Et librarius a. um. a libra fit. Col. li. vlti. Caro in libra=
ria frusta conciditur.
¶ Libraria ę. vbi reponūť libri: grece bibliotheca Gel.
In libraria ego & L. Paulus cōsederamus.
¶ Liberi dñr filii q2 vt ait Do. liberalitate a parētibus
regēdi sunt. Et liberorū appellatiōe etiā vnus filius et
vna filia intelligiť. Ter. Cui tu liberos cōmittas tuos
Itē liberorū appellatione ɔtinētur nepotes: & pnepo=
tes cęteriq; ex his descendētes.
¶ Liberalia orū. liberi festa q̄ apud grecos dicunť Dio
nysia. Neuius libera lingua loquūtur ludis liberalibus
¶ Liberalis: benignus: munificus. Vñ liberalitas mu=
nificētia. Liberaliter large munifice. Cui⁹ ɔtrariū ē illi
beraliter: quod veteres de eo dicebāt q̄ oē maleficii ge=
nus excessisset. Ter. in Adel. Factū a vobis duriter im
misericorditer atq; si ęquū est dicere magis apte illibe=
raliter. Do. illiberaliter: iniuste: indęmēter non bñ: q2 li
beraľ dicť Differt tñ liberalitas a munifico: qũa libera
lis dicitur bon⁹ q̄ rogat⁹: munific⁹ q̄ spōte bñficiū ɔtulit
Ci. li. de ora. Quid tā porro regiū: tā liberale tā munifi
cū q̄s opē ferre supplicibus. Sūt etiā q̄ sic distinguāt: vt
liberalis sit q̄ paruis & priuatis hoībus beneficia pręstat
Munific⁹ q̄ magnis & in magnis reb⁹: vt q̄ magna p di=
gnitate muneret sit munificus vel magnificēs: q̄ vero
in paruis muneribus liberalē sese pręstat liberalis. Sic
liberalitas naturę benignitas q̄ maxime in pręstāda o=
pera amici perspicitur: & versať inter priuatos & paruos
hoies. Munificētia inter magnos. Quod nomē a libero
patre: vt Vale. maxi. docet deductū est: habetq; libera=
lites duo extrema. Nā si deficias: nec tantū q̄ntum opor
tet tribuas: auaritia oriť: si autē excedas in dando: des=
q; plus q̄ oportet: & cui nō oportet: & qñ & qua causa nō o=
portet in vitiū laberis q̄ pdigalitas appellať. Accipitur
qñq; liberalis p pulchro & ingenuę formę hoie.
¶ Liberales artes dñr q̄ igenio coluntur: & ppterea di
gnę sūt liberis hoib⁹. Illiberales vero mœchanice q̄ in
manuū opa ɔsistunt. Habēt eñ seruile ministerium.
¶ Libertas a liber fit q̄ seruituti opposita est. Item li=
bertas dicitur de eo qui viuere et sine respectu loquitur
faciatq; quę libet. Capiturq; in bonum cum sit potentia
ingenua quę sic a iurisconsultis diffinitur ꝙ sit natura=
lis facultas ei⁹ quod cuiq; facere libet nisi quod vi aut iu
re phibetur. Licētia aūt in malum cum quis libertate

abutit: vsqꝫ ad temeritatē ⁊ ꝓcacitatem. Est licētia impunita quedā facultas agendi quicquid velis. Quinti. Que in aliis libertas est: in aliis licentia vocat. Ter. Deteriores oēs sumus licētia. Ponit tamē quādoqꝫ licētia pro libertate: vt apud Sal. Romā legatos ire iubent agendarū rerum ac quoqꝫ mō cōponendi belli licentiā ipsis permittit. Libertas etiā libertatis dea dicebat cuiꝰ tēplum in Auentino ꝯstitutū fuisse narrant historie.

Libertus a libertate dicit. ⁊ is est q̄ cū esset seruus factus est liber. Vlp: cum esse libertum diffinit quē q̄s seruitute ad ciuitatē romanam perduxit.

Libertinꝰ relatiuū est ingenui; sicut libertus patroni: licet vnū et idē sit libertinus ⁊ libertus. ꝑ libertinum significamus ꝯditionē hoīs sicut per ingeniū: per libertum priuatum quendā respectum sicut per patronum. Sūt aūt libertini q̄ iusta seruitute manumissi sunt quēadmodū e ꝯtrario ingenui sunt q̄ libera matre nati nec postea ꝓui facti sūt. Aliqñ etiā libertini vt Sue. i Clau. scribit. Dn̄r q̄ ex libertis creati sūt. Ait. n. Ignarꝰ tꝑibꝰ Apii ⁊ Deinceps aliquādiu libertinos dictos nō ipsos q̄ manumitterent: sed ingenuos ex his ꝓcreatos.

Libero as. mō particulare est ⁊ significat manumitto. i. libertatē do. Mō vniuersale ⁊ ē absoluo. Cic. Nihil antiquiꝰ fuit q̄ꝫ vt te a sceleratorum hoim calūniis liberarē. Ter. in an. Obsecro te q̄ꝫ primū hoc me miserū libera metu. Hinc liberatio q̄ dicit cum patefacta securitas est. Huius verbi composita sunt Delibero Sublibero: quod est quasi de subleuo. Col. li. iiii. Cum sola ea res oēm impēsam terreni precio subliberet si mō nō ꝓuincialis: sed italicus ager est.

Libra q̄ ⁊ as: ⁊ mina seu Mna ⁊ pondo dicit. xii. constat vnciis. Libra tn̄ vnciarū varietatē accepit: pondo semꝑ idem fuit. Proprie aūt libra instrumentū est quo res ponderātur: cū lancibus alio noīe bilancem vocant. Ci. Critolaus libram constituebat in cuius alterā lācē animi bona ponebat: in alterā corꝑis ⁊ externa: tantūqꝫ pendere illā animi bonorū lancē putabat: vt terram et maria deprimeret. Ambro. li. i. offi. Sermones ꝓferat libra exanimatos: vt sit grauitas in sensu: in s̄mone pōdus: atqꝫ in verbis modus. Statera vero instrumentū quo res sine lancibus ponderant. Est et libra cœleste signū quod octauo kalēdas octobris seu vt quidā existimant. xiiii. sol ꝑ illud transiens equinoctiū facit.

Libella diminutiuū a libra q̄ erat de argento paruat eris libra valebat. hoc est asse.

Librarius a. um. quod est libre. Cato. Caro in libraria frusta cōcidit. Librarius ⁊ libraria q̄ ⁊ q̄ perficit partiēdis pensis. Vlp. Si librariū rus mittat ⁊ qualum ⁊ calcem portare cogat: vel histrionē balneatorē faciat: vel de symphoniaco atriensem vel de palestra stercorandis batinis preponat: abuti videbit ꝓprietatis. Librariꝰ etiam a libris exscribēdis vel concinādis dicitur: de quo supra.

Libralis ⁊ hoc librale quod est vnius libre.

Librile pe. pro. scapus libre. Librilla diuersum est vt paulo infra.

Libripens dis. a pendēdo secūdū Pris. librā eneā tenet. Boe. in top. Mācipi res veteres appellabāt que ita abalienabant: vt ea abalienatio per quandā nexus fieret solēnitatē. Nexus vero est iuris solennitas q̄ fiebat eo modo quo in institutionibus Caius exponit adhibitis nō minus quinqꝫ testibus romanis ciuibus puberibꝰ Est ꝑterea alius eiusdē conditionis q̄ librā eneā teneat q̄ appellet libripēs. is. q̄ mācipiū accipit es tenens ita dicit. hūc ego hoiem qui mihi emptus est hoc ere eneaqꝫ libra ex iure quiritium meum esse aio. Deinde ere percutit libram: idqꝫ es dat ei a quo mancipiū accipit quasi loco pretii. Pōt etiā dici libripēs stipis pōderāde pēsator.

Libro as. pondero: trutino: estimo: examino Apul. Oia priusqꝫ aliquid statuas libranda sunt. Amb. super Luc. vide q̄ꝫ signanter scriptura singulorum libret momēta verborum. Aliqñ librare graue facere. Ply. Apes si oriatur ꝓcella apprehēsis pedusculo lapis se librant. i. grauiores faciūt. Aliqñ suspēdere ⁊ leuiter sua vi sustinere. Ouid. Etiam finitima corpus librabat in herba. Aliquādo Aequare. Col. li. iiii. Sic permensū et libratum opus in similitudinē veruacti semꝑ ꝓcedit Inde Libramentū et equilibriū. Huius verbi cōposita sunt Delibro quod est optime pondero. Gel. Quid relinquitur nisi delibrari sibi cœnas iubeāt ne edendo defatigētur. Perlibro valde libro. Col. li. iiii. Pariter imę fossę solū metitur atqꝫ perlibrat. Et habēt pe. pro.

Libramentū equamētū. Col. li. i. Nā eiusmodi positio mediū libramētum temperamentūqꝫ verborū hyemalium et estiuorum tenet.

Librilla alias libella instrumēta bellica saxa. s. ad brachii grossitudinē in modū flagellorum loris deuincta q̄ librari manu. i. ponderari videantur.

Lebethrꝰ apud lycophrontē poetā videtur esse mōs macedonie habēs ad radices pimpleā fontē. vnde muse dicūtur libethrides. Strabo scribit libethrū esse locū thracie ex quo cū nōnulli in bœotie partem migrassent vbi ꝑnassus eodē nomine libethrū dicarunt.

Libet placet a labendo: vt Var. inquit: q̄ que placēt in mente ꝓlabātur. Hinc fit Collibet pe. cor. Sal. Matres familiarū pati que victoribus collibuissent.

Libens volens facilis a quo libētia voluptas gratia Macro. Cui libentie gratieqꝫ omēs conuiuiorū incognite. Libenter aduerbium quod est grato animo.

Libido pe. pro. si Nonio Credimus ē turpium ⁊ honestarū rerū esse dicatur vt oē quod libuerit libido dici possit. Sed Aug. li. contra pelagianos de malis tm̄ dici ostēdit. cū ait. Sine dubio a libēdo: hoc est a libitu ꝑ deriuationē libido ē nūcupata. Sed nō oēs quod libet libido est. In bono eīn libitū: libido dici nō pōt: sed voluntas de rōne. s. mētis naturalis exoriēs. In malo vero libitū nō volūtas sed voluptas quā fecit trāsgrediēs protoplasti volūtas. Et li. xiiii. ci. dei scri. libidinē esse gn̄ale vocabulū oīs cupiditatis; cū ⁊ ipsam irā nihil esse q̄ꝫ vlciscēdi libidinē veteres diffinierint. Et Auaritia est libido habēdi pecuniā. Peruicacia est libido quōcūqꝫ vincendi. iactātia libido gloriādi nūcupatur. Et cum multarū rerū libidines sint: tn̄ cum libido dicit neqꝫ cuiꝰ rei libido sit addit nō fere solet alo occurrere nisi illa qua obscœne partes corporis excitantur.

Libidinosus qui i libidinem ꝓpensus est. Ci. in cato. Libidinosa eīn ⁊ itēperās adolescētia effœtū corpꝰ tradit senectuti. Sal. ꝓ nimis appetēter posuit. Post vbi paulati licentia creuit iuxta bonos et malos libidinose interficere.

Libentina dea venꝰ seu ꝓserpina. Aug. li. iiii. ci. dei Neqꝫ eīn audēt alique partes sub noīe deorū vel dearū dee donacine tribuere aut volupie que a voluptate appellata est: aut libentine cui nomen est a libidine.

Libitina pe. pro. dea quā alii ꝓserpinā: alii venerem dicunt: in cuius templo vendebātur et locabant ea q̄ ad

sepulturā ptinēt sicut docet Plutar. in ple. a libendo libitina dicta: vt inqt Var. Unde quādoqꝫ ponitur p ipa exequiarū expēsa. Sue. in Nero. Qua. xxx. funerum milia in rōne libitinę venerūt. L. iiii. li. xl. In vrbe tāta fuit pestilētia: vt vix tūc libitina sufficeret ad suppeditanda. s. funerib⁹ necessaria. Aliquādo p ipa sepeliēdi arte seu vēdēdi ea q̄ ad sepulturā ptinēt. Val. max. Qui tūc libitinā exercebāt tū rerū suarū vsu: tū ministeriū suum gratuitū polliciti sūt. Sꝫ quoniā in ęde libitinę pararētur necessaria ad funebrē apparatū: hinc factū est: vt libitina aliquādo p morte seu p lecto q̄ mortui ferebātur capetur. Hor. li. car. multaqꝫ pars mei vitabit libitinā.

¶ Libitinari⁹ q̄ libitinę pēst: ꝛ actionē libitinariā exercet q̄stui inseruiēs: ꝛ q̄ necessaria funerib⁹ venditat: seu q̄ cōducit funera aut q̄ curā sepeliēdorū cadauerū habet. Ulp. de istito. acti. Si libitinari⁹ seruū polinctorē habuerit: isqꝫ mortuū spoliauerit dādā in eū quasi institoriam actionē. Ex qb⁹ verbis pꝫ libitinariū esse curatorē funeris. polinctorē q̄ cadauera tractat ac sepelit. hic designator dicit. Sen. de benefi. An tu Aruntiū Ateiū ꝛ cęteros q̄ captādorū testamētorū artē pfessi sunt nō putas habere q̄ designatores ꝛ libitinarios vota.

¶ Libs ventus aphricus q̄ flat aduersus vulturnū.

¶ Libya ę. ꝛ Libye es. aphrica: q inde libs vētus flare soleat: seu q pluuia indigeat pper nimiam siccitatem ἀπὸ τοῦ λείπειν λιβὸς ἐπάφου. Sallusti Celo terra qꝫ penuria aquarū: vel etiā a libya filia epaphi Iouis filii. Aug. lib. de pastorib⁹ docet libyā duob⁹ modis dici: vel istā q̄ pprie aphrica est vel illā orietalē partē q̄ contigua est aphricę ꝛ oīno collimitanea. Est etiā hoc noīe fluuius in mauritania. Libys hō ꝛ Libyssa mulier: ex libya orti. Unde Libyssin⁹ ꝛ libystis idis. Vir. Et pelle libystidis vrsę. Martianus. Graui ac libyssino calore extus. Libyx aūt libycis facit: a quo gtō fit libycus a. um. Unde libycū mare. Libycus cāpus dictus magistro Argo q in eo primū fruges ex libya allatę sunt. Unde ꝛ Ceres ab agris libyssa vocata est: vt inquit Festus.

¶ Libicis idis. vrbs iudeę ab orietali parte Iordanis quā herodes extruxit.

¶ Liburnia regio inter illyriā ꝛ dalmatiā: seu vt quidā aiunt pars dalmatię: in qua sunt Salōę vrbs visionis: cuius populi liburni vocitati sunt: de quib⁹ Luc. Pugnacesqꝫ mari grataꝛū classe liburnos.

¶ Liburni populi ex liburnia regione: ꝛ Liburni viatores dicti sunt q ex agris iussu magistratuū sępe vocarētur ciues frequēsqꝫ eorū opa esset ab agris ad vrbem. Iuue. Primus clamante liburno Currite iam sedit rapta prop erabit abolla.

¶ Liburnū ꝛ liburna ę. Et liburnica ę. gen⁹ nauis bellicę velocissime a liburnis populis in illyrico q̄ olī nauib⁹ velocibus vsi oniū mare insulasqꝫ pdabantur. Quia ex causa romani naues leuitate celeritateqꝫ prestantes appellauere liburnicas sicut refert Appian⁹. Ad cuius similitudinem vehiculū quoqꝫ ꝯstructuꝫ fuit quo romani principes vehi solebāt Iuue. Diues ꝛ ingenti curret sup ora liburno. Pro naui hor. in Epo: Ibis liburnis super alta nauiū amice ppugnacula. Sue. in Augu. Utrobiqꝫ parte liburnicarū demersa simulqꝫ ei⁹ qua vehebatur suis armamentis et gubernaculo diffracto. Luc. Ordine cōtētę gemino creuisse liburno. Firmicus libur: nicū imperium vsurpat pro nauali.

¶ Liceo es. cui. Licitū secundum analogiā facere debe ret: sed nō est in vsu. Ab impsonali vero licet habem⁹ licitū est. Vir. Et licito tandē sermonē fruūtur. Significatqꝫ liceo passiuę id quod liceor actiue. Et sicut vęneo capitur pro vēdor. ita liceo p appcior in auctione. Plau. in mene. Die septimi auctio fiet menechine mane sane septimi venibunt serui supellex fundi ędes oīa cuiq̄ licebunt psenti pecunia. i. numerata siue soluta in psens.

¶ Liceor eris. licitus secundū analogiā facere debet sꝫ nusq̄ legi. vt eius cōpositum pollicitus. Deponēs trāsitiuū est quod vltra accusatiuū. si preciū exprimatur illud in gtō vel abltō ponitur. significatqꝫ pciū defero. Quod fit cum vestis vel dom⁹ ꝛ hmōi vēditur plus pollicenti. Persius. Et centū gręcos curto centusse liceatur. semp qꝫ huic verbo pretium subintelligitur si non apponitur. Plau. in Sti. Locos ridiculo vendo age licemini. Ci. li. iii. offi. Tollendū igitur ex rebus ꝯtrahēdis oē mēdacium non licitatorem vēditor: nec ꝯtra se q̄ liceatur emptor apponet vterqꝫ si ad loquēdum venerit non plusq̄ semel eloquatur.

¶ Licitor quasi frequētatiuū est. nā significat sępe appcio siue sępe emo vendo ve p auctionē sicut dictūꝫ est in Liceor. tametsi secreto id fieri possit: vt apud Curtum Cū habeatꝫ arma licitamini hostiuꝫ capita. Ply. li. vii. Aristidis thebani pictoris vnā tabulā cētuꝫ t. [illegible]tus rex atalus licitatus est. Et licitari ꝯgredi ꝛ pugnare significat. Cecil. in hymnide. Quin machęra licitari aduersuꝫ eū cępisti ciens. Ennius. Pars ludicre saxa iactent ꝛ inter se licitātur Fest⁹ docet eū licitari q̄ decipiēdo iducit.

¶ Licitator q̄ crebro licetur: q̄ pro re emenda conducēda ve preciū alio maius pollicetur: vel qui pugnando sępe cōtendit. Qui etiā pro proxenata ponitur a Cicerone cum inquit Tollendum ꝛc. Vide in dictione Liceo. Quid est aliud pronetarum hoc est licitatorum officiū qꝫtum emptorum venditorē ꝯtēdendo ꝛ decipiēdo inducere: vt ꝛ vēdat ille ꝛ hic emat idqꝫ nō min⁹ minuēdi qꝫ augendi pretii rōne. Siue igitur in reb⁹ priuatis: siue in publicis vēdēdo emendo: locando: cōducendo: contrahēdoqꝫ licitator intersit: aut suo dolose: aut alterius noīe hunc esse eūdem q̄ proxoneta a gręcis dicitur mani festum est. Recte ergo pcepit Cicero ne a venditore licitatorē: nec itē ab emptore apponi debere: sꝫ ipsos potius si ad loquēdum venerint non plusqꝫ semel loqui oportere: vt nulli licitatoris mendacio: nulli dolo relinquatur locus.

¶ Licet impsonale: modo significat fas ē. Ci. Neqꝫ. n. licebat locū numini ꝯsecratū turpi flagitio contaminare. Vir. Quandoquidem ausonios cōiungi fœdera teucris Haud licituꝫ: nec vestra capit discordia finem. Dicimus autē Mihi licet esse bonū viruꝫ ꝛ bono viro. Cęsar Tenuē sectanū pdam quib⁹ eam licet esse fortunatissimos. Ci. li. i. tus. Licuit enim esse ocio themistocli. Licuit epaminundę. Mō significat possibile est siue conceditur: aut ptās datur. Mar. Piscinā peto nō licet natare. Ci. li. i. tus. Idqꝫ cum multis aliis rebus tum e pontificio iure ꝛ cerimōiis sepulchrorum intelligi licet. Et ē ornatus dicendi modus: non licet mihi per te hinc abire. i. tu non vis seu pateris me hinc abire. Luc. vero li. vii. Omnia maiorum vertamus busta licebit p eo quod est: si licentia erit. Modo significat Facile est. Lact. li. iii Ipe ille romanę linguę summus auctor qꝫtum fallatur licet ex illa snīa ppiudere. Ci. li. i. off. Licet eni ora ipsa cernere iratorum aut eorum qui aut libidine aut metu commoti sunt: aut voluptate: nimia gestiunt. i. facile ē Modo aduerbium concedētis est sicut Esto. Uirgilius Licet ingens ianitor antro ęternū latrans exangues terreat vmbras. Modo ꝯiunctio aduersitiua p qꝫuis.

¶ Licentia a licet deducitur: quis in malã partem plerũq; capiatur cũ. s. id nobis arrogam⁹ quod nõ licet. Libertas vero cũ nõ deterremur qn ea q̃ honesta apte agamus. Uide in dictione libertas. Licentior epistola i qua nimis libere scribimus. Ply. Licẽtiore epistola narrare cõstitui. Licẽtiora mancipia dicuntur nequiora quasi multa per licẽtiam facẽtia.

¶ Licẽter aduerbiũ significat per licẽtiam: a quo Gel. formauit cõpositũ. Prælicẽter: quod est quasi nimis licẽter. Quę verba inquit finxit prælicẽter. Et est licẽter a licens participio.

¶ Licite aduerbium a licitus formatũ significat iuste.

¶ Licẽtiosus qui nimia vtitur licentia.

¶ Lictus tus. Uide in dictione lingo.

¶ Licia sunt fila quib⁹ in telis textrices implicant stamia. Unde triplicẽ dicimus vestẽ q̃ ex tribus liciis constat. Et testiuliciũ fila de tela decidentia. Plau. in Cas. Non ego hoc verbũ expressi testiulicio. i. re admodum vilissima. Lycia e. cium y regio est.

¶ Liciatoriũ lignũ circa quod licia inuoluũtur. Hie. li. reg. hastile hastę eius erat quasi liciatorium texentium.

¶ Lichen is. generis mas. morbi gen⁹ quẽ latini Mẽtagrã appellãt quoniã a mẽto incipit. Mar. Non vic⁹ acre pustulę ve lucẽtes nec triste mẽtum sordidi ve lichenes.

¶ Lictor q̃ carnificis officio fungebatur: minister cõsulis proconsulis ⁊ similiũ. Sed duodeni lictores consulis erant: aliorũ seni tãtum portãtes virgarũ fasciculos cũ securibus ligatos: magistratusq; pbãt: ac quotiẽs iussi erant fasciculos soluẽtes primo virgis cędebant reum: mox securi feribant. Liui. Missiq; lictores ad sumendũ suppliciũ nudatos virgis cędunt: securiq; feriunt. Hos primus instituit Romul⁹ dicti a ligãdo lictores: q virgarũ fasces ligatos gerebant. Gel. Lictor nomẽ verbale quasi ligator a ligando Tiro Ciceronis libertus a licio quo cincti erãt dictos existimat. Licio eni trãsuerso q̃ magistratibus pministrabãt cincti erant. At Plutar. quasi λειτος litos. i. publicus quasi public⁹ minister. Et sic ad sq; c. scribendum est.

¶ Lictorius a. um. quod ad lictorem pertinet. Ply. Fasces lictorios ianuę summisit cui se oriẽs occidensq; sum miserat.

¶ Lido is. verbum antiquum significat confringo deleo. Cuius composita sunt Collido Illido.

¶ Lien generis mas. gręce splen. Dicitur et Lienis in ntõ. Cel. li. iii. Si iecur aut lienis est affect⁹. Huius magnitudine. intẽperantiam risus fieri affirmant physici. Persius. Sed sum petulanti splene cachino. Intumescat quãdoq; lien: vt cingere hoiem videatur. Plau. in cur. Nam quasi zona liene cinctus ambulo: geminos in vẽtre habere videor filios nihil metuo nisi medius disrumpar miser. Hinc lienosi: q̃ liene laborant. Qui fiunt vt inquit Ar. li. iii. de partib⁹ animaliũ quotiẽs excremẽti plus in lienẽ diuertit q̃ color ei⁹ visceris possit cõficere. Ply. li. vii. De pyrrho cui⁹ pedis pollex lienosis medebatur.

¶ Liger eri. nomẽ viri ppriũ de quo Uir. li. x. Dicta vocãt ligeri nec non ⁊ troius heros. Liger eris. Gallię fluuius q̃ ⁊ ligeris in ntõ dicitur. Unde ⁊ ligerim in actõ. lectũ est. Hic delat⁹ in oceanũ influit maximi cursus ⁊ pari cũ Garũna interuallo a pyrene distat ⁊ duobus stadiorum milibus vtriusq; nauigatio est.

¶ Ligies ppli asiatici q̃ cũ xerxe cõtra gręcos militarũt

¶ Ligo as. quidã a Lino deducũt quasi lino ago q liño oia ligẽtur: ppter quod gręci λινον vocatum putãt ἀποτου λινεω antiquo verbo quod est teneo: quia lino oia tenẽtur. Huius cõposita sunt Alligo: quod ẽ ad aliquid vel iuxta ligo. Colligo. Circumligo. Ply. Id sicut qn pilo quadratũ stupa circũligabant. Deligo valde vel perfecte ligo. Col. li. vii. Meli⁹ bimus q̃ anniculus castratur. idq; facere vel autũno luna decrescẽte pcipit: vitulũq; ad machinã deligare. Illigo intus ligo. Obligo circũligo. Pręligo anteligo. Liui. Facesq; virgarũ atq; arida sarmẽta prӕligãtur cornibus boum. Religo quod aliquãdo est soluo quod est ligatũ sicut Resero. Aliquãdo habet significationẽ simplicis. Oui. Nox erat ⁊ q̃rno religant in stipite funẽ. Col. li. iii. Diutiusq; pennat quę firmis trũcorũ ⁊ idoneis locis religata est. Aliquãdo retro ligo. Ci. li. i. tus. Trahit hectorẽ ad currũ religatum achilles. Aliquãdo iterũ ligo. Lact. li. iiii. Hoc vinculo pietatis obstricti deo ac relegati sum⁹. Subligo: a quo subligaculũ ⁊ habent penul. cor.

¶ Ligamen ligaculum ligamentũ Ligatura significãt id quo aliquid ligatur.

¶ Ligones: rustica instrumenta sic dicta q a radicibus q̃ sub terra sunt ligẽtur. Uel dicti sunt quasi Legiones quia per latitudinẽ sub terra facilius legũtur. Luc. Uomereq; antiquos curionũ passa ligones.

¶ Ligellum breue domiciliũ tuguriolũ. Plau. Tu a ligello fuisti qua exis foras.

¶ Lignũ a legẽdo inquit Uar. q ligna caduca in agris legebãtur quib⁹ ad focũ vterentur: hinc ligneus a. um. quod ex ligno est: vt ligneum simulachrum.

¶ Ligneolus a. um. dimi. a ligneo. Aug. li. xi. con. Sed nec ego dixerim circuitũ illius ligneolę rotę diẽ esse: nec ideo tẽpus nõ esse ille dixerit.

¶ Lignarius a. um. quod ad lignum pertinet vt faber lignari⁹ q̃ ligna dolat.

¶ Lignosus a. um. quod instar ligni durũ est.

¶ Lignile pe. pro. dictũ est vbi ligna in domo ad cõburendum parata sunt: sicut fęnile vbi est vel esse solet fęnum. Sic Bouile. Equile: Caprile: ⁊ hmõi.

¶ Lignari est ad capiẽda ligna ire. Liui. li. x. Redeuntibusq; lignatum se ire hinc.

¶ Lignatores dicti sunt milites: qui lignatũ vadunt. Idem in eodem paucis citra milibus lignatores ei cũ prӕsidio occurrunt.

¶ Ligustrũ similiter a lego: quasi legustrũ arbor ex cuius ligno tesserę fiunt aptissimę.

¶ Liguria italię regio pro maiore pte montuosa inter amnes Uarũ ⁊ Macrã ab altero latere habens apẽninũ ab altero padũ thusciã attingens cuius caput est genua a qua Ligustica ora. ⁊ mare ligusticũ. Dicta Liguria a ligysto phaetũtis filio ꝯuersione. i. in. u.

¶ Ligusticũ mare: vt refert Solinus coraliũ procreat quod fulminibus resistit.

¶ Ligus liguris secũdũ Pris. põt esse ppriũ nomẽ ⁊ tũc ẽ generis mas. Et nomẽ gẽtile. ⁊ sic ẽ cõis. pb⁹ declinat hic ⁊ hęc ligur: ⁊ hic ⁊ hęc ⁊ hoc lig⁹ p icola ligurię. Luc. li. i. Et nũc tõse liger quõdã p colla decora. Uir. li. xi. Uane lig⁹ frustraq; ais elate supbis. Idẽq; assuetũq; malis ligurem.

¶ Ligusticus a. um. pe. cor. nomẽ possessiuũ. Iuue. Nã si procubuit q̃ saxa ligustica portat.

¶ Ligurio is. pe. cor. iui. vel ligurritũ: significat multa auide ꝯsumo ⁊ suauiora edulia carpo et perhelluationẽ patrimonium vero: licet produ. Hora. Tractauit calicẽ manibus dũ furta ligurit. Unde ligurritores dicũtur gulosi ⁊ vorarores eduliorũ dulciorũ qui consumptis d[...]

pibus catillos etiā lingunt ⁊ qui bona denotant. Est etiam ligurire paulatim ⁊ cū quadam mora atq; elegātia cōedere quasi linēdo vt per se cib⁹ in stomachū liquefiat. Ter. in eu. Que cū amatore suo cœnāt liguriūt.. Dictuz liguri reαπο του λιγυρου quod greci suaue dicunt vt inquit Do. per translationē Ci. D. Bruto scribens ad suppilationem rerum vsus est. Cum quidā inquit dexcollegis nostris agrariā ligurirent curationē: disturbaui rē: totāq; nobis ītegram reseruaui. Et ab Ausonio dictū est Inguinū liguritor.

¶ Ligula pe. cor. dimi. a lingua. Vide in dictiōe lingua.

¶ Lilium genus herbe: de qua apud rei rustice scriptores fit mentio quomodo seratur.

¶ Lilietum locus in quo liliorum copia est. Palladius. lilieta cāneta ponenda sunt.

¶ Lilybeum ꝓmontoriū sicilie: ⁊ vrbs eiusdē nominis Syl. li. xiii. Cernit deuexas lybeū nomie chelas. Scribitur cū diph. Nam greci λιλυβαιον dicunt.

¶ Lima instrumentū fabrile q̄ ferrū aut aliqd aliud teritur.

¶ Limo as. polio ⁊ superflua detraho. Ple. ad Dama. Sepe causatus sum excoli nō posse sermonē nisi quē ꝓpria manus limauerit. Aliquādo limare est coniungere Plau. Nō pater tuus vnq̄ cum illa limabit caput. Huius cōposita sunt Delimo ⁊ Elimo q̄ habent pe. pro.

¶ Limatulus dimi. a limatus. Ci. Volūnio. Opus est hoc delimatulo ⁊ polito tuo iudicio.

¶ Limatura scobs: hoc ē puluisculus limādo detract⁹.

¶ Limax dicitur q̄ exquirit vt aliqd auferat. Plau. in in Bac. Limaces viri q̄ atterāt ⁊ cōsumāt. Et limax testudo cochlea terrestris q̄ ⁊ limaca a limo dicitur in quo per hyemē delitescit ⁊ viuit vere ꝓdiēs. Col. li. xi. implicitus conche limax hirsuteq; campe.

¶ Limus genus vestis ab vmbilico ad pedes. Virg. li. xii. Velati limo ⁊ verbena tpa vincti. Et lim⁹ letamē est seu cœnū illud mollius quod ab aquis deferri solet. Unde limosus a. um. Vir. Limosoq; lacu per noctē obscurus in vlua delitui. Hinc illimis et hoc illime pe. pro. quod est sine limo defecatū syncerū. Sidonius ad heronium. Nusq; aqueductuū liquor integer vel cisterna defecabil' vel fons irriguus vel puteus illimis: hinc ⁊ Oblimo. de quo alibi.

¶ Limus a um: obliquus. i. transuersus obtort⁹ quod ⁊ limis tertie decli. dicitur. Unde qui obliq̄ aspicit limis oculis spectare dicitur. Ter. in eu. Ego limis specto sic per flabellū clāculū. Do. Pōt esse nti casus: vt sit limis specto vel ablatiui pluralis. ⁊ deest oculis. Cū igitur dissimulant se hoies videre quod vident ⁊ non recta facie: sed transuersa intuētur: limi dicitur aspicere.

¶ Limē dicitur quod ex trāsuerso in ianua ē a limo obliquo q̄ ingredientibus exeūtibusq; transuersum sit vt est apud Do. Festūq;. Nec solū inferiorem partē significat q̄ sub pedib⁹ calcari solet in ingressu: sed etiā supiorē Iuue. Pēdētia liquit vela domus ⁊ adhuc virides in limine lauros. Neuius vero limē superum ⁊ inferū dixit. Exime limē superum quod mihi misero sepe ꝯfregit caput: Inferū quoq; vbi ego ois defregi digitos. Limen superū supliminare etiā vocatur: a grecis hyperthyron Ponitur interdū pro ingressu. Vir. Limē erat cecēq; fores ⁊ pe̜rimus vsus. Interdū pro interiore pte domus. Idē Penetrāt aulas ⁊ limina regū. Interdū pro loco standi. Idē. Corripuit spatio audito limēq; relinquunt Interdū pro principio: vt in limine vite extict⁹ est. Interdū pro amicicia: vt testatur Ser. Enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor. i. repellor ab amicicia. A limen fit Elimino as. Liminare Postliminū liminaris et hoc limiare quod ad limen pertinet: vt lapis liminaris q̄ est in dom⁹ ingressu. Augu. ad hiero. posuit pro principio. Non hoc codex ipse vt assolet in liminari pagina pie̜tēdebat. i. in principio seu igressu libri. hinc superliminare.

¶ Limes itis. modo transuersam viā significat: modo terminū. Colu. i. Semitas nouosq; limites in agro fieri non patiatur. In agris limites duo maximi sūt. Cardo ⁊ Decumanus. Limes decumanus est q̄ ab oriēte in occidētem spectat. Cardo a meridie: ad septentrionem it reliqui. Reliqui limites angustiores: distantq; inter sese paribus interuallis.

¶ Limito as. pe. cor. ⁊ Limitor significat termino seu restringo sicut a semitis. Semito as. et semitor. Unde Limitatus ager dicitur ī cēturias diuisus. Ply. li. xvii. Aut si maior modus sit totidē pedū cardinē quo decumano limitari. Semp vero quintanis semitari: hoc est in quinto quoq; palo singule iugo pagine includūt. Ci. Appio pul. De tua prolixa beneficaq; natura limitabit aliquid posterior annus ꝓpter quandā tristitiam.

¶ Limentinus putabatur deus q̄ liminibus p̄eesset.

¶ Limbus muliebre vestimentum erat purpuram in imo cosutā habēs: seu quodlibet aliud ornamētū vestiū extremitatē ambiēs. Vir. Sidoniā picto chlamydē circundata limbo. Huius dimi. est Limbulus a quo limbellus.

¶ Limbolarius qui limbū vestem consuit. Pla. Textores limbolarii.

¶ Linus nomen viri ꝓpriū: ex mercurio ceu vt quidaz putant ex Apolline et vrania geniti. alter p̄hūs thebanus Iunior. Et etiā linus species hymni. Sudas autē λινοσ Χαλκιδευσ απολλωνοσ και τερψιχο φασι δε αμφιμαρου και ουρανιασ. λεγεται δε πρωτοσ ουτοσ απο φοινικησ γραμματα εισ ελληνασ αγαγειν γενεσθαι δε και ηρακλεωσ διδασκαλοσ γραμματων και τησ λυκρικησ μουσησ πρωτοσ γενεσθαι ηγεμων

¶ Linum απο του λινεω antiquo verbo quod ē teneo: quia lino oia tenentur. hinc Lineus a. um. quod ex lino est: vt vestis linea.

¶ Linari⁹ q̄ lini artē exercet: a grecis λινοπλοκισ: linoplocis.

¶ Linamētum filum quod ex lino voluendo trahitur. Ply. Delphini linamenta accēsa excitāt vulue strāgulatu oppressas.

¶ Lintheū pannus lineus ⁊ sudariū quo in balneis vtimur: Mar. Non tam sepe teret linthea fullo tibi. Item Linthea sunt vela quibus vtuntur naute. Vir. Certū ē dare lithea retro. Item linthea q̄ sunt idonea ad spectātiū vmbracula. Unde legimus Cesarem totū forum lintheis adūbrasse. Item linthea linei amictus. Inde lintheat⁹ litheis indutus. i. lineis vestib⁹ quali habitu fertur fuisse Apolloni⁹ philosophus: quoniam huiusmodi habitus videbatur mundior q̄ qui ab animalib⁹ deglubebatur. Sidoni⁹ ad leonē. Cupidū scie ꝯtēnentē pecunie. Inter epulas abstemiū: inter purpuratos lintheat⁹.

¶ Litheolū diminutiuū. Ply. pro petia pāni linei. Vulneribus in lintheolis imponitur. s. amurca.

¶ Lintheartus qui linthea vendit.

¶ Litheōes q̄ texūt lintheamia ꝓ ꝯficiēdis vestib⁹: vt docet Ser. li. vii. en. Firmic⁹ li. ii. math. scribit venerem in quadrupedib⁹ occurrentē facere litheones: aut plumarios atq; colorū tinctores.

¶ Linea ę. proprie significat filum illud quo fabri materiarii vtuntur ad signandam materiam ꝙ ex lino fiat Et quoniā ab hac si rubrica vel alio colore intincta fuerit figura designatur longa sine latitudine atq; altitudine: ea quoq; figura linea vocatur. Item ea q̃ non colore sed animo imaginātur geometrę lineę vocātur. Et linea dicitur filū omne ex lino & quicunq; tenuis funicul⁹ Col. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Ply. Murenę deuorant hamū: admouētq; dentibus lineas: atq; ita erodūt. Idē Stēmata vero lineis discurrebāt ad imagines pictas. Et linea dicitur q̃ est in superficie. Nā supficies ex lineis est vt punctū: quod est principiū in geometria. Dicitur aūt punctū quod diuidi non pōt: Linea quę ab vno puncto ad aliud deducitur.

¶ Linearis & hoc lineare: quod ad lineā pertinet. Unde Linearis pictura vocata est lineis circū vmbrā hominis deductis. Primi hanc picturā exercuerūt Ardices corinthius & Telephanes sicionyus sine vllo colore spargētes tamē lineas int⁹. vnde & latini linearē picturam graphidē appellauerunt.

¶ Lineamentū a linea: et ipsa extremitas & quasi linea quedā corporis per quā hōis forma dignoscitur a lineari pictura tracta in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. Iusti: li. i. Liniamentorū ęqualitas matri & filio persimilis. Ply. Nec q̃ succederet operi ad p̱ scripta lineamēta inuent⁹ est.

¶ Lino is. & linio is. & lenio is. diuersa sunt. Nam linio & lenio quartę cōiugationis sunt. Lino tertię. Et lino linioq; habent penul. cor. lenio p̱. Uir. Seruataq; mella thesauris relines. Sedulius. Illinēs hoīem veteri de semine supplet. Est aūt linire crasse aliquid aliquo instrumento superinducere. Col. li. vii. Sed illi⁹ sanatur noxa fibula ahena si locum lęsum cōpungas cretaq; cymonia & aceto lineas. Aliquādo etiā non crasse: sed leniter aliquid inducere & quasi lineā ducere. Unde interlinire dicimus supinducto atramēto aut alio liquore scripturā aliquā picturā ve destruere. Sic litterę dicūtur interlite: & talis inductio Linitra dicitur. Aliquando obturare. Uirg. li. iiii. Gę. Neq; ille ne quicq̃ intectis certatim tenui a cęra spiramenta linunt: vt etiā a cōtraria significatione eius compositū simul Relino indicat: vt apud eundē. Seruataq; mella thesauris relines. habet hoc verbū lino tria preterita lini liui & leui. De prim Quintil. in declamatione Ceci. Et ne quid sceleri impio deesset mariti tui cruore parietē linisti. De secundo Col. li. vlti. Multi cū semel noua dolia vel seria crassa gummi liuerunt: vna imperpetuū gōmitione esse contenti sunt. De tertio Cato de re rus. Postea dolium calefacito minus: qui si picare velis tepeat satis est lignis leuib⁹ facito calescat. Ubi tēperate tepebit: cuminum indito: postea linito. Si recte leueris in doliū quinquagenatum pedū quattuor satis erit. Supinū vnū tātum habet litum Unde lit⁹ a. um. p̱ obturato madato inspso. Uirg. li. iiii. Gę. Elucent alię & fulgore coruscāt Ardentes auro & paribⁿ lita corpora guttis. i. inspersa seu distincta. Quale est illud Hiero. ad Saluinā: Tu vero q̃ in tumulo mariti sepelisti oēs pariter voluptates quę litam purpurissimo & cerusa faciem super feretrum eius lachrymis diluisti. Eius composita sunt Adlino ad aliq̃d lino. Ply. Sunt qui leporino coagulo mel addant & hoc sępe adlinant dentes. Palladius. Si stercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorū. Collino. Gel. Postea tabulas cęra colleuisse Circunlino. Ci. li. i. tus. Condunt ęgyptii mortuos & eos seruant domi: persę etiā cęra circunlitos condiunt vt q̃maxime permaneant diuturna corpora. Delino: Illino: interlino: oblino. Uide alibi. Elino extra lino fędo. Lucil. li. vi. Si hęc vestimenta eleuit luto Perlino valde lino. Col. li. viii. Mox vlcera lauātur aceto. & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Relino quod obturatum erat aperio. Ter. in heau. Relevi omnia dolia omnes serias. Sublino mediocriter fędo illudo: et p̱ ridiculo habeo. Plau. in epi. Senex tibi os sublitum est plane et p̱be. id est derisus es. Et in capt. Quanto in pectore hanc meam magis rē voluto tanto mihi ęgritudo auctior est aīo ad illum modum sublitum esse os mihi: id est substercoratū vel maculatū.

¶ Linio is. iui. itū. proprie significat vngo vel frico aut quid simile quod digito aut aliquo instrumēto alicui rei superinducitur fricatur vel imprimitur: s; tenuiter nō crasse. Col. li. viii. Ferc aūt per ęstatē sic muscis aures canum exulcerantur sępe vt totas amittant: Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendę sunt: Hiero. in tob. Statimq; linies sup oculos eius ex felle isto piscis Fateor: tamē adeo interdū hęc duo verba lino & linio in significatiōe propinqua esse: vt vix discerni possint. A linio componitur. Circunlinio. Lact. li. v. Circūliniatur modo poculum cęlesti melle sapientię: vt possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari.

¶ Lingones sūt populi Gallię supra heluetios & sequanos in occasum vergentes.

¶ Lintern⁹ Campanię fluuius haud longe a vulturno fluuio & oppido.

¶ Lingo is. xi. ictū. Lingere est aliquid lingua molliter tāgere. Plau. in Casi. Mel mihi video: lingere hinc linguam quidam deduci voluerunt. Rursus lingere dicimur dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in stomachum sinimus. Quę res linct⁹ dicitur. Quę vero in hunc vsū fiūt eclegmata gręce dicūtur. Ply. Telicos gemma est quę oleę nucleo similis videtur & lingētium calculos frangit. Idem multi tussim veterem linctu salis discussere. Idē E semine lini fiunt Eclegmata Hinc fit compositum Elingo quod ē extra lingo. Plau. in cur. Hic hodie apud me nunq̃ eliges salem.

¶ Lingua a ligando dicta est ꝙ liget cibū. Nam cibos vi sua conglobat ac deprimit in ventremq; transmittit; seu ꝙ ipa dentium septis quasi muro vallata ac ligata sit Est & lingua minor q̃ & sublinguiū a quibusdā dicitur operculum cartilaginosum: quod fistulam spiritales in gutture claudit cū physstula cibali cibus defertur. Hęc cum ridemus attollitur: quia risus omnia concutit. Quapropter periculosum est nē nos risus inuadat cum deglutimus. Hoc eni operculum natura instituit nequid esculenti poculenti ve ad pulmonē feratur. Quod si accideret nisi reiiceretur hominē strangularet. Accipitur quādoq; lingua pro differētia sermonū Unde dicim⁹ linguā latinam; linguam gręcam: vt ē apud actus apostolicos. Audiuim⁹ eos loquentes nostris linguis magnalia dei Quin eti ā in vna ligua sermonis diuersitas lingua dicit vt in gręca lingua est attica: dorica: ionica lingua. Scribit strabo trecentas nationes q̃ dissimilib⁹ linguis vterētur descendisse in dioscuriadem vrbem colchorum clarissimam.

¶ Linguarum diuersitas inquit Augustinus libro decimonono ciuitatis dei: hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam neq; p̱terire: sed simul esse aliqua necessitate cogantur: quorum neuter nouit linguam alterius facilius si

bi animalia muta etiam diuersi generis ꝙ homines sociantur. Rursus lingua appellatur genus promontorii non excellentis: sed molliter in planum deuexi. Similiter instrumentum planum ⁊ oblongum in speciē lingue factum lingua dicitur: quale est illud quo vtuntur Aromatarii ad extrahenda e vasis vnguenta. Cuius diminutiuum secundum Prisci. est lingula: eiusdem significationis. et per concisionem Ligula. Festus. Ligula per diminutionem dicta alias a similitudine exertę linguę: vt in calceis: alias insertę: id est intra dentes coercitę: vt in tibiis. Pro ea quę calceorum est. Mar. Non extrema sedet lunia lingula planta. Iuuenalis abiecit n et li. corripuit. Et ligulam dimittere sollicitus ne Tota salutatrix iam turba peregerit orbem. Mar. Quis me ligulam dicant equite scꝫ patresqꝫ Dicor ab indoctis lingula grammaticis. Pro ea quę istar linguę facta est. Plynius. Cęra punica fit hoc modo. Uentilatur sub dio sępius cęra fulua: deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Unde ligulis eligunt florem. Colu. Ligulam vocat instrumentum ad purgandum e vase spumam. Deinde inquit vbi linquatum mel in subiectū alutum defluxit. transfer in vasa fictilia que paucis ante diebus aperta sunt dum musteus fructus efferuescat: isqꝫ sępius ligula purgandus. Plynius. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna: quarta sexta septima linguę mensura. id est cochlearis. Ueteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguę factum ligulam vocitauere. Lingua item vt Plynius testatur Herba est quę circa fontes nascitur cuius radix combusta ⁊ trita alopecias emendat. Similiter lingua bubula genus herbę quam gręci buglosson dicunt boum linguę similis Lingua canina alia herba quę cynoglossos vocatur a gręcis Lingua petrea genus lapilli quod iter gemmas connumeratur. A lingua fiunt Elinguis sine lingua et qui loqui non potest etiam si linguam habeat. Elinguo as. Bilinguis trilinguis ⁊ huiusmodi.

¶ Linguax siue lingulax lingulaca ve verbosus multum loquens: qui nimium et stulte loquitur. Gel. lib. i. Hoc genus hominis in verba prouectos locutuleios et blaterones ⁊ linguaces dixerunt.

¶ Lingulaca mulier multiloqua. Plau. in cas. Lingulaca est nam nunꝙ tacet. Accipitur quandoqꝫ pro muliere auguratrice. Quandoqꝫ pro pisce qui solea aut ei similis a nonnullis creditur. De quo apud Uarronem et Plautum

¶ Linquo linquis liqui lictum secundum Prisci. significat relinquo: dimitto: habetqꝫ li. syllabam indifferentē in prętērito. Uirg. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui Idem Namqꝫ sua patriam liquerat tellure sepultam. Huius compositum est Delinquo. ¶ Asten. Errat cum Nestore Cęsariensi male citante. Uirg. eneī. iiii vbi legitur Nanqꝫ suam patria antiqua cinis ater habebat.

¶ Lipara penultima correpta. Insula ex ęoliis a liparo rege Ausonis regis filio cui successit ęolus. Hiero. Quę e lipara siciliam nauigant sinistra est. Hinc lipareus lipa rea lipareum.

¶ Liparus Ausonis regis filius: a quo lipara denominata est insula.

¶ Liparis Cicilię fluuius λιπαρου αποτου quē niā scribit Uictr. natantes in hoc flumine: aut se lauantes non aliter vngi ab ipsa aqua ꝙ si oleo: aut adipe lauarentur

¶ Lipsana pe. cor. tantum pluraliter declinatum nomē ex quo apud nos reliquię significantur.

¶ Lippus qui oculos habet lachrymantes cū putredo ab his defluat. Lippitudo ipsum vitium. Cor. Celsus Si frons prurit lippitudinis metus est.

¶ Lippio is. iui. itū. lippus fio: hoc est marcorē i oculis contraho. Ply. li. xxviii. Oculorum vitia fieri negāt nec lippire eos qui cum pedes lauant aqua inde ter oculos tangant. Plau. in cur. ad fauces transtulit. Prospicio parum: os amarum habeo dentes plenos: lippiunt fauces fame: ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

¶ Liquentia fluuius gallię cisalpinę seu venetię: post Taruisinum agrum. Oriturqꝫ in opiterginis ⁊ in mare adriaticum cadit.

¶ Liquidus a. um. pe. cor. molle fluxum. Uirg. Aut cū liquentia mella stipant. Aliquando ponitur pro puro. Idem li. iiii. Dulcia mella premes nec tantum dulcia ꝙ tum ⁊ liquida. id est defęcata ⁊ sine sordibus Aliquando pro prospero. Plau. in pseu. Ab sinistra auspicio liquido atqꝫ ex sententia confidētia est inimicos meos me posse perdere. Hinc fit aduerbium Liquido: quod significat pure ⁊ manifeste. Ter. in an. Ut liquido possum iurare. Dicimus etiam ad liquidum: quod est manifeste.

¶ Liquido as. aperio manifesto.

¶ Liquo liquas. li. syllaba cor. significat liquidum facio cum scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lu. li. vii. Ereptaqꝫ tela liquauit. Huius passiuum liquor Composita sunt Eliquo: quod est extra seu valde liquo. Lact li. ii. Unde autem vel quomodo deus hęc duo principalia ignem ⁊ aquam vel accenderit vel eliquauerit solus potest scire qui fecit. Augu. libro. ix. con. per translationem dixit. Uoces igitur interluebant auribus meis et eliquebatur tua in cor meum. Reliquo idem quod liquo Unde legimus de sāctis Primo ⁊ Feliciano ꝙ iusserit p̄ses reliquari plumbum ⁊ bulliens in ora fundi.

¶ Liquatum siue liquamen: pinguitudo animalis ad ignē liquefacta ⁊ in vsum coquinarium seruata. ad condiendos cibos. Licet ⁊ de aliis dici possit: quę non comeduntur: vt est apud Columellam libro octauo. Succus excolati lupini veteris vini fex ⁊ amurca pari mēsura misceantur: eoqꝫ liquamine tonsa ouis imbuitur.

¶ Liquasco is. liquidus fio.

¶ Liqueo liques liqui. li. syllaba correpta. Est autē liquere liquidum seu molle esse quod instar olei discurrit Hiero. in leui. Omne liquens quod bibitur de vniuerso vase immundum erit. Hic liquesco. liquidus fio Persius. Tot tibi cum in flammas iunicum omenta liquescant. Uirgili. Limus vt hęc durescit ⁊ hic vt cęra liquescit. Huius composita sunt. Colliqueo. a quo colliquesco Deliqueo a quo Deliquesco quod est in totum resoluor. Ouidius libro. vii. me. Protinus imbutum cęlesti nectare corpus Deliquuit stagnumqꝫ suo de nomine fecit.

¶ Liquet impersonale. significat. Constans manifestū et certum est. quoniam quę resoluuntur certa constantia et manifesta fiunt. Teren. in eu. Illum liquet mihi deierare his mensibus sex non vidisse proximis.

¶ Liquefacio. a quo liquefio eiusdem cum liquesco significationis. A liquefacio compositum. Illiquefacio quod est valde seu intus liquefacio Cic. lib. iiii. tus. Quę sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum tanꝙ illiquefactę voluptates

¶ Liquo: is liqui resoluor defluo stillo Cuius passiuum est liquor liqueris. quorum li. syllaba. producitur: Uirgi. Uere nouo gelidas canis cum montibus humor Liquitur id est paulatim dissoluitur Idem libro. iii. Nā que prima solo ruptis radicibus arbos vellitur huic atro li-

quuntur sanguine guttę id est defluunt. Luc. libro nono Liquitur & nigra distillant inguina tabe. Hinc etiam fit liquesco liquescis prima pro. Ouid. libro primo de pon. Sic mea perpetuis liquescunt pectora curis. A liquo fit compositum. Colliquo. Varro. Quod aurum cum colliquisset in forma fuit infusum.

¶ Lira prima syllaba produ. sulcum significat. Col. lib. ii. liras rustici vocant easdem porcas cum sic aratum est vt inter duos latius distantis sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis prębeat. Hinc lirare: a quo delirare & delirus. Deliramentum. Lirare dicuntur agricolę cum crate dentata vel tabula aratro annexa operiunt semina. Primo enim aratur terra quod dicitur proscindere. deinde secunda aratione excitatę grandiores glebę franguntur quod vocant effringere. Tertia ratione iacto semine boues lirare dicuntur. qui tabellis et vomere simul & satum frumentum operiunt in porcis et sulcant in fossas quo pluuia aqua dilabatur Hinc delirare aliquem dicimus cum non recto sulco tegendo semen incedit deinde per metaphoram ad insaniam hoc vocabulum translatum est. Unde et deliri insani dicuntur. et delirare insanire. Hora. in epistolis. Quicquid delirant reges plectuntur achiui. Deliramentum ipsa deliratio. Quidam tamen delirare a gręco trahunt Nam ληρειν ineptire est. Nostri etiam liras gerras & nugas vocitauere. Plau. Nam tuę blandicię mihi sunt quod dici solet gerrę germanę ędepol lirę. Lyra. per y aliud significat.

¶ Liro. as. liras facio Col. lirātur iugera duo opa vna.

¶ Liratim aduerbium per liras. Col. Eqꝫ cum sint liratim seri debent.

¶ Liris fluuius campanię ortus in apennino & minturnas pręterlabens. Mar. Cęruleus mons liris amat quē silua maricę protegit. Virgili. Et vmbrosę liris per regna maricę.

¶ Lis: controuersia a limite id est termino dicta. ꝙ primę inter homines lites de limitibus fuerunt.

¶ Litigo. as. pe. cor. quasi litem ago discepto contendo Mar. Ah miser & demens viginti litigat annos Quisꝙ cui vinci gargaliane licet. Plau. in ru. Qua de re nunc litigatis inter vos. Litigium litis actio. Idem in Cas. Nam ego quid contrahere cupio litigii inter eos. Litigiosum dicitur de quo lis est. Litigiosus qui frequens in litibus versatur. litigator & litigatrix qui & que litigat.

¶ Lithos gręce: lapis latine dicitur.

¶ Lithagyrium: spuma argenti quasi ꝙ sit in lapidem compacta argenteum.

¶ Lithocolla: glutinum quo lapides cōiunguntur Fit enim ex lapide pario aut marmore cū taurino glutino.

¶ Lithoglyphus pe. cor. sculptor lapidum.

¶ Lithotomia: penul. prod. lapidicina. lithotomus architectus.

¶ Lithologema pe. prod. litologēatis strues lapidum.

¶ Lithostrotos pe. pro. mas. generis. & hoc lithostrotū. dictio cōposita ex λιθοσ lapis & σρωτοσ stratus: appellatur locus lapidibus stratus si verbum gręcum proprie interpretari volumus. Uerum lithostrota ex paruulis crustis constabant quibus solum pauimenti incrustabatur. Unde legimus in euan. Ioannis. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos. Var. libro. iii. de re rus. Cum villam haberes opere tectorio atqꝫ intestino ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam. Hoc a nostris dicitur Sectile.

¶ Lithiasis: morbus calcularis.

¶ Littera ꝯmuis secundum suam analogiam per simplex t. scribi debeat. tamen quia prima syllaba eius ꝓducitur per duplex tt. scribi solet Dicta littera quasi legitera eo ꝙ legenti prębeat iter. vel ꝙ in legendo. iteretur vt inquit. Ser. Uel a lituris: ꝙ scripta deleri posset: quia plerunqꝫ in ceratis tabulis antiqui scribere solebant & inde delebant. Uel a lino linis quod in scribendo illinitur id est leniter inducitur atramentum. Uel a linea quoniam gręce γραμμα linea dicitur & inde gramma littera et grāmatica litteratura. Et litterę quę notę quoqꝫ appellantur ex lineis constant. Et significat principaliter litteras indiuiduas: vt a. b. c Sicqꝫ diffinitur ꝙ sit minima ps vocis compositę ex litteris quę scribi potest indiuidua. Huic accidit nomen. s. quo appellatur figura qua pingitur. & potestas qua valet. Aliquando littera capitur pro scribentis manu. Cic. ad Atticum. Nam alexidis manū amabam ꝙ tam prope accedebat ad similitudinem tuę litterę. Plurali numero litterę epistolam designant nisi apud poetas apud quos legitur littera ꝓ epistola. Oui. Quā legis abrapta briseide littera venit. Vocantur pręterea litterę disciplinę quę litterarum monumentis continentur. vnde dare litteris operam dicimus. hoc ē incūbere artibus que scriptę sunt. A littera fit diminutiuum litterula. quod Hiero posuit pro breui epistola cum inqt Munuscula omnia & suspectas litterulas vobis interdico sub anathemate. Litteratus qui litteris prędi tus est Cuius contrarium est Illitteratus. pro rudi & indocto Literatulus diminutiuum est. Hiero. cōtra. Rufi. vuletis tibi litteratulus & rabi.

¶ Litterosus idem quod litteratus. Cassius: Homo litterosus mere.

¶ Litterarius litteraria litterarium. quod ad litteram vel ad litteras pertinet. Unde dicitur ludus litterarius

¶ Litterator. qui litteras noscit vel docet.

¶ Litteratura: ars que de litteris tractat: vt est grammatica. Aug. lib. viii. cō. Imperatoris Iuliani temporibus lege data. prohibiti sunt christiani docere litteraturam et oratoriam.

¶ Lit⁹. a. um. participium a lino Uide in dictione lino.

¶ Littus per duplex tt. terra que ab aqua tangitur. vel ꝙ alluitur: vel ꝙ aqua ad id allidat: vel ꝙ ibi aqua elidi tur seu ꝙ fluctib⁹ oblimatur. Et proprie de mari dicitur. ripa de fluminibus. Ouidius Cāpoqꝫ recepti Liberioris aquę pro ripis littora pulsāt Sue. in nero. Dispositę per littora & ripas diuersorię tabernę. Quandoqꝫ etiam littus dicitur de fluminib⁹. Uirgilius in diris. Littora que dulcis auras diffunditis agris cum de Mincio loquebretur. Sumitur iterdum pro terra mari vicia. Idē Cui litt⁹ arādū et ce. Interdū ꝓ spacio circa arā a litādo ꝙ ibi litabātur hostię. Nā sicut docet. Do. Nauigātes eūdo & redeundo in littore sacrificabāt propter quod & vs⁹ obtinuit vt duplici tt scribatur cum lito primā corripiat. Cicero tamen in top. a lędo deducere videtur: Quod cum primam producat: vnico. t. scribendum erit. A litt⁹ fiunt littoreus littorea littoreum & littoralis adiectiuum vt arena littorea: et plaga littoralis.

¶ Lito litas sacrificio facto deos placo. votumqꝫ impetro: Sue. in Cęsa. Deide pluribus hostiis cęsis cum litare non posset introiit curiam. Cuius compositum est ꝑlito quod ē perfecte lito. Gel. Si hę res diuinę factę riteqꝫ perlitatę essent aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse:

¶ Litura liturę superinductio: et complanatio: a lino linis vt fit cum superinducto atramento alio ve liquore scripturam vel picturam destruimus

¶ Lituro lituras penultima prod. cancello expungo. Sidonius apol. Tunc vel certius te probasse reliqua gaudebo si liturasse aliqua cognouero.

¶ Lituus baculus incuruus quo sedentes augures auibus templa designabant. Gel. Lituus est virga breuis in parte qua robustior est incurua. Dicitur interdum regale sceptrum. hoc est ille romuli baculus qui post romulum a litibus dirimēdis in medio incendio integer mansit vt apud Val. maximum. Nihil in eo preter lituum romuli integrum repertum est. Et Plutar. in Romulo. Lituus conseruatus est in palatino colle vsq ad celtarum tempora a quibus capta vrbs incensa fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostibus inter altissimas fauillas illesus cum omnia ignis consumpsisset inuentus est. Festus scribit lituū esse genus buccine curue vnde vox gracilior exiret: q̄ qui cecinerit liticen dicitur Virgil. lib. vi. Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.

¶ Liticen pe cor. qui lituo canit.

¶ Liuius nomē historici patauini qui res romanas miro artificio lucule̅toq sermone perscripsit De hoc Hiero. ad paulinum. Ad titum liuium lacteo eloquentie manantem de vltimis hispanie galliarumq finibus quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui roma non traxerat vnius hominis fama perduxit. Habuit illa etas inauditum omnibus seculis celebrandumq miraculum vt tantam vrbem ingressi: aliud extra vrbem quererent. Fuit et alius Liuius poeta Comicus cognominatus Andronicus De quo Diome. Constat inquit apud romanos: Primum latino sermone comediam Liuium Andronicum scripsisse. Geli. lib xvi. Primus omnium. L. Liui. poeta. Fabulas docere rome cepit post Sophoclis et Euripidis mortem ānis plus fere. C. et lx.

¶ Liuor: vestigium et nota que fit ex flagello. Unde in ecclesiastico legimus. q flagelli plaga liuorē facit. Aliquādo significat colorem nigriorem. Var. Sic paulatim liuor in candorem vertitur: et omnis macies e corpore abscedit. Et quoniam talis est color inuidorum ideo liuor accipitur pro inuid ia. Luc. Liuor edax tibi cūcta negat Claud. libro. iii. Rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare quies.

¶ Liuidus proprie dicitur qui ex percussu carnē nigram habet fluxione cruoris ad eum locum qui percussus est. Ply. Caplie succis suggillatis ac liuidis prodest. Hinc liuidus pro nigro. Virg. Quid ve petunt anime vel quo discrimine ripas he linqunt: ille remis vada liuida verrunt. Quoniam vero qui inuidia laborant credentes se dolore hunc colorem contrahunt: Liuidus sepe p inuido ponitur. Mar. Omnibus inuideas liuide nemo tibi. Huius diminuti. est liuidulus. Juuena. Quibus inuideas si liuidulus sis.

¶ Liueo. es. ater sum Ply. lib. xxii. Cortex vero scilicet heliostrophi liuentibus colorem reddit. Et aliquando inuideo. Pompe. Malignus homo et fortunis aliorum semper liuens.

¶ Liuesco. liuidus fio. Claud. li. iii. Haud equidem inuideo nec enim liuescere fas est Vel nocuisse deos. Huius compositum est Adliuesco.

¶ Lix dicitur cinis in quem materie rediguntur cū fuerint exuste. Ply. lib. xxx vi. allegat Varronem dicentem lix cinis est foci Et lix vocatur aqua cineri immista Unde lixiuium. Et lix. aqua. a lica qui secutus est herculē deflecti quidam aiunt.

¶ Lixiuium aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis per n ante i. Col. lib. xlii. Sunt qui culmos fabe cruant et ex eo quod cremauerint cinere lixiuium faciunt. Idem libro vltimo lixiuiam vsurpat. In olla inquit fictili ampla preparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit

¶ Lixe dicti sunt qui villoris questus gratia exercitum sequuntur vt puta lauandi aut coquendi gratia. Syl. libro. v. punicorum. Inutile marti lixarum vulgus. Scipio apud liuium Actium vmbrum appellat semilixam quasi semimancipium nomine ignominiosso. Var. Lixulas et semilixulas vocabulo sabino scribit dici circulos ex farina caseo et aqua commistos: et inter cibaria numerantur. Appellatiq sunt a cinere. q lix cinis foci sit. Unde elixus. a. um. quod coctum est cinere olle supposito. et Aulicocium. quod olla coctum est. Nam veteres pro olla. aulam dicebant.

¶ Lixo as. lixum facio. et vernacula lingua dicimus lissare. a quo fiunt composita. Elixo et prolixo. quod ē lixū facio seu in longum acuo. Colu. lib. v. Quare magnopere monendus putator ē vt prolixet aciem ferramenti et quantum possit nouacule similem reddat.

L ante O.

¶ Loba. e. milii vel panici racemus vt est apud. Varro

¶ Locus proprie dicitur quicquid aliquid cōtinet. Vir. Hic locus vrbis erit. Poniturq a dialecticis inter accidentia substantie: et ē vna de septem circunstantiis que ita numerantur. persona. qualitas negocium: facultas. causa. modus temporis que hoc versu cōtinentur. Quis quid vbi quibus auxiliis cur quomodo quando. Quandoq locus dicitur genus. Sal. Natus haud obscuro loco. Quandoq distributio temporum que cui in spectaculum venturo tribuuntur ab edilibus. Unde motus loco dicitur qui suas horas non obtinuerit inter precedētes et secutores. Et Cicero loco mot9 est cum ex vrbe puls9 Teren. Noster grex per tumultum commotus est loco. Cum autem dicimus Loco patris te habeo. significamus ea esse charitate qua pater est vel esse debet. Ter. Si te in germani fratris dilexi loco. Loco vero solatii: loco voluptatis: loco honoris pro iucundum voluptuosum et honorificum dicitur. In locum substitutus. i. in alterius vicem. Quinti. Et in locum iuuenis amissi substituit de vanitate solatium. In plurali loci et loca. Loci sedes argumentorum sunt que intra se continēt argumēta et ex quibus ipsa argumenta petenda sunt. Ab. Aristotele topica vocati sūt. loca sunt in quibus aliquid locatur quāquam etiam locos in eodem significato dicam9. Vir. Deuenere locos vbi nunc ingentia cernis. Similiter locos pluraliter dūtaxat mulieris vuluam seu vterum et vulgo matricem appellamus. Varr. in origi. Sic loci muliebres in quibus nascendi initia consistunt. Ply. lib. xi. Feminis eadem omnia preter vessicam et intus vtriculus vnde dictus vterus quod alio nomie locos appellant. hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicim9

¶ Loculus dimi. a locus. significat enim paruum locum Var. libro. iii de re rustica. Hortēsius familiaris noster cum piscinas haberet magna pecunia edificatas ac loculos ita sepe cum eo ad villam fui. Ponitur etiam interdum pro sacculo i quo pecunia seruatur qui alio nomine dicitur vulua et bulga et marsupium et capsula siue sit lignea siue eborea. Mar. Hos. nisi de flaua loculos implere moneta non decet. Interdum pro feretro quo mortui efferuntur: quod alias capulum et libitinam vocant. Et loculi pro vulua.

¶ Locellus diminutiuum a loculus. Var. Si quid ad
huc superest in nostri fęce locelli. Est munus nihil est:
ipse locellus erit.

¶ Loculatus. a. um. quod habet diuersos locos. Var.
Nam vt pausanias ⁊ cęteri pictores eiusdem generis
loculatas magnas habent arcolas vbi discolores sint
certas sic hi loculatas habent piscinas vbi dispares dis
clusos habent pisces.

¶ Loculamenta loca distincta siue capsulę in quibus
aues ⁊ similia nidificare seu habitare solent. ⁊ a loculis
deduci videtur. Col. Vel si non ita cõpetit paxillis ada
ctis tabulę supponantur que vel loculamenta quibꝰ ni
dificent aues vel fictilia columbaria recipiant et lib. x. i
de apibus dicit. Crepitaculis ęreis aut testarũ plęrũqꝫ
vulgo iacentium terreatur fugiens iuuentus: eaqꝫ vel
pauida cum repetierit alueum maternum. et in eiꝰ adi
tu glomerata pependerit: vel statim se ad proximã frõ
dem contulerit protinus custos nouum loculamentum
in hoc pręparatum perlineat intrinsecus pręclictis her=
bis: deinde guttis mellis respersum admoueat: tũ ma
nibus aut etiam trulla congregatas apes recondat.

¶ Locuples penul. cor. generis omnis secũdum Pris.
et tam in i ꝙ in e ablatiuum finit. Cice. i frumentaria.
In prouĩcia locupleti ⁊ referta. Hora. In locuplete do
mo. Dictus locuples a lata humo hoc est locorum plenꝰ
qui plęraqꝫ loca idest ꝗ multas possessiones habet: quẽ
admodum pecuniosus a pecorum copia Assiduus ab
asse dando cognominatur. Plynius. libro. xviii. Co
gnomina etiam prima inde pilumni qui pistrinas inue
nerunt. Pisones a pinsendo. Hinc ⁊ locupletes dicebãt
loci hoc est agri plenos. Et non modo pro diuite. et lo=
ca multa possidenti: verum etiam pro firmo certoqꝫ ad
quãlibet rem ponitur. Cice. lib. iii. off. Accedit eos te=
stis locuples possidonius. Posset tamen pro bono ⁊ ma
gnę auctoritatis capi ⁊ forte rectius quemadmodum ⁊
illud. in eodem li. comparatiue positum Quem enim lo
cupletiorem quęrimus ꝙ principem populi romani qui
retinendi officii causa cruciatum subierit vltro.

¶ Locupleto. as. pe. cor. locis et possessionibus quẽpiã
diuitem facio: ꝗuis etiam ad omnia sicut dito capi pos
sit: vt cum quis opibus rebusqꝫ etiam incorporeis dita
tur. Colu. lib. iii. Et ante perpensum ⁊ exploratum ha=
beamus vt locupletet patrem familię vinearum cultus
Plau. Visus est paterna hereditate locupletarier. Hu
ius Compositum est Collocupleto. quod significat val
de dito Ter. in heau. Vbinam est fides dum ego pro=
pter te errans patria careo demens: tu interea loci col=
locupletasti antiphila te.

¶ Loco locas pono constituo. Liui. li. i. Castra ab vr=
be haud plus quinqꝫ milia passuum locant. Virg. Hic
alta theatri fundamenta locant. Interdum locare est
reponere: Plau. Dum aulam domi locatam perquirit
ablatam reperit. Interdum nuptui tradere. Ter. in
phor. Queso quod si filiam suam vnicam locaret: Hinc
Illocabilis. que tradi viro non potest. Plau. Virginẽ
habeo grãdem dote cassam atqꝫ illocabilem. Interdũ
affictare: ad appẽsionem dare vel ad vecturam seu ad
operam faciendam. Et tunc cui quid locatur in datiuo
ponitur ⁊ pretiũ in ablatiuo: vt sex nummis aureis ope
ram vel domum tibi meam locaui: vel equum annum
totũ. Aliquando etiam in accusatiuo cum prępositione
ad: si rei non homini locatio fiat: Plau. in tri. Ego huic
diei nomen trinummo faciam. nam operam meam tri=
bus nummis ego locaui ad artes nugatorias. Sin expre
tio autem expresso sed cum datiuo homini. Cicero. in
Ver. Senonis Menoni nobilissimi hominis vxoris fũ
dus erat colono locatus Sulp. Cice. Postea ꝙ curaui
mus vt idem athenienses in eodem loco monumentũ
ei marmoreũ faciendum locarent idest concederẽt pro
loco. Huius verbi composita sũt. Abloco quod ẽ alius
loco afficto. Sue. in Vitel. Satis constat exituro viati
cum defuisse tanta egestate rei familiaris vt vxore ac
liberis quos romę relinquebat meritorio cęnaculo ab=
ditis domum in reliquam partem anni ablocaret. Col
loco simul loco. Eloco extraloco: vt cum iumentũ vel
boues extra locare solent agricolę. et agrum frumenta
rium inde male curant. Quod Columella lib. i. tangit
cum inquit. Et maxime vexant secũdum qui boues elo
cant. eosqꝫ vt cętera male pascunt nec industria terram
vertunt. Et habent pe. cor.

¶ Locito. as. pe. cor frequentatiuum formatum. a supi
no a in i mutata. Teren. in adel. Agelli est hic sub vr=
be paululum quod locitas: huic demus qui fruatur.

¶ Locatarius: qui domum aut fundum aliud ve simi=
le in locationem conducit.

¶ Locustę sunt animalia parua infirmas habẽtia alas
vt inquit Hiero: quę quidem de terra consurgentia al
tius non valent auolare vt plus sint ꝙ reptilia ⁊ tamen
auibus non ęquentur. Dictę locustę a locis vrendis ob
iacturam quam messibus afferunt tactu multa vrẽtes
morsu vero omnia erodentes: vel a loco ⁊ sto stas. vel a
longis hastis tibiarum ⁊ crurum quasi gręci ασατορυνο
cent. Has parthi in cibo sumunt. Et diuus domini pręe
cursor ioannes locustis vixisse scribitur sed contra ob=
stinatos licet sciam magnos viros aliter scribere: hoc
non me fallit. ꝙ locustis pratorum vesceretur audiant
etiam grammaticos. Hic. perottus grandi vir auctorio
tate longam facit disputationem: sed carptim dicit i in
dia nasci longitudine trium pedum: quarum cruribus
cum aruerint vtuntur pro serris: in cyrenaica lex est:
vt ter in anno debellentur. in syria quoqꝫ eas necari mi
litari imperio mos est. nefas est credere diuum Ioan=
nem. quẽ regis nostri dei pcursorem merito vocãt: hu
ius cibi impuritate vsum in eremo fuisse: crudeli cibo:
et venenoso: sed de gręcis sunt isti auctores celeberri=
mi Eudemus rhetor: helladius: Eugenius: Zosimus
Cęcilius: Longinus: Lupercus: Iustinus: Pachatꝰ
Pamphilus: Zopyriõ: tandẽ ⁊ Suidas oĩm congrega
tor ita scribit gręce ακρισ ειδοσ ζουφιου ησθιε δε ακρι
δασ ο προ δρομοσ και μελι αγριον οπερ απο των
δενδρων επισυναγομενον. μαννα τοισ πολλοισ
προσ αγορευεται Isaacius etiam interpres profusus
Nicandri dicit aial esse venenosum Ply. lib. ix. dicit lo=
custas esse pisces: atqꝫ beatus Aug. li. x. confessionum
ait ioannem animalibus hoc est locustis in escam cedẽ=
tibus non fuisse pollutum: sed quid respondebũt sãctę
matri ecclesię: insurgent ne tanqꝫ corybantes: quę can
tat: et publice solennizat. Prebuit hirtũ tegimen ca=
melus Artubꝰ sacris tropheũ bidẽtes: Cui latex hau
stum satiata pastum Mella locustis: vbi illud locusti si
telligendum est vt ait ibi Suidas: ideo concludendum
est non solummodo manna intelligi oportere: verum
etiam summitates omnium germinantium: vt sũt eti
am coralia rosarum sylucstrium: et spinarum: sed cau=
sa istius erroris fuit: quoniam ista dictio ακρισ ακρι=
δοσ duo significet ⁊ locustam vermem venenosum quo
niam summitates corrodat: quem deus aliquãdo iratꝰ
mittit contra populos et nationes: significet etiam co=

tulum germinantium.i.ipsa germina. An igitur fas dicere virum tam sanctum: tam gratum deo comedere vermes missos contra inimicos dei & quare non comedit etiam muscas: et tabanos missos contra pharaonē sed tempore hyemis vbi erant locustę: saliuerant ne? Immo aliqui medici interpretantur esse rapunculos. et alii doctissimi poma syluestria sed tam sancto homini pium est credere manna pro libito celum fluere. et tā preciosum: & tam diuinum corp⁹ sustētaret: quis Ply. lib.xi.cap.xxix: ait parthis et hę in cibo gratę Sed alia monstrosa sunt. q etiam indi comedant: non est mirū siquidem comedūt etiam homines quos ex finitimis regionibus venantur Locusta quoq venefica neroni grata ex Gallus euocata: de qua apud Iuue. Diō grecus historicus λοκουσταν τινα φαρμακ. Δε περιβοητον αγριππινα μετεπεμψατο και φαρμακοντι αφυκτον προκατασκευασαεσ τινα των καλουμενων μυκητων ανεβαλε και μεν αυτη εκ των αλλων ησθιεν:

Locusta etiam piscis est ex genere crustaceorum corpore longo cornua ante oculos bina longa & aspera habet dictus a similitudine terrestris.

¶ Locutulei: sunt homines in verba proiecti & blaterones & linguaces quorum lingua tam prodiga in frenisq est vt teterrima quadam colluuione verborū fluat semper & ęstuat.

¶ Locrus: vrbs ab Aiace olleo & naritiis qui cum secuti sunt condita apud locrinum montem qui est i bruttus ad extremum italię oppositus peloro. Virg: Illic naritii posuerunt męnia locri. Inde locrei ses quorum rex fuit ipse aiax oileus. hi Epizephyrii cognominati sunt a zephyrio promontorio cui imminent. Auctor est Ply. a locris incipere italię frontem que magna gręcia appellata est. Alii sunt locri in gręcia cognominati ozoleo malō odore. Alii Opontii beotiis finitimi qui et Epicundii dicti sunt.

¶ Lodex icis pe.prod. lecti vestis & operimentū siue lithcolus quo in lecto vtimur & frequenter lauatur Unde a polluendo lodices appellatas nonnulli putāt Iu. Modo sub lodice relictis vteris in turba: huius diminutiuum est lodicula Sue: in Aug. Ita vt extremis spatiis subsultim decurreret sestertio vel lodicula inuolutum.

¶ Logos apud grecos modō sermonem significat modō verbum modo rationem. Hier. ad paulinum. Logos grece multa significat. Nā & verbum est et ratio: et supputatio et causa vniuscuiusq rei per quam sunt singula quę subsistunt Au.li. contra hereses. Hermes qui latinę dicitur Mercurius scripsit librū qui logos τελειος appelletur.i. verbum perfectum. Apud nos quandoq pro dicto ridiculo ac contemnendo sumitur. Ci p Gallo. Ego te certo scio omnes logos qui ludi dicti sūt animaduertisse. A logos fiunt Catalogus. Epilogus. dialogus E: ogium analogia & prope infinita alia. & logica

¶ Logica latine rationalis. Nam greci λογικον. rationale dicunt. Hęc rationalis philosophia dicitur quę proprietates verborum exigit & structurā & argumentationes ne pro vero falsum surrepat. Boet. in cōmen: top. Hęc est inquit disciplina quasi disserendi quędam magistra quam logicen veteres peripatetici appellauerūt continens in se inueniendi iudicandiq peritiam

¶ Logistoricus. contexens rationes cōputus et modos historiarum. siue historice sermocinans de liberalibus scientiis. Quo nomine dictus est quidam liber. Var. Unde: Sidonius ad namatium: Varronem logistoricum sicut poposceras et Eusebium chronographū misi.

¶ Loligo pe.prod. genus piscis quasi voligo secundū Var. Uolitat enim hic piscis extra aquam se efferēs hic caput inter pedes & ventrem habet: quem nunc vulgo Calamariū vocant a thecę calamarię similitudie. Habet.n. ossicula duo quasi cultrum et calamum et cruorē nigrū atramenti modo cum exterius albus et cū a volo as. habente pe.cor. descendat loligo autem productam habeat: in metro per duplex.ll. scribendum puto. Hor. ser. Hic nigrę succus lolliginis. Huius diminutiuum ē Lolliguncula. Plau. Emitto sepiolas lolliguncIlas.

¶ Lolium herbę genus. alio nomine zizania. Hor. Esset ador loliumq meliora relinquens. Hinc loliarius.a um. Col.li.ix. Cribro viciario vel loliario qui iam fuerit in vsu pulli superponatur.

¶ Lomentum: gręci λειωμα. vocant q tritum proprie significat. Ply.li.xxxiii. Subtilissimum genus lomenti quidam vocant quinis assibus ęstimatum.

¶ Lombardia. regio italię a longobardis dicta quę cisalpina gallia vocabatur. Eius fines sunt Apenin⁹ et alpes et quicquid intra alpes bęnacumq atq Minitiū amnem continentur. cuius metropolis est Mediolanū a populis qui lingones germanię & bardi galliarū sunt simul misti non autem a longis barbas: vt solent viri docti rid ere.

¶ Longus proprie porrectus. Virgil. Sunt longis innixi hastis et scuta tenentes . Per translationem quandoq ponitur pro diuturno. Idem. Et longū andromache testantur amorem. Quandoq pro magno Unde longiores dies maiores dicimus. Quandoq p pernicioso. Idem Infęlix dido longūq bibebat amorem. Et longum aduerbialiter. quod significat longo tempore. Mar. vtq tuis longum dominusq puerq fruantur muneribus. A longus fiunt composita oblong⁹ et Pęlongus

¶ Longe aduerbium pro longitudine tam temporis q loci. vt cum dicimus longe lateq discurrit. Interdū significat valde. Sal. longe mihi aliena mens est. Interdum pcipue. Cice. Illud homini longe optimū esse Huius composita sunt Alonge et delonge quę habēt accentum in prima. Longe gentium. significat longe. sicut nusq gentium nusq locorum.

¶ Longeuus.a.um. cum diph. quod est longi ęui. Vir Quem tibi longęuo serum lauinia coniunx educet siluis Cic: in Cato. O miserum senem qui mortem contēnendam in tam longęua ętate non viderit. Hinc Longeuitas ελληνιστι Δε αιωνωνος λεγεται.

¶ Longanimis pe.cor. qui est perseuerantis animi ęquanimiter tolerans. A quo longanimitas pro tolerantia Hier: Longanimitas quę alibi sustentatio dicitur: videtur a patientia differre quia qui infirmitate magis q proposito delinquunt sustentari p longanimitatem dicuntur. Qui vero pertinaci mente exultant in delictis suis ferri patienter dicendi sunt. Patientia ergo est qua per superbiam & procaci mente peccantem non statim punit deus Longanimitas est qua per infirmitatem et non deliberati animi maliciam peccantes diu portat

¶ Longitudo: prolixitas: vt longitudo dierum in dextera illius.

¶ Longinquus.a.um. quod est remotum distans. Ci M. Cato. Non dubito quid pręsentes censeant. nos quidem longinqui et a teipso missi in vltimas gētes

¶ Longo.as. Quis non sit in vsu. habet tamen cōposita in frequenti vsurpatione habita. que sunt elongo et prolongo quod est protraho. Plau. Que mihi anus prolongat promissa.

¶ Longisco longus fio. Ennius. Neq3 corpora firma longiscunt quicq3.

¶ Longurio: idem quod lōgius. Var. Hic qui ante me est nescio quis longurio.

¶ Longurius apud Var. pertica longior. Qui lib. i. de re rus. ait. Secunda sepes est ex agresti ligno sed nō viuit. Fit autem palis statutis crebris ac virgultis implicitis aut latis perforatis ꝛ per ea foramina traiectis lōguriis ferreis binis aut ternis aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps constitutis. Idem lib. ii. Itaq3 in stabulis oportet clausa habere ostia ac fenestras et inter singulas a presepibus intericere lōgurios qui ea discernant ne inter se pugnare possint.

¶ Longanon: rectum intestinum dicitur quo aluū purgamus. sic dictum quia in longum ꝓtenditur ꝛ non est ita orbibus implicitum. sicut intestinum tenue. Apici⁹ Longanones porcinos ex ture tarentino farsos cunctos concisos in cinere pullorum.

¶ Longobardi populi Germanie quos a longis barbis cognominatos ferunt et ab oceano germanieq3 vltimis oris venisse nouas sedes querētes. Hi Albuino duce italiam intrauere: breuiq3 omnes pene citerioris gallie vrbes cepere. ibi cum ducentis annis regnassent a carolo magno superati fuerunt sed tamen vt diximus vt celtiberi ex celtis et iberis fuit vna natio ita lingones populi germanie ꝛ bardi galliarū populi facta vnione gentem vnam et vnum nomē admiscuerunt: ꝛ ideo Ponticus vir doctus nostri temporis lingobardos appellat non autem longobardos quantis autem probationibus prodeat ille vir scrupulosus alii viderint.

¶ Lopades genus conche marine. Plau. in para. Me dico addite lopades echinos ostreas.

¶ Loquor. eris. locutus. per c. secūdum Pris. proprie significat verba profero. Differunt autem ab inuicem Loqui ꝛ dicere q' loqui sit a natura: Dicere eleganter et facunde. Composita verbi loquor. sūt Alloquor ad aliquem loquor. Cic. Cum pridie eius diei cū allocut⁹ fuissem. Alloquimur etiam ea que aut summo affectu aut extremo periculo narramus. Vir. Extremum quod te alloquor. Ouid. Nec quia te nostra sperem prece posse moueri alloquor. Hic Alloquium. Amb. li. Hexa Dixit deus non vt per vocis organa quidam sonus sermonis exiret: nec vt lingue motus celeste formaret alloqū. Colloquor simul loquor a quo Colloquium pro confabulatione. cum veniunt in vnum locum loquendi causa. et collocutores qui simul loquuntur. Circumloquor per circuitum quendam declaro. A quo circūlocutio quā greci periodon vocant: vt si elephanti dentem pro ebore dicamus. Eloquor a quo Eloquium. Deloquor quod est de aliquo loco deputato loquor. Var. Hinc dicūt eloquium ac reliqui in fanis sabinis eccla dei qui deloquūtur. Interloquor. Obloquor. Preloquor anteloquor Lact. libro. iiii. Daniel quoq3 similia ꝓlocutus est. Perloquor perfecte loquor ꝛ sermonem perficio. Et habēt pe. corre.

¶ Locutor seu loquutor. qui nimium loquitur. Gelli⁹. Qui sunt leues ꝛ futiles ꝛ īportuni loquutores

¶ Loquela: verbū quod in loquendo proferimus.

¶ Loquentia ꝛ loquium q̄uis a loquor deducātur: nō tamen eis vtimur nisi in compositione vt breuiloquētia breuiloquium: multiloquentia multiloquium magniloquentia: magniloquium. Similiter magniloqu⁹ multiloquus stultiloquus blandiloquus ꝛ huiusmodi q̄ habent pe. cor. Anteloquium primus loquendi locus: seu principatus loquendi. Soliloquium quod significat illius qui contemplando solus ipse secum loquitur.

¶ Loquax verbos⁹ garrulus. Unde corui: et alie aues que humanam vocem imitantur: loquaces dicuntur. Hinc comporatiuum loquacior ꝛ superlatiuum loquacissimus. Loquacitas naturalis loquendi abundantia Cic. Torquato. Facit autem non loquacitas mea sed beniuolentia longiores epistolas. Accipitur etiam pro stulta et inani loquendi copia

¶ Loquacito. as. multū loquor Hie. Si q̄n mulierculę de diuitiis propriis de filiis: de vestibus de mundi vanitatib⁹ garrulādo loquacitent: vt mos ē eis frāgāt.

¶ Lora siue lorea genus potionis est quam greci Deuteriam appellant quasi secundariam veluti apud nos tertiaria per vini caritatem. Nam Δευτερον apud grecos secundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressum. Non potest iure vocari vinum q̄uis inter vina operaria numeretur. Tria eorum genera. Primum decima parte aque quasi musti expressa fit ꝛ ita nocte ꝛ die madefactis vinaceis: rursusq3 prelo subiectis. Secundum tertia parte ei⁹ quod expressum sit addita aque expressoq3 decocto ad tertias partes. Tertium fecibus vini expressum quod fecatum Cato appellat. Var. de. vi. pac Antique mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota acina. Hec etiam lenia tenuia vina dicuntur. Plyni. libro. xxiii. ait lenissimū vinum celerrime ī acetari Idē scribit tenue vinum minus alere magis stomachū nutrire. Cato fecatum appellat quod fecibus vini expressum est. Vinum aqua misceri Staphilus primus inuenit. Dilutum quoq3 vinum dicitur aquatum.

¶ Lorum prima pro. Nam lora habet o cor. proprie significat corrigiam ex corio ꝛ grecum est λωρον. Unde ponitur pro cingulo. Poete baltheum Veneris qui Cestus dicitur lorum appellant. Lora etiam habenas vocamus et retinacula iumentorum: zonas quoq3 ac volumina ex corio bubulo quib⁹ pugiles vtebantur. Preterea quecūq3 ligamina lora dici possunt et loramenta ligamenta etiam que ex talibus fiunt. Gel. Postea videbamus Androdum et leonem loro tenui reuictum vrbe tota circum tabernas ire. Hiero. Loramento ligneo circūdatum edificii fundamentum non dissoluetur. ab hoc lorum etiam pro corrigia accipitur qua homines verberantur. Do. Lora apud veteres laura dicebātur: a laura triumphorum sub aqua mos erat captiuos vinciri duciq3 per pompā. Ideo autem vt conditionis reminiscantur loris ceduntur. Unde lorarii dicebātur qui in scenicis fabulis parebant iis qui ludis erant prefecti: et vel vinciebant vel cedebant quos iussi erāt vincire vel cedere. Tortores quoq3 lorarios vocatos inuenimus. Gel. Itaq3 hi sequebantur magistratus tāq3 in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii. Item lora dicūtur corrigie quibus lecti et selle instruuntur super quibus tomenta vel culcitre imponuntur. Mar. Nouis lintheis lorisq3. Hinc etiam funicul⁹ aureus argenteusve qui collo gestari solet lorum appellatur.

¶ Lorarii Vide in dictione Lorum.

¶ Lorica pe. pro. a loro fit et est munimentum corporis: quale in imperatorum antiquis statuis videmus quia loris alligata sit. Quod sit in numine. Aegis idis

dicit. Habetq; in medio caput medusę. Nā vt interpretatur Uar. E loris de corio crudo pectoralia ātiqui faciebant. Propterea vulgariter dicuntur bardę vt sunt equorum: & scuta grecorū non aūt sunt quas vulgo panzerias vocant: quoniam postea Galli succiderūt e ferro sub id vocabulum ex annulis ferream tunicam. Lorica in ędificiis est quoddā quasi sępimentum & veluti peribolus que nos tuetur a lapsu.

¶ Lorico as. loricam induo. Unde loricatus lorica indutus. Ply. Mox vbi pluribus eodem modo se coriis loricauit in dimicationem pergit. Loricatio apud iurisconsultos accipitur pro ornatu domus specioso ac veluti tectorio que impensę sunt voluptarię. Huius verbi compositum est dilorico de quo alibi.

¶ Loricula dimi. a lorica quod etiā in re militari significat p̄sidium obsidentium. Solent. enim obsessores vltra teli iactum fossam facere quā non solum vallo et sudibus sed etiam turriculis instruūt vt erūpentibus ex ciuitate possint obsistere Quod opus loriculam vocant vt est apud Uegetium & Cęsarem.

¶ Loripes edis. pen. cor. qui pedem in modum lori tortum habet. Iuue. Loripedem rectus derideat ęthiopē albus. i. qui quasi loro pedem ligatum habet claudus natura vel casu fractus.

¶ Lotium: vrina a diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio sicut vrina ab vrinor verbo descēdit. Sue. Reprehendēti filio tito q; et vrinę vectigal cōmentus esset: pecunia ex prima pensione admouit ad nares sciscitans num odore offenderetur. At illo negante. At qui inquit e lotio est.

¶ Lotos & lotis idis. pprium nomen nymphę neptuni filię: quę priapum fugiens in arborem sui nominis conuersa est. Ouid. li. x. meta. Amnicoleq; simul salicēs & aq̄tica lotos. Hęc arbor vt scribit Ply. insignis est in Africa quam vocant celtim tam dulci cibo: nam myrthi modo bacchas fert: vt nomen etiam genti terręq; dederit nimis hospitali aduenarum obliuione patrię. Ligno color niger ad tibiarum cantus expetitur. Quare et a poetis pro tibia ponitur. Quidam arbitrantur esse eam arborem quam romani Uisciulum dicunt: Est etiam eodē nomine herba in egypto: quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominauit. Hęc recedentibus aquis nili prouenit similis fabę in cuius capite fructus est papaueri similis intus grana seu milium ex quo incolę faciunt panem Unde. Ply. li. xxii. Qui arborem tantum lotum putant Homero auctore argui possunt Ab hac sata fit lato metra ex cuius semine simillimo porri fiunt panes in egypto a pastoribus: maxime aqua vel lacte subacto. Est et alia lotos quam multi trifolium dicunt Item alia lothos agrestis i lybia hasta duobus cubitis longa ramos plurimos proferens. Quidam etiam loton milium vocant.

¶ Lotophagi populi in Aphrica: apud Syrtes a loto nomen sortiti qui ex loto arbore victitant cuius fructus sunt magnitudine fabę colore croci quorum cibus tā dulcis est vt aduenis incutiat patrię obliuionem. Unde cū Ulyssis socii delati fuissent in Aphricam & gustassent vix inde abducti sunt Home. li. viii. odys. ου δε αρα λωτοφαγοι μηδονθ εταροισιν ολεθρον ημετεροις αλλα σφι δοσαν λωτοιο πασασθαι των δε ος τις λωτοιο φαγοι μελιηδεα καρπον ουκετι απαγγειλαι παλιν ηθελεν ουδε νεεσθαι αλλ αυτου βουλοντο μετ ανδρασι λωτοφαγοισι λωτον ερεπτομενοι μενεμεν νοστου τε λαθεσθ

¶ Lubricus: a. um. pe. cor. quasi labricus: propterea lubricus locus dicitur in quo quis nequit consistere qualis est terra glaciata. Uirg. Lubrica conuoluit sublato pectore terga. Et sese opposuit salio per lubrica surgens. Inde figurate adolescentia lubrica dicitur quę facile labitur. Lubricos oculos dixit Cicer. i. mobiles sicut dicitur pes lubricus qui est in lubrico. Piscis lubricus dicitur qui labitur dum tenetur.

¶ Lubrico as lubricum facio. Iuue. Qui lacedęmonium pitisma te lubricat orbem.

¶ Lucę boues: siue lucanę boues dicti sunt Elephanti. Uide in dictione Elephas

¶ Luca: ciuitas thusci: a qua lucenses dicuntur qui in ea habitant: aut qui in eo orti sunt

¶ Lucani populi dicti sunt q; ea regio sita est ad partem stellę luciferę: vel q; loca ęthereā sint. i. multę lucis. Uel a Lucilio duce: vel q; primitus in luco consederint. Hi inter calabros et apulos siti sunt & a sabinis orti. Eorum regio lucania: quę nūc principatus dicitur. In ea est pestum oppidum & Elea vrbs. Lucania et petilis metropolis. Hor. Lucanus in appulus anceps. Est & Lucanus. a. um. quod ad lucem pertinet a quo antelucanus. a. um. Anteluco et antelucon

¶ Lucanus nomen proprium poetę

¶ Lucania genus farciminis ex porcinis carnibus a lucanis populis primum inuenta. Mar. Filia picenę venio lucanica porcę. Pultibus hinc niueis grata corōa dat

¶ Lucem claritatem esse nemo est qui dubitet. Quoniam autem dies clara est: quemadmodum nox obscura: ponitur quandoq; lux pro die et nox pro tenebris: q̄uis prima luce & primis tenebris: non primam partem diei ac noctis significat. Prima vero die pro tota non pro diei parte. Gel. Alia luce orta auis in pastum profecta est. Inuenitur etiam luci aduerbialiter positū sicut Uesperi. Ci. in Anton. Quis enim audiat luci & in militari via. grecum est λυξ λυκος ενθεν και λυκος λεγεται οτι εν τηνυκτι λυκος ουκεν δειται. A luce fit lucanus. a. um. & antelucanus a um. quod est ante lucis tempus: & sublucanus sub lucis tempore: Ply. lib. xi. Nec omnino prius vergiliarum exortu sublucanis temporibus. Lux autē ακοτης λυκυς dicta est λυκυν. enim veteres greci appellāt primam lucem quę pręcedit solis exortū.

¶ Luceo ces. xi. splendeo. Cuius composita sunt. Alluceo ad aliquid seu iuxta aliquid luceo. Colluceo simul seu totus luceo. Ply. lib. x. Inusitata genera alitum accepimus quarum plume ignium modo colluceant noctibus Diluceo distincte luceo. Gel. li. ii. Contra vero qui in sex horis posterioribus nascitur eo die videri natum q̄ post eam noctem diluxerit: Eluceo extra siue multum luceo Lactanti. li. vii. Quis tam cęcus vt existimet sine causa esse facta in quibus mira dispositio prouidentissime rationis elucet. Aug. lib. i. con. Hinc satis elucet maiorem habere vim ad visendum liberam curiositatem q̄ meticulosam necessitatem. i. clarum esse Illuceo lucidus sum Sed ad diem pertinet. Li. Ubi illuxit cepere classem: Sed hic magis est ab illucesco Plau. in Cap. At pol te si hic sapiat senex atra pix agitet apud carnificem tuo q̄ capiti illuceat. Idem in Am. Nunc te inquit quę mansisti mitto vt cedas diei vt mortalibus illucescas clara et candida: Interdum illucescere est illuminare & splendētem facere. Lac. li. vii. Qui solem cum ceteris syderibus illuxit. Interluceo in medio luceo. Cic. li. iiii. ad Heren. Preterea dissimiles forma atq; natura loci comparādi sunt vt distincti interlucere possint: Sed hic interlucere

quasi internosci est. Pelluceo per medium transluceo. Quin. Sed vt inter se vincti atq ita coeuntes ne commissura pelluceat. Huius significationis est perluceo: et transluceo. Seneca. de tranquillitate. Quid perlucētes ad vnum aquas ⁊ circūfluentes conuiuia? Ci. lib. ij. offi. Qua si perlucet ex his quas commemoraui virtutibus Col. li. v. Ut nullo loco transluceat. Polluceo de quo alibi: Preluceo anteluceo. Cice. Ego meis maioribus virtute preluxi. Reluceo. Virg: li. ii. Sigea igni freta lata relucent. Subluceo aliquantū luceo. Ouid. de meridie Qualia sublucent fugiente crepuscula phoebo: aut vbi nox abijt nec tamen orta dies.

¶ Lucescere est clarum fieri Plau. in am. Tempus est: exire ex vrbe: priusq lucescat volo.

¶ Lucidus a. um. quod est clarum perspicuum: a quo perlucidus ⁊ translucidus. Quintil. lib. viij. Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutiones ipsas effoeminat.

¶ Lucido as. lucidū facio: illustro a quo Dilucido. quod est declaro. seu diuersis modis clarum facio. Cic. lib. iii. ad herē. Nam quod in dicendo rei dilucidande ⁊ magnificande causa dolum appellauimus: id in dicendo honestius consilium appellabimus. Elucido extra seu multū lucido.

¶ Lucifico as. pe. cor. idem quod lucido. a quo elucifico Nonius. Elucificare luci dare: dictum a luce. Laberius. Si cito fulgentis splendore pecunie volo elucificare exitum etatis mee.

¶ Lucifuga. pe. cor. qui fugit lucem.

¶ Lucifer pe. cor. stella Veneris cum ante graditur solem cum subsequitur hesperus.

¶ Lucerna a luceo. Grece Lychnus vocatur: cuius prima corripitur cum tamen in Luceo producatur. Iuue. Disposite pinguem nebulam vomuere lucerne. Lucernarum vsum primi egyptij monstrauere: vt auctor est Eusebius. li. x. preparationis.

¶ Lucernarius qui lucernā fert. ¶ Lucernula diminu

¶ Lucens quod aliunde lucem habet. Virg. Lucentēq globum lune. Lucibile quod per se lucet.

¶ Lucetius dictus est Iuppiter a luce quā prestare hoībus putabatur.

¶ Lucina pe. prod. que partui preest ꝙ partum ferat in lucē. Ply. putat lucinam dici ꝙ oculis presit ⁊ luci. Sunt qui a luco deducant qui rome Iunoni sacer est in exquilijs. Ouidius li. ii. fas: Gratia lucine dedit hec tibi nomina lucus Aut quia principiū tu dea lucis habes.

¶ Lucius prenomem eius qui primus ita vocatus: qa oriente luce natus est. Sic lucia nomen mulieris penultima cor. proferri debet: contra communem vsum

¶ Lucilius ⁊ lucillus nomina propria a luce deducta.

¶ Luculentus. a. um. quod est luce plenum splendens. Plau. in cor. Pulchrum et luculentum hoc nobis hodie euenit prelium. Sal. Tū. M. Tullius orationem habuit luculentam ⁊ vtilem reipu. Hinc aduerbium Luculēter clare et splendide. Hiero. De quorum vitis moribusq mirificas. q luculenter ipse conspexi libellū ipse compegi.

¶ Lucubro. as. pe. cor. vigilo: et ad lucernam aliquid cōpono. Unde Lucubratio vigilia ⁊ opus quod lucubrando fit. Var. de origi. Non solum ad aristophanis lucernam sed etiam ad Cleātis lucubraui. Li. libro. i. Sed nocte Soram deditam lane inter lucubrantes ancillas in medio edium sedentem inuenit. Hiero. in prologo. Iudith Huic vnam lucubratiunculam dedi. Sunt ⁊ lucubrationes rusticane vespertina et antelucana. quando a vespere et ante lucem conficiunt intra villam operarij villatice conducibilia. Col. li. xij. Item ad lucubrationē vespertinam palos decem. vel ridicas quinq conficere: totidemq per antelucanam lucubrationem.

¶ Lucus nemus arboribus densum deo sacrum: a luceo per antiphrasim dictum eo ꝙ non luceat quoniam cum nulle illic arbores propter religionem cederentur opacus et sine luce erat. Sunt alij: qui non per contrarium deducant sed propter lumina crebra sacrificiorum que ibi nocturno tempore fiebant Dicitur etiam Lucus us. pro luce Teren. Cum primo luci. i. prima luce ⁊ cum primū sol illucescet. Lucus martis dictus est in quo Mars illam vestalem virginem compressit: vt est apud Iustinū ⁊ Plutar. Luculus et lucellus diminutiua sunt.

¶ Luco as. licet non sit in vsu: a luco siue a luce fieri puto. cuius composita sunt. Colluco: quod est ramos sylue decido Interluco idem significat Subluco succidendo illumino.

¶ Lucar pretium quod ex lucis captatur: vel erogatio que in lucis fiebat.

¶ Lucaria festa que in luco romani faciebant qui permagnus erat inter viam salariam ⁊ tyberim pro eo ꝙ victi a gallis fugiētes e prelio: ibi sese occultauerant.

¶ Luceria: vrbs Apulie: que ⁊ Ausonum colonia fuit.

¶ Luceres siue Lucerenses: tertia pars populi romani distributa a Tatio ⁊ Romulo sic appellati a Lucumone siue a lucerio siue a luco quē Asylū Romulus vocauerat

¶ Lucerius Ardee rex qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.

¶ Lucumo proprium viri nomen. a quo Lucomedi appellati: qui postea lucerenses sunt dicti. Hi fuerūt Thusci. Var. dimicantem Romulum contra. T. Tatium a lucumonibus. i. thuscis auxilia petisse.

¶ Lucrū a luendo si amplius exolueret ꝙ quanti esset emptum: A quo Lucrosus. a. um. plenum lucro. Ply. li. xviij. Et auctionibus eam adhiberi lucrosum putant.

¶ Lucellum diminutiuum paruum lucrum. Hor. i Ser De sene gustarit tecum partita lucellum.

¶ Luciones: dicti sunt qui vndiq lucrari cupiunt

¶ Lucrinus. pe. pro. lacus campanie in sinu baiano contra puteleos propinquus Auerno lacui adeo vt in maximis quandoq tempestatibus coniungi soleat. Dictus a lucro propter multitudinem piscium qui ibi capiebātur. Do vtroq Mar. Dum modo lucrino modo se permittit auerno.

¶ Lucretilis mōs in sabinis.

¶ Lucta conflictus.

¶ Lucto. as. apud antiquos. ⁊ Luctor deponens. significat contra aduersarium omni adhita virtute confligo quia in huiusmodi conatu membra soluuntur. Vir. Luctantes ventos. Ser. hoc est egredi laborantes Aliquādo Luctari est lucta ludere. Lactan. Ne quando in laqueos ⁊ fraudes illius aduersarij nostri cum quo nos deus luctari voluit inciderimus. Ter. in hecy. Dicitq illi annulum sese dum luctat detraxisse. Hinc Luctatio ludus quo alius alium nititur in terram prosternere. Cōposita sūt Colluctor. Lactā. de opi. Nam ⁊ ille colluctator ⁊ aduersarius noster scis ꝙ sit astutus: idem ipse violētus. Obluctor acrius contra aliquem nitor. Col. li. vij. Sepe etiam vel grauitate longioris: vel cum in proscindendo aut duriori solo: aut obuie radici obluctatus cōuellit armos Reluctor pro repugno. Idem lib. i. Nam cum veteri astruitur recens edificium quasi assurgenti reluctans onerι cedit. Quintil. Cum a me quidam familiariter postu

lant vt aliquid de ratione dicendi componerem diu sum equidem reluctatus.

¶ Luctitor frequentatiuum. Unde Pri. ponit apud vetustissimos luctito pro luctitor inueniri.

¶ Lugeo. es, xi. ctum. quasi luce egeo propter continuũ luctũ. Uel dicitur a luo q luctus vitam hominis soluat. Est enim lugere valde flere. Lact. li. iiii. Quis tam facũdus z tant[a] rerum verborumq copia instructus existet: q oratio tanta affluentie vbertate decurrens: vt illã crucem merito deploret quam mundus ipse et tota mundi elementa luxerunt: Est et lugere in luctu hoc est in lugubri habitu esse ex obitu chare necessarieq persone. Unde Luctus vt Cic. lib. iiii. Tus. inquit est egritudo ex eius qui charus fuerat interitu acerbo. Scribit Dionysius hali. li. v. Romanas matronas Ualerium publicolã Brutumq luxisse annuum tempus depositione auri et purpure vt est illis luctus consuetudo in necessariorum cognatorumq funeribus. Huius verbi cõposita. Prolugeo de quo alibi. Elugeo quod est luctum depono. Unde Agretius. Eluxit qui luctum deposuit. Illuxit cũ lumẽ apparuit. Liui. Quid aliud in luctu q purpuram aut aurum deponunt fœmine: Quid aliud cum eluxerunt: sumunt: Aliquando elugere est lugẽdo deflere. Ci. patriã illuxi iam z grauius et diutius q vlla mater vnicũ filium

¶ Luctus. us. non solum ploratio dicitur sed etiã insigne indiciũq mœrentis sicut est vestitus niger et pullus. Sepe enim ipse habitus: vultusq et vestis luct[us] dicitur. Nam in luctu atrati sunt purpura auroq depositis: cũ eluxerunt nigram vestẽ exuunt: purpuramq resumunt. antiqui etiam declinabant luctus lucti: Actius Cesso hinc ire z rapere lucti vestem in lecto coniugis.

¶ Luctuosus a. um. luctu plenum. Sal. Uirorum more pugnantes cruẽtam atq luctuosam victoriam hostibus relinquatis. Et luctuosus dicitur qui est in luctu.

¶ Luctificus a. um. pe. cor. quod luctum inducit

¶ Lugubris et hoc lugubre pe. cor. quod ad luctũ pertinet: vt vestis lugubris q defertur pro morte alicui[us] chari

¶ Ludus dicitur in factis: iocus in verbis. Et ludus in singulari de priuatis z de exercitatione gymnastica cum multorũ conuentus ab vno eruditur preceptore Unde z pro schola z loco sumitur in quo exercentur docẽturve Sic dicimus ludum palestre: ludum pile: ludum gladiatorũ: ludũ musicũ: ludũ litterariũ Sue. I ce. Formã q ludũ gladiatorũ erat: edificatur[us] ꝯsiderauit. Asco. Quẽm scholam ludum dixere romani. Quintil. Quia diuitem illũ ꝑmiserã patrem in ludum vendiderunt tanq decepti hoc est gladiatorũ Ci. de ora. Cum hoc ludo nõ precipitur: faciles enim cause ad pueros deferunt. Et statim post. Hec est in ludo causarum fere formula. Ubi de grammatices ludo locutus est. Sene. Dionysius tyrannus de regno eiectus ludi magister factus est. De ludo musices intellexit. Lusus vero z lusio ad voluptatẽ magis pertinent sine vlla arte z puerorum proprie dicũtur. Quin: Nihil me lusus offenderit. Et paulopost Sũt etiam non nulli acuendis ingeniis non tantum inutiles lusus. Ci. ex multis lusionibus nobis senibus talos relinquant z tesseras. Ubi de voluptate senili locutus est: Ponitur tamen quandoq lusus pro ludo. et ludus pro lusu Similiter lusus pro ioco opponiturq serio: quemadmodum z iocus. Ply. iunior Aristoni. Quos quantosq auctores sequar facile impetrari posse confido vt errare me sed cum illis sinant quorum non seria modo verum: lusus etiam exprimere laudabile est. Eodemmodo lusus Io. Sed tamen amoto queramus seria ludo Ludi vero tantum plurali numero spectacula publica significant Cic. in Uer. Inter binos ludos. Fuerũtq apud grecos quattuor ludorũ genera precipua. i. olympici: phthii: isthmici: et nemei de quibus dictum est in dictione certamẽ Ludi apud romanos etiam quattuor erant Megalẽses funebres plebei z apollinares.

¶ Ludius z ludio pro ioculatore histrione: et ludia pro ioculatrice. Mar. Hermis cura laborq ludiarum Liui. Acciti ex ethruria Romam ludiões qui ad tibicinis modum saltabant Oui. Ludius equatam ter pede pulsat humum.

¶ Ludo is. si sum. ludum exerceo z construitur cũ ablatiuo. Interdum etiã cũ accusatiuo. Sue. de Aug. Aliqsi vt vincat ludit assidue aleam. Ter. in. Adel. Ita vita ẽ hominum quasi cum ludas tesseris: Interdum ludere ẽ deridere. Plau. in Asi. Nec me cur ludatis scire possum Interdum decipere. Ter. in Adel. Cur non ludo hunc aliquantisper melius est quandoq hoc nunc mihi voluit credere. Interdum iocari vulgo scrizare solazare. Ply. ad fabium. Ludere me putas: serio peto. Intellexit enim se non ioco agere sed serio. Terenti[us] in Adel. congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. Interdum canere pulsare. Gel. Is optime luderea magistro eius didicerat. Interdum versibus scribere: Uirg. ludere que vellem calamo permisit agresti. Interdum amittere. Ter. in phor. In illis fructus est in illis opera luditur Ubi notandum ludo modo actiuũ: modo neutrum esse vt ex iis que scripta sunt intelligi licet. Cõposita sunt Alludo: Colludo. Unde collusor socius i ludo. Cic. Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit. Uir. lib. i. Se posuit pro simul mouere. Sepe leuem paleam z frondes volitare caducas. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Iureconsulti Colludere dicunt aliquos: cum diuersam partem adiuuant: prodita causa sua. Sic enim clientem suum simul cum aduersario ludunt. i. fallunt ac decipiunt. Deludo derideo decipio Plau. in Asi. Lucifer etiam me delusisti Idem. Quid me deluditis z nocte excluditis foras. Eludo. Illudo Preludo anteludo. Ambro. li. i. officio. Qui disciplinam bellicam vult assequi quotidie exerceatur armis. et tanq in procinctu positus preludit prelũ Hinc preludium quod proprie significat precentionem: hoc est q ante inchoationem cantus premitti solet fauoris emerendi gratia. et hec habent pe. pro.

¶ Ludifico. as. derideo seu per iocũ z ludũ fallo. Plau. in Cas. Iam hic est lepide ludificat[us]. Inuenitur etiã ludificor deponẽs. Ter. i Phor. Ergo sic me ludificamini:

¶ Ludibrium proprie vbi ludimus deridẽmusq: z quid ludẽdi cã expetim[us]. Uir. ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Unde haberi aliquid ludibrio dicimus id est derisui et contemptui. Ter. in Ecy. Nõ sic ludibrio tuis factis habitus essem. Ambro. de agnete pro coitus peccato posuit cum ait. Cum quibus libidinis sue se posse credebat ludibrium exercere.

¶ Ludicrum substantiuum dici potest quodcunq lusorium ac ioculare. Li. li. i. Et cum his crescẽte in dies grege iuuenum serta ac iocos celebrare iam tum in palatio monte lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt z a palãteo vrbe archadia palatium: deinde palatinum mõtem appellatum. Ibi euandrum ex eo genere archadum qui multis ante tempestatibus tenuerunt loca: solemne allatum ex archadia instituisse: vt nudi iuuenes lycium pana venerantes per luxum atq lasciuiam currerent: quem Romani deinde vocauerunt Innuũ. huic deditis ludicro et

¶ Ludicrus a.um. Lusorius iocularia leuis. Virgili⁹ Nec; tenta aut ludicra petunt premia: Unde ars ludicra ars histrionica ⁊ scenica dicitur: Pris. Hic ⁊ hec ludicris et hoc ludicre declinat: cum tamen sic declinando ludicria: non ludicra faceret.

¶ Lues dicitur cum in vrbe aut in agro febris aliudue morbi genus homines vel pecora siue vtrumq; corripit Iterdū arbo res ⁊ sata. Pestis que aut cito occidit āt cito ab ita b eo quem inuasit.

¶ Lugdunum ciuitas Gallie apud aquitanam quam Plācus cum Galliam comatam regeret traditur condidisse. In ea fluuij Liger ⁊ Garumna.

¶ Luma genus spine que in pratis nascitur ⁊ locis vliginosis: sic dicta q agricole eam e terra luunt.i.soluunt Hinc lumeta loca lumis plena ⁊ lumaria falx.qua lumeta secantur.

¶ Lumbrici vermes terreni a lubricitate dicti.

¶ Lumbus pars corporis qua libido designatur. Sunt enim lumbi a cinctura ad nates: a quibus venereus liquor defluit. Unde ⁊ apud poetas sumitur quandoq; p membro pudendo Plau. Exporgite lumbos ex tollite Et in Pria Crissabit tibi fluctuante lumbo. Dicit̄ etiā lumbus de brutis. Hora.li.i. Ser. Curto ire licet mulo vel si libet vsq; tarentum Mantica cui lumbos onere vlceret ac eques armos. Hinc fiunt elumbus vel elumbis ⁊ delumbe.

¶ Lumbare tegmen quo pudenda teguntur: vt apud Hiere. Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos

¶ Lumbago: vitium ⁊ debilitas lumborum.

¶ Lumen quasi lucimen: a quo luminosus a. um quod est clarum. Ci. Cum sint maxime luminose partes due et quasi tactuose. Hinc etiam lumino: a quo Illumino. as.⁊ Relumino quod est lumen reddo.

¶ Luminare quod lumen habet. Hieron. in Gē. Fecit deus duo luminaria magna: vnū vt preesset diei: alterum vt preesset nocti.

¶ Luna a lucēdo dicta q noctu sola luceat. Alij lunā: q̄si lucē alienā dicūt q lumē a sole recipiat. Ci. Cū illa q̄ luce lucet aliena. Vel luna dicit̄ q sit luminū vna: vtcūq; ē p grecorū imitationē ē ελληνες γαρ φασι λεγεσθαι οτι σελας το φως και ανω οτι υπο ηλιου λυκα λαμβανει σελην Hinc plenilunū quod est cū luna quintadecima ⁊ rotunda est. Vel plenilunium dicitur lune oppositio. Ply.li.xviij. Cum vero occidente sole oritur scilicet luna ex aduerso: ita vt pariter aspiciantur tunc erit plenilunium. Interdum cum apparere desierit: ⁊ noua fit: ⁊ coeunte vel silenti luna vnde lune coniunctio dicitur dies silentis lune. Diminutiuum a luna est lunula

¶ Lunaris ⁊ hoc lunare: quod ad lunam pertinet: vt lunaris ratio. lunaris annus q̄ mēse vno suū efficit cursū.

¶ Lunaticus morbus dictus est q eum qui interlunio natus est hūc morbū fere pati compertū est. Qui ⁊ comitialis a quibusdā etiam appellat̄ Sed diuersum eē ostēdit firmicus li.iiij.mat.cum inquit. Et si luna male fuerit collocata: aut spaticos: aut lunaticos: aut caducos facit. Est autem proprie lunaticus. qui aut ab insania vexatur certis lune temporibus aut grauatur in morbo.

¶ Lunat⁹.a um.quod ē ad lune similitudinē factū: vel quod h₃ speciē lune. Tres eīn sūt figure crescētis lune. Nā mō curuat̄ i cornua: mō i orbē circūacta vt cū ē plena ⁊ soli aduersa. Mō dimidio orbe cesa: hoc ē cū equa ꝑportiōe diuidit̄. Et ob id a nostris diuidua vocatur.

¶ Luo is.lui.significat psoluo. Liui. Ut tandem debito supplicio scel⁹ lueret.i.solueret seu purgaret. Tractū a pecunia: quia apud antiquos pene pecuniarie fuerūt sed grecum λυω λυεις λυει. Interdum luere est sustinere pati. Iustinus.li.i. Quicunq; capi potuerunt supplicia crucibus luerunt. Dicimus etiam luo capite sicut Mulcto: ⁊ punio. Liuius.li.ix. Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. Hinc componitur reluo pro soluo seu repignero. Nam in a.ia significatiōe componitur a lauo sicut Deluo ⁊ proluo.

¶ Lupus grece λυκος animal rapax. cuius fe. est lupa. Et lupus genus piscis preciosi qui varrolus a quibusdā Sturio dicitur. Et sub ostia fluuiorum captus etiam laneus: lanatus ve appellatur. Mar. Laneus euaganei lupus excipit ora timaui Aequoreo dulcis cum sale past⁹ aquas. Sunt illi cum mugili naturales inimicitie. Itē lupus genus est freni asperrimi: a lupinis dentibus dicti quia inequales sunt: siue quia duriciam habent lupini dentes: et ꝑ ea morsus eorum asperrimus. His frenis vtebantur galli. Ouid.li.de.tris. Et placido duros accipit ore lupos. Item lupus est instrumentum aduncum qua vasa que in puteū forte ceciderūt extrahuntur harpax greco vocabulo ⁊ harpago nō.at. Itē lup⁹ Aranei genus quo nomine etiā dictā ē herba q̄ aspargi vice mandi solet: q̄ ⁊ lup⁹ salictarius q salices ad similitudinem vitis ascendat. Item lup⁹: vt palladius auctor est ferula manubriata vocatur.

¶ Lupus est in fabula prouerbiū natū est q physici affirmant eū a voce deseri quem prior lupus viderit. Quod eē fert̄ cū ille superuenit de quo loquimur ⁊ nobis sua pñtia āputat facultatē loqndi. Vir. Vox quoq; moerī tā fugit ipsa: lupi moeri videre priores. Lupum aurib⁹ tenere prouerbium est quod in re ancipiti periculosaq; dici solet. Nā qui auribus lupum tenet: nec eum dimittere audet nec retinere potest sine periculo. Hier. contra Io. origenistā. Nūc vo q̄si aurib⁹ lupū apprehēderis nec tenere potes: nec audes dimittere. Sue: in Tibe. Cūctandi cā erat metus vndiq; imminentium discriminum vel sepe lupum se auribus tenere diceret:

¶ Lupa cum sit femi.a lup⁹ ponit̄ tñ q̄nq; p meretrice q vt illa cibi: ita hec vel libidīs vel q̄stus appetēs sit

¶ Lupanar pe.pro. sumitur pro turpi meretricum loco Aug.li.xviij.ci.dei. Meretrices autem lupas vocabant Unde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur. Am. adiectiuum posuit cum ait. Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. Dicitur ⁊ lupanarium. Ulp. de petitione hereditatis: licet a lupa nario percepte sunt. nam et in multorum honestorum virorum prediis lupanaria exercentur.

¶ Lupari scortari: meretricari. Accius. Qui cū meretrice per vias habitu nostro lupantur.

¶ Lupatū idē quod lup⁹ p freno asperrio. Uer: Presissoq; negabūt Uerbera dura pati ⁊ duris parere lupatis Dicta lupata vt Ser. inq̄t a lupinis dētibus q̄ inequales sūt. Unde et eorū morsus vehementer obest.

¶ Lupinus a.um.quod est lupi. Plyn. Massurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Lupinus substantiuum genus leguminis quod non mitius terram appetat vorax q; illius sit q̄ lupus: ⁊ tellurem adeo amat vt q̄uis frutetoso solo coniectum inter folia vepresq; ad terram tamen radice perueniat.

¶ Lupercal a lupa dicitur locus sub palatino monte sacratus ab euandro Pani deo archadie qui lyceus vocatur q̄uis quidam ita appellatum velint: q lupa ibi remū et romulum nutriuerit. Ouidius. in fasti. Illa loco nomen fecit: locus ille lupercal Magna dati nutricis pre

mia lactis habet. Vel dicitur a luendo. q ibi per caprū luebatur: hoc est sacrificabatur: vt sit dictio ex tribus orationis partibus composita quasi luere per caprum

¶ Lupercalia etiam sacra quę in eo loco fiebant mense februario: gręci lycęa vocant

¶ Luperci dicti sunt quasi ex illorum mysteriorum sermine exorti: siue vt Var. putat q lupercalibus in lupercali sacra facerent nudi in honorem Panos. Cicero. insectatur M. Anto. q in lupercalibus in quibus sedebat Cesar amictus toga purpurea in sella aurea coronat⁹ se lupercum exhibuerit. Nam nudi sacerdotes luperci currendo lustrabant ciuitatem ⁊ verberabant pregnātium manus mulierum vt faciliores essent partus zona ex corio capri. De his Ouidi. Quis vetat archadico dictos a monte lupercos Faunus in archadia templa lyceus habet.

¶ Lura os culei siue vtris ab antiquis dicta est

¶ Lurcones dicti sunt gulosi ⁊ bonorum suorum consumptores. Plautus. in Persa. perennis herbę lurco edax: furax: fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite ventres

¶ Lurco as. cibum cum auiditate nimia sumo: Pompon. Lardum lurcabat lubens.

¶ Luridus a. um. pe. cor. quod est supramodum pallidum: quasi loridum: quasi loro percussum ⁊ liuidum factum. Hor. li. car. Doletq3 partus fulmine luridum missos ad orchum. Hie. ad Oceanum. Lurida ora: sparsū crinem: squallidas manus: sordida colla summittere.

¶ Luscinia auis dicta q lugens canat. Hanc philomelam gręci vocant: quę peruigil custos cum oua quodam sinu corporis ⁊ gremio fouet insomnem longę noctis laborem cantilenę suauitate solatur. Hec auis a poetis quandoq3 dicitur atthis: quasi attica. Mar. Sic vbi multisona feruet sacer atthide lucus:

¶ Luscus proprie qui altero capt⁹ est oculo qualis fuit Hannibal: de quo Iuuena. Portaret belua luscū. Quādoq3 tamen dicitur qui est hebetioris visus. A lusc⁹ fit elusco: as. quod est luscum facio: et oculum eruo. Scribit Iulianus iureconsultus Aquilia lege teneri eū qui eluscauerit discipulum in disciplina.

¶ Luscitus pe. prod. qui hebeti visu est: ⁊ qui melius noctu q̄3 die videt.

¶ Lusciosus siue luscitiosus ⁊ lusicrosus dicitur qui propter vitium oculorum parum videt: q. s. luscos imitet qui clari⁹ vesperi q̄3 meridie cernit: vt iquit Fes. Plau. in mili. Aedepol tu quidem cęcus non lusciosus es Ply Sanguine hirci sanari lusciosos putat. hos gręci myopes ⁊ nyctolopas vocant: morbus ipse luscio vocatur. Sunt qui ita discernant: vt lusciosi dicantur: qui ad lucernā non vident myopes qui minutius cernunt

¶ Lusitania pars vlterioris hispanię quam nunc portugaliam appellant. Scribit Ply. lusum liberi patris ac lysam cum eo bacchantem nomen dedisse lusitanię. Hec oceano occidentali alluitur: in qua est ciuitas emerita: ⁊ portugalię regnum. lusitanum littus pollet gemma ceraunio: quod indicio preferunt aduersus vim fulgurum creditur opitulari.

¶ Lusito tas. pe. cor. frequen. est verbi luco. Plautus. i cap. Nam vbi illo adueni quasi patricius pueris: aut monerulę: aut anitas: aut cothurnices dātur qb⁹ cū lusitēt

¶ Lusorius a. um. quod ad ludum spectat: vt tabula lusoria qua thesseris luditur..

¶ Lustrum ferarū habitaculū in syluis a luto q sit lutosa lacuna. Ver. Non absunt illis saltus ac lustra ferarum. A qua similitudine ij. qui in locis abditis ac so rdidis desidię ⁊ ventri indulgent in lustris vitā ager e dicuntur: propter quod et lustra dn̄r popinę ⁊ lupanaria vbi habitāt lupę. i. meretrices. Cicero. libro. 2. phil. Cū oēs impuritates īpudica in domo quotidie susceperis vino lustrisq3 confectus. Idē Casio. Quę aūt in lustris et in vino cōmentatio potuit esse? Et lustrum dicit̄ spatiū quinq3 annorum: a luendo. Hoc est soluendo. q quinto quoq3 anno vectigalia ⁊ tributa soluebantur ⁊ vrbs lustrabat̄ i. sacris purgabatur quę purgatio vrbis etiā lustrū dicebatur. Li. li. ij: Oēs centurię ⁊ equites ī cāpum martium conuocati sue oue tauro cęsis imolarunt quod lustrum est dictū: sicq3 a sacrificio illo sensus obtinuit nomen lustri. Quia vero sensus ipse siue lustrū singulis quinq3 annis habebatur censorum magistratus īualuit consuetudo: vt lustri appellatione spatia quinq3 annorum appellentur: Hinc armilustrum.

¶ Lustro as circūdo. Lact: li. r. Sed luna quę orbem illum signiferum: xxx. dierum spatio lustrat. Interdū lustrare significat expiare. Li. li. i. j. Ibi instructum exercitum oue: sue: tauris tribus lustrauit. Interdum aspicere agnoscere. Cice. li. iij. ofi. Sed cum omnia ratiōe atq3 animo lustraueris. Interdum sequi. Ver. At mecum raucis tua dum vestigia lustro. Interdum patefacere clarificare: vt idem. Postera phębea lustrabat lampade terras. Interdum inumbrare. Unde lustra ferarum cubilia: ⁊ lupanaria per contrarium dicun⁹ q parum illustrantur. Interdum circumspicere. Vergili. libro. iij. Omnia collustrans hanc primū ab littore classē Conspexi venientem. Et lustrare quod vulgo dicitur monstram facere. Cuius sententię duo sunt verba: re. cognosco. s. et recenseo. Huius verbi composita sunt collustro: quod est circūspicio: Cice. li. v. tus. Ego aut eiū omnia collustrarē oculis animaduerti colūnellā. Illustro: perlustro. quod est perfecte circūreuideo. L iui. lib i. Hercules ad primam auroram excitus cum gregem perlustrasset oculis.

¶ Lustror aris. deponens significat scortor a lustris abditis locis. Plau. in pseu. Lustrantur luxantur comedunt quod habent.

¶ Lustralis et hoc lustrale: quod ad lustrum pertinet. Liui. li. i. Sacrificium lustrale in diem posterum parat Lustralia exta veteres dixerunt prępinguia eo q lustralis. i. quinquennalis bos dicitur esse perfecte ętatis

¶ Lustricus. a. um. Unde lustrici dies infantium appellantur. puellarum octauus: puerorum nonus: quia his infantes lustrantur: et nomina eis imponūtur Et qui eos lustrant lustratores vocantur: ⁊ fęminę lustratrices: ⁊ qui lustrantur lustrati nominantur:

¶ Luter vas in quo vinū diluit̄. i. aqua miscetur. Nam ⁊ luto ⁊ loto pro diluo a veteribus vsurpatum est

¶ Lutū cęnū siue sordes. habet primā cor. Iuue. Cōpositiq3 luto nullos habuere parētes. Hinc luteus. tea luteū: quod est ex luto. Tibul. Sed nimius luteo corpora tingit amor. Fit aūt lutū a luo iuis. αλλα απαντα ταυτα αποτουλυειν ωσ αυωλελεχαμεν

¶ Luto as. luto inficio. Unde lutatus luto infectus A luto fiunt composita. deluto et eluto: de quibus supra ī dictione deluo dictum est.

¶ Lutescere significat lutum fieri.

¶ Luteus color rubeus sanguinolentus: nam est sanguini consimilis: a λυθρου: qui est cruor. Gellius latinum putat: et a luce deduci. Ait enim luteus q̄3 russus color est dilucidior. Unde nomen quoq3 fa=

ctum videtur: Alij a luo ꝙ sit quasi dilutus: hoc est solutus ⁊ decoloratus. ruffus. Est enim luteus color diluti or rutilus qualis est color auri. Unde violę eius coloris luteolę dicuntur: Et lutea herba qua chrisocolla tingit: que naturam lini seu lanę habet ad succum bibendum. Et vitellum in ouo ouiluteum vocamus. Idem color cęrinus appellatur a cęrę colore. Idem et flammeus dicitur. Plynius. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Hinc flammea appellabant vestimenta lutei coloris: quibus flaminica vtebatur. Luc. Lutea demissos vellarunt flammea vultus. Huius nominis prima producitur. Persius. Iam chlamides regum iam lutea gausapa captis. Iuuenalis vero primam corripuit. Incude et luteo vulcano ad rhetora misit.

Luteolus dim. Uer. Mollia luteola pingit vacinia calta

Luxo as. soluo. Plyn. li. xvij. Aut circumfossor: vel etiam subarator imprudens laxauit radices. Unde luxa siue luxata membra dicuntur locis suis mota ⁊ soluta. Et luxati dicuntur quorum membra suis locis mota sunt. Idem althęę radix decocta luxatis prodest. Hinc luxuriosi dicti sunt: qui in re familiari profusi atq; soluti sunt.

Luxus. us. luxuria ⁊ luxuries non solum pro re venerea sed etiam ⁊ fere semper propterea pro omni superfluitate ⁊ nimia profusiōe ⁊ sumptuosiore cibi vistitus ⁊ aliarum rerum cura dici solent. Cicero libro primo officiorum. Intelligimus ꝙ sit turpe defluere luxuria delicate ac molliter viuere. Idem in Uerr. acti. i. Quas res luxuries in flagitijs: crudelitas i supplicijs: auaritia in rapinis: ⁊c. Uirgilius li. i. Ge. Luxuriem segetum tenera depascit in herba. Idem. At domus interior regali splendida luxu Instruitur. Luxus etiam pro splendore ponitur. Claudia. libro. ij. Sub tua purpurei venient vestigia reges Deposito luxu.

Luxuriosus. sa. sum. ponitur pro nimium abundanti. Cicero. de ora. Gemmate sitire agros letas segeties luxuriosa frumenta. Tunc enim in segetes solēt immitti oues vt eas pascant.

Luxurio as. ⁊ luxurior luxuriaris: si Diomedi credimus: hanc habent distinctam: ꝙ luxurio sit in laude: luxurior in crimine. Significat luxurio non lasciuiam mētis: sed habitudinem corporis. Uergi. libro. iij. Ge. Luxuriatq; thoris animosum pectus. Corn. Seuerus. Luxuriantur opes: atq; odia longa grauantur. Utrunq; tamen pro superabūdare: profundere ⁊ lasciuire smorbiezare ponitur. Plynius libro. xviij. Aliqui in frigidis ab equinoctio auctumni: in calidis serius ne ante hyemem luxurient. Tibul. Luxuriant animi rebus plęrunq; secundis Liui. libro. i. Positis externorum periculorum curis ne luxuriarentur ocio animi quos metus hostium disciplinaq; militaris continuerat. Colu. li. iij. Cacumina virgarum ne luxurientur dimutilato. A luxurior fit compositum Eluxurior quod est extra luxurior. Idem in eodem. Qui si pingui agro validis vites deposueris pannis magis eluxuriabuntur.

L ante Y

Lyęus cum diph. dictus est bacchus. λυω soluo eo ꝙ mentem ⁊ membra vinum dissoluat: vnde sequitur palysis. Uerg. Regales inter mensas laticemq; lyęum.

Lycus nomen proprium viri quo nomine multi vocati sunt. Unus troianus: de quo Uergi. Fata lyci. Altar thebanus ignobilis: qui regem thebanum occupauit. Item alius thebanus rex. Alius pandionis filius: qui a se lyciam nominauit. Alius lychaon Callistoos pater: archadię rex: qui cum solitus esset hospites necare. in lupum a Ioue cōuersus est. Fuit ⁊ alius lycus priami filius. Item lycus fluuius assyriorum qui Tygri immiscetur. Ouid. libro iiij. de pon. Huc lucus huc sagaris peneusq; hypanisq; cratisq;: Et lycus grece: lupus latine dicitur: ab λυκοσ: i. a prima luce: ꝙ id tempus maxime aptum sit rapiendo pecori.

Lychaonia regio asię: quę totius asię medium quodammodo locum et arcem occupat. Sunt qui scribant lychaoniam esse partem archadię quę in peloponneso sita est. a lychaone rege archadię cognominatam. A lychaonia fit lychaonius lychaonia lychaonium. Ouidius. de tristibus. Queq; lychaonio terra sub axe iacet

Lychaones populi sunt in Asia minore prope lyciā: vt Ptol. libro. v. scribit.

Lycius apollo dictus est a lyco lupo: ꝙ sicut lupi pecora rapiunt: ita ipse humorem haurit radijs Prisci grecorum primā lucem quę precedit solis ortum λυκην appellarunt. απο της λυκοσ. Idq; temporis hodieq; lycophos cognominant lycij apollinis oraculum: quia in lycia maxime claritatis fuit ob luporum interfectionem.

Lycęus cum diph. mons archadie qui pani deo sacer est ⁊ vbi templum bicornis fauni: a quo lycęa ludicra illi sacrata: a nobis lupercalia sunt dicta a lupis quę ad expiandos manes fiebant. Ouidius libro secundo fasto. Faunus in archadia templa lycęus habet. απο των λυκων idest a lupis quibus propter frequentiam pecudum abundabat.

Lycęum fuit athenis schola Aristotelis: sicut Academia platonis: in qua περι πατων idest deambulans philosophabatur. Unde peripateticorum nomen effulsit. Fuit ⁊ lycęum gymnasium Ciceronis in Tusculano a nomine scholę aristotelicę de quo libro primo de diuinatio. sic refert. Nuper cum omen cum. Q. fratre in tusculano disputatum est. Num cum ambulandi causa in lycęum venissemus. Id enim superiori gymnasio nomen est. Huius nominis penultima producitur a Cicerone in illo versu. Inq; achademia vmbrifera nitidoq; lycęo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. Quia dichrona est.

Lycia prouincia seu regio in minori asia: finis pamphilię ex parte orientali sic cognominata a lyco pandionis filio. Hęc Termile primū dicebatur sicut herodo. libro primo. scribit. In ea patera vrbs Xanthus fluuius ⁊ chimęra mons. Ibi regnauit Rhadamantus Iouis ex Europa filius. Huic lycius lycia lycium Uergili. Unam quę lycios fidumq; vehebat orontem.

Lycon nomen philosophi pythagorici. Fuit et alius lycon Socraticus. siue peripateticus eloquens et in dicendo suauis adeo vt pro lycon glycon nominaretur. quod significat dulcedinem. Hic fuit cultu et vestium mollicie nitidissimus: Lucta et pilari lusione exercebatur. perijt podagrę morbo annos natus lxxiiij. Tertius lycon fuit poeta. Quartus epigrammatum scriptor

Lycastus vrbs cretę: a luporum multitudine quę ibi esse perhibetur.

Lychnus latine lucerna. Uarro. Lucerna a luce dicta est aut ab eo quod vocant greci λυχνον. Plautus.

Lychnum emunge parumper vt videat anus vbi pedes ponat. Hinc Ellychnium quod lucernis adhibetur ad lumen prestandum. Est enim funiculus ille qui incensus flammam nutrit. Lychnus pensilis est: quam vulgo lampadem vocant. Unde scribit Ply. libro. xxxiiij. Lychnos pensiles in delubris placuisse: quibus ⁊ de candelabris ouchalceis dici possit lacunaribus appensis sicut veteres lychnum pensilem dixerunt. Dicitur etiam hec lychnia. Ser. vero ostendit lychinus dici non lychnus cum primam corripi dicat: quod fieri non posset: nisi post ch sequeretur i: et trisyllabum fieret. Ver. Dependent lychini laquearibus aureis.

¶ Lychnites penulti. produ. marmor album quod i paro insula effodiebatur sic cognominatum q ad lucernā in cuniculis cęderetur. sicut ply. libro. xxxvi. testatur. Est etiam hoc nomine gemma ardens a lucernarū accē sarum precipua gratia.

¶ Lychnuchi grece nominantur quicquid lucernas sustinet: quasi lucernifer.

¶ Lychnobij dicti sunt qui loco dierum noctibus vtitur: ⁊ ad lucernas viuunt quasi lucernarij: vt Seneca i vltima epistola. Nihil consumebat nisi noctem. Itaq credo dicentibus illum quibusdam auarum ⁊ sordidum Uos inquit ⁊ lychnobium dicetis.

¶ Lycisca canis natus ex lupo ⁊ cane: hunc plyni. Crocuttam vocat

¶ Lycissa canis est nomen a lyco lupo. Uel quasi lacessa idest ex laconia quia inde veniunt optimi canes.

¶ Lycophos quod nos primū tēpus lucis nominam⁹.

¶ Lycophron periādri corinthiorū tyranni filius. Est ⁊ nomen poetę greci. Sudas. λυκοφρων χαλκιδευς απεδοιας υιος σοκλεους θεσει δε λυκουτου φιγινου γραμματικος και ποιητης τραγωδων.

¶ Lycopolis vrbs ęgypti: a lupis dicta: q ęthiopes ęgyptum incursantes lupi facta acie vsq ad vrbem elephantinam repulerunt. Ibi ęgyptij lycopolim condiderunt a bestiis illis ei nomen imponentes.

¶ Lycomedes Creontis filius

¶ Lyctos oppidum crete sub Idomenei imperio. A quo idomeneus lyctius est appellatus

¶ Lycurgus nomen proprium lacedęmonū regis qui fuit philosophus ⁊ lacedęmonijs leges sanctissimas cōdidit. Astrictisq ciuibus iuramento: q tam diu eas intemerate obseruarent donec ipse rediret e patria nūq rediturus emigrauit. Unde Plutarc. Fuit ⁊ alius Nemeę regionis rex. ⁊ alius rex thracum

¶ Lychaon Calistonis pater ⁊ titani ac terrę filius archadię rex qui (vt in fabulis fertur) a ioue in lupū conuersus fuit q Iouem hospitem necare molíretur

¶ Lydus herculis filius ex Iole. alter filius athys et frater tyrrheni. A quo lydia regio. est appellata. Nam cum propter terrę sterilitatem fratres simul ferre non posset Tyrrhenus sorte iacta discedens cū ingenti multitudine ad italiam veniēs eam tenuit partem: quę ad mare inferum versa est: ⁊ a se Tyrrheniam nominauit. lydus vero remanens męoniam de suo nomine vocauit

¶ Lydia regio in maiori Asia a lydo athys męonię regis filio ⁊ Tyrrheni fratre cognominata. quę flexuosis Meandri amnis recursibus perfusa super Ioniam procedit: phrygię ab exortu solis vicina: ad septentrionē Misię: meridiana parte cariam amplectens. Hęc antea męonia vocabatur: in hac sunt vrbs Ephesus: Colophon: Clazomene ⁊ phara.

¶ Lyenteria intestinorum dissolutio. λυω enim dissoluo. εντερον intestinum hanc nostri leuitatem intestinorum vocant: cum cib⁹ non perficit: sed incoct⁹ egerit

¶ Lympha a nostris aqua: per mutationem n in l: quasi nympha. Nam proprie dicitur nympha.

¶ Lymphare furore vexare: vt apud Ual. Flaccum. Lymphauerat vrbem. Sta. It lymphante deo. Unde lymphati siue lymphatici dicuntur furiosi vesani bacchabundi qui vitium ex aqua contraxerunt: quod ē huc atq illuc discurrere. Plynius. Medetur insanientibus lymphaticis. Nam creditū est ab antiquis: qui in fonte imaginem nymphę vidisset furore percipi: quos greci νυμφολημπτος. latini lymphatos vocant: Hora. libro primo car. Mentemq lymphatam Mareotico redegit in veros timores. A Uergilio dicitur lympata regina pro mente commota ⁊ furiata. A lympha etiam. vt Prisc. inquit fit lymphor. aris.

¶ Lympidus a. um penulti. cor. planus politus. Clarus Hieronymus in libro R. Elegit sibi quinq lipidissimos lapides de torrente.

¶ Lynx proprium nomen regis scythię: qui cum cogitasset occidere triptolemum a cerere in lyncem animal conuersus fuit. Est autem lynx seu lynca ex luporū cenariorum genere vario collo ⁊ maculoso tergore ⁊ acutissimo visu. Uer. Maculosę tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duriciem vertitur ⁊ ea fit gemma.

¶ Lyncurium gemma quę e lyncis vrina coacta est. Gui. E quibus vt memorant quicquid vesica remisit. Uertitur in lapides ⁊ congelat aere tacta.

¶ Lynceus a um. adiectiuum a lynce. Unde qui acute vident lynceos oculos habere dicuntur. Hora. i sermo. Ne corporis optima lynceis Contemplere oculis.

¶ Lynceus nomen proprium eius qui fuit vnus ex argonautis acutissima oculorum acie preditus qui dicebatur videre vltra parietem. Et vt historici tradunt conspexit nouissimam lunam primamq eodem die i signo ariete: quod paucis mortalium contigit vidisse Unde Horatius. Solus nubila lynceus.

¶ Lyndus ciuitas rhodi vbi sacra herculis maledictis ⁊ execrationibus solebant celebrari. A qua lyndij dicti sunt. Fuit ⁊ altera lyndus in dorica regione.

¶ Lynter generis fœmin⁹. genus paruę nauiculę e cauata arbore factę: ab λουτηρ: teste Prisci. prima diph. abiecta o: ⁊ n. interposita. Constant autem lyntres ex singulis arboribus quę vulgo cauę dicuntur ad traiiciendas flumine trabes. Uergilius libro i. Ge. Cauat arbore lyntres. Hę enim non in pelago: sed in fluuijs stagnisq palo aut conto aguntur. Ponitur etiam quandoq pro quodam dolij genere: vt ostendit Cato. Tibul. pro nauta quę est lignum cauatum: vt nauis posuit quo in vindemijs rustici vti solent. Aut mihi seruabit plenis in lyntribus vuas: Pressaq veloci candida musta pede.

¶ Lyptote dici potest apud nos defectiua. Nam ab λειπω quod deficio est deducitur. Figura est cum minus dicitur: ⁊ plus intelligitur: vt apud Uergilium. Quid prodest q me ipse animo non spernis amynta: i. libentissime amas.

¶ Lyra instrumentum musicum: vbi quot sunt fides. tot resonant voces. απο του λυρειν quod est canere Hinc poetę lyrici dicti q ad lyram sua carmina cantabant: statuebaturq eis chorus quinquaginta virorum ac tauro donabantur. Et carmen ipsum lyricum Hanc eandem poetę chelym vocant. Et lyra signum

cœleste est: Varro libro secundo de re rus. Hoc secūdū astri ex ortum facio: quod greci vocant lyram fidē nostri. Lyra cedit quarto nonas februarij vel secundum aliquos: Calendis februarijs ⁊ noctu quando occidunt terga leonis: vt Higinus ait. Ouidius. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultum Dicet vbi est hodie quę lyra fulsit heri. Hanc lyram effecit Mercurius in mityleno monte archadię idcirco Orpheo traditam dicunt. Alij autumant concessam orpheo ab apolline post repertā citharam interfecto orpheo musę in cœlo lyram collocauere. Alij dicunt esse lyram Arionis cytharœdi q̄ fuit tempore Cipselli tyranni corithiaci qui primus fuit omnium citharistarum. A lyra etiam cuius prima corripitur fit delyrus a.um.pe.cor.

¶ Lyricen pe.cor. qui lyra canit: cuius significationis est etiam lyristes. Sido. Alceo potior lyristes ipso. Sic enim dicitur lyristes: vt psaltes.

¶ Lysander lacedęmon homo factiosus qui odiū totius gręcię in lacedęmonios concitauit: ⁊ a thebanis occisus fuit: qui lycaonē regno expulit.

¶ Lysanias orator gręcus. alter fuit Archas qui lycaonem regno expulit.

¶ Lysias orator iucundissimus: De quo Quintilian⁹.

¶ Lysius archadię fluuius: ad cuius radices est ęsculapij tumulus.

¶ Lysimachus macedo clarus Callisthenis discipulus alter fuit vnus ex Alexandri principibus.

¶ Lysimachia vrbs hellesponti quę terremotu corruit

¶ Lysippus clarissimus statuarius qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur: quę singula arti claritatem dare potuissent. Hic teste Quintiliano ad veritatem optime accessit. Proper. Gloria Lysippo est animosę finge re signa.

¶ Lytta genus vermiculi: qui nascitur in lingua canū. Hic si infantibus catulis eximitur. nec rabidi fiunt: nec fastidium sentiunt.

De littera M ante A



MUTANSIT per deriuatiōes in n. d. vel t. vel c. vel q. sequētib⁹. vt tantū tantūdē. Idē identidem Eorū eorūdē. Num nuncubi: nunquis: nūq̄: circūquaq̄ tanq̄ nanq̄: quenq̄: quanq̄. quicunq̄. Similiter an prepositio sequentibus f. vel c. vel. q. mutat m. in n. vt anfractus: ⁊c. Vide in m dictione āfract⁹

¶ Macarius nomen viri proprium: ⁊ latine dici potest beatus. macarius mos beatitudo.

¶ Macedonia regio a Macedone Osyridis Iouis filio dicta est. Habet macedonia ab oriente thracum limitē. Ab occasu Ionium pelagus: a meridie epiro terminatur: a Septetrione habet Dalmatię partē Hęc teste Plynio libro. xli.: olim centum quinquaginta populorum duobus inclyta regibus Philippo. f. ⁊ Alexandro: quondamq̄ terrarum imperio.

¶ Macedo pen. cor. qui macedoniam habitat. Luca. li. vi. Cum tibi sacrato macedo seruetur in ātro.

¶ Macedonicus macedonica macedonicum possessiuū a macedonia. Unde mare macedonicum: quod est Aegei pars: ⁊ incipit a pallene monte: qui thracię finē facit Extenditur vsq̄ Megaram: quo Isthmos interposit⁹ misceri Aegeum. Ionio non permittit. Cuius littora q ciuitatibus nomen accipiunt.

¶ Macellum locus quo venalia omnia quę ad victum humanum pertinebant contrahebantur. Plaut. in aul. Uenio ad macellum: rogito pisces: indicant caros: agninam caram: caram bubulam: vitulinam cetum: porcinā cara omnia. Cicer. Si epicuri de voluptate liber corrosus esset: putarem annonam in macello cariorem fore. Dictum macellum a Macello quodam viro: qui in vrbe latrocinium exercebat quo damnato censores Hęmyli⁹ et Fuluius statuerunt vt in dorso eius obsonia vēderētur redactis in fiscum eius bonis. Alij macellum dicūt q̄ ibi fuerit hortus: quem macellum a lacedęmonijs appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum macellotas vocabant. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt ⁊ qui a macerando dici existiment: q̄ pecora dum eo ducuntur: ibiq̄ tenētur: macerantur. Unde ⁊ macellum diminutiuum pro macilento ponitur. Lucil. lib. vi. Si nosti non magnus homo est nasutus macellus

¶ Macellarius qui macellum exercet non solum carniū sed omnium obsoniorum: quinetiam panis ⁊ frument venditor: quippe hęc omnia in macello venūdabantur. Uar. Duo sunt ornithonis genera. Unum delectationis causa. alterum fructus causa quo genere macellarij ⁊ in vrbe quidā habēt loca clausa ⁊ rure marie cōducta.

¶ Macer cra. crum. a mœrore fit: ⁊ exilem extenuatūq̄ significat. Uergi. Heu heu q̄ pingui macer est mihi taurus in aruo. Colu. li. ij. Nam vel pinguissima vel macerrima humo iacitur.

¶ Macies macritudo ⁊ macor extenuationē significāt. Apu. Unde ista tam subita macies ⁊ tantus pallor. Pla. Ossaq̄ atq̄ pellis: vt miser macritudine. Pacuui. Corpusq̄ meum tali mœrore errore macore sonet.

¶ Macilentus plenus macie. Festus. Macilenti macie attenuati.

¶ Macero es. macer sū a quo macresco: macer fio. Col libro sexto. Dabimusq̄ operam ne pœnuria cibi macrescat pecus. Uarro. Qui earum aspectus ad desyderium macrescere facit volucres inclusas.

¶ Maceo ces. macui. idem quod macreo: a quo macesco macescis macer fio. Col. li. r. Constat arua segetibus et⁹ scilicet ordei macescere. Uarro. Cum propter laborem asperantur ⁊ macescunt.

¶ Macio as. macrum facio. Cuius compositum ē emacio: quod est valde macio. Col. libro quinto. At certe in ordinarijs vitibus vtiq̄ obtinendum est ne pluribus flagellis emacientur nisi si futuris propaginibus prospiciemus.

¶ Macero maceras cum ad corpus refertur significat attenuo contero: ab eo quod est macer. Horati. libro. i. car. Quoniam penitus lentis maceret ignibus. Pla. in ca. Multos iste morbus homines macerat Cum autem ad animum significat affligo. Lactantius libro. vij Nec ad oculos somnus accedet sed animas hominum sollicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tamen macerare est mollificare: vt fit cum quippiam tam diu in aqua tenetur donec tenerēscat. Terentius in adel. Salsamenta hęc o stephanio fac vt macerentur pulchre. Colu. libro primo. Piscinas duas: alteram quę anseribus pecoribusq̄ seruiat: alteram in qua lupinum: vlmi vimina et virgas atq̄ alia quę sunt vsibus nostris apta maceremus.

¶ Maceresco. maceratus fio Ca. de re ru. Frumento curgulio ne nocea t neu mures tangant lutum de amurca facito: palearum paulum addito finito macerescant,

Macro cras. cuius compositum est emacro: quod est valde macer fio. Ply. li. xviii: Terram emacrari hoc sa tu. s. multi existimantes.

Maceria et maceries paries siue murus vel congeries lapidum in vnum cōpactorum sine cemento aut alio genere ferruginis quo vinee claudi solent. Ter. i adel. Iube hanc maceriē dirui. Var. tamen aliter li. 3. Quis ignorat septa e macerijs ita esse oportere in leporatio: vt tectorio tecta sint et sit alta. Cato de re rus. Macerias ex calce cementis silice vti dominus omnia ad opus prebeat. Quandoqz maceria dicitur mēbrana secundinarum quam alio nomine steram appellant. Hierony. in Gē. Quare diuisa est propter te maceria: Et maceries dicitur macilentia. A fra. Si ille hoc nunc sentit facere illi satis vis quāta illius mors sit maceries tibi

Macto. as. interficio. Lactan. libro secundo. Mactantur greges hostiarum. Plau. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractum est a sacris vbi mactari oues dicuntur que immolantur Vergili. Et nigram mactabis ouem: lucumqz reuises. Dictum est autem macto: quasi magna auctoritas: hoc est augeo. Nā priusqz victimam immolarēt thus aut vinū super eam fundebant. Unde mactum esse thaurum dicebant thure vel vino cumulatam hostiam et magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vsurparunt. Cice. Ferunt laudibus: mactant honoribus. Per translationem quandoqz mactare ponitur pro malo afficere seu male tractare. Plau. i aul. Dotatę mactant malo et damno viros. Quādo qz pro precipitare. Acci⁹. Aut illorū copias fundam in campo: aut nauis vestras mactabo in mare: Quandoqz pro honorare. Plau. Tamen honeste mactatum reducam domum. Quādoqz pro verberare. vnde legimus de martyribus primo et feliciano. Extenderunt eos milites et virgis fortiter mactauerunt.

Mactus. cta ctum. tam genitiuo qz ablatiuo cōstruitur et vocatiuo semper: vt Macte virtutis et virtute: idē magis aucte cumulateqz. Est autem dictio que laudet simul et adhortetur puerum quem probitate crescere videat. Sanguinolentis etiam ex acie redeuntibus dicitur. Mar. Macte animi quem rar⁹ habet morumqz tuorum. Syl. libro quinto. Lelius affatur macte o venerā de pudici. Ductor macte animi. Cicer. Macte virtute esto. Hierony. Macte virtute: macte zelo fidei: Plyni. in laudem astrologorum. Macti ait ingenio et celi interpretes rerumqz nature capaces. Sta libro. vij. th. Macte animo iuuenis. idest perfecte indolis: vt exponit laertius interpres.

Machaon Aesculapij filius frater podalirij medicus clarissimus.

Mache latine pugna.

Machera cum diphthōgo. Nam grece μαχαιρα. latine sica. gladius culter quod nomen impositum est a grecis quia multo sanguine commaculetur. Iuue. Ames nomen victumqz machere. Instrumentum est ad scindendum simul et vulnerandum. Apu. libro. ix. de asi. Comminabatur sese concisurum eum machera frustatim. Quo sermone eius commonefactus hortulanus eripuit ei spatham.

Macheropios faber gladiorum quo nomine dictus est demosthenis pater ab officina gladiorum: quā Athenis egregiā multisqz artificibus seruis istructā habebat

Macherophorus sicarius gladium ferens. Cicero. ad Q. fratrem. Macerophorus centum sequentib⁹ miros risus nobis ediderе

Mactee dicūtur pretiosa edulia. Sue de Cali. Multis venatas macteas misit. Mar. mactea neu. genere protulit. Sed te mactea sola iuuant.

Machalaum nomen grecum compositum ex mache quod pugnam significat et αλαος cecum et errantem. Oppidum in bariano agro insubriū clade nobile.

Maccabeus cum duplici cc. et diph. nomen barbarum: quo vocati sunt illi viri fortissimi apud sacras litteras celebratissimi.

Machina pe. cor. grece μηχανη molitio inuentio. Unde mechanicus faber: seu opifex eorum operū que ingenio simul et manibus fiunt: et mechanica ars fabrilis. Ubi artes diuiduntur in liberales et mechanicas. Asco. Machina dicitur vbi non tam materie ratio qz manus atqz ingenij ducitur Machina ēt dicitur instrumentum quo moles aliqua facile quocūqz volueris impelli potest Et machinas bellicas vocamus opera fabrilia quibus i bello vtimur. Item ipsa consilia quibus decipere hostē conamur: machine vocantur.

Machinor: machinor: cogito ad reperiendum et fabricandum tam bonum qz malum. Lactan. libro secundo. Nimirum deus vniuersi artifex sic illa disposuit: sic machinatus est: vt per spatia celi diuina et admirabili ratione decurrerent ad efficiendas succedentium sibi temporum varietates. An archimedes siculus concauo ere similitudinem mundi ac figuram potuit machinari: in quo ita solem lunamqz composuit vt inequales motus et celestibus similes conuersionibus singulis quasi diebus efficerent. Liui. li. i. Confestim turno necem machinatur: Sal. Iā tum non consulib3 sed plerisqz senatoribus perniciem machinabantur. Dicitur autē machinari ab μηχανομαι: quod est inuenio. Unde μηχανημα inuentum et molimen dicitur.

Macra fluuius in apennio inter ligurum montes per lunam ciuitatem in Tyrrhenū mare influit.

Macri cāpi inter Bononiam et rauennam per quos Romam itur.

Macros grece latine longus: a quo multa fiunt composita.

Macrocola penulti. pro. a longitudine dicuntur. Sūt enim eo nomine maiores et longiores charte quas modo regias vocamus. Nam et catullus regiam chartam vocat: Ex eadem origine sunt protocola que formularij conficiunt.

Macrocosmus longus mundus: Microcosmus paruus mundus.

Macrochir longa manus.

Macrochera tunica manicata. Lāpridius. Macrocheras ex purpura ad vsum suū reuocauit

Macroceni mōtes ab istro flumine non longinqui

Macrobius nomen viri proprium: latine longeuus dicitur. Nam μακρος longus: et βιος vita dicitur

Macrobij etiam populi ethiopie sunt vltra meroen vt inquit Solinus quibus dimidio protensior est vita qz nostra. iustitiam colunt: amant equitatem plurimum valent robore: et forma pulcherrimi. Ultra hos populos deserte inhumaneqz solitudines sunt. Apud eos lacus est quo perfusa corpora quasi vncta nitescunt: adeoqz liquidus vt ne folia quidem sustineat.

Macrologia longus sermo.

Macrologeo multa loquor

Macrocatalectos dictio in longam desinens

Macrothymia longanimitas.

Macrothymos longanimis.

¶ Macrochronius diuturnus.

¶ Macula turpitudo ac sordes. Ply. Fullones eas maculas e vestibus tollunt. Quandoq; ponitur pro nota seu signo. Unde genitiuę notę in corpore natę dicuntur Plau. in cap. Uiden tu illi maculari corpus totum maculis luridis. Quandoq; pro infamia. Cice. Cuius vt adolescentię maculas ignominiasq; pteream. Quandoq; pro rethis foramine seu plaga: quam vernaculo sermone dicimus lamagia. Idem in Uer. acti. septima: Rethiculum ad nares sibi admouebat tenuissimo lino: minutis maculis plenum rosę. Uar. libro tertio. pro rethi posuit. Septum totum gradibus maculis integitur ne eo inuolare aquila possit: neue ex ea euolare aues. Quandoq; maculę dicuntur signa in marmore. Seneca epistola. cxvi. Delectant nos ingentium maculę columnarum

¶ Maculosus sordidus: immundus. Plau. Sordida ac maculosa facie: Item dicitur varius ac notis plenus. Ver. Succinctam pharetra ac maculosę tegmine lyncis

¶ Maculo as. i. fœdo: turpo. Lact. libro. v. Innocentiū cruore maculantur. Hinc cōmaculo as. et immaculatus qui est sine macula.

¶ Macticus qui habet magnas malas & os patens quasi maluclicus.

¶ Madeo des. madidus sum. Plynius lib. viij Tergoris galeęq; impenetrabilis preterq; si humore madeat. Madesco is. habet significationem passiuam innatā calore intrinsecus sumpto. vt proprie madescere sit cum quis febri vel labore seu potione prępotentis vini ęstuat aut aliter sudorem emittit. licet etiam extrinsecus dici possit. Claud. li. iij. Largis tunc imbribus ora madescunt. Col. li. vij Stabulentur sic eo loco ne humore madescant vngulę. Hinc componitur permadesco: quod est valde madidus fio. Idem li. 3. in id tempus conuenit inter peritos rei rus. nō esse arandum nisi si magnis vt fit nōnunq; subitaneis imbribus quasi hybernis pluuijs terra permaduerit

¶ Madefacio is. balneo. Lactā. libro. vi. Si focos odorati ac veteris vini perfusione madefecerint.

¶ Madefio habet significationem passiuam extrinsec⁹ vt cum quis aqua aliove liquore balneatur.. Sue. Cū decidisset in mare per ducentos passus euasit ad proximam nauem elata leua ne libelli quos tenebat madefierent.

¶ Madidus a. um. quod est aliquo liquore respersū. hic semimadidus. Col. li. 3. Sed quandocunq; arabitur obseruabimus ne lutosus ager tractetur: neue exiguis nimbis semimadidus.

¶ Madido as. madidum seu balneatum facio. Claud. li. ij. Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit & glebas fœcundo rore maritat

¶ Madesco as. idem quod madefacio. Ply. li. xxviij. Etsi contra epiphoras feruentes oculorum anguli subinde madescentur efficacius si cibo vinoq;: si pridie ea abstinuerit.

¶ Mador infusio ipsa Sal. li ii. hist. Quasi par in oppido festinatio et ingens terror erat ne ex latere nou. munimenta madore infirmarentur. Nā omnia oppida stagnabant redundātibus cloacis aduerso ęstu maris.

¶ Madaura ciuitas i collimitio sita gętulię & numidię A qua Apuleius madaurensis est appellatus. Ad hanc vrbem scribit Aug. li. Con. se cōtulisse cū adolescēs eēt discendarum ingenuarum litterarum gratia florēte ibi gymnasio.

¶ Madulsa ebrius. quia madidus satis vino sit

Madian vrbs quędā ab vno filiorū habraā ex Cethura sic vocata: quę teste Hiero. trans arabiam ad meridiem in deserto sarracenorum contra orientem maris rubri: Unde vocantur Madianei & madianea regio Legimus & filias Ioab soceri Moysi filias madian. Sed hęc alia ciuitas homonyma eius iuxta Arnonen & ariopolim: cuius ruinę nunc tantum modo demōstrantur.

¶ Męander cum diphth. qui & męandrus fluuius phrygię siue Męonię ita sinuosus flexib⁹: vt sepe credatur ad fontem reuerti. Per phrygiam currit lydiamq; disterminat a Caria. Unde Ouid. lib. ix. met. eum phrygium appellat. Non secus ac liquidis phrygius męander in vndis. Stra. scribit quoniam multum accipiat limi: & vario impetu: modo ad hanc: modo ad aliam adijciat ripam. Unde obliquitates omnes męandros veteres appellarunt. Cicero. in piso. Scio quos tu męandros quęsiuisti. Est etiam picturę genus. quod Festus neu. genere męandrum declinat a similitudine męandri. Uer. Quam plurima circum Purpura męandro duplici melibœa cucurrit. Hoc etiam nomine dicius ēmōs Indię

¶ Męnas cū diph. genus piscis. Uide in męna.

¶ Męnas nadis. furiosa siue insana dicitur ab μαινο-μαι. quod est furere. Fuerunt autem męnades mulieres: quę Liberum patrem semper secutę bacchi sacra celebrabant passis capillis furentiū more huc atq; illuc cursitantes. Iuue. Crinemq; rotant vlulante priapo męades

¶ Męnala pe. co. intellectu singulare. voce autē pluralē inquit Prisci. At. Dioni. docet in singulari eē generis mascu. in plura. neu. Mons archadię celsus Uergili⁹ Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Męnalus. Luc. li. iij. Sicanias alpheus aquas tunc męnala liquitur. Est & nomē vrbis: Męnalius a. um. quod ē ex męnalo. Unde a bacchus dictus est męnalius. απο του μαινομαι: quod ēst furere insanire: siue a męnalo lycaonis filio. Et Aper męnali⁹: quem hercules Eury. detulit: Stepha. byzāti⁹ μαιναλοσ πολισ αρκαδιασ απο μαιναλου του λυκαονοσ και ορος εστι κα εμ τηγαλατιακτισμα

¶ Męotis pe. pro. grece μαιωτισ palus scytica in regione septentrionali iuxta phasidis ostium frigore congelascens. Ouid. li. iij. de tris. Longior antiquis visa męotis hyems. Hinc pisces męotides seu męotici dicti q in męoti capiuntur.

¶ Męonia lydia est regio minoris asię. Unde męones populi: hę vocatur regio exusta. Nam sicut scribit Strabo. Cinerulenta est in superficie: & tota arboribus caret pręter vitem Dionysius scribit hanc regionem esse sub altissima Tmoli montis rupe sitam ex qua pactolus amnis effluit. hinc Męonius. a. um: Unde Homerus dictus est męonius. Mar. Per lege męonio cantatas carmine ranas. Dictus & męonides a patre qui męō appellabat.

¶ Męror inquit Cic. li. iiij. tuscula. est ęgritudo flebilis

¶ Męreo es. mœstus. Uide in dictione mereo es. Caper. Mœstus animo sed tristis vultu.

¶ Męstitia & mœstitudo idem quod męror. Quinti. Dolore atq; animi mœstitia languens Plau. Cur tanta mœstitudo obtigit.

¶ Męsto as. & mœstifico as. mœstum facio. Amb. libro. i offi. Cur. non ego etiam dicam in quibus eum mœstificare possum. Ab μοιρα i deo per œ.

¶ Męro as. mœrentem & tristem facio. Nam mœraret. idest mœrentem faceret. vetus verbū.

Magar poenorū lingua villam significat. Unde & magalia villę dicuntur: quāuis magaria secundum Ser: dici debeat: cuius prima producitur. Vergilius. Miratur molem ęneas magalia quondam.

Magidę mēsę seu coquinarij instrumēti genus habetur & panis seu offę gn̄s quod magida quoque appellant.

Magia fons sicilię in agro syracusano. que etiam nomine incantatio dici latine potest

Maginorans quasi tarde conor vngor inqt Festus.

Magirus pe. pro. latine coquus dicitur. Unde archimagirus princeps coquorum.

Magis aduerbium significat plus: deduciturque a magnus et pter naturam aliorum habet neutrum: nā comparatiua neutra vim aduerbij habent vt validius: sanctius. maius vero: non loco cuius dicimus magis a quo fit compositum demagis: quod significat valdemagis: et pro nimis a veteribus ponebatur.

Magistri a magis: & proprie artium pręceptores sunt quāuis etiam ad omnes transferri possint quibus pręcipua cura rerum incumbit. Dicti magistri quod magis cęteris possint: vel quod magis quā cęteri diligentiam rerū quibus pręsunt habere debent. Hinc magistri pagorū societatum: vicorum: collegiorum dicuntur: qui pagis societatibus vicis collegijs pręsunt. Magister equitum dicitur cui summa potestas erat in equites. addebaturque sēper dictatori cui summa potestas in populū: a quo & magister populi dicebatur. Ponitur etiam magister pro custode. Ter. Me filius relinquunt: quasi magistrū. Et magister pecoris custos vocatur. Huius diminutiuum est magistellus. i. paruus magister.

Magisterium magistri dignitas seu officiū. Nam magisteria sic a magistro videntur deduci: quo modo a ministro ministeria. Sue. de Aug. Auus municipalibus magisterijs contentus abundante patrimonio tranquillissime senuit. i. officijs municipij sui.

Magistro as. moderor: guberno:

Magistratus us. per deriuationē a magistris cognominatur qui per imperia potentiores sūt quā priuati. Et modo significat eos qui in potestate aliqua sunt constituti vt sunt consules: proconsules & prętores: pro pretores: et alij qui ciuitates & prouincias regunt: modo ipsā potestatem seu officium. Ci. Nam istum in vrbe magistratū gerebat: & magistratū alij maiores: vt consules: censores: prętores Alij preter hos dicebantur minores

Magmata pe. cor. pastili & massę factę ex vnguentorū fęcibus odoris gratia απο του ματτειν: quod est terere et miscere: vt inquit Ply.

Magmentum veteres dixerunt quasi maius augmētum et auxiliū. quoniam augebant numerum hi qui accedebant alienigenę vt adiumento essent.

Magus dictio persica: qua apud eos significatur sapiens. Sic enim persę magos vocant vt gręci phōs: latini sapientes galli dryudas: egyptij prophetas siue sacerdotes. Indi gymnosophistas: & Assyrij chaldęos a chaldęa asię regione. Apud nos vero magus incantator ex officio vocari potest. nam cum magi apud persas potissimum deorum cultui vacare solerent: in tantā postea aucta est eorum vanitas vt non solum obseruatiōe syderum futura prędicere sed artibus quibusdam & maleficijs: & scire se oia & facere posse profiterentur. Hic magica. cū quod ad magū pertinet: vt ars magica. Suidas. μαγεια και αστρολογια απο μαγουσ αιων ηρξατο οι γαρ τοι περσαι μαγωυπο των εχωριων ωνομαζον ται και μαγουσ αιοιοι αυ τοι

Magnus grandis cuius comparatiuum est maior: superlatiuum maximus. A quo multa componuntur.

Magna gręcia dicta est ea pars italię quę a tarēto vsque od cumas est vel vt Ply. li. iij. refert a locris italię frōte ad Tarentum vsque protēditur: sic dicta quod multę magneque ciuitates in ea fuerint a gręcis conditę Auctor iustinus. libro. xx. Vergilius. Effuge cuncta malis habitātur mœnia grajs. In ea habitauerunt Architas Pythagoras parmenides & zeno pythagorici philosophi: & Ennius poeta. A quibusdam tota italia dicta est maior gręcia. Ouidius. in. fast. Itala nam tellus gręcia maior erat.

Magnū socerum. & magnam socrum appellabat vir vxoris suę auum: auiamque. Maior socer & maior socrus vxoris proauus proauiaque appellatur et sic per singulos gradus.

Magnalia sunt ingentia facta & admiratione digna: Hierony. in libro Exo. State & videte magnalia domini quę facturus est hodie.

Magnificus qui magna facit. Scribit Arist. libro. iiij Ethi. magnificum dici illum qui in magnis pro dignitate sumptum facit: qui circa publicam magnificētiam impensas facit honorificas velut in ludis in rebus dijs sacrificatis: in ędificijs: in epulo publico: non qui in sumptum sumptuosus est. Est & magnificens a quo magnificentia: quę est vt Ci. inquit rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio atque administratio.

Magnifico. as. extollo. Ply. Magnificat & vituliq nō dum herbam gustauerit fimum.

Magnas. atis. & magnatus. magnati. qui in populo magnus habetur.

Magnata vrbs Hybernię: a qua magnate populi vocati sunt.

Magnes. etis. generis masculi. genus lapidis ad se ferrum attrahentis. Dictus magnes ab inuentore in Ida primum repertus: de quo Plynius lib. xxxvi. Orpheus αυταρ εγωγε σησ αλοχου κελομαι σε δαημεναι ει εθεν αγυνη ανδροσ απαλλοτριοιο λεχοσ και δωμα φυλασσοι

Magnesia macedonię regio: thessalię aimera. Abest ab Epheso. sicut Ply. libro. v. scribit. xv. mil. pas. A qua magnetes qui & magnesij populi vocati sunt. Luc. libro vi. Et magnetis equis mynię gens cognita remis. Est et magnesia vrbs in asia apud quam scipio asiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

Magog. nomen viri filij Aphet proprium: a quo vt Josephus ait libro. i. Magogę dicti sunt: qui a gręcis Scythę dicuntur.

Maguderis vt Paus. li. vij. inquit: frugis. i. caulis genus qui nascitur ex ea parte cuius radix sirpis auellitur hanc caulem lacerpitij quidam existimant. Plau. in Ru. Seu tibi confidis fore multam magudarim. Laserpitium autem herbam esse nonnulli arbitrantur: vt Ply lib. xix. testatur. Legitur & Magudaris. Colu. lib. vij. Facit & radix quam gręci vocant μαγουδαριν vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat

Maiestas a magnitudine dicta est. Est enim decus amplitudo et dignitas vel populi vel senatus vel pricipis imperatoris ve. aut etiam priuati magni viri. vnde maiestatis crimen iurisconsulti diffiniunt quod aduersus populum Romanū. vel aduersus securitatem eius cōmittitur. Et rei maiestatis dicitur qui eiusmodi crimem cōmittūt maiestas quoque dea credita est ho-

oris ꝛ reuerētię filia: de qua Ouid. Donec honor placidoq; decens reuerentia vultu Corpora legitimis imposuere toris. Hinc sacra maiestas que mundum tēperat oēm. Quaq; dic partu est edita magna fuit. Nec mora ꝓsedit medio sublymis olympo Aurea purpureo cōspicienda sinu.

¶ Maiales porci castrati. Var. Verres cōmodissime anniculi vtiq; nec minores q̄ semestres. Quo facto nomē mutant atq; e verribus dicūtur maiales.

Maiores: intelligi possunt quicūq; aui abaui ꝓaui ataui tritaui ꝛ ante hos in infinitū. sicut minores q̄ etiam post trinepotes futuri sunt. Ci. Ego meis maiorib⁹ virtute preluxi: vt si prius noti nō fuerint a me incipiāt habere initiū memorię suę. Vir. Hunc lętum tyriisq; diem troiaq; ꝓfectis esse velis nostrosq; huius meminisse minores. Non solū minores hi dicūtur sed etiam posteriores ꝛ posteri ꝛ nepotes: sicut ii q̄ añ nos fuerūt maiores et superiores ꝛ patres ꝛ aui appellātur. Et tā maiores q̄ Minores in hac significatione tm̄ pluraliter declinātur maiores magistratus sunt consules penes quos fasces sunt: vel qui priores facti sunt: maior pretor dicit Urbanus: minores cęteri. maiores flamines dicebātur patricii generis minores plebei. maior auūculus: auii ꝛ auię auunculus: aui ꝛ auię auunculus. Sic maior patruus. maior amita.

Maius mēsis a maioribus dictus est: q: vt inquit Macro. maioribus consecratus erat quorū cōsilio resp. gerebatur. sicut Junius a iunioribus q̄ rem armis gerebāt. Postq̄ eni romulus populū romanum in maiores minoresq; diuisit: vt altera pars consilio altera armis tueretur in honorē vtriusq; partis hunc maiū: sequentē iunium vocauit. Oui. Hinc sua maiores tribuere vocabula maio. Junius a iuuenū nomie dictus adest. Sunt ꝛ q̄ maiū a maiestate dea denominatum ✶ elint. q̄ flamē vulcanalis calendis Maiis huic deę rem diuinā facit. Alii a Maia Mercurii matre. ꝓpterea hoc mēse mercatores oēs. Maię pariter ꝛ mercurio sacrificare soliti erant.

¶ Malus. fę. ge. arbor: cuius fructus est malū. i. pomū tractum nomen a grecis q̄ malum μηλον dicūt. Uñ meli mela: ꝛ habent pe. pro. Hinc malinus a. um. quod ē materiatū ex malo. Col. li. viii. Est etiā non ingrati saporis muria preduratus: atq; ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

¶ Malus mas. generis arbor nauis: q: instar mali sit in summitate: vel quia cingitur quasi quibusdā malis quorum volubilitate facilius leuātur vela ꝛ similiter primā producit. Luc. libro. ii. Antēnas proram malos tōsasq; natantes.

¶ Malus a. um. pri. cor. dicit quod opponitur bono. Est enim generale nomen turpia simul et detrimentosa cōplectens. Unde dicimus malū culpę quod male agendo cōmittit. quale est homicidiū et hmōi. malū pœnę quod deus ob mala commissa immittit: vt est illud propheticū. Ego dñs creās malū. Dicim⁹ etiā malū militē q̄ ē imbellis: malū impatorē q̄ est imprudēs: malū grāmaticū q̄ est rudis: malū iudicē q̄ est iniquus: malā faciē q̄ est deformis. Preterea malū sumit pro labore afflictione ꝛ angustia. Vir. Assuetūq; malo ligurē. Et in psalmis. Letati sum⁹ ꝓ dieb⁹ quib⁹ nos humiliasti: annis quib⁹ vidimus mali. Ubi Hier. Quāto mag in hoc seculo paupertate: inimicorū persecutionib⁹ vel morborū cruciatibus fuerim⁹ afflicti: tanto post resurrectionē in futuro maiora premia consequemur. Jtē sumitur pro malignitate. Sene. Jmbecillum insontēq; damnare summum est malum: Jtē pro interiectione perinde ac si dicerem⁹ proh nefas. Qui loq̄ndi mos ꝑ interrogationē ꝛ honest⁹ ꝛ vsitatus ē. Gel. Quę malū ratio ista est? Ply. Quę malum ista demētia est iterari vitam mortē? Ter. i. Adel. Quod hoc malum infœlicitatis? in eundem sensū. Cice. ad Atticum dixit: Qui mali? Aliquādo capit malū pro paruo: sicut bonū pro magno.

¶ Male aduerbiū modo ponit pro valde sed semper in malam partē. Cic. Addebat etiā idq; ad rem pertinere credebat scriptores illos male mulctatos. i. magna pœna affectos. modo pro parum. Vir. Heu male tū mites defendit pāpinus vuas. modo pro incōmode: sicut bene pro commode. vt Male habito. Uñ habito in compositione habet vim negationis. vt Male sanus; male fortis. Ouid. li. iii. fas. Nondū tradiderat victas victorib⁹ artes Grecia facundū sed male forte genus.

¶ Male audio significat alicui⁹ maledicta sustineo seu infamor vituperor culpor. sicut bene audio. laudor: vt si quis de me male dixerit: tunc recte dixero. Male de me audio. Cic. lib. 2. Jn quo ego non quo libenter male audiam. sed quia ego causam nō libēter relinquo. Idē ad Atticū. Hāc nōnulli amici. Apii ridicule interpretātur qui me idcirco putent bene audire velle: vt ille male audiat.

¶ Male cogito de te. i. male affectus sum erga te: ꝛ malā habeo de te opinionē. Oui. Nō tñ ęneā q̄uis male cogitet odi. Cęlius. Et ipe facile aiaduerterē male eū de me cogitare. huic cōtrariū est bene cogito.

¶ Maledico tibi: ꝛ maledico te. A quo maledictus maledicentior ꝛ maledicentissimus qui male dicit quantū potest et scit.

¶ Malefacio tibi. Jnde malefic⁹ malefica maleficū pro pernicioso. Sic maleficę mulieres incantatrices dicuntur ꝛ veneficę. Maleficę herbę. maleficę serpētes pro venenosis.

¶ Maleficentia ꝛ maleficiū damnū iniuria facimus Cęsar. Finitimis imꝑauit vt ab iniuria ꝛ maleficio se suosq; prohiberent.

¶ Male iudico: male sentio: male opinor declaratur error meus.

¶ Male mereor de te: male tracto te. Cuius contrariū est bene mereor.

¶ Male opto tibi: male precor intelligitur vitiū ei⁹ de quo agitur. malevolo tibi. odi te: hinc maliuolus ꝛ maliuolentia: quę est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.

¶ Male vertere est in perniciē vertere.

¶ Malicia: peruersitas q̄ virtuti seu bonitati contraria est. Sene. Jn hoc summa bonitas: in illo extrema malitia. Frequēter aūt sumitur pro versutia. Cic. Virtutis contraria est vitiositas. sic enim malo q̄ maliciā appellare quā greci κακιαν appellant. nā malitia certi cuiusdā vitii nomen est: vitiositas oim. Apud veteres etiā in bonū accipiebat. Plau. Te ciuem summa omni malitia. Est ꝛ alia malitia ex natura ꝓueniens. Ply. Quod modo cœli modo terrę malitia facit. Var. Jd sępe accidit malitia soli. Jnterdū malitia dicitur labor afflictio ꝛ angustia sęculi vt est in Euangelio. Sufficit diei malitia sua.

¶ Malignus a malus fit ꝛ is est qui difficultatē sui ostēdit: hoc est qui asper difficilis inuidus auarus est. Ply. Homo malignus et inuidus. hinc maligna via q̄ angu-

sta et ardua est. Uirg. Aditusq3 maligni. Maligna lux q̃ subobscura est. Idem. quale sub incertam lunam sub luce maligna. Malignus ager: agricolis illiberalis ac minime ferax. Idem. Difficiles primum terre collesq3 maligni. Et malignus cõsuetudine dicitur malivolus ꝛ malus: a quo malignitas.

¶ Maligno as. ꝛ malignor deponens. Hie. in ps. Super populũ tuũ malignauerũt cõsiliũ. Et iterum Qui maligna. tur exterminabuntur.

¶ Mala. e. faciei pars q̃ ꝛ Gena: dicta ꝙ rotundã speciẽ mali pre se ferat. Nam est q̃ preeminet inter nasum oculos ꝛ buccam. Ply. Infra oculos male hoĩ tm̃ quas prisci genas vocabant. Ibi ostẽdit pudor. Et purmã producit. Uir. tñ li. iii. Geo. equino generi malas tribuit cum ait. Quo tpe glauci Porthmiade malis membra assumpsere quadrige. Et mala latie dicit ouis. Unde ꝛ malonomos. i. pastor ouiũ.

¶ Malicoriũ: putamẽ mali granati. Ply. lib. xxiiii. Huius aridis foliis vt malicorio coria perficiunt.

¶ Malobatra: vnguẽta q̃ ex assyria afferebãtur. Unde Hora. inquit: Tinctos malobatro assyrio capillos. Hic malobatratus: hoc est malobatro capillos delibut⁹: vt est apud Sido. apollinarem ad Leonẽ.

¶ Malacus. latine mollis: ελληνιστι μαλακός.

¶ Malacia. e. mollicia cũ maris fluct⁹ omnino quiescũt ꝛ languent neq3 vlla aura cõmouentur. quod vulgus vitãdi mali ominis gratia bonatiã vocat. Lucre. pellaciã a pelliciendo appellat. Subdola cũ ridet placidi pellacia põti. Similiter malacia est in grauidis ille languor: mollicies dissoluti ꝛ cũcta fastidiẽtis stomachi. Ply. lib. xxiii. Malicoriũ expetit i grauidarũ malacia: ꝛ qm̃ gustatu moueat infantẽ. Id greci κισσαν appellãt ꝛ κιτταν quod ẽ vt Theodorus Gaza vertit picare a pica dictuz qm̃ eiusmodi aues varia solẽt appetere cũ sũt ꝑgnãtes.

¶ Malacisso as. mollio subigo. Plau. Ah nimiuz ferus es: malacissandus es.

¶ Malasso. a s. a quo cõmalasso quod est exerceo mature facio. Uar. in dolore a diaphoron esse quod philosophis cõmalasseret eam partẽ que concuti cupiditatibus solet.

¶ Mercor: aris: lucri causa mercaturam exerceo. vel etiam simpliciter emo. Et quandoque actō solo contentum est. Ter in heau. Agrum in proximo hic mercatus es. quandoque cum ablatiuo precium denotāte iungitur: sicut fit in Emo. Gel. libros tris reliquos mercatur nihilo minori precio. quandoque ablatiuo a vel ab mediante. sine precio expresso. Ci. li. offi. Sordidi etiam putandi qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant: quandoque datiuo. Ter. Quidam eunuchus quem mercatus fuerat frater thaidi: Nunque cū datiuo et ablatiuo cōstruitur Aug. lib. ix. cō. Et placuit mihi in conspectu tuo tumultuose abripere me: sed leniter subtrahere ministerium lingue mee nundinis loquacitatis ne vlterius pueri meditantes insanias mendaces et bella forensia mercarent ex ore meo arma suo furori. Ex his colligitur non solū mercor. sed et alia verba emptionē vel acquisitionem significantia vti posse huiusmodi constructione si cū a quo vel vñ et cui id emim⁹ exprimere voluerimus. Composita sunt commercor. Plau. in ca. Pater ergo captiuos cō mercatur alios. Premercor ante alios mercor.

Mercator qui emit siue vt teneat seu vt alteri vendat et qui mercaturam exercet.

¶ Mercatura ars seu actus mercandi. Ci. li. i: off. Mercatura aūt si tenuis est sordida putanda est: sin magna et copiosa multa vndique apportans: multisque sine vanitate impertiens non est admodum vituperanda.

¶ Mercatus us: idē quod mercandi actus. Liui. li. i. Tullius ad Feronie fanū mercatu frequenti negociatores romanos comprehensos querebatur.

¶ Mercatus ti. locus in quo res venduntur: qui et emptorū dicit. Ci. li. offi. Quo cū tanque ad mercatū bonarū artiū profectus sis inanē redire turpissimū ē. Terent. in adel. Empte mulieres complures et item hinc alia que porto in cyprū nisi eo ad mercatū venio dānū maximū est. Do. Mercatus locum tempusque signat.

¶ Mercatus a. um. participium. vt Teren. Agrū in proximo mercatus est:

¶ Mercalis quasi vendibilis. Colu. lib: viij. Ex hijs singula capita que videntur esse robustiora in supplementū gregis reseruāt: cetera mercalibus tradūtur. i. vēdibilibus. Hinc cōponitur promercalis: de quo infra.

¶ Mercurius quasi medius inter homines currens: quod sermo currat inter homines medius. Ideo hermes grece quod sermo vel interpretatio que vtique ad sermonē pertinet hermenia dicit. vñ et mercib⁹ preest: quia inter vendentes et ementes sermo fit medius. Ideo et alas in capite et pedibus ponunt: volentes signare volucrem ferri per aera sermonē. Ideo nunciū dictū: quoniā per sermonē oia cogitata enunciātur. Dictus est deus facūdie nam hominib⁹ loqui prestare dicebatur. Dictus ē deus mercatorū palestre: furū nunciusque et interpres deorum. Lyrā inuenit. Hermaphroditum ex sorore Venere genuit: Martem e duris carceribus liberauit. Agrū interemit: prometheum in caucaso religauit. Iouis filius fuit ex maia athlantis filia. Hic dictus est hermes trismegistus: hoc est ter maximus.

¶ Mercurialis herba quā greci linozostin vocant cuius duo sunt genera: masculus et foemina.

¶ Merda a meros quod est pars et edo comedo. Est enim cibi excrementum: hoc est pars eorū que comedimus. Horatius li. i. Ser. Mentior at si quid merdis caput inquiner albis coruorum et in me veniant mictū atque cacatū. Hinc fit merdo as: a quo permerdo quod est foedo et conspurco. Albius. Ut faciūt pueri que oia pminguūt atque pmerdāt.

¶ Merenda cibus qui datur post meridiē. Unde et merendo as: Calphur. in buc. Sereque videbitur hora merende. Plaut. in mus. Visione forte ad merendā quopiā diuorteris: atque ibi melius quam satis fuerit biberis

¶ Mereo es. et mereor eris. depo. a mercede fiunt et ambo merui itum. faciunt. Et tria significant. Primo aliquid mercedis pro labore paro vel sumo seu dignus sū. Vernaculo sermone dicim⁹ meritare. Oui. li. iiij. met. Quā meruit poenam soluo: digessit in omnes In bonum: vt merui qui laude coronam. Et cum dicimus nihil meretur: significat nihil mercedis dignus ē accipere. Ter. Ego charine neutique officium liberi hominis esse puto cū his nihil pmereatur postulare id gratie apponi sibi. Plaut. in cap. Vale atque salue et similiter vt dicam meres. Quandoque etiam de turpi lucro dicitur: vt sit merere sordidum questum facere Varro. in Et. Primū qui meret iste sestertio vicenos: Unde et meretrix meritricia taberna et meritorii pueri dicūt. Secūdo significat cōfero in seruitio seu tracto. Et tunc cōstruitur cū ablatiuo mediante de: vt mereor de te. i. aliquid in te cōfero. Et hoc est ambiguum. Si de beneficio intelligimus bene mereor de te dicimus. Vergilius libro quarto bene quid de te merui. id est. si in aliquo tibi beneficium contuli. Si autē de offensione: male mereor de te. Ci. Nanque in hominē petulātē et male de nobis meritū eē debuim⁹ In bonum tū sine bene vsus est Vergi. libro. vi. Quique sui mēores alios fecere merendo. Nonnunque pro ambiguū sensum sine vtroque dicimus: vt quid de te sum meritus Et aliquādo per negationē: vt homines nihil de me meriti sunt: hoc est nec bene mihi nec male fecerunt. Tertio signifi. stipendia facio in militia. hoc est stipendij gratia milito et dimico: Et tunc datiuum aut ablatiuū requirit: vel absolute ponitur. Luc. Aere merēt paruo. Sta. li. iiij. th. Non hi tibi solū amphiarae merent. Luc. libro vi: Scua viro nomen castrorū in plebe merebat. Oui. de fasti. Totidē pilan⁹ habebat Corpora legitimo quisque merebat equo. Aliquā etiā actō iungitur: vt apud Sue. prima stipendia meruit. Et in hac significatione fit meret impersonale vt auctor est Ser. li. iiij. ene. Hinc etiam emeriti milites: et emeriti stipendia dicūtur qui militia perfuncti sunt. i. qui perfecte meriti: et exēpti senio a labore efficiuntur Ply. li. ix. Nouissimeque fessis et iā emeritis inchoate Nonnunque etiam passiue sumitur vt apud Quint. Emeritis huic bello stipendiis. Et per translationē emeriti boues dicuntur et quedā alia. Emeriti vero senes solent habere eos qui pro se laborēt que dñr pro alio opus agere. Cōposita sunt cōmereor: demereor: emereor: pmereor: siue cōmereo: demereo: emereo: et pmereo

¶ Mereo es. mest⁹ cū e. diph. secundū Var. a marceo fit vnde et primā vocalē accipit quod corpus etiā marcescere facit meror. Alij cū oe diph. scribunt. Est autē merere tristari et dolore affici. vnde et cū actō quandoque construitur Ci. Terentie. A te quidē oia fieri fortissime et amantissime video: nec miror sed mereo casū eiusmodi: vt tantis tuis miserijs mee miserie subleuentur. i. doleo. Itē de=

plorare: vt apud eundē li. i. tus. At illa sicut acerbissimā rem męret: Et iterum. Cū grauiter filij mortē mœreret. Inuenitur etiam męret impersonale cū significato sui verbi. A męreo fit męror: męstitia: męstitudo: męsto as. ⁊ męstifico as. ⁊ męreo as. męrentem facio. Pacu Qui multis męrauit modis.

¶ Meritū ꝓstitū dicit̄. Et qm̄ tā de malo q̄ de bono dici pōt: pro loco intelligendū est: De bono Plācus Quid n. tibi pro maximis tuis ac pene immortalibus i me meritis pręstare amplius possim De malo vatinius. Scis meā fortunā nescio quō facile obtestatores inuenire nō inco mehercle merito. i. culpa. Unde Aug. li. de gratia ⁊ arbitrio bonū meritū ⁊ malū meritū appellat. Ista vtiq̄ inquit iā merita sua bona cōmemorat: vt post pauca merita consequatur coronam: qui post mala merita ꝯsecutus est gratiam.

¶ Meritus a. um. quod est congruū ⁊ conueniens. Ver. Meritos aris imponit honores. Huius contrarium est emeritus: a quibus meritissimus ⁊ imeritissimus. Ter in phor. Iādudū te oēs nos accusare audio imeritos: ⁊ me oīm horū imeritissimū.

¶ Merito aduerbiū. i. digne. vt in Gn̄. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrē nostrū.

¶ Meritus substantiuū mōs est in tertio europę sinu.

¶ Merito as. a supino verbi mereo: significat dignus sū et milito.

¶ Meritorius a. um. quod quęstū facit corpore suo. Un̄ equi meritorij: et meritorię rhedę quę q̄stus gratia locātur aut conducuntur. Et scorta mascula pueri meritorij qui lucri causa prostituuntur. Nā puellę non vocāt meritorię sed meretrices. Meritorij nāq̄ vt meretrices precio merent. Ci. in Anto. Ingenui pueri cum meritorijs: scorta cū matribusfamilias versabantur. Taberna meritoria diuersorium atq̄ hospitiū mercenariū vbi cuiq̄ introire licet danti mercedē. Ratio vero meritoria q̄si vilis ⁊ malei coēpta. Aliquando meritoria absolute dicitur pro tabernis mercede conductis. Iuue. Nā qui meritoria somnum admittunt.

¶ Meretrix a merendo: nam mercede suā exercet militiā: que copiā sui tantūmō facit. Ideo honestioris loci ē et quęstus. Prostibulū quod pro stabulo idest ante stabulū stet. Unde ⁊ Plaut. in Cis. Intro ad bonam meretricem: in via sola ꝓstibula sane est.

¶ Meretriciū ipsa meretricādi ars. Meretricius. a. um quod ē meretricis: vel quod ad meretricē ptiet: vt ars meretricia. Teren. in heaut. Ignarā artis meretricię.

¶ Meretricor pe. p: scortor. Gel. Thais merotricādo magnam pecuniam demerebat

¶ Meridies medius dies quasi medidies. Nam vt inquit Var. antiqui non. d. in hoc dicebant. Et semper masculinū est quia certū diei tēpus significat. Hinc meridianus a. um. quod ad meridiē spectat: ⁊ pomeridianus: de quo infra.

¶ Meridio as. ⁊ meridior depon. significat cibū meridianū capio: Plaut. Ientendo: meridiando: comessando pergręcando vitā ducere. Hinc merēda dicta ē. Aliquando significat somnū meridianū capio. Cor. Cels⁹ Longis diebus meridiari debet potius añ cibū vtile est: sin minus post eū: per hyemē potius totis noctibus conquiescere. Sueto. de Nero. Missos a mesalina vxore Claudij: qui cū meridiantē quasi Britanici ęmulū strangularent. Hinc meridiatio quies meridiana. Cic. li. ij. de diui. Tunc ⁊ lucubrationes detraxi ⁊ meridiationes addidi quibus antea vti non consueuerā.

¶ Mergo is. si. sum. sub aqua pono. Cuius composita sunt demergo: quod est deorsum mergo: quod fit cū aliquid sub aqua vel sub terra ⁊ huiusmodi figitur. Lact. li. iij. Non vt poetę Arionē mentiūtur in pelago incedēte: qui demersa corporis parte humeris supereminet vndas. Col. li. ij. Neq̄ pecori maiora nisi cū siccissimum est quoniā demergunt vngulas ⁊ atterunt: scindūtq̄ radices herbarū. Demergo. diuerse mergo. Lactan. li. vi Quę autē ab illo altero id habēt officiū vt cęlestib⁹ auocatū: terrenisq̄ demersū ad pœnā interficiant sempiternā quod est sūmū malū. Emergo extra mergo: ⁊ quasi ex loco vbi submersus fuerā exeo ⁊ in lucē prodeo. Liui li. i. Primum ex profunda emersus palude Ter. p translationē in And. dixit facile ex illis sese emersurum malis. Immergo intus mergo. Ver. iij: Aeneid. Vastoq̄ immergite ponto. Submergo subtus mergo.

¶ Merso as. sępe mergo. Col. lib. viij. Quarto die sicuti vicinia maris ad littus deducta mersatur ouis. Augu. li. ii. con. per translationē: Aestuabat imbecillam ętatē abrupta cupiditatū atq̄ mersabat gurgite flagitiorum

¶ Merto tas. idē quod merso. Accius. Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia pręsentē pręsens dictis mertare institit.

¶ Mergę furculę quibus aceruí frugū fiunt: dictę a mergis volucribus quia vt illi se in aquā mergūt dū pisces persequuntur: sic messores eas in fruges mergūt vt eleuare possint manipulos.

¶ Mergus gi. auis dicta: quod se in aquam cibū captās assidue imergat: quē alij mergonē appellant. Verg. li. i. Ge. Cū medio celeres reuolant ex ęquore mergi Huius auis natura est vt sępe mergens aurarū signa. colligat ⁊ ꝓuidens tempestatē futurā propere medio reuolat ęquore: ⁊ ad littorum tuta cum clamore contendit. Est ⁊ mergus in vite vt docet Col: lib. v. qui ait. mergi gen⁹ est: vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur atq̄ exalto scrobe submersus producitur ad vacantem palum. Palladius Mergum dicimus quotiens velut arcus supra terrā relinquitur alia parte vitis infossa.

¶ Mergus oris: genus vasis: quod nonnulli situlam appellant.

¶ Mergulus instrumētū quo lāpadis Ellychnius continet. alio nomine emunctoriū. vt apud Mic: in leui

¶ Mergites. pe. cor: spicarum manipuli a mergendo dicti: Ver: li: ij Ge: Aut fœtu pecorū: aut cerealis mergite culmi Prouentuq̄ oneret.

¶ Meroe es. dictio trisyllaba insulę nili metropolis. a qua et tota insula meroe dicitur. Hanc cambyses condidit a nomine sororis meroe. Cū enim ęgyptum omnē occupasset: meroē secū vsq̄ ad ęgyptios ducēs ꝓcessit quę cum ibi mortem obiisset vrbi nomen indidit Forma insulę scuto persimilis. De qua Luc. li. x. Gurgite rupto ambitur nigris meroe fœcunda colonis. Patet lōgitudine stadiorū tribus millibus: latitudine mille. Effodiunt in ea aurū: argentū: ęs: ferrū: ebedum. Pręterea fert ⁊ lapidū multiplex genus: distatq̄ a Syene q̄nq̄ mil'ibus stadi. vltra quā est ad torridā zonā. Exuperat omnes alias nili insulas: quas circiter septingentas esse scribit Diodorus.

¶ Merops apiastra auis quę apes comedit. Verg. iiij. Ge. Meropes alięq̄ volucres. Et meropes diuersarū linguarum homines dicuntur ab μερίζω. quod est diuido ⁊ ὀψ per o breue: quod significat vocem:

¶ Meropus pe. cor. mōs gręcię iuxta thessaliam varijs pręruptis anfractibus.

¶ Merope pe. prod. insula dicta vt quidam existimant a merope terrigena Triope filio.

¶ Meros mons indię sub cuius radicibus est nisa ciuitas constituta.

¶ Merus ra. rum. quod est solū. Teren. in phor. Nihil habet nisi spem merā. Unde merula auis. Per translatione ponitur pro puro. Ci. li. ij. de ora. Ecce tibi exort⁹ est Isocrates magister istorum omniū cuius e ludo tan q̄ equo troiano meri principes exierunt

¶ Merū substantiuum ponit̄ p vino solo sine aqua.

¶ Merax et meracus a. um. pe. p. co q̄ est solū ꝛ purum Prop. Ah pereat quicūq; meracas Repperit vuas. Unde vinū meracium dicimus quod merū ē nulla aqua admixta. Hinc comparatiuū meracior ꝛ superlatiuū meracissimus. Unde meracius bibere dicuntur qui minus aq̄ vino miscent. Sicut econtrario lymphatius dilutiusue qui plus aquę adhibent. Celsus pręcipue hyeme meracius bibendū esse: ęstate dilutius. Hie. in deutero. Et sanguinem vuę biberunt meracissimum.

¶ Meribibulus qui vinum sine aqua bibit. Aug. Cum tem̄en audior esset quadam die ab irata ancilla per cōuitiū appellata est meribibula quę res tantum ei pudorem iniecit: vt postmodum sobria prorsus fuerit.

¶ Merula est auis sic dicta: q̄ sola volet: et solitaria pascatur: quasi mera volans. Quo nomine etiam dictus ē fluuius in Albouintimilio oppido.

¶ Mesa fluuius notus p leodiū fluens: ꝛ per brabātiam ac Geldriā. vulgo tamen mosa dicitur: ꝛ coniungit se cū Rheno. Est ꝛ mesa pars in domo apium. Victr. latine dici medianam auctor est.

¶ Mesos gręce medius latine. Meson moderatum. Mesonyction media nox.

¶ Mesopotamia regio inter Euphratē ꝛ tygrim in maiori Asia. Nam μεσος medius. ποταμος fluuius. Amb li. de parad. Mesopotamia dicitur q̄ tygris ꝛ euphrates incluserint eam. eo q̄ inter duo flumina constituta sit. Q̄ etiā longe positis nomen ipsū ꝛ opinio cōmunis expressit. Habet enim tygrim ab oriente ꝛ euphratē ab occidente. A meridie babyloniam. Mesopotamiam inpinguat euphrates: vt inquit Solinus annuę inundationis excessibus terris superfusus. hęc regio etiā dicta est Seleucia: vt li. vi. refert Ply.

¶ Mesapia apulia a mesapo rege sic appellata.

¶ Messana pe. pro. ciuitas sicilię: a qua messanenses dicti sunt. Syl. li. xv. Incumbens messana freto niuibusq; reuulsa. Hanc vrbē condidere messenij i pelori sinu vbi ad orientem maxime eo colonos misisset: ipsi quoq; mamertini potius q̄ messanenses sunt vocati.

¶ Messene ciuitas grecię messenię in pelopōneso a qua messenij. De qua Hie. Contra iouin. Spartiatę ꝛ messenij diu inter se habuere amicitias itantū vt ob quędam sacra etiam virgines ad se mutuo mitterent.

¶ Mesochorus pe. cor. fistulator cytharista in medio saltationū. Sido. Nullus ibi lyristes choraules mesochorus tym panistria psalteria canit

¶ Messala dictus est Uale. Coruinus quia messanā i sicilia vicit ꝛ vrbis captę in se translato nomine messana primo appellatus est: paulatimq; vulgo permutante litteras messala dictus est. Unde ꝛ messalarū familia romę florentissima: ex qua messala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

¶ Messalina nomē filię barbati messalę cōsobrini Claudij imperatoris quę cum adolescentula esset ipsi Claudio seni nupta fuit summę libidinis mulier: ita vt innumeris adulterijs se submiserit: ꝛ mutata veste lupanaria celebrauerit: quin etiā cū scorto famoso aliquando certauit: ꝛ superatā a se meretricem gloriata ē ꝛ se inter diem et noctē. xxv. passam concubitus affirmauit: Pręterea sese laborare potius fessam q̄ concubitu satiatam destitisse: Tandem ab ipso claudio supplicio affecta est cū C. Silio nupsisset.

¶ Mespilus pe. cor. genus arboris: cuius fructus mespilum. Palladius. Mespilus admisso germine tuta fuit. Idem. Mespilaq; exarmat pugna cibus horrida mēbris

¶ Messyas hebraice: grece Xp̄us. latine vnctus dicitur

¶ Messis duo significat. tempus. s. medēdi ꝛ rem Pro tempore. s. quando fruges metuntur. Vergi. Ante focū si frigus erit. si messis in vmbra. Pro re. hoc est pro segete ipsa iam matura. Idē in Geo. Atq; interfice messes. Nec solū de frugibus sed etiā de vua dicitur. Dicta messis a metendo: vel a medio: vt inquit Var. li. i. de rerusti. Metitur enim vt stramentū mediū subsecetur. Nā qui metunt manu sinistra sūmū pręhendunt. infra manum stramentum quod terrę hęret postea subsecatur.

¶ Messorius a. um. quod ad messorem pertinet. Cicero Messoria se corbe contexit. messor qui metit: messio ipsa metandi. i. secandi actio. et operā messoriam dicimus. qua qui s metit.

¶ Mesia prouincia quę pannonię iungitur ad pontum vsq; cum Danubio decurrens. Sue. de Tibe. Armeniam parthis occupari: mesiam a Dacis sarmatisq; galiias a germanis vastari neglexit: Sunt qui hoc nomen cum e scribant mesca.

¶ Met syllaba: piā: pte. ornatus causa ponuntur: ꝛ aduerbia sunt. Ut egomet. quispiā: tute. Sed met iungitur casibus omnibus pronominum primę personę: tam pluralis q̄ singularis numeri absq; genitiuo plurali: vt egomet: memet: nosmet. ꝛ reliqua secundę vero personę obliquis tantū casibus: vt tuimet: tibimet. Nominatiuo non addunt: ne verbū putetur tumet a tumeo. sz tute: tūtemet profertur. Et quidē sic iuncta discretionē significat: vt ipsemet. i. ipse solus ꝛ non cū alijs: vel ipse per se: ꝛ non per alios. Pte. cum quinq; ablatiuis iungit̄ vt meapte: tuapte: suapte: nostrapte: vestrapte. Te similiter cū pronomine secundę personę idē efficit. vt tute id fecisti. i. tuipse per te ꝛ non per aliū Te te vtraq; producta vt meme: sese: cōposita ostenduntur accentu acuto Ce vero additur fere his quę in e desinūt: hic. hec. hoc apud antiquos casus: vt hocce: hoccine: Unde hoc quasi duabus consonantibus producitur. Verg. Hoc erat alma parens quod me per tela per hostes Eripis? Ter. Hoccine est credibile aut memorabile factū. Hicce seu hiccine: sicce siue siccine: hęccine: hancce. Illicce: istic e. illanccine. Teren. Illanccine mulierē dicit pro illamne. Apud iuniores vero per eos casus tantum: qui in s desinunt euphonię cā: vt huiusce: hisce: hosce

¶ Meta congeries seu strues in acutum tendens: seu turbo mersus conos a grecis appellata: quia esset posita in diuerso spatio: vel quia eam metiantur quadrigę circuncurrentes: Mos enim erat septies metam lustrare. Prop. Aut prius effecto deposcit pmia cursu Septima quā metā triuerat ante rota Cum eni iā carceribus emissę ad metam venissent quadrigę erat opus vt circū ipsam flecterentur: Vergilius Hic viridē. eneas frōdentem ex ilice metam Cōstituit signum nautis pater vnde reuerti Scirent ꝛ longos vbi circū flectere cursus Per translationem vero quoniam auriga quandocūq; primum metam superauerat iam ad finem certaminis

peruenisse videbatur: non solum pro agrorum termino ponitur: quē pyramidali forma effigiari mos fuit: Unde ⁊ meta fœni vernaculo sermone lameda. Colu. li. ij. Certe quicquid ad eū modū quo debet siccatum erit in meta extrui conueniet: easqꝫ ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim cōmodissime fœnū defenditur a pluuijs sed pro quocunqꝫ termino ac fine. Vergili. His ego nec metas rerum nec tēpora pono. Syr. Tormentis finem metāqꝫ laboribus orat. Hic peruenisse ad metam dicimus qui iter aut aliud opus perfecerint: Accipitur etiā quandoqꝫ pro inferiori parte molę: sicut Catullus pro superiori Est ⁊ meta prępositio gręca ⁊ in fine acuitur. ⁊ modo cū: modo trans modo post significat: a qua multa componūtur

¶ Meta lactis dicitur caseus qui factus est ad formam metę: Mar. Fert ille cęris caua cum suis mella: metāqꝫ lactis Sassinate de sylua.

¶ Metapsicosis: pe. prod. Scribitur enim μετα-ψυχωσις subitus transitus ad diuersa corpora.

¶ Merēpsicosis pe. pro. latine transanimatio: cum. s. de alijs corporibus in alia corpora transeunt animę Unde Oui. Pythagoreū dogma. li. xv. explicans ait Morte carent animę semperqꝫ priore relicta Sede nouis habitāt domibus viuuntqꝫ recepte. Ex hoc pythagorę dogmate inducta est ab esu animaliū abstinētia ne forte vt festiuiter ait Tert. Bubulā quis de aliquo proauo suo obsonet. Hieron. Probabo non empedoclis ⁊ pythagorę nos dogma sectari qui ppter μετεμψυχωσιν. i. transanimationem omne quod mouetur: et viuit edendum nō putat

¶ Metabasis latine transitus. metabole mutatio.

¶ Metapontum transpontū: quo nomine dictū est oppidū Italię in sinu tarentino: a quo metapōtini populi

¶ Metapsalmus dici potest trāsformatio Est autē trāslatio recti solutiqꝫ sermonis in alterā speciē vel metri ornatus vel necessitatis gratia μετα trans πλασμα figmentum.

¶ Metaphora pe. cor. translatio a Cicerone dicitur: fitqꝫ cū nomen aut verbū ex proprio loco in eum transfert in quo aut propriū deest: aut translatum proprio melius est: vt Classiqꝫ immittit habenas.

¶ Metamorphosis. pe. pro: transfiguratio: seu transformatio latine dicitur. μορφωσις enim mutatio trāsfert.

¶ Metalepsis figura quā modo translatiuā. modo trāsumptiuam: modo transpositiuā dicimus. μετα trans. ληψις acceptio. Fit autem cum aliqua dictio aliud a propria sua significatione ex ijs quę pręcesserunt denotat: vt apud vergilium. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. i. segetes

¶ Metaphisica orū. tant um pluraliter supernaturalia dicuntur.

¶ Metathesis pen. cor. latine transpositio cum vna littera necessitatis causa ex vno dictionis loco in aliū trāsponitur. vt Tymbre pro tymber. θεσις positio dicitur.

¶ Methodus. pe. cor. ex μετα ⁊ hodos aspiratio componitur: ⁊ accipitur pro via breui ⁊ disciplina dū pro ratione capitur: Verg. li. i. Ge. Ignarosqꝫ vię mecum miseratus agrestes. i. rationis.

¶ Metonymia cū accentu in pe: latine transnominatio siue denominatio: vt bacchus pro vino. Simi. iter cum dicimus pigrum frigus

¶ Metaurus ⁊ metaurum vmbrię fluuius in flaminia decurrens: quę regio gallia dicebatur vbi Claudius vero consul cū saluatore hasdrubalem interfecit.

¶ Meteoros. pe. pro. suspēsus sublimis: subleuatus ad aliquā rem. grece μετεωρος. Inde meteora ars quę corrupto vocabulo dicitur metaura. In his enim de reb⁹ sublimibus tractatur. meteoria sublimitas speculatioqꝫ sublimium. Aliquando meteoros dicitur stolidus: ⁊ meteoria stoliditas. Unde Ari. Meteorologus qui sublimia tractat. habet pe. cor.

¶ Meteoroscopus pe. cor. qui sublimia respicit

¶ Metoposcopus qui frontē cōsyderat. i. qui diuinat ex facie hominū. quiqꝫ priuatim ex inspectione frontis qd cui euenturū sit pdicit: μετωπον frons. σκοπος inspector. Ply. Alexander imaginū similitudines adeo indiscrete pinxit vt incredibile dictu Apion grāmatic⁹ scriptum reliquerit quēdam ex facie hoim addiuinātē: qs metoposcopos vocant: ex his dixisse aut futurę mortis annos: aut pręteritę

¶ Metagonium promontorium aphricam a numidia diuidens.

¶ Metallum dici potest perscrutatum a μεταλλω quod perscrutor significat: q metalla intra terrę venas scrutentur homines.

¶ Metona pe. p. vrbs pelopōnnesi littoralis.

¶ Methymna vel methymne vrbs lesbi: apud quā nascitur bonum vinū. Ouid'. Gargara quot segetes quot habet methymna racemos. Hinc methymneus. a. um. Idem. li. xi. met. Et methymnei potiuntur littore lesbi Ab hac vrbe ortū habuit Arion cytharœdus nobilis: quem herodotus scribit a prędonibus in mari obrutū ⁊ a delphine incolumen deuectū in portū atthenarū fabulatur. quē cytharœdū fuisse constat.

¶ Metor taris. proprie significat metas in agris terminandi gratia dispono ⁊ mēsuro quo ad locū Li. li. i. Hęc tibi victor romulus rex regia arma fero templūqꝫ his regionibus quas modo animo metatus sum dedico. Gel. li. i. Nam cū fere constaret curriculū stadij: quod est pisis apud Iouem olympiū herculē pedibus suis metatū idqꝫ fecisse longum pedes sexcentos. Hinc vsus inualuit: vt metari simpliciter pro disponere ac parare vsurpetur. Ver. li. ij. geor. si pinguis agros metabere campi Densa sere. Unde dicimus castra prope tyberim metatus est. Hinc metator. Luc. Audax hesperios veniam metator in agros Ply. li. xviij. Hunc oliueti metator vigiliarū quatriduo hunc caueat institor calamis geruisqꝫ iocilator. Dicitur autem metor actiue ⁊ passiue. Hora. lib. ij. car. Nulla decempedis metata priuatis opaca porticus excipiebat arcton. Inuenitur etiā meto as. Verg. in culi. Metabat sese circum loca. Compositum a metor est emetor pe: pro. quod ē perfecte mensuro. Lac. de opi. Nam si peritus Architectus cum magnū aliquod ędificium facere constituit. primo omniū cogitat quę summa perfecti ędificij futura sit ⁊ ante emetatur: quem locum leue pondus expetat.

¶ Metior iris. mensus significat mensuro: taxo. Unde mensores appellātur agrorum finitores: ⁊ demensum ęstimatum vel ęquatum mensuratum ve. Hinc mensura ⁊ mensuro as: Cur. li. iij. Et pecunia deinde babylonię macedonibus equitibus sexcenti denarij tribuit peregrinus eques quingenos accepit ducenis pedestriū stipendium mensum est. Similiter Ci. in Ca. Neqꝫ enim ipsorum conuiuiorum delectatio nos corporis voluptatibus magis qꝫ cœtu amicorum ⁊ sermonibus metiebar idest ęstimabam. Quandoqꝫ metiri ponitur pro transmeare. Ver. Reuicto bipedum cursu metitur equorum Quandoqꝫ pro vagari Hierony. ad Helio. Filius ho

minis non habet ubi caput reclinet: et tu amplas porticus et ingentia tectorum spatia metiris. Reperitur etiã in significatione passiua. Idem in Hiere. Sicut enumerari non possunt stellę cœli & metiri arena maris: sic multiplicabo semẽ dauid serui mei. Et apud amos prophetã Humus tua funiculo metietur. Futurũ indicatiui est metias & metibor. supinum mensum & metitum. Mensio a mensum: quę est mensura. Ci. de ora. Aures .n. vel animus aurium nuncio naturalem quandam in se continet vocem omnium mensionũ. Uer. Nos tumidũ sub te permensi classibus ęquor .i. euecti: vt inquit Ser. Remetior rursus metior. Idem. Arma deosq; parãt comites; pelagoq; remenso: Improuisi aderunt.

¶ Meto is: messui. ssum .i. seco. Et tã de vua & aliis reb⁹ q̃ de segetibus dicitur. Uerg. Postremus metito .i. vindemiato. Hiero. ad Helio. Ecce bis acutus gladi⁹ ex ore regis procedẽs obuia quęq; metit. Lac. li. v. Qui virilia sua ferro metat. Huius cõposita sũt demeto: quod est deorsũ meto Colu. li. ij. Istud deinceps pręcipiendũ habeto: vt demessis segetibus iã in area futuro semini consolamus. Catul: Sole sub ardenti flauentia demetit arua. Emeto extra vel valde meto. Hor. i epi. Emetit orcus grandia cũ paruis non exorabilis auro. Pręmeto ante seco. Fest. Pręmetiũ quod prělibationis causa pręmetitur. Et habent pe. cor

¶ Metys purgamentũ cęrę: ex quo partem aluei priorẽ apes illinunt..

¶ Metropolis pe. cor. quasi mater ciuitas. Nam μητηρ mater πολισ ciuitas. hoc est cęterarum vrbiũ caput metropolitani qui ex ea ciui. oriundi sunt

¶ Metropolites pe. p: metropolitanę ciuitatis põtifex

¶ Metrum mensura. Et quoniã mensuratur vers⁹ a nostris dicũr metra. Definitur metrũ q᷑ sit connectio quędã atq; ordinatio pedũ ad delectationẽ auriũ iuncta. Hinc fiunt p compositionem monometrũ: quod duobus pedibus constat. Dimetrũ quod quattuor. Trimetrũ quod sex. Tetrametrũ quod octo. Pentametrum quod decẽ Hexametrum quod duodecim.

¶ Metricus. a. um. pe. cor. quod ad metrum pertinet vt ars metrica vatis..

¶ Metreta pe. p. genus vasis quod conficitur ex duob⁹

¶ Metrodorus pe. p. mensurę donum vel mensuratũ donum. Quo nomine dictus est pictor: & philosophus atheniensis

¶ Metuo is. metui. a quodã motu animi dicitur: vt inquit Uar. Cũ id quod malum casurũ putat mẽs refugit cuiq; vehementius in mouendo vt a se habeat foras fertur formido appellatur. Et proprie metuere seruorũ est vereri liberorũ. Ci. in Cato. Metuebant eum serui. verebantur liberi: charum omnes habebant. Quęrit Ari. in pblematis cur tremũt qui metuunt? An propter refrigerationẽ. Deficit enim calor atq; contrahitur. Hinc Uerg. Gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor. algor: & sitis prouocatur. Testiculi contrahuntur. dentes crepitant & arietantur.

¶ Metus us: timor. & est sicut Ulp: scribit de instanti vel futuro periculo mentis trepidatio. Et tã actiue q̃ passiue sumitˀ. Nam metus hostiũ recte dicitur: et cum timẽt hostes. & cũ timentur. Capitur interdũ metus pro religione: qsi vt docet Ser. nata est per timorẽ. Uergilius libro. vij. Multosq; metu seruata per annos. Huius diminutiuum est meticulus

¶ Meticulos⁹ a meticulo diminutiuo significat timidũ. Plau. i. mus. Nescis q̃ meticulosa res sit ire ad iudicem

¶ Meuania ciuitas vmbrię inclyta Propertio alumno eiusq; amenuantes populi.

¶ Meus. a. um. pronomen possessiuum: vt meus ager Cum vero dico. meus sum, perinde est ac si dicerẽ meę potestatis sum. Pers. Postq; me⁹ a pręto re recessi. Aliquando cũ meus: tuus substantiua sũt. Uer. li. iiij Dulceisq; meorũ reliquias. Et li. iij. Capedona extrema tuorum. Teren. in phormi. Ego meorũ solus sũ meus. Me⁹ carnifex .i. qui me torsit. Idẽ in an. Meus carnifex. Meũ est. hoc est mei officij ẽ. Sic tuũ, suum, nostrũ & vestrum officium est.

¶ Mica puluisculus ille qui in arena quasi argentum fulget: a quo & panis & omniũ rerũ frustula quę tractantib⁹ nobis aliquã rẽ inde emicant. Ergo minutias rerũ micas dicimus quasi minutim cadentes. Unde est illud. Nam et catelli comedunt de micis quę cadunt de mensa dominorum suorum.

¶ Micare proprie est subinde & per interualla vt micę faciunt fulgere. Uergil. Micat ignibus ęther. Et quoniam talis quędã variatio dũ digitis sortimur apparet: p trãslationem micare capitur pro digitis sortiri. Uar. Micãdum erit cũ greco vtrũ ego illius numerũ an ille meum sequatur. Et Ci. Eũ virum bonũ appellat qui cũ possis in tenebris micare. Et quia splendor tremulus est. & crebro salit factum est vt quandoq; pro salire ponatˀ. Uerg. Emicat curialus. Quia vero hoc per vices fit micare capimus pro eo q᷑ ẽ per vices mouere & sine ordine. Idẽ li. iij. geor. Et linguis micat ore trisulcis: Huius composita sunt dimico. emico. extra splendeo. Plau. Ex oculis quasi radij emicant solis. aliquando extra salio. vt emicat eurialus. Intermico inter vel in mediũ mico Aug. li. ix. ciui. dei. Id quoq; velit in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidũ intermicare. Promico extendo v[…] longe iacio splendeoq;. Neuius. Si quid loqui vis non perdocere. multa longe promicanda oratio est. Et in hymno, pellantur eminus somnia ab ęthere Xps promicat. Et habent pe. cor

¶ Micturio is. pe. cor. Similiter & mictito as. Uide i dictione mingo.

¶ Micros latie paru⁹ dicitur: a quo multa fiũt cõposita.

¶ Microcosmus paruus mundus. κοσμοσ enim mundus dicitur.

¶ Micrologus pe. cor. paruus sermo, vel parua ratio. Utrũq; enim logos significat micrologia sedulitas quouis modo acquirendi cura rerum vilium.

¶ Micropsychos pe. cor. pusillanimus. Nam ψυχη anima. micropsychia pusillanimitas

¶ Midas nomen regis phrygum qui cunctorum pene regum opes pecunię abundantia antecessit.

¶ Migale genus animalis rapacis & ingluuiosi: de quo in leuitico

¶ Migro as. ad habitandum eo. Li. li. i. Et romã inde frequenter migratum est a parentibus maxime & propinquis raptarum. Interdum sine apposito. Cice. li. vi. de rep. Anteq̃ ex hac vita migro conspicio in meo regno & his tectis: Pub. Cor. Scipionem. Huius composita sunt commigro. quod est in totum migro. Hier. ad Dama. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinẽ commigraui quę Syriam iuncto barbarię fine determinat. non possum sanctum domini tot inter iacentib⁹ spatiis a sanctimonia tua semper expetere. Ter. i and. Ex andro commigrauit huic vicinię. Demigro de loco discedo. Liui. libro. i. Cum hostes adessent pro se quisq; in vrbem ex agris demigrant. vrbem ipsam sepiunt pręsi

dijs. Emigro exeo. Ces. Ut domo emigrent aliud auxilium alias sedes remotas a germanis petant. Immigro eo ad inuo habitandum. Ci. li. i. Tus. Neq; ea plane videt animus cũ tã repentem tam insolitũ tanq; perturbatũ domiciliũ imigrauit. Remigro in pristinũ domicilũ reuertor. Idẽ ibi. In nostrã domum remigrem⁹ Transmigro vltra ad habitandũ eo. hoc est in longioris loci habitationẽ muto. Hiero. super Mat. Expellentes de Iudea: vt ad gentiũ propriam transmigrarent Et habent pen. cor.

¶ Miles gen⁹ cõ. prop. ille qui pedes militat a militia. i. a duritia: quã pro repub: sustinet dictus: aut a multitudine: aut a malo quod arcet. aut a mollitie per contrarium: eo quod nihil molle: sed potius asperũ q; gerat: vel a mille: quasi millesimus quisq; q; triũ milliũ prius legio fiebat: & singulę tribus tatientiũ ramnuũ: lucerum mille milites mittebant. Tria autem sunt militum genera. vt Inquit Ser. Euocati qui non milites sed pro milite erant. Uer. Mittitur ac magni venulus diomedis ad vrbem. Salustius. Ab his omnes euocatos cẽturiones. Tumultuarij: qui necessitate aliqua electi ad vnum dũtaxat bellum militant. Uerg. Simul omne tumultu coniurat trepido latium. Sacramento religati: qui post electionem in remp. iurabant. quod militare sacramentum dicebatur: hi plenam militiam habebant: erantq; quinq; & viginti annis obligati: vt est apud eũdem. Fas mihi graiorum sacrata resoluere iura.

¶ Militonis idẽ quod miles: vnde et commilito qui simul militat: hoc est socius est in bello: hic commilitium ipsa belli societas

¶ Milito as. militiam exerceo: neutrum est: vt hic sub Cęsare militauit. Et ablatiuo tantum construitur cum precium exprimitur. Curti. Grecis mercede apud Persas militantibus. Inuenitur & militor deponens

¶ Militia ę. quandoq; bellum: quandoq; rem militarẽ significat.

¶ Militaris & hoc militare: quod ad milites pertinet: vt militaria dona: res militaris: militaris ars. Salust. Premittit illis homines militares. Militaris via: quę vulgo cõmunis dicitur. Alio nomine regia seu consularis: pretoria. platea ve: Uide in dictione publica via

¶ Militariter aduerbium significat more militum: vel more militię.

¶ Miletus pe. pro. vrbs fuit in finibus Ionię & Carię: auctore Herodoto: a Neleo ędificata. Hanc generosa vellera nobilitarunt: vnde prouerbium mãsit

¶ Milesia stragula. Mar. Nec miletos erat vellere digna tuo. Hęc antea anactoria nominata super octoginta vrbium per cuncta maria genitrix vbi oraculũ fuit ãtiquitus brancidarum appellatũ postea apollinis didymei. Ab hac milesij populi dicti sũt: qui cũ pri⁹ potẽtes essent & opulenti delitiis dediti: opes & potentiam amiserunt. Ex mileto fuere viri memoratu digni: Thales vnus ex septem sapientibus qui primus philosophię ac mathematicę auctor inter grecos ẽ habitus. Et Anaximander eius discipulus Anaximenes hecateus qui scripsit historiam. & Aeschines orator: non ille qui cum Demosthene contendit: Sed alter qui assumpta nimia erga Pompeium licentia pariter in exilium missus ẽ. Hic & Thimotheum musicum ortum ferunt: et Pittacum philosophum.

¶ Mille substantiuum & neutri generis. Declinaturq; hoc mille: huius mille: hec millia: horum millium Ideo q; genitiuo iungitur. Cice: in Anto. Quis vnq; in illo inuentus est: qui. L. Antonio mille nũmũ ferret expensum quadrigarius. li. iij. annalium. Ibi occiditur mille hominũ. Uar. li. vij. Rerũ humanarũ plus mille & centũ annorũ est. Reperitur apud Lucil. li. ix. Tum milli nũmum potes vno querere centũ. vno milli pro mille: ac si diceret potes mille nũmis acquirere centũ millia. Plau. in mili. qui mille annorum perpetuo viuũt. hoc est quod greci X·λ·Λας vocant aliquando mille adiectiuum est: et tũc dicimus mille homines & mille propugnacula: nec licet millia homines: quia substantiua non cohęrẽt sine copula. Dicimus tamen decem millia & ducenti homies quod ita intelligitur decem millia hominum & ducenti homines

¶ Milliari⁹ rij. mille librarum. Unde capri milliarij apõ Col. Dicebantur mille librarũ qui apponebantur in cęnis romanorũ. Senec. li. xxi. Epi. Nõ magnã rẽ facis q; viuere sine recto apparatu potes q; non desyderas milliarios apros nec linguas phœnicopterorum & alia portenta luxurię iam tota animalia fastidientis.

¶ Milliarũ mille passuũ spatiũ: quod & milliũ dicit. huius octaua pars stadiũ vocatur. passus ex quinq; pedibus: & singuli pedes ex sexdecim vncijs constant. milliarium etiam dicitur vas ad coquendum accõmodatum. Cato de re ru. Inter orbem & milliarium vnum digitũ interesse oportet Palladius lib. vi. Uas ęneum milliario simile. i. altũ & augustũ vespere inter aluearia collocemus: & in fundo eius ponamus lumen accensum. Et milliarium colũna aurea in capite fori Romani: in qua incisę omnes vię Italię terminabantur. Et hoc milliarium Plynij Tranquilli Plutarchi: atq; taciti monumentis celebratur. In alio significatu accipitur milliarensis porticus: & porticus milliarię

¶ Millepedia vel millepedia genus vermiculi qui multo pedũ agmine scatet inquit Hieronymus contra Iouinianum. Coge cyrum aphricũ & arabem: vt vermes ponticos glutiat: ita eos aspiciet vt muscas milepedas et lacertos.

¶ Milies aduerbium est: vt millies te vidi. sic decies: centies & huiusmodi

¶ Milium genus frugis: a mille dictũ propter multitudinẽ acinorũ. Mar. Frumentum miliũ ptisaramq; fabã solebas: Et milliũ siue milliarium milliare dicitur. Liuius libro. x. Alio itinere ad stationẽ nauium. Millia autem quattuordecim ab oppido aberant.

¶ Milium indicium est quod indocti milicham vocant quod constat ex India aduectum, huius culmos lobas vocant.

¶ Miliaria auis dicta est: q; milio pinguescat.

¶ Millus collare canum venaticorum factum ex corio multis clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Scipio Aemylianus ad populum. Nobis (inquit) reiq; publicę presidio eritis quasi millus cani. Dictus millus a multitudine clauorum. hoc ẽ a mille clauis vel quasi melinus: q; ex pelle animalis melis fere hęc collaria fiant. Uar. Ne vulnerenter canes a bestijs iponũtur his collaria quę vocantur Melium. i. cigulum circũ collum ex corio firmo cum clauis capitatis

¶ Milo proprium nomen viri romani a quo milonian⁹ miloniana milonianum vt oratio miloniana Fuit ali⁹ hoc nomie athleta crotoniensis: qui taurum i olympico certamie ictu nudę dextrę occidisse dicitur: & sine fatigatione stadij spatium supra humeros portasse: totumq; eo die comedisse. Est et milo nomen montis Indię i quo homines aduersis plantis nascuntur octonos digi=

to sin singulis pedibus habentes

¶ Miluus ⁊ Miluius vtroq; modo dicitur auis rapacis
sima a molli volatu vt quibusdã placet. Uel factitio no=
mine a voce quam facit. Oui. li. tertio fas. Juppiter aliti
bus rapere imperat: attulit illa Miluius; ⁊ meritis ve=
nit in astra suis. Ab huius auis similitudine piscis mil=
uius dicitur subiens in sũma maria ⁊ vadando aliorum
piscium prędã agens: Ponitur ⁊ pro stella in quã cõuer
sus dicitur. Unde Ouidius eodem libro. Stella lycha
oniam vergit decliuis ad arcton Miluius hęc illa no=
cte videnda venit.

¶ Mimas mons minoris asię. vbi sacras certamina quo
tannis fieri baccho consueuerunt Suidas. μιμασ οροσ
θρακησ. τεκλιυεται μιμαυτοσ τεπερι τουτου καλλιμα
χοσ εμ τοισ υμνοισ.

¶ Mimallones. Bacchę mulieres. a. mima Jonię mõ
te vel mimiomę verbo gręco quod imitor significat: q
Liberũ patrẽ imitarentur: ⁊ ad eius imitationem cor=
nua ferrent. Hinc mimalloneus .a.um. Persius. Tor=
ua mimalloneis iplerunt cornua bombis Hę quoq; bas
sarides. ⁊ thyades ⁊ ogygides vocatę sunt

¶ Mimus: effictor latine qui vel intra: vel extra scęnã
gesticulationes exercet: imitaturq; dicta factaq;: mores
ve hominũ ⁊ naturas quasi solus imitetur a μιμεομαι vt
diomedes inquit quod significat imitor. Histrio vero p
sonatus in scęna comœdias ⁊ tragœdias voce ⁊ corpo=
ris gestu agit Mimi etiã dicuntur poemata sine reuerẽ
tia lasciuiã imitantia. nã cũ ⁊ alia poemata idẽ faciant:
solus tamen laberius poeta quasi quodã priuilegio qd̃
fuit commune possedit. Hanc fabularũ speciẽ latini vo
cant planipediã. Oui. Scribere si fas est imitantes tur
pia mimos. Huius poematis scriptores dicuntur. Mi=
mographi: vt phylistio: vt publius. vt laberius Sue=
to. in Cęsar. Decius laberius eques romanus mimum
suũ egit. A mimus fit mimicus. a. um. sicuta satyrus. sa
tyricus. Aug. libro quinto ci. dei. Et quasi satyrica vel
mimica leuitate cohibeant suas nugas..

¶ Mina: gręce mna: libra genus ponderis siculos lx. ha
bens qui faciunt obolos mille ducentos. Et habet mĩa
libram vnã ⁊ semũciã. ⁊ sunt solidi lxxv. Pus. Libra vel
mna graia dragmas habet. lxxv. Accipite pręterea pa=
trio quam nomine graij: mnã vocitant: nostriq; minam
dixere priores. Jtem mina dicitur ouis quę habet ven=
trem glabrum..

¶ Minę arũ. comminationes ⁊ metus incussiones per v
ba aut signa: ⁊ primã corripit. Sed pro pondere primam
producit. quandoq; etiam dicuntur eminentię quas pi=
nas vocant Uir. Pendent opera interrupta minęq; mu
rorum ingentes.

¶ Minor minaris: minas infero. Et plęrunq; accusati=
uo iungitur. Cice. in tus. Cui cũ Lisymachus rex cru=
cem minaretur. Et minari eminere est. Uirgilius. Ge
minique minantur in cęlum scopuli. Composita huius v
bi sunt comminor ⁊ interminor: quę habent penultimã
correptam.

¶ Mino minas duco. Festus Agasones equos agẽtes
idest bene minantes. Hiero. Minauit gregem in inte=
riora deserti. Apud antiquos etiam pro minor ponitur
a quo minito. as. vt docet Priscianus

¶ Minitor sępe vel ipetuose minor. Plau. in asi Cur er
go minitaris te tibi vitam esse amissurum

¶ Minax qui frequenter minatur Uirgilius libro ter=
tio Ge: Primus ⁊ ire viam ⁊ fluuios tentare minaces.
Audet ⁊ ignoto sese cõmittere ponto. Hinc Minaciter
Liui. libro secundo. Minaciter fremunt.

¶ Minerua disciplinarũ dea: quę gręce pallas dicit. Et
a minando dicitur quasi vim minetur. Aut a minuen=
do vt inquit Cicero. Uel q bene moneat. Hanc paga=
ni pro sapientia ponebant. Cornificius q fingatur pin
gaturq; militaribus armis. Hęc Ogygij temporibus
ad locũ qui Tritonis dicitur vt scribit Augustinus.
Uirginaliter tur apparuisse ętate. De hac etiam in di=
ctione Pallas

¶ Minos. cretensis rex qui primus cretensibus legẽ de
dit. Hic cũ haberet vxorem pasiphaẽ: et illa ex tauro ge=
nuit minotaurũ: dędalũ q bouem ligneũ fabricasset sub
qua latens cũ tauro vxor concubuerat persecutus siciliã
peruenit: vbi a Cocali regis filiabus interfectus fuit
vt Ari. refert iuxta Camerinã vrbẽ ⁊ apud inferos iu=
dex animarũ factus est. Uirg. Quęsitor minos vrnam
mouet A minos fit minoius minoia minoiũ possessiuũ
vt minoia regna. quo pacto aũt iudex habeatur infero=
rũ propter iustitiam non video: cũ violator fuerit hospi
tij ⁊ raptor ganymedis ⁊ multa: alia cõmisisse dicatur a
vera iustitia non parũ abhorrentia. vnde Suidas. και
τομ γαυυμηδημ θεασ αμενοσ ερωτι αυτο εσχετο ελκε
λευσαμενοσ δε. τοισ κρυσιμαρπασασ τομ παιδα ενε
θετο εισ τημ ναυμ

¶ Minotaurus ex minoe ⁊ tauro dictio composita. mõ
strum biforme de quo Uirg. libro sexto. ęneidos ad pri.
Hic crudelis amor tauri: suppostaq; furto Pasiphae:
mistumq; genus: prolesq; biformis: Minotaurus inest
veneris monumenta nefandę. Hic labor ille domus: et
inextricabilis error Magnũ reginę: sed enim miseratꝰ
amorẽ Dędalus ipse dolos tecti: ambagesq; resoluit.
Cęca regens filo vestigia. Tu quoq; magnã partem
opere in tanto (sineret dolor) Jcare haberes. Bis cõa=
tus erat casus effingere in auro Bis patrię cecidere ma
nus: quin protinus omnia Perlegerent oculis ⁊c. vide il=
lic Seruium

¶ Minus fluuius hispanię a colore pigmenti. quo pluri
mum exundat.

¶ Mincius. venetorũ fluuius ex benaco lacu defluens
alium prope mantuã lacum efficit. inde effluit in padum
torrentibus maximus efficitur..

¶ Mingo mingis minxi mictũ. vrinã facio. Unde ⁊ per
mingo. Hora. Hunc perminxerunt calones atq; cabal=
li Mar. Jncipit in medios meiere verba pedes. Hinc
micturio et mictito as. quod est sępe mingo. Priscia mi
ctum micturio ⁊ mictito.

¶ Minus quandoq; comparatiuum est a paruũ neutri
generis sicut minor mas. ⁊ fœ. vt plus minusve: Aliquã
do a parũ fit non a paruũ vt habeo minus pecunię. quã
doq; aduerbiũ est quod si positiuo, iungatur contrarię
significationis comparatiuũ demonstrat: vt minus stul
tus idest prudentior. minus prudens idest stultior. Te
ren. in eu. Hoc nemo fuit minus ineptus: idest aptior.
Frequenter etiam accipitur pro non. pręsertim coniun=
ctũ cũ sin. ⁊ cũ quo quando significat vt: vt in minꝰ id=
est si non quo minus vt non. A minus nomine fit super
latiuum minimũ. A minus aduerbio fit sup. minime.

¶ Minusculũ dimi. a minus. Uar. Et hoc auario vt su
matur idoneꝰ excudãtur in minusculũ auriũ

¶ Minuatim aduerbium a minus: quo modo a paulũ
paulatim. Augusti. interpretatione ps. Deus vltionũ.
minuatim ponas sed cumulum inuenies.

¶ Minimũ superlatiuum aduerbium est: minime vero
negatio est quasi nequaq;: vt minimum doctus qui pau

xillū est doctus. At minime doctus qui prorsus indoct⁹
est. Cicero libro primo officio. minimeq; artes hę pro-
bandę quę ministrę sunt voluptatum. Aliquando habz
vim superlationis non negationis. Cicero libro primo
officiorū. Omnis adhibēda erit cura vt ea zc. Minimū
etiam pro aduerbio ponitur: vt sit quasi ad minus. Var
ro. Harum singula genera minimum in binas species
diuidi possunt Sic minime sumitur. Col. libro primo.
Lata bubilia esse oportebit pedes decem vel minime
nouem quę mensura z ad procūbendum pecori z iuga-
rio circueundum laxa ministeria prębeat.

¶ Minime gentium aduerbium pro eo quod est omni-
um gentium iudicio minime ꝗ esse faciendū: Alias po
nitur pro minime vt sit superuacua adiectio gentium si
cut Vbiq; gentium quod est vbiq; nusq; gentium hoc ē
nusq; siue nequaq;.

¶ Minuo minuis. minui minutum. minorem reddo.
Plynius Radix commanducata dentium dolorem mi-
nuit. Huius composita sūt. Comminuo quod est simul
in frusta diuido. Lactan. Frangebat ipse panem minu
tati: carnemq; piscium comminuebat z vtraq; in mani-
bus eius augebantur. Diminuo diuersę minuo. Terē-
tius in eunu. Diminuam ego hodie caput tuū nisi abis.
Imminuo zc.

¶ Minutum participium z nomen esse potest. Partici-
pium significat cōminutum: hoc est minus factum Nō-
men idem est quod breue. Cicero. Reticulum ad nares
admouebat tenuissimo lino: minutis maculis plenū ro
se. Aliquando ponitur pro obscuro.

¶ Minutatim significat imminutissimas partes. Lac-
tan. Panē minutatim frangebat. Nam autem Varro.
pro paulatim dixit. lib. primo de re rus. Nā ita ad fugien
dum vt minutatim assuefaciant z vt tyronē cū vetera-
no adiungunt. Imitando. n. facilius domātur.

¶ Minutim etiā aduerbium. in minutas partes signifi
cat. Col. libro quīto: Insequitur deide fossor q crebris
bidentibus ęqualiter z minutim soli terga cōminuat

¶ Minutia: contemptibilis paruitas cuiuscūq; rei. La
ctanti. de ira dei. Hęc inquit per inane requietis moti-
bus volitant z huc atq; illuc feruntur sicut pulueris mi
nutias videmus in sole cum per fenestram radios ac lu
men immiserit

¶ Minutia etiam dicta est porta Romę a minutio: qm̄ mi
nutij sacello proxima esset. Et minutia virgo vestalis q
propter suspitionem stupri viua defossa est.

¶ Minutal: genus edulij quod ex concisis minutatim
holeribus fit

¶ Ministro. ministras. seruio porrigo pręparo Plau in
cur. Tu tabellas consignato hic ministrabit: idest serui
et. ego edam. Gel. libro secundo. Idq; facile factu dixit
quoniam filij sua pocula in conuiuio regi ministrarent.
Huius composita sunt administro quod vario modo
ponitur. Col. in pręfa. Ut his tantummodo diebus vr-
bane res agerentur. reliquis administrarentur rusticę.
idest curarētur idem libro quarto. Quia maior pars pa
tationis per id tempus administratur. i. agitur quo vi-
tis neq; solum notabile gerit. Aug. libro septimo con.
Sapientia mentes idigentes illuminans nullo idigēs
lumine qua mundus administratur vsq; ad arborū vo-
latica folia: idest gubernatur. Hier. Ad minores artes
veniam z quę non tam lingua ꝗ manu administrantur
idest exercentur. Subministro subseruio subporrigo.
Lactantius lib. quinto. Victum subministrat: quietem
somni dulcissimam tribuit.

¶ Minister qui seruit. a quo ministerium fit.

¶ Ministerium proprie ministri opera est ꝗuis z p omi
ni operatione poni consueuerit: vt de rege latino. Vir-
gilius. Mœstusq; refugit fœda ministeria. aliquando po
nitur pro ministris. sicut seruitia pro seruis. Paul. iure-
consultus ait. Vrbica ministeria dicimus etiam quę ex-
tra vrbem nobis ministrare consueuerunt.

¶ Minthos stercus simulq; significat.

¶ Minthe mons vt scribit Strabo dictus a plut. pelli-
ce quam proserpina in herbam Metham mutauit. Huic
pluto donum amoris petenti virile membrum tradidit
quod a se mentulam nominauit. Sed vt Plynius inqt
menthę nomen suauitas odoris dedit: greci mintam
nominauerunt

¶ Minturnę oppidum in campania habens propiquas
paludes in quibus marius delituit fugiens persecutio
nem Syllę.

¶ Minyū dicitur id quod a multis Cinnabaris vocat
cum proprie Cinnabaris sit sanies draconis morientis
elephantorum pondere elisi vtriusq; animalis sangui-
ne permisto. Nostri rubicam dicunt minyū. Cicero ad
atticum. Cera iquit z minyo siue quod idem ē cęrā mi
nyatula notare Foditur minyum ex gleba subrufo co
lore. z vitiatur admista calce.

¶ Minyarię loca e quibus foditur minyum: sicut aura
rię z argentarię. Et minyaria dicuntur metalla venęq;
in quibus conficitur minyum

¶ Minyacius a um. quod est ex minyo. Vict. libro se-
ptimo: parietes pasi i expolitione minyacia expoliebāt

¶ Minyo as. minyo tigo. Ply. A cēsoribus in primis
iouem minyandum locari. Unde z minyari libri dicun
tur cū litterę maiores versicoloribus fiunt.

¶ Miror miraris: proprie significat re aliqua tanꝗ no-
ua obstupescio Virgilius. Artificumq; manus inter se
operumq; laborem miratur. Et mirari est cum volupta
te intueri. Idem. Seu quis olympiacę miratus pręmia
pugnę. Item mirari est nescire. quia vt Do. inquit ad-
miratio ab ignorantiā descendit Plau. Ne quis mireb
qui sim paucis eloquar. Teren. in. An. Miror vnde sit.
Sed cum dicimus ego miror me: miraris te miratur se.
Tunc mirari significat placere. vt de se magnifice sen-
tire. Mar. Qui se mirantur in illos. Construitur hoc ver
bum cum accusatiuo. cum datiuo z cum genitiuo. Virgi
lius. libro. xi. ęneidos. Iustitię ne prius mirer belli ne
laborum. quandoq; absolute ponitur. Ouidius lib. de-
cimotertio me. Dumq; moror miror q; simul fugit om-
nis in vndas. Huius composita sunt Admiror quod ē
stupore afficior seu fixe aspicio. Lactantius. libro sexto
Qui ad alienam fœlicitatem non attollat oculos opes
non admiretur. Aliquando admirari. est venerari. Vir
gilius. Ille operum custos illum admirantur: z omnes
circūstant. Demiror. Emiror valde miror. Terenti. in
heau. Id emirari te simulator Immiror suspecto seu ve-
hementer miror vel magnifacio. Cicero. libro primo. of
fi. Cum persuasum sit nihil hominem nisi honestum de
corumq; sit: aut immirari: aut optare: aut expetere
oportere.

¶ Miro miras eiusdem significatiōis. Var. i eume. hos
pes qd miras. Ambr. super luc. Non vocabulo sectę de
spicias quem verbi interpretatione mirauerit

¶ Mira dicuntur miratione digna. Plautus in Am:
Enimuero illud pręter alia mira miror maxime si hęc
habet pateram illam. Hinc permirus permira permi-
rum penultima producta Cicero Apio. pul. Illud ve-

ro mihi permirum accedit tantam temeritatem fuisse in eo adolescente. Apud veteres mira pro monstris atqꝫ horrendis sumuntur. Plau. in Am. Nimia memoras mira. Virgilius autem miracula dixit geor. iiij. de Proteo canens. Omnia commutat sese in miracula rerum. Hinc mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Varro. Nunquid hoc mirius.

¶ Mirum in modum: ꝛ mirandum in modum: id est in maiorē modum quasi intra rationem. Plau. in am. vterqꝫ deluditur dolis mirū in modū. Cicero metello. Marcellum tuum consulem factum teqꝫ ea letitia esse affectum mirandum in modum gaudeo.

¶ Mirificus mirifica mirificū quod est mirabile. Cicero. in Cato. mirificos fructus afferunt. Hinc superlatiuum mirificissimus. Ter in pho. Quidnam arbitraris nescio Atqui mirificissimū. s. facinus.

¶ Mirifico as. mirabilem facio. Plau. i am. Et q̄ adeo thebani ciues modo miro mirificant probaui.

¶ Miraculum dicitur quicquid admirationem afferre potest quasi sit contra naturam. ꝓpter quod veteres miracula pro monstris posuere. Liui. libro secundo Adiiciunt miracula huic pugnę silentio proximę noctis ex sylua arsia ingentem auditā vocem Hinc Acti⁹ personas distortas oribus deformes miriones appellat.

¶ Mirabile: quod est admiratione dignum. Cicero. li. iij. officio. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut prę stātius. Hinc mirabilitas pro stupore Idē in eodē. Ergo ꝛ hęc animi despiciētia mirabilitate magnā facit

¶ Mirmillones erant pugiles se ad duellum prouocātes. Nam digladiantium alter retiarius. alter mirmillo appellabatur. Festus: Retiario inquit pugnanti aduersus mirmillonem cantatur. non te peto piscem peto quid me fugis galle Quia mirmillonicum genus armaturę gallicū est ipsiqꝫ mirmillones ante galli appellabātur vt quorū galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnę institutum est a pittaco vno ex septem sapientib⁹ q̄ q aduersus phrinonem dimicaturus propter controuersias finium quę erant inter atticos ꝛ Metyleneos rete occultę allato impediuit phrinonem:

¶ Misanthropos penultima producta. osor hominum. qui homines odit qui fugit hominum congressus μισοσ enim odium και ανθρωποσ homo est. Misogyneia odiū mulierum quale fuit i Euripede tragœdiarum scriptore qui mulieres fere omnes in maiorem modum exos⁹ fuisse dicitur.

¶ Misceo misces miscui. mistum per s non autem per x confundo ꝛ sine ratione perturbateqꝫ facio. Virgilius. Interea magno misceri turbine pontum. Quandoqꝫ miscere est potum ministrare tractum a commistione calidę ꝛ frigidę. Iuuena. Nescit tot milibus empt⁹ pauperibus miscere puer Huius composita sunt admisceo quod est ad aliquid misceo. Lactanti. libro sexto. Idē etiam mares maribus admiscuit: ꝛ et nefandos coitus contra naturam: contraqꝫ institutum dei machinatus ē Commisceo simul misceo. Hieronymus Quo aperto dum in mutuos cōmiscentur amplexus proprijs se salutauere nominibus Emisceo. Col. libro octauo. Nam facillime porci euaserint haram emiscent se. Immisceo intus misceo. Col. libro secundo. Secundum deinde qd̄ homines faciunt si ꝛ alijs vitę purgamentis immisceatur cū per se naturę est feruentioris. Et idcirco terram perurit. Intermisceo in medio misceo. Aug. Nulla porro doctrina falsa est quę non aliqua vera intermisceat.

Permisceo. valde misceo. Idem. Vera ergo simul inordinate permista in vna disputatione hominis tanq̄ in vnius colore corporis apparentia significant leprā. Promisceo. Unde promiscuus promiscua promiscuū. Sallu. Diuina atqꝫ humana habere promiscua: nihil pensi atqꝫ moderati habere.

¶ Miscellania a mistura indiscreta rerū dici significare videtur. Gel. libro vltimo cum ait. Quia variam ꝛ miscellaneam ꝛ quasi cōfusaneam doctrinam cōquisiuerūt eo titulos quoqꝫ ad eam sententiam exquisitiores indiderunt. Apul. tamen in meta. Miscellaniam turbā confusam velut ex colluuione omnium gētium his verbis accipit. Nec mora cum varia irruptione patefactis pedibus magistratibus eorum qui ministris turbę miscellanię cuncta amplexa. Hic quidam opera sua miscellanea inscripserunt in quibus varijs de rebus tractatur Var. Miscellum vocat columbarum genus quod nec agreste est nec domesticum sed ex vtroqꝫ temperatum. Et has columbas Bergomates nostri cornarolos appellant. Item miscellę vites. quę in omni agro conueniunt. qꝫ ceteris vbiqꝫ vtiliter misceantur.

¶ Misach vnus ex tribus pueris de quib⁹ Daniel in ꝓphetia ait. ειου ουρ αν Δρεσ ιευ Δαιοι ουσ κατεστησασ επι τα εργα τοι Χωρασ βαβυλονοσ σιΔραΧ μισ αΧαβε Δεναγο.

¶ Miser flebilis calamitosus. Cicero. O miserum atqꝫ infœlicem hunc diem. Interdum dicitur ęgrotus. Nā ęgritudo genus est infœlicitatis. Plau. Miseram esse prędicat buccam: sibi fortasse medicos non esse putat. Interdum innocens. Cicero. pro Milone. Miseros interdū ciues optime de repu. meritos. Inuenitur etiam pro interiectione dolentis positum. ac si diceremus nefas Virgilius. Cecropidę iussi (miserum) septena quotānis Corpora natorum.

¶ Misere aduerbium. infœliciter. Cicero Neqꝫ moueretictus desiderio non possum qui tā misere perijt. Quādoqꝫ significat valde. Teren. Eam misere amat

¶ Miserabiliter eiusdem significantię est. Hierony. ad Augustinū ꝛ Alepiū neptis vestra paula miserabiliter precatur vt memores eius sitis ꝛ multū vos salutat

¶ Miseriter idē quod miserabiliter. Laberius mens i corrupta miseriter corrumpitur.

¶ Misellus: diminutiuū est a miser. Plau Censen misello mali aliquid facturum.

¶ Miseria isœlicitas. Aug. libro. confes. miseria dicitur cum quis patitur vel ęgestatem vel damnū. cum alijs cōpatitur misericordia dici solet.

¶ Miseritudo idem quod miseria. Actius qui fœlix miseritudine factus est aliena.

¶ Misereor misereris. misertus. cōstruit cū gtō Et est misereri ex alicuius miseria corde antiū esse. Habet enī passiuum affectum Lact. libro sexto. Si misertus laborantiū fueris. Veteres etiam misereo vsurpabant Enni⁹ i hecuba. Miserete man⁹: date ferrū. vt me aia priuē

¶ Miseret ipsōale simili modo passiuū affectū habet sicut misereor. Idem. Est enī miseret me illius: et misereor illius quia vtrumqꝫ significat ex illi s mi eria angorem suscipere. Ci. miseret me isœlicis familię. Virg. Si te lapsorum miseret quę munera nyso digna dabis.

¶ Miseret. ipsonale moueor misericordia. Ci. ꝓ Liga. Cauete fratrū ꝓ fratris salute p̄cātiū vos misereat Lu. crass⁹ i legis si. suasiōe. Neqꝫ min⁹ vestri q̄ mei miserebit

¶ Miseresco scis. moueor misericordia: et tam accusatiuo q̄ genitiuo iungitur. Apulleius commodum ors

nes miserescimus. Sta.lib.i.the. Et generis miserescere tui. Uirgilius ⁊ miserescimus vltro. Cuius compositum est Commiseresco. Teren.in hecy. Demum tam egre tulit vt ipsam bacchidem si adesset credo commiseresceret. Hinc miserescit impersonale cum significato sui verbi. Ter.in heau. Atq; inopis te miserescat mei.

¶ Misericordia inquit Aug. quid est nisi alienę miserię: quędam in nostro corde compassio. qua si vtiq; possim⁹ subuenire compellimur. Stoici misericordiā inter vitia animę computāt. Unde Seneca. qui se stoicorum sectę addixit. Uitium iquit animi ⁊ misericordia: nec misere bitur sapiens sed succurret. Aug.li.nono.ci.dei. Stoicorum est misericordiam solere culpare. Unde Cice.in. tertia tus. tanq̄ stoicus dixit. Si sapiens in ęgritudinē cadere posset: ⁊ in misericordiam posset ⁊ in inuidentiā Uerū in oratione pro ligario in laudem Cęsaris tanq̄ peripateticus dixit. Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior misericordia est.

¶ Miseror miseraris. ⁊ Misero miseras. apud ātiquos affectum actiuū habent: significantq; verbis aut lachrymis aut opere dolorem quem ex alicuius miseria habemus ostendere ⁊ construuntur cum accusatiuo Salu.in Jug. Eos multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat idest lamentando. Cęsar. Abditi in tabernaculis aut suū factum querebantur: aut cum familiarib⁹ suis commune periculum miserebantur idest deplorabant. Hinc commiseror a quo commiseratio quę est significatio misericordię qua ex alicuius infœlicitate mouemur cum. s. vel aspectu alicuius vel oratione: vel etiā cogitatione adducimur vt eius misereamur. Liui.lib.i. Agmen migrantium impleuerat vias ⁊ cōspectus aliorum mutua miseratione integrabat lachrymas. Cicero libro secundo ad heren. Commiserationem breuem esse oportet Misero autem pro miseror dicebant veteres vt Actius in Athamante. Atq; ita de illis merui: vt iure hęc nunq̄ miserarent mala.

¶ Miserator qui opus aliquod misericordię exhibet in eum cuius miseretur: misericors qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit Unde est illud. misericors et miserator dominus escam dedit timen tibus se. misericordia ipsa cordis ęgritudo ex miseria alicuius iniuste laborantis suscepta misericorditer aduerbium significat cum misericordia.

¶ Miserabilis miseratione dignus idest per quem alii misericordia commouentur. Ouid.in Ibin. Sisq; miser semper nec sis miserabilis: Liui.li.primo. Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit: nec q̄ acie certatum est ⁊ tectis modo diruptis alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. Idem voces etiā miserabiles exaudiebantur mulierum pręcipue

¶ Miserandus miseratione prosequendus

¶ Misenus: penultima producta mōs campanię a miseno Aenece comite ibi sepulto. Uirg. Qui nunc missen⁹ ab illo dicitur

¶ Missus missa missum. participium est significationes habet quas mitto. missus vero nomen quarti ordinis immissionem ferarum: siue ludorum aut gladiatorum in arenam significat. Sueto.in domi. In biscircensium die quo facilius centum missus peragerentur singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. Idem. Circenses frequenter etiam in vaticano commisit nonnunq̄ inter lecta per quos. missus venatione. Aliquando sumitur pro immissione ferculorum. Unde lampridius scribit hellogabalum celebrasse tale conuiuium vt apud amicos singulos singuli missus appararētur: ⁊ aliquando omnes missus sola carne phasianorū struxisse.

¶ Missile penultima correpta: telum quod manu mittitur. Unde ⁊ lapides missilia dicuntur. Et missilia dicebantur munera quę a principibus populo spargebantur: vt puta velaria linea odores. vnguenta. Sue.i.cal. sparsit ⁊ missilia variarum rerum ⁊ panaria cum obsonio viritim diuisit.

¶ Missio: non solum significat ipsum mittendi actum sed etiam dimittendi. Sueto.in Cęsa. missionem continuo efflagitauit. Huiusmodi missionum in re militari multa sunt genera. Est enim honesta quę emeritis stipendiis ab imperatore indulgetur. Est causaria quę propter valitudinis a laboribus militię soluit. Unde causarii milites dicuntur a Liuio. Est ignominiosa cum quis propter delictum sacramento soluitur.

¶ Missito missitas penultima correpta. frequentatiuū sępe mitto. Plautus in epistolis. Empta est ancilla. q̄ tute litteras ad me missitabas.

¶ Mitto mittis misi missum. secundum notam significationem gręci πεμπειν. mittere dicunt Cicero.in Cato. Hunc librum ad te de senectute misimus. Interdū mittere significat excludere. Uirg. mœstumq; timorem mittite Interdum Omittere. deponere Terentius.i. adel: Hera lachrymas mitte. Interdum Donare. Uirgilius. Hos illi quos nec bene vertat mittimus hœdos Huius composita sunt admitto Amitto. Committo Circummitto demitto. dimitto. immitto. Intermitto itromitto: Omitto: pmitto p̄mitto. p̄termitto. pmitto. Remitto. Manumitto. Submitto. ⁊ transmitto.

¶ Mitti sāguis dicitur cum fit phlebotomia Similiter sanguinis missio fit quādo quis iugulatur. Cor. Celsus libro. secundo. Mitti sanguis debet ex brachio. Idē sanguinem incisa vena mitti nouū non est.

¶ Mites teste Augustino dicuntur qui improbitatib⁹ cedunt ⁊ non resistunt malo sed vincunt in bono malum Unde ⁊ pro leni: demente ac māsueto accipitur mitis Cuius contrarium est Immittis id est asper seu crudelis. Uirgilius. Immitis achilli. Quandoq; ponitur pro tranquillo. ⁊ imitis pro procelloso et inquieto. Idē libro nono. Mitis et in morē stagni placideq; paludis. Apul. Erat enim turbidum atq; imite pelagus. Quandoq; pro maturo. Uirgilius. Sunt nobis mitia poma: Castaneę molles. Plynius. immitia adhuc ⁊ cruda poma

¶ Mitesco is. mansuesco. Plynius: Ut fere domi educatę mitescunt. Aliquando Tranquillor Apul. Consilescunt fluctus: mare mitescit. Aliquando Maturesco. Plynius. Reliquorum pomorum velocitas cito mitescentium transuolat.

¶ Mitigo mitigas penultima correpta placo quasi mitem ago. Lactan. libro. iiii. Donec rursus pœnitēna populi mitigatur liberaret eos seruitute. Et mitigare maturare est. Cice. libro quarto de rep. cūq; autumno terras ad concipiendas fruges relaxarit a fistula maturitate alia mitigauerit: alia torruerit: Huius compositum est cōmitigo de quo supra

¶ Mitra dictio barbara qua significatur quoddam capitis ornamenti genus primo apud Meonios. dein de ęgyptii syrii: phrygii et lydii: vsi sunt: Erat enim pileus incuruus q̄uis et pro muliebri corona ad ornatum capitis adolescentularum accipiatur ex qua pendebant fasciolę quę philtra dicebantur quoniam filorum instar dependerent. Hieronym⁹ in Esaia: In die

illa auferet dominus ornamentum calciamentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras et discriminalia et periscelides et cetera. Nostri quoque pontifices mitris vtuntur cum rei diuinę operam dant. Et apud grecos non solum pro ornatu capitis sed etiam pro fascia in longe modum contexta ad latera defendenda sumitur. Mitra etiam apud persas sol dicitur Sta. libro. primo the. Indignata sequi torquentem cornua mitrā

¶ Mitella diminutiuum. parua mitra Virg. Copa syrisca caput graia redimita mitella.

¶ Mithylene. es penultima producta et Mithylenę arū vrbs in lesbo. iuxta Metymnā. a cuius nomine nūc omnis insula mithylene appellatur in qua olim duę fuere nobilissime ciuitates. hęc videlicet et metymna. hāc eādem insulā pridem Lesbon dicta volunt ab vrbis nomine. quę in ea potentissima fuit Mar. Cum tibi non ephesos. nescit rhodos aut mithylene. Dictā mithylene vt Diodo. lib. vi. scribit a mithylene machari filia. hec nunc metallinum dicitur vrbs clara pyttaco ex septem sapiētibus vno et Alceo poeta. et Antimenide fratre ei⁹ et Diophane oratore et Theophane rerū scriptore. q ma gno pompeio admodū familiaris fuit. De hac scribit. Victr. libro. primo q magnificenter et eleganter ędificata fuerit sed non prudenter posita: in qua auster cū flat homines egrotāt: cum corus: tussiunt: cum septentrio restituuntur in salubritatem.

¶ Mitterin: insula vltra britanniam sex dierum nauigatione. vt lib. iiij. Ply. scribit. in ea candidum plumbū. prouenit.

¶ Mithridates. penul. correpta rex pontifuit vi magna et. corporis vt sex iuges equos regeret: quiquaginta gē tium ore loqueretur. dissidentibus romanis sociali bello Nicomedem bithynia Ariobarzanem cappadocia expulit Greciam insulasque omnes excepta rhodo occupauit sed postea a Silla apud Dardanum fusus. et a pompeio victus tandem a pharnace filio in turre obsessus venenum sumpsit. Cumque id tardius biberet quia aduersum venena multis antea medicaminibus corp⁹ firmauerat immissum percussorem gallum cito eum auctoritate vultus territum reuocauit et in cędem suam manum trepidantis adiuuit alius etiam Mithridates qui regi mithridati bruti epistolas collegit. vnde ait τασ βρουτου επιστολασ εσευμασα πολλακισ ου μονον δει ροτητοσ τεσυν τομιασ χαριν συλλα και ωσ ηγεμονικου φρονηματοσ εχουσασ χαρακτηρα

¶ Mithridaticum vnguentum Antidotum: quod ex rebus. liiij. conficitur et nunc vulgo authoris nomine vocāt mithrydatum.

¶ Mistarius: vas quo vinum aqua miscemus. Lucil. vrceus aut gemina longus mistarius ansa.

¶ Mna grece mina latine. vide in dictione mina.

¶ Mnemosine. penul. correpta memoriā significat. Catul. Mnemosynū mei sodalis id est monumentū.

M ante O

¶ Moab. arabię ciuitas quę et Arepolis nominat. Quo etiam nomine vocatus est filius Loth. a quo moabitę. Vocatur autem moab ex nomie vrbis et regio. porro ipsa ciuitas quasi proprium vocabulum possidet Rabbat moab .i. grandis moab..

¶ Mobilis qui facile mouetur a quo mobilitas Virgili. Quo non aliud vel ocius vllum mobilitate viget Quorum contraria sunt immobilis et immobilitas.

¶ Modus proprie rationem significat idest mensu ram siue formā. Ratio vero iubet ne quid nimis: sed omnia cum moderatione fiant. Unde quomodo et quemadmo dum dicimus idest qua ratione. Et admodum pro satis quasi secundum rationem et prope modum fere quasi parum absit a modo hoc est a ratione. Et mirum in modū maiorem in modum quasi vltra rationem. Commodū aptum conueniens quasi cum modo et ratione. Col. lib. secundo. Est autem modus in siccando foeno vt neque peraridum neque rursus viride colligatur idest forma. Idē libro tertio. In quo scrobe distinauerit nuces serere terram minutam in modum semipedis ponito idest mensuram. Et modus dicitur quantitas: vt apud eundem lib. ij. Atque rursus in sole siccata et mox refrigerata recōdit in maiorē mod⁹ i horreo si minorā in vasis olearijs salsamētarijsque. Interdū mod⁹ dicit finis seu euēt⁹. Iuue Imponitque modum sapiens et rebus agendis. Virgili. libro. iiij. eneid. Sed quis erit modus. Interdū dicitur Tonus quia grecis φθογγοσ phthōgos dicitur.

¶ Modo quando habet o finalem cor. significat tempus presens vel mox preteritū vel nondū preteritū vel statim futurum. vt modo id ago Ter. modo ait modo negat modo dicebam. modo veni. modo faciam. Aliquando ponitur pro longo tempore ante. Ter. in eu. Edudū modo. Ubi. Do. Nota modo aperte pro tempore preterito dictum esse .i. edudum. Nam qui vitiauerat virginem non modo sed lōge ante vestem mutauit cum eunucho phędrie. hinc fit Quomodo Amodo postmodo. Ponitur īterdū pro dūtaxat tantūmodo. Liuius. Euentus belli minus miserabile indimicatio finē fecit q nec acie certatum est et tectis modo diruptis alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. i. solum. Itē significat qd lingua vernacula dicimus purche. Terentius in phor. Si des modo vt tacere possis. Virg. libro. iiij. Si modo quod memoras factum fortuna sequatur. Hinc et solummodo: tantūmodo: et Amodo quod significat post hac. Apule. Ut nemo me amodo tam mane egredientē solum videbit. q si producta vltima syllaba proferatur datiuus vel ablatiuus casus est a modus.

¶ Modicum. paruum ac pusillū. Apul. modico labore fatigatur. Sic imodicum pro maximo ponitur. Col. C. Licinius damnatus est quoniā in magistratu rogatione tribunitia quā promulgauerat imodica possidendi libidine transcendisset. Et modici pauci. Plau. In angiportu turba est domū modici introierunt. Sic immodicos dicimus plures mar. Atriaque imodicis arctat imaginib⁹. Proprie tamen modicum dicitur nonquomō cui aliquid sit imminutum sed quod excedat modum et modestum est et temperatum. Plau. Cui animus modicus cōtinēs expers ambitionis. Hinc modicum aduerbium significat parum. Idem ędepol id modicum curat Modice vero temperate. Idem modice sapio. Immodice nimis vel intemperate. Col. li. ii. magisque conducere agricolę frequenter id potius q imodice facere

¶ Modulus diminutiuū. a modus. et ponitur pro ipsa cōpositione et cantu qui etiam modulamen dicitur.

¶ Modestus a modico. idest temperato. Unde modestecū modo et tēperate. Teren. in phor. Anim⁹ qui modeste isthęc ferat. Uar. Non eos optime vixisse qui diuitissime vixerunt sed qui modestissime.

¶ Moderor. aris. rego: modum pono. Et tam accusatiuo q datiuo iungitur. Sal. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Plau. in cur. Lingue moderandum est. Huius cōpositū est permoderor. aū moderor. Dicit.

et modero as in eadem significatione Sal. Ubi hoc exemplo per senatus decretum consul gladium adduxerit quis illi finem statuet: aut quis moderabit. Moderator rector: gubernator. Cic. lib. i. tus. Si hec nata sunt vt platoni videtur: vel si semper fuerunt vt Aristoteli placet moderator tanti operis et muneris: sicut mente hominis quamuis eam nõ videas: vt deũ nõ vides. tamen et deum cognoscit ex operibus eius.

¶ Modestia et moderatio hunc habent ordinem q modestia fundamentum soliditas et basis ipsa virtutis est ex qua gignitur moderatio que temperat aurigatq modos in factis et dictis et ceteris talibus qua agendi officio vtuntur. Ci. li. i. ad herenn. sic modestiam diffinit q sit in animo continens moderatio cupiditatum.

¶ Modificor mensuram et modum capio. Gel. li. i. comprehensa autem mensura herculani pedis secunduz naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est: atq ita hinc collegit quod erat consequens tanto fuisse herculem corpore excelsiorem q ceteros alios: quanto olympicum stadium ceteris pari nũero factis anteiret. Hinc modificatio pro temperantia.

¶ Modulor penultima correpta mensuro siue cum mensura et nũerorum ratione compono. Gel: Scite subtiliterq ratiocinatum pythagoram philosophum dicit i reperienda modulandaq status lõgitudinisq ei⁹ prestantia. Vir. Carmina descripsi. et modulãs alterna notaui.

¶ Modius mẽsure genus duo et viginti sestertia continens: hinc semodius bimodius trimodius: et huiusmodi. Colu. lib. ii. Eadem quattuor modiis nonnunq tribus etiam duobus ac semodio iugerum occupat.

¶ Modiolus cum accentu in ante pe. diminutiuum. Et est quarta pars modii. quo etiam nomine dictum est paruum vas quadratum ad hauriendam ex puteo aut lacu aut flumine aquam. horum autem modiolorum vt est apud Frontinum de aqueductibus: alius erogatori⁹ alius acceptorius. vt multis in locis intueri licet, Uictr. Ita cum rota a calcantibus versabitur modioli pleni ad summum elati et rursus ad imum reuertentes infũdent in castellum ipsi per se quod extulerunt.

¶ Moechus: adulter greci. n. μοιχὴν moecham hoc est adulteram dicunt. Plau. in Amp. Illa illum censet virum suum esse que cum moecho est. Ponitur tamen pro quocunq inhoneste per libidinem peccãte a quo formatum est verbum moechor moecharis.

¶ Moenia. a muniendo dicta sunt veteres. n. oe. et. u. indifferenter ponebant. Et proprie dicuntur que vrbẽ cingunt. Uirg. Et moenia pandimus vrbis. Nec vrbis tãtum sunt sed etiam munitionum castrorum et aliorum edificiorum. Plau. Prohibentq moenia alia vnde ego fugar mea. hic fit submoenium quod est sub moenibus.

¶ Moereo: es. moestus. Uide in Mereo.

¶ Moesia prouicia scribitur cum. oe. diph. in ea sũt dardãi

¶ Moesi et triballi pontoq contermini scythe. De hac supra. Dictione mesia.

¶ Moga primum dicebatur: que postea Cappadocia. nunc autem Cesarea a cesare vt refert iosephus.

¶ Moguntia: oppidum Transalphine gallie.

¶ Mola. e dicta est qua veluti mole quadam frumẽtuz legumina alieq res teruntur: q eorum motu eo conie-cta moluntur. Unde mole frumentarie. mole fabarie mole olearie dicuntur. Precipuus eius vsus est in moletrina. Molas antiqui ab asinis asinarias: alias a manu manuarias. a Trudendo Trusatiles appellabant. Et latine quidem mola. grece enim μυλός. vnde Amylum sine mola factum ex tritico. In molendinis superiorem metam inferiorem catilum vocant. Et mola mandibula dicitur: siue maxilla. Hiero. in ps. Molas leonum cõfringet dominus. Item mola caro informis et inania i vtero mulieris: ferri ictum et aciem respuens que sistit menstrua vt partus. Et licet his quoq accidat que coitu vtuntur quotiens menstrua vitiosa sunt: aut semen viri ad formandum foetum debile est atq ineptuz: frequẽtius tamen his accidit que a coitu abstinent solite alias coire: quales vidue sunt. Fit enim quandoq in mulieribus tumor preter naturam et semen cum sanguine mixtum indurescit in carnem quamuis aliquando ex solo spiritu fit mola que mouetur natura tentante eam expellere De hoc Aristo: libro quarto de generatione animalium cum ex humore crudo conceptus stetit: tunc mola gignitur: idq in mulieribz merito aut solis aut maxime preterea. Mola a molito farre: dicitur far tostum et sale sparsum: q eo molito hostie asperguntur. Apud antiquos post glandes et arbuta vsus farris in honore fuit seruatum in tantum vt sacrificium non fieret sine sale et farre Uirg. Sparge molam. hinc immolo: as.

¶ Molaris substantiuum generis mas. dens maxillaris. est a mola pro maxilla deductuz nomen q cibum a ceteris dentibus confractum ipsi molunt. Et molaris est mole fragmen. Ouid. li. xiiii. me. aut comes inquit ero dixit. dextraq molarem sustulit. Sta. v. the. Uasteq sudes fractiq molares.

¶ Molaris vero adiectiuũ vt lapis molaris ex quo mola fit: hunc quidã pyriten vocant q ei insit plurim⁹ ignis quẽ pyr greci dicunt: vel a frumento qd pyron noiant. est et aliud pyritarum genus ἀπὸ τοῦ πυρός. Hoc est ab igne nostri viuum: vel ignarium lapidem appellant quoniaz clauo vel altero lapide percussũ sintillas edit q sulphure excepte aut foliis mira celeritate ignẽ trahunt

¶ Molarius. a. um: quod ad molam pertinet vt asinus molarius quo vtuntur ad molam. Cato. molariuz asinũ vnum.

¶ Molo: is: molui multum: et molitum significat mola tero. Cesar. lib. xix. Trium mensium molita cibaria sibi vnũquemq domo efferre iubent. molere etiã subagitare vt i li. Iudicum. Sampsonem clausum in carcere molere fecerũt. i. vt tradunt hebrei cum robustis mulierib⁹ eũ coire fecerunt: vt ex illo robustã prolẽ susciperent. Amb. lib. hexa: Discite o viri qui alienã permolere querit vxorem cuius serpentis sibi asciscere cupiat cõtubernium: cui etiam cõparandus ipse serpenti sit. Hor. i ser. permolere vxores nollem laudarier inquit. Trãslatio sumpta a mola. Nam cũ frumentum demolitur: molaq super catyllũ est circũuoluitur: sic in patranda re venerea vir mulieri incũbit. Huius composita sunt. Commolo: simul molo. Lact. de opi: Contritos 7 conmolitos dentibus cibos colligit: 7 conglobatos in sua depulsa mit 7 transmittit ad ventrem. Emolo. perfecte molo. Am. Cogitatiões exq̃rere et quasi emolere muneris hñt: pmolo de quo paulo ante. Et hec pe: cor. habent

¶ Molitor pe. cor. qui molit vulgo molendinarius dicitur molitura apud Plyni. libro. xv. sumitur pro ipso molendi actu.

¶ Molendinarius molendini opifex molendinarius: a um: quod ad molendinum pertinet: vt mola molendinaria: Pau. iureconsultus negat asinam molendinariam ea appellatione contineri:

¶ Moletrina penul: pro: a molendo pistrinum olim dicebatur quo tẽpore tundebantur frumẽta nõ molebãt:

¶ Molucrum pe.cor.lignū quadratū quo veteres imolabant Et molucrū quo mole vertuntur quod greci μολακορ.dicunt. Itē tumor ventris qui etiā virginibus accidere solet molucrum vocatur. Afra. virgini tā crescit venter ꝙ grandę mulieri molucrum.

¶ Moles: res magna ꝛ magni ponderis: Uirg. Totāꝗ infusa per artus mens agitat molē.i.magnitudinem mundi: Col.libro.iiij. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Quoniam vero quę magna sunt. difficilia esse consueuerunt: capitur quandoꝗ moles pro difficultate. Uirgi. Tantę molis erat romanam condere gētem. Et in mari moles dicitur quotiens excluditur aq̄ Accipitur ꝛ pro motu. Idem Inde gyam ipsamꝗ igēti molę chymerā cōsequitur. Et a mouendo dicit moles

¶ Molestus dicitur qui alicui grauis est.nec sinit cū qescere A quo molestia solicitudo ꝛ grauitas. Teren.in an. Multum molestus ei certe fuero atꝗ animo morem gessero. A molestia fit compositum. Pręmolestia Cice. lib.iiij.tus. Alij metum pręmolestiam appellabant idest anticipationem molestię quasi metus sit breuius duxꝗ molestię futurę.

¶ Molesto as.molestia afficio: ꝛ quasi molem affero Modesti. ab Aurelio sempronio.fratre meo neminem molestari volo.

¶ Molior iris.a mouēdo vel moribus significat.moueo liui.libro.ix. Nū montes moliri sua sede paramus Et moliri est vel ingenio vel corpore ad aliquid agendum moueri. Et pro varietate appositi exponi solet. Nam moliri.classem est parare. Uir. Classēꝗ sub ipsa antandro ꝛ phrygię molimur montibus idē. Moliri iter ē per agere.idem Iā datū molit iter. moliri habenas est gubernare.idē ꝛ manib⁹ molitur habenas. moliri insidias est meditari aut tendere vt lib.i.Ge Insidias auibus moliri: incendere vepres. Apu.dū mihi moliūtur insidias: moliri arcē est extruere. vt moliriꝗ arcem. Cuius cōtrariū ē demoliri. moliri morā.est morā facere. vt moliri ve morā aut veniendi poscere causas. moliri iacula iaculari. Idem ipse pater media nimborū in nocte corusca fulmina molitur dextra. moliri bellū est belligerare. Col.in pręfa. Qui bella molitur: armorum ꝛ militię gnaros adhibeat. moliri etiam simpliciter positum significat inuenire. Plau. aliquid moliar quo me hoc discrimine liberem. Quod etiam machinari dicitur Aliqñ conari. Augu.li.i.deci. Uir. optimus caueā theatri senatum construere molientem ab hac dispositione ꝛ cupiditate compescuit. Aliquando operari vel facere. Cicero lib.i.tus. Quarū altera quā nos icolim⁹ sub exposita ad stellas septem vnde horrifer aquilonis stridor gelidas molitur niues. Col.li.ii.ꝛ ideo minoribus aratris moliū tur.i.operantur. Aliquando passiue moliri pro retardari. Lu.li.vij. Mutilamur molimur subitimur. Huius cōposita sunt amolior recedo. Admolior supra molior: siue supra pono. Plau.in asi. Ubi sacro manus sis admolitus Demolior destruo. Remolior remoueo ꝛ a conatu reuoco Suet. de Aug. Quidam confessus eo se instructum ac remolitū quo minus vt destinarat in pcipitiū ppelleret

¶ Molimen pe.pro.quod et molimentum dicitur id est quod molimur ꝛ conamur. Hiero. contra ioui. Utile ratus sum cuncta molimina eius quasi instructam aciē cōtra me proponere Sisen. Magno tā molimento ac ppe tuo sono pcedunt. Hinc emolumentum pro vtilitate.

¶ Mollis.tener non durus a mouendo quasi mobilis. ꝙ in quancunꝗ partē facile trahi ac moueri possit Qui. de signis loquens illius opera dura: molliora hui⁹. Uir Quid nemora ęthiopum molli canentia lana. Inde fit ꝙ cum homine iunctum modo vituperationem: modo laudē denotet: vt molle ingenium quod facile discit. At mollis homo.i.effoeminatus non seuerus non fortis: nō constantis animi. per translationem vero quoniā ea q̄ tenera sunt pro voluntate nostra facile tractamus: et q̄cunꝗ lubet ducimus mollis quandoꝗ pro domito sumit Uirgilius. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Quandoꝗ pro facili. Idem. iuuat ire iugis qua nulla priorum. Castaliam molli diuertitur orbita cliuo. Quādoꝗ pro maturo: vt sūt nobis mitia poma castaneę molles Unde mollia vina dicuntur.i. defęcata ꝛ asperitate carentia. Quandoꝗ pro flexibili. Idem est mollis flamma medullas. Quandoꝗ pro oportuno ac tempestiuo Idem sola viri molles aditus ꝛ tempora noris. Quandoꝗ pro remisso cōtennendo. Idē tua moecenas haud mollia iussa Quandoꝗ pro suaui ac iucundo. Idē mollesꝗ sub arbore somni Quandoꝗ pro placido. Unde ꝛ mollio mollitudo mollicies. Compositum est pręmollis quod est valde mollis. Teren.in adel. Paulatim plębem pręmollem facio meam idest mihi fauentem

¶ Mollitudo placiditas. Cicero. lenitudo orationis. mollitudo corporis

¶ Mollicies quę et mollicia idem quod mollitudo ꝗ̄uis ꝛ in malum pro effoeminatione quandoꝗ capiatur. Salustius. Sed inertia ꝛ mollitia animi alius aliū expectantes. cunctamini

¶ Molliter.placide: ęquo animo. Cice.quod ferendum est molliter sapienti. Aliquando significat delicate. Teren.in adel. Aedepol syrice te curasti molliter.

¶ Molliculus diminutiuū. Amb.li. offi. Sed vt molliculū ꝛ infractū aut vocis sonū: aut gestū corporis nō probo. ita neꝗ agrestem aut rusticā naturā imitemur. Pla. pro tenello ꝛ delicato posuit cum inquit mollicula es

¶ Mollio is.molliui vel mollij mollitū: placo molle reddo. Gelli. Sed postea cum brundusium aduentarem⁹: mollitiꝗ essent venti maris: percunctatus cum ego sū quę nam illa ratio esset paucioris sui. Sal. Loca amoena voluptuosa facile in ocio feroces militum aīos mollierant.i.effoeminauerant.huius compositum ē emollio quod.est valde mollio. Ply. quęcunꝗ emolliri opus sit: anserino adipe curantur.

¶ Mollifico .cas.ꝛ mollefacio is.eiusdem significationis sunt..

¶ Mollesco is.mollis aut placatus fio. Claudi..lil ro.i. Ditisꝗ seueri Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis hinc cōponitur. Remollesco. Ouid.li.i. Precibus si numina iustis Uicta remollescunt: si flectit ira deorū. Cęsar. Uinum ad se oino iportari nō sinunt q ea re ad laborē ferendū remollescere atꝗ effoeminari arbitrātur

¶ Mollestra pellis ouina.

¶ Mollicina pe.pro. vestis a mollicie.:

¶ Mollusca nux.a mollicie dicta est.q ceteris omnibus nucibus mollior fit. Ply. mollucę putamen rumpentes Fertur molluscam nucem e persidę fuisse translatam. Fallitur macrobius existimans pomum esse quod vulgo persicum nominatur.

¶ Mollossa regio pars epyri a molosso pyrrhi et Andromaches filio nominata: hinc mollosus.a.um Scribit Theopōpus fuisse.xiiij epyrotarum gentes e quibus celeberrimi fuerunt chaones et molossi. Ouidius libro i.me. Nec contentus eo est.missi de gente molossa In eanascebātur boni canes. Uirgilius. nec tibi cura canum fuerit postrema sed vna Uelocis spartę cat-

los: acremq; molossum pasce sero pingui.

¶ Molossus pes dictus ē ab eius patriæ saltatiōe. Vel q̄ eo metri genere odas in templo iouis laudem canere consueuerunt in memoriā molossi filij pyrrhi z andromaches a quo postea festa molossia sunt dicta.

¶ Molochinus color qui in purpurā inclinatq; maluæ flori similis sit quasi malachinus græce. n. μαλαχην maluā dicunt. Hinc molochinarius: molochini coloris infector vt est apud plautum. Cecil: Carcasina molochina.

¶ Momentū proprie significat exiguam quandam mutationē z pene indiuisibilem quod græci atomō vocant Var. momento temporis vterq; discessit. hoc apud veteres etiam momen dicebatur. Luc. momine si paruo possunt impulsa moueri. Hinc quodcunq; minimū potest momentum appellari. Ply. prosunt z combustæ vt cinis earum bibatur in vino addito resinæ momento.

¶ Momentaneus a. um. quod est caducum z quod facile mutatur. ac deficit.

¶ Momentarius. a. um. quod in momento fit Ambro. Syros vero heliseus quos obsidentes in ciuitatem induxerat momentaria cæcitate percussos cum quo igrederentur videre non poterat

¶ Monna insula angliæ seu britanniæ quæ teste cornelio tacito incolis est valida z receptaculum perfugarū. Est et eiusdem nominis insula in rheno fluuio frisiæ proxima dion historicus ετυχουλο αμαρ χαι ουτεσ δια τοσ παυλινον τονιγκμονα σφωρεισ μησ ορτιωα μωνναμ αγχουτου βρετανιασ κει μευνυεπισ τρατεισ αι δια τουτου πολεισ δεδυο ρωμαικασ εξεπορθησε και διηρπασε.

¶ Monos: latine solus monas. nadis vnitas. Ambro. ad iustum. Unde nec numerū monada sed elementum numeri quibus ea cura est appellauerunt

¶ Monachus: latine solitarius. Monasteriū solitudo.

¶ Monarcha vel monarches: vnic⁹ omniū princeps monarchia cum accentu in pe. vnius principatus.

¶ Monoceros. otis. z Monoceron. ontis pe. sylla. co. re. animal vnicū cornu gerens: qui z vnicornis appellatur. equinū corpus: caput ceruinū habens mugitu horrido

¶ Monoculus qui visu tantū habet oculum. Monoculos in india nasci tradunt singulis cruribus qui se a calore defendunt plantarum magnitudine

¶ Monopodiū dicit̄ mēsa vnico tantū pede subnixa:

¶ Monogamus penul. correpta vnius vxoris vir. Unde z monogamia. Hieronym⁹. Q sācta sit monogamia hinc ostenditur q̄ digamus in clerum elegi non potest.

¶ Monogrammi dicti sunt homines macri pertenues ac decolores. Tractum a pictura quæ priusq̄ coloribus corporetur fingitur lineis. proprie enim monogrāmos dicitur pictura linearis:

¶ Monodos pe. cor. prusiæ filius qui dentiū loco os vnū continuum habuit ὀδους. n. dens. Unde monodos quasi vnicus dens quemadmodum pyrrhum epirotarum regem habuisse ply. refert:

¶ Monodia cum accentu in pe. lugubris cantus qui fit a præfica in defunctorum funeribus: quasi vnius cantus Nam cæteris flentibus sola præfica canit. huius modi cantus etiam nenia dicitur..

¶ Monomachia: singulare certamen: μόνος solus μαχια pugna: monomachus: gladiator qui solus cum solo pugnat.

¶ Monopolium dicitur cum penes vnum aliquem vendendi potestas est a ποτου μονου z πωλεομαι vēdo: hoc fit cum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersū emit vt solus vendat pretium suo modo statuens. quod genus hodie in multis rebus seruatur: vt in corallis apud hipponem: in alumine in sicilia z ethruria. Uuis passis in achaia: bitumie in iudæa: quod q̄a græci asphalton vocant: omne monopolion vulgo asphaltum dicitur. Plau. Habes murrinam z calamum potes monopolium instituere. Legimus apud Justinianū monopolia non esse intromittenda quoniam non ad commodum reipub. sed ad labē detrimentaq; pertinent.

¶ Monophagia: victus ex vna re.

¶ Monophthalmus luscus qui vnum habet oculū græce μονοφθαλμοσ

¶ Monoptoton pe. cor. vnius casus. Habet eīn vnā vocē p̄ oēs casus. Aptosis sine casu. habet eīn solū rectum.

¶ Monostilō pe. cor. vnius columnæ στιλον enim columnam græci dicunt.

¶ Monologion sermo vnius rei.

¶ Monosceli homines indici singulis cruribus σκελοσ enim crus dicitur: Qui z sciapodes vocantur: q̄ in maiori æstu humi iacentes σκιαποδοσ. hoc est vmbra pedis se protegant.

¶ Monotropos solitarius vnius moris solus.

¶ Monoxilon nauigiū ex ligno integro: græce μονοξυλον.

¶ Monycus pe. cor. vnus fuit centaurorum: de quo Juue. Quantas iaculetur mo nycus ornos. Componitur ex monos et ονυξ: hoc est solus vnguis: q̄ pedem instar equi habuerit. Est enim epitheton equorū qui solidas vngulas h̄t. Munycus vero Athenarum portus est.

¶ Monacris arcadiæ mons: quasi solus vertex: siue sola sūmitas.

¶ Monœcus cum diph. portus z statio quædam liguriæ ab albinga oppido distans stad. quadringentis z octoginta: A monœci portu vsq; in thusciam vniuersum littus cōtinuū oīno sine portu est exceptis quibusdā paruis stationibus ad iactandas ancoras: nec est multarū aut magnarū capax nauium. Componitur ex μονοσ z οικοσ dom⁹: q̄si sola dom⁹: Et dicit̄ portus herculis: q̄ teste Seruio pulsis alijs illic Hercules solus habitauit: vel q̄ in eius templo alius deorum nō colitur

¶ Moneo es. monui itum. significat scientiā seu memoriē facio. Plau. in Pseu. Ad hoc volo manere te monendus ne me moneat. Inde monitor qui monet quid sit agendum: vt debet bona z vera amicitia. vnde xenophō de miseria tyrannorum ουμεν δη αληθεια ουδετασ πολεισ οτι η φιλια μεγιστομασταθομ ορτη διστομαν θροποισ θεστιν.

¶ Monitio quæ fit ante commissum obiurgatio postque factum. Cicero libro tertio officiorum. Habenda ratio z diligentia est primum vt monitio acerbitate: deinde obiurgatio contumelia careat Interdum monere inuitare est: sicut inuitantur amici ad cœnam. Terenti⁹. Sed vt dici tempus est monere oportet me hunc vicinum phaniā ad cœnam vt veniat. Interdum attendere seu inspicere. Augusti. Admone diligēter iudeæ crudelis sepulchrum: adijce custodias militum: manda vigilias: vt probes mortuum quem noluisti cognoscere viuum. Construitur modo cū duobus accusatiuis: vt moneo te hęc: modo cum ablatiuo. Terentius in An. Habeo pro illa re. illum quo moneam probe: modo cum genitiuo Vale. maxi. Ab eo qui proxime solutę a se legis suę admonitus. Composita sunt Admoneo. Præmoneo: Submoneo: quod est latenter moneo Terentius in Eunucho. Cum ad eam submonuit me Parmenō

¶ Monitorius a.um. quod monet vt liber monitorius.
¶ Monitus us.pe.cor.& monitio: idem significant.
¶ Moneta dicta est: q nos signi impressione vel auctoris vel pretij moneat. Quo etiam nomine dicta est Juno. Ci.li.i.diui. Post cladem illã maximam a senonib' gallis factam audita vox ex arce Junonis fuit. Ex quo iuno illa appellata moneta est
¶ Monetarius qui monetam cudit.
¶ Monetalis & hoc monetale: quod ad monetam ptinet Amb.li de paradiso. Hoc bonũ aurũ decorũ & monetale quod non corruptibile: sed quod eternũ est. Apul. de asi. plotina. preciosissimis moniliũ & auro monetali zonis re fertis incincta. Et monetales triumuiri dicti sunt: sicut scribit Pomponius iurisconsultus: eris: argenti: auri: flatores.
¶ Monedula auis ex graculorũ genere: quasi monetula q monetas surripiat. Huic enim aui furacitas argẽti atq auri precipue est.
¶ Monile pen.p. ornamentum gutturis: q solet de collo virginũ pendere & greçe ορμισκοσ nuncupatur inqt Hiero. Dictum q virtutis admoneat. Nam primo ob aliquid egregiũ factũ dari solebat. Ouid. in fast. Dat di gitis gemmas dat longa monilia collo: sed non solũ hominũ verũ etiã equorũ pendens a collo monile vocatur Vir. de equis latini. Aurea pectoribus demissa monilia pendent Gel. Equitatum frenis ephippijs monilibus phalerisq prefulgentem. Monile etiam segmentũ dicit q quibusdã bracteolis quasi presegminibus constet
¶ Monumentũ dicitur quicquid nos monet: siue monere põt quid sit illud in quod intendimus: vt tituli sepulchra statue. fana: porticus: carmina: historia: documẽta: doctrina libri: ceteraq que nos alicuius rei preterite moneant. Unde Ci. ad Cesarem. Sed ego que monumenti ratio sit nomine ipso ad moneor ad memoriã magis spectare debet posteritatis q ad psentis temporis gratiã Florentinus iureconsul. sic scribit. Monumentũ generaliter est res memorie causa in posterum prodita in quã si corpus vel reliquie inferantur: fiet sepulchrum si vero nihil eorũ inferatur erit monumẽtũ memorie cã factũ: quod greci cenotaphiũ appellant. Var. Monumẽta a monendo o que sunt in sepulchris. Et ideo secundũ vitam quo pretereuntes admoneant & se fuisse et illos esse mortales. Ab eo cetera quoq scripta ac facta memorie causa monumenta dicta. Virg. Quẽ cãdida dido Esse sui dederat monumẽtũ & pign' amoris.
¶ Mons terre tumor altissimus ab eminẽdo quasi emines dictus propter quod omne quod eminet mons dici potest. Virgil. Preruptus aque mons. Sumitur qnq p saxo. Jdẽ Prensantẽq vncis manibus capita aspera montis Ferro inuasisset. Sic aliquando saxum pro monte: vt apud eundem saxi de vertice pastor. Hinc septimontiũ locus qui habet septem montes.
¶ Monticulus diminutiuum: paruus mons. Dicitur et monticellus
¶ Montanus a um: quod ẽ ex mõte: vt montani ibices
¶ Montosus a.um. vbi sunt multi montes: vt montosa regio non mõtuo sa. Ply. Nascitur in montosis & asperis aliqñ & herbosis. Virg: li.ij. Et te montose misere in prelia nurse.
¶ Monsferratus: regio Jtalie. cuius fines sunt hinc padus: iñ Apẽninus & Tatarus amnis. Et superiori parte montes proximi moncauerio vbi pedemõtiũ icipit.
¶ Montiuagus pe:cor. qui per montes vagatur.
¶ Montigena in monte genitus.

¶ Monstrũ a monstrando dictum; est q aliquid significando demonstret. Ci. de natura deorũ. Monstra predictiões & psẽtiões rerũ futurarum quid aliud declarant nisi hominib' ea qfutura sũt portẽdi pdici: ex quo illa ostẽta monstra portenta prodigia dicuntur. Virg. Et si polyphemũ vnoculũ monstrũ horrendũ ingens appellauit. Et sic quicquid est natura deforme hoc est preter naturã: aut deficit: aut excedit monstrũ & res monstrosa est. Terentius. in Eun. Quid istuc nam monstri fuit. Do Monstrũ est omne contra naturã: si igitur Eunuch' est et vi tiauit virginẽ contra rẽ p naturam: factum ẽ. Ostẽtum quod ostẽdat et in corpore qnq sicut martyres: qnq aio sicut salomõ qui infatuatus est ob amorẽ foeminarum: qnq etiã in rebus. Et hi oẽs: vt ostentui: & exemplo essent alijs. Sal. in Jug. S3 qm eo natus sũ: vt Jugurthe scelerũ ostẽtui essẽ. Qnq monstrũ ponit p monstratione: vt apud Virg. Monstra deum refero
¶ Monstruosus a um. & monstrosus a.um. Luca. libro. i Monstrosiq hominum partus.
¶ Monstrificus qui monstra dicendo: vel faciendo demonstrat. Plyni. Jnuenta in his & ratio inserendi mõstrificis hominum ingenijs.
¶ Monstro as. ostẽdo: declaro: quasi pmõstro do. Ter in Adel. Scio vbi sit. verũ hodie nunq mõstrabo Huius cõposita sũt Cõmõstro: Demonstro & Pmõstro.
¶ Mopsopia: attica regio a mopsopo rege sic dicta vt auctor est Strabo..
¶ Mora expectatio tẽporis dilatio. Plau. Cui mora sẽper obsuit Diligentia pfuit.
¶ Morula dimi. Aug. li. xi. con. Quero cũ dies dicit nõ tm morula solis sup terrã: secũdum quod aliud est dies aliud nox:
¶ Moror aris. expeto. Plau. Nihil moror istas magnas dotes dapsiles: hoc est nihil curo: non expeto. Et morari ẽ detinere retardare. Quinti. Quid me adhuc pater reties: qd morarts abeũtẽ. Plau. i Epi. Nihil ego te mo ror: i. differo vel expectare facio. Jtem morari manere Hiero. q̃to studio & amore contenderim: vt pariter in eremo moraremur. Jtẽ herere dubitare. Virg. quid vero moror si vno oẽs ordine habetis achiuos. Et in alijs significationibus habet primã cor. morari vero primã p. significat insanire: qd ostendit Sue. Scribens solitum esse dicere Neronem desisse claudiũ inter homines morari. Nam greci μωρον stultũ vocant & fatuum videbatur dicere claudiũ desisse manere & viuere inter hoies cũ intelligi vellet eũ desisse per mortẽ delirare & desipere qui viuus delirauerat: sic. Plau. in Tri. Amor mores hoim moros & morosos efficit: Composita a moror sunt Cõmoror: quod ẽ maneo & firmã habitationẽ habeo. Lac. li. vij. Cui' posteri cũ diutius in egypto cõmorantes in magnã frequẽtiã creuissent. Am: vero de sãctis Geruasio & Prothasio posuit p abstinere cessare: vt inquit. Hortor vos & moneo: vt a deorũ nostrorũ iiurus commorantes ad immolandum eis deuoti studeatis: insistere. Demoror: i. moror morẽ traho. Lac. li. ii. Sed vereor ne si fuero in propositione rerum contrariarum diutius im moratus. Remoror. Et hñt pe. cor.
¶ Morus arbor morũ fructus a mora. i. tarditate vt qdam putant. Nam postrema omnium arborum morus floret propter quod prudẽtissima arbor dicit: qa ledi se a frigore nõ sinit. sũt tñ q a greco id noie deriuẽt μαυρον enim nigrum dicitur. Mora queq in rubis sunt sed multum ab his differentia. Col. li. iij. de primo: morum ab idib' februa. vsq in equinoctiũ vernale recte seres

¶ Moratus qui bonis moribus predit⁹ est. Plau. i Aul. Dũ mihi morata veniat dotata est satis. Ter. in hecy. Sed quid mulieris vxorẽ habes: aut quib⁹ moratã moribus. Et est participiũ sine verbo.

¶ Morigeror morẽ gero obsequor ⁊ quasi ad alteri⁹ voluntatẽ mores trasformo. Ter. in Adel. Si adolescẽti esses morigeratus.

¶ Moriger pe. cor. obediens.

¶ Moralis ad morẽ pertinens. Unde scientia moralis q̃ de morib⁹ tractat.

¶ Moros grece latine stultus. Plau. in Tri. Amor mores hoim moros ⁊ morosos efficit. Unde per annominationẽ mores mori dicuntur stulti et fatui vnde moriões nominantur.

¶ Moriones stulti. Aug. ad Hiero. Quidã tãtę sũt fatuitatis vt non multũ a peccoribus differãt quos moriones vulgo vocant.

¶ Morosus curiosus diligensq̃ q̃ nimis exacte oia fieri exposcit Porphirio. Ille est morosus q̃ multoꝝ moꝝ inter se contrarioꝝ est. vnde senect⁹ morosa. Auctor Seneca est morosum genus iracundie esse delicatũ. Nã qñ res pene nulla alio hois cuncta fastidientis satisfacit: ea ꝓprie morositas est. Ci. li. i. de ora. Usq̃ adeo morosi sumus: vt nobis nõ satisfaciat ipe demosthenes. Sue. de Cesare circa corporis curã morosior vt nõ solum tonderetur diligẽter sed etiam velleretur. Et a more descendit: cuius prima ꝓducitur.

¶ Morologus pe. cor. q̃ in sermone morosus. i. molest⁹ ẽ vnde ⁊ sermones hmõi dicũt morologi. Plau. Nec molestum esse: nec sermonibus morologis vti.

¶ Morbus est habitus cuiuscunq̃ corporis ꝯtra naturã q̃ vsum eius faciat deteriorẽ: alias in toto corpore: alias in parte accidere solet. Totius corporis morbus est veluti phthisis ⁊ febris: partis aũt veluti cecitas aut pedis debilitas. Et apud iuriscõsultos scriptũ est morbũ ⁊ vitium distare: q̃ morbus temporalis sit imbecillitas ⁊ sanari queat: Uitiũ ꝑpetuũ impedimentũ. Ci. lib. iiii. tus. ait morbũ esse totius corporis corruptionẽ veluti febris ẽ. Uitiũ cũ partes corporis inter se dissident. Ex q̃ prauitas membrorum distortio deformitas morbi in aĩa dicũtur vita inueterata ⁊ dura vt est auaritia ambitio.

¶ Morbidus a. um. quod est morbo infectũ. Idẽ significat morbosus.

¶ Morbificus a. um. quod morbũ infert.

¶ Mordeo mordes momordi ⁊ morsi sum. Luc. Exhibuit prim⁹ chalybem frenosq̃ momordit. Plau. i Tri. Ni fugissem inquit medium credo ꝓmorsisset. Est autẽ mordere dentibus ledere. Per trãslationẽ vero significat detrahere pũgere. Ci. Apio. Neq̃ nõ me tñ mordet aliquid quomodo ea tuear q̃ mihi tuenda sunt. Cõposita sunt Admordeo valdemordeo. Uir. li. ii. Geor. Duriq̃ venenum dentis ⁊ admorso signata in stirpe cicatrix. Commordeo simul mordeo. Demordeo morsu decerpo. Immordeo morsum infigo. Obmordeo circummordeo. Premordeo ante mordeo. Remordeo: crucio: sollicito. Uirgi. Qñ hec te cura remordet. Proprie tñ remordere est illum a quo quis est morsus mordere. Lac. li. vi. Sed q̃ ipe caninã facundiã sicut Sallusti⁹ ab Appio dictum refert: exercuit: voluit hoiem canino mõ viuere: vt remordeat lacessitus.

¶ Morsus a. um. participium. Ply. datur morsus a rabioso ne rabidi fiant.

¶ Morsus us. nomen modo ꝓ dentium lesione: modo pro maledicentia ponitur. et morsus est qui grece dicit scomma. qñ figuratus est. Sepe enim fraude vel vrbanitate tegit vt aliud sonet: aliud intelligat. Idẽ significat morsio.

¶ Morsiuncula diminutiuum paruus morsus. Plau. in mili. compressiones arte amantiũ comparatę teneris labellis: molles morsiunculę.

¶ Mordax q̃ mordẽdo ledit: vel q̃ aliis detrahit. a quo Mordacitas.

¶ Mordico as. pe. cor. dolorem affero: perinde ac si morsu lederem.

¶ Mordic⁹ pe. cor. aduerbiũ significat mordẽdo. Plau. in cur. Manum arripuit mordicus. Idem iãdudũ oportuit nasum ademptũ mordicus. Aliqñ significat strictius ⁊ quasi morsu ac dente. Sue. in Cesa. Ne libelli quos tenebat madefierent paludamentũ mordicus trahẽs ne spolio potiretur hostis.

¶ Mordicibus pro morsibus. Plau. Asini me mordicibus scandant.

¶ Morsicatim significat mordẽdo. Uar. Sicut pulli incedunt ⁊ in bellis morsicatim ludunt.

¶ Ordior, iris. orsus et orditus teste Pris. preteritũ facit. sed cum facit orsus: significat fari incipio. Uirg. Ueneris contra sic filius orsus. Liui. lib. i. Unus rem ex proposito orditur. i. narrare incipit. Unde exordium principium orationis. Ponitur etiam simpliciter pro incipio. Cic. li. v. tus. Unde igitur rectius ordiri possumus quam a communi parente natura quę quicquid genuit non modo animal sed etiam quod ita ortum eẽt ex terra vt stirpibus suis niteretur: in suo genere perfectum esse voluit. Orsum aliquando poetę pro eo qui finit et abusiue posuerunt. Uirg. Sic orsus Apollo Mortalis visus medio sermone reliquit. hinc abortus cum autem facit orditus ad telę vel alterius huiusmodi compositionem spectat. Hiero: in Esaia. Et telam quam orditus est. Uirg. tamen in culice. Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum. veteres etiam Ordio protulerunt. Afra Aspecta tamen animo me ordire oportet. Composita sunt Abordior. Exordior. et Exordior.

Orsus a. um. in significatione actiua. Uirg Sic orsus ab alto. Liui. in significatione passiua posuit: pro incepto cum lib. i. ait. vt orsis tanti operis successus prospere darent.

¶ Ordo: digestio et in suo cuiusque loco collocatio velut in acie fit: vbi pedites: vbi alę: vbi cętera: vel in ciuitatibus. vt ordo senatorius: ordo equestris. Accipitur quoque pro ipsis hominibus. Ci. Qui apud omnes ordines esset gratiosus. i. apud omnium ordinũ homines Sal. Sępe numero. p. c. multa verba in hoc ordine feci. i. in senatu: Aliquando refertur ad fortunas. Unde Do. exponens illud. Ter in Eu. Quendam mei ordinis propauperem sic honesti ordinis homines dici possunt opulenti Inde fiunt Interordo et interordinium: de quibus supra: Ordinarius. a. um: in quo seruatur ordo Extraordinarium: quod fit extra ordinem: Ordinarius dicitur homo scurra et improbus quique assidue in litibus moratur ob eamque causam in ordine stat procerum aduentium Siue per contrarietatem quia minime ordinate viuit: et ordinarius.

¶ Ordoluce populi fuerunt in anglia arduis montib⁹ proximi: apud quos vt Tacitus scribit Histori⁹ dux romanus Carataccum in Anglia imperantem prostrauit.

¶ Ordino as. dispo. qui cuique locus esse debeat. a quo fit Preordino ante ordino:

¶ Ordessus fluuius maximus Scythię qui ab oriente profluit misceturque cum istro.

¶ Oreades: nymphę montium. ἀπὸ τοῦ ὄρεος quod montem significat.

¶ Oreni populi celtiberis proximi ab haustro

¶ Orctus Sicilię fluuius apud panormum Oretę gẽs indica vt scribit Stra. post Arbim amnem Arianorũ quos Ply. li. vi. ait. Non indorum sed propria vti lingua.

¶ Oreus: dictus est liber pater a montibus in quibus ei fieri sacrificia solebant:

¶ Oretenus duę partes sunt. Gel. Guttum samiũ oretenus impudens inane tanquam si inesset oleum affert

¶ Orexis grece: latine appetitus seu esuritio dicit ab ὀρέγομαι quod est appeto. Quidam etiam pro vomitu accipiunt. Iuue. Rabidam facturus orexim. Idẽ Hic surgit orexis. hinc stomacho bilis. Hanc veteres: vt

excitarent bibere largius solebant: deinde euomere.
¶ Organa per excellentiam dicūtur oia musicorum instrumenta sicuti docet Aug. non solum organum illud quod grande est ꝛ inflatur follibus quod multis meatibus quasi cicutis imparibus vnde vox erumpat ꝛ concentū cū bombulo emittat. sed quicquid aptatur ad cātilenam ꝛ corporeū est organū: dicitur. Iuue. pro cithara posuit. Pręторibus organa semper In manibus dē sit radiant testudine tota Sardonyches crispo numerātur pectine chordę. Est ꝛ organum instrumentum quoddam ędificij. Uict. li. x. Inter machinas ꝛ organa id videtur esse discrimen ꝙ machinę pluribus operibus in maiores coguntur effectus. vt ballistę torculariūq; prela. Organa autem vnius operę ꝓpositum vti scorpionis. Apud Col. lib. iiij: sumitur pro instrumento admetiendum apto. vbi ait. Sic compositum organum cum in sulcum dimissum est: litem domini ꝛ conductoris sine iniuria deducit.
¶ Organarij. organorū fabricatores. Iul. Firmicus li. iij. scribit. Mercurium cum venere in vi. ab horoscopo facere organarios ꝛ myropolas.
¶ Orgia sacra fuerunt q̄ diis immortalibus fieri solebant ἀπὸ τῆς ὀργῆς: vt inquit Euse. lib. prępara. hoc ē a furore. quia sacrificantes diuino quodā furore corripi videntur. hinc abusiue sacra liberi patris dicta sūt orgia
¶ Oricos: ciuitas epiri a colchis condita a qua Terebynthus oricia dicitur
¶ Oria nauis piscatoria. Plau. Malo hunc alligari ad oriam vt semper piscetur ꝛ si sit tempestas maxima. aspiratur tamen hęc dictio ab aliquibus.
¶ Orichalcum ęs aurei coloris quod in magno pretio apud veteres fuit. Gręci ὀρειχαλκος ab ὄρος quod est mons quia in montibus foditur.
¶ Origanum. pe. cor. herba cuius diuersę sunt species Nā quoddam dicitur heracleoticū agreste: ꝛ othimin. Ply. scribit origanum esse quod in sapore cunilam emulatur plurimaq; eius esse genera Othimin vel prasion appellari non dissimile hyssopo. trag origanon similius esse serpillo syluestri.
¶ Orion quasi vrion dictus est filius Enopionis putatus ex vrina trium deorum Iouis. Neptuni ꝛ Mercurij natus. Hic apud messanam portum structo aggere i bœotiam concessit. Inde inter astra receptus est ante tauri vestigia. Sunt tamen qui gręce ab aquarum inūdatione sic dictum velint ꝙ eius tempore habet ortum hyems ꝛ mare ac terras tempestatibus turbat ὀρίνω enim turbo ꝛ concito significat. Plau. Iugulam vocat: ꝙ sit armatorum gladius stellarum fulgore terribilis. Hic si fulget serenitatem: si obscurat tempestatem denotat. Uirg. Fluctu nimbosus orion.
¶ Orithyia: Boreę cōiunx filia Erictheі athenarum regis quam in ventum conuersam ferunt hoc etiam nomine dicta est Amazonum regina quę Marpesię matri successit in regno: Orithos vero vrbs fuit inter Macedoniam ꝛ Epyrum.
¶ Oryza. species frumenti folio carnoso altitudine cubitali: flore purpureo ex qua Italici ptisanam faciunt. Horati⁹. in Ser. Sume hoc ptisanarium oryzę: Candore grana comeduntur i cibo ad iuscula testuacia. Seritur mense Martio: ꝛ aquis clausis irrigatur vulgo risum appellant.
¶ Orior oreris et oriris participium tamen oriturus ꝛ ortus habet. Ouidi. lib. x. me Tu quotiens oreris viridiq; in cęspite flores. Significat nascor quandoq; surgo prodeo. Unde oriri solem dicimus. Huius cōposita sūt Aborior. Adorior Coorior. Liui. Cum vero coorto tumultu terga vertere simulantes paululum cessere. Oborior ꝛ Suborior eiusdē fere significationis. hoc est sub nascor: vt obortę sunt lachrymę Subortus est rumor. Exorior quoq; ꝛ perorior. Ci. lib. iij. offi. Exoritur antipatri ratio ex altera parte. i. apparet vel asciscitur
¶ Oriens ꝛ participium esse potest. ꝛ nomen substantiuū generis masculi. vt cum per se dicitur oriens vel ab oriente in occidentem pergit sol.
¶ Oriundus qui originem ducit: ꝙ ex eo loco parētes eius fuerunt. Ortus vero ex loco persona ve pręsenti. Liui. Nati carthagine sed oriundi a syracusis. Inuenitur tamen oriundus pro orto. Col. lib. i. Nam quemadmodum sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: qd facit qui neq; vicinū suis nummis parat: cū a primis cunabulis si modo liberis parentibus est oriūdus audisse potuerit. Ambro. aliter vsurpauit cū inquit Sciant omnes solem auctorem non esse nascentiū. dei clementia terras relaxat: dei indulgentia prorumpere facit fructus. Quomō sol viuendi vsum ministrat oriūdis: quando illa prius diuinę operationis viuificatione sunt edita q̄ sol in hos viuendi vsus veniret: oriundis: idest qui nascituri sunt.
¶ Originarij. qui ex adscriptitijs nati sunt in ipso solo vt dis. lib. iiij.
¶ Origo pe. prod. genus est. Unde originale adiectiuū vt Culpa originalis.
¶ Ortus. a. um. participium modo natus. vt ego ort⁹ sum bergomi modo qui resurrexit: vel ꝓdijt vt Ortus est sol. Ortus. tus. nomen significat natiuitatem. Cic. Nō nobis solum nati sumus. ortusq; nostri partem patria vendicat: partem amici. In terdum surrexionem vt Solis ortus. Interdum locum in quo surgit: vt Ab ortu solis vsq; ad occasum.
¶ Ortus orti. locus in vrbe vel in villa in quo arbores herbę ꝛ olera oriuntur. Unde ꝛ ab oriendo ducitur ꝙ in hac agri specie plures q̄ alibi herbę ꝑ totum annū oriātur ꝛ omnia quę in ortis oriuntur ab oriendo olera dicūtur Apud antiquos omnis villa ortus dicebatur ꝙ ibi qui arma capere possent orirentur. Sunt qui ita separent: vt ortus tam singulari q̄ plurali numero ortum olitorium. i. herbarum significet. In plurali duntaxat arborariū: qui a nostris pomarium: a gręcis παράδεισος paradisus vocatur: vt orti sallustiani. Quidam tamen aspirant vt differat a participio ꝛ nomine ortus. Alij in medio aspirandum censent: ab orthos quod est rectum deducentes: quoniam in rectas quasdam lineas distingatur. Ab Ortus fiunt diminutiua Ortulus et orticellus Epicurus primus orti magister existimatus est
¶ Orti pensiles: qui supra ędificia facti vel supra columnas erecti pendent.
¶ Orti hesperidum memorabiles habentur: inquib⁹ oleastri tantum viruerant.
¶ Orno as. pulchrum facio. Ci. li. i. tus. Nocturnamq; cœli formam vndiq; syderibus ornatam. Et ornare ꝓparare aptare quod lingua vernacula dicimus metter en pointo. Plau. in cap. Ego ibi vt conueniam senē dicam vt sibi penum aliud ornet. Idem in eadem. Non ornatis vos istic apud vos nuptias. Item honorare. Cicero. Cęsari. Neq; vllius officij certum nomen peto beniuolentiam tuam liberalitatem peto: neq; impedio

quominus si tibi ita placuerit etiam hisce eum ornes glorię insignibus. Huiꝰ composita Adorno qđ est desuper orno. Liui. lib. j. Flaminē Ioui assiduū sacerdotez creauit isignicꝫ veste ⁊ curuli regia sella adornauit. Est etiam Adornare bene apparare. Plau. i cas. Intro vbi vxor atcꝫ adorna nuptias Exorno et suborno. de quibꝰ alibi.

¶ Ornatus. a. um. qui bonis artibus instructus est siue qui honores adeptus est.

¶ Ornatus. us. accipitur pro cultu quo quis ornat̃. Unde dicimus ornatum regium.

¶ Ornamentū ornatus apparatus. et quandocꝫ honor dicitur. Cic. Licinio. Suscepicꝫ mihi perpetuam ꝓpugnationem pro omnibus ornamētis tuis. i. honoribus.

¶ Ornix grece: latine ales gallina.

¶ Ornithon: auiariū. Nā ornithas greci aues vocant. Uar. Ornithones auiaria sunt in q̃bus stabulantur turdi pauones ⁊ omnes alites quę intra parietes villę solent pasci. Apud grecos ορνιθ. ιθος scribitur.

¶ Ornithotrophion idem est quod ornithon.

¶ Ornithobsciō locus ad pascendum gallinas ⁊ aues. Uar. De his qui ornithobscion instituere volunt.

¶ Orontes nomen viri: et nomē fluuij qui diuidit Syriam ab antiochia. Est ⁊ nomē montis inter quē ⁊ orontem fluuium vrbs antiochia posita est. hinc Oronteus. a. um. Proper. Aut quod orontea crines ꝑfundere myrrha.

¶ Oropygium. Uide in dictione Urropygium.

¶ Orphanꝰ: qui caret patre pręsidiocꝫ paterno: quicꝫ summopere illius opem desyderat Grecū est. Pupillꝰ qui caret patre: sed non ꝑsidio paterno cū tutore iuuat̃.

¶ Orpheus poeta seu vates Calliopes ⁊ Apollinis filius thrax. hic lyrę studiosissimus extitit quam dono a Mercurio habuit. Fuit ⁊ alius orpheus Oeagri filius vnus ex argonautis ciconū rex. Orpheus. a. um. idem quod thracius. Mar. Quicquid in orpheo rhodope spectasse theatro dicitur exhibuit cęsar arena tibi.

¶ Orthe dicuntur a grecis Menentiana ędificia.

¶ Orthos grece: latine rectus dicitur: Sed in compositione tantum. Orthoo. dirigo.

¶ Orthographia recta scriptura vel recta pictura.

¶ Orthodoxus homo rectę opinionis: siue sententię aut fidei. Δοξα enim gloriam ⁊ existimatiōem siue opinione ⁊ infamiam significat. Orthodoxia recta opinio.

¶ Orthogonius rectus angulus qui ex vtracꝫ parte ęqualis est.

¶ Ortopnoici. asthmatici dicuntur qui eam anhelitus difficultatem habent vt nisi recta ceruice stent spirare non possint. Orthopnoea ipsa passio. Orthon enim rectum πνεω spiro. Est enim circa fauces malum qđ apđ grecos aliud atcꝫ aliud nomē habet prout se magis minuscꝫ intendit: omne tamen in spirandi difficultate cōsistit. Sic difficultas hęc dum modica est Δυσπνοια dicitur. Cum vehementior ⁊ spirare ęger sine anhelatione non potest ασθμα vocatur. Cum accessit id quocꝫ vt spirare non possit nisi recta ceruice spiritus trahatur ορθοπνοια appellatur. Ab his Dyspnoici Asthmatici Orthopnoici a latinis vero vocabulo suspitiosi dicuntur.

¶ Orthopeia: emendata cum suauitate expositio.

¶ Orthominum: genus lini quod fit pannicula palustris arundinis.

¶ Orthocorybantij: populi quidam scythię

¶ Ortyx. gis. auis q̃ coturnix: ⁊ vulgo Qualea dicit̃.

¶ Ortygometra. pe. cor rex corthurnicū maior aliquāto ac nigrior: auis dicta ꝙ dux sit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim ex ορτυξ ⁊ μετρον mensura non tamen cothurnix idem quod querquedula.

¶ Orthygia insula in ęgeo quę etiam Delos dicit̃: Dicta ortygia Solino teste quia in ea primo visę sunt cothurnices quas greci ortygas vocāt: nos a sono vocis qualeas dicimus. Fuit ⁊ alia hoc nomine isula circa Siciliam quę ponte iūgitur Syracusis ⁊ fontē habet Arethusam hęc ex opposito Plēmyrij Sicilię amnis. de q̄ Uirg. lib. iij. Sicanio ꝑtenta sinu iacet insula cōtra plemyriū vndosum nomen dixere priores ortygiā alpheū fama est huc helidis amnem occultas egisse vias subter mare quę nunc ore arethusa tuo siculis ꝯfundit̃ vndis.

¶ Oryx orygis animal quod ꝑcipue in Getulia nascitur: fertur contrastare ac contueri solis radios caniculamcꝫ adorare. Est ex capriarū genere: de quo habetur in Deuteronomio. ꝙ sit immundū. a quibusdam solus vocatur: contrario vestitur pilo ⁊ ad caput verso. Col. lib. x. Ferę pecudes vt capreoli damęcꝫ nec minus orygum ceruorumcꝫ genera ⁊ aprorū modo lautitijs ⁊ voluptatibus dominorum seruiunt: modo quęstui ac reditibus.

O ante S.

¶ Os oris: proprie concauū illud intra quod sunt lingua ⁊ dentes. Plyn. Continui dētes aut vtracꝫ parte oris sunt vt equo: aut superiore primores nō sunt vt bobus ouibus. Quandocꝫ os ponitur pro facie. Uirg. Os humerosꝫ deo similis. Et de brutis etiam dicitur. Idē. Ora citatorum dextra detorsit equorum. Necꝫ solū de facie dicitur: sed etiam de tota specie quę cernitur: ⁊ quicquid in aliquā re patet os dici potest. Idem. Os si quis ferro potuit rescindere summū vlceris os. Ouid. Pronacꝫ cum spectent animalia cętera terram. Os homini sublime dedit. Os leonis genus herbę florem faciens purpureum. Col. Narcissicꝫ comas ⁊ hiātis sęua leonis ora feri. Sciendum ꝙ os producitur ⁊ habet omnes casus plurales pręter genitiuum oriū. Uirg. lib. viij. Componens manibuscꝫ manus atcꝫ oribus ora. Huius nominis deriuatiua sunt. Osculor: ostium: oro. Oraculū: orarium osculū. Orior. ordior ordino. orea. oramē. omē. orificium ⁊ secundum aliquos ostendo. Os ossis. quod ⁊ ossum dici potest. Paci. Ossum inhumatū solidamentum corporis vocatur quod nodatū ⁊ adiunctū inuicem neruis alligauit natura: hinc componitur ex os qđ est sine osse. Lucil. Exos ⁊ exanguis tumidos perfluctuat artus. Inde exosso. as.

¶ Osculum diminutiuum paruum os: quod est contra Pris. qui non vult osculum tenere significatum primitiui. Ouid. lib. j. meta. Uidet igne micantes syderibus similes oculos videt oscula. Idē de dephne. Uidet oscula que non est vidisse satis. Et osculū quod datur amicis. vt est illud: Osculo filium hominis tradis? Nam in basiando labia constringuntur ⁊ os paruum fieri videt̃ ⁊ exporrigitur in osculum. Differunt autem hęc īter se osculum basium ⁊ suauium ꝙ osculum officij sit: vt cum e longinquo redeuntes salutamꝰ atcꝫ osculamur. Basium pudicorum vt patris in filium Suauiū volupta tis a suauitate dictum.

¶ Oscillum cū c. diminutiuū est a diminutiuo osculum pro paruo ore sicut a tantulo tantillū. Col. lib. ij. Reliquum quod superest seminis in tabulatum quo fumus prouenit optime reponas quoniam si humor inuaserit

vermes gignit qui simul latq; oscilla lupillorum addide
rint reliqua pars enasci n on potest. Oscilla etiam sigil=
la sunt ⁊ paruę imagũculę quę arte fictili fingebantur ⁊
venales proponebantur quibus homines pro se atq; su
is Saturno piacula faciebant: vt inquit Macro. Virg.
lib. ij Geor. Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu. Et
sic ab osculũ fit cum significat faciem paruam vel totã
spec em.

Oscillo. las. ab oscillum fit ⁊ significat inclino. Fest.
Oscilla sancta dicũtur q; oscillēt. i. inclinent precipitesq;
efferant oscillantes. Ser. putat esse compositum ab os
⁊ cilleo es q; in hoc cillerentur. i. mouerentur ora. Nam
cillere mouere est. Plau. in Am. Ne illi ędepol si meri=
to meo referre studeant gratiam allegent qui mihi ad=
uenienti oscillet. probe enim os moueat probe ipm pu=
gnis percutiendo: : vt illud infra eodem loco. Illic ho=
mo me interpollabit. meũq; os fruget denuo.

Osciculũ diminutiuũ ab os ossis. Gel. li. vj Ratio sub
tilior ⁊ vtilitas ipa operis postulauit vt tenuissimis mi
nutissimisq; ossiculis caput cõpingeret. Pli. lib. xj. Om
nium cerebro medio insunt ossicula parua. Hinc fit ad=
uerbium ossiculatim qđ significat minuatim.

Osseus. a. um. quod ex ossibus est. Unde Ply. scribit
inueniri lapides osseos.

Ossilegus. pe. cor. ossium collector. Ossilegium ossiũ
collectio.

Ossuaria appellantur loculi in quibus defunctorum
ossa reponuntur.

Ossifraga. pe. cor. genus aquilę ab ossibus frãgẽdis.

Ossa. ę. mons in finibus thessalię centaurorũ stabulũ
quem Sene. dicit. olympo olim coniunctũ. Luc. Quã=
tus piniferę boreas cum thracius ossę. hinc Osseus. a. ũ.
Idem lib. vj. Attollet titam rupes ossęa coercet.. Ossa
vero pluralis numeri ab os ossis. Macro. Ossa dentes
cũ vnguibus ⁊ capillis nimia siccitate ita densata sunt
vt penetrabilia non sint effectui animę quę sensum mi=
nistrat.

Osci Italię populi ab oris fœditate dicti. Unde os=
cœna verba.

Oscines. pe. cor. ab ore ⁊ canendo aues auspicium orẽ
facientes. Oscinũ auguriũ auiũ. Hora. Oscinem coruũ
prece suscitabo solis ab ortu.

Oscedo vitium quo quis tenetur vt sępius oscitet.
Gel. lib. iiij. Deliberatum de nota eius qui ad censores
ab amico aduocatus est: ⁊ in iure stans clare nimis ⁊ so=
nore oscitauit atq; inibi probe vt plecteretur fuit: tanq̃
illud indicium vagi animi foret ⁊ hallucinantis et fluxę
atq; apertę securitatis. Sed cum ille deierasset inuitis=
simum sese ⁊ repugnantem oscitatiõe victũ: teneriq; eo
vitio quod oscedo appelletur tum notę iã destinatę exẽ
ptus est. Quidam dicunt Oscedinẽ significare grauco=
lentiam. Sere. hinc oscedo fugit. linguę quoq; vulnera
cedunt:

Oscito as. pe. cor. ex os ⁊ cito proprie significat os cõ
moueo: ⁊ os totũ aperio vt fit prę sõno aut tędio. Quę
cum toto corpore fit pandiculatio vocatur. Cice. lib. ij.
de ora. Et istam oscitantẽ ⁊ dormitantem sapientiam
scęuolarũ ⁊ cęterorũ beatorũ ocio cõcedamus. Ponitur
etiam oscitatio pro ocio et animi securitate. Teren. in
An. Sperans iam amoto metu inter oscitantes oppri
mi. Dicitur ⁊ oscitor depo. Cice. lib iij. ad Heren. Cũ
etiam maiores calamitates impendere videantur se=
detis ⁊ oscitamini.

Oschęũ latini serotũ dicunt. i. testiũ receptaculum.
Nam cęlsus vbi de morbis tractat q̃ in naturalibus cir
ca testiculos oriri solent sinus ⁊ tunicas his appellatio
nibus diuidit. Sinus qui conspicitur a nobis oscheon
a gręcis dicitur: nostri Serotum vocant.

Osanna componitur ex osi quod significat saluifica
siue saluum fac et anna domine quę vox inquit Hiero=
interiectio est deprecantis. Nam sicut nos in linguã la=
tinam habemus interiectiones quasdam. vt insultãdo
dicamus vah. In admirando pape. In dolẽdo hei. Et
quando silentiũ volumus imperare strictis dentibus spi
ritum coarctamus ⁊ cogimus tantũ sibilũ insonãdo. s.
zi: ita hebręi inter reliquas proprietates linguę suę ha=
bent interiectionẽ. vt quando volunt dominum depre
cari ponant verbum petentis affectu ⁊ dicant anna do
mine. Osi saluifica inter pater: anna interiectio depre=
cantis est. Si ergo ex duobus his velis compositũ ver
bum facere dices osianna: siue vt nos loquimur osanna
media vocali littera elisa sicuti facere solemus in versi
bus quando scandimus. Aleph nãq; littera prima ver=
bi sequentis extremã verbi prioris Ioth inueniens ex
clusit.

Osi aduerbium optandi: vt Osi videam apostolũ
dei antequã moriar.

Osiris. pe. p. osiris vł osiridis genitiuũ. fuit Iouis
filius ex Niobe Phoronei filia: successitq; phoroneo i re
gnum argiuorũ. Aegialũ fratrem pfecit regno achaię ⁊
ad ęgyptios transfretauit glorię desiderio. Quos cum
subegisset Isidẽ quę ⁊ Io vocabatur Inachi primi re=
gis argiuorũ filiam duxit vxorem: Ubi cũ illa litteras
osiris varias artes ęgyptios docuisset vterq; diuinos
honores meruerunt. Tandem a Sityphone ęgyptio:
vel vt Ser ait a Typhone fratre clam occisus ab Isi=
de diu quęsitus est. Tandẽ apud phialam iuxta Sye=
nen laceratus compertus est in insulã Abaton in palu=
de iuxta memphim Sepeliri eũ Isis curauit ⁊ paludẽ
Stygem. i. mœrorẽ appellauit. Nec nisi certis diebus ⁊
mitratos eo accedere voluit. Sed cũ apparuisset ęgy=
ptiis deinde bos quidã osiriũ putarunt: adorauerũtq;
vt deũ ⁊ vocarunt Apim. i. bouẽ eorũ lingua. Deide di=
ctus est Serapis. Tibullus. Te canit atq; suũ pubes
miratur osirim. Barbara memphitẽ plãgere docta bo
uem Mar. Non illam mille catastę vincebant nec quę
turba serapin amat. De osiride sic habet Euse. lib. de p
para. diodorũ siculum inducens. Aegyptios ferunt pri
mos omnium motum ordinemq; cęlestiũ corporum ad
miratos: solẽ ⁊ lunã deos putasse: ac solẽ quidã osirim:
lunã Isim nuncupasse a proprietate quadã inditis ipis
nominibus. Nã si quis ad latinã linguam verba trãsfe
rat multioculus osiris dici potest neq; id ab re. Radiis
enim suis quasi multos rebus immittit oculos quibus
omnia perspicit vt etiã poeta dicit. Sol q̃ terrarum flam
mis opera omnia lustras: quis nonnulli grecorũ poetę
Dionysium esse osirim confingant. Isim vero priscam
latine dicere possumus ⁊ lunã: hoc nomine indito quo=
niam sempiterna priscaq; sit cui cornua depingunt. vel
quia cum minoides cornuta videatur: vel q; bos ei apđ
ęgyptios sit dedicata.

Ostendo. dis. di. sum. ⁊ ostentũ. ex os et tendo: sicut
fit in oscito ⁊ oscillo Os enim pro facie sępe ponit quę p
toto corpore non solũ hominis: sed etiam cuiuslibet rei
specie sumitur. vt Do. in Eu. Ter. O faciem pulchrã
exponit. Faciem modo non partem corporis dicit: sed
totam speciem que apparet ⁊ cernit. Merito ergo osten
do significat demonstro. quia ostendo est speciẽ suę fa

ciem rei monstro: quia tendere os extendere solemus in id quod volumus demonstrare.

¶ Ostento. as. frequentatiuum ab Ostentu supino formatum quod significat sepe ostendo. Plau. in Aul. Altera manu fert lapidē: panē ostentat altera. Aliquādo cum iactantia ostendo. Unde ostentatio iactantia.

¶ Ostentum ab ostendo. q͛ statim futurū aliquid ostēdat. vt Comete tonitrua die sereno. Monstrū q͛ cōtra naturam fit vt cum nascitur aliquid membris alterius generis quod et promonstrū quādoqꝫ dicitur. quasi porro aliquid monstrans siue monens. Portentū quod licet naturale sit: raro tamen se ostēdit: et futurū aliquid cum temporis interuallo denunciat quod aliquid portari ac imminere denunciat. Prodigiū quod et si naturaliter fit ac sepe euenit: semper tamen aliquid ꝓagit mali quasi porro agendū. Confunduntur tamen hec et pro eodē significato accipiuntur: oiaqꝫ ab eo q͛ futurū aliqd ostendunt dicta sunt. Labeo diffinit ostentū esse cōtra naturā cuiuscꝫ rei genitū factūqꝫ. Duo sunt genera ostētorum. Unū quotiens quid cōtra naturā nascitur. Alterum cum quid prodigiosū videtur. Sue. in Cesa. Cunctanti ostentū tale factū est. Quidā eximia magnitudine et forma in proximo sedens repente apparuit arundine carens. Accipiuntur etiam ostenta in bonam partē. Sue. in Vesp. Iampridē sibi per hec ostenta conceptā in speciē imperij venit. Ply. lib. xvj. scribit factum esse ostentū arboris: a quo dei de tempore maiestas populi romani resurrexit. Alias ostentū participialiter poni solet. Pacu. In ipso tēpore ostentū senē. i. demōstratū. Est eni Ostentus. a. um. Cato. Ager oleto conserēdo qui in ventū fauoniū spectabit et se li ostentus erit: alius bonus nullus erit. Val. lib. j. de re rust. Qui locus optimus vino sit et ostentus soli amineū seri oportere. Ostētus. tus. nomen irrisio dicitur. Sal. in Iug. Sed quoniam eo natus sum: vt Iugurthe scelerū ostentui essē.

¶ Ostentosus. a. um. quod ostentum facit: vt a Prodigium Prodigiosus.

¶ Ostris siue ostria: arbor que solitaria nascitur circa saxa aquosa similis fraxino cortice et ramis.

¶ Ostum dixerunt ātiqui id quod ex lino facto olei purum purgatūqꝫ relinquitur. Factum vero dicebant q͛ vno tempore conficerent: quem alij centum sexaginta modiorum: alij centum viginti faciebant.

¶ Ostium ab obstādo quidā deducūt q͛ ab eo arcemur ingressu. quidam ab os oris q͛ sit id per qđ ingredimur vel domū vel quēcūqꝫ aliū locū. Alij a greco ωστειν: qđ est repellere. Unde ratio exigit vt sine aspiratione scribatur. Licet eruditorū vsus illud cum suis deriuatis aspiret. Ostia greci Thyras vocant. Unde Thyridion ostiolum. Ostiorū latera antas vocamus: a quibus Antipagmenta valuarū ornamenta.

¶ Ostia. oiū. tantū pluraliter fluuiorū patentes aditus sunt. Virg. Italiā contra Tyberineqꝫ longe ostia. Dicimusqꝫ Nili ostia: et Tyberina ostia que mare intrant non aditus. Et facilis est ad regē aditus: nō facile ostiū Et hec sylua nullos habet aditus non ostia. Aliquādo ostia ponitur pro portu. Virg. Aut portum tenet: aut pleno subit ostia velo.

¶ Ostia. e. vrbs in ostijs Tyberini sita. ab Anco marcio condita vt inquit Liui. in ipso maris fluminisqꝫ confinio vt totius mundi opes illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. Ab hac Ostienses dicti. ostiēsis ager. ostiensis porta rome eo q͛ ostiā versus ducat. Ea nunc sancti Pauli porta appellatur.

¶ Ostiatim: per singula ostia. Quinti l. Nec sectanda singula et velut ostiatim pulsanda.

¶ Ostiarius ostij custos. Cuius fœmininū est ostiaria: vt Ancilla ostiaria in Euangelio.

¶ Ostracium: latine testa. grece οστρακιον. Unde testaceum pauimētū vulgo nunc ostracū vocāt. Hinc Ostracismus relegationis genus. Nam ciuitates antiquitus que populari statu regebātur eos qui super excellere videbantur vel propter diuitias: vel propter amicos alienam ve potestatē extra ciuitatē relegare solebant ad tēpus: sicut docet Arist. lib. iij. poly. Athenieses vero exilio decēnali multare consueuerant potentes nimis et excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus ostracismon appellauerunt qui repertus est non ad castigandū improbitatē: sed ad potentiam moderandā. Ostracismus autem ab ostraco. i. calculo siue testula nomen sortitus est qui in hunc modū athenis peragebatur. Ostraci viritim in concilio dabantur quisqꝫ in quibus nomē illius ꝑscribebat quem vrbe cedere voluisset. Magistratus vero q̄ huic negocio pręerant vniuersos simul calculos recensebant qui nisi sex miliū numerū excessissent nihil confectū esse indicabatur. Ubi vero vltimus numerus repertus fuisset cum decem annos exilio afficiebant. hoc ostracismo Themistocles Cymon et Aristides multati fuere. De aristide legimus cū iuxta eum quidā rusticus illitteratus sederet ipsi Aristide testā dedisse vt nomen suū scriberet. Admiratus id Aristides interrogauit nūqd istum cognosceret? Minime inquit. Sed quia ceteri ita sentiunt: ego quoqꝫ ita censeo eum esse dānandū. Hoc latini testularū exilium vocant.

¶ Ostrum: muricis siue conchylij ac purpure color. Cōchyliū enim murex et ostrū in eadē significatione sumūtur. Virg. Tyrioqꝫ ardebat murice lena. Idem. vt Gēma bibat et sarrano dormiat ostro. Iuue. Horū ego non fugiam conchylia. i. murice infecta. Excipit̄ tamen ostrū a conchyli marino ex quo purpura inficitur. Cuius vt Uictr. inquit non minores sunt q̄ ceterarū rerū naturā considerantibus admirationes q͛ habz non in omnibus locis quibus nascitur vnius generis colorē sed solis cursu naturaliter temperetur. Itaqꝫ quod legitur in pōto et gallia quia he regiones sunt proxime ad septētrionē et occidentem inuenitur liuidū. Quod autē legitur ad equinoctialem orientē et occidentē inuenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur rubia procreatur potestate. ea conchylia cum sint lecta ferramenta circa scinduntur equibus plagis purpurea sanies vt lachryma profluens excussa in mortarijs terendo cōparatur. Et quia ex concharū marinarū testis eximitur: ideo ostrū est vocitatū. Igitur muricis siue conchylij liquor qui et Ostrū dicitur tēperatura artificis adhibita fere purpureus fit: hoc est in violaceū tendens. Sed hec apđ auctores confunduntur. Muricē et Ostrū et Tyriū pro purpura ponentes. Sciēdum quoqꝫ est q͛ conche et ostrea dicuntur firmioris teste pisces. Conche que testā leuem habent ac politam vniformiter rugatā siue denticulatam.

¶ Ostrea que asperā scabrāqꝫ testam habent: quis generaliter ostrea quoqꝫ conche dicantur. Itē que ex vno tantum latere testam habēt. altero scopulis: aut lapidibus alteri ve materie adherente. Nam teste ipse duriores propele conche dicuntur quales sunt cochlearū. Senec. Quid ostreum sapiat: quid mullus optime nosti. Dicta ostrea a greco. Nam sicut nos a testa testudinem vocamus siue animal quod veluti testa tectum est: siue id

genus ędificij quod ex testa est compositũ. vel ad testudinis similitudinẽ ẽ factũ: Sic gręci οστρεα απο των οστρακων nominauerunt. Dicuntur etiam ostreę fę. gene. Gel. Ostreę senescẽte luna inuberes macrę tenuęs exustę sunt: crescente luna pinguescũt. Spondylus dicitur callosum illud rotundũ albicans quod intus habet in medio a similitudine spondyli quod nos verticulum dicim⁹. Nam reliqua caro circũspersa lacinia dicit.

¶ Ostreat⁹.a.um: põitur pro duro atq; aspero Plau. Itaq; iam quasi ostreatũ tergũ vlceribus gestat.

¶ Ostrineus.a.um. quod est ex ostro.

¶ Osus cum suis compositis Exosus ⁊ Perosus ptĩcipia sunt. siue participiorum modo capiuntur. De quibus in dictione perosus. Iungitur autẽ osus cũ actõ ⁊ actiue sumitur: vt osus sum. osus es. osus est. p odi odisti odit. Participiũ quoq; futuri tẽporis osurus ⁊ osor verbale ab orsum supino fiunt. quę Festus ab odio sumit. licet non sit in vsu. Plau. in Am. Inimicos semper osa sum obtueri. i. odi. Osurus Cice. in L cl. Negabat. vllã vocem inimiciorẽ amicitię potuisse reperiri ꝙ eius qui dixisset ita amari opo tere vt aliquando esset osurus. Osor. Plau. in asi. Madidũ nihili incontinentẽ atq; osorem vxoris suę. i. qui odit vxorẽ suam. Sciẽdũ ꝙ in os⁹ terminata quędam significãt habitudinẽ siue vehemẽtiam copiã vc: aut affectionẽ: vt animosus: ingeniosus: neruosus: saxosus. aquosus: qui habet copiã saxorũ neruorum: ingenij: animi. Uinosus libidinosus: mulieros⁹ seditiosus factiosus qui amat vinũ libidines mulieres seditiones factiones. Quędã actionẽ: vt studiosus stomachosus contumeliosus: qui operã dat studio. qui stomachatur. qui contumeliã facit. Quędam passionẽ: vt odiosus: inuidiosus: qui habetur odio ⁊ cui inuidetur. Quędam actiue ⁊ passiue accipi possunt: vt formidolosus laboriosus operosus voluptuosus religiosus.

O ante T V X Z.

¶ Otides auiculę perdicibus similes quę breui volatu cito lassantur.

¶ Othrys: mons thessalię. Othryades nomen lacedęmonij viri tam primę ꝙ tertię declinationis est.

¶ Ouis: a gręco οισ. interposita u propter hiatũ significat pecudem.

¶ Ouinus. a. um. quod ex oue est. vt Pellis ouina. a q̃ Ouillus ouilla ouillum.

¶ Ouillus. a. um. Ply. lib. xix. Quin ⁊ ouillo fimo vti quoniã aliud herbesceret: diminutiuũ est ab Ouinus.

¶ Ouile. locus in quo oues morari solent.

¶ Ouiaria. ę. ouiũ multitudo. Uar. in prolo. lib. ij. de re rust. Quod eo facilius faciam ꝙ ⁊ ipsę pecuarias humi grandes: in apulia ouiarias: ⁊ reatino equarias.

¶ Ouiaricus. a. um possessiuum ab oue deriuatũ. Col. lib viij. Et quoniam de ouiarico satis dictum est ad caprinum pecus nunc reuertar.

¶ Ouicula diminutiuum significat paruam ouem.

¶ Ouum ab ωον interposita u euphonię causa.

¶ Ouo. as. lętor ⁊ lętitiã vociferando seu canendo demonstro. L iui. lib. j. Romani ouantes ac gratulantes. Horatium accipiunt eo maiori cũ gaudio quo prope metum res fuerat.

¶ Ouatio. vt est ab ouo. as. significat paruũ triũphum quem faciebant ouantes qui nõ in curru sed pedes oua li corona redeuntes ex pugna cum bellũ non erat indictum vel sine sanguine confectum. Ab ohe gaudentiũ interiectione: vt sit ouatio quasi ohatio. Iuue. Satur est cum dicit Horatius ohe bacche. Uel a voce militum quę fiebat geminata oo littera per interpositionẽ u. euphonię causa. Ut aũt ab ouũ fit significat tẽpus quo gallinę oua faciũt. vt vernatio mellatio pullatio. Ply. Certa luna capiendum censent tanq̃ congruere ouationem etiam serpentium humani sit arbitrij.

¶ Ouatus. a. um. quod est in similitudine oui factum. Plyn. Alijs turbinatio pyri. alijs ouata species ceu malorum aliquibus. Hinc ouatũ aurũ: ouo auratũ: quoniam oui albo antea illinito ęra ac marmora auri ⁊ argenti laminis decorentur. Nec obstat ꝙ ouum habeat primam longam. Pleraq; enĩ deriuatiua primitiuorum naturã nõ seruãt. Pers. Hinc illõ subijt auro sacr s ꝙ ouato Per ducis facies. Hoc Plyn. lib. xxxv. de marmorib⁹ loq̃ns innuere videtur cum inquit. Ut ouatus esset numidic⁹ vt purpura distingueretur sumadicus. Nonnulli ouatũ aurũ dici aiunt. ouatione victoriaq; quęsitum vel ingẽs vel copiosum quantum ouationibus comparatur.

¶ Oualis ⁊ hoc ouale: quod ad ouationem pertinet. vt Oualis corona quę ex myrto fiebat.

¶ Oxus: amnis ortus in lacu oxia vt inquit Ptol. siue axo vt Solinus.

¶ Oxys. mascu. gene. ⁊ Oxy. neutri indeclinabile acutum citũ ⁊ velox significat. Oxos neutri generis siue Oxeos acetum. Oxys. idis. pro vase aceti.

¶ Oxya gręca: acutus accentus latine dicitur.

¶ Oxybaphum: latine acetabulum. ab aceto habet penultimã correptã.

¶ Oxygarum. pe. cor. acutũ garũ hoc est garũ ex aceto cõfectum: quod in principio mensę apponi solebat. οξοσ acetum. γαροσ liquamen ex pisce.

¶ Oxygala: quasi acetosum lac. Gala latine lac. Oxos acetum.

¶ Oxylapaton. Lapatũ acuta habens folia. Oxyschenon acutum iuncũ significat.

¶ Oxyalme: genus potionis quod ex sale ⁊ aceto recenti fieri solebat aduersus serpentes.

¶ Oxymeli: acetũ mulsum dicitur genus potionis quõ eã mellis heminis. x. aceti veteris heminis. s. salis marini pondo. Tymbre quadrante: aquę marinę sextarijs s. pariter decoctis fieri solebat.

¶ Oxypora sunt q̃ Col. tradit appellari oxygara. Quoniam inquit cum vsus exigit aceto garoq; diluuntur. Ply. quoq; lib. xx. Fœniculũ condimentis proprie omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissime. Sunt et sua medicis oxypora quasi a celeritate dicta penetrandi. Est enim remedium pręsentaneum. i. celeriter iuuans. Idem. Iuniperus miscetur antidotis oxyporis.

¶ Oxyporopoli qui cibos vendũt aceto cõfectos. Ply. In eo vsus ⁊ oxyporopoli: seruant addito dulci at crementum aceti temperantes.

¶ Ozylaccaron. potionis gen⁹ ex saccaro ⁊ aceto. Saccarum mel dicitur in arundinibus collectum gũmi modo candidum ac fragile.

¶ Ozęna: morbus cum vlcera circa nares sũt pluresue crustę: ⁊ odorem fœdum habent. cui malo vix potest succurri: nomenq; trahit ab ozęna sicut ⁊ polypus. Ply. li. ix. Polyporum genera ⁊ ozęna dicta a grauitatis odore.

¶ Ozimũ pe. cor. ab οζω redoleo: genus ędulij redolentis ex intestinis confecti. Persius. Cum bene distrito cantauerit ozima vernę.

¶ Sequitur de littera P.

Calepinus cum Cornucopie



P LITTERA muta est: nec aspirationem admittit nisi in dictionibus grecis que postponitur: vt phaethon. Conuertitur quandoque in traducendis dictionibus grecis p. in b. vt cum apud grecos πυξοσ. apud nos buxus scribitur. ab ἀπσυρτοσ cum littera πσ. pro qua nos ps consueuimus. Absyrtus cum b traducitur. Interdum pexili pro ph aspirato traduci solet: vt quod a grecis φοινικιοσ. cum ph aspirata scribitur. a nostris puniceus trasfertur. Sic πορφυρεον: purpureum dicimus. Quin et contra vbi illi p exile ponunt: latini sepissime aspiratum traducunt. vt quod illi υψιπυλη. nos hypsiphylé scribere solemus.

P ante A

¶ Pabulum proprie pecudum et aliorum brutorum cibus. herbaceus fœniceus paleaceus vel stramentitius est.

¶ Pabularis et hoc pabulare: quod ad pabulum pertinet seu quod pro pabulo datur. Col. Vicia pabularis et vicia seminalis.

¶ Pabulor. aris. pabulum ex agris capio. Val. max. Id postquam cognouit depositis insignibus imperii familiarem vultum induit. ac pabulantium hostium globo sese obiecit. Interdum papulare est pascere. Col. lib. viii. Subinde que incedit. s. capella compesci debet ne procurrat: sed placide ac lente pabuletur: vt et largi sit vberis.

¶ Pabulator qui pabulatum vadit. Ces. lib. v. Repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt.

¶ Pachynus. pe. indifferente. promontorium sicilie peloponnesum spectans ab aris crassitudine. Nam παχυσ. pingue et crassum dicitur. Virg. lib. iii. Prestat trinacrii metas lustrare pachyni. Pris. in periegesi. Qui procul effusis pachyni distenditur oris.

¶ Pachisos: fluuius Sicilie ciuilis sanguinis notatus infamia.

¶ Pachiri montes in minore Asia.

¶ Pactolus. pe. p. fluuius lydie aureis arenis smyrneos irrigans agros. Iuue. Quod tagus et rutila pactolus voluit arena.

¶ Pacuuius Brundusinus poeta tragicus illustris Ennii poete ex filia nepos Rome picturam exercuit: ac fabulas venditauit. deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit. hic vt Quintil. ait grauitate sententiarum: pondere verborum: auctoritate personarum clarissimus fuit: citra tamen nitorem.

¶ Pax a pactione dicitur. Quod nomen etiam pluraliter declinatum legitur. Hora. Hoc paces habuere bone ventique secundi. Aug. lib. iii. de ciui. dei. Semper in potestate haberent paces bellicasque victorias que semper fere per humanorum animorum motus accidunt. Var. Animaduertendum primum quibus de caussis et quemadmodum constituerunt paces. secundum quam fide et iustitia eas coluerunt. Et est pax tranquilla libertas. Vir. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Per translationem quandoque sumitur pro venia. Idem. Sed vocis precibusque iubent exposcere pacem. quandoque pro propiciatione: vt apud eundem. Pacemque per aras exquirunt. Pax etiam aduerbium grecum est et significat tantummodo. Teren. in Heau. Dum argentum capio pax: nil amplius.

¶ Pace tua dixerim: honestus reprehendendi mos. prius captata venia. i. tua venia: et te non irascente.

¶ Paco. as. a pace fit: et significat mitigo lenio placo propitio concordo et pactum facio. Aug. super Io. Exiit mane: et quos inuenit conduxit: et pacauit cum eis mercedem denarium. Dicitur et Pacor: deponens. Idem in eodem vtrumque complexus est. Sodalis non tibi feci iniuriam: quod paccaui reddidi tibi: fraudem tibi non feci: quia quod pacatus sum reddidi.

¶ Pacate aduerbium: significat tranquille sedate.

¶ Pacifico. as. a paciscor esse videtur. Cice. Lepido. Itaque sapientius meo quidem iudicio facies si te in istam pacificationem non interpones. i. pacem faciendam. Quidam hec tria separant: vt Pacificatus sum: pacem feci significet: Pacatus sum: in pace sum: ab armis destiti. Placitus sum: ab indignatione animi ad lenitatem redii: vel animo leni sum.

¶ Pacificatorius. a. um. quod ad pactionem pertinet: Ci. Postquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

¶ Paciscor. eris. pactus depo. significat pactum facio conuenio. Unde etiam construitur cum ablatiuo sicut alia verba pretium significantia. Plau. in Bac. Pacisci cum illo paula pecunia potes. Dicimus etiam pactus sum hanc rem. Iusti. lib. ii. Cum Xerxe nuptias filie eius paciscitur. Huius compositum est Depeciscor.

¶ Pactio vt inquit Vlpia. est duorum pluriumve in idem placitum et consensus. Sallu. Collegam suum Antonium pactioneque prouincie perpulerat: nec contra remp. dissentiret. Ci. lib. iii. offi. Regulus non debuit conditiones pactionesque bellicas et hostiles perturbare.

¶ Pactum quandoque participium est a paciscor: vt est illud in Gen. Et recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter deum et omnem animam viuentem. Quandoque nomen quod a Cicerone sic diffinitur: pactum est quod inter aliquos conuenit. quod iam ita iustum putatur: vt iure prestare dicatur. Hier. in Gen. Statuam pactum meum vobiscum In ablatiuo. Quandoque accipitur pro modo. Teren. in And. Eo pacto gnati vitam et consilium meum cognosces Parttulis: Vide in dictione. Pago is.

¶ Padus. fluuius qui vt Ply. lib. iii. scribit e gremio. Vesuli montis celsissimum in cacumen elati finibus ligurum Gabiennorum visendo fonte profluens: condensque sese cuniculo: et in forouibensium agro iterum exoriens: nulli amnium claritate inferior. a grecis dictus. Eridanus ac pena phaetontis illustratus. Augetur ad canis ortus liquatis niuibus: agris quam nauigiis torrentior. Metrodorus refert quoniam circa fontem arbor sit multa picea que pades gallice vocetur: padum hoc nomen accepisse.

¶ Padua: vrbs a padi vicinitate dicta. que et patauium dicitur quasi padauium: vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι. i. a volando quod captato augurio dicitur conditum. Vel a petendo quod telo auem petiisse dicitur; eoque in loco vrbem condidisse. Primo Antenorea dicta est. Unde antenoride: postea patauini et paduani. Apud patauium natus est Titus Liuius historicus celeberrimus qui res romanas summa facundia perscripsit. Similiter Stella et Valerius Flaccus poete: hic orti fuere. Preterea Paulus iurisconsultus. Albertus Eremitane nostre religionis theologus. Cuius ingenii acumen opera que edidit declarant. Franciscus quoque cognomento zarabella qui in legibus interpretandis: et vite integritate tantum valuit vt in cardinalium cœtum fuerit ascitus. in ea vrbe originem duxit. Fertur et Volusius poeta patauinus qui post Ennium rerum

gestarum populi romani annales carmine descripsit.

¶ Padusa fluuius quẽ aiunt padi brachiũ rauẽnam vsq; pductum Massanicum alio nomine appellatum.

¶ Pean hymnus erat i apollinẽ: sicut dithyrambus in bacchum: vt Iul. Pol. inquit: qui non solũ in auersione malorum decantabatur: sed ꝛ in victoria. Interfecto eñ pythone laudibus ꝛ carminibus laudatus fuit: q̃ peana dixerunt. Virg. Letũ peana canentes. Abusiue tamen p oĩ deoꝝ laude ponit. Vñ opus suũ Pĩdarus de laudibus deoꝝ oĩm peana inscripsit. Pean vo ab παιω q̃d est medeor: q. s. morbis remediãs finẽ faceret. Unde et Apollo ipse pean dictus est. Iuue. Parce p̃cor pean.

¶ Pechnium: genus ludicri poematis a ludendo. Unde Technopegnion apud Ausonium.

¶ Pedor: squallor. illuuies. sordes ꝛ omnis immunditia: seu putor in aĩali. Longusq; in carcere pedor. Ci. li. iij. Tus. Barba pedore horrida atq; intonsa infuscat pectus illuuie scabrum. A greco hoc nomen deduci videt quo παιδεσ. i. pueri dicũtur qui i illa puerili etatula sordidi fere sunt: nec a sordibus sciunt abstinere. Unde peditos quoq; sordibus ꝛ obsoletos appellant.

¶ Pedagogus. pe. pdu pueri ductor: παισ puer. αγωγοσ ductor. Is est enim cui ducendorum pueroꝝ custodia datur. Col. lib. j. Nec postremo quasi pedagogi eius meminisse dedignemur iulli hygini.

¶ Pedagogiũ apud iurisconsultos. ti. de fundo instru. Seruitiũ atq; mancipiũ dicitur. Verba Vlpia. hec sunt Si instrumentum fundum legasset: ea pedagogia que ibi habebat vt cũ ibi venisset p̃sto essent in triclinio legato continentur. Suet. tamen si textus falsus non est accipit p puerorum concubitu cum inquit in Nero. Super ingenuorum pedagogia et nuptiaꝝ concubinatus vestali virgini Rubrice vim intulit.

¶ Pedagiũ. locus in domicilio in quo pueri seruiq; cõmorantur. qui παιδεσ vocantur. Ply. lib. vij. epistolaꝝ Puer in pedagio mistus pluribus dormiebat.

¶ Pedico. as. pe. pdu. obscenum verbũ quod significat p̃posterã cũ masculis libidinẽ exerceo. Greci dicunt πυγιζειν. Iul. Firmicus hanc libidinẽ p̃posterã appellat. Hinc pedicones siue Pedicatores puerarij: puerorum amatores concubitoresq;.

¶ Pederastes: amator puerorũ. Pederastia: amor obscenus in pueros.

¶ Pedia. Grece παιδεια: eruditio institutioq; in bonas artes vt docet Gel. Unde Pedia Cyri quam Xenophon scripsit.

¶ Pedotriues pe. pd. ludi litterarij p̃ceptor: et exercitationis magister. cuius officiũ: vt inquit Plato in Gorgia: est corpora hominũ formosa robustaq; efficere. Pedotriuica exercitatio pertinens ad doctorem pedotriuem. Arist. lib. viij poly. p̃cipit adolescentes gymnastice ꝛ pedotriuice esse tradendos.

¶ Peon nomẽ viri medicie artis peritissimi: vt scribit Home. A quo peonia herba dicta est. Est ꝛ peon genus pedis: qui a Diomede quadruplex eẽ tradit quorũ primus ex lõga ꝛ trib9 breuib9 ꝯstat. Scd̃s ex breui ꝛ lõga ꝛ duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus ꝛ lõga ꝛ breui Quartus ex tribus breuib9 et longa.

¶ Peonia: herba vocata est a Peone medico qui eã inuenit. Peonia etiã regio est in europa a Peone Endymionis filio ꝛ Epei fratre: qui victus cursu ab Epeo sicut inter eos conuenerat: imperium victori dedit et in Macedoniã seu Thraciã ad amnẽ Axium discessit. A quo Peonia regio dicta: que postea ex regis noĩe Emathia pars Macedonie vt a qua Peones populi. Iustin. lib. vij. scribit penul. cor. Sta. lib. Achil. Preterit ꝛ didici quo peones arma rotatu. Quandoq; peonia ponitur p macedonia sicut Emathia: cuius litoris regio iuxta Sithoniã ꝛ Thermopontũ pallene vocatur. In hac regnasse fertur Thelegonus.

¶ Pestũ. oppidũ lucanie rosaꝝ abundantissimũ vbi ob coeli clementiam bis in anno pducebãtur fructus. s. Maio ꝛ Septembri. Virg. lib. iiij. Geor. Biferiq; rosaria pesti. huius moenia prope mare magni spatij adhuc integra videnẽ latitudine ꝛ altitudine mirãda a Thuscis conditum possidoniã dixerunt: et eius sinũ possidoniatẽ. Postea romani missis huc colonis ampliauerũt: vt ait Stra. Hinc Pestanus. a. um. Ouid. de arte. Caltaq; pestanas vincat odore rosas.

¶ Petus. qui obliquatis oculis in altũ respicit. Hor. in Ser. Appellat petũ pater ꝛ pullũ male paruus si cui filius est. Hic petoꝝ familia rome cognomen sumpsit.

¶ Pagus. simul posite ville. hoc est rusticane dom9 in vnũ coagmentate. Nam πηγη latine fons dicitur: q; circa fontes he ponerentur. q; omnes eadem aqua vterẽtur. Scribit Cesar ciuitatem heluetiaꝝ in quattuor pagos fuisse diuisam. hoc est in quattuor regiones que pagatim habitabantur.

¶ Pagatim aduerbium: dictũ est per singulos pagos ea forma qua oppidatim. Liui. Templa deum que pagatim sacrata habebant dirui atq; incendi iussit.

¶ Paganus. a pago dictus est rusticus: villanus in villa natus qui non nouit vrbem quasi ex vno fõte potãs. Hinc Semipaganus. Semirusticus. Interdum pagani accipiuntur pro hominibus non militantibus tamet si vrbani sint. Et est verbum peculiare iurisconsultorũ a quibus hec duo perinde ac contraria opponuntur miles et paganus. Sue. de Aug. Pinarium equitem Ro. cum concionante se admissa turba paganorum apd̃ milites subscribere quedam animaduertisset: curiosum et speculatorẽ ratus corã fodi imperauit. Vlpi. Est scriptum a diuo Pio in eo q̃ cũ eẽt paganus fecit testamẽtũ: moꝝ militare coepit. Paulus. Fecit tastamentũ exẽplo ei9 q̃ paganus fecit: deinde militare coepit. Quare aũt pagani dicant qui vrbani sunt: dicit Romã diuisam fuisse i tribus quattuor sicut apud Diony. lib. iiij. antiquitatũ legitur: quas pagos vocitabant in q̃bus habitãtes pagani dicebantur qui in nullã aliam habitationem transferri poterant.

¶ Paganalia. orum rusticorum festa.

¶ Pagasa. thessalie oppiduꝫ: quod postea Demetrias dictum est: Iuxta quam edificata fuit Argonauis. Proper. Q̃d nauis longa argonautarũ pagasea nũcupat. q; Iason q̃ eã edificauit fuit filius Esonis fris Pelie regis Thessalie. Hinc pagasicus sinus in thessalia est dictus.

¶ Pago. is. pepigi pactum: significat paciscor. Cic. lib. ij. ad Heren. Pacta sunt que legibus obseruanda sunt. hoc mõ. Rem vbi pagũt: orõne pagũt. Aliq̃n significat pmitto. Plau. Hec tibi pacta est Calicli filia. Ser. tamen dicit. Pago vnde multi volunt venire pepigi nusq; lectum est: vultq; pepigi a paciscor fieri. sicut et pact9. Quomodo a placeo placui ꝛ placitus.

¶ Pagina. penulti. cor vtraq; pars folij a pangendo q; in paginis carmina panguntur: id est figuntur. Versus enim pangi vel figi certis dicuntur: vel quod in libris suam queq; obtineant regionem. vt pagi. Hinc fiunt compagino pro coniungo. q; pagine simul coniunguntur. Pagina diminutiuum. Cicero ad Atticum. Si

vero idem quod nescio an sit vt nō min us longas iam incodicillorum factis futurorum consu l ū paginulas habeat q̄ factorum.

¶ Pagyris. nomen fluuij & nomen ciuitatis. a qua Pagyritę populi. Quidam tamen pacyrim dicunt.

¶ Pala instrumentum rusticanum vulgo notū. Et instrumentū quo panis in furnū mittit & extrahit: nec nō ventilabrū. Itē quoddā ignis receptaculū. Itē palę dicuntur dorsa dextra: leuaq; eminētia mēbra. Itē palę vt inquit Stra. minores auri purgationis massulę et vtiq; non maiores selibra. Ply. lib. xxxiij. Expuit enim pala quedā. hoc est qđ greci Psegma appellant. Idem lib. xxxiij. scribit palacas appellari massas auri i puteis repertas decem & amplius librarū pōdere quas alij palacranas vocant. sicut id quod minutū est balaucem.

¶ Palla pallę per duplex ll. est honestę mulieris vestimētum. hoc est tunicę palliū quod palā & foris est ad vestigia vsq; demissū. Vir. Pro longę tegmine pallę Tygridis exuuię per dorsum a vertice pendens. Plau. in mene. Pallā ad phrygionē fert ꝯfecto prādio. In Gallia tamen viri quoq; palla vtebātur. Unde Mar. Dimidiasq; nates gallica palla tegit. Et ab Irrugatiōe & mobilitate dicitur palla quę est circa finem huiusmodi vestiū ἀπὸ τοῦ πάλλειν. Est etiam hoc nomine vrbs Pro lemęo. teste a latere meridionali corsicę.

¶ Palaca a palacrana pro auri massa sumi solent.

¶ Pallace: grecum est & significat concubinam: Unde dicimus: Hęc est pallace mea.

¶ Palam aduerbiū ad oīa refertur: & significat manifeste & corā pluribus. Corā ad psonas tm̄. Teren. Si falsum aut fictū continuo palam est. Hinc fit Propalam eiusdem significationis. a quo Propalo. as. manifesto seu aperio. De quibus infra.

¶ Palam questum facere dicitur non tantum ea quę in lupanario se ꝓstituit: sed etiam si qua vt solet in taberna caupona vel q̄ alia domo pudori suo non parcit.

¶ Pallium dictum est q; palam sit et foris. Sub eo enim tunica sumebatur longe lateq; diffusum: & viris mulieribusq; conueniens: ꝓprie autem grecus habitus. Unde palliati greci dicti sunt: & Comoedię palliatę quę scriptę sunt secundū ritus & habitus hominū palliatorū grecorum. Auctores Dona & Diomedes.

¶ Palliatus. a. um. pallio indutus: & pallio coopertus: Aug. lib. x. cōfes. Inest animę vana & curiosa cupiditas nomine cognitionis & scientię palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res potest.

¶ Palliolū dimi. breue pallīū: siue liteū ad caput tegēdum. Iuue. Cultam palliolo mulier nēpe ipsa videtur. Hinc Palliolati. Plau. Palliolati amict⁹ sic scelit ludibū

¶ Palliolatus huiōi palliolo indutus. Suet. de (dus. Clau. Palliolatus nouo more p̄sedit. Mar. Hanc volo quę facilis quę palliolata vagatur.

¶ Palliastrum: rude ac vile pallium. Apul. Ecce socratem contubernalem meum conspicio humi sedebat scissili palliastro semiamictus.

¶ Palus pali. notę significationis habꝫ pri. pro. Tibul. Hic docuit teneram palis adiungere vitem.

Palus vero paludis pro loco aquoso: habet primā cor. De quo infra.

¶ Palo. as. sepio tendo & quasi palis munio. Col. li. xij. Ut vitis paletur & capite tenus alligetur: & iuga vineis imponantur & capistretur. Et palare vagari errareq;. Unde & Dispalare quod est diuidere Sisen. Dispalati ab signis digressi omnes ac dissipati.

¶ Palor. aris. passim vagor. sicuti faciunt qui lento gradu dispersiq; labruscas querunt. Li. lib. j. Raptim et ad hos romana legio ducta palātes in agris oppssit. Idē. lib. v. Iam obsidionis tędio victi abscedunt: vagiq; p agros palantur: cibis vinoq; rapti hausto repleti. Hoc verbum a palam quidam deduci existimant. Alij a palis castrorum. hoc est sudib⁹: modo huc: modo illuc trāslatis. Dicitur et Palo. as. in hac significatione.

¶ Palati aduerbium: significat passim vagando. Li. lib. v. Thusculum palatim fugerem.

¶ Palata ficus inter palas compssa. Hie. lib. ij. Re. Apparuit siba puer miphiboseth in occursum eius cū duobus asinis qui onerati erant ducentis panibus et cētum alligaturis vuę passę & septem massis palatarū.

¶ Palatus. oris coelum. q; labijs dentibusq; quasi palis munitus sit. Aug. super Io. Quo auidas fauces habere debet: vnde optare: vt sanus sit inde palatus ita in dicandi. Dicitur & palatum. Col. lib. viij. Sed etiam si palatum a tq; lingua concolor lanę est.

¶ Palas. antis. nomen filij Euādri. & nomen Gigātis

¶ Pallas. adis. dea dicta q; palantē gigantem interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primū visa est: vel a πάλλω vibro quatio eo q; hastam vibrare consueuerit docueritq;. quoniam belli dea est. Hec dicta est bellona quia bella inuenerit. Et minerua q; vim minetur: vel q; neruos minuat ob studiorū laborem. Nam dea artiū & sapientię est: quia de capite Iouis nata est. Sed quia dea et artiū et ingenij ideo ista finguntur. Nihil est enī excellentius ingenio. quippe q̄ reguntur vniuersa. Uirg. Pallas quas condidit arces ipsa colat. Hec Iouis filia sine matre fuit. Nā Iuppiter cū videret Iunonē sterilē eē pcusso capite emisit palladem armatā. Pallas etiā nomen paludis est i Affrica.

¶ Palladium: palladis simulachrū quod Romę in ęde vestę fuit.

¶ Palladius. a. um. qđ est palladis. Unde palladiū forum Romę quod erat ꝓpinquū templo palladis.

¶ Palladius nomen viri proprium qui de Agricultura scripsit.

¶ Palatium mons Romę appellatus est. q; ibi in palatio pecus pascens balare consueuerit. Sic enim vox est⁹ animalis exprimitur quasi balatium. Unde neuius balatium appellat. Uel a palo. as. quia ibi palare. i. errare pecudes solent: seu q; palantes arcades cum Euandro ibi consederunt. Nam ante Romam conditam possessū atq; habitatum fuit vt ab Arcade Euandro: aut ab originibus qui ex palatio oppido agri reatini venere & cum Euandro habitauere: Alij a palantia latini matre quę ibi habitauerit palatium dictum volunt. Alij a pallante Euandri auo. Alij a filia Euandri palantia ab Hercule vitiata & postea illic sepulta. Uel certe a Pallante eius filio illic sepulto. Alij ab Pale pastorali dea nomē inditum autumant. Palatium etiam dicitur dom⁹ imperatoria superba amplaq; a palante gigante qui prim⁹ palatium ob magnitudinem sui fecisse dicitur. Aut secundum Ply. a Palāteo Arcadię oppido. Siue vt Cyrillus auctor grecus refert a palatio monte. Huius nominis prima syllaba indifferenter ponitur. Ouid. de arte. Illic quas tulerant nemorosa palatia frōdes. Mar. Inde sacro veneranda petes palatia cliuo. Et palatiū dicta fuit vrbs Diocletiani quam nunc nautę Spalatū vocant. Euse. in chronicis. Diocletianus haud procul Salonis in villę suę palatio moritur.

¶ Palantem: vrbs in palatino monte. a Palāte Euā

dri proaui. Vñ Virg. lib. viij. Arcades his oris genus a palante profectum. Qui regem Euandrum comites q̃ signa secuti. Delegere locum & posuere in montibus vrbem Palantis proaui de nomine palanteum.

¶ Palatin⁹.a.um. Unde palatinus deus: & palatinus mons dictus est super quo primo Roma ędificata fuit: & in eo reges primo. deinde cõsules: postea imperatores maiore ex parte sedem habuerunt. Et palatini qui & palantes sunt: qui cum Euandro venerunt et aborigenes consederunt in quartę regiõis palatio. Sed hos alij dictos a palantia latini vxore putauere.

¶ Palatialis flamẽ dictus est q̃d ad sacrificandũ ei ideo constitutus erat: in cuius tutela palatiũ eẽ putabatur.

¶ Palatual: sacrificiũ qđ fiebat romę in mõte palatio.

¶ Palantina regio Romę cuius Arcades duce Euandro palantes auctores extiterunt.

¶ Palantia oppidum. Unde et palantini. Est et nomẽ fluminis in Ualentino littore.

¶ Palemon marinus de⁹: latine portun⁹ ꝗ portub⁹ ꝑsit. De quo in dictione Portun⁹. archias ait in epigrãmatio τεσσαρεσ εισι ... Est & nomẽ ꝓpriũ Grãmatici Uicentini. Cuius tanta fuit arrogantia: vt secũ natas & perituras litteras diceret. Atq; de se diuinasse Uirg. cu3 dixit. Tantum vicine palemon.

¶ Palestina: ꝓuincia syrię arabię contermina. a philestim vrbe metropoli in ea: vt inquit Ply. lib. v. Nam et herodotus syriam: alteram palestinã. In ea quinq; ciuitates continebantur Gaza: Aschalon: Geth. Acaron & Azotũ. Est & altera palestia ꝓpe Pheaciã de qua Luc. lib. v. Lata palestinas vndis consixit arenas.

¶ Palestra: luctatio ab παλιν. iterũ παιω. ferio percussio. Uel απο της παλης. i. a motu vrnę. Nã ducti sorte luctant. Uirg. li. vj. Pars in gramineis exercent mẽbra palestris. Palestra etiã dicit dom⁹ lęnonis qua est exercitus amatorũ assidue. Ter. in Phor. Eccũ a sua palestra exit foras. Vñ Uict. li. v. doc; quõ palestrę sint ędificãdę.

¶ Palestrita palestritę penultima correpta qui se in palestra exercet.

¶ Palestricus. a. um. quasi ex vsu palestrę hab3 pe. cor. Palestricus substãtiuum idem quod palestrita. Affra. Depellis mihi manum per palestricos.

¶ Pales pastorũ dea vel papuli. hanc quidã vestã: q̃dã deũ matrẽ appellant. Uir. Te quoq; magna pales.

¶ Palilia vel parilia. eius deę festa l in r mutata dicit. Hęc a pastorib⁹ in agris fiebãt. xj. Cal. Maij q̃ die Romul⁹ vrbẽ fũdauit ad lupos arcẽdos morbosq; a pecore pellẽdos: seu ꝓ ꝑtu pecoris. Prop. li. iiij. Urbi festus erat dixere palilia patres. Hic prim⁹ cœpit mœnib⁹ eẽ (dies

¶ Palea a palã seu a pabulo dicit. Nã ea sola primũ in pascendis alalib⁹ ꝑbebat. Quo sane vocabulo nõ ꝓprie culmi sed folicula ipa granulorũ ꝯphendunt. Uir. lib. j. Ge. Surgentẽ ad zephyru3 palea iactant inanes. Col. lib. vij. Minus cõmode tuemur armentũ. Paleis quę vbiq; & quibusdã regionibus sole pſidio sũt. & ꝓbãtur maxime ex milio: tũ ex hordeo: mox ex tritico. Idẽ. Oportet fabã maturã cõterere & ꝑ leas eius diligẽter recõdere. Notandũ ꝑ Seruij snia paleã singulari numero dici contra artẽ. Nã q̃ ex pluribus ꝯstant sunt tm̃ numeri pluralis: vt cancelli bigę scopę. licet abutantur poetę. Uir. Nec; ꝗ̃ piguis palea teret area culmos.

¶ Paleatus. a. um. qđ ẽ factũ ex paleis. Col. li. iij. Quic quid inseruerit: libro ligato luto subacto: paleato oblinito plagã & alligato: ne aq̃ ventusve penetrare possit.

¶ Palearia: pelles depẽdẽtes ex gutture boum dicta quasi pellearia. Uirg. lib. iij. Geor. Et crurũ tenus a mẽto palearia pendent. Huius nominatiuus singularis ẽ palear. Item palearia vbi cõdũtur paleę: sicut fœnilia vbi fœnũ reponit. Cuius singularis est paleariũ. Col. Defunctuaria fœnilia paleariaq; & apothecas & horrea.

¶ Paliscorum: stagnũ in Sicilia sulphurei odoris.

¶ Palilogia: latine reduplicatio. Palilogus: iterum collectus.

¶ Palimbacchius: gen⁹ pedis ex pria & scda lõgis & vltima breui. vt Augustus. Idẽ. Antibacchius dicitur.

¶ Palingenesia: latĩe dicitur regeneratio. hoc est reditio post tempus animarum in corpus: quod fuit pythagorę dogma.

¶ Palimpissa. pix liquida iterum decocta.

¶ Palinodia. contrarius cantus: & dici potest recantatio siue retractio. ωδην enim greci cantum dicunt παλιν rursus. Cum male de aliquo scribentes. deinde rescribentes bene de eodem scribimus quasi dicendi mutatio.

¶ Palimpsestus: membrana iterum abrasa. Ci. Treba. Nam quod in palimpsesto. laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris ꝗ̃ hęc scribere: nisi forte tuas formulas. Iure consulti deletitiam vocant. Nam abrasis prioribus litteris rescribitur. Ulpi. Chartę appellatio ad nouam refertur: & ad deletitiam.

¶ Palus. dis. est vbi paululum aquę in altitudine & palam latius diffusa: quę etiam quandoq; siccatur. cui⁹ prima breuis est. & scda indifferẽs: ꝗ̃ꝗ̃ in gtõ crescat. Uir. lib. iiij. ge. Cocyti tardaq; palus inamabilis vnda. Hor. Regis opus sterilisq; diu palus aptaq; remis.

¶ Paluster. is. & Paluster. a. um. quod est ex palude.

¶ Palamedes: nomen Nauplij Eubœę regis filij qui Ulyssis fraude a gręcis interfectus fuit. Hic fertur troiano bello quattuor litteras inuenisse scilicet. ξ. θ. Φ. Χ. Pręterea ordinem aciei: dationem signi tesseras. hoc ẽ symbolum bellicum et vigilias inuenit. Hinc a poetis palamedes aues grues dicuntur. Mar. Turbabis versus nec littera tota volabit: Unam perdideris si palamedis auem.

¶ Palangę. Gręci phalangę dicunt: sunt ligna teretia qualia sunt quę nauigijs dum subducuntur ad littora: aut ad mare trahuntur supponi solent. Uide in dictiõe Phalangę.

¶ Palango. as. onus aliquod hmõi fustibus trãsueho. Uar. Cum pœnus in fretũ obuia venisset nostris: et q̃dam cœpisset crudelissime ꝑ palangis carinis subijcere: quo metu debilitaret nostros. Afra. Et capreaz vnã semilaceram quaterni simul palangabant.

¶ Palanę idem significat quod phalangę.

¶ Pallenę: ciuitas a Pallena Sithonis filia et vxore Cleti dicta: quam alij macedonię. alij thracię asserũt ob regionem vicinam vbi gigantum bella fuisse memorantur.

¶ Palinurus Sicilię promontorium haud longe ab helia quę postea velia dicta est: in quo palinuri gubernatoris nauis ęneę tumulus est: et ab eo locus nomen sortitus est. Dicitur autem palinurus bis meiens. παλιν enim iterum: ουρον vrina. Mar. Minxisti pauline semel currente carina: meiere vis iteru3 sic palinur⁹ eris id est vocaberis bis meiens.

¶ Paliurus: herba spinosa ⁊ aspera. Virg. Carduus ⁊ spinis surgat paliurus acutis. Est etiam nomē arboris in Africa suauem fructum facientis quo vina commendantur. Et nomen paludis in Africa.

¶ Pallor: quasi pellis liuor. a quo Pallidus: ⁊ diminutiuum Pallidulus.

¶ Pallas a motu cordis dicitur.

¶ Palleo. es. pallui pallidus sum. a quo pallesco pallidꝰ fio. Aug. lib. viij. con. Iactat tempestas nauigātes minanturq; naufragiū: omnes futura morte pallescunt. Huius cōposita Expalleo. a quo Expallesco valde pallidus fio: Plau. in Cur. Viden vt expalluit. Impalleo: a quo Impallesco quod ē intus vel valde pallesco. Persius. At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

¶ Palma dicitur planū illud ⁊ ex pte concauū manus qđ in digitos desinēs decore patet. Unde ⁊ ꝓ mensura ponitur sicut palmus. Ab huius similitudine arbor quoq; illa nobilis palma vocatur quā phœnicē vocamus ꝙ comā in cacumine habeat circū extensam ⁊ ramos in digitorum modū protensos. Unde ⁊ gnis eaꝝ caryotas dactylos. hoc est digitos vocamus: qm̄ digiti videātur. Hec arbor in italia sterilis est: in maritimis hispanię fructū fert sed immitē. dulcē in africa: sed statim euanescentē. Contra aūt in oriente ⁊ ex his vina: alicubi etiā panis ⁊ pluribus quadrupedibus cibus. Nō cedit ponderi: sed surgit aduersum pondus. Idō victoribus traditur pręmio. ꝙ non cesserint sed ptinaces in bello ꝯstiterit. Unde ⁊ ponitur ꝓ victoria. Plutar. In certaminibus palmā signū eē placuit victorię: quoniā igenij eiusmodi lignū est vt vigētibus opprimentibusq; nō cedat. Item palma causa certaminis dicit. Ter. in Phor. in medio omnibus palmā esse positā. Itē palma vt docet Seru. lib. xj. ęnei. significat togā quā merebantur ij qui de hostibus palmam deportassent. hoc nomine est etiaz vrbs vna e duabus quę in vna gymnasiarum sunt cōditę ad occasum sita vt inquit Stra.

¶ Palmeus. a. um. qđ ex palma arbore. Col. lib. vj. M. Columella bęthicę prouicię seu ortu caiculę palmeis tegetibus vineas adumbrabat.

¶ Palmosus. a. um. quod est palmis abundans. Virgi. lib. iij. Palmosa salinis.

¶ Palmata seu palmatis vestis: a palma ꝓ victoria dicta ꝓpter triūphantiū: fuit quā merebant hi qui de hostibus palmā reportassent. Auso in panegy. Palmata vestis vt in pace consulis est: sic in victoria triūphātis. Sidonius. Post palmā palmata venit. Alij a latitudine clauorum dictam volunt palmatam quę nunc a genere picturę picta appellatur. Mar. Palmatęq; ducez sed cito redde togę.

¶ Palmare facinus: quod est dignum palma.

¶ Palmus mensurę genus. Et est duplex. maior ⁊ minor. Maior digitoꝝ. xij. Grece Spithame vocatus. Minor digitoꝝ. iiij. Palestes grece dictꝰ. Dicit etiā palmū neu. ge. Victr. lib. ij. Doron autem greci appellant palmum ꝙ munerum datio. grece dorō appelletur. Id autem spargitur per manus palmum.

¶ Palmariū: quod est palma dignū. Terē. in Eu. Id vero est quod ego mihi puto eē palmariū. Do. Palmariū palma dignū. Palmariū etiā dicit qđ est palmi. Col. li. ix. Per spatia palmaria modicis forant cauis. Idē li. xij. Spici vlpici inter palmaria spatia disponēdi sunt.

¶ Palmaria insula ē vltra Tyberina ostia in mari Tyrheno. Var. lib. iij. de re rust. hoc ita fieri apparet in insulis ꝓpinquis ponti ⁊ palmarię pandatharię.

¶ Palmipedalis: mensura vnius pedis ⁊ palmi. Col. lib. iiij. Nam in cliuosis vbi terra decurrit potest malleolus palmipedalis deponꝰ.

¶ Palmula: extrema pars remi. eo ꝙ in moduz palmę protensa est. Virg. lib. v. Et leuas stringat sine palmula cautes. Sunt ⁊ palmulę fructus palmę qui ⁊ dactyli ⁊ Scandalides ⁊ Margaridę ⁊ Careotę ⁊ Careotides Plynio teste dicuntur.

¶ Palmipes. planos ⁊ ad palmę similitudinē hns pedes. Unde anseres ⁊ oēs ferę aquaticę aues palmipedes dr̄. Ply. Aut in palmipedū gn̄e sunt vt anseres.

¶ Palmes. itis. sarmentum vitis et aliaꝝ arborū quoniam palmites in modū palmaꝝ hūnaꝝ ꝑgulas q̄si digitos habent. Et palmites dicuntur vñ erumpit vua.

¶ Palmo. as. manus alligo. Col. lib. xij. Ceterum palmare. i. manus alligare hoc tēpore non expedit. In alia significatione accepit. Quintil. in decla. cęci. Pręterea cum manus ex qua palmare vestigiū potest: plicetur in capitulo. Et post. Tuus autez oni palmatus est parietis vestigium eius partis ostendit. Huius compositum est Depalmo quod est palma percutio. Gel. Is pro delectamento habebat hominis liberi manus scite palma verberare: cuz seruus sequebatur crumenā plenā assiū portitans. ⁊ quēcūq; depalmauerat numerari statim secundum. xij. tabulas vigintiquinq; asses iubebat.

¶ Palmirena regio syrię in qua metrepolis ē palmaria in qua regnauit. Zenobia mulier eruditissima.

¶ Palpo. as. ⁊ palpor depo. ꝑ leuiter blande ⁊ quasi tētando tango. Unde et ꝓ adulari frequenter accipit. hic Palpator pro adulatore Plaut. Ut palpator nullus est quando occœpit blandior. Regitq; interdum accusatiuum: interdum datiuum. Hor. in Ser. Cui male si palpare recalcitrat. id est si aduleris vel blandiaris. Iuue. actiue posuit cum ait. Quem munere palpat Carꝰ. Huius compositum est Expalpo quod est elicio.

¶ Palpo palponis. qui ⁊ palpator pro adulatore ⁊ blando homine.

¶ Palpito. as. frequētatiuum leuiter ac frequēter moueo. Hier. lib. ij. Re. Cūq; adhuc palpitaret herēs in q̄r cu. Ply. Palpitat certe cor ⁊ quasi alternatim mouet. Iuue. Ut semel atq; iterum super illam palpitet.

¶ Palpebrę penultima correpta capilli quos in genis homines vtrinq; habent a palpitando. i. tremendo. vel a palpando. id est prętentando. Ob id enim natura palpebras homini dedit vt vallum quoddam visus esset ⁊ prominens munimentū circa occursantia animalia: aut alia fortuito incidentia.

¶ Paludamenta sunt insignia ac ornamenta militaria. Ideo cum ad bellum exit imperator mutata veste dicitur proficisci paludatus. Liui. Cuz paludatis lictoribꝰ profectus ab vrbe brundusium venit. Hiero. ad Exuperantium. Quis non diligat eum qui sub paludamento et habitu militari agat opera prophetarum ⁊ exteriorē hominem aliud promittentem vincat interiori homine qui formatus est ad imaginem creatoris. Dicta paludamenta ꝙ perspiciuntur illi qui illa habent: ⁊ fiunt palaz vt inquit Var. Inuenitur etiam paludamētum dici de veste muliebri. Plynius. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis sedente eo ad naualis pręlij spectaculum assidentem indutam paludamento aureo textili sine alia materie.

¶ Palumbes. tam masculini q̄ fœminini generis inuenitur. syluestres columbę sunt quę arboribus sepibusq; nidificant. Virgilius. Raucę tua cura palumbes

Luc. Matrosq; palumbes. Dicitur et palumbus ⁊ palũba. Horum duo sunt genera. Unum torquatũ a torque quo insignitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi: non edat hanc volucrem qui cupit esse salax. Proper. Sed cape torquatę Venus o regina palumbę. Alterum genus quod Vinaginez dicunt ab vsu libiusce. A palumbus fit Palumbius. a. um.

¶ Pampilus penultima correpta latine dicitur totus amor: vel omnibus amicus.

¶ Pamphilia regio in minori Asia inter Ciliciã ⁊ Syriam. Unde ⁊ mare pamphilicum: dict. quasi tota frondosa. Hęc tota montana ex Tauro in mare procumbit Incea. vt Pompo. refert: est fluui⁹ Melas nauigabilis ⁊ Eurymedon. apud quem Cymon atheniẽsis persas nauali pugna superauit.

¶ Pãphagi: ęthiopię populi oĩbus rebus vescentes.

¶ Pampinus. pe. cor. a Virg. genere masculio ponitur: a Var. frequentius fœminino. Et significat foliuz vitis seu ramusculũ virentem. Virg. Heu male tunc vites defendit pãpinus vuas. Apud Colu. ponitur pro quodaz arboris genere. ¶ Virg. genus non discreuit.

¶ Pampino. as. pe. cor. pampinos decerpo. vel a sarmẽto coles qui nati sunt de his qui plurimum valent ad secundum nonnunq̃ etiam ad tertium relinquo reliquos decerpo ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Col. lib. iij. Cum comprehenderint idẽtidem pampinent ne plura sarmenta q̃ debẽt excrescãt.

¶ Pampinariũ palmeś qui vt Ply. inquit e duro exit: materiãq; in primũ annum pmittit: siue congeries virentium ramusculoꝝ. Col lib. iiij. Vitiosissima est corũ agricolarum opinio qui minimuz referre credunt quot vuas sarmentum habuerit dũ ex vite fertili ligat ⁊ non ex duro trunco enatũ quod pamphinariũ vocant.

¶ Pampinarius. a. um. quod est pãpini. Col. li. v. Ne aut pampinarius palmes internatus aut verrucę similis furunculus relinquatur. Et lib. iiij. Ne pampinariaz virgam deplantet.

¶ Pampineus. a. um. idem quod pampinarius. Virg. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

¶ Pampinosus. a. um. quod pãpinis abundat. Col. li. vj. Et si parum pampinosa vitis est.

¶ Pan apud grecos significat omne. Quo etiam vocabulo pastorum deus vocatus est in naturę similitudinẽ formatus: habet enim cornua in radiorum solis et cornuum lunę similitudinez. Rubet eius facies ad ętheris imitationem. In pectore nebridẽ habet stellam ad stellarum imaginem: pars eius inferior hispida est propter arbores: virgulta feras. caprinos pedes habet vt ostendat terrę soliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse qui fistulã cõposuit septez imparibus calamis simul coniunctis ppter harmoniã cœli. Hunc arcades colũt: eũ vniuersę materię dominum appellantes. Vnde a grecis pan appellatur. Item pan latine incubus dicitur. Incubi vero sunt nocturna phantasmata mortalibus terrorem incutientia. Sed Alceus poeta mirabiliter describit εμπρει παρ λαφοισιρ οϛειβατα Χειλεσιρ μουσαρ εμπρει ποιμελιω τεϛπομενοσ Δαϛακι ευκεμα Δω συριγγι Χεωρμελοσ λκθε συι ωΔου κλαζε κατ:θυ ρωρ ρηματοσ αϛμορινμε αμθισοι ϕυεμοιο καικϛοτομ εμ θεομι Χμοσ ρησσεσθω ρυμϕαισ ταισ Δεμεθυ Δριασιμ.

¶ Panaces. pe. cor. ⁊ Panax herba cuius succus opoponax vocatur απο του παρτα ακειρ. hoc est a sanandis omnibus morbis. Ply. Panaces ipso nomine oĩz morborum remedia pmittit. Col. Panax vtroq; tempore leni ⁊ subacta terra rarissime differitur. Hinc deducit πα ρακαια. Luc. lib. ix. Et panacea potens ⁊ thessala cẽtaurea. Virg. Ambrosios succos ⁊ odoriferã panaceam.

¶ Panetius nomen ppriũ philosophi rhodij stoicę secte: quasi totus moralis Scipiõis pceptor quẽ imitat⁹ est Cic. lib. de offi. Hic scripsit q vita hominũ ex improuiso assidua ⁊ prope quotidiana pericula fert ad quę cauenda oportet animo semper esse intento vt sunt athletę. Sicut enim illi in certamine athletico caput manib⁹ oppositis quasi vallo pmuniũt: ita animus sapiẽtis aduersus petulantias iniuriaꝝ ictusq; fortunę debet esse erectus arduus septus neq̃ in re repentina incursio imparatis improtectisq; nobis oboriatur.

¶ Panagrõ: retis gñs q oĩa capiat a παρ ⁊ αγρα.

¶ Panagios: latine sanctissimus. q̃si totus sanctus.

¶ Panarethus: pe. cor. dici potest omniũ virtutum continens. παρ enim totum significat αρετη virtus. Mar. Arguto madidus pollice panarethus. Hiero. Fertur ⁊ panarethos Iesu filij syrach.

¶ Panegyris: conuentus nundinę festiuitas ab παρ ⁊ αγυρω. hoc est ab omnibus rebus mercandis. Vñ Panegyrici sunt sermones laudatiui qui in conuentu populi ⁊ sacris celebritatibus habentur: quales sunt quibus diui imperatores laudantur. Et Panegyricon tertiuz dicendi genus: quod latini demonstratiuum dicunt.

¶ Panętholium. quasi totam continens ętholiaz: mõs est ętholię altissimus.

¶ Panathenea: cõis celebritas. ludi gymnici in honorẽ Mineruę athenis celebrati. Prim⁹ these⁹ auctore Plutarcho istituit panathenea. Nã greci αθηρᾶρ vocãt: quã nostri mineruã nũcupauerũt. Euse. Agon gymnic⁹ quẽ panatheõ vocãt athenis actus Hic panathenaic⁹ liber

¶ Panathenaicon genus vnguenti: quod vt Ply. lib. xiij. inquit athenę obseruanter obtinuere.

¶ Panurg⁹: astut⁹ q̃si rerũ oim experientiã hñs a q̃ Panurgia astutia. Plau. Istec panurgia te te i pistrinũ da

¶ Panchaia quasi tota dehiscẽs: regio arabię to (bita arenosa in qua arbores sponte natę thus emittunt. Virg. totaq; thuriferis pãchaia: pinguis arenis. Ser. scribit panchaiam arabiam ⁊ sabeorum gentem eandez esse apud quam nascitur thus.

¶ Panchaij populi q̃ vt Põpo. refert deserta sabeę habitant: qui ⁊ ophiophagi vocãtur qm̃ serpentib⁹ vescãtur

¶ Pancarpię: coronę ex varijs florum generibus factę ⁊ pene omnibus.

¶ Pancratium quasi omnia potens: ludus gymnic⁹ qui quercio constãs. a quo Pancraciastę dicũt q̃ hoc ludo excellunt. Proper. Pulnerulentaq; ad extremas dat fœmina metas. Et patitur duro vulnera pancratio.

¶ Pancratiastes certator ⁊ victor pancrat. j. Gel. lib. iij. Diagoras filios tres habuit: vnũ pugilẽ. alteꝝ pancratiasten: tertiũ luctatorẽ Idẽ significat pancratius pancratia ⁊ pãcratiasta. Sene. lib v. de beneficijs lacedęmonij vetant suos pancratios cęstu decernere. Gel. Expostet animo esse intento vt sunt athletaꝝ qui pãcratię vocantur qui ad certandũ vocati porrectis alte brachijs consistunt ⁊ os suum manibus oppositis quasi vallo premuniunt. Ply. li. xxxv. Myrõ fecit delphicos pẽtathlos pãcratiastas. Quidã ita distingunt inter pentathlũ pancratiũ ⁊ periodo victorẽ: q plus sit pãcratiastẽ eẽ q̃ pẽtathlũ: ⁊ plus periodo victorẽ eẽ q̃ pãcratio. Pentathlos est q̃ ĩ oĩbus illis q̃nq; certat: pãcratiastes q̃ certauit ⁊ vicit. Periodo victor. vt Fes. inq̃t q̃ sacra grecia certamina obiuit ⁊ vicit nemea pythia isthmia olympia.

¶ Pandecta nomen compositum a παν quod est totũ & participio huius verbi Δεχομαι quod est capio quasi omnia intra se cõprehẽdens volumen aliquod vniuersaliter continens. Unde Justinianus libros in quibus vetera iura collegit pandectas appellauit.

¶ Pandion proprium nomen Ericthei Athenarum regis filij cui successit in regno: Huius filię fuerunt Progne & Philomella. Dictus Pandion quasi tot⁹ dios .i. totus iouis. Hic Pãdionia dicta est attica. Sidonius Qui pandioniã mouebat orator caueam tumultuosus

¶ Pandochium. hospitiũ: diuersoriũ: stabulum.

¶ Pandora quasi omniũ dona: vel quasi ab omnibus donata: vel omniũ rerũ genere donata. Quo nõie etiã dicta est gens in conuallibus indię: sicut lib. vij. scribit Ply. quę ducentis annis viuit in iuuentute capillos cã didos habet in senectute nigros.

¶ Pandataria: isula in puteolano sinu seu ĩ mari tyrrheno. vt lib. ij. scribit Ptol.

¶ Pandosia. ciuitas in Epiro: alia in Jtalia. in q̃ Alexander epirotes interfectus est. De qua Trogus Cũ in epiro esset pandosia: & flumen. Acherusium ignarus eandem et in italia esse ad declinanda fatorũ picula peregrinã militiã cupid⁹ elegerat: Pãdosi⁹ Arcadię lac⁹.

¶ Pangęus. quasi totus terra ob nimiã fertilitatem promontorium est thracię bessis conterminũ & macedonię coniunctum: ad cui⁹ radices Mestus amnis defluit. Et in singulari est generis masculini: ĩ plurali generis neutri. Sta. Jlli pangęa resultãt ismaraq;. Hinc Pãgęus a. um. vt Arua pangęa.

¶ Pãthia vxor Abradotę Susij ductorũ sub Cyro maiore castissima. Uide in dictione Abradotes.

¶ Panthaces. pe. cor. nomẽ amnis ab vsu medicinę peruum dicti. Sed in Samo prope Calchantis & podalirij sacella: vt scribit Strabo.

¶ Pantheon. templum Romę quod vt Dion historic⁹ refert sic dictũ fuit q; in Martis Venerisq; imaginib⁹ sub ipso templo constitutis omniũ deorũ imagines effictę erant. Siue q; templum ipsum rotũdum sit cęloq; persimile. Et sic quoq; omniũ deorũ habitatio cẽseatur. Potest etiam dici pantheon summum deorũ. Nã παν significat omne quod sane in similibus sępe ad summuũ spectare solet & θεων deorũ. Undẽ Ply. lib. xxxvj. Pantheon ioui vltori ab Agrippa factum fuit.

¶ Pãther ab Aristo. vocatur animal qđ Theodorus Gaza lupũ canariũ appellat: diuersum a Panthera vt ex Galeno conijci potest qui sic ait. Quidam adeo belui ni vt leonũ & pantherarũ: item canũ et pãtherũ & vulpiũ carnibus vescantur. Hiero. ad p̃sidium sic scribit. Panther pardo similis est: et est varij coloris & mitis si saturatus fuerit: & trib⁹ dieb⁹ dormit post tertiũ diẽ lauat se & clamat & sic odorẽ suauẽ emittit. & conuocat oẽs feras quę odore ducuntur & est omnibus feris amicus pręter draconem & aspidem.

¶ Panthera pe. pd. animal prorsus ferum et maculosũ quę & pardalis dicitur. ex παν qđ significat totaliter et θηρ fera. Abundat in hyrcania & media. Hor. in epistolis. Diuersum confusa genus panthera camelo.

¶ Pantholabus. omnia sumens: verna appellatus est propter scurrilitatem pluribus notus.

¶ Panthomimus pe. prod. rerũ omniũ imitator qui in scęnis personas per singulorum actuum simulationes ostendebat Ex παντων omniũ & μιμος imitator. Est autem Mimus sermonis et factorum cuiusq; imitatio cum lasciuia. Ply. lib. vj. Mythicum panthomimũ hoc est fabularẽ quendam vocauit. ceu pantomimorũ duo sunt genera scęnici & mythici.

¶ Panhormus & Pãhormũ & Panhormiũ: ciuitas Sicilię dicta a nauiũ explicatione quę vndiq; illuc conueniunt. Est enim hormos portus pars. Jnde nautę dicũt hormizare. i. nauẽ anchoris atq; retinaculis instruere q̃ secura sit in portu a repentinis procellis. Hinc Panhormita panhormitanus & panhormius.

¶ Panompheus Jouis epitheton. quia ab eĩ lingua colatur a παν & ομφη vox q; oĩm voces audiat. Ouid. lib. meta. Ara panõpheo vetus est sacrata tonanti.

¶ Pantheus & pantus nomen proprium filij Otrei fratris Hecubę.

¶ Panis a pascendo proprietatẽ habet. siue q; olb⁹ pulmẽtis adhiberi possit. & fere adhibeat̃ cũ nullũ obsoniũ faciat insipidius. Nã pan totũ dicitur. Panis varia sũt genera Nã alia sũt ab obsonijs appellata: vt ostrearij: alia a delitijs: vt artolagani. Alia a festinatione: vt speuticij. Alia a coquendi ratione: vt furnacij vel artoptitij vt in clibanis cocti.

¶ Panis secũdarius: panis vulgaris qui omniũ cibus est. Sue. d Aug. Cibi minimi erat ac fere vulgaris Secundariũ panẽ maxime appetebat. Jdẽ. Cibarius appellatur panis rubidus a scabricie. panis secundo coct⁹ quo vtuntur nautę

¶ Panifex qui panẽ facit. qui & panificus dicitur. Unde mulieres q̃ panẽ faciũt panificęs seu panificę vocantur. Hinc Hier. in lib. Re. Panificas filias dixit Panificiũ ipsa panis confectio & actus faciendi panem.

¶ Panariũ loc⁹ vbi panis seruat̃: pãis repositoriũ. Cuius diminutiuũ ẽ Panariolũ. Panaria & panariolanos: hodie quoq; vernacula voce cistas & cistellas vocamus ex viminibus factas. Sue. Sparsit & missilia variarum rerum & panaria cũ opsonio viritim diuisit. Mar. Cum panariolis tribus redisti.

¶ Panisci dij sylueстres q̃si p diminutionẽ dicti minuti li panes: sicut a satyro satyriscus icliat̃. Scribit Ply. li. xxxv. Paniscum fuisse pictum a Taurisco picto e.

¶ Pando is. passum & pansũ supinũ facit scđm Bedam sup Do. Et a pane dicit̃. significat patefacio: q; apđ veteres q̃ ope indigeret. & ad asylũ cereris confugisset panis ei dabat̃. Pãdere itaq; panẽ dare. Et q̃a nũq̃ fanũ talib⁹ clauderet̃: pandere p apire vsurparũt. Un̄ mulier capillo passo dicit̃ quasi porrecto & sparso. Et passis manibus & velis passis i. diductis atq; distẽtis. Hui⁹ composita sũt Expãdo extra pãdo. a quo Expassũ extentũ. Un̄ Gel. refert Cęciliũ scripsisse flameũ expassũ domi ptulerũt. Nõnũq̃ tñ apđ veteres a in e mutat̃ ac p eo qđ est dispassis dispessis dictũ ẽ. Plaut. in mili. Credo ego isthoc exẽplo tibi eẽ eundũ extra portã dispessis manib⁹: patibulũ cũ habebis. Oppãdo circũextẽdo. Hier. ĩ Exo. Uelũ quod ante illud oppandit̃. Propando vltra pãdo. Repando a quo Repandũ dicitur quod retrorsum patet.

¶ Pando. as. incuruo. Unde pandari trabs dicitur q̃si incuruari cedereq; ponderi: cui⁹ contrariũ palmę faciunt quippe quę non contra inferiora sed in diuersũ renitendo fornicãtur. Ply. lib. xvj. At populus cõtra cia iferiora pandatur. Facile pandatur iuglans. Hinc a Uictr. arbores pandatę dictę sunt q̃ in ędificijs curuantur.

¶ Pandus. a. um. non panditus alternitatis c. usa cuiꝰ tandę quod in plęrisq; seru. t. sicut a mane matutinus non manuminus. a vitis vinetum nõ viretum. Est aũt pandus idem quod apertus. Uer. lib. ij. Geor. Lancib⁹ & pandis fumantia reddimus exta.

¶ Pandana porta romę a pando dicta: q semper pateret ad res quę in vrbem ferebantur. Eadē dicebat libera a libertate. Pandana etiam est insula i sinu Caietano parua a continenti ducentis quinquaginta stadijs distans in qua pulchro habitatur: vt Stra. inquit.

¶ Pandiculor extendo: vt faciunt qui e somno expgefacti sunt oscitantes. Plau. in menę. Ego me adsimulē insantre vt illos a me absterrerē vt pādiculans oscitat.

¶ Pantices flurus ventris pinguitudo & extuberātia q venter pandatur. Hodie quoq vulgus pantices appellat in homie vētrioso Plau. i pscu. Eo vos vestros pantices adeo madefacitis cum ego sicm hic siccus.

¶ Panus pani & panis is. tramę inuolucrū quo pāni texuntur a quo panula & panicula per diminutionem. Lucil. Foris subtegminis panus. Ab huius similitudine etiā innatus tumor sub faucibus auribusue & iguinibus panus appellatur. Idē. E laterū parotidas & panos sanat. Panos Galenus in species diuisit. Huius diminutiuum est panellus.

¶ Panicula diminuti. a pano: alioquin significat comā in milio panico arundine. Ply. Pēdente e picearū vel roborū quoq ramis quę ipse vocat panos & paniculas: & aliquando nucamenta callo squammatim compactili: quę cittara gręci appellant. Quicquid igitur sublonga vel subrotunda forma tumet panicula dici fere potest. Celsus in curatione ramicis. Fascia ei⁹ rei causa fit cui imo loco pila est assuta ex paniculis facta quę ad repellēdum intestinū quod descendit illi ipsi subijcitur. Ply. li. xxi. Gręcula rosa conuolutas habet foliorū paniculas.

¶ Pannus per duplex nn quo vestimur. vt pannę vestes quę sunt lanę vel bombycinę. Huius diminutiuum est panniculus. Iuue. Et panniculus bombycin⁹ vrit.

¶ Pannosus qui sordida veste & crasso panno viliq opertus est. Nec hoc nisi de paupere dicit. Iusti. lib. ij. Permutato regis habitu pannosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur.

¶ Pannicularia Vlpi. teste dicūt ea quę in custodia receptus secum attulit: vt vestē qua indutus fuerit qui ad supplicium ducit: aut nummos quos victus sui causa habuerit in promptu: āt leues annulos: hoc est qui rem nō excedunt aureorū quinq.

¶ Panicū gēus frugis a paniculis suis dictum. Plyn. li. xiij. Paruis racemato paniculis. Cęsar. Panico vetere atq hordeo corrupto.

¶ Panneus. a. um. a pannus fit. Paneus p simplex n. fons est sub libano monte: in quo si qua natantia pijciātur in lacum cui phiala nomen est cūcta reperiūtur. Est etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

¶ Panicos repentinus terror & consternatio dicit a grecis. Hyginus scribit capricornū obiecisse hostibus timorem qui panicos nominatur.

¶ Pannuciū a panno & voluendo filo: sudariolū significat. vt est apud Var. lib. j. de lin. latina. Hoc panniculum dicere possumus.

¶ Panse dicti sunt quibus lati ac pāsi sunt pedes sicut planci quibus plani sunt.

¶ Panselinus. pe. cor. plenilunium quasi tota luna. Nam σελήνη luna dicit. Unde & proselinus ante lunam.

¶ Pannonij appellantur a romanis quos gręci pęonas latini vngaros vocitant: quorum fama olim formidine totā concussit italiā tanq essent bello isuperabiles. Hi tribus fluuijs drauo: sauo: & istro vallantur: Hinc pānonicus. a. um. Sue. in Aug. Reliqua per legatos administrauit: vt tamen quibusdā pannonicis atq germānicis aut interueniret aut non longe abesset. Horū regio pānonia dicta est: regio Europę: sicut Ptol. lib. ij. scribit. Et est duplex: superior et inferior: supior ab occasu limites habet montem cetiū qui medius est inter noricum & ipsam pannoniā: ab ortu habet pannoniā inferiorē cui iuncta est inferior ab ortu & septētrione danubio cingit.

¶ Panthasilea nomen reginę Amozonū q orithię successit Dicta quasi omnia subtens. Hęc prima: vt inquit Plyn. securim inuenit. Habet ei diph. in penul. apd grecos πανθασιλεία.

¶ Pango is. pegi: panxiq pactū significat figo: planto siue iungo. Unde pactilis a pactum quod est a pāgo iungo. Plyn. li. xxi. Sūmaq auctoritas pactili coronę. Li. pro figo posuit. li. vij. Lex vetusta est priscis litteris verbisq scripta: vt qui ptor maxim⁹ sit idibus septēbribus clauū pangat. fixus fuit lateri ędis Iouis optimi maximi. Pro planto. Colu. lib. iij. Atq vetere sarmento pāguntur tardius cōualescunt: sed tardius deficiūt. Idē lib. xij. Malleolus q recentissimus curiosissime pangendus est. Cic. Tyroni p scribo posuit: quasi quid simile plantationi. An pangis aliquid sophocleū: fac opus appareat. Gel. Si aut versum inqt pangis: aut orōem solutam struis: atq ea verba tibi dicenda sunt non eas finitiones prancidas: neq fęcutinas grāmaticas spectaueris: sed aurem tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere. Pro cano etiam siue narro manifesto ponit quēadmodū cano p scribo: vt Pange lingua gloriosi plium certaminis. Composita eius quędā seruant a: vt circūpāgo: Vñ circūpactus p circūiunctus. Ply. lib. xvij. Ramis terraq circūpactis. Depango p defigo. Idem. lib. xuiij. Quercus et olea tam pertiaci odio dissidēt: vt altera in alterius scrobe depactę moriantur: oppango circūpango: repango. a quo repages & repagula. Quędam mutant in i: vt appingo: compingo: quod est coniungo: vt in Exo. Archam de lignis: sethim compingite. Impingo. Unde impages. Inter ipa tamē tam in pterito q in supino conuenit.

¶ Papę dicuntur sacerdotes: quemadmodū presbyteri: hoc est seniores appellantur.

¶ Pappa per duplex pp puerorum cibus est. deductus nomen a pane.

¶ Pape admirantis aduerbiū: habet enī in se affectus verbi miror: vt pape quid video. aliqn etiā indignationis est. Teren. in eu. Pape hęc superat ipsam thaydē.

¶ Papas accipit p patre siue p eo q puerū alit. Iuue. Timidus pgustet pocula papas. Est aūt nomen venerationis a Syracusijs tractū: apud quos pas pater dicitur: inde per geminationem papas.

¶ Papare est minutis & blandiusculis verbis patrē appellare.

¶ Pappare p duplex pp significat cibū sumere: quod a pappa fit: qui est puerorū cibus. Plau. in Epi. Nouo liberto opus est: quod pappet dabitur: phebo cibum.

¶ Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter.

¶ Pappus auus. nā gręci πάππον auū dicunt. Aus. ad nepotē suū. Pappos auiasq trementes: anferūt: parib⁹ ferri noua cura nepotes Hinc pappous. i. auitus: Pappi etiā dicūt carduorū flores. Lucr. Vestem nec plumas auium papposq volantes. Ply. pappū vocari ait lanuginē deciduā ex fructib⁹ arboris ægrygię. Et papp⁹ dict⁹ ē emili⁹ roman⁹: cui⁹ meminit Liui lib. xxxviij.

¶ Papauer gen⁹ herbę. Et album quidē satiuū semē habet quod tostū in secunda mensa cū melle apd anti=

quos edebatur. Hoc p̄cipuum candorē lma ꝛ lanę contrahunt: a quo toga papauerata dicta est a colore candido. Eadem toga spissa dicebatur.

¶ Papula pustula tuberculū vulgo brusola que ieiune saliuę defricatione curatur. Papulis cutis exasperat ꝛ rubet: leniterqꝫ roditur. Ver. lib. iij. Ge. Ardentes papulę atqꝫ immundus olentia sudor. Celsus tamē lib. v. duo papularꝫ genera ponit. Huius dim. est papilla.

¶ Papilla parua papula. i. tuberculū. Serenus Excruciant turpes anū si forte papillę. Significat etiaꝫ mammę capitulū vnde lac trahitur: quis etiam p̄ ip̄a mamma ponatur. Ver. lib. xj. Hasta sub exertā donec perlata papillaꝫ hęsit. Dictę papillę quasi paruę papulę: q̄ papularū sint similes. A quarꝫ similitudine papillę dicunt quę aquas fūdunt. Var. lib. iij. de re rus. Qui fit si adduxeris fistulaꝫ ꝛ in eam papillas imposueris tenues quę eructent aquam. Papilla etiam tribus Romę fuit que a genitrice vocabulum traxit

¶ Papillatus papilla ornatus: seu in papillę specieꝫ factus. Hiero. ad Pāma. Quis perturientem rosam ꝛ papillatum corymbū anteqꝫ in calathū fūdatur orbis. Expapillatus ad usqꝫ papillam nudatus. Plau. Idem connexum in humero leuo ex papillato brachio.

¶ Papilio inter vermiculos numeratur quo nullū animal imbecillius est. Col. lib. x. de apib᷒. Vermiculi qꝫ q̄ tineę vocantur. Itē papiliōes enecādi sūt. Nā vt idē testat ex papilionū stercore nascūt tineę. Itē papilio ꝑ tētorū. Hiero. i exo. Stabat vnusqꝫ i ostio papiliōis

¶ Paphlagonia regio minoris asię: a qua paphla (sunt. gones qui teste Cor. nepote in Italiā transuecti: mox Veneti dicti sunt. Hęc vt Solinus scribit. Cytoro mōte consurgit porrecto i spaciū triū ꝛ sexagita milliū. In ea mitridates Eupatoriā condidit. quę subacta a Pōpeio pompeiopolis nominata fuit.

¶ Papia ciuit as insubriū. Ticinū alio nomine appellata olim ostrogothorꝫ ꝛ ligobardorꝫ regū sedes.

¶ Papyrus a nostris dicit iuncus: a nōnullis sirp᷒: Luca. li. iiij. Cōserit bibula mēphitis cı̄ba papyro: Frutex est habēs radicē obliquā triagulis laterib᷒ decē nō amplius cubitorꝫ longitudinē i gracilitate fastigiatū thyrsi mō cacumē includēs. Nascit in paludibus ęgypti. Inuenta est ab Alexandro rege papyrus auctore Var. q̄ fiebat ex frutice cū alexandriā ędificasset a qua papyro frutice dicta est charta papyrus: q̄ scꝫ ex papyro fieret. Nā p̄mo scribebant in folijs palmarꝫ: postea in arborꝫ libris: deinde in cęteris. Postea id ꝯo gn̄s chartę inuētū est quo nūc passim mortales vtunt. Fitqꝫ ex lintheolis cōtritis ꝛ nihilomin᷒ pristinū nomē remāsit. Charta vero ab vrbe Tyri: cui charta nomē fuit appellata ē: ex qua Dido dicta est. Ideoqꝫ vrbē a se postea ędificatā ab illius nomin carthaginē nuncupauit. gręci ab eadē vrbem Χαρτην nominant. Hęc etiā mēbrana vocatur a tectu mēbrorū. A papyro cognomē papyrij deductū ē: a quo papyriana tribus. Hic etiā papyraceus. a. um. qđ est materiatū ex papyro.

¶ Par cū suis cōpositis cōpar: dispar: impar: separ sunt gn̄is ois. Et licet par p̄d. apud poetas ponat in obliqs tn̄ prima correpta. Et tā dtō qꝫ gtō iūgi pōt. Qui. lib. iij meta. Sūt quoqꝫ par alijs ętas in omlib᷒ agnę. Luca. Quē metuis par hui᷒ erit. Et in ablatiuo pare vel pari Significat aūt par numerꝫ duorꝫ q̄li iter se pariū. Unū par ꝛ duo paria dicim᷒. Interdū parce p̄ duob᷒ accipiū tur: vt paribus equis vtebant romani in ꝑlio: vt sudāte altero transirent in siccū. Interdū par accipitur p̄ decēti ęquo ꝛ cōuenienti quod inter oēs ęquabile est. Qui. Si p̄pter matrimonia violata vrbes euersę sunt quid. fieri adultero par ē. Parē esse significat sumere alicui rei. siue resistendo siue exequendo. Cice. ad Atticum. Sed adhuc pares nō sum᷒. Qui. Aspicio par laborib᷒ corpus. Paria facere est quod alibi amissuꝫ est vel quod aliunde acceptū: alibi vel aliunde cōpensare. Quintili. Paria faciem᷒: tu illic eris vicarius meus: ego hic tu᷒. Paria cōponere. gladiatorū duo paria ordiariū ꝛ postulariū. Ci. in Epi. ꝛ Suetonius.

¶ Par impar gn̄s ludi Sue. de Aug. scripsit ad filium. Misi tibi denarios ducentosquinquaginta quos singulis conuiuis dederā si vellent inter se post cœnā vel talis: vel par impar ludere.

¶ Pariter aduerbiū significat ex ęquo. Neuius. Ut pariter dispertiant bona patris. Aliquando conuenienter. Titi. Ne tu istā ędepol media extulisti parit vt dignus fuit. Aliquādo similiter. Plau. Jo ex se hunc reliquit: q hic habet filiū pariter moratū vt pater atqꝫ auus ei᷒ fuit. Aliqñ significat qđ vernacla ligua dicim᷒ apar apar: siue aperadamente. Hier. in li. Re. Reliqui dispersi sunt ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter.

¶ Parilis ꝛ hoc parile. pe. cor. significat ęq̄le a q̄ parilitas.

¶ Para p̄positio gręca significat ad: apđ: penes: absqꝫ. dis: re: p̄ter: tā in appositione qꝫ in compositione. Est ꝛ parra gn̄s auis inauspicatę. Hora. Impios parrę recinentis omē. Ply. in. xviij. Auem parram oriente syno ipso die non apparere donec occidat.

¶ Parabasis latie trāgressio. Parabates trāsgressor.

¶ Parabola significat iuxta sententiā: ex παρα iuxta βουλη sententia: quasi rerū dissimiliū comparatio. Unde Quintil. Parabole quam Ci. collationem vocat lōgius res quę comparantur repetere solet: vt tam fortiter apud Hipponē fecit Scipio qꝫ vtiqꝫ apud vticam Cato: Hier. Parabolę gręce latine dicitur similitudines. Quod libro Salomonis vocabulū ob id impositū est: vt sciremus altius ꝛ non iuxta litterā tantū intelligi debere quę dicuntur. In quo dominū significat p̄ parabolas fuisse locutum. Aliud eniꝫ in superficie sonat: aliud in intellectu innuit.

¶ Parabos insula parua contra phœnicem: vt inquit Pomponius.

¶ Paracletus per e productā scribitur ꝛ profertur a παρακαλω: quod est rogo ꝛ hortor significat. Apud iuniores vero gręcos etiam p̄ consolor inuenitur. Hic paracletor ꝛ para. letus descendit. Et qui in foro ac iudicijs a nostris dep̄catores vocantur: ij apud gręcos paracletores dicuntur Itaqꝫ pollicet dn̄s discipulis suis missurū sese paracletū ip̄m qui eos sit edoctur᷒: siue illū adhortatorē siue dep̄catorē: hoc est aduocatū: siue consolatorem velim᷒ intelligere. Paraclytus autē p̄ y. tenue ſsemē aut p̄ter famā significat. Nā para in hmōi cōpositione p̄ter: vel diminutionē denotat. κλυτος vero famā declarat insignē: id quod inclytus p̄bat. Itaqꝫ paraclytus a para ꝛ clytos nomine cōpositum est. Quod significatum ponere in Christo absurdum ꝛ impiū esset.

¶ Paracenthesis significat punctionē: vt est apđ Plynium. lib. xxv.

¶ Paradiastole dici potest per dilatationem: quod fit cum rem nostram dilatamus interp̄tatione.

¶ Paradromis idis. ambulatio siue xystum. Uict. Latini xysta ambulationes appellant: quas Gręci paradromidas.

¶ Paradigma παραδειγμα exemplum facti vel dicti

alicuius. Virg. Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sinus. Fit aũt trib⁹ modis. A pari a maiori ad min⁹. a minori ad maius.

¶ Paradisus pomariũ .i. hortus ꝯsitus. gñis tam masc. ꝙ fœ. Est nomen oppidi: vt apud Ply. ⁊ Stra. Est ⁊ locus in oriente longo tractu maris distans a continente. De quo Aug. ad Orosium scribit sic. Paradisus in oriẽte situs est interiecto oceano: ⁊ a nostro orbe lõge remotus in altissimo loco cõstitut⁹ pertingens vsq; ad lunarẽ circulũ. Vñ illuc aqua diluuij minime peruenisse dicitur. Hic locus a primi hoĩs reatu interclusus est: nec vlli antmantium datur in eum aditus.

¶ Paradoxa iuxta sentẽtiam vl' inopinabilia seu admirabilia. Nã para ꝑter vel cõtra et iuxta significat. Unde paradoxa Ciceronis .i. electa sententia vel quia sunt pręter opinionẽ.

¶ Paragogon cũ accentu in antepen. dici potest deriuatiuũ vt ab albeo albico.

¶ Paragoge deductio figura qua littera vel syllaba fini iungitur: vt dicier pro dici. Hanc alij paralepsim. alij prolepsim

¶ Paragraphus ⁊ paragraphum vtrunq; dr̃ paragraphe: latina ꝑscriptio exceptio.

¶ Paralus: vt Ply. li. vii. scribit nomẽ fuit eius qui primus longam nauem inuenit. Sunt et parali in Attica qui paraliã incolunt. Plutarchus paralos factionũ vnã e tribus quę athenis erãt. Solonis tempore intelligit.

¶ Paralipomenon derelictũ ab παρα ⁊ λειπομενον relictum pręteermissum.

¶ Paralyticus latine dissolut⁹ dicit̃. Paralysis dissolutio neruorũ. Et alio noĩe a gręcis hemiplexia hoc est semiapolexia cũ in alterã tm̃ corporis partẽ malũ id incubuit. Nam cũ totũ afficit̃ apoplexia nominat̃. Nũc vtrũq; inquit Celsus paralysin appellari video. Inde paralyticis q̃ tremuli sunt remediũ est in quo sit abstringendi efficatia. Iõq;. Tertu in apologia de xp̃o dixit. Cũ ille verbo dęmonia excuteret: leprosos mundaret: paralyticos restringeret: mortuos deniq; verbo redderet vitę. Restrictus ergo resoluto ꝯtrarius est. Nominat̃ id ⁊ paresis fere defectus virium.

¶ Paralleli pe. p. q̃m p. ii. a gręcis scribit̃ dñr circuli sphęrę q̃ ad eundẽ polũ ꝯstituti finiunt̃. Parallelus enĩ quasi alternus mutuus inuicẽ ꝯparatus a quo lineę ęque distãtes parallelę dñr. Iõq; segmẽta mũdi q̃ nos circulos dicimus parallelos gręci vocant.

¶ Paranymphus a Hiero. dicit̃ ꝓnubus: ab antiquis auspex. Antiqui enĩ pro nuptijs celebrandis auspiciũ capere solebãt. Qui pręerat huic rei pro parte viri a gręcis paranymphus: a nostris auspex dicebat̃. Et vt auspex pro parte viri: sic et pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaq; cũ apud xp̃ianos auspicia minime captent̃ adhibẽtur sacerdotes q̃ et pronubi a nobis dñr. Aug. libro. xiiij. ci. dei. Nonne omnes famulos atq; ipos etiam paranymphos ⁊ quoscunq; ingredi quęlibet necessitudo permiserat añ mittit foras: ꝙ vel blandiri ꝯiunx cõiugi incipiat?

¶ Paraphrastes dr̃ interpres q̃ nõ litterã ex littera sed sensum e sensu transfert: quasi iuxta loquens: ⁊ pro peruerso ⁊ deprauatore ponitur. Hier. in ꝓlo. li. R. Ecum intellexeris qđ antea nesciebas vel interpretem me ęstimato si gratus es: vel paraphrasten si ingratus. Idẽ ad Alga. Conabimur itaq; παραφραστικῶς sensus eius euoluere: paraphrasis ꝑuersa dictionũ interpretatio.

¶ Parapherna nõ paraphrena dñr ea q̃ pręter dotẽ dant̃ fœminis. a para ꝑter ⁊ φερνη dos quasi ꝑter dotẽ. Hęc paraphernalia dicitur.

¶ Parapetasma atis. latine velũ cortina.

¶ Parasceue es. dici põt ꝑparatio nã a παρασκευαζω qđ est pręparo deducit̃. Vñ ⁊ dies quo dñs noster Iesus xp̃s pro humani generis salute cruci affixus fuit parasceue dicit̃: q̃m eo iudęi sibi necessaria ꝑparabant: vt pascę dies absq; opatione aliqua transigeretur.

¶ Parasitus pe. cor. q̃ aliorũ mensas ⁊ cibaria sequit̃ ex para: ad σιτον cibus σιτεια sagina: quod nõ solũ frumẽtum: sed cibaria quoq; designat. qđ vt cõsequi possit oĩa ad voluptatẽ: cuius est tractus nidore culinę primo loq̃tur oĩa: deinde assentatur oĩa illius facta ac dicta laudat nihil repugnat: oĩa suffert: nihil vẽtris causa facere recusat: in quo summũ bonũ ꝯstituit. Accipit̃ nonnũq; ꝓ eo qui simplicibus verbis risum ab audientibus captat. Primo tñ parasitus in honore fuit: vtpote q̃ sacro ministerio addictus esset. Pro eo vero postea dictus est: qui ad mensas diuitũ oblectatiõis causa admittebant̃.

¶ Parasitaster q̃ parasitorũ imitator est. Nã q̃ in aster. finiũt imitationẽ potius ꝙ diminutionẽ significãt. Ci. pro Vareno. Euitci⁹ hic noster antoniaster. Duo tamẽ potissimũ diminutionẽ denotãt surdaster ⁊ recaluaster.

¶ Parasangę apud persas viaꝝ mẽsurę sunt quinquaginta stadia cõtinẽtes.

¶ Parastatę vt apud Vitr. et Ply. lapides sunt pilarũ fere modo oppositi colũnis: de qua similitudine alterũ cruris os (duo enĩ sunt) parastata nominat̃ in iumentis Vegetio qđ et paracmenion. Iul. Polluci. apud quem et meatus illi per quos genitura e testib⁹ ꝑ vrinę vias defert̃: parastatę nũcupant̃. Sunt et in prelio inde dicti parastatę nomẽ officij. q̃m adiuncti sunt ꝓstratis: hoc ẽ ijs q̃ presunt ordinibus sicut epistatę: q̃ tertium in regendis his locum tenent. Sed ⁊ tabulę quędã certis instrumẽtis a Vitruuio parastatę vocant̃.

¶ Parasiopesis schema est apud rhetores a latinis ꝑoccupatio dr̃ cũ aliqđ nos reticere dicim⁹ ⁊ tñ tacitũ intelligitur. Qđ fit vel cũ rẽ notã esse putam⁹ auditorib⁹: vel cũ suspitionẽ maiorẽ excitare reticendo volumus.

¶ Paropanisades regio asię q̃ sicut refert Ptol. ab oriente parte Indię ab occasu Arabia terminatur a Meridie Arachosia.

¶ Parastades lapides q̃ vtrunq; ostij latus muniũt Vitru. quoq; parastadas in mentione templorum vocat antas.

¶ Parastasis latine assistentia: affirmatio ꝑ testes approbatio.

¶ Parasynthetes decõpositus.

¶ Paratrimma latine intertrigo cũ femina adurũtur.

¶ Parazoniũ gñs gladij q̃ ad zonam accingi solitus est ἀπο του παρα και της ζωνης: quasi ad zonã pendens.

¶ Paręneticus a. um. idẽ quod pręceptiuus siue admonitiuus a verbo gręco παραινεω: qđ significat ꝑcipio et admoneo: παραινεσις ꝑceptio: siue admonitio. Hinc Acron horatian⁹ interpres: hęc ode parenetice scripta est: ꝓ eo qđ est pręceptiue siue monitorie: sicut ab eodẽ dicit̃. Hęc Erotice dicta est: pro amatorie.

¶ Parmenides eleates phũs Xenophanis auditor atq; amicus. cẽsuit sempiternũ: atq; immobilẽ esse vniuersum qđ est ens scđm veritatem reꝝ. solum enĩ esse simplex ⁊ intrepidum atq; ingenitum: generationẽ vo eorum esse q̃ falsa existimatiõe vident̃ esse cum non sint:

nã sensus semouendos a veritate putat. affirmat em̃ si quid est p̃ter ens id esse non ens. Nõ ens aut nõ esse i rebus ꝛ sic ens viuentũ sibi relinquit. terra vero densioris aeris defluxu factã arbitratur.

¶ Paranomasia latine agnominatio cũ aliq̃d nomẽ ex alio in significatione distante cõficit. Ter. Jaȝ inceptio est non amantiũ sed amentiũ.

¶ Parochus pe. cor. auspex siue paronymphus q̃ añ vehicula eat: q̃ grece ὀχήματα dñr. Quidã parochũ interpretant̃ p̃bitorẽ παρέχω p̃beo. Huius officiũ erat magistratibus p̃bẽda ꝯducere. Vel parochi magistrat⁹ erãt quib⁹ cura erat vt ligna ꝛ sal legatis publice missis p̃berẽtur. Horatius Proximus campano ponti q̃ villula tectũ p̃buit ꝛ parochi q̃ debent ligna salẽq̃.

¶ Parochię ecclię dicunt̃ q̃ suis parochianis victũ celestem exhibent. Hier. contra Vigil. Qui parochias suas vicinia isti⁹ scribunt esse maculatas. Et alibi. Miror sanctum ep̃m: in cui⁹ parochia esse p̃sbyter dicit̃: acq̃escere furori eius.

¶ Pectitus a. um. pe cor. politus et subactus. Col. Uerꝫ vbi iā puro discrimine pectita tellus.

¶ Pecten instrumentū textorū dictū q fila i telis figat: a cuius similitudine et pecten dictus q explicat capillos. Et pecten cratis dentate gn̄s stilis ferreis ad colendam terram. Item pecten dr pubes. hoc est locus vbi pili apud verenda nascuntur. Iu. Inguina tradūtur medicis iā pectine nigro. Dictus pecten q2 vt barba indetonsa pectine indigeat. Est et cithare instrumentū. Vergi. lib. vi. Iā pectine pulsat eburno. Item pectines siue pectūculi pisces sunt q se ex aqua iaculantur sagitte modo: de quibus Hor. in saty. iiij. Pectinibus patulis iactat se molle tarētum.

¶ Pectino as. pe. cor. Ply. Sūnt gn̄a terre quorum vbertas pectinari segetē in herba cogat. Unde et pectinatū tectū dr a similitudine pectinis in duas ptes deuexū vt testudinatū in quattuor.

¶ Pectinatim aduerbiū significat ad pectinis similitudinem factum.

¶ Pectus anterior pars animalis a gula vsq ad vẽtrẽ hoc homini tm̃ latũ est: reliquis animalibus carinatum dictũ quasi pactus a cõpactis costis. Est enĩ pect⁹ costis cõpactũ q veluti firmamenta pectoris sunt vel q pressu3 sit inter mãmas. Et nõ mõ supficiẽ corporis sed cor sub pectore significat. Iuuen. Nocte dieq suũ gestare in pectore testem. hinc expectoro.

¶ Pectusculũ diminutiuũ p inuĩ pectus.

¶ Pectorosus a. u3. qd est magni z validi pectoris Poeta in Priap. Nemo est feroci pectorosior marte.

¶ Pectoralis z hoc pectorale qd ad pectus ptinet vt fascia pectoralis.

¶ Pectorium gñs quoddam vehiculi: quo vti galli solebant.

¶ Pecus udis. tã mas. z neu. q foe. gñis est. Ennius Pecudi dare viuam marito. Ci. li. iiij. de rep. Cũ adhibeãt in pecuda pastores. Declinaẽ etiã hoc pecu. Solinus de situ Britannię. Ita pabulosa vt pecua nisi interdũ a pastu arcanẽ ad periculũ agat satietas. Simuliter pec⁹ pecoris eiusdẽ significati est. nam siue pecus udis. siue pecus oris dixeris signif. omne aial qd sub hois imperio e pabulo terrę pascẽ. vt boues: asini: equi: cameli: oues: capię: z hmõi. Itẽ elephanti. Ply. Qui cũ elephanto congressus gemio ictu pecudẽ exanimauit. Uar. li. ij. de re. rus. Qui gregẽ armentorũ emere vult: obseruare debet primũ vt sint hę pecudes ętate potius ad fructus ferendos integrę q iã expertę. Inueniẽ tamẽ pecus oris. pro multitudine pecorũ seu pecudũ. Uerg. Dic mihi dameta cuium pecus an Melibei? Idẽ. Capreigenũq pecus nullo custode per herbas. Interdũ pro oue. Ply. li. viij. Est in hispania sed maxime corsica non dissimile pecori gñs musinomum caprino villo q pecoris velleri ppius Quintil. Cur in vsum vestrũ sępe pecori lanę detrahũtur. Interdũ dicẽ de omni animali qd humana lingua et effigie caret. Uerg. Ignarũ fucos pecus a psepib⁹ arcent. Hor. Omne cũ pteus pecus egit. Pecus udis. p oue ponẽ. Ply. Ipius animalis tanta narraẽ demẽtia aduersus minus valida: vt in grege pecudũ occurrẽtia manu dimoueat: ne qd obterat imprudẽs. Itẽ de quocũq animali pręter hominẽ dicẽ. Uerg. li. iiij. Ge. de apibus loquens. Et pecudũ custodia solers. Luci. de piscibus. Pręterea genus humanũ mulręq natãtes. Squãmigerę pecudes. Diciẽq pecus (vt docet Uar.) apes: q pedibus sine ratione bruta ferantur.

¶ Pecorinus a. um. qd est pecoris: vt pecorina caro. Similiter pecoreus a. um. z pecudin⁹ a. um. vt pecorea siue pecudina pellis. Dicẽ et pecuinus a. um.

¶ Pecorari⁹ q pecua siue pecora publica redimit: vt inquit Asco. Romani enĩ vetustiores nihil in bonis aliud pręter pecudes habebãt. Est etiã pecorarius q pecorum curã habet. Aug. li. xv. ci. dei. Hic erat pater habitaculũ in tabernaculis pecorarium. Idẽ pecuarius dicẽ.

¶ Pecuarius q pecorũ curã habet. Cice. p deio. vt non solum tetrarcha nobilis: sed etiam optimus paterfamilias z diligentissimus agricola atq pecuarius habereẽ.

¶ Pecuarius a. um. qd ad pec⁹ ptinet. Plau. i tru. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Col. li. vij. Pecuarius canis neq tam strigosus aũt pnix debet esse q q damas ceruosq z velocissima sectãtur animalia.

¶ Pecuaria dicunẽ ab eo qd est pecuare et per apocopẽ pecuar. nã pecua (vt inquit Ci. in pompeiana) ab eo qd est pecu venit: vt genu genua: z significant nõ solũ pecorum multitudinẽ. vt apud Pers. Fundor vt archadię pecuaria rudere credas. Ci. li. iiij. ad herẽ. Nã cũ canes fũgantur officijs luporum cuinã psidio pecuaria credem⁹ verũctiã oia ex quibus po. ro. haberet reddit⁹: qa diu hoc solum vectigal romanis fuit.

¶ Pecuaria ę. dicẽ scientia parãdi ac pascẽdi pecoris vt fructus ex eo capiaẽ. Quę z res pecuaria dicẽ. Uar. li. ij. de re. ru. Tres libros ɔstitui e quib⁹ duos scripsi: primũ ad Fundaniã vxorẽ de agricultura. Secundũ de pecuaria ad Turaniũ nigrũ. Est et pecuaria locus in quo pecorũ greges consistunt. Uar. li. ij. Cuius nobiles pecuarię in brutijs habẽtur. Idẽ. Non quo nõ ego pecuarias in Italia nõ habeã. Itẽ pro pecuaria pro pecorum multitudine. Uar. li. iij. Duo genera cũ sint pastionũ. Unum agreste in quo pecuarię sunt: alterũ villaticũ: in quo sunt gallinę ac colum bę et apes et cętera quę in villa solent pasci.

¶ Pecuariã rẽ facere significat armẽta: gregesq alere: q res ad scientiã pastoris pertinet.

¶ Pecunia a pecore siue a pecu dicta est q: omis pecunię pecus fuit fundamentũ. Col. li. vij. In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi eademq quęstuosissima: ppter qd nomina quoq pecunię z peculij tracta videnẽ a pecore qd nõ solũ veteres possederũt sed adhuc apud quasdã gentes vnũ hoc vsurpatur diuitiarũ gñs. Ply. li. xxxiij. scribit pecuniã sortitã esse nomen a nota pecudis: qm antiquitus nũmi effigie pecudis signabantur. Hinc plutar. in publicola asserit in vetustissimis nũmis signũ fuisse ouis z suis bouisq cõspectũ. Pecunię vo nomine vt inquit Hermogenianus nõ mõ nũmi: hoc ẽ numerata pecunia: sed oẽs res tã solidę q mobiles z tam corpora q iura continentur. Huius diminutiuum est pecuniola.

¶ Pecuniosus quasi pecunię plenus. Hoc est pecudũ: sicut locuples loculis plenus.

¶ Pecunialis z hoc pecuniale qd ad pecuniã ptinet. Augusti. li. vij. ci. dei. Raro tñ inuenies q nõ habeat artẽ suam pecuniali mercede venalẽ.

¶ Pecuniarius a. um. quod ad pecuniã pertinet. Ambrosius libro primo offi. Ille pauper qui confert spiritalia pro pecuniarijs. etsi plurimum habeat gratię non abundat.

¶ Peculium a pecore siue a pecu: qd alicui⁹ est. Uñ apd maiores omne patrimoniũ dicebatur peculium: q: pecoribus vniuersa eorum substãtia cõstabat. Uñ secundum Ser. pecunia dicta est a peculio: ppie autẽ significat qcquid alicuius est labore z industria partũ et lucrifactum est. Ci. in parado. An eorũ seruitus dura est q cupiditate peculij nullã ɔditionẽ recusant durissimę seruitutis. Et Celsus iureconsultus scribit pecuniam sine peculio fragilem esse id est sine lucro. Hinc peculium castrẽse dicitur quod a parentibus z agnatis in militia degẽti donatum vel quod filius in militia acquisiuit quod nisi militaret acqsiturus nõ fuisset. Hui⁹ diminutiuum est peculiolum.

¶ Peculiaris et hoc peculiare quod ad peculium pertinet vel quod peculio deputatur: seu quod peculij proprium est Plautus in asi. Etiam opilio qui pascit mater alienas oues aliquam habet peculiarem: qui spẽ soletur suam. Sed in vsu iam receptum est: vt peculiaris ppius: siue specialis: siue pręcipuus dicaẽ nec cum alijs cõis Sue. in Cesa. Pręterea monetę publicisq vectigalib⁹ peculiares seruos pposuit. Hinc aduerbiũ peculiariter specialiter pcipue. Ply. lib. xxxvij. Epiphoris peculiariter imponitur: quasi singulariter: et eius propria virtus Quintilia. lib. viij. Quod cõmune z alijs nomen intel=

lectu alicui peculiariter tribuitur: vt vrbē Romā venales nouicios: ꝛ corinthia ęra cum sint alię vrbes quoqꝫ ꝛ venalia multa: ꝛ tā aurū ꝛ argentū: ꝙ ęs corinthiū. Et peculiare ꝑ re seruili ponit. Ulpi. Si peculiare vinum legatum sit: id cōtineri qđ serui habuerūt. Peculiaris seruus đr a peculio qđ ꝓprie seruoꝝ ē. Uñ Labeo. Paterfamilias peculiū habere non pōt: quemadmodum nec ser uus bona.

¶ Peculiosus q̄ peculium multum habet. Plaut. in ru. Peculiosum esse decet seruū ꝛ ꝓbū quē hero pñte pręte reat oratio: aut q̄ inclemēter homini libero.

¶ Peculor aris. ꝛ depeculor: significāt ea q̄ ad remp. seu principē ptinēt furor. Hinc peculator ꝛ depeculator: q̄ ta le furtum facit.

¶ Peculatus us. pecunię publicę aut principis furtū sicut sacrilegiū rerū sacrarum.

¶ Peculio as. quempiam peculio multo. Plau. in persa. Scelus tu puer atqꝫ ob istam rem ego aliquid te peculiabo.

¶ Pedes dñr quib⁹ vtimur in gradiēdo. Cuius singularis est pes. Pes aūt totū dicit qđ est a femore ad calcē. Diuiditurqꝫ in corēdicē femur genu femē poplitē: crus surā ꝛ imū pedē: q̄ calx appellat: ꝛ diuidit in dorsum pedis: q̄ ps superior est: ꝛ calcaneū: q̄ est pars posterior. Itez in volam q̄ est pars medij pedis a caua. Plantaz q̄ pars tota inferior est. Digitosqꝫ et vngues. a vola pedis indita sunt cognomina planci s plotis: scauris: pansis: de q̄bus locis suis. Aliqñ pedes ponitur aduerbialiter: qđ ꝛ pedibus quādoqꝫ dicit. Sue. in Cęsa. In agmine nonnunqꝫ equo: sępius pedibus anteibat. Cursius. Pedes agmen circuibat. Qm̄ vero standi fundamētum pes est factum est vt in ędificijs area pes magn⁹ dicat. Pes etiam mensurę genus est: quo mensurant terrę et continet digitos. xvi. ꝛ multiplicatus in passus ꝛ actus: et climata ꝛ iugera ꝛ stadia centuriasqꝫ: mox etiā in maiora spatia procedit. Item funis quo in naui tēditur velum: et vulgo podia dicit. Ver. li. v. Una oēs fecere pedē. Plau. etiā remos nauiū pedes appellauit. Item pes est metrica ꝯstructio syllabarum: vt spōdeus: dactylus. Vergili⁹ Ferte simul: faunīqꝫ pedē .i. metricā cōpositionē. Uñ pedestris oratio dicit numerosa: ꝛ scđm rationē metricam cōposita ꝙ pedis officio fungat. Nam sicut pedibus moueri corpora videmus: ita versus ipi cū scandunt q̄busdam quasi pedibus vident incedere. Seu ꝙ pedali regula vtimur ad versum mensurandum. Metra eñ per pedes incedunt. Uñ metimur heroica: ꝛ dicimus ea sex pedū esse. Metimur sapphica: ꝛ dicim⁹ quinqꝫ pedum: ꝛ sic de cęteris. Pręterea pes vocat fœdū capitis animal a multitudine pedū. Plaut. in Cur. Ut muscę culices pedesqꝫ: pulicesqꝫ odio ꝛ malo ꝛ molestię bono vsui estis nulli. Hui⁹ diminutiuo frequentius vtimur. s. pedicul⁹. Uñ pediculosus ꝛ pedicularis. Fit autē pes a greco πους: a quo fiūt multa cōposita.

¶ Pedē struere veteres pro eo vsurparūt qđ est fugere ꝛ pedē retro ferre retrocedere.

¶ Pedes itis. miles q̄ pedib⁹ militiā exercet: sicut eq̄s q̄ equo militiā exercet.

¶ Peditatus us. peditū copię: sicut eq̄tat⁹ eq̄tū copię.

¶ Pedester q̄ pedib⁹ iter facit. Apul. Qui mō in exercitū pfect⁹ est pedester. Dicit etiā hic ꝛ hęc pedestris ꝛ hoc pedestre vt pedestris exercit⁹ pedestres copię: pedestria agmina. Dicim⁹ etiā pedestrē accessū q̄ a peditibus fit ꝛ nō eq̄tibus. Aug. li. i. ci. dei. Aliasqꝫ desidia maris pedestri accessu ꝑ vias factas yētis ac ꝑcell̄ euersas ciuitates

¶ Peda ꝛ pedatura vestigiū humanū.

¶ Pedo as. i. vado: a quo repedo: qđ est quasi pede itero: redeo. Hie. in li. macha. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regem. Est ꝛ impedo: de quo alibi. Pedare etiā est viti vel alteri arbusculę sustētaculū adhibere. Uñ vineę pedatę dñr. Ply. Aut pedatę vineę simplici iugo. Colu. li. v. Pedatā vineā iugatāqꝫ sequitur alligatoris cura.

¶ Pedatus a. um. qđ est sustentaculo firmatū: vt vinea pedata. Dicit̄ etiā pedat⁹ a pede humano: vl̄ de aliquo aiali: sicut a manu manulcat⁹. Sueto. de Othone fuisse tradit ꝛ modicę staturę: ꝛ male pedat⁹: caluusqꝫ. i. distortis pedibus.

¶ Pedatio đr q̄ñ pedamētis vinea fulcitur.

¶ Pedato aduerbiū positū est ꝑ repēte vel accessu quasi ꝑ pedē: sicut vulgo đr. Cato li. i. orig. Igit tertio pedato bellū nobis facere. i. tertio reuersi.

¶ Pedamen ꝛ pedamentū sustentaculū qđ alicui arbusculę adhibet: sicut palus quo vitis sustentat. Ply. Castanea pedamentis omnibus pręfertur. Col. Pedamēnum iugerumqꝫ ꝛ viminū ꝓspiciendorum tradenda ratio est.

¶ Pedatim aduerbiū. Ply. li. xi. Leo tm̄ ꝛ camel⁹ pedātim gradiunt: hoc est vt sinister pes nō transeat dextrū: sed subsequatur.

¶ Pedib⁹ aduerbialiter ꝓtulit Cic. cū inquit ingressus iter pedib⁹.

¶ Pedicin⁹ idē est qđ pes: similiter ꝛ pediolus.

¶ Pediolus dimi. paruus pes similiter et pediculus.

¶ Pedepſſum tarde paulatim: quasi lēta ꝛ tarda itiōe.

¶ Pedetēti aduerbiū cōpositū a pede ꝛ tento as. Cic. Sin minus sensim erit pedetentimqꝫ faciendum. Ter⁹ in phor. Dij bñ vertant qđ agas: pedetentim tū: qđ Dona. exponit pro caute.

¶ Pedalis ꝛ hoc pedale qđ est pedis: vt mensura pedalis. Col. li. iij. Pedale quoqꝫ versus spatiū sat erit inter semina relinq̄. Idē. Scrobiculis pedalibus factis.

¶ Pedane⁹ a. um. idē qđ pedalis. Col. li. v. Et idō i maritādis arborib⁹ nemo minorē pedanea scrobē vitib⁹ cōparat. Hic bipedane⁹. tripedane⁹: ꝛ hmōi. Col. li. i. Bipedanea hum⁹ arborib⁹ quattuor pedū abunde ē. Et li. iiij. Tripedaneis relictis spatijs ꝑ q̄ semina excoluntur Et li. v. Semipedaneā ꝑpositis resolutā viribus terrā subiacere. Pedaneus iudex qui a pside constituit vt minora iudicia discernat: ꝙ is magistrat⁹: nō vehatur curru: ſꝫ pedib⁹ ꝓficiscat in forū.

¶ Pedissequus ꝛ pedissequa famul⁹ ꝛ ancilla: q̄ ꝛ q̄ dñm seu dominā sequitur.

¶ Pediculus dimin. paru⁹ pes. Ply. Mollia sunt loligo sepia polypus pediculi octoni oib⁹. hinc pediculi vocant quib⁹ fungi pyra: mala ꝛ hmōi sustinētur. Idē. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti aut cum pediculo pyri. Hinc pediculata poma quę pediculos habent quibus suspendi possunt. Item pediculus v̄mis in capite. Pediculi quoqꝫ terrę scarabei terrestres ricio similes. Sūt et maris pediculi a similitudine pediculorum capitis q̄bus ad varia medicamenta vtunt: itē pediculi populi in calabria.

¶ Pedicosus siue pediculosus cū deducitur a pes siue a pediculus: q̄ est capitis vermis ponit ꝑ eo q̄ est plen⁹ ipis vermibus. Plau. Pedicosus squallidus vbi me vidit caput scabit. Qñ vero a pędor scribitur cū diphthōgo et significat mali odoris est. Var. de re rus. Solida terra pauita maxime si est argylla ne situ pediculosa

eius gratia oblitiscant.

¶ Pedicularis & hoc pediculare: quod ad pediculos capitis vermes pertinet: Unde pedicularis morbus quo corpus pediculis scatet. Hinc morbuz greci phthiriasin appellant. Nam phthira pediculum dicunt. De hoc Serenus. Noxia corporibus quedã de corpore nostro. Progenuit natura volens abrumpere somnos. Sensibus & monitz vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit Sylla romanus ciuis.

¶ Pedica pe. cor: a pede significat laqueum: quo pedes illigãtur. Uerg. li. i. Ge. Tum gruibus pedicas: et retia ponere ceruis.

¶ Pedio is. veteres vsi sunt pro eo qđ est pede pulso & quasi plausum reddo: a quo fiunt cõposita cõpedio impedio: & prepedio: de quibus locis suis.

¶ Pedaneũ inquit Palladius li. iiij. sup nudum inducimus & assiduo vecte densam⁹ pedaneum.

¶ Pedarij q in senatu sñiam non dicunt: sed ab alio dictam cõprobant: mouẽtes se de loco & in partem eius q dixit ambulantes. ppter qđ q ita faciunt ire in sẽtentiã pedibus dicuntur. Et ab actu transeundi pedib⁹ in aliena sedilia pedarij sunt appellati. Ci. ad atticũ. Inde in sententiã pedarij cucurrerunt. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius tamen pedarios existimat dictos fuisse senatores qui ꝙ magistratum curulium nondum ceperant pedibus in curiam proficiscebantur. nam qui curulem magistratum gessissent curru vehi solebant.

¶ Pedum pastorale baculuz: seu virga incurua: qua pecudum pedes detinentur. Uerg. At tu sume pedum qđ me cum sepe rogaret. Est et pedum oppidum non longe a prenestinis: a quo pedani populi. Liui. li. viij. Neqȝ tamen nisi admodum a paucis populis pedani aduti sunt tyburtes prenestiniqȝ: quorũ ager ppior erat pedum peruenere.

¶ Pedo is. pepidi: crepitum ventris emitto. Hora. in ser. Nam displosa sonat quantum vessica pepidi. Hui⁹ compositum est oppedo pe. p. qđ est cõtra pedo. Idẽ in eodem. Uin tu curtis Iudeis oppedere nulla mihi vnqȝ Religio est.

¶ Pegasus pe. cor. equus alatus persei απο τησ πηγησ id est a fonte: ꝙ iuxta pegas .i. fontes oceani natus sit: vbi gorgones habitabant. hunc Hyginus & alij cõplures neptuni & meduse filium dixere: qui in coelum euolauit: ibiqȝ inter sydera constitutus est. Arcticũ circulum spectans pedibus estimo orbi adnixus: extremo ore caput delphini tangens: & aquarij manũ dextrã ceruici sue adiungens. alij ex Meduse sanguine quam perseus interemit natũ astruunt: hic volauit in helicona vbi saxũ vngula feriens fontez aperuit: & ex eo hippocrene id est fons equinus est appellatus. Sed hic apud pyrenen fõtem corinthium captus est. Unde Strabo. Fama est equũ pegasum cum potaret hoc in loco a belorophonte deprehẽsum fuisse. Alatum inquã caballũ e meduse ceruice et de gorgonis execto gutture psilientem. Hoc equo vs⁹ est belorophontes in expeditione cõtra chimeram. vulgatum est et caballinum fontem in hellicone erupisse cũ subiectam ibi tellurem feriret vngula. Hinc pegaseus a um. Pers. Pegaseum melos Pegasus etiam dicebatur instrumentum in domibus super quo tanqȝ iumento vestes et similia tenerentur suspensa a pegaso poetico traductione nominis excogitata. Fuit et hoc nomine vir iurisperitus. Unde et pegasianum senatusconsultum. Põpo. de origine iuris. Fuit et pegasus triarchi fili⁹ cuius nauis pegase monumentũ accepit.

¶ Pegasides pe. cor. muse dicte sunt a fonte: q pege di: quẽ pegasus ictu vngule fingitur aperuisse. Oui. At mihi pegasides blandissima carmina dictant. Itẽ pegasides nymphe q & naiades. Idẽ Pegasis oenone phrygijs celeberrima syluis.

¶ Pagasa thessalie oppidum: qđ postea Demetrias dictum est: ppter qđ nauis longa argonautarum pegasea nuncupatur ꝙ Iason q eam edificauit fuit filius esonis fratris pelie regis thessalie. Oui. Iãqȝ fretũ minye pegasea puppe secabat. Hinc pegasicus sinus in thessalia est appellatus. ¶ Ascen. Uerius tñ pagasa dicit et pagaseus: sed a pegaso equo pegasides muse pe. corre. vt Ouidius docet.

¶ Peganon πηγανον latine ruta herba.

¶ Pegma atis. quod et pecma dicitur grecum est. απο του πηγνυμι: quod est pango et extruo. Est aũt machina quedam lignea in qua statue collocantur: & quasi figunt ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebantur in scenam cum pueris etiam considentibus ex lignis et tabulis que constabant vario picture genere.

¶ Pegmatis formam. Senec. ad Lucil. his verbis describit. His annumeres licet machinatores qui pegmata per se surgentia excogitant et tabulata tacita in sublime crescentia: et alias ex inopinato varietates: aut dehiscentibus: que coherebant: aut que distabant sua spõte coherentibus: aut ijs que eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus libro. vij. de bel. Iudaico. Maxime autem stupor erat machinarum que portabantur siue pegmatum fabricatio: pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes timebant. Multa enim in tertium nidum quartumqȝ surgebant et magnificentia fabrice cum admiratione delectabat. In his machinis simulachrum belli representatum fuisse significat: vt alij fugere: alij capere viderentur et per singula pegmata dux capte vrbis agebatur: ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant a Suetonio pegmates vocantur. Tradunt Claudiuz obiecisse aliquando bestijs qui pegma in scenam parum feliciter produxissent. Plynius libro. xxxiij. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo centum et vigintiquattuor argenti pondo fuere. Fest. scribit pegmata esse aut ere: aut marmore ornamenta que vt plurimum in atrijs quandoqȝ in porticibus aulisqȝ affigunt. maiorum aliorumqȝ fortium virorũ gesta certius qȝ pictura ostendẽtia.

¶ Peiero as. penul. cor. falso et animo fallendi iuro: seu iuramentum infringo. Ex per et iuro: abiecta r. et u. lõga in e breuem conuersa. Plaut. in asi. Nam si quid fecit scelestẽ pro illo lingua peierat. Lact. libro .i. Ergo aliqua potestas est que peierantes deos puniat. Dicimus et periuro as. qđ periurus pbat & periuriũ.

¶ Peior & deterior differunt ꝙ peior a malo dicit: deterior a meliore .i. min⁹ bonus.

¶ Pelagus pe. cor. tã mas. qȝ neu. ge. pfundũ maris significat. Ual. Flacc⁹ li. i. O qñtum terre: qñtũ cognoscere coeli Permissum est pelagũ quãtos aperimus in vsus. Hinc pelagicus a. um. Col. li. ix. Ceteri saxatiles aut pelagici satis ex his: sed recentibus melius pascuntur.

¶ Pelagia dr purpura a pelago a quo & succus ei⁹ pelagum vocatur.

¶ Pelamis idis. gñis fe. gñs piscis thynni. nam pelamides primo. Sed cum annuũ excessere temp⁹ thynni

vocant. Dict⁹ q in luto moretur απο του πηλου. i. a luto Juu. Siccus petasunculus et vas pelamidū. Ply. li. xxxi. Pelamidū genus maxima apoplectos vocatur.

¶ Pelargus grece latine ciconia dicit: sicut testat Ambro. lib. hexa.

¶ Pelasgia regio grecie circa extremā partē macedonie versus achaiā: olim thessalia dicta inter duo maria egeū et Joniū platani folio similis excurrit ꝓpter angulosos recessus: a qua pelasgi populi quasi pelargi. i. ciconie: q̄m errabundi ritu ciconiarū ꝓpter multas nationes iuerūt: vel pelasgi a pelasgo Jouis filio.

¶ Pelethroniū oppidū thessalie vbi primū domandorum equorum vsus inuentus est.

¶ Pelethronius nomē eius q̄ primus (vt scribit Ply.) frenos et strata equorū inuenit.

¶ Pelops Tantali filius q̄ curuli certamine ꝯtendit cū oenomao. Qui cū didicisset ex oraculo se tunc moriturū cum filia nupsisset: multis illā petentib⁹ ꝓposuit certamen quo victus interficeretur: victor filiā duceret vxorem: equorum instituit cursum ad aram neptuni: q̄ est in isthmo corinthiaco: cū plures equorū quos pernicissimos habebat velocitate superasset: superatosq̧ peremisset: is equorum pernicitate vicit oenomaū: abduxitq̧ ex pacto vxorē hippodamiā. Hinc pelopide dicti q̄ a pelope originem duxerunt.

¶ Pelopeius a. um. nomē possessiuū. Vn̄ fabula de Pelope scripta pelopeia dicta est. Juue. Perfectos pelopea facit: Philomela tribunos.

¶ Peloponnesus regio achaie a pelope hippodamie viro dicta et tantali regis phrygū filio: quasi pelopis insula: q̄m pen insula est. Qui superato oenomao hippodamie patre in certamine totū illud regnū in dotem accepit: et ex phrygia secū in eā regionē duxit populum. Hec apie ante appellata et pelasgia peninsula haud vlli terre nobilitate postferenda. Circuitu. cclxiij. milliū passuum colligitur: angustie sex millium sunt nisi erumpentia e diuerso q̄ dicta sunt maria. Hinc corinthiacum: illinc saronicū sinū efficiūt. In peloponeso sunt argos. mycene corinthus. Lacedemon. patre. Malea ꝓmontorium Epidaurus. regiones: archadia. Sicyonia.

¶ Peleus nomen patris achillis. Vn̄ et pelides achilles dictus est. Hephestion interpres sophoclis tragici in aiace tragedia αιακοσ υιοσ διοσ εξ αιγινησ πηλευσ και τελαμων εξ αιακου αχιλλευσ και αιασ και αιαντοσ ηαισ ευρυσακησ.

¶ Pelias adis. hasta qua achilles solus vtebat.

¶ Pelion mōs thessalie. Oui. Pelion hemonie mons ē obuersus in haustros: Sūma virent pinus: cetera quercus habent.

¶ Pella vrbs macedonie fuit in littore egei maris illustrata maxime natalibus Philippi macedonū regis et Alexandri. Vn̄ vterq̧ pelleus dictus est Juue. Vnus pelleo iuueni nō sufficit orbis.

¶ Pellax q̄ p blāditias decipit. Ver. Inuidia postq̄ pellacis vlyssi. Inde pellacia: fallacia. Idē li. iiij. geor. Verū vbi nulla fugā reperit pellacia.

¶ Pelliceo ces. pellicui raro habet. Pellicio is. xi. pellectū. blandiendo decipio. vn̄ pellect⁹: crebro pro pellicio. Ter. in phor. Is senē p epistolā pellexit. Cōponiturq̧ ex per et lacio: mutatis r. in l. et a. in i. Festus. Lacit: decipit inducit. Lax lacis vero fraus est. Alax siue lac lacio esse: cuius verba a lacio composita et fraudis et lactis participem significationem habeant. Unde et lacto as. propter quod et in bonam partem et in malam accipi possunt: vt allicio: elicio: illicio et alia. A pellicio fiunt pellax pellicator: pellicatus et pellex. Est et perliceo: siue plicio: quo vsus est. Liui. lib. iiij. si textus non est viciatus. Negocium inquit datur: vt quos quisq̧ posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perliceret. Pellicio tamen et pellexi et pellectus magis in vsu sunt: q̄ perliceo. Perlectus in ista significatione nequaq̄ haberi puto: sed pellectus tantum ne a perlego putaretur.

¶ Pellicator q̄ ad fraudē pellicit.

¶ Pellex vt inquit iureconsultus illa vulgo appellatur que cum eo cui vxor sit corpus miscet. Inde apud oratores et poetas pellex non tam viri q̄ vxoris nuncupatur. Cicero. Uxor generi: nouerca filij: filie pellex. Sueto. de Cesa. Preterea actiones Dolobelle: in quibus eum Dolobella pellicem regine dicit. Concubina q̄ cum celibe viro sine nuptijs locum tenet vxoris quam greco vocabulo παλλακην pallacen appellamus. Sueto. de Vespa. Inde quieti vacabant accubante aliqua pallacarum quas in locum defuncte genidis plurimas constituerat. Justinusquoq̧ cyri pallacen nominat. licet vitio librariorum pellicem scriptum reperiatur. Pellex latinum nomen est a pellicio quod est blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit. Cicero in Sal. omnium cubiculorum pellex: et idem postea ad ulter id est puer ledebas alienas vxores preripiens ex is maritos: vir postea lesisti maritos preripiens eis vxores.

¶ Pellicatus us. actus quē pellex exercet: sicut concubinatus quē concubina.

¶ Pellene pe. p. oppidū achaie inq̄t Strab. A quo pellenei populi.

¶ Peligni populi marsis finitimi: quorum metropolis est sulmo. Perlignum enī est vrbs ex qua Ouidius duxit originem: sicut ipe testatur. Peligne gentis gloria dicar ego.

¶ Pelluceo p mediū luceo. Juue. Cretice polluces.

¶ Peloris idis. genus cōche. Hora. in ser. Murice baiano melior lucrina peloris.

¶ Pelorus penul. p. ꝓmontorium sicilie. Italiam versus a Peloro gubernatore nauis annibalis ibi sepulto. Pomp. Annibal fugiens ex aphrica cum ad has angustias deuenisset sequentis pelagi: et ꝓditum se putasset pelorum gubernatorem nauis occidit et tumulauit. De hoc ꝓmontorio Luc. lib. ij. Extremi colles siculo cessere peloro.

¶ Pelorus latine excelsus et vastus. Quo noie dict⁹ est Polyphemus ab Homero.

¶ Pelicanus auis egyptia nascit in solitudinibus maxime nili fluminis. Duo autem sunt pelicanorum genera: vt docet Hiero. Unum volatile: aliud aquaticum: et dicuntur onocrotali. greci πελεκανοσ: nos pelicanus. Hee aues tanq̄ colaphis rostrorum dicunt occidere paruulos suos: eosdemq̧ in nido occisos a se lugere per triduum: postremo dicunt matrem seipsam grauiter vulnerare: et sanguinem suum super filios fundere: quo illi superfusi reuiuiscunt. Hiero. ad presidium sic habet. Pelicani cum suos a serpente filios occisos mortuos inueniunt: lugent et se et sua latera percutiunt: et sanguine excusso ad latera corpora mortuorum sic reuiuiscunt.

¶ Pellis dicit cū est a carne separata: que cutis antea dicebatur. Juu. Habeas deformem pro cute pellem: dicta pellis: vt quidam putant: a pellendo q̄ externas iniu-

rias tegendo repellat. Hec postq̃ concinnata est ad calceos et cetera opera facienda. Aluta dicitur. Var. parcorus saccus est ex aluta factus: Huius diminutiuũ est pellicula.

¶ Pellesuina locus vbi pelles vendũtur.

¶ Pellicium vel pellicia vestis ex pellibus. Hier. cõtra Ioui. Deiecti in vallem lachrymarũ tunicis ꝯsutis ꝛ pelliciis vestirentur.

¶ Pelliceus a. um. qđ est ex pelle: vt vestis pellicea.

¶ Pellit⁹ a. um. pe. p. qđ pelles habet. Prop. Pellitos habuit rustica corda patres.

¶ Pelliculo as. pe. cor. pellibus obturo. Col. Vas operculatũ pelliculant.

¶ Pelliones q̃ vestes pelliceas ꝛ alia ex pellibus opera faciunt.

¶ Pello as. q̃uis nõ sit in vsu: habet tñ cõposita: appello: compello: et interpello.

¶ Pello is. pepuli pulsum. i. ꝑcutio: ferio. Terẽ. Quisnã a me pepulit tã grauiter fores? Aliq̃ñ abigo extrudo. Plau. Pelle a īo timorẽ mox aderit gnatus. Hui⁹ cõposita sunt abpello siue aspello appello ꝑ duplex pp. cõpello: depello: dispello. Expello: impello: ꝓpello: qđ ẽ a longe pello: amoueo. Sal. Collegã suum Antoniũ pactione ꝓuincię ꝓpulerat ne ꝯtra remp. dissentiret. Aliquãdo significat vltraduco. Col. li. ij. Cũ ventũ erit ad versurã in priorẽ partẽ iugum ꝓpellat. Perpello ꝑfecte pello: induco. Liui. li. j. Ingentiam multitudinem ꝑpulit: vt imperiũ regi abrogaret. Repello retro pello. A supino pulsum fit frequentatiuũ pulso as. Antiq̃ etiã dixerunt pultũ: a quo pulto as.

¶ Pelta scutũ breuissimũ in modũ lunę iã medię. Ver. Ducit amazonidũ lunatis agmina peltis. A quo nomine postea peltastę pedites appellati sunt: q̃ ad motũ cõcursumq̃ leuiores erant.

¶ Peluis quasi pede vis: vt Var. inquit: a Pedũ lauatione. Alij peluim sinũ aquarũ putant in quo varię res perluuntur.

¶ Pelluuium et pelluuia. fœ. gñe vas quo lauantur pedes. sicut maluuiũ ꝛ maluuia vas quo lauantur manus Dictum pelluuiũ a pelluendo. hoc idem polubrũ dicitur Labrum cõmune est: qđ vulgo dicitur bacille similiter peluis.

¶ Pelusiũ vnũ est ex ostijs nili: ꝛ ciuitas ꝓpe in quadam egypti parte q̃ augustanica est appellata ꝓpe thebaidem Hanc vrbẽ condidit Pele⁹ Achillis pater monitu deorum post lustrationẽ. Eo eñ tpe Peleus furijs agitabatur: q: fratrẽ Focũ interemerat ꝛ purgari q̃rebat. Hinc fit pelusius a. um. ꝑ pelusiacus a. um. pe. cor. Mar. Accipe niliacã pelusia munera gentẽ. Ver. li. j. georg. Nec pelusiacę curã aspernabere lentis.

¶ Pelusiotę: populi pelusiũ habitãtes. [H]ie. ꝯtra Ioui Impelle si vales pelusioten vt mãducet [...]pe. Item in Pãnia. Pelusiotas nos appellant et luteos animalesq̃ et carneos.

¶ Pẽdeo es. pependi pensum: significat in sublimi siue suspensum esse. Tractũ a pennis auiũ. Vergi. Incultisq̃ rubens pendet in sentibus vua. Plau. in asi. Nudus vinctus centum põdo es ꝑ pedes q̃ñ pendes. Hinc per translationẽ pendere pro sustẽtari ponit. Ouid. Pẽdet et a vestra nostra salute salus. Aliq̃ñ pro cruciari ꝛ in pœna esse. Et sic ꝯstruitur cũ gtõ vel abltõ. Cic. li. pri. Tus. Nos si expectando vel desiderando pendemus animis cruciamur ꝛ angimur. Idem in Hor. Et q̃ expectat pendet animi. Et pendere dicit̃ q̃ nimio desyderio alicuius rei intentus cessat ab omni alio opere et id vnũ sollicit⁹ expectat. Ouid. Narrantis coniunx pendet ab ore viri Vir. Dum cõsulta petis nostroq̃ in limine pendes. Itẽ dubitare. Sene. Pendet animus et in diuersa trahitur Itẽ cessare. Verg. Pendent opera interrupta minęq̃ murorũ ingentes. Huius composita sunt Appendo dependo impendo ꝓpendo ꝛ suspendo: qđ est supra pẽdo. Col. li. v. Rusticos subigere iugo palmã et ita collocare vt sol minime suspendeat. Interdũ est mediocriter vel quasi imminere. Ci. Peto. Quid ipa res modo honesta mõ turpis suspẽdet flagitiosum est.

¶ Pendo is. pepẽdi pensum verbum actiuũ. Et assumpta e. fit neutrũ in alio sensu. Significatq̃ põdero ꝛ per translationẽ ꝯsidero estimo. Unde et eos gtõs regit q̃s verba pretiũ significantia habere solent: vt Magni pẽdo: parui pendo: nihili pendo: flocci pendo ꝛ huiusmodi qđ est in magna et parua estimatione habeo. Unde magis separata q̃ composita sunt dicenda. Pẽdere est etiam soluere. Liu. li. j. Ad equos emendos dena milia ęris ex publico data ꝛ quib⁹ equos alerent viduę attributę q̃ bina milia ęris in annos singulos penderent. Sal. Sẽper illis reges tetrarchę vectigales erant populi: nationes stipendia pẽdere. Uñ pœnã pendere ꝓprie dicit̃ qui ob delictum pecuniã soluit. Verg. Tum pẽdere pœnas cecropidę iussi. qđ ex eo tractum est q̃ ęre graui cũ vterẽtur romani eo penso non numerato debita soluebant. Libralis eñ et dupondius appendebat̃ assis. Unde ęris grauis pœna. hinc pensiões dictę sunt. Itẽ pendere sustinere. Lact. li. ij. Eosq̃ impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros. Composita sunt Appendo compendo vnde cõpendiũ. Dispendo varie pendo. a quo dispẽdium. Dependo qđ est do. Col. lib. v. Namq̃ aliter in cassum depẽdit̃ opa cũ degeneres etiã renouatę pristinum seruabũt ingeniũ. Expẽdo: impendo: ꝑpendo: diligenter ꝯsidero: seu ꝑfecte põdero. Lac. li. vj. Nihil eñ sapiunt nisi terrã bonaq̃ ꝛ mala solius corporis sensu ac voluptate ꝑpendũt. Cic. Quid in amicitia fieri oportet: q̃ tota virtute ꝑpenditur. i. exacte põderatur examinatur. Aug. lib. iij. de ci. dei. Nec nos in ea re diligẽtius requirenda ꝑ multoꝝ scriptorum ꝑpensa testimonia demoremur. Propendo prępendo antependo. Prop. Cũ tua ꝑ pendet demissa in pocula serta. Rependo ꝛ suspẽdo sursum pendo: alte ligo. Vergi. Añ nouis rubeant q̃ prata coloribus. ante Garrula q̃ tignis nidũ suspendat hirũdo. Quandoq̃ suspendere est anxiũ esse. Plau. Vix cõpos mentis sum ita mihi suspendit animum. Verg. Suspensi eurypilum scitatum oracula phœbi mittimus. Et q̃m dum anxij sumus etiam dubij efficimur. Suspẽsum quandoq̃ pro dubio ponitur. Sene. Suspẽsus animo quid agere cogitabat. Item pro placido ac silenti. Teren. in Phor. Hęc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire ꝑrexi. Et suspẽdere etiam est pendendo interficere. Lact. lib. iiij. Dum suspenderũt cum inter duos noxios medium qui ob latrocinia damnati erant. Hinc suspendium pro suspensiõe. Gel. Suspendio vitã finiuit.

¶ Penso as. a pendo vel a pendeo frequentatiuum significat sępe pondero estimo: vel aliquid pro alio do. Hieronym⁹ ad Iul. Paupercula vidua omnes dicitur in oblatione munerum dei superare locupletes: quę nõ pondere sui: sed offerentium voluntate pensant̃. Valle. max. lib. primo. Deductus ac missus ad senatum lega-

tus ut ex se et uno et sene complures penorum iuuenes pensarent in contrarium dato cōsilio carthaginē petijt. Hic cōpenso dispenso repenso. Hie. De eo autē q niteris approbare conuitiū et homicidiū racha et adulteriū et ociosū sermonē et impietatē non supplicio repēsari iam respōsum est.

¶ Pensito as. sepe vel valde bene pondero examino. Ply. li. vij. In demū vitā equa lance pensitabat q̄ semper fragilitatis humane memor fuerit. Gel. lib. j. Aut virtutes pensitabat: aut vitia rimabatur: ut iudicium esse factum adamussim diceres. Et pensitare est soluere cōsuescere. Ply. li. xij. Qui tradit singula milia talentum tauris annua pensitasse arabas regibus persarum. Cice. in oratiōe cōtra mithrydatē. Que tandē esse existimatis aut eos q̄ vectigalia vobis pensitāt: aut eos qui exercent aut exigūt. i. soluere solet.

¶ Pensitator: pōderator. Gel. Verborum pēsitatores subtilissimi. a Pensito as.

¶ Pensor q pōderat: a Pēdo is. Aug. li. v. cō. Dubitare stultū est: quin utiq melior sit q̄ mēsor cœli: et numerator sydeꝝ: et pensor elementorum.

¶ Pensiculo as. idem qđ pensito. Gel. Pēsicula utrūq moderare reperies suo quodq in loco sonare aptissime Hinc Pensiculatores dicti sunt q̄ aliorum dicta siue dictiones exacte ponderant. Et pensiculate aduerbium .i. cum pondere.

¶ Pensilis et hoc pensile pe. cor. quod suspēsum et sublime est. ut Pensilis hort⁹ q̄ supra edificia fact⁹ est. hoc ē in solario: vel in aere sublimis. Sic pensilis vua. Hor. Tum pensilis vua secundas Ornabat mensas. Pensilis homo q̄ suspensus est. Plau. Restim volo mihi emere qui me faciam pensilem. Pensilis lectus. pensilis lychni: q suspensi sunt et in aere pendentes. Pensilis vrbs q̄ subter cauata est. Ply. Legūt et pēsiles hortos: immo vero totum oppidum fecisse nullo oppidanorum sentiē te. Idem. Magnitudo et frequētia cloacarū vrbē pensilē fecit Pensile horreū: qđ nos vocamus granariū q sit in altiore domus loco. Col. li. j. Sed nos in nostris regiōibus: q̄ redundant vligine magis illam positionē pensilis horrei pbamus. Aliqñ tñ pensilis đr mollis. Ver. Pilentis matres in mollibus Ser. i. pensilibus. nā molle et pensile cōuertuntur.

¶ Pensa a pendendo: qđ pro aliqua re cōducta soluitur. Et pēsa plurali numero manipuli lane vel lini q̄ pēdent ex colo et fuso trahūtur. Nam cū dicimus trahit pēsa idē est ac si diceretur filat. Oui li. ij. fas. Lumen ad exiguū famule data pensa trahebant. Iusti. li. j. Pēsa inter virgines partientem. Quādoq pensa capiuntur pro filis. Vergilius. de textrice. Excussi manibus radij reuolutaq pensa.

¶ Pēsus a. um. pōderat⁹ examinat⁹. Per translationē ponit pro bono et sapienti. Plau. in Sti. Age tu altera vtra sit cōditio pēsior virginē an viduam habere. Quādoq ponit pro equato. Sal. Neq id quib⁹ modis assequeretur dū sibi regnū pararet q̄c q̄ pēsi habebat.

¶ Pēsio ōis id qđ p re aliqua cōducta soluit. i. qđ dat pro rei alicuius vsu aut agri: aut domus. Ci. Lepte. Tene o tñ dū a Dolobelle pcuratorib⁹ exigā pmā pēsionē.

¶ Pēsionari⁹ q pēsionē alicui soluere tenetur.

¶ Pēdulus a. um. qđ pēdet. Oui. Lassaret viduas pēdula tela manus. Hier. ad Pāma. Maluit in humilioribus tuto pgere q̄ pendulo gradu in sublimiorib⁹ fluctuarē. Col. Tū deinde macriora et pēdula loca luna crescente fimo inuanda sunt.

¶ Pentateuchus dici pōt volumen quinq librorū. nam πεντε quinq τευχος volumē.

¶ Pentaphyllon. herba quinq folia habēs: habet multas virtutes.

¶ Pentarchus: qui quinq viris pꝛeest.

¶ Pentecōtarchus dici potest quinquagenarius. i. qui pꝛeest qnquaginta. Nam πεντηκοντα penticonta quinquaginta dicitur.

¶ Pētecoste es. a penteconta dici potest quinquagenaria. quoniā hec dies a resurrectione domini distat quinquaginta diebus. nam penthecostos latine quinquagesimus dicitur.

¶ Pentathli: dicūtur illi qui in ludo quinq artes gymnasticas exercēt. videlicet discum: cursum: saltum: palestram et iaculationē. et ipa exercitatio pentathlon: latini alio nomine quinquertium: a quinq artibus et ipi pentathli. i. athlete qui his quinq artibus se exercebant q̄nquertiones appellātur απεντε quod significat quinq ατλος certamē. Ply. de Myrone. Hic fecit delphicos pētathlos.

¶ Pētemimeris pe. cor. latine semiquinaria cesura: est quotiens post octo tempora syllaba relinquit partē orationis terminans. Hec autē cōmunis est: vt omnia vincit amor. et nos cedamus amori. Pente eñ quinq: μερος diuiso vel pars.

¶ Pētastice porticis dicūtur a quinq columnarum ordinibus.

¶ Pentapolis penul. cor. regio inter palestinam et arabiam: a quinq ciuitatibus sic appellata. vbi sodomum et gomorrum oppida. Hanc regionem vt Solinus scribit de cœlo tactam testatur humus nigra et cinere soluta. Nascuntur ibi poma que comedi non possunt: licet matura videbantur leuiter manibus pressa fumum exhalēt et in puluerem fathiscant. Est et pētapolis regio in Libya a quinq ciuitatibus dicta: que et Cyrenaica vocatur.

¶ Penus hic vel hec quarte declinationis. Et hic pen⁹ peni secundū Pri. Et hoc penus penoris. Et hoc penū Et hoc penu indeclinabile: significat omne esculentum potulentumq quo vescunt hoīes. Dictū penus q ea q̄ lōge visionis gratia cōtrahunt et reconduntur nō in prōptu sint. sed intus et penitus habeātur. Fes. Penora res necessarie ad victū quotidianum. Plau. in Persa. Nam nisi pœnus annu⁹ hodie conuenit: cras populo pstituā vos. Terē. in Eu. Pri⁹ ad te penū oēm cōgerebā clanculū. Lucil. Ut vxori legata penus. Hor. in neutro genere. Annone psit portet frumenta penusq. Penū afra. Vos quibus cordi est intra tunicam manus leua dextra in penū herile. Gel. Ex massurij auctoritate demōstrat thus et cereos: ligna quoq penori adscribi posse. Nos vero aromata: caseum: carnes salitas et alia esculēta dabimus seruanda.

¶ Penuariū siue penuaria cella dicit omne qđ in penu reponit et ipm penu et qđ in penu est.

¶ Penuria quasi vrens penu: vel q pene vrat: vel q pene minus sit q̄ necesse est; significatq omnem inopiam rerum et pꝛesertum eaꝝ que in penu recondi solēt

¶ Penes pꝛepositio quomodo sumatur. Vide in dictione apud.

¶ Pene aduerbiū significat quasi.

¶ Peneus fluui⁹ in thessalia inter ossam et olympū desinēs collibus dextra leuaq molliter curuis i eo cursu tēpe quinq miliū passuū longitudine et ferme sex latitudine pulcherrimus ager.

¶ Penelope Icari filia & Ulissis vxor q̄ lanificio & absētiam mariti solabatur et procos frustrabat quibus se cōsensuram absoluta tela pollicebat. sed vt eos longi⁹ frustraretur noctu retexebat: qđ interdiu texuisset. Dicta ab auibus q̄ penelopes dicūtur. cuius ntūs singularis ē penelops. cū prius arnea vocaret quasi abiecta repudiataq;. Etenī in mare ꝓiectā ab Icaro peribeaq; parentibus ferunt educauisse penelopes.

¶ Penis fœ. gene. cauda dicit a pendendo. Unde & offā porcinā cum cauda offam penitam dicebant. Hinc peniculos dicimus quibus calceamenta tergunt post autem penis virile membrū dici cœptum est: sicut & salax cauda qđ nō tam a pendēdo q̄ a penetrando quidā dici voluerūt: et rectius mas. ge. pfertur. Iuue. Nouerunt mauri atq; indi quē psaltria penem.

¶ Ascen. Est quidē masc. sed apud Iuuena. q̄ psaltria legitur.

¶ Penitus a. um. pe. p. qđ ex pene hoc est cauda est. Unde penita offa. Offa porcina cum cauda. Penit⁹ pe. cor. significat quod est intra. Plau. in asi. Age queso excrea vsq; ex penitis faucibus etiā amplius. Inde Penitior interior: penitissim⁹ intimus. Inde penetro as.

¶ Penitus aduerbiū locale: quasi pene int⁹. i. valde interne seu intrinsecus vel intima parte & secreta vt cū dico Penitus me noscis. hoc est intus & in cute. Vergi. Et causas penitus tentare latentes. Fit autē a penes. Id eñ penes nos videtur esse qđ est penitus reconditū Interdū ponitur pro aduerbio qualitatis & significat prorsus vel valde. Verg. Penitusq; sonantis accestis scopulos. Aliq; signifi. lōge. Idē Penitusq; alias aduexerat oras. Hinc Penit⁹ a. um. de quo mox est dictū.

¶ Penicilla instrumenta pictoria. Uide infra in Peniculus.

¶ Penetro as. quasi penitus intro. Lactan. lib. iij. Ad egyptios & magos & psas vsq; penetrassent.

¶ Penetrabile qđ facile penetrat. Vergi. Penetrabile telum. Mar. Ne madidos intret penetrabile frigus in artus. Interdum sumitur passiue: quod facile penetratur. Liui. li. xlv. Et in asperis locꝫ silex sepe impenetrabilis ferro occurrebat.

¶ Penetrale nomē substantiuū significat oēm partē interiorem dom⁹ vel templi: licet sit intecta seu omne qđ in intimis partibus est. vnde penetrale sacrificiū dicebatur qđ in penetrali: hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lactā. de opi. Quātulū eñ videre possemus si mens ab intimis penetralib⁹ capitis p exiguas cauernarū rimulas attenderet.

¶ Penates dicti sūt dij domestici: q penes nos nati sūt vel q non longe absint ab hac vita: siue q penitus insident. Ex quo etiā penetrales a poetis vocantur. Alij a penu hoc nomen deriuāt. Macr. Penates esse dixerūt p quos penitus spiramus. p quos habem⁹ corpus. p quos rationem animi possidemus. Cuius nominatiuus singularis secundū aliquos est hic penas. scđm aliquos hic penatis.

¶ Peniculus & penicillus. siue peniculū et penicillū: q̄uis diminutiua videantur a penis. Significant tñ ea q̄bus calceamenta vasaq; tergūtur. Item q̄bus pictores pingunt: qm̄ ex caudarum extremitatibus fiant. Plynius lib. xxxv. Arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit summe tenuitatis per tabulam. Idē in eodeꝫ. Usus ad peniculum erit si lignū colorare libeat. Quintil. li. ij. insti. Ut cœlatori cœlum: & pictori penicilla desyderāt. Iteꝫ quibus Albarium tectorio inserunt qui dicuntur tectorij peniculi. Ply. Setarum ex his penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item quibus vulnera stipantur. Uel ideo nec claudantur: vel vt aperiant magis: vt sūt penicilli ex linteolis concrepitis ex medulla sambuci et ex spongia. Idem. Tum peniculo vulnus apertū. Omne preterea quoad aliquid mundandū: illinendū ve vtimur. penicillum vel peniculum vocamus presertim si ex spongia sit factum. Teren. in eu. Quid ignaue peniculon pugnare qui istuc huc portes cogitas? Plyni. Hysso pumiq; cum myrrha calidum penicillo illitum. Itē spongie genus nobilissimum est qui penicillus dicit ex quo fiunt penicilli.

¶ Peniculamentū pars vestis q̄ terram attingit. Enni. pendent peniculamenta vnū ad queq; pedum.

¶ Penna per duplex n n. auiū est. Sunt eñ pēne maiores q̄ plume. Et est generale ad pinnas. s. summitates. & ad plumas. pinne aūt ꝓprie sunt pēne q̄ plume hoc est molliores & exigue pēne non sunt.

¶ Pennula siue pinnula. pars summa auris ab acuitate dicta: vñ in Leui. legitur. Cuncta q̄ nō habent pēnulas & squāmas in aquis polluta erunt. Proprie vero pēnula diminutiuū est a penna. Aug. lib. v. de ci. dei. Qui nec auis pennulā nec herbe flosculū: nec arboris folium sine suarū partiū ꝯuenientia dereliquit. Ci. li. iij. de na. deorum. Cum aūt pennulis vti possunt: tū volatus eorū matres ꝓsequūtur.

¶ Penula p simplex n. vestis q̄ nebuloso seu pluuioso tēpore supra tunicā assumit loco pallij ad arcendas a corpore pluuias. Pompo. in panicea. Penulam in caput induce ne te noscat. Quint. Cum galba penulam roganti amico respōdit. Si nō pluet: non opus est tibi. Si pluet ipse vtar. Iuue. Et multo stillaret penula nimbo. Hec si ex pellibus esset scortea vocabat. Mar. Ingrediare viā cœlo licet vsq; sereno. Ad subitas nūq; scortea desit aquas. Aug. li. j. con. Uidetur significare penulā fuisse habitū grammaticorū. Quisq; inq̄t penulatorū magistrorum audit aure sobria ex eodē puluere hoīem clamantē & dicentē. Fingebat hec Homer⁹. Ulpi. inter cōia vestimenta quibus vir et mulier promiscue vtuntur pennulas annumerat. Uar. dixit non querendam esse penulā homini qui habet virtutem. scribit Lampri. Alexandrum constituisse: vt senatores penulis intra vrbem frigoris causa vterentur cum id vestimentum itinerariuꝫ et pluuie fuisset. Erat etiam penula gausapina candida ac villosa qua per estum vtebātur. Mar. Is mihi cādor inest: villorum gratia tanta est. Ut me vel media sumere messe velis.

¶ Pēnatus a. um. qđ pēnas habet: vt Uolucres pēnate Sic Impēnatus q̄ pennas nō habet.

¶ Pennariū in quo penne reponūtur: sicut calamariuꝫ in quo calami.

¶ Penulatus: penula indutus. Uide in dictiōe Penula. Penulariū: locus in quo penule reponunt.

¶ Peplus siue peplum: vestis solēnis que iniicitur vel viro vel fœmine vel deo dee ve. Uirgilius. Crinib⁹ iliades passis peplūq; ferebāt. Plau. Nūq; ad ciuitatē venio nisi cū infert peplum hodie. Poete tñ vt inq̄t Ser. abutunt hoc nomine.

¶ Pepones melones. Hier. in lib. num. In mētem veniunt pepones.

¶ Pepsis: latine concoctio. vnde peptice medicamenta ad concoctionem que foris adhibentur απὸ τοῦ πέπτειν. Inde dyspesia mala coctio quando cibi non perficiuntur.

¶ Per ꝑpositio est: quę separata quandoq; localē. quandoq; temporalem habet significationem. vt Per vrbē vado: per mediū diem operor. Quandoq; denotat personam. vt Per medios ruit ac morientes nomine clamat. Quandoq; iurandi est. vt Per pol. i. ꝑ pollucem. Quandoq; obtestandi. Virg. Per te per qui te talē genuere parentes. Quandoq; medium quendam ꝛ quasi intercessorem significat: vt Per meos amicos obtinui. Ci. Quod per me certior fias. i. me operante. Composita vero ꝑfectionē denotāt. Lact. Si legit perlegat. i. vsq; in finem legat. Cic. Nūcius qui litteras accepit nō pertulit. Aliquando in bonū vel in malum accipitur: vt Persequor. Aliquando abnegatiua est. vt Perfidus: ꝑiurus. qui fidem et iusiurandū fregit. Aliquando significat per mediū siue trans. vt Perfluo: ꝑpluo. Perspicuum ꝑ cuius mediū videmus: vt cristallus. Aliquando habet vim aduerbij: ꝛ ꝓ valde ponitur. tanq; superlatiuo q; positiuo iungitur. Col. lib. iiij. Nam credidisse villicis vel etiam vinitori socordis est cum quod longę sit facilius adhuc perpaucissimis agricolis cōtigerit: vt nigri vini stirpe careant. Cic. Pergraue mihi visuȝ est. Et si addatur q; significat maxime: vt Per q; bonus. i. optimus: ꝑq; magnus. i. maximus. Iungitur etiaȝ superlatiuo. Curtius. Perq; maximo potest exercitu cōparato Aliquando significat nimis vehementer et in bonam ꝛ in malā ꝑtem. vt Pertinax. qui nimis tenax ē durus et inexorabilis. De quo infra. Componitur autem cum dictione incipiēte ab a. vt Perago b vt Perbibo: c. vt Percurro: d vt Perduco: e vt Pereo: f vt Perforo: g vt Pergratus: h vt Perhibeo. i vt Periurus. l vt Perlego: m vt Permitto: n vt Pernocto: o vt Peroro: p vt Perpendo: q vt Perquiro: r vt Pergo ex per ꝛ rego componitur. vnde ꝛ ꝑteritū perexi facit s vt Persuadeo: t vt Pertinax: u vt Peruerto.

¶ Pera pellis a collo ad lumbos pendens. a quo pera sacculi gen⁹. hinc perā viatoriā vocamus qua panem ꝛ aliquid obsonij gestare viatores solent: quemadmodū poculū viatoriū quo vinū. Eius dimi. est Perula.

¶ Perea cum diph. vlterior iudeę pars: quia vt inquit Stra. Regio quę trans euphratem est pęa nominatur.

¶ Perago. is. pe. cor. peregi pactū: ꝑficio. Sene. Omnia inchoat: nihil ꝑagit. Interdum perduco. Plau. Nauē ꝑegit in portū. Apul. Et mltas noctes ꝑegi insomnes. Interdum ꝑtracto. Virg. lib. vi. Omnia ꝑcepi atq; animo mecū āte ꝑegi. Interdū ꝑtraho vel ꝑtrahere facio. vt Hic me ad carceres ad mortem vsq; ꝑegit. A pago fit pactio quę est ꝑfectio. Cice. Senectus pactio ętatis est. Peragere reū significat condēnare: sed Facere reū est accusare. vñ ait iurecōsultus. Peregisse reū nō alias quis videt nisi ꝛ cōdēnauerit. Ply. Dū ꝑ agitur reus.

¶ Peragro. as. p. cor. ex per et agro componitur. iuxta ꝑpositiōis ꝛ agri significationē debet significare ꝑ agrū siue ꝑ agros ambulo. Sed quia quod peragratur expꝛimitur: ꝛ ꝓ actiuo ipius verbi ponitur: agri significatio mouetur: ꝛ ꝓ ambulo siue inquirendo circūeo sumitur. Cice. lib. iij. offi. Et ob eam causam vrbe relicta rura ꝑagrātes sępe soli sumus. Hiero. Eandem oram italię q̄ quondam magna gręcia dicebat laboriosissime peragrauit. Hinc Peregrinus ꝑegrinor ꝛ ꝑegre deducuntur.

¶ Peranno. as. significat per integrum annum tēpus viuo. Componitur enim ex per ꝛ anno as. Macrob. lib. j. Satur. Scribit priscos romanos mense Martio ꝛ publice ꝛ priuatim ad annam perannāq; sacrificatū ire solitos vt annare perānareq; commode liceret. hoc est vitam degere incolumen per annum integrum. Suet. in Vesp. Ideoq; puella nata non perannauit. Perēno vero ꝑ e: significat diu viuo ꝛ duro. de quo infra.

¶ Perbibo pe. cor. perfecte bibo. Lact. lib. ij. Infecti sunt persuasione ac penitus eoꝝ mentes succū stultitię ꝑbiberunt. sed hoc per metaphoram.

¶ Per causam siue ꝑ speciem: significat ꝓ simulatā causam. Liui. lib. iiij. Vt cum appropinquaret ianuę rex ꝑ causam aliquam in angustijs sustineret a tergo agmen. Idem. Vbi postq̄ aliquid monerent colloquēdo cū Annibale rati nocte ꝑ speciem venandi vrbe egressi ad euȝ proficiscuntur.

¶ Percello. is. ꝑculi ꝑculsum: significat euerto ꝑcutio. Var. Alius teneram abietē solus ꝑcellit. Aliquādo differo. Lucil. Ad nonum hoc ꝑcellit annum.

¶ Percipio. is. pe. cor. ꝑfecte capio Aliquādo ponitur ꝓ intelligo sentio. a quo Perceptio.

¶ Percitus penultima correpta: nimis incitatus q̄ ira ac furore accensus est.

¶ Percoarcto. as. ex ꝑ ꝛ con ꝛ arcto abiecta n. arcto vero frequentatiuum ab arceo fit. ꝛ significat ꝑfecte cogo siue constringo. Col. lib. ij. de fœno loquens. Tunc demum inquit conuertemur ꝛ vtrūq; siccatum ꝑcoarctabimus in strigā: atq; ita manipulos vinciemus.

¶ Percolo. penult. cor. ꝑfecte colo. i. amo siue veneror. Plau. in Tri. Fecer is par tuis cęteris factis patrem tuum si percoles.

¶ Percontor ꝑ o. ꝛ sine c. ante t. a cōto dicitur quo nautę vtuntur ad loca nauibus opportuna. Nam aquę altitudinem conto ꝑtentant. Iuue. Esse aliquos manes: ꝛ subterranea regna ꝛ contū ꝛ stygio ranas in gurgite nigras. Atq; vna transire vadū tot milia cymba. Percūctor vero per u. ꝛ c. ante t. fit a cunctus. a. um. q a cūctis ꝑquiratur. q is qui curiosus est ꝑ cūcta interroget: Et vtrūq; significat diligenter iterrogo. Plau. Quid istuc in mente est tibi ex me: mi vir ꝑcunctarier. i. morari q̄rendo. siue ꝑ cuncta inquirere. Plyni⁹. Percunctantiq; quanti licitaretur opera effecta. ꝑuum nescio quid dixerat. Est etiam ꝑcunctari expectare. Teren. in Phorm. Percunctatum ibi ad ꝑcatum quoad se recipiat.

¶ Percurro. valde curro: siue currēdo ꝑseuero. Plau. in Sti. Percucurri vt nunciarē nunciū exoptabile. Teren. in An. Continuo ad te ꝓperans ꝑcurro. Do. Vide quantum ꝓperans ꝛ ꝑcurro vt cōtinuationem cursus ostenderet. Quandoq; ꝑcurrere est ꝑ aliquem locū currere siue discurrere. Aug. ꝑ translationē. Et quid opus est multa ꝑcurrere ꝛ multa vana l; gresum enumerare. Quandoq; est negligentius ꝛ cursim ꝑtransire. Cic. li. ij. de ora. Et multo apertius ad intelligendum si sic construitur aliquando ac non ista breuitate ꝑcurritur.

¶ Percuro. as. pe. ꝓd. ꝑfecte sano. Curtius. Percurato vulnere acrius obsidioni instetit.

¶ Perculsus participium a percello sępius ad animuȝ refertur. Greg. Vna mulieris voce perculsus dum mori timuit vitam negauit. Percussus ad corpus fit a percutio.

¶ Percudo. is. pe. ꝓdu. perfecte cudo et quasi frango. Col. lib. ix. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

¶ Percutio. is. pe. cor. percussi percussum. ex per ꝛ quatio q. in c. mutata: ꝛ abiecta a. significat ferio. Cuius cōpositum est Repercutio. Ambro. lib. j. offi. Cum malediceretur non remaledixit. cum percuteretur non repercussit.

¶ Perdo perdis perdidi perditum. ex per et do significat amitto. quasi nimis do. Qui autem nimis dat: quicquid habebat amittit. Hier. lib. j. Re. Et de asinis quas pdidisti ne sollicitus sis: quia inuentę sunt. Et perdere est perimere: quoniam quę amittūtur quasi mortua nobis esse videntur. Teren. Dij te perdant. Huius cōposita sunt Deperdo quod est in totū pdo. Caius scribit deperditū dici quod in natura rex esse desijt. Diminutum quod vsu raptum est. Disperdo consumo vel varie perdo. Plau. in Tri. Preterea aliquantum animi causa in delitijs perdidit.

¶ Perduo veteres dixerunt pro perdo: a quo pduaxo. Plau. Dij te deęꝙ oēs pduaxint cum istoc homine.

¶ Perditus. a. um. amissus. Et perditus qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet vt inde se eximere non possit. & qui omni vitio contaminatus est ita vt de eo nulla spes habenda sit: perditus dicitur. Perditum enim dicunt quod interijt ac recuperari non potest. Cice. lib. ij. offi. Dū homines pditi hastam illam cruentā et meminerint & sperabunt. Perditū pdamus plus significat ꝙ pdamus solum. Est enim exaggeratio quędam Ciceronis. Teren. Ac puerū perditum pdamus. hoc est ne ex infelicissimo infeliciorem faciamus.

¶ Perdite amare: est vehementer amare.

¶ Perdix auis nota a pdendo dicta. Nam vt Ambro. Ireneo scribit. Hec auis dicit eē plena fraudis & fallacię: quę decipiēdi viatoris vias calleat atꝙ artes nouerit vt eū a pullis auertat suis. Certe si insistere aduertit: tam diu illudit ꝙ diu sobeli fugiendi signū tribuat & potestatem: quā vbi euasisse senserit tunc se & ipsa subtrahit: & lubrica arte deceptum insidiantem relinquit. De hac Hie. ad psidiū. Perdix aliena oua calefacit furatis suis: Sed cum creuerint in nido: pulli euolant & ad parentes suos redeunt. mentitū parentē omittentes: pdices sibi insidiantur: Et si asserant illos ad syluam q̄ eos habent vocem emittūt absconsi: & sic ceteri veniūt: & retibus capiuntur. plus pedibus ꝙ pennis fugiūt aucupantes. Et si ad hoc fuerint vt capiantur: sibi similez colore lapidem querunt & ibi se supinos ponunt.

¶ Perdius. ex per & dius quod est dies. & is dicitur q̄ per diez vigilat. sicut Pernox: qui per noctem vigilat. Gel. li. ij. Stare solitus socrates dicitur ptinaci statu pdius atꝙ pnox a summo lucis ortu ad solem alterū orientem incōniuens immobilis hisdēꝙ in vestigijs & ore atꝙ oculis in eundē locum directis cogitabundus tanꝙ quodam secessu mentis atꝙ animi facto a corpore. i. p diem et p noctem. Sene. Id pdius pnoxꝙ agebat. Sic interdius. intra diem vel p diem. quia nulla vigilationis ppria significatio inest. Dius aūt p die ponitur in cōpositione: & nomen est & nominatiui casus. Sicut noctu p nocte. Plau. in Mer. Neꝙ conquiescam vsꝙ noctu: neꝙ diu prius profecto ꝙ aut amicaz: aut mortē inuestigauero.

¶ Perdono. as. significat remitto. Aug. in interptatione ps Expectās Recedis a peccatis pdonabit peccata.

¶ Perduellis hostis dicitur. Plau. in Am. Perduelles penetrant se in fugam ibi nostris animus additus est.

¶ Perduellio crimē lęsę maiestatis: aut reipublicę. seu sicut ita legit. Cice. lib. ij. offi. Nam pirata non est ex perduellionum numero diffinitus: sed cōmunis hostis oīz Vlpia. p crimine sumpsit. Qui pduellionis reus est: hostili animo aduersus rempublicam vel principē animatus est. Antiqui pduellē dicebant quē nunc dicunt hostem & tunc hostis significabat peregrinum qui suis legibus vteretur.

¶ Perduco ad finem vsꝙ duco. Cic. in Cato. M. quidē vai. coruinū accepimus ad centesimū annū vitam pduxisse. Aliquando pducere est p vim ducere. Inde pductores a Cice. in Ver. dicti sunt. qui vt Asco. inquit: in hoc differunt a lenonibus ꝙ lenones sunt scortorū: pductores etiam inuitarum psonarum.

¶ Peredo. pe. cor. ex p & edo es: vehementer edo a quo peredia. ę. ipsa comestio:

¶ Peregre. pe. cor. significat peregrinando. Et est commune tam significantibus quietē ꝙ motū: vt Peregre sum: pegre veni: pegre vado. Aug. lib. ix. con. Frater autē meus quiddā locutus ꝙ eam non pegre. sed in patriam defungi felicius optaret. i. in pegrinatione. Alio co: vt apud Plau. in Am: Ita pegre veniens hospitio publicitus accipiar.

¶ Peregrinus aduena & aliena loca pagrans. a pagro pagras. Et differt ab hospite ꝙ pegrinus simpliciter eus significat qui in sua ciuitate non est. Hospes qui in aliena ciuitate est. Antiqui tamen pegrinos dicebant hostes. Ambr. Aduersarios molli veteres appellatiōe nominabant. Hostes enim antiquo ritu pegrini dicebantur. Peregrina sacra dicta sunt quę ex alijs vrbibus religionis gratia sunt aduecta.

¶ Peregrinor: pe. pdu. depo. absolutum significat per aliena loca pagrans pficiscor.

¶ Perendie. significat quod vulgo dicitur post cras Cice. ad Atticum. Scies igitur cras ad summum pendie. Hiero. ad Pā. Vt quod hodie non merui: cras vel pendie merear. Unde pendinus dies abhinc tertius Cesar. Qui si p te liceat pendino die cū primis hibernis coniuncti cōmunē cum reliquis casum belli sustineat. Hinc Comperendino. as.

¶ Perennis & hoc perenne sine h. ex p & annus mutatis litteris: quasi p annos durans. i. ppetuus. Inde fit Perenno. as.

¶ Perenno. as. p annos duro. Col. lib. j. Sed & tempe ret vires clementia cum & terribilior debet eē ꝙ seuior & obsequantur eius imperijs et diutius pennent boues non confecti vexatione simul & vbertate operūꝙ. Idē lib. iij. Rosa hoc modo culta multis annis pennat.

¶ Perennitas: ipsa duratio. Idem. nam ea cœli positio maxime frigida & minime humida est quę vtraꝙ perennitatem conditis frumentis afferunt.

¶ Pereo. is. iui. vel perij peritum secundū analogiam. Componitur enim ex per & eo quod facit itū: sed nusꝙ legitum tamen periturus habeat. Aug. super Io. Tāꝙ essent ab illo pituri merito turbant. Et significat pire amitti. Hie. in lib. Re. Perierant autē asinę Cis patris Saul Quandoꝙ Absumere butarum. Teren. in Adel. Nempe tua arte viginti minę p psaltria piere. Unde & p mori sumit: quasi in totum ire: ꝙ qui pit prsus abit: Ply. li. vij. Tu qui te deū credis aliquo successu tumens tanti tum pire potuisti. Atqui etiam hodie minoris potes: quantulo serpentis ictus dēte: aut etiā vt Anacreō poeta acino vuę passę: vt Fabius senator pretor: in lactis haustu vno pilo strangulatus. Huius cōposita sunt Depereo & Dispereo.

¶ Perfrico. as. p. cor. valde frico. Perfricare & os seu frontem. significat pudorem deponere. Nam cū in pudibūdo sanguis diffundat ex corde in faciem tāꝙ velamentum: qui impudibundi & sunt inuerecundi & erubescere videri nolunt. hi solent os & frōtem pfricare ad ruborem illū digerendum: & sanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta est locutio puerbialis de inuere

condo: vt dicatur ¶ Perfricuit os: pfricuit faciē: perfricuit frontem: pro eo quod est pudorem abiecit. Ci. lib. iij. Tus. Quid tergiuersamus. nec fatemur eam nos dicere voluptatē quā tu idem cum os pfricuisti soles dicere. Ply. Perfricui faciem nec tamen pfeci. Var. Et si pfricui frontem posuiqꝫ pudorem.

¶ Perfero. pe. cor. vsqꝫ ad constitutum finem fero. Ci. Sed nuncius ille qui litteras accepit non pertulit. Alibi p denunciare posuit. vt in epistola ad Celiū. In his sum locis quo et pp̄ter longinquitatem ꝛ pp̄ter latrocinia tardissime omnia pferuntur. i. portantur vł denunciantur. Aliquando patior: vt Diram crucem p nobis Christus pertulit.

¶ Perfidus. pe. cor. qui fidem violat siue pdit. Virg. li. x. Nunc pelagi nymphę classis tua pfidus vt nos Precipites ferro rutulus flammisqꝫ pmebat. Hinc Perfidia ꝛ pfidiose. Cice. lib. iiij. ad Heren. In odiū adducemus si quid eorum spurce et superbe perfidiose crudeliter confidenter malitiose flagitiose pferemus. Inuenit etiā Perfidus pe. pd. a fido. is p eo cui multum fidendum est: sicut Inuidus cui non est fidendum.

¶ Perfructus a perfruor. Cice. ad Hortē. Et amœnitate loci perfructus est.

¶ Perfuga. pe. cor. qui ad hostes perfugit vel transfugiendi morem pfecte nouit. Cice. lib. iij. offi. Perfuga ab eo venit in castra Fabricij.

¶ Perfugiū loc⁹ vtilissimus quo nos in vexatione aut calamitate recipere contendimus cuius id non minus apud homines sit Apul. Perfugiū facinorosorū hominum: Liui. lib. ij. Itaqꝫ in medio pp̄e iā victores cęsi et vsti pars perexigua duce amisso quia nullum pp̄ius pfugium erat Romā inermes ꝛ fortuna ꝛ specie supplicum delati sunt. Transfertur etiam ad alia: vt ad litteras. Cice. Itaqꝫ vtor eodem pfugio quo tibi vtendū censeo litterulis nostris.

¶ Perfunctorius. a. um. a pfungor: significat quod cito ꝛ leuiter transit. Amb. lib. de paradi. Cognoscere vtiqꝫ non sola ꝛ pfunctatoria scientia est: sed in eorꝫ operatione quę oporteat fieri. Hinc perfunctorie quod est transitorie ꝛ inaniter. Idem li. hexa: De naribus quid loqr? quę biuio ꝛ pcero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus pstant vt non pfunctorie odor transeat: sed diutius inhęreat naribus ꝛ earum ductu cerebrum sensusqꝫ depascat.

¶ Perga: oppidum in pamphilia. a qua diana pergęa dicta est pp̄ter templum illi dicatum.

¶ Pergamū siue pgamus. ciuitas Asię insignis. q̄ diu sub attalicis regibus fortunata fuit et post ea romanorum puincia facta est. Apud quā chartę vsus inuent⁹ est quę nunc quoqꝫ vulgo pergamena dicitur. ab attalo vt Helian⁹: vel ab Eumene. vt Ply ait. Ex pergamo Galenus medicus celebris: ꝛ Apollodorus orator fuit qui artes conscripsit ꝛ appolodoriā sectam introduxit: Et Augusti Cęsaris magister fuit. Et discipulum memoratu dignissimū Dionysium ciuem suū cognomine Atticum qui sermones ꝛ historias conscripsit: edocuit. Est ꝛ pgamum Idę pmontorium.

¶ Pergama pergamorꝫ arces Troianę: quę quoniam altissimę erant. omnia alta ędificia pergama sunt appellata. Unde non immerito vrbs Cisalpinę gallię ex qua ego ortum duxi pgamum dici posset: q2 in edito sita sit. Sed Plynij auctoritas non parui pendenda fuit: q̄ bergomum per b. ꝛ o. scribit ꝛ eius incolas bergomates appellat.

¶ Pergo pergis perrexi. ex p et rego: significat vado. Ply. Vox vbi pluribus eodem modo se confessi loricauit in dimicationem pgit. Quādoqꝫ psequor pseuero siue pcedo. Teren. in Adel. Nā si molestus esse pgis. Virg. O dea si prima repetens ab origine pgam. Quandoqꝫ Ago. Idem. Pergite pierides. Quandoqꝫ Festino. Teren in Phor. Domū ire pgā vbi plurimū est. Quandoqꝫ Conor. Idem in eadem. Hoc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Hinc componitur Expgo quod significat expgefacio. Acti⁹. Heus vigiles p pte expgite pectora tarda sopore. Sipōtin⁹ componi putat ex per ꝛ ago: sed vt oppinor fallitur tum quia pteritum prexi facit secundum analogiam simplicis rego non peregi. quod est a perago tū quia perago compositum habetur ab ago.

¶ Pergręcor. aris. epulis ꝛ potatiōibus inseruio quod est gręcorum proprium. Titi. Hominem impium nunc ruri pergręcatur.

¶ Pergula locus apertus a multis lateribus aerem excipiens. aliquando extra parietē porrectus: ꝛ modo tectus: modo sub odio expositus a pgendo dicta q2 in ea deambulare soleamus forūqꝫ aut hortū aut plateas aut vias pspectare. ꝛ quandoqꝫ cœnare: In pgulis pceptores discipulos erudiebant: aliiqꝫ artifices opera sua velut in ppatulo habebant. Unde Sue. de Crassicio grāmatico. Deinde in pgula docuit. Ply. de Apelle. Idē pfecta opera pponebat in pergula transeuntibus. atqꝫ post ipsam tabulam latens vitia que notarentur auscultabat. Est ꝛ pgula ordo ac cœtus ministrorꝫ obedientium structori. Iuue. Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis Pergula. i. pergentinus ordo. Item in naui pgula dicitur excursus p totam nauim ꝛ alio nomine portusculus appellatur. In vineis vero topiariū opus significat. Col. Sique pgul'ę vitiū generosarꝫ a putatoribus relictę sunt ante Calendas Apriles vtiqꝫ deputari debent. Ply. etiam vitium generosarꝫ pgulas pcipit quinquatribus esse putandas.

¶ Perhibeo. es. pe. cor. ex p ꝛ habeo: significat dico ꝛ firme teneo. Col. lib. iiij. India phibetur molibus ferarū mirabilis. Interdum phibere est dare. Idem in eodē. Eius rei testimoniū tu pcipue Syluine phibere nobis potes. Quandoqꝫ ptium denotat eo modo quo vēdo. Plau. in Persa. Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

¶ Peri ppositio greca: modo significat de: mō vltra: modo circū: a qua multa per compositionem fiunt.

¶ Periarchon. significat de principijs siue principalib⁹ περι enim significat de: αρχων p'incipijs: licet sit genitiui casus et quia gręci carent ablatiuo. Scripsit Origenes librū periarchon inquit Hiero. qui sunt re vera alias obscurissimi ꝛ difficillimi. De rebus ibi talibus disputat in quibus philosophi omni sua ętate consumpta nihil inuenire potuerunt.

¶ Peribolus. pe. cor. latine circuitus. Dicitur ꝛ pibolū a περιβαλλω circūeo.

¶ Pericope. pe. cor amputatio concisio dicitur. Hiero. ad pam⁹. Aut si tu quoqꝫ narē contraxeris illā apostoli περικοπην. i. amputationē in qua de virginitate ꝛ nuptijs disputat aliter differere compelleris.

¶ Pericles nomen viri clarissimi atheniensis qui rēp. xl. annis gubernauit ex περι ꝛ κλεος.

¶ Periclymenes. nomen filij Nelei ꝛ fratris Nestoris.

¶ Periculum a pereo deduci videtur ꝛ salutꝫ discrimē significat. Virg. Obscœnāqꝫ famēqꝫ prima pericula vi

to. Aliquando dicitur experimentum: quia rarũ est tentamentum sine periculo. Ter. in Eu. Fac periculum in literis. Et sic a perior antiquo verbo secundũ Ser derivatur: sicut a fero ferculum. Hinc periculosus. a. um. qđ est cũ periculo. Cic. lib. offi. Gravioribus aũt morbis piculosas curationes & ancipites habere coguntur.

¶ Periculor: periculum subeo: Cato. Periculatus sũ.

¶ Periclitor. pe. cor. idem quod periculor: vt Periclitor fama: capite. hoc est periculũ subeo ista pdendi. Dicitur etiam Periclitor siti: quia in periculo positus sum moriendi ppter sitim: Periclitari etiam significat operiri. Ci. lib. j. de ora. Subeundus vsus omnium & piclitandę vires ingenij. Plancus: Itaq; potiꝰ piclitari volui si possem mea psentia & lepidũ tueri & exercitum facere meliorẽ q̃ nimis cautus videri.

¶ Peri hermenias. latine dicitur de interptatione.

¶ Perihegesis ambitus. Ply. Possidonio qui periplũ aut perihegesin. i. de terrę ambitu.

¶ Perimetros: latine Immensus. quasi vltra mensuram.

¶ Perihodus. latine clausula siue circuitus vel ambitꝰ vel compꝓhensio: vel circunscriptio & continuatio. Nonnunq̃ anfractus & terminus. Nam componitur ex περι circum: & οδος via. Est enim vbi plena sentẽtia est. Unde medici periodicas febres vocant quę certis temporibus veniunt. i. abeunt: & quodã quasi circuitu facto rursus redeũt vt sunt tertianę & quartanę. Est & pihodus genus certaminis apud grecos. Uide in dictione Periodus.

¶ Perioecus: latine contubernalis dicitur.

¶ Peripatetici philosophi dicti sunt a περιπατεωτῶ. hoc est a deãbulãdo. Et περιπατον greci vocãt ambulationem. hoꝝ princeps fuit Aristoteles Nam in lycęo inambulans docebat. Hinc commentationes vespertias Aristo. Δειλον περιπατον. i. post meridianum ambulationem appellat.

¶ Periphrasis: latine circũlocutio vel circuitio. vt apđ Virg. Et iam prima nouo surgebat lucifer ortu. cum diem tantũ significet. Est enim oratio rem simplicem circũscribens elocutione.

¶ Peripheria: circumferentia.

¶ Peripetasma. atis. genus cortinę qua parietes & aulę teguntur seu tapetia babylonica floris varietate conspicua: quę a Lucretio babylonica dicuntur ab alijs aulea & atalica. a Capitolino Stromata & Peristromata. A Varrone beluata. hoc est a beluis variegata. a Plauto peristromata.

¶ Peristroma. pe. pđ. quasi circũstratũ: id est qđ Peripetasma. Plau. in Pseu. Ita ego vestra latera loris faciam vt valide varia sint: vt ne peristromata quidem ęque picta sint campanica. Ci. lib. ij. phil. Conchyliatis Cn. Põp. Peristromatis ꝑsicoloribus persimiles esse seruorum in cellis lectos stratos videres.

¶ Peripsema. atis. pe. pđ. quod greci περιψημα scribũt a περιψαω quod est circũeo vel circũlimo abstergo & repurgo. Unde limatura siue rasura & purgamentum dici potest. Unde apud Apostolum. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus oĩm peripsema vsq; adhuc.

¶ Periplum. i. lustratum nauigatione circuitum.

¶ Peripheroma quasi supplementũ. Figura est cũ particula aliqua sententię minime necessaria additur metro. Virg. Multũ ille & terris iactatus & alto. vbi sine particula ille staret sensus: sed non versus.

¶ Periphoretos. quasi circũlatitius: quales appellari solent qui in lectica circunferri consueuerunt.

¶ Peripneumonia περιπνευμονια morbus cuiꝫ pulmo totus afficitur: & tussis subsequitur. Qui hunc morbum patiuntur peripneumonici dicuntur. Ply. Mellis quidẽ natura talis est vt putrescere corpora non sinat faucibꝰ tonsillis anginę omnibusq; oris desyderijs vtilissimuꝫ arescentiq; in febribus linguę. Iam vero pipneumonicis pleureticisq; decoctum. Cũ vehementior est difficultas spirandi & spirare ęger sine sono & anhelatiõe nõ potest asthma vocatur. Orthopnoea cuiꝫ spirare non potest nisi recta ceruice spiritus trahatur. Dispnoea cum difficultas spirandi modica est.

¶ Peristerotrophium locus in quo colũbę habentur latine columbariũ: quis colũbariũ ppue sit loculamentũ in pisterotrophio singulis columbaꝝ pibus ꝑparatum. Nam pisteris columba. Inde Peristereos herba colũbis admodũ familiaris. Var. lib. iij. de re rust. Duo gña earũ in pisterotrophio esse solẽt. Unũ agreste quod habetur in turribus ac culminibus villę.

¶ Peristereõ idẽ quod pisterotrophiũ. Var. Incedũt locũ vnũ quod alij vocant pistereona. Alij pisterotrophion in quo vno sępe vel quinq; millia sunt inclusę. Peristereon fit vt testudo magna camera tectꝰ vno ostio angusto.

¶ Periscelis. idis ornamenti genꝰ circa crura quo mulieꝝ gressus ꝯponi solebant: vt docet Porphy. enarrãs illud Hora. Sępe piscelidẽ raptã sibi flẽtis. Fit autem ex περι circũ σκελος crus. Hie. in lib. nu. Ob hanc causam offerimus in denarijs domini singuli quod in pda auri potuimus inuenire piscelides & armillas anulos & dextralia & murenulas: vt depreceris p nobis dominũ Idem ad Fabiolã scribit. Periscelides a latinis vocari fœminalia: seu brachę quibus pudenda velantur.

¶ Perissologia: supflua locutio. vt si dicamus Fęlix sit & minime peat Cęsar. Nam περισσα supflua: λογος locutio.

¶ Perystilus: locus clausus colũnis. Peristiliuꝫ quasi circũcolũniũ. περι circũ: στυλος colũna. Est autẽ locꝰ circũquaq; porticũ hñs: vel saltẽ a tribus lateribus. Uict. Perystilia in transuerso tertia pte lõgiora sint q̃ introrsus. Ibidem Tetrastylos. hestylos. octostylos. dicunt a Uict. loca numero colũnaꝝ.

¶ Perizoniũ. palliolũ pcinctum quo nudę virgines infra papillas pręcinguntur. hoc & pręcinctorium et castula dicitur.

¶ Perizoma. atis. dicitur omne quod circũcingit pudẽdorum velamẽ: vt in Gen. Fecerũt sibi pizomata. Idẽ dicitur & lumbare & bracha.

¶ Perillus. atheniensis faber ingenio pstans qui taurum ex ęre fabricauit in quo reus clauderet vt phalaridi placeret.

¶ Perimo. is. pe. cor. et p & emo: significat adimo tollo Unde peremptus interfectus.

¶ Perinde. ex p & inde compositũ: est aduerbiũ similitudinis. Significat eniꝫ ita. Cice. lib. iij. tus. In quo facetum illud bionis pinde stultissimũ regẽ in victu capillũ sibi euellere quasi caluicio mœror leuaret. Sue. in domi. Nulla tamen re pinde motus q̃ responso casu. Ascletarionis mathematici. Aliquando significat piter ęque. Ply. Iunior. Funus rufi clarissimi & pinde felicissimi. Sue. in Cęs. Que si quis inuestigare & psequi velit: quartã elementoꝝ litteram. i. d. p a. & pinde reliqs cõmutet. Aliquando multum seu valde admodũ. Idẽ. in Galba. Quare aduentus non pinde gratus fuit. Et

perypsima [illegible]

de Aug. Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat ut sepe etiam inde claudicaret. Ci. Ter. Te & Dolobellã perinde diligo. Aliquando ponitur pro tanquam. Et sic plerũque habet post se ac vel acsi vel atque si: ut Fac perinde ac si tua res esset. Et faueo rei tue perinde ac mee. Aliquando significat per hunc modũ. Teren. in Phor. Sexcentas perinde potius scribito mihi iam dicas.

¶ Perinthus urbs thracie que nunc heraclia dicitur:

¶ Perito. as. pe. cor. frequentatiuum a pereo. ex per & ito De simplici Gel. Ne quo ad cœnam nisi ad certas personas itaret. De composito Plau. in cap. Qui per virtutem peritat non interit:

¶ Perithous: nomen viri proprium.

¶ Periurus qui iusiurandum violat: vel qui iurando ius peruertit. Virg. Talibus insidijs periurique arte Sinonis. Periuriũ est iusiurandũ violatũ. Quid autem sit iusiurandum. Ci. lib. iij. offi. declarat dicens. quod sit affirmatio religiosa. Idem ibi. Regulus non debuit conditiones pactionesque bellicas & hostiles perturbare periurio.

¶ Perrhebi: gens epirotica. Prop. Aut cur perhebi tremuere cacumina pindi.

¶ Perlego. pe. cor. multum siue a principio ad finem usque lego aut video. Plau. in Asina. Lege perlege. Quint. Quod videre non est satis sed perlegendum erit. Virg. Quin protinus omnia perlegerent oculis.

¶ Perlucidũ & pellucidũ a perluceo vel pelluceo: permutationem r in l. sicut perluo & pelluo: perlicito & pellicio. Et est id per cuius mediũ oculos dimittimus atque videmus: ut aqua laterna vitrum. Refertur etiam ad mentem. Plau. in Aul. Jos pellucet quasi laterna punica.

¶ Perluo: multũ lauo. Col. Cũ vino perluitur os.

¶ Permano. as. pe. prod. ad finem mano descendo. Cic. lib. j. de natura. de. Nec est quod ab his ad hominum vitam permanere possit. Idẽ lib. iiij. tus. Nam cum est concupita pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quedam socratica medicina que sanaret eam cupiditatem permanat in venas & inheret in visceribus illud malũ. i. descendit & penetrat. Plau. in cap. per translationem posuit pro vulgare. Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant neue permanet palam hec nostra fallacia.

¶ Permaneo. es. pe. cor. usque ad finem maneo. Ply. Junior. Tunc demũ lente cunctanterque veniunt nec tamẽ permanent: sed ante finem recedunt. Per translationem ponitur pro perseuerare. Teren. in Hecy. Unde inter eas intercessit que tam permansit diu.

¶ Permitto: sino ut Permitte me legere. Interdum. dedo. Curtius lib. j. Sexaginta dierum inducias pacti: ut nisi intra eos auxiliũ Darius ipse misisset dederẽt urbem. postquam nihil inde presidij mittebatur ad prestitutum diem permisere se regi. Interdum incito. Silen. lib. iij. Et inde equũ concitatũ princeps ad hostiũ permittit aciem. Interdum precipito. Idem lib. iiij. Multi permissis armis ex summo se permitterent. Interdũ committo. Sal. Ea potestas per senatum more romano magistratui maxima permittitur. Idem. M. Petreio legato exercitum permittit. Et permittere est quasi ad finem mittere. Col. li. viij. Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti.

¶ Permessus: fluuius Bœotie ex Helicone proueniens phœbo & musis sacer. Virg. in Sileno. Tum canit errantem permessi ad flumina gallum. Declinatur etiam. hic permessis. idis. vel idos. M. Quid tibi cum cyrtha: quid cũ permessidos vnda?

¶ Perne a pede vel a greco πτερνα dicuntur tam priores quam posteriores coxe porcine salite cum toto pede quas Mar. petasones appellat. Ply. Castrantur sues post biduũ mediũ suspense pernis prioribus. Quidam dicũt pernã proprie pedẽ significare. quo vocabulo hispani nunc vulgo utuntur. a quo perne suille. Unde & copernes qui sũt longis pedibus: Ab huius perne similitudine piscis quoque genus perna dictus est ex concharum genere circa pontias insulas frequentissimum quod stent veluti suillo crure longo in arena defixi.

¶ Pernio: morbus pedũ ex nimio frigore proueniens & calcaneũ infestans precipue. Ply. Rapum domesticũ perniones feruens impositũ sanat: & crudũ tusum cum sale prodest cuicũque vitio pedũ. Huius diminutiuum est perniũculus. Idem. Perniunculos curat et cotyledon cum axungia.

¶ Pernix. icis. pe. pro. a Pernitor. ris. qui nimiũ nititur. Unde aliquando sumitur pro celeri. Virg. lib. iiij. Pedibus celerem & pernicibus alis. Aliquando pro nimium perseuerante. Idem lib. iij. Geor. de tauro ferociẽte. Et inter Dura iacet pernix instrato saxa cubili. Hic. ad Deme. pro utroque significato posuit. Equorum cursus clamore pernicior fit. Hic pernicior & perseuerantior intelligi potest. Pernix vero pernicis. pe. cor. a perneco. as. fit pro perniciosio. Et in fœminino genere sumitur pro morte.

¶ Pernicitas velocitas. Pli. Alibi cauda villosa homines nasci pernicitatis eximie.

¶ Pernicies: mors. a Perneco. Neco. autem a Nex. Hinc Perniciosus pro mortifero.

¶ Pernicialis: mortalis. Ply. Pernicialia & brassice cũ vite odia.

¶ Perniciabilis: ad necẽ omnia ducens. Liui. Multos exinaniuit rigor niuis solitus: multorum exussit pedes: plurimorum precipue perniciabilis fuit.

¶ Pernox generis ois: significat per noctẽ: nõ quod tota nocte nunquam dormiat. Ply. de luna sic inquit. Crescens semper aut senescens et modo curuata in cornua in fauces: modo equa portione diuisa: modo sinuata in orbẽ maculosa: eadẽque subito prenitens immẽsa orbe pleno ac repente nulla: alias pernox: alias sera: ex parte diei lucẽ solis adiuuans: deficiens & in defectu tamẽ conspicua. Cum enim dicat alias pernox: alias sera: & sera idem sit quod tarda: pernox cita significare conuenit hoc est ut ego sẽtio nocte modo ad surgendum cita: modo tarda. Alterum enim ex altero declaratur. Liui. lib. v. Preliũque ante lucem sed luna pernox erat: commissum est: et haud incertius diurno preliũ fuit. Hic pernox significat quod luna per totam noctem erat: siue lucebat. Hinc pernocto.

¶ Pernocto. as. per noctẽ moror: Pro. vigilo. oro. quiesco. ambulo. sto habito: dormio: vel quodcumque aliud facio siue bonum id sit: siue malũ. Non autẽ totã noctem insomnem duco. Hoc enim rarissime euenit: ut quis per totam noctem euigilet. Unde illud. Teren. in Adel. Sed si hic pernocto cause quid dicam syre: ita interpretor. Si hic pernoctem moror: non autẽ si vigilo per totã noctem quod ad rẽ non pertinet. cũ ille de pernoctatione sua in urbe qui ruri pernoctare solebat loquatur ne pater si rure se absẽtem noctu deprehenderet suspiciosus exquirat cur nõ rus redierit. Et illud in Hecy. Nam negabas nuptũ filiam te tuã posse pati cum eo qui meretricem amaret & pernoctaret foris. Ci. pro Cluentio. Cum esset adolescẽs apud mulierculam quandã atque ibi pernoctaret. i. per noctẽ moraretur. Idem pro Archia. Adolescentiam agunt senectutem oblectant: secundas res ornant. Aduersis perfugiũ atque solatium prebent delectant domi: non impediunt foris pernoctant nobiscũ peregrinantur rusticantur. i. hospitãtur

p noctem morāt: vsant stāt z hmōi vt pnocto sit quicqd
gnatim pnoctem fieri possit. Idē p domo sua. Propter
inopiā tecti in foro pnoctans. i. dormiēs. Pompo. Per
noctare extra vrbē dicit qui nulla pte noctis in vrbe sit
Est z Abnocto quod significat pnoctem seu noctu absū
Ser. in lib. v. en. Hoc etiam illa lex iuris indicat q cum
tribunople. abnoctare ab vrbe non liceret. licebat tamē
exire post noctem mediam et ante mediam reuerti.

¶ Pero genus calciamenti rustici ex corio crudo cōtra
niues himbresqz ac frigora: q pam veteres pellem dice
bant pendentem a collo ad lumbos. Iuue. Quem non
pudet alto p glaciem pone tegi. Virg lib. vij. priscos la
tinos pone in bellis vsos ostendit cum inquit. Vestig ia
nuda sinistri instituere pedis: crudus tegit altera p o.
Victr. vo. Ex viua inquit palustri factis ponibus. Vbi
quasi p culleo z vtre accepit. Pero etiam fuit nomē Ne
lei filij. z frater Nestoris.

¶ Peronatus. qui Perones assumpsit Persius. Natū
si poscat sibi ponatus arator.

¶ Perosus: ex p z osus. Osus aūt pticipium esse puto
vbi odio p quo defectiuum odi māsit in vsu. Unde osor
vbale. Nam sicut a prandeo pransus sum cum tamen et
prandi dicamus. ita et osus sum ab odio capimus p quo
est odi pñtis z pteriti pfecti temporis. Teren in Adel.
Et illud rus nulla alia causa tam male odi nisi quia pro
pe est. Plau. in cap. Odi ego aurum: multa sępe mult; p
suasit pperā. Capiunt similiter Osus exosus z posus:
z actiuę significationis sunt z p ticipia. quod ostēdit osu
rus futuri temporis. Extra oim pterąz. Festus scribit
Osi sunt ab odio declinasse antiquos: testis C. Grac=
chus i ea quę est de lege Minucia cū ait. Miz si quid his
iniurię fit semp eos osi sūt: quod nūc quoqz cū ppositio=
ne elatū frequens est cū dicimus posi. Col. lib. x. Neqz
ea curatorē fraudulentū tantū sed etiam immundā se=
gnitiē posa est. Quinti. lib. j. Qui modo legitimā disci=
plinam non sint posi. Plau. in Am. simplici vs' est. Ini
micos semp osa sum. Verbali autē in asi. Madidū. nihi
li. incontinentem atqz osorem vxoris suę. Exosus. Vir
gil. lib. v. posuit. Iuppiter omnipotens si nondū exos'
ad vnū Troianos. exos' passiue etiā dicit ab Eutropio.

¶ Perogigamus: qui admittit vt saliat equaz. Eo eni
adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. li. ij.
de re rusti. pogitam appellat.

¶ Peroro. as. finio pago siue vsqz in finē dico sicut dici
mus orare significare siue dicere. Lact. lib. v. qqz Ter
tullianus eandem causaz plene porauerit in eo libro cui
Apologetico nomen est. Cice. lib. ij. de legibus. Video
platonē idem fecisse omnē quia orationē eius de legib'
poratū esse vno ęstiuo die. Hoc tamen vbū significat p
fecte siue quantū pfecte possum oro. Uñ poratio dicitur
finis orōnis. Sed quia i hac pte vtimur plerūqz affecti=
bus. Ideo vsurpamus plerūqz porare p ipa affectuū cō
motione. Quintilia. At ista legem recitat z in cadaue=
re filij porat. i. indignationem commouet.

¶ Perpendo. is. ppe examino. Vide in dict. Pendo.

¶ Perpense aduerbiū significat ppē examinate ac pō=
derate. Amb. lib. de Caim. Ex quo cognoscitur nec il=
lud ociose scriptum sed ppense z examinate quod legi=
mus in regnorum libris.

¶ Perpendiculare geometrę vocāt quod recte in ali=
quid incidit vt radij solis recte ex alto in aquam descen
dentes ppendiculares appellantur: illos itegros: hos
confractos in aqua videmus apparere.

¶ Perpendiculū instrumentū fabri materiarij seu cę=
mentarij quo plumbo a filo z gnomone pendente recti=
tudo seu obliquitas opis ppenditur. i. examinat. Ascō.
Perpendiculū linea laterz ęqualitatē a summo ad imuz
latitudine pbans. Cice. lib. ij. acad. Atqz si crederem'
non egeremus perpendiculis non normis non regulis
Perpendiculi inuentor fuit Dędalus.

¶ Perpetro. as. pe. cor ex per z patro. significat pficio z
plerūqz in malam ptem.

¶ Perpes. etis. pe. cor. generis omnis idem quod ppe
tuus. a quo fit ppetim ppetuo.

¶ Perpetuo. is. pe. cor. ex per z peto: significat cōtinuo
i. valde z sine intermissione peto. peragro perficio. Un=
de perpetem z ppetuum dicimus integrū solidū z nūqz
interruptum.

¶ Perperi. penult. cor. Indocti stulti praui mendaces.
Actius Describere cum miror pperos populares.

¶ Perperā. pe. cor. aduerbiū significat praue peruerse.
Plau. Quid ni semper agit perperā. Exponunt perpe
ram petulanter seu incōstanter vt est illo apostoli. Cha
ritas non agit perperā. i. nō est incōstans: perperos eni
grece instabilis est z leuis z mētis inops. Et hęc in eos
intendit qui leuitate quadam z incōstātia plęraqz inno
uarent. Poteris z hoc pacto intelligere. non agit perpe
ram. i. contumēliose.

¶ Perperitudo. modo prauitatem: modo stultitiam si
gnificat.

¶ Perpero. as: deprauo. quasi nimis exacte paro.

¶ Perpetuus. a. um: vt accipitur a theologis id est cui
z principiū dat z finis z mundus z homo exterior. Sem
piternū quod ex semper z ęternū componit id intelligi
tur quod principiū habet nunqz habituz finē: vt sūt an
geli z dęmones z interior homo. Aeternū quod nec pri=
cipium habuit nec itē finē habituz ē vt deus. Quę diffe
rētia nulla ē apud oratores vt ex libris Ciceroīs de na=
tura deoz. z in tuscu. intueri licet. Est quando perpetu=
um significet cōtinuū. Unde perpetuā orationē dicim'
continuam. Ouid. Ad mea perpetuū deducite tempo=
ra carmen.

¶ Perpetuo. as. perenno continuo. Aug. lib. iiij. ci. dei.
Gaudiū vez perpetuabat ex deo i quem flagrabat cha=
ritas ex corde puro. Neuius. Miserz me cui datum ē: vt
hunc solus perpetuē laborem.

¶ Perpessus qui nimis cum labore z dolore passus est:
a perpetior fit.

¶ Perpluere. significat per medium pluere. Quintil.
lib. vj. Cum cœnaculum perplueret.

¶ Perrepto. as. frequentatiuum est a perrepo: signifi=
cat tarde z cum labore incedo. Terē. in adel. Perrepta
ui vsqz omne oppidum ad portam z ad lacum.

¶ Perrumpo: pfecte seu per medium rumpo. Col. lib.
ij. Sic omnes radices herbaz pruptę necant. Li. li. viij.
Qui aliquotiens impetu capto perrumpere non pote=
rat hostiū agmen detraxit frenos equis.

¶ Perscribo ad finem vsqz scribo. Liuius Facturus
ne sim operępcium si a primordio res gestas populi Ro
mani perscripserim.

¶ Persephone. pe. cor. dicta est Proserpina z significat
virtutē seminū: quam olim raptam ab orco dicunt quia
vt inquit Aug. defuit terrę fœcunditas.

¶ Persequor in bonam z in malā partem accipi potest.
In bonam vt si quid aut quē quoad possumus sequimur.
Et sic significat quod cœperā perseuero exequi. Naz vt
inquit Donat. Perseueratio nomen persequentis ostē
dit. persequitur eni qui non desinit sequi quod est quasi

fecte sequor. Teren. in An. Is hinc bellũ fugiens: meqꝫ
in asiam ꝑsequens ꝓficiscitur. Cice. ꝓ Deio. Spem in=
finitã ꝑsequi noluit. Ply. Qui mihi omẽs suaderent vt
cœptum opus ꝑsequi festinarẽ. In malũ significat inse=
ctor vlciscor. Plau. Quid me miseram atqꝫ innocentem
ꝑsequaris? Sal. Et accepta iniuria ignoscere q̃ꝫ ꝑsequi
malebant.

¶ Perseuero. as. pe. ꝓd. ex p. ꝛ seuerus compõi puto.
Non enim seuero legitur. Et significat cũ cõstantia ani
mi ꝛ quasi quadã seueritate cõtinuo. Hinc ꝑseuerantia
quę est in rõne bene consyderata stabilis ac perpe=
tua ꝑmansio.

¶ Perses: nomen fuit regis persarum seu macedonũ
qui ab Aemylio ductus est in triumphũ Romã cũ filiis:
perijtqꝫ in carcere animi mœrore confectus: vel vt alij
tradunt vigilijs maceratus.

¶ Perseꝰ. ei. ꝛ ꝑses. is. vel ꝑsi sicut Achilles is. achillis
ꝛ Achilleus. ei. est nomen ꝓpriũ viri de quo multa p̃cla=
ra gesta narrantur. Hic fertur Cephei gener. ꝙ Andro
medã ceto ꝓpositã liberatã a ꝑiculo vxorẽ duxerit q̃ no
bilitatis ꝛ virtutis cã ad sydera dr̃ ꝑuenisse. At q̃ Medu
sam vt est in fabulis harpe vulcania quę ex adamãte fa
cta fuerat interfectã esse constat. Ci. lib. ij. de na. deoꝝ.
Cepheus passis palmis subsequitur septẽtrione. Hũc
antecedit Cassiopea ad pedes Andromadę Perseus
describitur.

¶ Persia. ę. seu Persis. idis. ꝛ ꝑsida. ę. orientalis regio
a ꝑse seu a perseo rege sic dicta cuiꝰ populi ꝑsę dicti sũt.
Proper. Persaꝝ statuit Babylona semiramis vrbem
Itẽ Persi. Luc. lib. x. Ex pharijs ꝑsisqꝫ fuit macetũqꝫ
tyrannis. Hęc regio sicut Ptol. scribit. lib. v. a septẽtrio
ne medis terminatur ab occasu. Susiana Ab ortu solis
duabus carmanijs. a meridie ꝑte sinus persici. Eiꝰ op=
pida sũt axima ꝑsepolis. Diospolis. Ibi ꝑmũ inuẽta ẽ
ars magica. Ad eã Nẽbroth gygas post ꝯfusionẽ ligua
rum abijt ꝑsasqꝫ ignẽ colere docuit. Primus in ea rex si
cut refert Iust. lib. j. fuit Cyrus in ea lapilloꝝ multa co
pia. Et ꝑmã sybillã in ea natã ferunt: quę hęc de Chri
sto ꝓnunciasse traditur. Panibus simul quinqꝫ pisci=
bus duobus hominũ milia in eremo quinqꝫ satiabit ꝛ re
liquas tollens. xij. cophinos implebit in spem multoꝝ.

¶ Persicus. a. um. pe. cor. quod ex Persia est: vt regnũ
persicũ. Iuue. Nec crœsi fortuna vnq̃ꝫ nec ꝑsica regna
sufficerent animo. Dicimus etiã persicũ sinũ qui ab oriẽ
te est maris rubri. qui vero ex aduerso est Arabicus di
citur. Ponitur quandoqꝫ ꝑsicus ꝓ diuite et opulento. a
persaꝝ. s. diuitijs luxuqꝫ. Hor. Persicos odi puer appa=
ratus. Plau. ꝓ pacuto posuit.

¶ Persica poma dicta sũt ꝙ ex ꝑsia primo adducta fue
runt.

¶ Persideo. es. pe. cor. ex per ꝛ sedeo.

¶ Perspicio. ad plenũ video cognosco ve. Cic. in Lel.
Quidam sępe in parua pecunia ꝑspiciũtur q̃ꝫ sint leues
quidam vero quos res parua mouere non potuit cogno=
scuntur in magnis. Hinc ꝑspiciẽtia. Idẽ li. j. offi. Sed
omne quod est honestũ id partiũ quattuor oritur ex aliq̃
Aut enim in ꝑspicientia veri solertiaqꝫ versat. i. perfecta
cognitione.

¶ Perspicuũ dicit cuius mediũ videmꝰ. sed magis ad
incorporalia ꝑtinet: pellucidũ ad corporalia. Ply. Tam
claras ꝑspicuasqꝫ sententias. Sic dicimus ꝑspicuã ora=
tionem. i. claram atqꝫ aptam. Perspicuitas splendor ac
facilitas.

¶ Perspicax consyderatus acutus ꝑspicacitas cõsyde=
ratio ꝛ acumen.

¶ Persoluo. is. perfecte soluo. Decius Brutus. Tãtũ
me tibi debere existimo quantũ persoluere difficile est.
Est enĩ ꝓprie ꝓpter debitũ vel ꝓpter alicuius virtutes ꝛ
beneficia erga aliquẽ. Lact. lib. xij. Ut vnicuiqꝫ ꝓ meri
to aut ꝓmiũ persoluat: aut pœnã. Virg. Persoluãt gra
tes dignas ꝛ ꝓmia reddant.

¶ Persono. Uide in dictione Sono. as.

¶ Personã diffiniunt philosophi esse naturę rationalis
indiuiduã substantiã. Tria igitur necessaria sũt vt ali=
quid ꝑsona dicat. s. ꝙ sit indiuiduũ. non enim in vniuer
salibus sed in singularibus tm̃ ꝑsona dici potest. ꝙ sit in
gñe substantię. Nã accidentia cũ ꝑ se non existant: nec ꝑ
se agant: ꝑsonam constituere non pñt. Et ꝙ sit q̃d rõna
le q̃m id est ꝑsonans q̃tũ ad ipam actionẽ quod in se ha
bet ꝙ possit agere: vel non agere. Et hoc habent solum
rationabilia. Ideo de ratione ꝑsonę est ꝙ sit quid ratio
nale. Nõ ergo lapidis vel arboris vel irrationabilis ani
malis: sed vel dei vel angeli vel hominis ꝑsona dicitur.
Persona etiam dicitur facies conficta a grecis προσω=
πον vocata. Nam caput vt bassus inquit ꝛ os coopimẽ
to ꝑsonę tectũ vndiqꝫ vnaqꝫ tm̃ vocis emittẽdę via ap
tum quoniã non vaga: neqꝫ diffusa est in vnũ tm̃modo
exitum coactã vocem ꝛ magis claros canorosqꝫ sonitus
facit. ob eam causam ꝑsona dicta. o. littera ꝓpter voca=
buli formã ꝓductiorẽ. Unde ꝑsonati dicunt qui huius=
modi ꝑsonis tecti sunt. Et ꝓprie histriones attellanici
sunt. ꝑsonata quoqꝫ fabula dicit quę agit a ꝑsonatis hi=
strionibus. Hanc nunc nos laruã vocant: Hinc ꝑ transla
tionem ꝑsona sumitur ꝓ qualitate qua alius ab alio dif
fert. tũ in aĩo: tũ in corpe: tũ in extrapositis quę a rheto
ribus numerant in attributis ꝑsonę. Animi vt quo stu=
diose exerceat litteraꝝ ne an militaris disciplię. Et ira=
cundus ne sit an mitis. luxuriosus: an tẽperans. Corpo
ris: vt adolescens ne sit an ętate adultus. pulcher an de
formis. Extrapositoꝝ: vt diues an paup. Clarꝰ an ob=
scurus. Unde in scęnis histriones ꝑsonas accipiũt. hoc
est facies aut serui aut ancillę: aut militis: aut pasiti. Et
in vno homine multę possunt esse ꝑsonę: vt ꝑsona iracũ
di. mitis lęti. Item ꝑsona p̃ceptoris. mariti patris. Hic
grãmatici ꝑsonas constituunt personã secundã ꝛ tertiã
Persona etiã genꝰ herbę de qua Col. lib. vij. Uenenã
viperę depellit sup scarificationẽ ferro capta herba quã
vocant ꝑsonã trita ꝛ cũ sale imposita. Exigua quoqꝫ fi=
stula ex ęre siue marmore aut alia materia ex qua aqua
exilit e fonte: ꝛ ꝓpter signa quę fieri in ea solent ꝑsona
quandoqꝫ vocatur. Sipunculus ꝓprie dicitur.

¶ Personatus. qui ꝑsonis. hoc est laruis indutus. Per
sonata vero vulnera sunt quę latent.

¶ Personatus. us. ipsa in personis actio. Unde dicimꝰ
histrionem personatum agere in scęnis.

¶ Personale quod ad personam pertinet. Unde perso
nalis actio quę in personam fit. Personale vero verbũ
quod per personas distinguitur. cuius contrarium est
impersonale.

¶ Personatia genus herbę quã greci forte petasitẽ vo
cant. Ply. Folio personatię nullum est latius.

¶ Persolata etiam herbę genus: quam vt ait Ply. grę
ci vocant Arctiõ: ꝛ aliquãdo ꝓsopiten: quã nemo igno
rat. folia habet similia cucurbitis. Dicta parsolata a ꝑ=
sola: quod nomen apud veteres vt Placidus gramma
ticus inquit significabat personam.

¶ Persto. as. permaneo perseuero. Gel. Hoc modo ꝑ=
dius pernoxqꝫ perstabat. Lact. lib. j. Ut in perpetuum

vanitatis illorum monumenta perstarent.

¶ Persisto.is. Vide in dictione Sisto.

¶ Perstino.as.pe.cor. Vide in dictione Destino.

¶ Perstringo.is. valde stringo. seu breuiter aut summatim stringo dico vel scribo. Hiero. Hec a me pstricta sunt breuiter: pstringere vero est obtenebrare. obtundere: vt cum oculi nimia luce: et aures nimio sonitu pstringunt. Lact.lib.ij. Horum pulchritudo ac nitor pstringit oculos. Hor.lib.car. Iam nunc minaci murmure cornuum pstringis aures iam litui strepunt. Vide infra.

¶ Persuadeo. non ab actu sed ab effectu psuasionis significationem habet. vt sit psuadere suadendo inducere. Sed distinguendum est. nam aut id fit vt quis inducatur ad id credendum: aut ad id faciendum. si ad id credendum: et dicam psuasi hoc tibi tunc sic exponere. hoc tibi suadendo credere feci. vel sic Dum hoc tibi suadeo credidisti. Aug.lib.ci.dei. nam scio quibus viribus opus sit vt psuadeatur supbis quanta sit virtus humilitatis. Cice.lib.j. ad Here. Si animus auditoris psuasus fuerit.i. ad credendum inductus fuerit. Quod ipse Ci. sic exponit licet per alia verba.i. si oratio aduersariorum fidem fecerit auditoribus. Sin ad faciendum. Tunc sic. Persuasi tibi vt hoc faceres.i. suadendo tibi in animum induxi vt hoc faceres. Etiam in pnti vt Ces.con.iiij. Idoneum quendam hominem et callidum delegit gallum ex illis quos auxilij causa secum habebat. Huic magnis premijs pollicitationibusque psuadet vt ad hostes transeat: et quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit timorem romanorum pponit psuadet. id est suadendo inducit in animum. Quod ostenditur ex effectu: quoniam gallus ex suasione premiorum inductus transiuit ad hostes. Quod tamen non est alienum a vocabuli significatione quoniam pfecte suadere: est maxime suadendo in animum inducere alteri vt id credat seu faciat. quod cum pfecte fit: is cui hoc suadetur: quodammodo id credere aut facere ppellitur. Ideo psuadeo hoc modo non pfecte suadeo significare dr: sed quasi suadendo in animum pfecte induco: vt ab effectu qui sequitur pfecte suasionis magis quam a significatione vocabuli sensus capiatur. Simili modo fit in exoro. cum significat orans impetro. et Excogito quod est p cogitationem inuenio: eo quod exorando.i. pfecte orando impetratur quod oratur et excogitando.i. perfecte cogitando inuenitur quod quaeritur. Nec huiusmodi significationes pprie sumuntur ex vi ppositionum et verborum quae nos pgrediuntur: nisi quantum significatio eorum ptenditur que in psuadeo est pfecte suadeo. Exoro pfecte oro. sed ex effectu rei que ex eis psequitur et pficitur. Verum non eatenus ipsa a ppria eorum significatione recedere dixerim quin significare possint pfectam suasionem. Nam persuadeo pfecte sine maxime suadeo significare docet. Teren. in an. cum ait. Ipsus mihi Dauus qui intimus est eorum consilijs dixit et is mihi psuadet nuptias quantum queam vt maturem. Idem in Phor. Sed vbinam Getam inuenire possim vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere persuadeat. Hic psuadeat maxime suadeat significat. Similiter Lact.lib.xi. Quid M. Tullius in suis officialibus libris nonne hoc idem psuadet non esse omnino largiendum id est maxime. Quod est contra eos qui volunt persuadere tantum in effectum esse: suadere in actu. vt est Sipontinus qui ait suadere est hortari in aliquem ad id quod tendimus. Persuadere est suadendo aut dissuadendo aliquid: hominem in opinionem nostram inducere.

¶ Pertedeo.des.dui. a quo pertedesco quod est tedio vehementer afficior. Gel. Iamque omnes finem caperent verbisque eius defatigati pertedulissent.

¶ Pertesus.a.um: pticipium sine verbi origine: vt inquit Ser. et regit accusatiuum. Sed potest esse a pte deo. Sue. in Cesa. Et quasi ptesus ignauiam suam quod nihil tum a se memorabile actum esset. Amb.lib. Hexa. Turtur vbi iugalis ppria fuerit amissione viduata pertesa thalamos et nomen habere coniugii eo quod primus amor fefellerit eam. Virg.lib.iiij.En. genitiuo iunxit. Si non pertesum thalami tedeque fuisset.

¶ Per tempus significat opportune. Teren. in ecy. Per tempus accedamus.

¶ Pertendo ad finem tendo. Aug.lib.xvi.ci.dei. Quoto quisque anno vite sue filium genuerit ad istum generationum ordinem ptinentem qui ptendit ad Habraam.

¶ Pertimesco significationem sui primitiui habet. Non enim retinet significationem passiuam innatam. Lact.lib.iij. Quare non est quod philosophis tantum honoris habeamus: vt eorum eloquentiam ptimescamus.

¶ Pertineo.es.pe.cor. ad finem vsque teneo. Hiero. ad oce. Tunc me tenebat eramus atque vtinam ptinuisset. Aliquando pertinere est ptingere. Cesar.co.i. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et pertinere attinere. Nam ea pertinere ad nos dicimus que domini nostri sunt et ea que aliquo iure possidemus quius non sint nostri domini. Item ea que in nulla nostra causa sunt: sed esse possunt. Hinc aliquando ptinere ad me accipimus pro eo quod est officium meum esse: siue onus mihi incumbere. Et ptinere ad nos de aliqua re: est nos curare et magnipendere eam rem. Hiero.lib.ij. Re. Siue enim fugerimus non magnopere ad eos de nobis ptinebit: siue media ptecciderit e nobis non satis curabunt.

¶ Pertento.as. vehementer tento: valde exploro. Virgi. Latone tacitum ptentant gaudia pectus. Ter. in an. Sed ea gratia simulauit vt vos ptentaret. alibi leuiter tento: vt blanda vicissim gaudia ptentant. Sunt cui mixta que p locis intelliguntur. vt impotens et satis et minus: et nihil potens. Aliquando ptentare est sepe tentare. Virg.lib. iij. Geor. Nonne vides vt tota tremor pertentet equorum corpora.

¶ Pertinax.pe.cor. qui nimis tenax est a ptineo. Plau. in cap. Quid tu ais tenax ne pater eius est. Et ille immo edepol ptinax. Pertinaces igitur sunt qui id vehementius tenent quod tenere non debent. Aliquando ponitur p pseuerante in bonam ptem cum plerisque in malam legatur. Et sic a ptendo fit. Nam vt inquit Var. In quo non debet pertendi et pertendit ptinacia est. In quo vero oporteat manere si in eo pstet perseuerantia vocatur. In bonam partem. Val.mar.lib.j. Non mirum igitur si p eo imperio augendo, custodiendoque pertinax eorum indulgentia deorum semper excubuit: quod tam scrupulosa cura paruula quoque religionis examinari videntur. Sen.li.xij. de benefi. Vincit malos pertinax bonitas. Liuius. Vincit tamen omnia pertinax virtus. Hinc pertinacia que vt inquit Ci. perseuerantie finitima est: et tam in bonum quam in malum sumitur. Sue. in Cesa. Ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Actius. Pertinaciam indocti possident.

¶ Pertexo.is. pergo perficio. Translatio a textoribus qui primo telam ordiuntur. et postea deinde texunt. Ci.lib. ij. de ora. Et pertexe modo Antoni quod exorsus es. Proprie tamen pertexere est valde vel ad finem vsque texere.

¶ Perturbo valde turbo. a quo perturbatio que est aduersa ratione contra naturam animi commotio. Auctor Cice.lib.iiij. Tuscu.

¶ Peruagor ꝛ ꝑuago: pe: cor. ꝑ aliquē locū vagor. Cic. lib. iij. ad Heren. Sed illud facere oportebit vt identidem primos quosqꝫ locos imaginum renouandaꝝ causa celeriter animo ꝑuagemus. Liui. lib. j. Nunc errabundi domos suas vltimum illud visuri ꝑuagarentur.

¶ Peruello. as. vellico. ꝛ punctiunculis torqueo. Cice. lib. iij. tuscu. Quid mœres? cur succumbis cedisqꝫ fortune que ꝑuellere te forsitan potuerit ꝛ pungere: non potuit certe vires frangere.

¶ Peruenire significat ad finem venire.

¶ Peruentores auctore Aug. sunt qui ad potentū quorūlibet tanq̄ inaccessibiles amicos conuenientium personarum interpositione ambitione ac arte ꝑtingunt.

¶ Peruerto. mō ꝯuerto: modo depꝛauo significat.

¶ Peruersi inquit Hier. qui de recto declinant ad peruersitatem. vt diabolus Judas ꝛ heretici ꝛ supbi oēs.

¶ Peruestigo. pe. ꝑdu. non solum q̄ro sed q̄rendo inuenio vel acq̄ro. Vestigo aūt q̄ro: tractum a vestigijs tanq̄ a signis indicijsqꝫ quibus ad rei notitiam ꝑuenim⁹. Ci. lib. ij. de ora. Nosse regiones intra quas venias ꝛ ꝑuestiges quod queras.

¶ Peruicax. pe. cor. durus contentiosus: nulli cedens: ꝑseuerans cum quadam vi Ter. in ecy. Adeon peruicaci esse animo vt puerum pꝛeoptares perire? Hinc ꝑuicacia durities obstinatio.

¶ Peruigilo: vsqꝫ ad finem vigilo. vel totam noctem insomnem duco. Mar. Nā vigilare leue est peruigilare graue.

¶ Peruigiliū. multa vigilatio ꝛ custodia. Plyn. lib. xj. Peruigilio quidem vincuntur sibi. Et ꝑuigilium sacrū nocturnum quo vigilie indicuntur: vt ꝑ totam noctem vigiletur. Liui. lib. xxiij. Castra campana vt ꝑuigilio neglecta simul omnibus portis inuadit. Sue. de Cali. Nec alia de causa videtur eo die quo perij peruigilium indixisse q̄ꝫ vt initium in scenam prodeūdi lumina temporis auspicaretur.

¶ Picus auis parua vncorū vnguiū: cauat arbores in q̄bus pullos educat: ꝛ scādit in subrectū felium modo. Dicta a pico Saturni filio: q̄ ei nomen dedit. vt docet Plyni. li. x. Et q̄m hęc auis Marti sacra est. Quoq̄ Pic⁹ martius dr̄ Picos Romani veteres vocabant. Quos greci gryphes vocant. belue quadrupedes auritiq̄: visu ꝛ forma terribiles: corpe leonino: rostro: alis: pedibus aquilis similes. habitare in hyperboreis montibus: in asiatica scythia ferunt: vbi aurū ꝛ gēmę nasci ꝓhibent: ibiq̄ tanta rabie in hoīes deseuiūt vt terrā ip̄am inhabitabilē faciāt. Et quasi geniti esse videant ad plectēdam auaricię temeritatē. Plau. Pici diuites q̄ aureos mōtes colunt eos solus supero. Sed hoc vt multa alia fabulosuꝫ est. Fuit ꝛ Picus rex latinorū: fauni pater: ꝛ latini regis auus augurioꝝ peritissim⁹: ꝛ prim⁹ hac aue vsus est in auspicijs. Oui. Picus in ausonijs ꝓles saturnia terris.

¶ Pica cuius formi. videat apicus: lōge tum diuersę significationis est. Nā auis est magnitudine palūbę: alis vario colore et pręsertim cęruleo depictis humana verba ꝓferens. Mar. Pica loquax certa dn̄m te voce saluto Si me nō videas esse negabis auem. Est ꝛ alia pica sub ventre alba sup̄ius nigra: q̄ varia appellatur.

¶ Picenū regio Italię in qua est asculū: a pico martio aue dicta: cui⁹ ductu ꝛ auspicio sabini cū asculū ꝓficiscerētur in vexillo eoꝝ picus ꝓsederit. Nā sicut Stra. li. v. scribit. Cōditores picentium e Sabinoꝝ terra ꝓfecti sunt: a quib⁹ orti sunt. Picenū quondā vberrimę multitudinis. Nāq̄ trecenta ꝛ sexaginta millia picentiū in fidem Romani populi venere. Ea nūc martia anconitana dr̄. Incipit a Troento amne vsq̄ ad Isaurū fluuiū: q̄ nūc folia dr̄. Et hinc apenino hinc mari supero terminatur. Habet ciuitates pisauꝝ: fanū fortunę. senā gallicam vrbinū anconā: camerinū: firmū: ꝛ asculum.

¶ Picenus a.um. nomē possessiuū: vt picenus ager.

¶ Picēs tis. nomē gētile: vt hō picēs ex piceno. hinc picentinus a.um.

¶ Picra amara dr̄. Hiero. ad alga. Vidi ego nauseam ꝛ capitis v̄tiginē. antidoto qđ appellat πικρα. i. amara sępe sanari.

¶ Picturatus varia pictura exornatus ꝛ acu pict⁹. Unde picturatę vestes dn̄r nō a picturo qđ nō inuenit / sed simplex participiū vel participij tm̄ vox est. Uerg. Fert picturatas auri sub tegmine vestes.

¶ Pierus pe. cor. nomen patris nouē picarū. Ouid. lib. v. met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis.

¶ Pieria mōs ꝛ ciuitas bœotię: quam p̄um⁹ pierus lini pater ędificauit musis sacer. Hinc pierides musę: ꝙ in pieria ex Ioue ꝛ mnemosyne natę sint vt inquit Stra. Uel a pieria regione macedonię. Emathia ante dictę. a nemore ita appellata. Cui nomē est pierꝫ. Et pieres populi sunt dicti: quib⁹ extinctis macedones ea loca incoluere. A pieria fit pierius a.um. Uñ pieriū carmē. Musę autem suauissimū viaticū ad labores vitę. Uñ Theocritus ουδεν ποττον ερωτα πεφυκει φαρμακον αλλο νικια ουτε χριστον εμοι δοκει ουδι επιπαστον ηται πιεριδες.

¶ Piget piguit et pigitum est. Sta. li. vij. Nec pigitum paruosq̄ lares humilesq̄ subire. Dicitur ꝛ pigeo ges. piguit. et cōstruit cū actō: significatq̄ dolere seu molestum esse: vt inq̄t Aug. quasi pigriciā significat. nā cū dicim⁹ Piget me fecisse hoc est dicere nō suggerit meus anim⁹ ꝓbare qđ feci. Plau. in pseu. Id qđ pudet facili⁹ fertur: q̄ȝ id qđ piget. Teren. in phormi. Quęre obsecro ne pl⁹ minusve faxit: quod nos poste a pigeat. Qñ vero impsonale est cōstruit a parte añ cū actō vel dtō. Plau. Nō dedisse te pudet me: q2 non accepi piget. Oui. lib. ij. meta. Pigetq̄ actorum sine fine mihi sine honore laborū. Inuenitur etiā pigēdus: qđ est a pigeor verbo deponenti. Differentiā inter pigere et pudere: vide infra in dictione pudeo.

¶ Piger tardus cuius ꝯtrariū est impiger ꝓ diligente: hinc pigricia pigricies. pigredo. pigritudo: ꝛ pigritas ꝓ tarditate ꝛ ignauia. Ci. li. iij. de rep. Nunq̄d viri fortissimi fortitudo impigritas patientia? Et lib. iiij. tus. Quę aūt subiecta sunt metu ea sic diffiniūt pigritiā metū consequētis laboris.

¶ Pigreo es. piger sum a quo pigresco ꝛ pigresio idem significātia.

¶ Pigro as. detineo ac retardo: Accius. Meli⁹ pigrasse q̄ȝ ꝓperasse nephas.

¶ Pigmēta sunt vnguēta quib⁹ vtunt puellę ad venustandā faciē: vt fucus: ꝑ translationē vero dicūtur mendacia ꝛ fraudes: q2 nō est naturalis color: sed artificialis Ci. li. ij. de ora. Tā integrę snię: tā verę tā nouę: tam sine pigmētis fucoq̄ puerili: vt mihi nō solum tu incēdere iudicē: sed ip̄e ardere videaris. Accipit etiā quādoq̄ pro confectione ex diuersis speciebus suaui ꝛ odorifera. Hiero. Deniq̄ ꝛ hi quibus intellectus herbarū ē pigmētorūq̄ peritia ferūt quędā esse pigmenta: quorū si odorem ceperint nōnulla aīalia ꝯtinuo intereūt. alia v̄o eodem odore recreant: vitāq̄ recipiunt.

¶ Pigmētat⁹ a.um. qđ est pigmētis ornatū. Hiero. ad paulinū. Totū flaccidū molle nitidū atq̄ formosum q̄ sitis hinc inde odorib⁹ pigmentatū.

¶ Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hier. in exo. Cōposuit ꝛ oleum ad sanctificationis vnguentū et thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarij.

¶ Pigmētarius a.um. qđ ad pigmēta ꝑtinet.

¶ Pignus oris. ꝛ eris. a pugno vt Cai⁹ de v̄bo signi. inquit. Quia res q̄ pignori dant manu traduntur. Et est proprie qđ creditori dat vt sit securus. Et hoc mō ip̄e dicit cū aut mun⁹ nostrū: aut aliquid simile pignus esse amoris. et beniuolentię volumus. Uerg. Ip̄e pater dextrā anchises haud multa moratus Dat iuueni: atq̄ animū p̄senti pignore firmat. i. securꝫ facit vt q̄ dat pign⁹. Ulp. inter pign⁹ et hypothecam hoc differre scribit: ꝙ pign⁹ dicit cū ad creditorem transit. hypotheca cū non transit Qm̄ v̄o filij videntur tanq̄ȝ pignora inter virū ꝛ vxoreꝫ esse: tum vinculi ne alioquin forte diuortium fiat: tū charitatis: factū est vt pignora pro filijs capiātur. Nā vt inquit Ambro. Cū pręmiū nuptiarum sit partus fœminarum: merito mentes cōiugales per filios veluti per quędā quasi pignora inter se arctius copulant. Ouid. Dulcia sollicitę gestabant pignora matres. Aliquādo pign⁹ sumitur pro eo quod deponitur ab ijs qui simul decertant apud sequestrum. Uergi. Tu dic mecuꝫ quo pignore certes.

¶ Pignoro siue pignero pigneras. significat rē pignori do. Sue. de vitel. Atq̄ ex aure matris detractū vnionem pignerauit ad itineris impensas. Huius cōposita

sunt oppignero: ⁊ repignero: de quib⁹ alibi. Inuenitur etiam pigneror deponens in eadē significatione.

¶ Pigneratitius a. um. ex supino verbi pignero nomē deductū significat qđ pignori datum est: vt res pignoratia. Et pignoratitius vir: cui pignus capere licet. Ulp. Queritur in pignoratitio creditore an pignoris persecutio denegetur.

¶ Pilus prima cor. capill⁹. Nā ambo ꝯuertunꝭ. Gel. Si ouiū lacte hedi aut caprarū agni alerenꝭ cōstat ferme in his lanā duriorē in illis capillū gigni teneriorē: a q̄ pilo as. Est ⁊ pilus nomē generale. Nā pilū pro capillo. Idē Ply. posuit In capite inquit cunctorū animalium homini plurimus pilus. pili longiores ac proni in colla atq; armos vestientes iube dicunꝭ. Pili vero crassiores rigidi quales habent sues vocātur sete. Pilus vero prima pro. qđ ⁊ pilum dicitꝭ. telū romanū a periniendo dictum quasi periniū: vt inquit Uar. Huius hastile erat pedū q̄nq; ⁊ semis: et ferrū trigonali figura nouem vnciarum: a quo pilati dicūtur: pilo armati. Mar. Et pilata redit iamq; subitq; cohors. Generaliter tñ pila. Uar. auctore tela romana sunt: sicut gesa gallorū: ⁊ sarisse macedonū. Hic ⁊ primipilus dicitꝭ cēturio. Et ꝓpilate haste: q̄ ferreas habent cuspides: quasi preferrate. Propilatū dicitꝭ vbi non est ferrum: si modo in mucronē exacutū sit ad formā pili factum vt cornua locustarum: quibus natant. Preferratū vero pilum in molendo ꝓpterea vocaꝭ apud Ply. vt a pilo rudo distinguatur ad molas videlicet: quas aqua versat vtili. Nec tam ꝙ sine ferro est: id nomē habet: q̄z ꝙ asperum impolitūq;. Nam ⁊ rudus panis appellatur: q̄ paruz coctus rugosusq; sit: q̄z q̄z rubidus fere scribiꝭ. Preterea pilus siue pilum a pinsendo: seu a pilāno: vt inquit Seruius. Instrumētum: quo quippiaz in mortario teritur. Ply. li. xviij. Quippe ⁊ ethruria spicam farris tosti pinsēte pilo preferrato: fistula ferrata: ⁊ stella intus dēticulata: vt nisi intenti pinsant cōcidanꝭ grana: ferroq; franganꝭ.

¶ Pila le. a pinso vas ꝯcauū: ꝙ antiq̄ siccata frumēta in pilas immissa pinsebant. Idē in eodē. Tundaꝭ granuz eius in pila lignea. Similiter vasa illa cōcaua medicorū vsui apta in quib⁹ Tysane fieri solēt pile dicūr. Itē pila est columna stans: quā greci στυλεμ vocant a stando ꝓpter stelas greci appellant stantes in monumentis columnas. Apul. li. iij. me. Pila media q̄ stabili trabes sustinebat. Festus. Pila q̄ parietem sustentat ab opponēdo dicitur. Ply. li. xi. Ruente ceras fulciunt pilaꝝ instar interius a solo fornicatus vt sit aditus ad sarciendum. Item pila est qua luditur ab πιλεω equo: ꝙ forma sphe rica sit: q̄ omni ex parte equa est: vel a pilo qđ pilis impleri solet. Item pila capitur pro quacunq; re rotunda instar pile lusorie.

¶ Pilatim aduerbiū a pila pro colūna: significat per pilas. Uictr. Pilatim struunꝭ edificia.

¶ Pilula quasi parua pila. Ply. Nascuntur in eo pilule nucibus nō absimiles: intus habētes flosculos molles lucernarū luminibus aptos. Idē Scarabeus q̄ pilulas voluit. Et ea venena q̄ hac forma sumimus vulgo pilulas nominamus. Idem vetus axungia phthisin in pilul' sumpta sanat. Hec greco vocabulo catapotia dicūtur.

¶ Pilū nouacula: culter: rasorius: ⁊ hastile quinq; pedū et semis: de quo in dictione pilus.

¶ Pilani dicti sunt milites q̄ pilis pugnabāt q̄ antea primipilares vocabātur: mutata n in re.

¶ Pilo as. pe. cor. a pilus q̄ in carne ē. significat pilos emitto. Accius. Tūc primū pilabātgene A fra: Meū preterea corpus nūc pilare primū cepit. Interdū etiā pilare est pilos detrahere. Mar. Q; pect⁹ ⁊ crura pilas. Hinc cōponitur depilo. Pylo as. pe. ꝓ. grecum est: ⁊ significat cōplano. A quo fiunt cōposita compilo: expilo: oppilo: ⁊ suppilo.

¶ Pilates genus lapidis cādidissimi. Cato. Lapis cādidior q̄z pilates.

¶ Pilētulū vehiculi gn̄s: quo matrone ferebātur. Idē videtur qđ petoritū qđ quattuor rotaꝝ: ab hispanis introductū. Uar. de lin. la. in ꝯsuetudinē sua etate primuz venisse scribit. Estq; ei⁹ forme qua nostri temporis principum Italie mulieres vectantur. Ita libratum vt cōsidentes in puluinis in aere suspendi agitate videanꝭ.

¶ Pileus tegmen capitis: quod et pileū dicitur. Plaut. Ut ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. Persius. Hanc nobis pilea donant. Ponitur q̄nq; pileus ꝓ libertate. Unde legimus apud historicos ad pileum seruos fuisse vocatos: qđ sūt ad libertatē: cui⁹ insigne ē pileus. Liui. li. xxiiij. postero die serui ad pileū vocati: et carcere vincti emissi. Sueto. in Tibe. Seruisq; ad pileum frustra vocatis in siciliā ꝓfugit. Accipiebant eñ serui pileū raso capite: q̄ manumittebātur.

¶ Piliolus ⁊ piliolum cū accētu in antepen. Hor. in epi. Ut cū peliolo soleas ꝯuiuia tribulis. Hiero. ad Fabiolā Pileolus rotundus est: quasi sphera media sit diuisa et pars vna ponatur in capite: hoc greci ⁊ nostri tiarā nonnulli galeꝝ vocant. Idē ad paulinū neutro genere dixit pileolum textura breue. charitate latissimum senili capiti ꝯfouendo libenter accepi ⁊ munere: ⁊ muneris auctore letatus.

¶ Pileat⁹ q̄ pileo indut⁹ est. Uñ serui pileati q̄ pileo imposito vendebātur.

¶ Pilumn⁹ q̄ stercorandoꝝ agroꝝ: et pinsendi frumēti vsum inuenit. Iouis vt putant filius: et Dauni pater. Ser. li. ix. eñ. Pilūnus ⁊ pitūnus fratres fuerunt dij. horum pitūnus stercorandorum inuenit vsum agrorum: vnde sterquilinius dictus est: Pilūnus vero pinsendi frumenti: vnde a pistoribus colitur. Et ab ipso pilum dictum est.

¶ Pina p simplex n. gn̄s piscis siue ꝯche: Ci. li. ij. de natura deoꝝ. Pina vo sic eñ grece dicitꝭ duab⁹ grādib⁹ obsita ꝯchis: cū qua pisciculus squilla dict⁹ societatē coit. in aliquib⁹ cācer cibi assectator.

¶ Pinna per duplex nn. proprie penna est que pluma. l. mollior et exigua penna non est. Nam penna nomen generale est ad plumas ⁊ pinnas. Uar. li. iij. de re rus. de columbis. Qui iam pinnas habere incipiunt: in nido relinquunt illisis cruribus. Idem de gallinis. Eligat foecundas plerumq; rubicunda pluma nigris pinnis. Colu. li. ix. Siccus etiam puluis ⁊ cinis vbicūq; cohortē porticus vel tectū ꝓtegit iuxta parietes reponēdus est: vt sit q̄ aues se perfundant. Nā his reb⁹ plumā pinnasq; emundant. Pinna etiā acutū signifi. vñ ⁊ pinne muroꝝ. i. summitates. Pinnas etiā gestare gladiatores solebant: vñ pinnirapi retiarij dicūr: ꝙ pinnas e galeis mirmilonū iacto rete exciperent.

¶ Pinnirapus pe. cor. gladiator. Cōpositū nomen ex duobus corruptis scz pinna ⁊ rapio. Iuuen. Hic plaudat nitidi preconis filius inter. Pinnirapi cultos iuuenes: iuuenesq; laniste.

¶ Pinnula diminu. a pinna. Et est summa ps auris ab acuitate dicta. Aliquando parua pinna. i. penna. Col. li. ix. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

¶ Pinnaculũ fastidiũ & summitas ędificij in acumen tendentis: siue q veteres pinnã acutũ dicebant. Vñ bipennis securis q̃ vtrinq aciẽ habet: siue q pinnaculis addi pinna ɔsueuit: q̃ facili motu ventorũ indicet flatũ: qd genus nũc penniculum dicitur.

¶ Pinnaces & per diminutionẽ pinnacidia dicuntur tabellę in quib9 capita omnium rerum continentur: & latine indices dicimus.

¶ Pinnacothecę: locus erat ꝓpe atrium: in quo pictę tabulę reponebãtur. In tablino rerum in magistratu gestarũ monumenta continebantur. Var. scribit multos spectatum venisse luculli villas: vt viderent pinnacothecas.

¶ Pin9 arbor tã mas. q̃ fœmi. ge. & tã quartę q̃ scdę declinatiõis est: q̃ & pinea dicit. Amb. Quis pineã videns nõ stupeat? Pineus a. um. quod est natum ex pinu apd Isthmum victores coronabantur. Pinetũ locus pinis consitus.

¶ Pinaster pin9 syluestris mirę altitudinis. Ply. li. xvi. Pinaster nihil aliud est: q̃ pinus syluestris.

¶ Pindus lapitharũ sedes mons thessalię apollini musisq sacer Acarnaniã ab ętholia diuidit. Sunt tñ q̃ hoc nomẽ cum ypsilo scribant. Est & nomẽ vrbis thessalicę a pindo monte appellata iuxta quem est fluuius eiusdem nominis.

¶ Pinguis non macer. aliqñ ponit pro infœcũdo. Ver. Et pingues hortos. Aliqñ pro impedito et inepto. Cic. Nõ ipi antiocho pingue videt & sibi ipm ɔtrariũ. Hinc cõponit ꝓpinguis qd est valde pinguis. Col. li. iiij. Idq non est vineis apta vix etiã arbustis nisi ꝓpingui. Pingue vero substantiuũ neutri generis dicit qd inter carnẽ & cutẽ est succo liquidũ. Ver. Et oẽs Impedũt curas denso distendere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hier. Impinguat9 incrassatus recalcitrauit.

¶ Pinguesco is. a pingueo es. fit. Col. li. ij. Omne emaciatũ armentũ medica pinguescit. i. pinguesit.

¶ Pinguefacio significationis actiuę est: pinguefio passiuę.

¶ Pingo gis. xi. ctũ. pingere est formaũ alicuius rei ductis lineis repsentare. Hinc pictor q̃ pīxit: & pictura ars pingendi: in qua superioribus tpibus floruere zeusis. Parasius: apelles viri candidissimi. Hac vero tẽpestate Andreas mãtinea patauinus mãtuani principis aulicus vir in omni virtutum genere pstantissim9 dign9 certe: q̃ a poetis & a ceteris scriptorib9 celebretur: cũ nulli vel integritate: vel pingendi arte sit secũdus. huic accedunt Ioannes belius Venetus. Leonardus Florentinus: et Vincẽtius Brixianus excellentissimo ingenio homines: vt qui cum omni antiquitate de pictura possint contendere. Per translationem pingere ponit pro imaginari. Hiero. ad Dama. Quod erã voce promptu rus ante mihi cogitatione pingebam. Huius verbi cõposita sunt depingo quod est pingendo descrbo: denũcio: demonstro. Lactã. li. iiij. Cum em quidam ministrorum nostrorũ sacrificantibus dęmonijs assisterẽt. imposito frontibus signo. deos illorum fugauerunt ne possẽt in visceribus hostiarum futura depingere. i. denunciare Idem li. v. Quid vobis inanem iustitiã depingitis et optatis cadere de cœlo tanq̃ in aliquo simulachro figuratam. i. fabricatis. Hiero. ad Pau. Tito pcipit vt inter alias virtutes epi quẽ breui sermone depinxit. i. descripsit. Ter. in phor. Probe horũ facta imprudens depinxit. i. elocutus est. Expingo sicut pingo. Ply. Iã vero et onerarijs nauibus qñ et pericula. expingimus ne quis miretur et rogos pingi. Compingo et impingo vide alibi.

¶ Pinso is. sui. pistũ vel pinsitũ psla tundo: vel molis frango. Col. li. ij. panicũ pinsitum et euolutũ furfure: sz milium quoq pultẽ q̃uis in copia maxime cum lacte nõ fastidiendã prębet. Pomp. Cum neq molis molim: neq p ilmis pinsui: vnde pistor. nam ante molarum vsum frumenta in pilis pinsebant. Var. Nec pinsorẽ vllũ nossent nisi eum q̃ in pristino pinseret farinam. Pers. O Iane a tergo quẽ nulla ciconia pinsit.

¶ Pinso as. in eodem sensu. Var. li. i. rerũ ru. Promendo diem vt in pistrino pinsetur ac torreatur. i. tundatur vel frangatur.

¶ Pinsito as. frequẽtatiuũ a pinso is. Plau. in asi. Qui polentã pinsitant. i. ɔtundunt.

¶ Pindo is. pindi pinsum. Idẽ qd pinso. Vñ pinsor qui nũc pistor dr. nã erat vtriusq rei artifex: hoc ẽ q̃ frumenta pinsebat: & q̃ panes coquebat.

¶ Pistor a pinso is. q̃ frumenta in pilis pinsit. Nũc autẽ dicit q̃ panẽ coquit seu facit. Ply. li. xviij. Pistores romę nõ fuerunt ad persicũ vsq bellum annis ab vrbe cõdita super quingentos octoginta. Sue. in Ces. Domesticaũ disciplinã in paruis ac maiorib9 rebus diligẽter adeo seuereq rexit: vt pistorem alium q̃ sibi panem conuiuis subijcientem cõpedibus vinxerit. Var. in saty. de edulis. Si q̃tum operę sumpsisti: vt tuus pistor bonum faceret panem. Atteius capito. Pistores tñ eos q̃ far pinsebant nominatos esse tradit: eosq coquere solitos panem tostũ lautioribus. Pistorem et coquum apud antiquos eosdẽ fuisse accepimus. Pistores etiã habebant in numero seruorũ. Unde ait Iurecõ. Si quis seruos habuerit proprios: sed quorũ opas locabat: vel pistoricas vel histrionicas seruorum appellatione hos legasse videtur.

¶ Pistrix mulier q̃ panẽ coquit. Et pistrix belua.

¶ Pistris is. nauis. Verg. lib. v. Velocem Mnestheus agit acri remige pistrin. Pistis vo latine fides.

¶ Pistura ars pinsendi. Pli li. xviij. Pistura non omnium facilis quippe et ęthuria spicã farris tosti pisente pilo pręferrato.

¶ Pistorius a. um. quod ad pistorem pertinet: vt ars pistoria. Idem in eodem. Ad operis pistorij genera trãseunte cura. Hierony. in gñ. Omnes cibos qui fiunt arte pistoria.

¶ Pistoricus a. um. idẽ qd pistori9. Vñ Iuriscõsult9 operas pistoricas dixit.

¶ Pistrinũ & pistrina ę. pe. pro. locus in quo pinsit et panis fit. Qñq etiã capit pro laborioso seruitio. Tractuũ a seruis: q̃ ob noxam a dñis in pistrinum trudunt. Proprie Sue. in Augu. Et modo vnguentariam tabernaũ modo pistrinũ aricię exercuisse obijcit. Ply. lib. xviij. pistrina fœminco genere vtit. Et siligine inquit laudatis sim9 panis: pistrinarumq opa laudatissima.

¶ Pistrilla ę. dimi. a pistrino scdm Pris. Nã diminutiua quãdoq diuersa sunt a genere nominũ primę positionis: sicut a scuto scutella. Vt Dona. a pistrina deducit: & sumitur pro molẽdino a manibus. Ter. Apud ipm locum est pistrilla.

¶ Pistrinensis & hoc pistrinense qd ad pistrinũ ptinet. Apu. in asinũ reformatus molas pistrinẽses p circuitus multiiugos circũegisse se festiuiter scribit describens quales essent ministri in pistrinẽsi ɔtubernio.

¶ Pistillũ sine r. instrumentũ q̃ in mortario lapideo, et maxie Thebaico plũbeo pistillo tenera molliunt.

¶ Piones populi in mysia asię: quę supra caicum amnē sita est ab vrbe dicti quā pionis conditor pionias vocauit.

¶ Pipiones columborū pulli: vt apud Lampridium in alexandri vita.

¶ Pipare dicūtur gallinę cū vocem emittūt. s. cū faciūt pipi Var. in aboriginibus. Mugit bos: ouis balat: equi hinniunt: gallina pipat.

¶ Pipio is. ꝓprium est vocis pullorum. Col. lib. ix. Die vnd euigesimo animaduertat an pulli rostellis oua percuderint et auscultet si pipiant. Sunt etiā q̄ hoc verbū passeribus tribuant: vt in carmine qđ Oui. ascribit. Pessimus at passer tristia flendo pipit.

¶ Piper nomen arboris qđ est barbàrum. Per. Rugosumqꝫ piper. Dicit et piperi inuariabile: sicut gūmi: nauci: mancipi.

¶ Piperatum vinum dicitur quod pipere et melle conditum est.

¶ Piperites pe. p. herba q̄ et siliquastrū dr̄ caule rubro et longo densis geniculis folijs lauri gustu piperis.

¶ Pipulum conuicium. Plau. Ita me bene amet lauerna te iam nisi reddi mihi vasa iubes pipulo hic differam ante ędes.

¶ Pirata nomen latronis qui prim⁹ mare infestauit: à quo oēs spoliatores et prędones piratę dicti sunt: alij piratā a περάω transeo deducunt: qr. s. ex trāsuerso simul ac piratę viderent insulam in eā transeūdo mare impetum facientes illā deprędabantur: vel q̄ piratę semper maria permeant. pirata grece latine pdo et piraticam facere dicunt prędones.

¶ Piraterū habitaculū piratarū est: vt scribit Am. de hostib⁹ carnalib⁹ nō metuēdis: q̄ etiā subdit. Tādiu in piraterio sum⁹: q̄diu in hac carne positi pdonū spualiū tentationibus subiacemus.

¶ Pisa ciuitas in summo montis vertice condita inter ossam et olympum: iuxta quā Ioui sacra dicta olympia celebrabātur. Est et hoc nomine oppiduz archadię ppe alpheum amnē: a qua hij q̄ pisas in italia cōdiderunt venere dictas a ciuitate pristina. Vñ Verg. li. x. Alphee ab origine pisę Urbs ęthrusca solo. hinc piseus pisea piseū.

¶ Pisa grę. lati. pix. vnde pissełeon oleum qđ ex pice fit

¶ Pisę arū. ciuitas thuscię a qua pisani dicūtur q̄ ex ea originē ducūt. de hac Luca. Hinc tyrrhena vado frangētes ęquora pisę.

¶ Pisum genus leguminis: cuius caules spargūtur in terram nisi habeant adminicula. Col. li. ij. Similis quoqꝫ ratio est pisi quod tum facilē et solutam terrā desyderat. Hinc pisones.

¶ Pisones appellati sunt qdā Romani nobiles q̄ optime pisa sererent: ꝟt ait Lentulus.

¶ Pisaurus fluui⁹ piceni: a quo pisaurꝫ ciuitas ei supposita nominata est. Serui⁹ ꝓo scribit pisaurꝫ dictum: q̄ illic aurꝫ pēsatū sit. Nam cū camillus gallos interemisset: aurūqꝫ q̄ galli a romanis acceperāt ꝓ capitolio nō euerso recepisset: et signa ciuitati appendisset: ciuitati nomē dedit.

¶ Pisidę fuerūt populi in asia minori quōdā solymi appellati. vt Ply. li. v. refert.

¶ Pisistrat⁹ nomē ꝓpriū viri. Quo nole dict⁹ fuit Hippocratis filius athenarū tyrannus cui ob summam eloquentiā atheniēses se et libertatē summisere: q̄ tpe Romę Ser. Tul. regnabat ꝗuis solon ipse quoqꝫ summus orator pro libertate staret. Idē prim⁹ apđ athenas bibliothecā instituit.

¶ Piscis: q̄ in aqs degit. pisces pro signo cœlesti tm̄ pluraliter declinatur. Col. lib. xij. Quintodecimo calēdas martij sol in pisces trāsitū facit. A piscis fit diminutiuū pisciculus.

¶ Piscari est pisces venari: ex quo fit cōpositū expiscor de quo alibi.

¶ Piscat⁹ us. ipa piscatio et act⁹ piscandi. Ply. Quos venatus aucupia piscatusqꝫ alebat. Plau. in ru. Piscatum hamatilē saxatilēqꝫ aggredimur.

¶ Piscatori⁹ a. um. quod ad piscatorē pertinet: vt nauis piscatoria. et ludi piscatorij qui fiebant pro quęstu piscantium.

¶ Piscarius a. um. idem qđ piscatorius: vt ham⁹ piscarius. Plau. in ru. Arūdinē fert sportulamqꝫ et hamum piscarium.

¶ Piscarius q̄ pisces vendit. Var. Inter piscarios nemo vendebat. Idē dr̄ cetarius. ꝗuis cetarij poti⁹ sint q̄ magnos et salsos pisces vendūt.

¶ Piscaria ę. locus vbi pisces vendunt. Var. Nullus in piscaria piscis erat.

¶ Piscosus a. um. loc⁹ in quo piscari facile est. Oui. li. iij. met. Est ppe piscosos lapidosi crathidis amnes. Aliqñ piscosus dicit piscib⁹ plenus.

¶ Pisculentus locus: vbi multi piscēs morant: et in quo est facile piscari. Ca. Fluuiū magnū pulchrū pisculentū Pla. in tu. Quis salsis locis incolit pisculētis.

¶ Piscinalis et hoc le. quod est piscis: vel quod ad piscēs pertinet. Unde apud palladium piscinales cellę legitur.

¶ Piscina locus et stagna ab initio dicta sunt. in quibus viui pisces coercent. Var. lib. iij. de re ru. Piscinas voco eas q̄ in aqua dulci aut salsa inclusos habēt pisces ad villā. Mar. Piscina rhombū pascit et lupos vernas. Hę viuaria quoqꝫ vocant. Sed qm̄ in piscinis natare etiā solebāt inualuit ꝯsuetudo: vt oēs in hūc vsum collectę aquę siue frigidę siue calidę piscinę dicātur. Vident a piscib⁹ dici: ꝗuis in his nihil piscīū sit: sꝫ forte piscinę dictę sunt in balneis q̄ hoies piscib⁹ similes natādo fiant. Ci. Latiorē inqt piscinā voluissem vbi iactata brachia nō offenderentur. Ply. Si natare latius aut tepidius velis in arena piscina est proximo puteus: ex quo possis rursus astringi. Quinetiā vasa lignea ampliora ad tenendum aquā piscinę vocātur. Ply. Decoquitur in aqua et in piscinas ligneas fundit. Eadē generali vocabulo et natationes appellantur.

¶ Piscinari⁹ q̄ piscinas piscib⁹ refertas habet. vñ. Cic. Luculū et hortēsiū piscinarios appellat.

¶ Pistoria ciuitas quā Ptol. ponit inter mediterraneas thuscię ciuitates. Est eñ inter florentiā et lucaz a qua pistorienses.

¶ Pistis grę. lati. fides. pistoo fidem accipio et do.

¶ Pitacium particula corij: qua aliquid repetiat Hieronym. Iosue. Calciamenta perantiqua: q̄ ad iudicium vetustatis pitacijs consuta erant. Quādoqꝫ accipitur ꝓ breui epistola: quandoqꝫ pro schedula de membrana excisa.

¶ Pittacus pe. cor. phūs mitylenus. hic ex lesbo tyrannū melancrū depulit et certātibus atheniēsib⁹ atqꝫ mitylenis dux in bello factus phrynonem athenensium ducem singulari certamine interfecit. vnus ex sapientibus fuit.

¶ Pitane siue pitanā vrbs ęolica q̄ portus duos habuit. Ab hac pitanei et pitanię nominant: et vbi archesilaus academicus natus est: q̄ cū Zenone apud polemonem didicit. Fama est apud pitanam lateres inuentos esse q̄

sup aquas innatarent: qd z de alijs locis traditū est.

¶ Pitheci sunt simij. πιθηκος. pithecos eīn simia dr: a qbus insule vbi eorū est maxima copia pithacinę siue pithacuse dicte sunt.

¶ Pithacusę insulę in mari tusco ɔtra cāpaniam a pithecis simijs vt auctor est Stra. dictę sunt. Ply. No a figlinis doliatorū q ibi ex creta fiebāt. Dolia ei greci πιθου simias pithecon vocant. In harū summitate oppidū fuit: qd plurali numero pithecusę dicebat. Oui. Sterilisq locatas colle pithecusas habitantū nole dictas.

¶ Pitisso as. parū vini paulatim: z quasi tētandi gratia gusto. Ter. Pitissando mō mihi qd vini absumpsit dicens hoc asperū pater. hoc est alterū lenius.

¶ Pityocāpę: vermes e pinu arbore nascētes morsu venenato nec dissimili a bupresthis morsu. Plyni. Usus sepe contra cantharidas buprestim pinorū: quas pityocampas vocāt grece. πιτυοκαμπαι.

¶ Pituita pe. p. morb⁹ ex catarrho pueniēs grece phlegma dr. Hor. in ser. Lēta feret pituita vides vt palladius cis. Macer. Cū mulsa bibitū pituitę noxia soluit. habet pituita domiciliū in capite vt indt Au. Plato in Timeo pituitam ait esse oim langorum originē: q ex distillatione sunt: ex eaq gigni malas valitudines plurimas qm in plurima loca illabit. Quęcūq aūt partes corporis tumescere dnr: ab illius incendio z cōbustione vexātur. Que cū expirat extrinsecus varios exitu suo tumores producit. Intrinsecus vero cohabita vrentes edacesq morbos pcreat. Tunc aūt pessima qn puro sanguini mista ligaminum fila suo ex ordine dimouet z interdū penetrat in medullas: adustisq radicib⁹: inde animę vincula quasi nauis funes resoluit z amputat. Pituita etiā catarrhus dicitur. pituita etiam in gallinis dicit. Col. libro. ix. Sepe etiā iam validioribus remedijs factis: atq ipsis matribus etiam vitanda pituitę pernicies erit. Hinc pituitosus q vulgo dicit phlegmaticus. Ci. li. j. de fato. Inter locorū naturas qntum intersit videam⁹: alios esse salubres: alios pestilētes: in alijs esse pituitosos et quasi redundantes: in alijs exsiccatos atq aridos.

¶ Pix est q fit ex arborū resinis ad ignem decoctis. Resina vero est liquor crassus ex arboribus fluens: et sepe sua sponte siccatus ad solē. Pix liquida coquit ad nauiū z ad multos alios vsus. Ply. li. xiiij. Pix in Italia ad vasa vino ɔdendo maxime pbat brutia e picea resina. Hinc pico as. de quo supra.

P ante L.

¶ Placeo es. cui. citū. placere est gratum esse. Cui⁹ contrarium est displicere. Hier. in prolo. palip. vtrūq complexus est. Orationū itaq vestrarū adiut⁹ auxilio misi librum beniuolis placiturū: tū inuidis displiciturum esse non ambigo. Aliqn placere est efferri: gloriari z cōfidere vt ego placeo mihi: tu places tibi: ille placz sibi. Quītil. Placeas licet tibi opum tuarū fiducia diues si mihi idē inuidere non expedit pares sumus. Hinc etiam cōplaceo: qd significat etiam placeo. Terē. in and. Postq me amare dixi: cōplacita ē tibi. Displiceo. Idē in hau. Heu heu q ego nunc totus displiceo mihi: Perplaceo valde placeo. Idem ibi. Perplacet. Habetq impersonale passiue vocis. Cypri. Si hominibus placetur: domin⁹ offēditur.

¶ Placidus a. um. mitis sedatus: ꝙ illa quę quieta sūt omnibus placent. Ter. in adel. Ille semp egit suā vitā in ocio: in ɔuiuijs clemens placidus nulli lędere os: arridere omnib⁹. Do. Clemens est circa recte agentes: placidus etiam circa delinquentes clemens aio placid⁹ vultu. Hinc placiditas: quā Uar. in ouibus esse asserit cum ait. In quis primum non sine causa putant oues assumptas: z ppter vtilitatē: z ppter placiditatē. Maxime eīn quietę aptissimę ad vitā hoim.

¶ Placido as. placidū seu placatum facio. Ambro. li. de abel. Graues mor⁹ nostrę adolescētię fida senectutz statione placidantur.

¶ Placitus a. um. participiū. Terē. in prol. hecy. vbi cognitę sunt placitę sunt.

¶ Placitu nomē significat ɔsensum z veluti pactionem firmatam. Ply. Eadē ętas neronis principatu ad thessalum transiluit delentem cunctorū maiorū placita z rabie quadā in oēs ęui medicos perorantez. Hiero. in gn. Non possumus extra placitum eius quicq aliud loqui tecum.

¶ Placo as. mitē ac placidum facio ppitio. Placabilis. propiciabilis. Cuius cōpositū est cōplaceo pe. pro. Gel. Cōciliare sibi atq cōplacere iudices debēt: sensusq eorū expectatiōe causę suspensos: rigētesq honorificis verendisq sentētijs cōmulcere non iniurijs atq imperiosis minitacionibus ɔfutare.

¶ Placenta libū farinaceū qd fit ex farina siliginea caseo melle: dicta ꝙ nobis placeat vl ꝙ ea solerēt deos placere: vel dicit a grẹco πλακους.

¶ Plerusq raq. rumq. vn in ntō tam singulari q plurali Pleraq pe. cor. in ablrō pducit. Hora. in eplis. Si qdā nimis antiquę: si pleraq durę Idem. Pleraq differat z pns in tps omittat. Plerisq mō capit pro maxima parte. Sal. Plerosq senectus dissoluit nisi ꝙ ferro aut bestijs interire. Mō pro eo qd est non nulli. Quintil. Uideas plerosq ira percitos. i. nonnullos. Solet etiam esse syllabica abiectio: z pro vna orationis parte poni: vt cum dicimus plerisq omnes hoc factitāt. Significat eīn omnes Ter. in an. Quod plerisq oēs faciunt adolescentuli. Diphthōgatur aūt qm ἀπὸ τοῦ πλέρεος fit qd plenum frequens significat. Conuersa eīn e longa i ę diph. vt in scęna: theda. lethe: alijsq permultis dictionib⁹ seruatur. Similiter plerūq quod a plerusq deducit dupliciter sumi potest. Uno modo pro eo qd est fere semper. Alio modo (sed rarissime) pro eo qd est nonnūq. Quintil. Excussa sunt plerūq vitia verberibus. i. nonnunq. Et ab aliquibus putatur nomē: ab aliquib⁹ aduerbium. Inuenit etiā pler⁹ sine adiectiōe. Pacu. Perire Danai plera pars pessundata est.

¶ Plaga percussio: vulnus verber. Uer. Plagisq perēptum Consa per integram soluunt viscera pellem. Aliquando plagę rętia dicunt rariora ad capiendas feras: ꝙ plagis. i. foraminibus plena sint. Ci. li. iij. offi. Sūt nec igit insidię tendere plagas etiam si excitaturus non sis. Uerg. Retia rara plagę lato venabula ferro. Ubi Ser. scribit plagas proprie illos funes dici quibus rętia tenduntur circa imam z summam partem. Rursus coeli vel terrę spatium amplissimū: quod etiam tractus et clima a grẹcis dicitur plaga appellat. Uerg. lib. vij. In medio dirimit plaga solis iniqui. Itē grande linteum tegmen candidū qd sindonē vocant lecticariā quale est quo nunc vtunt mulieres Romanę: olim passim in vsu erat. Uar. de vi. pa. Chlamydes: pelagę vela: vasa aurea. Idem Eburneis lectz z plagis sigillatis. z habet primā cor. nisi cū signifi. vuln⁹: qd grece dr πλαγη. Oui. de trist. Nō habet in nobis iam noua plaga locum. Hui⁹ diminutiuū ē plagula. i. parua plaga.

¶ Plagiarius q̄ plagas.i.vulnera infert: ⁊ plagiarius q̄ hominē quē scit liberū esse emit vendit ve aut pro seruo tenet. Itē q̄ libertū emit vel vendit. Itē q̄ seruo aut seruę persuadet vt a dn̄o dn̄a ve fugiat: vel eū eam ve inuito vel insciente dn̄o celat: vinctū habet emit vel vendit. Dictus plagiarius ꝙ lege fauia plagis damnatus esset Lex ip̄a plagiaria: crimen plagiarium vocat. Mar. Impones plagiario pudorem. Plagiarium vocat furem librorum suorū.

¶ Plagiator idē qđ plagiarius. Hier. ad Florētiū. Magistrum aūt pueri tui: de quo dignat⁹ es scribere. quem plagiatorē ei⁹ esse non dubiū est sępe Euagri⁹ presbiter me p̄nte corripuit: cū ille respōdit. Ego nihil timeo. dicit se a dn̄o suo fuisse dimissum.

¶ Plagiosus dr̄ grāmatic⁹ ludimagister: ꝙ plagas inferat. Vn̄ domitij marsi versus est. Si quos orbilius ferula scuticaq̄ cecidit. Et plagiosus est q̄ suauitate vboꝝ retrahit a ꝓposita virtute.

¶ Plago as. plagam infero. Augu. li. xxi. ci. dei. Cū iustissime annosas: pœnas seruus in compedibus pēdat: q̄ vbo aut ictu celerrime trāseunte vel lacessiuit dn̄m vel plagauit.

¶ Planus a. um. dr̄: cuius figura ęqualis est. Oīa vero plana nullum impedimentū habēt quin vndecūq̄ videri possint. planū quādoq̄ pro aperto et manifesto ponit. Et sic habet pe. p. Plan⁹ vo pe. cor. sumit ꝓ scurra nō q̄dē simpliciter: sed certi atq̄ sui generis impostore deceptoreq̄ a fallendo dictus. Hora. Nec semel irrisus triuijs attollere curat. Fracto crure planū. Inter planos maxime celebres fuere. Cephisodorus ⁊ pantaleon: qui decessurus vtrūq̄ filiū deceperit seorsum his ꝑdendo qua parte domus infodisset aurū qđ nusq̄ erat.

¶ Plane aduerbiū. i. certe: manifeste. Oīnq̄ oīno. Cic. Trebat. Quare si plane a nobis deficis. moleste fero. Aug. li. ij. con. Quid erat ille affectus animi? Certe eīn plane turpis erat.

¶ Planities ęqualitas. Sal. Nam vti planities erat inter sinistros montes ⁊ dexterā rupem asperā octo cohortes in fronte constituit.

¶ Planitudo idem qđ planities. Col. li. v. Perticę cacuminum modicę planitudinis: q̄ tn̄ depandiarīs orbiculi crassitudinē nō excedant optime pāgunt.

¶ Planid⁹ idē qđ plan⁹. Col. li. iii. Curāq̄ adhibito: vt a supiore ⁊ siccior ⁊ exiliore in planidiorē: humidiorem: pinguiorē agrū transferas.

¶ Plano as. planū facio. Cui⁹ cōposita magis sunt in vsu: videlicet cōplano: qđ est totū planū facio. Gel. li. ij. M. Cato in li. quē de agricultura ꝯscripsit. Semē cupressi serito crebro ita vt linum seri solet: eo cribro terrā insternito dimidiatū digitū iam id bene tabula aut pedibus: aut manibus complanato. Deplano ⁊ explano: de quibus alibi.

¶ Planula a cōplanādo dicta est: pro instrumēto fabrili quo assamenta lęuigātur ⁊ poliunt. Nā dolabra idē videtur esse qđ ascia vt inquit No. q̄ inq̄t. Dolare est ascia cędere. Et planulę sunt quas nos lamas vocamus. Fores eīn cū planulis ferreis parietib⁹ cardinib⁹ ꝯiungun tur ⁊ sup illos deuoluuntur.

¶ Planipes: q̄ pedes planos habet. Vn̄ comœdię siue fabulę genus dr̄ planipedia. vbi nullo ꝓcedebatur cultu: ꝙ actores pedib⁹ planis. i. nudis proscęnia introierēt. Diom. scribit planipedem grece mimum significare: ꝙ actores planis pedibus. i. nudis intrarent proscęnium: non vt tragici actores cum cothurnis: neq̄ vt comici cū soccis: siue ꝙ olim nō in suggestu scęnę: sed in plano orchestę positis instrumētis mimicis actitarēt.

¶ Plācę tabulę planę a planicie ita appellatę. Pli. libro viij. Nec pōtes asini trāseant ꝑ raritatē plācaꝝ trāslucētibus fluuijs.

¶ Plāci q̄ supra modū pedib⁹ plani sūt. i. q̄ pedes imos graciles habent planosq̄ ęqualiter q̄ si tabellas q̄ plācę vocātur. Quo nōie dictus est Roman⁹ quidā cui⁹ extāt epistolę luculēter scriptę. Qui teste eusebio cū galliā comatam regeret Lugdunū condidit: q̄ ciuitas Senecę tpibus deflagrauit incendio. Hi etiā ploti dn̄r. Vn̄ poeta dictus est primo plotus. ꝓpter hmōi pedes. Deinde Plautus.

¶ Plāta cū de pedibus dr̄ significat totā partē inferiorē digitosq̄ ⁊ vngues. Vergi. in moreto. Cruribus exilis spatiosa ꝓdiga planta. Si vo de arboribus ea est q̄ transferendi gratia: vel de arboribus rapta: vel ex seminibus est orta: et de herbis quoq̄ dicit. Vergi. Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum. Deposuit sulcis.

¶ Plātaria ip̄ę plantę in terra natę: q̄ cū radicib⁹ trāsferunt de vno loco in alium. Verg. Syluarūq̄ alię pressos propaginis arcus. Expectāt: ⁊ viua sua plantaria terra. Plantaria etiam dicuntur plantarum loca. Plynius libro. xvij. Quędam in plantario insita eodem die trāsferuntur.

¶ Plātarius a. um. quod plantari debet: seu quod est aptum vt plantetur. Colu. lib. vj. Ipsę autē arbusculę hoc modo possunt transferri antequā plantarias arbusculas effodias solo: rubrica notato partem eius q̄ meridiem spectet.

¶ Plātaris ⁊ hoc are. qđ est plāt ⁊ pedis. Sta. lib. j. the. Sūma pedū ꝓpere plātarib⁹ alligat alis.

¶ Plātiger plātas gerēs. Vn̄ plātigerę arbores: q̄ ex se se pullulando plātas emittūt. Ply. Siliqua plātigera ē in imis partibus.

¶ Planto as. notę significationis: vt hō quidā plantauit vineam. Huius composita sunt deplanto: quod ē cōtrariū suo simplici. Nam deplantare significat qđ plātatum erat euellere. Ply. Sed vtraq̄ infirmissima: ⁊ quę cortice nitunt tn̄ vel leui aura ocyssime deplantantur. Col. li. ij. Ne aut cornu bos ad stipitem vehemētius offendat: aut extremo iugo truncū delibet: ramumq̄ deplantet. Explanto significat sicut deplanto. Idē. Vt sic q̄ teneri adhuc pāpini capulis suis illigēt ne vētis explātent. Et li. vi. Anq̄ explantes arbusculā. Supplāto sub tus planto: de quo alibi.

¶ Plantago herba: cuius duo sunt genera. s. maior et minor.

¶ Planetę ab errore dictę sunt ἀπὸ τῆς πλάνης: πλανήτης. i. erraticus ⁊ vagus: vel a verbo gręco πλανάομαι erro. Latini ab incessu vocant errantia et erraticas stellas. Nigidius errones appellat. Nā vt ait Ser. interdum in austrum: interdum in septentrionem: plerunq̄ contra mundū: nō nunq̄ cū mundo ferūtur. Vnde Verg. de Mercurio. Quos ignes cœli Cyllenius erret in orbes. Sunt aūt septē planetę. Saturnus. Iuppiter. Mars: Sol. Venus: Mercurius: Luna. Sed duo q̄ ꝯtra mundū ferunt: ⁊ cū mundo q̄nq̄ retrogradi sunt Sol vo ⁊ luna semꝑ ꝯtra mundū.

¶ Plango is. xi. ctū. fleo: vnde planctus ⁊ plangor: aliquando plangere est percutere. Lucil. Plangūt littora fluctus Oui. Plangebāt corpore terram. Hinc planct⁹ ⁊ plangor pro percussione. Luc. Exigit ad sęuos famula=

nũ brachia planctus. Syl. Liuẽtia planctu Brachia Catul. Procedunt leuiterq; sonãt plãgore cachinni.

¶ Plasis grece latine formatio dicit. hic plastes plasma et plasmo.

¶ Plastes fictor q̃ figlinã artẽ exercet: q̃ ꝛ figulus dicit. Hiero. Mollis cera ꝛ ad formandũ facilis: etiã si artificis ꝛ plastę cessent man⁹ tñ virtute totũ est quicquid esse potest.

¶ Plastice fictoria vel figlaria: ars figlina qua fingũtur imagines ex argylla. απο του πλαττειν qđ est fingere: vñ ꝛ proplastice dr ars faciendi typos.i.formas quibus formandis figlinis operibus vtunt. Dicit etiã proplastice pro ipa forma: quã ad formãda alia opa adhibẽt. Plyni. Archesilai proplasticẽ pluris venire solitã consiat ab artificibus ipis q̃ aliorũ opera.

¶ Plasma atis. ꝛ plasmatũ figmẽtum quod et figlinum opus dicitur: qđ formatum est. Item plasma emplastrũ a πλαττω fingo: componoq;. Pers. Liquido cũ plasmate guttur Mobile colluerit. Antiqui eñ nõnulli emplaplastrum ex pluribus liquoribus rebus cõmixtis vocem adiuuantibus faciebant. Cato. de plasmatis bibendis.

¶ Plasmo as. figmentũ aliqđ efficio.

¶ Platos grece latine dicit latitudo. Vñ Plato: platea platan⁹: ꝛ multa alia.

¶ Platyophthalm⁹ quasi dilatans oculos. πλατυς eñ latus: οφθαλμος oculus. Quo nomine dictus est lapis spumę candidę nitentisq; qđ stimi appellant alij stibani alij alabastrum: alij turbasin. Nam dilatat oculos ꝛ eorũ fluxiones/exultationesq; inhibet.

¶ Platea via latior: fereq; militarę p̃toria ꝯsularisq; dicitur. Quandoq; etiã capitur pro area in quã conuenire populus solet: cuius pe. cor. apud Catul. Lãpridius in heliogabalo. Plateas in palatio strauit lacedemonijs ꝛ porphyreticis saxis. Est ꝛ nomen auis q̃ ad ea volat q̃ in mari merguntur: ꝛ capita eorum morsu corripit: donec copturã extorqueat. Dicta platea a latitudine corporis

¶ Platęa cũ diphẗ. vrbs bœotię. Ply. Platęę numero numero plurali. hinc platęenses populi dicti.

¶ Platanus pe. cor. arbor late spargentibus se ramis a πλατυς latũ. Petronius arbiter. Nobilis ęstiuas platanus diffuderat vmbras. Est aũt tam mas. q̃ fœ. gñis: et tam quartę q̃ scdę decli. Verg. in cul. Nam primum prona surgebant valle patentes Aerię platanus. Idem in Ge. Et steriles platani malos gessere valentes. Hic platanetũ ꝛ platanon pro loco platanis ꝯsito.

¶ Plato phũs/ab humerorũ latitudine dictus. Hic antea ex aui paterni nomine Aristocles vocabatur. Fuit egregio corporis habitu: et in palęstra se exercuit apud aristonẽ palęstriten: a quo primus cognominat⁹ est plato. Natus est Athenis eo die: q̃ apud Delon apollo studuit picturę ꝛ tragœdias: poemataq; edidit. Adeo autem in omni disciplinarum genere: ꝛ p̃sertim in phia excelluit: vt diuinus Plato ꝛ phõrũ homerus vocatus sit. Ci. li. tus. q. platonicę maiestatis maximus est buccinator. adeo vt ipm deũ appellet: quem labeo inter semideos commemorandum putauit. Cui defuncto Magi vti deo immolauerunt.

¶ Platicerotes beluę lata cornua habentes.

¶ Plauti a planis pedib⁹ qui ꝛ ploti nominantur: soleas quoq; dimidiatas quibus vtebantur in venãdo quo planius pedẽ ponerẽt semiplotia appellabãt.

¶ Plaudo is. si. sum. Est autem plaudere quotiens alicui pro re bene gesta congratulamur: lętitiamq; ostendimus. Amb. li. ij. de virgini. Quę pompa illa: quãta angelorum lętitia: plaudentium q̃ habitare mereat in cœlo: q̃ cœlestem vitam vixit in sęculo? Seneca. Vnã rem adijciam et fauere: ac plaudere re iuuabit. Fit etiã quãdoq; in derisum: vt est apud Ezechielem: pro eo q̃ plausisti manu ꝛ percussisti pede ꝛ gauisa es ex toto affectu super terrã Israel. huius composita sunt applaudo: quod est alicui plaudo. Hiero. Cũ q̃ labia torqueatis: trahatis capillum: applaudatis pede: fidem ecclesię apertissime confitebor. Supplaudo de quo alibi. Est et plaudeo es Hieronym⁹ in eccle. Caput suum mouebit et plaudebit manu.

¶ Plausus us. Ci. in Cato. Quib⁹ cum a cuncto cõsessu plausus esset multiplex datus.

¶ Plausibile fauorabile iucundum populare: qđ plausu populi excipi potest. Cic. Quoniam plausibilia hęc non sunt vt in sinu gaudeant: gloriose loq̃ desinant. Sic oratio plausibilis dicta est: quę placet ꝛ plausum populi meretur.

¶ Plaustrum currus: q̃ ex omni parte sit palã: qđ in eo vehitur: Vt inquit Var.

¶ Plecto is. xi. ctũ. scdm Pris. vel xui. scdm aliquos xũ. signifi. punio ferio. απο του πληττω ferio. Hie. in lib. iudi. Si septem crines capitis mei licio plexueris. ꝛ clauũ hunc circumligatũ terrę fixeris infirmus ero. Aug. li. de ci. dei. Nam si omne nunc peccatum manifesta plecteret pœna: nihil vltimo iudicio reseruare putaretur. Huius passiuum est plector. Ter. in phor. Tu iam lites audies: ego plectar pendẽs. i. feriar: vt inquit Do. Hinc plectrum et plage.

¶ Plector deponens nõ est in vsu: sed habens composita amplector: complector: circumplector: implector: vnde implexus quod est implicatus. Grego. Sed cum ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentẽ reducitur: ex huius nobis lectionis verbis quęstio valde implexa generatur. Perplector perfecte ligo. Hiero. ad Paulinum. Tenẽt se mutuo: sibiq; perplexi sunt: ꝛ quasi rota in rotam voluit. Teren. in enu. Pergin scelesta mecum perplexe loqui: Dona. Idõ ꝑplexe quia statuerat vitium celare virginis. Hinc perplexor: quod est valde ligo seu in dubio pono. Plau. in aul. At scio quo vos soleatis pacto perplexarier. Pactum nõ pactũ est: non pactum: pactum est: qđ vobis lubet. Idẽ in asi. Neq; vllũ ꝟbũ faciat ꝑplexibile. i. ambiguũ multũ.

¶ Pectilis pe. cor. q̃ plexa est. Plau. in bacch. Pro gabea scaphiũ: ꝑ insigni sit corolla plectilis.

¶ Plectrum instrumentũ citharœdi quo fides plectuntur. i. percutiunt: a πληττω percutio. Mar. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat: Exornent docilem garrula plectra lyram. A nostris dicit quandoq; pectẽ. Ver. Iã pectine pulsat eburno. Plectrũ etiã q̃ñq; calcar ęneũ qđ olim gallis gallinaceis addebatur dum inter se pugnarent.

¶ Plębs bis. vel plebes bei. idẽ qđ vulgus. Hoc est vilior pars populi. Gel. Plebs in qua gentes ciuiũ patricię non insunt. Ply. Tanta plebei cõsternatione vt primo pulsus ex ea regione: mox ꝛ interemptus sit. Hui⁹ diminutiuũ est plebecula.

¶ Plębiscitũ plebis statutum. Sciscere eñ statuere est Scita vero plebis appellantur ea quę plebs suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante vtpote Tribuno in populo eñ omnis pars ciuitatis ꝛ omnes ordines continentur: in plębe neq; equites sunt neq; patricij.

¶ Plębei⁹ a. um. qđ ẽ plebis: vt plebeij ędiles.

[illegible]

¶ Plegma atis. rete crines intorti. hoc est tricę et om=
ne textum.

¶ Plēmyrīū fluuius sicilię q̄ per agrū syracusanum labi
tur. a πλημμυρω quod est exundo.

¶ Plenus a. um. quod est vacuo cōtrariū. hoc est in quo
nihil est vacui sed integrum atq; perfectum est. hinc ple
nitudo perfectio.

¶ Pleniluniū vide in dictione luna.

¶ Pleonasmos latine cumulatio: siue adiectio. Figura
quotiens supflua addunt̄: vt Sic ore locuta. πλειος em̄
plenus dicitur.

¶ Pleo es. q̄uis nō sit in vsu habet tn̄ composita. Cō=
pleo: expleo: impleo: a quo adimpleo: oppleo: repleo et
suppleo. Lact. lib. vij. Et replebūtur montes cadaueri
bus ossibusq;.

¶ Pleiades stellę q̄ taurū pficiunt pręter caput qd̄ ortu
suo primę nauigationis tp̄s ostendit. πλειαδες latine
vergilię dicunt̄ a verni tp̄is significatione quo oriūtur.
Nam vere exoriuntur ꝛ circa ęquinoctium earū ort⁹ ma=
tutinus est. Hyginus inter huius tauri finitionē ꝛ cau=
dam arietis stellę sunt: quas nostri Uergilias: gręci ple
iadas dixere. Fuerunt athlantis filię septem ex Pleio=
ne nympha cum quibus Juppiter concubuit. Vn̄ et pe=
liades dictę: ꝛ ex hoc relatę sunt in numerū sydērū. Vul=
go pulccnaria dicunt̄. Uel a pluralitate πλειονες. Pleo
nes em̄ gręca lingua plures dicunt̄. Plures autem simul
apparere certū est. Pherecydes tradit septem sorores
fuisse licurgi filias ex naxo insula. Et quia liberū educa=
runt a Joue inter sydera fuisse relatas. Harū nomina
putātur Electra. Alcinoe: Celeno: Merope: Asterope
Taygete: Maia: quarū septima vix cerni pōt. Ouid. li. iiij
fast. Pleiades incipiunt humeros releuari paternos.
Quę septem dici: sex tamē esse solent. Seu q̄ in ample
xu sex hinc venere deorū. Nam steropem marti cōcubu=
isse ferunt. Neptuno alcinoen: ꝛ te formosa Celeno. Ma
ian ꝛ electram taygetēq; Ioui: Septima mortali mero
pe tibi Sisyphe nupsit. Poenitet ꝛ facti sola pudore la=
tet. Siue q̄ electrę troię spectare ruinas. Nō tulit ante
oculos opposuitq; manum. Fit aūt quandoq; hęc dictio
tetrasyllaba. Prop. Nō hęc pleiades faciunt nec aquo=
sus Orion. Aliqn̄ abijcit̄ e. ꝛ dicim⁹ pliades. Sta. lib. j.
syluarū. Nec par ęgęas hyades pliadūq; niuosum Sy=
dus ꝛ olenijs dignū petijsse sub astris.

¶ Plethron quidam pro iugero accipiunt. Alij duo ple
thra singulis contineri iugerib⁹ existimāt: vt hero ma=
thematicus in plethro pedes centū in iugero. ducentos
contineri scribens.

¶ Pleuritis id is. dolor laterū gręce πλευριτις πλευ=
ρας latus dicit̄. Hinc pleuretic⁹ q̄ hūc morbū patit̄. Sūt
etiā q̄ hunc morbū pleuresin vocēt. Macer. Costarū quā
pleuresin attica lingua.

¶ Plico as. aui. tū. ꝛ plicui plicitū. a quo quattuor cōposi
ta. Applico: cōplico: explico: ꝛ implico: similiter duplex
preteritū ꝛ duplex supinū habēt. Reliqua solū i aui. atū.
terminant vt duplico: triplico: quadruplico: multiplico
replico: supplico. Significat aūt plicare nectere ꝛ veluti
rugas facere. Tractū a gręco. Complico simul plico / cu
mulo. Hiero. in plo. Job. Si fiscellā iunco texerem: aut
palmarū folia complicarem: vt in sudore vultus mei co
mederē panem meū. Lac. li. v. Quid leno nisi vt bonis
exuat: quid fur nisi vt plura complicet? Implico inne=
cto inuoluo. Sal. li. iiij. histo. Implicatę rates mysteria
phibebant. Lactā. li. ij. Nā cum bello ciuili brutiano im
plicatus graui morbo abstinere pręlio statuisset. Aliquā
do implicare ornarē. Plau. Implicat ad speculū caput.
Circumplico. Gel. Surculo compari quē habebat capi=
te ad funem proinde vt debere fieri sciebat circumplica
bat. Replico dissoluo. Plau. Replica ricam atq; extēde.
Et replicare rursus explicare. dicere. Hiero. ad Lucinū
bethicum. Hęc et ipse intelligis q̄ aio replicē. Plyni. Cū
sępius ille replicasset tandē psuasit. Duplico: a quo ꝯdu
plico: multiplico: ꝛ supplico: de quibus alibi.

¶ Plicatile qd̄ plicat̄: vt nauis plicatilis. cū facta est co=
is. Et plicabilis crista vpupę.

¶ Plodo is. si. sum. signifi. quatiēdo siue collidendo: et
manibus / pedibusve sonū aliquē facio. Cui⁹ composita
sunt Applodo qd̄ est iuxta: seu ad aliqd plodo. Quintil.
Complodere man⁹ scęnicū est: pedes applodere interīj
licet. Festus. Sūt q̄ appludam sorbitionis liquidissimū
genus putent q̄ flatu deijciatur ꝛ quasi applodatur. Ap
plodere per translationem est fauere ac testari honorē
illo motu. Cōplodo: explodo: displodo et supplodo: de
quibus in explodo.

¶ Ploro ras. Uide in dictione fleo. Ei⁹ cōposita sunt cō
ploro simul ploro. Liui. li. j. Tum demum palam facto:
ꝛ comploratione in regia orta. Ser. pręsidio firmo mu=
nitus primus iniussu populi voluntate patrū regnauit.
Deploro: exploro ꝛ imploro: de quib⁹ locis suis.

¶ Plostrū idē qd̄ plaustrū. Nam au. in o. sępe ꝯuertitur
Huius diminutiuū est plostellū. Augu. li. de ci. dei. Nā
hoc turpe membrū p̄ Liberi dies festos cū honore ma
gno plostellis impositū prius rure in cōpitis: ꝛ vsq; in vr
bem postea vectabatur.

¶ Ploti q̄ planis sunt pedib⁹ exiguā ꝛ fere nullā in me=
dio concauitatē habentes.

¶ Plumula mollior ꝛ exigua penna. Hinc plume⁹ a. um
vt lect⁹ plumeus. Implumis ꝛ hoc implume: quod est si
ne pluma: vt Auis implumis. Sunt qui dicant plumaꝫ
quorundā lingua significare acū. Unde plumarius a. um
vt opus plumarium.

¶ Plumula diminutiū pua pluma. Col. li. ix. Plumulę
sub cauda clunib⁹ detrahēdę ne stercore coinq̄natę dure
scāt: ꝛ naturalia pręcludant.

¶ Plumari⁹ aria. ariū. qd̄ ex pluma est. Et plumariū de
opus acu factū: qd̄ gręci a liciorū multiplici varietate po
limitariū appellant. Hier. in exo. Decē cortinas de bys
¶ Remulculo pprie est remigando e scapha grandiorē nauim trahō. Qd aliqn nō necessitatis gratia fit: sed vt nauis quieti9 agat: hinc remulculare aliqn dicim9 molli ac leui tractu ad pgressū mulcere Sisen. li. ii. Si qua celerit soluī poterat in altum remulculādo trahit. Et a re mulcēdo fit. In ead signi. sūt Remulco as. et pmulco as.

¶ Remullū repandū dr a remi similitudine.

¶ Remordeo es. crucio: sollicito. Uerg. Qn hęc te curā remordent.

¶ Remo is. repeto. Enn. Riuos cāposq remāt Alii remere putant dictū quasi remeare.

¶ Remorbesco is. significat in morbū recido.

¶ Renes: sunt q lumbis adhęrēt: ἀπὸ τοῦ ῥέειν. fluo q riui ab his obscœni humoris oriātur. Hi a veterib9 nephrundines vocabātur: qa grecis dnr νεφροὶ νεφρός. ren. νεφρῖτις morbus renū. νεφριτικός q renū morbo laborat. Diminutiuū a ren est renunculus.

¶ Renarro significat sicut simplex vel re p diligēter sine pro affatim accipiendum puto. Uer. lib. iii. Sic pater eneas intentis omnib9 vnus Fata renarrabat diuū cursusq docebat.

¶ Renuncio cias. refero siue reporto: vt missi nuncii referre solent de iis ad q missi sunt. Cęsar in cō. i. Qualis esset natura montis: et qualis esset in circuitu census q cognoscerent misit renunciatū est facilem esse. Aliquādo renunciare est apte nūciare significare. Ter. in an. quasi tibi non renunciata sint hęc si fore. Et iterum. Id ego iam nūc tibi here renuncio futur vt sis sciens: ne tu hoc mihi posterius dicas Daui factū cōsilio aut dolis. Do. renunciare est quasi secretū cōsiliū vel malū nunciare. Re enim syllaba apud veteres interdū abundat. Aliqn signi. renuere: cedere: resignare seu restituere. Ci. in ver. act. iii. Atq iste stenio vehemēter incēsus hospitiū ei renūciat: domo ei9 emigrat. hinc renunciatio. cessio. hinc cōponit abrenuncio.

¶ Renideo: vide in dictiōe nideo es.

¶ Renunciata insula in ęthyopico mari q sicut Ply. lib. vi. scribit ita diues est vt equos talentis auri incolę permutent.

¶ Reor reri rat9: existimo: opinor. Plau. in am. Quid me non rere expectatū.

¶ Repagulū et repages is. pe. p. ex re et pago is dici pnt obices. Oui. lib. v. meta. Raptaq de dextro robusta repagula posti. Ossibus illisit. pprie repagula dicunt q patefaciendi causa ita figunt vt econtrario pangant. Ply. Firmissima in rectū abies eadē valuar repagulis et ad quęlibet intestina opa aptissima.

¶ Repandus a. um. qd est recurnū et simū et qd retrorsum patet. Hie. de Socrate scribit q esset repādis cruri b9.

¶ Reparo as. pe. cor. restauro et in statū pristinū redigo quasi paro rursus. Curt. Ille non ignot9 et principes amicor et exercitū offendi: gratiā liberalitate donisq reparare tentabat. Lact. li. vi. Nā parcere i. mediocriter vti pecunia quasi qdā pusillitas ai est aut ptimētis ne sibi desit: aut desparantis posse se illa reparare.

¶ Reparamē idē qd reparatio.

¶ Repastino as. pe. p. ex re et pastino qd est fodio. vide in dictione pastino.

¶ Repedo as. pe. cor. pedē retraho: recedo. Uide in dictione pedo as.

¶ Rependo is. retribuo: recōpenso. tractum a pecunia. Uerg. Fatis cōtraria fata repēdens. Amb. Alius ergo fructum accepti bnficii vt aur auro: argentum argento rependi.

¶ Repēso as. pōdero et repōdero: seu reuideo et subtilit iudico. Lact. Nā q violauerit impie humilē sentiet i potestate victorē: caq oia q legunt et non intelligūt repensante deo patientur.

¶ Repello is. repuli. sum. significat retro pello. reiicio. Oui. Queq ferox ex repuli doctis medicatib9 ignes. Plau. in cas. Repulit mihi manū. Apd poetas reppuli p duplex pp. qnq scribit. Luc. Reppulit a libycis immensum syrtibus equor.

¶ Repulsa reiectio ab honore seu magistratu.

¶ Reperio is. pe. cor. reperi vel repperi apud poetas p duplex pp. ex re et pario. vn repertū quasi repartū et in luce pditum. Et pprie reperire fortunę est: inuenire consilii. Oui. tu non inuenta reperta es. Auso. vno disticho primam hui9 preteriti et productam et correptam protulit. At q cōdiderat postq non repperit aur. Aptauit collo quem repererit laqueum.

¶ Repeto is. pe. cor. pprie restituendū peto. Ci. li. ii. ad Herē. Id quod argentario obtuleris expensum a socio eius recte repetere possis. Ter. in eu. Hāc tibi dono do neq repeto pro illa abs te q. q preci. Interdū repetere est sępius petere. Idē Cęsari repetenti negare non potui. Interdū reiterare: resumere: inchoare. Cic. de ora. Repetā et non ab incunabulis nostrę veteris puerilisq doctrinę quendā ordinez pceptorū. Cęsar com. i. Bello

heluetiorũ cõfecto totius fere gallię legati principes ciuitatum ad cęsarem congratulatum venerunt intelligere sese tametsi peruetеribus heluetiorum iniurijs populus roman⁹ ab his pœnas repetisset tamẽ eã rem non minus ex vsu terrę gallię q̃ populi ro. accidisse.i.resumpsisset. Interdum reuoluere siue volutare cum ablatiuo huius nominis memoria. Cicero in ora. Cogitanti mihi sępe numero et memoria vetera repetenti. Interdũ redire. Verg. Cum primũ pasti repetẽt p̃sepia tauri. Liui.lib.j. Quippe ẽa fuga q̃ simulantes paulo añ secuti erãt oppidũ repetebant.

¶ Repetundarum a prouincialibus accusatur is qui pręses prouincię alienas pecunias aut vi aut dolo expilauit. Unde iureconsultus libro.xlviij.digestorum. Lex iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu legatiõe: vel alio officio: ministerio ve acceperit. Sed postea lati⁹ patuit vt hoc nomine omnia quibus diuitię constant contineantur vt vasa preciosa: vestes: frumentum: nauigia: vt etiam siquis popul⁹ altero populo iniuriam fecerit: aut captiuorũ: aut incendij: aut pręde qui iniuriam repeteret: diceretur agere repetundarum rerũ. Ergo cũ repetuntur quę sunt ablata tunc repetundarum rerũ agitur vel de repetundis. Nec habet plures casus. a repeto is.e in u mutata.quia id tertia coniugatio prę ter cęteras patitur. Et vt differret ab illo quod dicit. Missi sunt legati ad res repetendas. Quo significat principi vel populo erepta esse vel pecorum vel hoim vel locorũ corpora.

¶ Repente aduerbium significat subito: quod quidã a repo is.deriuant per antiphrasim. Sed non videtur verum q̃ repente primam correptam habeat.sed magis a repens cui⁹ prima similiter corripit. Qui.in fas. Bina repens oculis occulit ora meis.

¶ Repentinus a.um. penultima producta quod est subitarium: vt mors repentina: bellum repentinum.

¶ Repignero repignoras. pignus recipio soluto precio. Jurecon.ti. Commodati. Nõ repignoras vt mihi reddas.

¶ Repotia dicta sunt cũ postridie nuptias apud nouum maritum cœnatur: q̃ quasi reficiat potatio. Hora. Ille repotia natales aliosve dierum festos albat⁹ celebret.

¶ Repo is.psi ptum. proprie dicitur de animalibus q̃ pedibus et ventre gradiuntur: vt sunt vermes qui reptilia dicuntur a rependo: q̃uis et ea quę paruos pedes habent repere dicantur: vt sunt lacertę et similia Transfertur etiam ad radices. Colu libro.viij. Spatium autem radicibus qua repant lapidesq̃ prębent. Huius composita sunt adrepo quod est ad aliquid repo.correpo simul repo: simul teneo. Uarro. in prolo. libri secundi de re rus. Igitur quod nunc intra murum fere patres familię correpserunt relictis falce et aratro. Columel.in pręfa. Patres familię falce ⁊ aratro relictis intra murum correpsimus et in circis potius ac theatris q̃ in segetibus ac vinetis manus mouemus. Erepo difficulter loca aspera et edita scando.tanq̃ opus sit erepere magis q̃ ambulare. Suetonius in Tybe. Territus q̃ a tergo insulę per aspera et deuia erepsisset a se. irrepo intro se latẽter repo Hieronymus ad Dama. Nunc illud quod non quęsieras dum aliud agimus irrepsit. Obrepo: pręrepo seu q̃ primum aut ante repo. Columella libro quinto. Uidetur etiam secaneus palmes qui solet in bifurco medius pręrepere. Et idcirco eum prędicto vocabulo rustici appellant: quod inter brachia qua se diuidit vitis inatus: velut fauces obsidet. Prorepo vltra repo. Idem libro quarto. Ut mora ęqualiter humus nouellis radicibus quãcunq̃ in partem prorepserint. Perrepo valde seu ad finem ⁊ cum labore repo. Columel.libro decimo. Tota maceries opere tectorio leuigatur extra intraq̃ ne felis aut vipera perrepat. Surrepo subtus vel latenter repo. Et habẽt penultimã pductam.

¶ Repto as. frequentatiuum significat sępe seu continuo repo. Hieronymus ad Furiam. An vereris ne proles furiana deficiat.et ex te parens tuus non habeat pugionem qui reptet in pectore. Et reptare dicimus eum qui segniter et quasi testudineo passu incedit qualęs sunt q̃ in hortis aut vinetis spatiant. Hor. An tacitũ syluas inter reptare salubres.

¶ Reptile penultima correpta quicquid repit. Ambrosius libro hexa. Scimus reptilia dici genera serpẽtium: eo q̃ super terram repant: sed multo magis omne quod natat reptandi habet vel speciem vel naturam. Hieronymus in gen. Producãt aquę reptile animę viuentis.

¶ Repręsento as.ad pręsens affero.

¶ Repono is.penultima producta rursus pono. Uergi. Arisq̃ reponim⁹ ignem.i.rursus adhibem⁹ ignẽ ⁊ sacrificamus. Mar. Ullus si pudor est repone cœnam. Unde reponere fabulas et scripta poetę dicuntur: cũ secundo hęc in scęna apponunt id est rursus recitant. Solebant enim vt inquit Porphyrio qui ludis apud veteres pręerant scriptores cum primum in scęnam prodirent benigne accipere: vt si forte non recte egisset iterum ad scribendum audientium benignitate allicerentur. Unde Horati⁹. Fabula quę posci vult et spectata reponi.id est primo et scđo recitari. Quãdoq̃ reponere est recondere. Leo papa. Quod luxuria vel gula dissipauit in mundo: pietas reponat i cœlo. Uerg. manet alta mente repostum. Judicium paridis.quandoq̃ reddere vel restituere: quasi retro aspicere. Plautus in psa. Des mihi nummos sexcentos quos pro capite illius pendam quos continuo tibi reponam in hoc triduo aut quatriduo. et auctore Seneca ad Lucillum. Prisci signate dixerunt id reponi quod creditori debem⁹. Juuena. Semper ego auditor tantum nunq̃ ne reponam. quę verba indignantis sunt: vtpote semper audientis et nunq̃ scribentis. Quãdoq̃ reuocare.reprimere: cohibere. Sta. quotiẽs iam tota reponam. Fulmina q̃ rarus terris hic impetignis. Qñq̃ reducere reficere Uirgi. libro secundo geor. Et quantum longis carpent armenta diebus. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Quãdoq̃ supaggerare.idem in eodem libro.iij. At qui non massica bacchi Munera: non illis epulę nocere repostę. Quãdoq̃ scribere. Horati⁹. Scriptor honoratum si forte reponis achillem. Quandoq̃ retro seu seorsum ponere. Hie.li.j.Re. Da ptẽ quã dedi vt reponeres seorsum apud te.

¶ Repositoriũ vas in q̃ reliquę ciboꝝ ⁊ mẽsę instrumẽta recõdunt siue ex corio sint: siue ex alia mat̃ia. Ply. bibẽte puina mẽsaꝫ vel repositoriũ tolli inauspicatissimum habet.

¶ Reporto as. retro porto. reueho. Hiero.lib. Reg.

Reporta archam in vrbem.

¶ Reprimo is. penultima correpta cõtineo: cohibeo: Cicero reprime impetum. Vergili. dextramq; repressit.

¶ Reprehendo retraho quasi retro prehendo. Liuius. Adeo turbati erant dextre ale equites peditesq; vt quosdam consul Cato manu ipse reprehẽderit verteritq; in hostem. Proper. Quantum possit nostros quisq; reprehendere cursus. Alias significat arguo increpo.

¶ Reproces pro asperis et difficilib⁹ vsurpatur. Plynius lib. xviij. In reprocib⁹ ac supinis laterib⁹ procubere quasdã occecari ꝛ in altas dirigi.

¶ Repromitto iterũ siue maxime pmitto. Amb. Diuitias domos possessiões repromisit si ꝯsensum suuz eius cõiugio non negaret.

¶ Repudium recusatio ꝙ fiat ob rem pudẽdam. Differtq; a diuortio: ꝙ repudiari futurũ matrimoniũ potest. Non recte autem diuertisse sponsa dicitur: ꝙ diuortium ex eo dictum est ꝙ in diuersas partes eunt q̃ discedunt.

¶ Repudio as. matrimonium dirimo: et quasi ob rez pudendam aliquem repello. Sueto. in Cesa. Neq; vt repudiaret illam compelli a dictatore Sylla vllo modo potuit. Interdum ponitur simpliciter pro non accipio recuso. Teren. in an. Repudio consilium qd̃ primũ intenderam.

¶ Repungo quando de ratione vel calendario loquimur facit pteritũ repũxi. quando vero vicem redditã ostendimus repupugi. Ci. Lentulo. Darẽt mihi ipsi alium publiũ in quo possem illoꝝ aios mediocriter lacessitus repungere.

¶ Reputo as. pe. cor. vide in dictiõe puto.

¶ Requiro is. pe. p. repetionẽ vel augmentũ act⁹ denotat. Hie. Et nunc quid supest vt ab aliquo doctore requiratis? Interdum requirere est sepi⁹ vel rursus querere.

¶ Res generalẽ habet significationem. Nã vt Paul. iure cons. inqt siue corporalia siue incorporalia comphendit. Corporales res sunt q̃ vere tangi possunt: vt homo vestis. Incorporales que tangi non pñt: qualia sunt ea q̃ in iure ꝯsistunt: sicut hereditas: vt vsusfructus obligationes sunt. Et a dialecticis dicitur terminus trãscendẽs. quo substantia: qualitas: actio comphendunt. Sumit quãdoq; res pro statu ac conditiõe vt respublica: res priuata: res familiaris. res noxia: res mea: res tua. Ci. Id eñ reb⁹ nostris minime ꝯducebat. i. statui nostro. Sallu. At nobis ẽ domi inopia foris es alienum mala res spes multo asperior: quandoq; res dicitur put distinguit a persona. Vñ loci argumentorũ sunt a rebus ꝛ a psonis. Aliq; put distinguit a verbis. Hor. Verbaq; puisam rẽ non inuita sequent. Sumit et pro ꝯtentione: lite: negocio siue cõmercio. vt est mihi res cum latrone. Ter. Quid huic rei est i negocij Ci. pro Mure. Nondum potuisse statuere iurisconsultos vtruz rẽ an litem dici oporteret. Item pro causa. vt quamobrẽ. i. ppter quam causam. qua de re de qua causa. ab re sine causa. Itẽ pro sensu siue diuitijs. Ter. in heau. Eius frater aliquantulum est ad rem auidior. Itẽ pro impio. Vergi. Postq̃ res asie priamiq; euertere gentẽ. Immeritã visuz supis Item pro vtilitate. Ter. in Ecy. Si in rem est bacchidis. Et iterum. Neq; in rem nostrã est vt quisq; amator nuptijs letet. Do. in vtilitatẽ. i. pro cõmodo. Itez pro actu venereo idem. Miles cum quo tum rem habebat. Do. rem habere honeste res impura dicit. De triplici significatione Ausonij versus est in monosyllabis. Imperiũ: litẽ: venerẽ: cur vna notet res. Itez pro experientia siue effectu. Ter. in adel. re ipsa reperi facilitate nihil esse melius neq; clemẽtia. Ci. in Catone. Habui hec de senectute q̃ dicerẽ vobis: ad quã vt perueniatis vt ea q̃ ex me audistis re ex parte pbare possitis. Item pro valore pretio vel estimatione. Teren. in pho. At si talẽtum rem reliquisset decem. s. primus esse cognatus. Itẽ pro periculo: vt apud eundez Verum posse esse victum eum tandẽ tamen non capitis eius res agitur sed pecunie. Et res dicitur ꝑitas. Ter. in adel. Verum cogito quod res est. Hui⁹ diminutiuũ est recula.

¶ Res cõperendinata dicit cũ causa. i. iudiciũ in diem tertium cõstituta est.

¶ Res iudicata dicit q̃ finẽ ꝯtrouersiarũ pnunciatione accipit quod vel condẽnatione: vel absolutione cõtigit: vt auctor est Vlp.

¶ Res forensis dicit causa q̃ agit in foro. ꝛ ad causidicos pertinet.

¶ Respublica. ciuitas libera q̃ iure regitur.

¶ Rescio siue rescisco is. est factum aliquod occultius aut inopiatũ insperatũq; recognosco. Terẽ. En tibi resciuit omnẽ rem. id est quod occultum putabamus preter nostrã opinionẽ cognouit. Aliquãdo significat rem postq̃ gesta est scio quã nesciebam cuz gereretur Hieronymus in lib. numerorum. quod si audiens vir tacuerit: et in alteram diem distulerit sententiam: quicquid nouerat atq; promiserat reddet: quia statim vt audiuit tacuit: si autem cõtradixerit postq̃ resciuit portabit ipse iniquitatẽ eius. Et primo Re. Quod cuz dicendum rescisset: quia prepararet ei Saul clã malũ dixit ad Abiathar.

¶ Rescindo rescindis. cedo: tollo: aufero: destruo. Cesar in cõ. Pontẽ q̃ erat ad Genuaz iubet rescindi. Quod verbũ ad omnia que rescindunt fere proprie ptinet. Col. li. ij. Et quod fax reliquerit priusq̃ inarescat vomis rescindat atq; obruat. id eñ cedit pro stercore. Ver. li. ij Ge. Non tamen vlla magis presens fortuna laborũ est. Q si quis ferro potuit rescindere summum. Vlceris os alitur vitium viuitq; tegendo. i. aperire. Idem lib. j. Ge. Coelum rescindere fratres Ter sũt conati. i. oppugnare. Et rescindere est rursus scindere. Hiero. cõtra Rufi. Quid meruit homo latẽs vt nudares cicatricẽ ei⁹ et obductã cutem insperato dolore rescinderes? Aliquando non ratum habere irritum facere. Sal. in iug. Iugurtha inter alias res ait oportere quinquẽnij consulta ꝛ decreta omnia rescindi est tolli et destrui.

¶ Rescribo rursus vel retro scrib. Oui. Nil mihi rescribas attamen ipse veni. Et rescribere significat reddere seu renunciare. Ter. in phor. Atq; illud mihi argẽtum rursum iube rescribi. Do. rescribi reddi: seu p mense scripturam dari: qm̃ ad pecunie renumerationem antecedit scriptura: rescribere dicebãt pro renumerare. Vnde hodie datur chirographus Ser. scribi est dari. Hor. Scribe decem nerio: non est satis adde cicute. rescribi vero reddi. Hor. Dictãtis quod tu nunq̃ rescribere possis.

¶ Reseco as. pe. cor. aui. atũ. ꝛ resecui resectum. signi=

rescindo: vide in dictiõe seco.

¶ Resero as. penul. corre. aperio a sera deductum. Cicero. Nec ita claudenda est res familiaris: vt eam benignitati aperire non possit: nec ita reseranda vt pateat omnibus.

¶ Resero is. pe. cor. resevi. resitum. rursus semino: seu rursus plãto. Ply. li. xviii. Nam cum hyeme pręgelida captę segetes essent reseuerunt resarriẽtes campos mẽse martio.

¶ Resegmen: quod ex vnguibus amputat̃. Plynius libro scđo. Nec pauci apud gręcos singulorum viscerum membrorumq̃ etiam sapores dixere omnia psecuti vsq̃ ad resegmina vnguium. Est ergo generale amputamentum.

¶ Reseruo as. quasi retro ƀuo: ab aliis ƀuo saluo. Lact. li. ii. Fabricauit arcam in qua ipse cum cõiuge ac trib⁹ filiis reƀuatus est: cum aqua vniuersos mõtes altissimos operuisset. Hieronymus ad Julia. Nihil tibi ob metum inopię reseruaueris ne cum anania damneris et saphira.

¶ Reses idis. a resideo qui remanet siue restat ociosus a labore seu opere qđ exercere solebat. Liui. lib. ii. Timuere patres residem in vrbe plębem incerti manere eam an abire mallẽt.

¶ Resido es. penultima correpta quiesco: sedeo: firmiter sto. Nam hic re nihil significat. Vergi. Omnisq̃ repẽte resedit flatus. Hieronymus. Atq̃ in regni solio sublimata post christum gloriosa resedit. Lact. lib. ii. Posteri hebręi dicti penes quos religio dei resedit id est restitit.

¶ Resipisco is. Vide in dictione desipio.

¶ Resex ecis. Col. li. iiii. Nã cõfiteor pãpinarios quoq̃ cum e duro pcesserint tpe anni sequentis acquirere fœcunditatem. et ideo resecem summitti: vt pro generare possit. Vex eius modi ptuz cõperim⁹ nõ tam ipsius reseq̃ materni esse muneris.

¶ Resigno as. quod signatum erat aperio: relaxo patefacio. Est enim contrariuz suo simplici signo quod est annulo signũ imprimo. Plautus in tri. Jam si obsignatas non feret dici hoc potest apđ portitorem eas res resignatas tibi inspectasq̃ esse. hinc resignatio testamentorum appellata. Item resignare est perfecte signare. Col. lib. iii. Priusq̃ arbusculas transferas rubrica resignato: vt hisdem quibus ante steterunt cõstituas eas. Item resignare claudere. Ver. li. iiii. Et lumina morte resignat. Antiqui etiã re signare pro subscribere. et resignatũ ęs dicebat̃ militi cũ ob delictũ iussu tribunimilitum ne stipendium ei daretur in tabulas referebatur. Item resignare reddere quod fit cum in libris datorũ: et acceptorum pecuniam quam acceptam signauim⁹ redditam demonstramus. Hora. lib. ii. car. rennas resigno quas dedit.

¶ Resimus pe pro. ex re et simus. idem est quod simus hoc est qui sursum versus depręssas habet nares. Verg. Simus posuit. Dum tenera attondent simę virgulta capellę. Ser. Simę gręcum est nomen. i. pressis narib⁹. vnde et simias dicimus. De resimus. Colu. lib. vii. loquens de boum indole. Pandorũ inquit narib⁹ resimis patulis. Hui⁹ contrarium est desimus pro eo qui nõ est pressis naribus.

¶ Resina humor ex arboribus defluens in iisdemq̃ residens: a quo resinatus a. um. quod est resina illitum sicut a pice picatum. Juuenalis. Quid enim resinata iuuentus.

¶ Resoluo quasi dissoluo. Colu. libro scđo. Ex his nihil non melius resoluta humo q̃ densa prouenit. Item resoluere destruere: amouere. Vergi. lib. primo Ge. Inuitat genialis hyẽs curasq̃ resoluit: id est amouet. Itẽ dissoluere ẽ quod ligatum erat non ligatũ facere. Ouidius lib. primo me. Et velate caput cinctasq̃ resoluite vestes.

¶ Respicio retro aspicio. Plau. i aul. Tu ex hoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excesseris: aut si respexeris donec ego te iussero. Interdum respicere est respectum habere pvidere remediare. Plancus ciceroni. Q si aut cęsar respexerit se: aut africanę legiones celeriter venerint securos vos ex hac parte reddemus. Ter. in an. Carinne me et te impudens nisi quid dii respiciunt perditi. i. pvident: vel remedium afferunt. Interdum custodire reseruare amare. Idem in heau. Deniq̃ nullum amittis tp̃s: neq̃ te respicis. i. custodis. Et in phor. Dii nos respiciũt: gnatã inueni nuptã cũ tuo filio. i. diligunt.

¶ Respecto as. sępe video: amo adiuuo. Verg. Si qua pios respectant numina.

¶ Respectus modo ipsam respectionem. Plautus. Et me respectu terruit: modo rationẽ qua ad aliquid agendum mouemur. Plyni⁹. Nanq̃ eo respectu commotus abscesserat.

¶ Respiro spiritum capio resuscito seu in statum pristinum redeo. Plautus in epi. Mane: sine respirem quęso immo acquiesce animo male est recipiã anhelitum. Ci. Aulo torquato. Si armis aut conditiõe positis: aut fatigatione abiectis: aut victoria detractis ciuitas respirauerit: et dignitate tua tibi et fortuna vti licebit. i. i statũ pristinũ redierit.

¶ Respondeo es. et respondeo is. Manil. lib. v. Sic etiam magno quędam respondere mundo. Est autem respondere posteriore loco dicere: a quo responsum respõsio. Et dicimus ego respondeo tibi et ad te. Plynius. Cum ad eos breuissime respondissem. gręci tamen meliorem modum habent. Unde xenophon in lib. quem facit de miseria tyrannorum και οι εφοωρ υπο λαβωρ οτι. μη Διαφερειν ωσ ιδιωτων Δη και εξωρ απεχεσθαι ρυοντα ει αμοθρωποι ημασ πολυπλειω των Διωτων αναγκησ οτι πραγματευεσθαι. Aliquando significat conuenire: consentire: et parem esse. Vergili. Dictis respondent cętera matris: id est consentiunt et conformia sunt. Plyni⁹ libro. xxxvi. Structuram ad normam et libellam et ad perpendiculum respondere oportet. Cicero libro tus. Nec tamen si quis magnis ingeniis in eo genere extiterunt non satis gręcorum genere responderunt id est accesserunt vel partes fuerunt. Hierony. ad furiam. Et q̃bus nati sunt liberi suo generi responderunt id est similes fuerunt. Cicero trebo. cui quidem amori: vtinã cęteris rebus possem: amore certe respondebo. i. satisfaciam: vel par ero. Verg. Illa seges demum votis respõdet auari agricolę. Aliquando respicere seu contra positum esse. idem lib. vi. Contra elata mari respõdet gnosia tellus.

¶ Respuo is. vide in dictione spuo.

¶ Restagnare extra redundare seu aquam continere. Columel. libro scđo. ita quasi palus in aliqua parte subsidẽs restagnat sulcis deriuanda est: quippe aquarũ abũdãtia atq̃ pęnuria graminib⁹ ęque est exitio. Cõponit̃ aũt ex re et stagnare.

¶ Restauro as. ex re et stauro. vnde et instauro significat reintegro. Iusti. li. ij. Interea et darius cũ bellũ restauraret. in ipso apparatu decidit.
¶ Restare superesse. Cicero in Cato. Nec cum equalibus solum qui pauci admodum restant. Item remotũ esse. Enn. Restat vsus fuit. i. distat et remotum est. Itẽ retrostare. Ter. in eu. Utinam illum dij deeq₃ omnes senem perdant qui me hodie remoratus est: meq₃ adeo q̃ restiterim. Item resistere. Cicero de finibus. Nullam querentes voluptatem stoici restant. Item restare cu₃ datiuo significat manere cum accusatiuo: vt hoc mihi restat id est hoc me manet. Verg. libro septimo. Hoc latio restare canunt qui sanguine nostrum. Nomen in astra ferant.
¶ Restito as. sepe moras facio. Ter. in eu. Exi foras scelest e: at etiam restitas fugitiue prodi.
¶ Resisto is. retro sisto. Hiero. lib. ij. R. Cumq₃ transisset vniuersus populus et rex iordanem: restitit: ⁊ osculatus est rex berzelai. et resistere est aduersari repugnare. Cicero. Cum resistere eius improbitati non possem
¶ Restire est ad referendum: laborandum: colendum ve aptum esse. Collu. libro quarto. Nam vt queq₃ restire incipiunt tempestiue leguntur: et q̃ nondũ maturitatẽ ceperũt vue sine dispẽdio differunt.
¶ Restibilis q̃ restituit ⁊ referit. Ply. lib. xx viij. Conceptum lepons vtero exemptum his que parere desierint restibilem foecunditatem afferre. Unde ager restibilis. Col. li. ij. Fasellus terre mandabit: vel in veterato vel melius pingui et restibili agro. Festus. Restibilis ager fit qui continuo biennio serit: restibilis seges est: que regerminat: quasi cuius foecunditas in sequentem quoq₃ annum restitat. Greci palimblaston vocant. Ply. Ubertatis tamen tante sunt: vt sequente anno sponte restibilis fiat seges.
¶ Restituo is. modo significat reddo. Ter. Gnatu₃ ei restituit. modo in statum pristinum reduco. Iusti. Huc regno a patre priuatum filius restituerat. et propter restituuntur volentes: cupientesq₃: vt ciuis patrie: et filius patri. Hinc restitutio repositio. Caius restituere inquit plus est q̃ exhibere. Nã exhibere est presentia₃ corporis. Restituere vo est etiam possessorẽ facere: fructusq₃ addere. Hinc restibilis ager.
¶ Restis funis a resto vt quidã aiunt: q₃ quecunq₃ ligata stare faciat. Apul. Restim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire.
¶ Restio onis. funiculus. Quo etiam nomine dictus fuit proauus augusti.
¶ Restingo is. xi. ctum. a stinguo compositum est. Unde et distinguo et exstinguo. Stinguo vero: vt opinor: significat obscuro: de quo Pris. Extinguo extixi. cuius simplex in raro vsu est. Cicero tamen in arato. participio vsus est. Quem neq₃ tempestas perimet. neq₃ longa vetustas. Iterimet stinguens preclara insignia coelum. Idem in progno. Ut cum luna means hiperionis officit orbi: Stinguntur radij ceca caligine tecti. Restinguere autem est quod vernacula lingua dicimus remorzare. Plautus in cas. Ignem restiguunt aqua. Verg. Quale per estum Dulcis aque saliente sitim restinguere riuo.
¶ Restringo is. retro stringo. Plyni⁹. lib. xxxv. Item belli imaginem pinxit restrictis a tergo manibus alexãdro in curru triumphante. Aliquando, valde seu perfecte stringo. Amb. lib. j. offi. Ut lingua tua menti subdita sit restringatur habene vinculis. Aliquando soluo. Apul. Iumentum restringit abireq₃ stabulo liberum sinit: quod stabularius inuentum mox domum reducit. Aliqñ rursus stringo. Idẽ. Et duplici ne solui facile q̃at restringit.
¶ Resilio ilis. penultima correpta. Uide in dictiõe Resulto.
¶ Resulto a resilio fit: quod significat in contrarium salio reuertor: agor: rebello. Plyni. Quandoq₃ resulit vulnus et curare scalpello oportet. Hierony. ad nepo. Sagitta in lapidem nunq̃ figitur. Interdum resiliens percutit dirigentem. Et resilire est cito recedere. Quadrigarius lib. vj. Artorius caute dextrum humerum sauciat atq₃ resiluit. Resultare igit resilire reluctari: in cõtrarium ferri seu reaudiri: ac reclamari. Vergi. li. v. Pulsati colles clamore resultant. Sic et dissulto: vt apud eundem lib. viij. Impulsu quo maxim⁹ intonat ether. Dissultant ripe.
¶ Resumo pe. p. rursus sumo. Ply. Resumptio. postiõgam egritudinem viribus.
¶ Resupino as. sursum reuoluo. Nam supinare est sursum voluere a supinis. Iuuena. Et multum referens de mecoenate supino. Nam pronus supinusq₃ ac resupinus contraria sunt. Collu. lib. iiij. Quia siue pronum: siue resupinum. Ply. Eosq₃ sciopidas vocari qui in maiori estu humi iacentes resupini vmbra se pedum protegunt. Item resupinus protectus molliter. Ouidi⁹. Et mõ cantabã veteres resupin⁹ amores. Resupinare igit est inuertere subuertere: interdũ etiã a pposito: seu incoepto reuocare: differre: puertere. Iuue. Aulã resupinat amici. Idẽ ⁊ resupinati cessãtia tympana galli. Sed hec p translationem.
¶ Rete tis. neu. gñis et retis masculini ac foeminini. et hec retia e. a rapio vel a raritate: vt inquit Var. Plaut⁹ in ru. Non vides pferre me vuidũ retẽ sine squãmoso pecu. Et iter₃ ibi. Nam tunc et opam et ludos facit et retiã: vt tempestas est. Retẽ vo in ablatiuo rete pro reti. Oui. li. v. fas. posuit. Cur tibi pro libycis claudunt rete leones: hinc fit irretio is.
¶ Reticulum diminutiuum a rete. Quo nomine vtit sepe. Hiero in instrumento veteri. Est et genus retis: quod in orbe₃ spargit: quod aliquãdo capit pro tegmine muliebris capitis quod capillos continet. Iuue. Reticulumq₃ comis auratũ ingẽtib⁹ implet. Est ⁊ reticulu₃ sacculus in modũ retis: quo viatores denarios ⁊ pane₃ gestant. Horatius. Ut si reticulum panis venales inter onusto. Forte vehas humero. Alio nomine dicitur funda.
¶ Retiaculum diminutiuũ a retia. Hie. in psalmis. Cadent in retiaculum peccatores. Plautus in asi. Iubeas vna opa me piscari in aerem: venari autem retiaculo in medio mari.
¶ Retiolum idem quod reticulum scilicet tegmen capitis.
¶ Reticula diminutiuũ a retis foe. gñe.
¶ Reticulat⁹ ata. atũ. qd est factũ in modũ retis. Ply. li. xxxvi. Reticulatã structuram: qua freq̃ntissime rome struunt remis oportunã.
¶ Retiarius dicebat qui rete immittebat. Nã compositi gladiatores p paria diuersa nomina sortiebant. Na₃ alter dicebatur retiarius quod rete iaceret. Alt secutor perinde ac retiariũ fugiẽs vel fugã simulans sequeret. hoc gen⁹ pugne instituit Pittac⁹ vn⁹ ex septẽ sapiẽtib⁹.

¶ Retę sunt arbores quę ex ripis fluminū eminēt: aut in alueis ipsorū extant a retib⁹ dictę ꝙ prętereūtes naues retinerent instar retiū. Vñ in edicto prętorū legitur: retāda flumina; qđ signifi. purganda: ne quid morę: siue periculi nauibus in ea virgulta incidentib⁹ fiat.

¶ Retego is. pe. cor. qđ tectū erat denudo.

¶ Retexo is. cōtrariū est suo simplici. Significat enī qđ textū erat reddo nō textum. Tractū a telis quę destruuntur cum retexunt. Et retexere rursus texere renouare Mar. Ci. An qđ adolescens pstiti cum etiā errare cū excusatione possem. id nunc ętate pręcipitata cōmutē: ac ne ipse retexā. Itē significat apire dissoluere.

¶ Retineo es. pe. cor. remoror: vñ retinacula. p translationē ponit pro recordor: vt cū dicimus Si retines quę dicta sunt. Aliqñ pro cohibere. Amb. Satis abundeq dixisse me credo supiori tractu quēadmodū compti vel nitidi natalē dñi suscipe debeamus et supuenientem festiuitatē eius ab omni ambitiōe retinere: vt quicq perdat vel cōsumat. Lact. li. vi. Nomē itaq solum retinuerūt: vim vero rationē et effectū pdiderūt.

¶ Retento as. frequentatiuum sępe retineo. Plaut. in asi. Cur me retētas. Et retētare iterum tentare. Ovi. li. i. me. Erigitur metuitq loqui ne more iuuencę: Mugiat et timide verba intermissa retentat. id est iterū tētat proferre.

¶ Retinacula: qb⁹ aliqđ retinet: siue remorat. Ver. li. i. Ge. Atq amerina parāt lētę retinacula viti.

¶ Retorqo es. retro iacio vel mitto. Amb. lib. i. offi. Et quis septus armatis nō retorqbat iudiciū.

¶ Retracto as. a retraho: qđ signifi. rursus traho: reuoco ve. Vñ liber tractationū: quē pater me⁹ Aug. edidit recte appellatur: in quo quę min⁹ docte alibi tractauerat retractauit. i. reuocauit. Aliquādo retractare est retro trahere recusare reijcere. Ver. lib. x. ęn. Semianimesq micant digiti ferrumq retractant. Col. li. v. Hęc eorūq similia post putationē tractanda sunt retractanda et remouenda.

¶ Retribuo recompēdo: quasi retro tribuo.

¶ Retimentū a retero is. videt esse sicut detrimentum a detero. Var. Amurca cū ex olea est expressa quę est humor aquatilis ac retrimentū cōditū in vas fictile.

¶ Retorridus da. dum. quod intempestiue amissis viribus a sole torret. Col. lib. iij. Si in olea vnus ramus aliquanto cęteris lętior est: nisi eum reciderit arbor tota fiet retorrida.

¶ Retorrescere. Idē est qđ retorridū fieri. Idē. lib. iiij. Deinde sata nō ita enutriūt: vt ante conualescāt ac psiliant ꝗ retorrescāt.

¶ Retrudo dis. pe. p. retro trudo Plau. in epi. Cœpi rursū vorsū ad illa paulatim accedere quasi retruderet hoiem me vis inuitum.

¶ Retundo is. Vide in dictione tūdo.

¶ Reualesce scis. ad sanitatē redigor. Gel. quod in eorū finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset.

¶ Reuenio is. pe. cor. retrouenio reuertor.

¶ Reuertor deponens: et reuerto redeo: quasi retrouerto. Ci. appio. Cōscendens iam nauem ephęso laodicēam reuertit. Et li. iij. offi. Factus est alter eius sistendi vas: vt si ille non reuertisset: moriēdū esset ipi. Aliquādo reuerti ponit simplicit p venire diuertere. Idem ad Chrysippi laqueos reuertamur. cū nihil de Chrysippo antea dixisset.

¶ Reuelo as. pe. pro. cōtrarium est suo simplici velo: qđ tego signifi. vt reuela oculos meos. i. api et detege.

¶ Reuello is. Vide in dictione vello.

¶ Reuiso is. redeo vt videā. Teren. in an. Reuiso quid agant: aut quid capiant cōsilij. Plau. in truc. Nunquidnā me vis aliud. Ut quando ocium tibi sit me reuisas. i. ad videndū me reuenias.

¶ Reuiuisco is. reuixi rursum viuus fio.

¶ Reuoco as. pe. cor. retro voco: reduco: retraho: retrouertor: resuscito. Mic. Non illū vxoris lachrymę: nec cōmunio sanguinis nō despectans cūcta ex alto de⁹ a scelere reuocat. i. retrahit vnde et reuocare pedem dicimus non modo de animalib⁹: sed etiam de fluminibus. Vir. Cunctat et armis Rauca sonans reuocatq pedē. Sal. Sepius vindicatū est in eos quē contra imperium in hostem pugnauerant quiq tardius reuocati pręlio excessērant: ꝗ qui signa reliquerunt: aut pulsi loco cedere ausi erant. i. retro vocati. Plau. in cur. Postꝗ hęc mihi narrauit: ab illo reuocat me illico. i. vt redeam vocat. Lac. li. iiij. Iacentia mortuorū corpora erexit: eosq nominibus suis inclamatos a morte reuocauit. i. suscitauit. Aliquando reuocare significat p vices mutuo vocare. Var. Quod nobis ministrare pueri dieb⁹ festis cicer viride: quē nos puocare cū audeāt: nos illos reuocare timem⁹: huius compositū est adreuoco. Ci. li. i. offi. Dāda igit opa est: vt si etiā aberrare ad alia cœperit adreuocet oratio.

¶ Reuolo reuolas pe. cor. retro volo. Ci. li. iij. de natura gruis quę in tergo pręuolantium colla et capita in tergo reponūt: quod quia ipse dux facere nō potest quia nō hz vñ nitat: reuoluat: vt ipse quoq quiescat in eius locum succedit ex ijs quę assequit; eaq vicissitudo in omni cursu conseruatur.

¶ Reus dicitur quicunq in litem adducitur: etiam si nihil admiserit. i. contra quem quispiam agit. Cicero lib. ij de ora. Reos appello non modo eos qui arguunt. sed omnes de quorum re disceptat. Unde a re dicit re⁹ ꝙ rei alicui obnoxius sit: vel a re quam pmisit. Reum fieri: vt Asco. inquit nihil aliud est nisi apud pretorem legibus interrogari

¶ Reus agitur qui accusatur reus peragitur qui damnatur. Plynius minor. Dum ille peragit reus sedimus. Iureconsult. Peregisse reum non alias quas videt nisi condemnauerit.

¶ Reus stipulando quē stipulat: reus pmittendo quē suo nomine quid pro altero pmittit.

¶ Reus voti inqt Macro. quē suscepto voto se numinib⁹ obligat.

R ante H.

¶ Rha fluuius a quo nomen medicamento notabili: vt Ammian⁹ inquit: quod rheon seu rha barbarū atq pōticum vocat.

¶ Rhadamathus. Iouis ex europa filius et rex lycię: quē ꝙ seuer⁹ fuerit et iustitię executor: Fingit a poetis apud inferos nocētum explorare culpas. De quo Ver. lib. vi. Gnosius hic rhadamāthus habet durissima regna. Castigatq auditq dolos: subigitq fateri: Quę quis apud supos furto lętatus inani. Distulit in seram cōmissa piacula mortem.

¶ Rhagades et rhagadia vocant scissurę quę in sede pueniunt. Dictę rhagades a vbo greco ῥαγίζω: qđ signifi. abrūpo. De hoc in dictiōe cōdylomata: Comedo vulgariter māzadure de muro.

[illegible]

❡ Rhānusia vide in dictione ramus.
❡ Rhamnetes nomē ppriū viri.
❡ Rhampsinitus nomē ppriū regis egypti: vt Herodo. lib. ij hist. refert.
❡ Rhage arū. nomen ciuitatis medorum ab auulsione terremotus.
❡ Rhea cœli ⁊ terre filia: q̄ alio noīe cybelle dicit.
❡ Rheda vocabulū gallicū vt inqt Quint. Et significat carrucam. Uñ a Cicerone rhedarius dict' est auriga rectorq̧ ipius rhede: inde epirhediū.
❡ Rhegiū oppidū situm in margine Italie cui greci nomen dedere a fractura p y. Rhegyon eñ grece abruptū dicit. Hinc eñ sicilia auulsa abruptaq̧ ē ab Italia. Trogus: qm̄ inqt grece abrupta hoc noie pnunciat: greci a dehiscendi argumento nomen dedere. Olim rhegyne ciuitatis ingens fuit potentia: ob eāq̧ cām nomē ciuitati factū esse autumāt: quasi regia vrbs foret: vñ ⁊ Stra. scribit quosdā existimasse a quodam rege dici potuisse. Sicq̧ absq̧ aspiratiōe scribendū esset. Ab rhegyo dicti sūt rhegyni. Est aliud rhegiū cisalpine gallie oppidū nō longe a parma ⁊ mutina a lepido instauratū qd ⁊ rhegiū lepidi pro differentia alteri' dr: a quo rhegiēses: sz melius dr rhegiū lingobardie.
❡ Rhebanus fluuius in faucibus bosphori thracij. vt Ply. li. v. testatur.
❡ Rhemi ppli gallie. vñ pciosissimū tele gñs rhemense: cōicata alijs quoq̧ galliarū pplis textrini gña.
❡ Rhenus ⁊ rhenū vtroq̧ mō dicit p fluuio gallie q̄ de iugo rheticarū alpiū vsq̧ in oceani pfunda cursum suum dirigit. Romani memorandus aduersum feras gentes murus imperij. Uer. Rhenusq̧ bicornis. Hor. Aut flumen rhenū: aūt pluui' describit arcus.
❡ Rhenones vestes pellicee pcipue ferine ad vsum humanū redacte: dicte q calidos teneāt renes: siue quia ρινος pellis dr: siue q rhenoni populi hisce peculiarit vtebantur. Cesar. cō. vi. scribit germanos vti paruis rhenonū tegmentis.
❡ Rhesus rex thracie quē Home. scribit cū eq̄s albis in auxiliū troianorū venisse ⁊ a diomede interfectū. Quo noie etiā dict' est quidā troianus fluuius.
❡ Rhetus gygas: quē Dionysius in leonē ɔuersus occidit. Rhœtus p̄o mons troie in quo aiax thelamoni' sepultus traditur.
❡ Rheti populi a thuscis ɔditi q̄ duce rheto a gallis pulsi alpes occupauerūt ⁊ a noie ducis rheto ɔdiderūt Rhetiā. Hinc rhetice vites: ⁊ rheticū vinū: quod inter generosa Italie vina numerat. Qd vt Stra. li. iiij. scribit his montanis rhetorū radicib' nascit: q̄ populi veronam comūcq̧ vsq̧ puenerūt. Rhetia regio europe est: q̄ vt li. ij. Ptole. refert ab occasu limites habet montē adulam et fontes danubij ⁊ rheni: ab ortu lycū fluuium q̄ in danubiū exit: ⁊ rhetiā a vindelicia diuidit. A septētrione danubiū. A meridie alpib' terminat supra galliā cisalpinā post rhetiā v̄sus oriente vindelicia cui noricū adheret. Eno tñ fluuio disiūcta qdā eā Bauariā appellant.
❡ Rhetor latine orator: q̄q̧ differant q orator sit q̄ in iudicijs ⁊ cōcionib' causas agit. Rhetor q̄ rhetoricem pfitet. Declamator q̄ aut docēdi alios aut exercēdi se gratia fictā causam agit: vt in veris postea causis possit orare. Aliqñ tñ rhetor ponitur pro oratore: rhetorica: oratoria. Rhetoricus mō p rhetore mō p oratore sumitur. rhetoricor aris. rhetorū more loquor. Hie. contra heluid. rhetoricati sum': ⁊ in morē declamatorū paululū lusim'. Rhetoriisso as. rhetorice loquor.

❡ Rheuma matz. latine eruptio: siue fluxus dicit: a ρεω fluo. Amb. lib. hexa. Dicas si ascēdētes videas rheuma quoddā esse ita pruunt: fluctusq̧ intersecāt p ppontidē in euxinum portū violento impetu pfluētes: vñ ⁊ pituita dicit: quū fluat.
❡ Rhinoceron ontis. ⁊ rhinoceros otꝭ. aial quadrupes habens in nare vnū cornu: vt ait Ply. Genit' hostis elephanto cornu ad saxa limato pparat se pugne in dimicatione aluū maxime petens: quā scit suis ictibus peruiaz esse. Solinus dicit repandū esse: id est recuruum et' cornu: ⁊ attritū cautibus in mucronē excitare: pugnare cū elephantibus longitudine parē: breuiorē crurib'. Pausanias affirmat rhinoceronta duo habere cornua: alterū insigni magnitudine ex naribus extans: alterū qd supne erumpit exiguum quidē: sed validissimū. Hinc sagacē ⁊ prudentē virū nasum rhinocerontis habere dicim'. Mar. Iuuenesq̧ senesq̧. Et pueri nasum rhinocerōtis habent. Cōpositum nomē a ριν ρινος: qd nasum significat ⁊ κερας cornu. Ponit ⁊ p quodā vase oleū guttatim fundente lauantib' se in balneis. Mar. Gestauit fronte mō me iuuēcus rhinoceronta. Me putabis pleno gutto A rhinoceron fit adiectiuū rhinocerōtius a. um. vt cornua rhinocerōtia.
❡ Rhodos latie rosa. Inde cynrhod' ⁊ rhododaphne Et rhos nomē vrbis vt inqt Stra. sup orientali pmontorio sita. dicta q capulo rose illic inuento sit edificata. Ea portubus olim ⁊ vijs: ⁊ mœnib' ⁊ reliquis ornamētis tantopere ceteras superauit: vt nulla putaret equalis legū prestantia ⁊ naualis reipericia adeo valuit vt ānos multos maris impio potiret: ⁊ pyratarū latrocinia sustulerit. Quo etiā nomie dicta est insula in qua ea vrbs est: quam Plynius Lycie ⁊ primam cycladū scribit esse venientib' ab oriente. Hec insula nongentorum ac viginti stadiorum ambitu patet inter asiaticas insulas tertia Nam Lesbus et cyprus maiores habētur. Pri' ophiusa dicta est: deinde stadia. postea telchin: eo q telchines insulam incolerent quos nonnulli maleficos: alij eximios artifices fuisse tradunt q̄ eris ⁊ ferri fabricā inuenisse dicunt. Sunt q̄ hanc insulā carpathio mari assignāt vt ex lucilliano versu intelligi licet. Rhodos carpathiū in pelagus se inclinat apertum Soli sacra ē: qui puelle nomine rhodie amore capt' rhodum ab ea nominauit: vt Diodo. li. vi. refert. Nam vt Solinus auctor est nunq̄ ita cœlum nubilum est: vt in sole rhodos non sit. Aurū rhodi pluisse ob fœlicitatem insule cecinit Pindarus: vbi studia liberalium artiū ⁊ in primis oratorie facultatis floruerunt. In ea fuit admirande magnitudinis colossus: a quo postea rhodij appellati sunt colossenses ad quos apostolus epistolam scripsit. in ea etiam vrbs opulentissima lyndus ex qua cares statuarius qui colossum extruxit. A rhodus fiunt adiectiua rhodius: ⁊ rhodiensis: ⁊ rhodiacus.
❡ Rhodinum: oleum e rosis: quod rosaceum nostri nuncupauerunt. rhodinum vnguentum: quod fit oleo rosaceo.
❡ Rhododēdris frutex: quē ⁊ rhododaphnē nominant fiко similis amygdale: sed maiori pinguiorq̧ semine: patēt licet ροδον και δενδρον. i. rosa ⁊ arbor.
❡ Rhodan' pe. cor. fluui' gallie a rhoda rhodiorū oppido: vt ait Ply. li. iij. Hie. i cōmēto eple ad galathas. rhodani rhodiorū colōi locauerūt Uñ amnis rhodan' nomē accepit. adeo magni cursus est: vt vix aduersa possit nauigari aqua. Ferūt hūc amnē ex alpib' oriri q̄ italiā a gallia diuidunt non longe a fontibus rheni ⁊ danubij. Fer=

tur p lemanū lacum ⁊ ꝓsus occidentez p galliam fluens ararim suscipit. Inde ad meridiē cōuersus ⁊ Isarā diuē tiāqꝫ suscipiens apud heracleā vno ostio: ⁊ paulo vlteri us duob⁹ aliis in mare thyrrenū irrumpit. De hoc Ambro. li. hexa. Rodan⁹ rapido concitus cursu thyrreni equo ris freta scindit: in quo nō mediocre ferē nauigātiū periculū dū inter se marꝫ fluct⁹ ⁊ amnis fluenta discernūt.

¶ Rhodope mons thracię a rhodope thracū regina vbi sepulta est cuius prima cor. Ouid. Qua patet vmbrosuꝫ rhodope glacialis ad hemū. At rhodope ꝓ nole ꝓprio meretricꝫ thracię quā Ply. li. xxxvi. scribit fecisse q̄stui suo pyramidē laudatissimā ⁊ conseruā fuisse esopi fabularū philosophi: prima ꝓ. Hanc etiā rhodopin declinatio nis tertię vocant vt nt̄us sit rhodopis idis. A rhodopē fit adiectiuū rhodopeius a. um.

¶ Rhodogune: fuit filia Darii q̄ post mortē viri nutricē q̄ illi scd̄as nuptias suadebat occidit.

¶ Rhœtus cū œ. diph. Vide in dictiōe rhetus.

¶ Rhoicę mulieres quaꝫ vuluę rheumatismo. i. fluctio nibus laborant.

¶ Rhoiton a grecis dicit vinū qḋ e granis maloꝫ puni corū exprimitur.

¶ Rhombus greca vox est significatqꝫ figurā quadra dratā solidā: cui⁹ latera oīa sunt equali: āgulis ꝓo obliq̄ tetrapleutos. i. quattuor laterum. Hic si in terrā iactet voluitur ad similitudinē fere cylindri. Utebātur eo ma leficę mulieres ad deducendam lunā tortis filis confecto Ouid. Quid torto concita rhombo licia. Mar. Quę nunc thessalico lunā deducere rhombo. Prop. Deficiūt magico torti sub carmie rhombi. Est et rhōbus piscis c nō. Iuue. Incidit adriaci spatiū admirabile rhōbi. Añ do mū venerꝫ Itē rhōbus est torqs siue machinula illa quā ꝓtendo mulieres tramā ad laniciū nent.

¶ Rhomphea gn̄s gladii. Val. Flac. li. xi. Aequaqꝫ nec ferro: breuior nec rhomphea ligno.

¶ Rhoxia regio septē trionalis quaꝫ polloni ⁊ sarmatę suam esse dicunt.

¶ Roxolani populi scythici vltra danubiū quos quidā rhutenos esse putant.

¶ Rhuteni populi gallię aquitanicę: vt inq̄t Ply. Con termini narbonēsis ꝓuincię. de quib⁹ Luc. li. i. Soluū tur flaui longa statione rhuteni.

¶ Rhynthon Tarentin⁹ nugator: vilissim⁹ in agendis precipue fabulis.

¶ Rhytion vasis gen⁹ lunari specie. Mar. in rhytio poteris phœbe lauare pedes.

¶ Rhyparographus sordidaꝫ reꝫ pictor. Sic enim cognominatus fuit Pyreicus pictor excellēs quidē sed q̄ tonstrinas ac sutrinas asellos opsonia aliaqꝫ hmōi humilia secutus est. Nam ρυπαρων greci sordidū dicunt.

¶ Rhythmus latine numer⁹. Quin. li. ix. de insti. Sūt numeri rhythmi q̄ neqꝫ finē habent certū nec vllā in con textu varietatē: sed qua cœperunt sublatione ad positionē vsqꝫ decurrunt.

R ante I.

¶ Rica quadratū vestimentū fimbriatū ⁊ purpureū quo pro palliolo vtebātur flaminicę. Est ⁊ veli gen⁹ quo mulieres capita tegunt. Dictū a ritu: vt Var. auctor ē qꝛ romano ritu sacrificia fœminę cum faciunt capita tegunt. Huius dimi. Est ricula: qḋ ꝓ sudario ponit.

¶ Ricinus gen⁹ vestis qḋ ⁊ riciniū dicit a reiiciēdo. Fe stus. Ricinium est omne vestimentum quadratum. Et ⁊ ricinus genus cucumeris et vermis: canes acrius atqꝫ boues infestans. Var. Quidam nucibus grecis in aqua tritis perungūt catulorum aureis: qꝛ ricini soleant si hoc vnguine nō sis vsus eas exulcerare. Ab hui⁹ aīalis simi litudine Ricinus dicit herba instar arboris quā Dioscorides arborosum fruticem vocat fissem ficui: sed minora folia habētē similia platano: sꝫ maiora: lenia ⁊ nigriora ex qua exprimit oleū cizynium.

¶ Rictus us. ⁊ rictum non solum hiatum significat: vn de verba exeunt: sed pars illa circa ipm hiatum: quę in homine ridente vel alio modo os torquente lineis quibusdam eminatur: vt maxime sunt labia. Lact. sic. Oris quoqꝫ species ⁊ rictus ex transuerso patefactus q̄ꝫ vtilis et q̄ꝫ decens sit enarrari non pōt. Putat ⁊ rictus esse figura in ore ad tps aliquo mō ꝯtracta vel ꝓducta vel inuersa vl extensa q̄ paulopost reditura sit in naturalē formam. Et est cōis tam belius q̄ꝫ hominibus. Hora. Ergo non satis est risu diducere rictum. Lucr. lib. quinto. Molossum Mollia dicta premunt duros nudantia dentes. Aliquando accipitur pro rostro. Unde nonnulli a grecis deductum volunt apud quod ρυγχος rostrum dicitur.

¶ Rideo es. risi risum. sine casu construitur secundum consuetudinem Gel. lib. primo. Rex quasi an⁹ etate desiperet risit. Aliquādo significat letum esse. Uergi. Mistaqꝫ ridenti colocasia fundet acantho. cum autem accu satiuum habet significat derideo. Lact. lib. i. Si quis autem accepta sapientia deposuerit errorem profecto ridebit ineptias hominum pene dementium. Hui⁹ cōposita sunt. Arrideo: quod est in alicuius gratiam placere deo: applaudo et letitiam animi ridendo ostendo Ouidius. Arrisit partes adiuuente dea. Ter. Arrides omnibus Corrideo simul rideo. Hierony. in Gn̄. Quicūqꝫ audierit corridebit mihi. Derideo deludo: cōtemno et cum irrisione ac contemptu rideo. Plau. i aul. Neqꝫ edepol ego te derisum venio: neqꝫ derideo: neqꝫ dignum arbitror. Irrideo idem quod derideo. Ter. in ecy. prolo. Ne eum circūuentum inique inquit irrideant Subrideo subrideo parum seu latenter rideo. Omniaqꝫ habent pe. ꝓdu.

¶ Ridiculum significat ꝓmonem risum excitantem Ci. lib. de ora. sepe etiam sententiose ridicula dicunt. Plau tus in sti. Me meum obi enturum ridiculis meis. Hinc Gel. Formauit compositum Deridiculuꝫ. Ut vel ipsa re qꝛ ita dicebat opprobare aduersariis ⁊ ꝓ facetias ostētaret facerent eos derdiculum: qꝛ ꝓinde cœlio formam cri mini darent.

¶ Ridiculus dr̄ q̄ aliis risui ē ⁊ de quo alii rident. Iuue. Nil habet infelix paupertas durius in se. Q̄ꝫ qꝛ ridiculos hoīes facit. Interdum significat euꝫ q̄ alios ridere facit. Plau. in sti. Uides ridiculos nihil fieri. Ci. C. Sicinius homo impurus: sed admodum ridiculus. Sic dicim⁹ iocosos ridiculos. Plau. i Sti. Iocos ridiculos vēdo age licemini.

¶ Ridicularie idem quod ridiculū. Plau. in asi. Mitte ridicularia. i. deceptiones q̄ derisionē prębēt: seu quę risu dignę sunt.

¶ Ridicę pedamenta vineaꝫ quę e quercu et iunipero solent fieri optima: sicut Var. lib. i. de re rus. docet. Col. li. v. Hic annus nondū vehementeꝫ palum aut ridicam desyderat.

¶ Rigo as. madefacio: adaquo. Hieronym⁹ in Paulo Talia eoloquentē longguus vlator vbertim faciem ri

Paliis.

ch rymis rigabat: quas magnitudo letitie indices cordis effuderat. Huius compositum est Irrigo as. De quo alibi.

¶ Riguus a. um. qd' rigat: seu qd' rigari facile pot. Coll. li. ij. de prato loqns. Eius inqt animaduertim⁹ duo genera quorum alterum e siccaneu: alterum riguu. Siccaniu qd' rigari nunq aut no facile pot intelligo. Riguu qd' facile.

¶ Rigor mo sumit pro frigore: modo pro duricie. Ver. Et ferri rigor.

¶ Rigidus a. um. ide qd' frigidus. Ver. Tellurez borea rigida spirate moueri. Aliqn ponit p duro: vn rigidus ho di asper: z rigiditas asperitas. Aliqn p erecto qd' no nisi ex duricie accidit. Ide Cum rigidas motare cacumina quercus.

¶ Rigeo es. gui. frigeo: a quo Rigesco frigesco p traslatione. Rigescere capit p indurari vel erectu seu ztractu esse qm q friget horret z durescunt. Ci. li. j. tus. Ceteras ptes incultas q aut frigore rigeant aut vrantur calore. Ver. li. ij Ge. Eraq dissiliut vulgo vestesq rigescunt. Ser. Durantur vt frangi potius q scindi posse videatur Hui⁹ copposita sunt Dirigeo: a quo Dirigesco. Obrigeo obrigesco qd' est totus frigore cotrahor: z quasi induresco z rigidus fio. Col. li. v. copescitur harudo cu obrigu it hyberno frigore Sene. Ita membra frigore obrigue runt vt semineces putaremus. Hie. li. ij. R. Ipse stetit et percussit philisteos donec deficeret man⁹ eius et obrigesceret cum gladio.

¶ Rima fissura z ppie rime dnr exigue distantie tabularum in iuncturis. Un tractu est: vt oes fissure rime dicantur: z rimas agere findi. Hui⁹ diminutiuu est Rimula Hie. p traslationem dixit. Si tenui cuiusvis dilectiois rimula ptinu⁹ insidiator diabolus intuitu valet infigere

¶ Rimosus a. um. qd' est rimis plenu. Col. li. j. Quicqd inferiore mox apposueris fissum erit rimosumq.

¶ Rimor aris. z rimo as. scdm pris. diligeter qro scrutor z quasi rimulas quasq pquiro. Tractu a suibus q glandes rimenf de rimis terrarum. i. fissuris. Ver. li. j. Ge. Dulcibus in stagnis rimatur prata caystri. i. pascunt in prata z cibu p oes rimas terre pquirunt. Interdum rimari e scindere: z quasi in rimas agere. Ide Ergo egre rastris terra rimatur. Interdu explerí: vt apud eunde Rimat q oculis habitatq sub alto pectore.

¶ Secta a sector: seu a sectus ductus fieri constat. Ea inter philosophos est aut philosophis similes: vt platonici aristotelici. A grecis heresis dicitur. Columella libro secundo. Quare antiquissimum est formam hui⁹ operis conscribere: quam velut sectam legẽq̃ in proscindendis agris sequantur agricole. Hinc Consectaneus qui eiusdem secte est. Augusti. libro. x. ci. dei. Quanto humanius et tolerabilius consectaneus tuus platonic⁹ Apuleius errauit.

¶ Sectarius veruex qui gregem agnorum precedens ducit.

¶ Secula pe. cor. falx a sectãdo dicta hac vtunt q̃ in pratis herbas secant.

¶ Securis instrumentum ad secanda ligna: quasi semiquiris: vt inquit Ser. Sabini enim quirim hastam appellant. Uirg. li. xi. Aeratam quatiens tarpeia securim Huius instrumenti inuentrix fuit Pẽthesilea amazon. Unde & amazones securigere a poetis dicte sunt. Aliquando Securis ponitur ꝓ dignitate & magistratu q̃n consules habebant xij. lictores qui gestabant fasces virgarum securibus alligatos: Huius diminutiuũ est Securicula.

¶ Secura tranquillus qui sine cura est quasi seorsum a cura. Et differt a tutus q̃ secur⁹ dicat is q̃ nõ timet etiã si immineat periculũ. Tutus est extra periculum: q̃uis etiam timeat. Aliquando securus capit pro contẽptore

Uer. Secur⁹ amoꝝ germanę. Hinc securitas trãqllitas
¶ Securo as. securꝝ facio. Aug. li. Soli. Quę cũ ↄside=ro ↄtremiscunt oĩa ossa mea: qm̃ nõ securat̃ hõ viuẽs sup terrã. Et li. ij. acad. At si in quoq₃ fortasse aberrauero: securabis id: vt deinceps hm̃õi delegationem nõ pertimescam.
¶ Secale pe. p. frugis gen⁹ tm̃ ad arcendã famen vtile fœcunda: sed gracili stipula. Huic milium miscet̃ panisq₃ sit melior.
¶ Secors ꝛ socors dr̃ q̃ in corde nihil se ad ꝓbitatẽ exercet: ꝛ q̃ tard⁹ vel negligẽs est in ↄsulendo militãdo prospiciendo ve quid opus sit facto. Cõpositũ nomen ex se ꝛ cor. quasi seorsum a corde. Uñ secordia ꝛ socordia pro ipo vitio quo q̃s in hm̃õi tardus aut negligẽs est.
¶ Secubo secubas pe. cor. Quęre in dictiõe Cubo.
¶ Secũdus a. um. qđ immediate sequit̃ primũ. i. qđ secundo loco ẽ: ꝛ tã numeꝝ q̃ ordinẽ denotat. Per trãslationẽ ponit̃ pro ꝓspero q̄ ita vti volumus secet. i. sequatur: vel q̄ q̃ adsunt ꝓspera esse dñr. Hinc secũda fortuna q̃ vel nobis adest: vel nobis obsequit̃. Et res secũdę q̃ pro nostro desiderio sequunt̃. Uerg. Et seruare modũ rebus sublata secundis. Et scđo flumĩe nauigat q̃ aqua sequente nauigat. i. in eam partẽ fluente ad quam tendimus. Sicut aduerso flumine nauigat: q̃ contra aquaꝫ nauigat.
¶ Scđm aduerbialiter ponit̃ pro iuxta: siue ꝓpe. Nam qđ scđo loco est ꝓpe est. Ser. Sul. Duo vulnera accepisse: vnũ in stomacho: alteꝝ in capite scđm aurẽ. Aliqñ sumitur pro post quasi secundo loco. Quin. Nam qđ vnuꝫ mihi scđm patrem fortuna videbatur parasse pręsidiuꝫ id ego sperare in illa sorte non poteram. Cic. Proxime aũt et scđm deos hoĩes hoĩbus maxime vtiles esse pñt. Aliqñ significat pro: vt Scđm te litem do. Scđm me iudica. i. ꝓ te ꝓ me. Sue. in Clau. Absentib⁹ scđm pręsentes dabat. Aliqñ in: vt scđm quietẽ. i. inquiete. Idẽ in Aug. Affirmauit ipm̃ esse cuius imago scđm quietẽ sibi obuersata sit. Aliqñ sup. Sal. in Iug. Scđm ea vti deliberetis vtere. Aliqñ ad ęmulationẽ: vt Scđm pythagorã viuo. i. similiter illi. Aliqñ eam vim habet quam iuxta sniam: vt scđm Platonẽ: scđm Aristotelẽ.
¶ Scđo aduerbium: mõ scđo loco significat: vt primo: scđo: tertio. Modo bis vt secundo ↄsul. i. bis cõsul. Et secundo eum monueram. i. bis. Modo rursus. Cice. Semel hoiem allocutus fueram an secundo mihi redeũdũ esset ignorabam.
¶ Scđo loco ornate dicit̃ pro eo qđ est scđo.
¶ Secundę arũ. tm̃ pluraliter: pro membrana illa qua partus obuolutus vtero ꝓdit di. rę q̄ nascentẽ infantẽ sequantur. Ply. Brassicę sementi contra ardorẽ febriũ facit: et stomachi vitia ꝛ ad scđas. Hę etia volucrum appellantur.
¶ Secundarius a. um. quasi secundi ordinis: vt panis secundarius vulgaris dicit̃: ꝛ cibarius. Sue. in Aug. Cibi minimi erat: atq₃ vulgaris fere: secundarium panem ꝛ pisciculos minutos maxime appetebat. Ply. li. xviij. Pręterea floris semodium ꝛ cibarij: qđ secundarium vocant sextarios quattuor furfuris sextarios totidem. Hic etiam secundus dicitur. Hora. Pasti siliquis et pane secundo.
¶ Secũdo as. ꝓspero. Prop. Iaꝫ liquidũ nautis aura secundat iter. Hinc Obsecundo as. de quo alibi.
¶ Sec⁹ pręposito significat ꝓpe. Hoc est qđ immediate secat. i. sequitur: vt Sec⁹ decursus aquaꝝ serunt̃ salices. Aliqñ est aduerbium: ꝛ significat aliter: pręsertim: qñ nõ vel haud secũ comites habet. Uer. Haud sec⁹ androgeus visu tremefact⁹ abibat.
¶ Secius quidã a secus deriuant: quidã a sero Uñ quãdoq₃ sumitur pro positiuo: qñq₃ ꝓ min⁹ vel tardi⁹. Uer. Nec secius oĩs in vnguẽ Arboribus positis secto via limite quadret. Apul. Nec eo secius approbabit̃ tibi nũc eĩm firmitas animi mei. Actius. Si forte paulo q̃ veniã seci⁹. Seciũ a veterib⁹ dicebat̃ libũ qđ in sacrificio secespita secatur.
¶ Sed ↄiunctio cñq₃ Inceptiua est. Ter. in an. Sꝫpãphilũ video ꝓ atq₃. Qñq₃ discretiua: vt si dicã. Nõ sapiens sed miser es.
¶ Sedeo es. sedi: sessum q̃uis neutrũ sit. Inuenit̃ tamen in tertia ꝑsona passiuę vocis ꝓlatum. Hiero. li. ij. Re. Et domũcula in qua sedebatur ad iudicandũ erat in media porticu simili opere. Componit̃ autẽ sedeo a se ꝛ eo: quasi seorsum eo. Nam seorsum ire videmur ꝛ quasi a cęteris separari dum sedemus. Quidã a do fieri existimant: q̄ q̃ sedet seorsum dare se videt̃. Estq₃ sedere oppositũ stare seu pergere. Plau. Si non vbi sedeas locꝰ ẽ at est vbi ambules. Dicimusq₃ sedeo sup equũ et sedeo equo. Hiero. in li. numeri. Stetit angelus dñi in via cõtra balaam q̃ sedebat asinę. De auibus vero sedere dicitur in loco altiore esse: vt passer sedet in tecto. Cornix sedet in arbore. Uerg. Nocte sedens serum canit importuna per vmbras. Quinti. Ut si quęratur an sit credibile super caput Ualerij pugnantis sedisse coruum q̃ os oculosq₃ hostis galli rostro atq₃ alis euerberaret. Ita eĩm de auibus sedere dicitur: vt de hoĩe dum sedet super equum quocunq₃ modo: aut quocunq₃ corporis habitu ibi maneat. Aliquando ignauiã cessationemq₃ denotat. Uerg. Sedeant spectentq₃ latini. Ter. An sedere oportuit domi virginem tam grandem. Aliquando sedere ponitur pro placere: et tunc cum dtõ construitur Uerg. Idq₃ pio sedet ęneę ꝓbat auctor acestes. Hiero. in deutero. Si autem postea non sederit animo tuo: dimittes eam liberam. Aliquãdo pro manere immorari. Liui. li. ij. de secundo bel: pu. Id horreũ fuit pręsidium pœnis sedentibus ad Trebiam. Aliquando sedere est consilium capere: considerare: vt Celsa sedet ęolus arce. Et Turnus secreta valle sedebat. Pla. Sine iuxta aram sedeam ꝛ dabo meliora consilia. Et scđꝫ Augures sedere est augurium captare. Nam post designatas cęli partes a sedentibus captantur auguria. Huius verbi cõposita sunt Assideo: Consideo simul sedeo. Cic. li. acad. Cõsedim⁹ oẽs tum varro ita exorsus est. Circunsedeo. Dissedeo desideo: Insideo: Obsideo: Pręsideo possideo: Resideo: Subsideo: ꝛ Supsedeo. In quibus syllaba si corripitur.
¶ Sedes: locus in quo sedem⁹ q̃ ꝛ sella ꝛ sedile dicitur Interdum ponitur pro habitaculo: ac domicilio. Cęsar Crescente eĩm populi multitudine mutare sedes statuerunt. Interdũ pro sepulchro. Uerg. Sedibus vt saltem placidis in morte quiescã. Interdũ pro podice ꝛ ãni circulo. Galenus. Fiunt de nigra cholera qñ in venas circa sedẽ densis inciderit. Ply. li. xxiij. Cinis sarmentorum vitiumq₃ ꝛ vinacco: ũ condylomatis et sedis vitijs medetur.
¶ Sedicula. pũa sedes: sicut ędicula ab ędes.
¶ Sedile penulti. producta locus ad sedendum a sede dictum.
¶ Sedentarius a. um. quod sedendo fit. Unde sedentarium laborem dicimus qui sedẽdo ↄtrahitur. Apul. Ut etiam fatigationem sedẽtariam incessus vegetatio

ediscuterent. Et sedētaria opa q̄ sedendo fit Col. Neq3 em̄ sedentaria eius opera est: sed mō ad telam debebit accedere: modo eos q̄ cibum familię ɔficiunt inuisere. Sedentarij q̄ sedendo opus faciunt sicut sutores: vt ē apud Plautum in aul.

¶ Sedū herba q̄ & sempuiua đr a semp sedendo: vel vt Merula inq̄t quā Anagoꝝ alio noīe vocāt: hāc alij Sadum: alij Sesuniū vocāt nascit̄ in tegulis et apud nr̄os Bergomates Oregina dicit̄.

¶ Seduculū: quasi suducula dictū gen⁹ flagelli ē qđ vapulantes sudare faciat.

¶ Sedulus pe. cor. teste Donato & Nonio: đr q̄ ex animo & sine dolo & instanter inuentus est: vt sit quasi assiduus: q̄ negligētes dolosi dñr. Hinc Sedulitas pro instanti et fideli officio ex diligentia. Sedulo aduerbium: secus a dolo: siue vt dicere solem⁹ realiter: instanter: diligenter: quasi assidēdo: hoc est sine intmissione. Aug. li. v. con. Sedulo agere ceperam ꝑpter qđ veneram.

¶ Seditio a se: hoc est seorsum & itio componitur: quod nomē fit ab eo is. nisi velimus ab ipo verbo eo: compositionem initā fuisse: vt sit Sedeo is q̄uis in vsu nō sit Ci. li. vj. de rep. Declarat seditionis ꝓprietatē a dissensione ciuiū dictā esse seorsum eūt alij ad aliū. Est em̄ proprie cū ppl'o discordāte itur ad man⁹, qualem describit. Ver. Ac veluti magna in ppl'o cū sępe coorta est Seditio: sęuitq3 aīs ignobile vulgus. Iamq3 faces & saxa volant furor arma ministrat. Similiter seditio i exercitu dicit̄ in classe: i cāpo: & vbicūq3 est multitudo hoim. Hic seditiosus q̄ seditionē amat.

¶ Seditionarius q̄ seditionē facit. Vñ scribit̄ dist. xlvij seditionarios statuim⁹ nunq3 ordinādos clericos.

¶ Sedo as. a se. & do cōponit̄ & multa significat: vt sunt res de quibus agitur: q̄ tñ ad vnū redeūt sc3 mitigo: placo: lenio: remouo: freno: extingo: et alia. Sal. Namq3 aīus impur⁹ dijs hoībusq3 infest⁹ neq3 vigilijs: neq3 qetib⁹ sedari potuit: ita ɔsciētia mētem excitā vexabat. i. pacari. Ci. li. iiij. ad heren. Et hic sitiens q̄3 maxime loquat̄: neq3 habeat q̄ sitim suam sedet. i. extinguat. Alię etiā significatiōes legentib⁹ obuenient. Quidam cum diph. scribūt: vt sit sędeo quasi sanum do. hoc est ab ira & furore ad lenitatē aī reuoco. Hinc Sędatio. de qua Ci. lib. j. offi. Temperātia et modus: omnisq3 sędatio perturbationum animi.

¶ Seduco is. pe. ꝓ. ꝓprie seorsū3 duco: ab alijs quasi de rebus aliquib⁹ locuturus. Ci. Trebo. Ea te viro optimo seductus est tuoq3 beneficio adhuc viuit hęc pestis. Plau. in aul. Eo nunc secreto ego te huc foras seduxi. Cic. li. j. tus. ad aīm transtulit. Cum a negocio oī auocamus aīm q̄d inquā tū agimus nisi aīm ad seipm aduocamus: secum esse cogimus maximeq3 a corpore seducim⁹ In malam partem per translationem significat decipio Ter. in an. Etiā nunc me seducere istis dictis postulas Ci. ꝓ Flac. Vsus est pro depono: cu3 inq̄t. Remittant spiritus: comprimāt animos suos: seducant arrogātiā

¶ Seductile pe. cor. qđ seduci. i. decipi pōt. Aug. lib. iij. cō. Calcabat me inimic⁹ inuisibilis & seducebat me: quia ego seductilis eram.

¶ Seges ꝓprie fruges eoꝝ seminū ex quibus ɔficit̄ panis nōdū demessa. Quādoq3 accipit̄ pro ipa humo ad accipienda semina subacta nondū sata. Nā qñ ager satus noualis dicit̄. Vñ Var. ait. Seges đr qđ aratū: s3 necdū satū ē: a satu. i. semine. Ver. Illa seges demum votis respōdet auri Agricolę bis q̄ solē bis frigora sentit. Ply. li. xviij. Segetes q̄ interq̄euere fūdūt rosā odoratiorē

satiua adeo terra non cessat parere.

¶ Segetia dea quam prisci colebant: vt lętas faceret segetes.

¶ Segmenta ꝓprie segmina. i. sectiones a secādo quasi secamenta & ramenta. c. in g. mutata: vt a fingo figmētum: a stringo strigmentū. Qđ ex Plynio intelligi pōt: qñ ex secādoꝝ marmoꝝ rationē afferēs ait libro. xxxvj. Crassior arena laxioribus segmētis terit. & plus erodit marmoris. Hel. Vnguiū dialis & capilli segmina subter arborē fœlicē terrā operiunt. Hiero. Segmēta eboris in medelas varias assumuntur. Segmenta etiā incisurę & ꝓgulę sectę ex gēmis & vnionib⁹. Aūpteos & (vt ita dicā) membra mūdi in q̄ vniuersa terra digerit̄: q̄ nostri circulos gręci paralellos appellāt & climata segmēta dicūtur Ply. li. vj. Plura aūt sunt segmenta mundi: principium habet indię pars versa ad haustrū: patetq3 vsq3 ad arabiā: & rubri maris accolas. Idē. Quod supest terrarum tribus assignat̄ segmētis. Et qm̄ ornamentū colli quod mobile vocat̄ ex segmentis fieri ɔsuerit. i. ex bracteolis argēteis: aureisve segmentum etiam appellatur. Val. ma. Datū est mulierib⁹ vt sagmēta aurea gestarēt. Iuue. Sagmēta & lōgos habitus & flammea sumit. Sūt tamē q̄ ibi segmēta interꝑtentur fasciolas q̄ in ordine vestis extrema pte assutę iunctęq3 ornamēto sint indumētis mulieribus: vel quib⁹ noua nupta amicitur: vt ait ꝑbus. Alij accipiunt pro margaritis & murenulis. hoc est torquibus.

¶ Segmentatę vestes dicunt̄ purpurę segmētis id est bracteolis: lanceolis: męandris: limis: et orbiculis varieganter intextę. Oui. li. iii. de arte. Quid de veste loquar non iā segmenta requiro. Nec q̄ de tyrio murice lana rubet. Quicq̄d etiam ex tenuissimis segmentis vermiculatim cōpositū est etiā si segmēta lignea sūt: segmētatu3 dicit̄. Iuue. Et segmētatis dormisset paruula cunis. i. vermiculato emblemate pictis: vel pręsegminib⁹ i. tenuissimis ligneis ramentis ac versicoloribus depictis: q̄uis etiā intelligi possit segmēto tectis. hoc in pauimentis Tessellatū dicit̄. de quo alibi. Ornamentum quoq3 equoꝝ a collo in pectus prępendēs Segmentum dici potest.

¶ Segmē idē quod segmētum. i. sectiōes: a quo fiūt ꝑsegmen & resegmen.

¶ Segmētarij q̄ vestes ex auro laborant.

¶ Segnis q̄si seorsū a recto nitēs: g: interposita cā euphonię. Et forte magis ad differētiā senis. Cōponit̄ igitur a se et nitor. Vel đr segnis quasi sine igne. Vñ segnis hō i. tard⁹ & ignar⁹. sicut ecōtrario ardēs ꝓfestināte & acuto ingenio. Ver. li. iij. Haud segnis strato surgit palinurus & oēs Explorat vētos Interdū ponit̄ ꝓ ifœcūdo et inutili. Idē li. j. Ge. Segnisq3 horreret i aruis. Cardu⁹ Hinc Segnicies siue segnitia: tarditas negligentia ad agēdū: q vt Fest⁹ inq̄t: fit sine nitēdo q̄d vtile & honestū Socordia vero ē negligētia in ɔsulēdo meditādo ꝓspiciēdo q̄d op⁹ sit facto. Ter. in an. Eniuero daue nihil locī ē segnitię neq3 secordię. Quq3 segnicies đr ifœcūditas Ply. Hinc negligētia cultoꝝ: hinc agroꝝ segnities. Legit̄ & Segnitas ꝓ segnitia. Ci. li. de ora. Et qñ de prudētia diximus: castigem⁹ etiā segnitiē.

¶ Segobriga oppidū celtiberię vbi Sertori⁹ & Metell⁹ pręliū commisere.

¶ Segrego as. pe. cor. ex se & grego. Vñ & ɔgrego q̄ sunt ɔtraria. Est em̄ segregare ab alioꝝ numero: vel societate vel grege separe. Teren. in ecy. Nā si ita ē vt hęc nūc Pamphilū vere a se ségregarit.

¶ Seir mōs in terra Edom in quo habitauit Esau in regione gabalena: q̄ ex eo q̄ Esau pilosus esset et hispidus: seir. i. pilosi nomē accepit.

¶ Seiugi ꝛ seiuges pe. cor. dicūtur equi seni ad vnū currū adhibiti. Apul. in floridis. Vir cui oēs puincie quadriiuges ꝛ seiuges currus vbiq̄ gentiū ponere gratulantur.

¶ Seiungo seorsum iungo: et per se pono: siue separo. Ci. lentulo. Tibi aūt multo notior atq̄ illustrior meus in te anim⁹ esset si hoc tpe omni quo seiuncti fuimus et vna et rome fuissemus.

¶ Selemetes lapis in perside: cuius interior candor vt scribit Aug. lib. xxi. ci. dei. cū luna crescit et deficit.

¶ Selibra dimidia libra.

¶ Seligo is. pe. cor. seorsū collīgo secerno. Cic. de opti. gene dicēdi. Que exēpla selegissem nisi vel nota esse arbitrarer: vel posse eligere q̄ querent.

¶ Seliquastra genus sedilium est antiqui generis d lrā in l cōuersa: sicut et in sella ꝛ solio factū est: q̄ oīa a sedendo dicta sunt. At Siliquastrū herba hortēsis q̄ alio nomie Pipiritis uocatur: vt meminit Plynius.

¶ Sella quasi seda a sedendo. Et erat apud romanos magistratuum edilis et pretoris sedes qua per vrbē ius dicētes cōportabant. Greci aūt δίφρον: sellam dicunt.

¶ Sellaria dicta sūt loca i quib⁹ sedes disponi solebāt. Ply. li. xxxiiii. Atq̄ ex omnibus q̄ retuli clarissima quę i vrbe iam sunt dicata a Vespasiano principe in tēplo pacis: aliisq̄ eius opibus violentia neronis in vrbem conuecta ꝛ in sellariis dom⁹ auree disposita. Sue. in Tibe. Secessu vero capresi etiā sellariā excogitauit sedē arcanarū libidinū. Hui⁹ diminuti. est Sellariola. Mar. In sellariolis vagus popinis.

¶ Sellularii opifices qui sedendo op⁹ faciunt quos Liui. li. viii. scribit militie minime aptos. Sic sedentarium opus: de quo supra.

¶ Seleucus: fuit vnus ex principib⁹ Alexādri q̄ prim⁹ post alexandri mortem regnauit in syria. annos. xl. Fuerunt ꝛ alii Seleuci.

¶ Seleucia: prima Syrie ciuitas vt inquit Stra. iuxta quā Orōtes affluit amnis: hāc alii a Nicanore: alii a Nicatore cōditā ferunt. Stra. Seleuciam inq̄t ad Tigrim amnē iuxta babilonē trecentis fere stadiis Seleuc⁹ nicator exedificauit. Ptol. tres seleucias facit. Pieriā ad euphratē: ad bellum. Scribit Ply. li. vi. Seleuciam plerumq̄ Mosopotamiā dictā fuisse.

¶ Selinus pe. p. nomē fluuii: a quo etiā oppido nomē datum est. Sylius. Necnon q̄ potant hipsamq̄ a labynq̄ sonoros Selinus.

¶ Selinō latine Apium: a quo Petroselinon. Selinis vrbs a Selino q̄ ibi plurimū nascat.

¶ Semel aduerbium quasi vna nō diuisim: vel vno vt ita dicā tpe. Nam q̄ semel fit nullam recipit diuisionem Aliqñ accipit pro vno loco: pro omnib⁹: siue summatim aut in summa. Quin. Deniq̄ semel finiam sic fere cōponendū cū pnunciabis erit. Idē. Et vt semel oīa cōplectar. Vñ et pro immutabiliter ꝛ irreuocabiliter poni cōsueuit: q2 qđ semel tm̄ fit: nō habet regressum vt rursus fiat. Hiero. in ps. Semel locut⁹ est deus duo hec audiui Aliqñ significat cito. Verg. Qui nequid tale videret procubuit moriens: et humū semel ore momordit. Ouidi⁹ Nulla reparabilis arte Lesa pudicicia est: deperit illa semel.

¶ Semele pe. cor. Cadmi filia: de qua Prop. Narrabis semele q̄ sit formosa.

¶ Semē quasi serimē a sero is. qđ etiā de virgultis ꝛ surculis dr. Verg. Seminib⁹ positis supest deducere terrā Sepius. Col. li. iii. Si cōplurib⁹ vindemiis eundem tenorem seruarint ex eiusmodi viribus lecta semina multum bonumq̄ vinum pbebunt. Est et semen frumenti genus quod zeam appellāt simile farri. Ex ea aliqua fit preclara res.

¶ Seminiū idē qđ semen vel herba: vel quid pducibile. Col. li. ii. Nōnunq̄ supfusa terra latentib⁹ seminiis. Qñq̄ accipit pro seminis lucro. Plau. in ru. Venundat merces nō hoc suo seminio.

¶ Seminariū etiā semen dicit qđ ꝛ p plātario. i. pro loco in quo plante seu semina componunt. capi solet. Col. li. iii. Qui vineā vel arbustū constituere volet: seminaria prius facere debet. Sic em̄ sciet cuius generis vitē positurus sit. Idē li. vi. Opam dabit ne emortuis arborib⁹ rarescat: ac primā quāq̄ senio ac tēpestate afflictā summoueat: et inuicem nouellā sobolē substituat. Id autē facile psequi poterit si vlmorū seminariū paratū habuerit. Aliqñ Seminariū dr arbor de qua aliqđ sumitur vt plantet. Idē. Satoris officiū est de seminario trāsferre plantam.

¶ Seminarius a. um. qđ ad seminandū pertinet. Ambro. Inest nascentibus singulis: aut semen: aut virtus aliqua seminaria.

¶ Sementis foe. generis significat ipsam sationē seu seminationē. Ply. li. xviii. Sunt qui pperent atq̄ ita pnunciant festinatā sementē sepe decipere serotinā semper Col. lib. xii. Quibus magis sementis pparatur. Liui. Vt campani sementē facere possent. Accipitur nonnunq̄ pro semine. Hierony. in Gñ. Et habens vnūquodq̄ sementē iuxta genus suum. Ouidius li. i. fas. Villice da requiem terre semente peracta. Nonnunq̄ pro seminādi tempore. Col. li. ii. Prima sementis rarius serere permittit: nouissima spissius postulat. i. primū tps sationis. Idē seminari debet post equinoctium media fere sementi leto solo.

¶ Semētin⁹ a. um. vt dis. v. Et sunt vba Gre. Ab omnib⁹ quoq̄ q̄ semētinā trahunt originē carnis ieiunem⁹ a lacte videlicet caseo ꝛ ouis.

¶ Semētic⁹ a. um. pe. cor. qđ seminari pōt. Ply. li. xviii Sementica aūt triticū hordeum frumenta multis radicantur fibris.

¶ Semēto as. semen pduco. Idē in eodē Est i primis inutile enasci herbas sementaturas.

¶ Semētature ferie a semēte: q̄ iō institute sunt: vt sementē maiorē facere possent.

¶ Semino as. note significationis. Col. Seminari debet hordeū post equinoctiū. Per translationē significat spargo diuulgo. Lact. li. iiii. Et cultū dei p totā terrā seminaret. Hui⁹ cōposita sūt Dissemino: qđ ē varie: vł diuersis locis semino. Hier. in Gñ. Tres isti sūt filii noe. ꝛ ab his disseminatū est oē hoīm gen⁹ sup vniuersā terrā Insemino int⁹ semino. Gel. Taleq̄ et morbos sensim atq̄ in diē lōgā visceribus inseminare. Supsemino. Augu. Venit Diabolus ꝛ supseminauit eos quos malos illos dñs interptatur.

¶ Semis signifi. dimidiū: vt semide⁹: semiuiuus. Aliqñ accipit pro media libra. Vez qñq̄ indeclinabile ē: vt duos ꝛ semis cubitos hz. Qñq̄ semissis gtm̄ facit. Hie. in exo. Duos cubitos ꝛ dimidiū tenebit lōgitudo ei⁹ et cubitū ac semissem latitudo.

¶ Semissis generis mēsure ꝛ monete. Semissis hō: dr hō vilis: ꝛ q̄si semihō: sicut semissem semiasse dicim⁹. Mart. Ci. Simul vero semissis hō cōtra me arma tulit.

Horne scriptis: no facio te pili ... est hec obuli ...

¶ Semianimis: quasi exanimatus. Semicircul⁹ medius circulus. Semiplen⁹ nō perfecte plenus.
¶ Semiplagiū pe. cor. media mensura.
¶ Semesum pe. p. semicomestū. Eadē em̄ forma dicit qua Ambesuz et comesum. Sue. in Tibe. Solēnib⁹ ipse cœnis pridiana sepe ac semesa opsonia apposuit.
¶ Semiplota soleę quib⁹ vtebant in venādo quo planius pedem ponerent.
¶ Semestris luna dr̄ cū mensis medium pmēsa est spatiū. Semestris res q̄ est sex mēsium Semestre aurum: sex mensiū annona pecuniaria.
¶ Semimares pe. cor. semiuiri nō pfecte viri. Idem significat Semiuir pro eunucho.
¶ Semicinctiū succinctoriū q̄ mediū holez cingat. i. vestiat. Est em̄ gen⁹ vestis breuissime quo vēter et velanda tegunt. Hiero. contra rufi. Hoc solū requiro ab eximia sanctitate et censura tua cuius tāta est puritas: vt ad sudaria semicinctia tua demones rugiāt: cui⁹ exemplū in scribēdo sequaris.
¶ Semiferus pe. cor. nō plus ferus vt ceruus.
¶ Semūcia dimidia vncia. Pers. Sz nullo thure litabis Hereat in stultis breuis vt semūcia recti.
¶ Semiustus dimidia pte vstus. Seminud⁹ dimidia parte nud⁹. Semirut⁹ pe. cor. ex pte dirut⁹. Semipes dimidi⁹ pes. Semiuiu⁹: idē qd semimortuus: et quādo q̄ debilis dicit et vigoris exigui.
¶ Semispathiū breuior ensis.
¶ Semitogiū breuis et quasi dimidia toga: a quo Semitogatus.
¶ Semiuocales: quasi dimidiatum vocalium sonū habentes.
¶ Semita pe. cor. quasi semiter: via arcta dimidia via. Est enim minor q̄ via. Unde Semito as. de quo in dictione Limito.
¶ Semiqnaria diuisio est: cū in scādendo q̄nq̄ pedes et dimidiū diuidunt: ita vt post duos pedes vltima dictionis supsit: vt Arma virūq̄ cano. Semiseptenaria diuisio cū id fit in septē pedib⁹: vt Arma virūq̄ cano troię.
¶ Semodius quasi semismodi⁹. Iuue. Et tñ vno Semodio scobis hęc emēdat seruulus vnus.
¶ Semiramis is. vel idis. Uñ actm̄ semiramin vel semiramidē facit: fuit nomē Assyrioꝝ regine. Nini regis vxoris: q̄ mortuo viro res pclaras gessit. Uez eadē impudica et mollis fuisse tradit: vtpote q̄ filij ꝯcubitū expetierit: et equū vsq̄ ad coitū adamasse dicat. De hac Plutar. in apophthegmatis scribit. Semiramis qd sibi sepulchrū ꝯstruxerat inscriptis lrīs. Quicūq̄ rex pecuniis indiguerit: patefacto monumēto q̄ quot voluerit accipito. Itaq̄ Dari⁹ sublato lapide pecuniaꝝ nihil inuenit sed alias repit lrās q̄ hęc diceręt. Ni mal⁹ vir esses ac nūmis insatiabilis cadaueꝝ loculos nō moueres. Semiramis lingua syria auē significat. Nāq̄ ab auib⁹ adhuc infans nutrita dr̄. Scribit Ual. mar. Duz die quadā circa cultū corpis occupata esset et nūciaret illi babilonē defecisse: soluta adhuc altera parte criniū ꝯtinuo ad eam expugnādā cucurrit. nec pri⁹ decorē capilloꝝ redegit i ordinē q̄ tantā vrbez in suā ptātem restituerit. Hui⁹ pe. cor. est. Iuue. Qd neq̄ in assyrio pharetrata semiramis orbe. Exercitum scribit Suidas ipsius πεζουμεν μυριαδας τιππικου δε εκατον δρεπανηφορων δε αρματων μυριαδας δεκα αρθρων επι καμηλων μαχομενων τοισον πληθος αλλων δε και ημιλων μυριαδας εικοσι. βυρσας δε βοων ωμοδεψητων εις λ μυριαδας μαυσ μαυηγεισθαι τρισχιλιας et multa alia q̄ prosequi est admiranda.
¶ Semoueo es. pe. cor. seorsum moueo. Aug. li. v. cō. Statimq̄ cognitū manu apphensa semouit a turbis: et tanti mali cām querēs: qd gestū esset audiuit.
¶ Sēpiternū quasi semp ęternū. Uide in dictiōne perpetuum.
¶ Sempiuiuū: herba q̄ grece Aizō dr̄. ἀεὶ semp ζάω. viuo. herba hec folio carnoso leni atq̄ oblōgo. Duo et⁹ genera sunt. Mai⁹ in fictilib⁹ vasculis serit qd aliq̄ buphthalmon a similitudine: hoc est bouis oculū vocāt βους em̄ bos οφθαλμος ocul⁹. Alij ζωοφθαλμον. hoc est alal oculū ζωον em̄ est alal και οπτω εστι το ορασω ενόεμοφθαλμος. Alij hypogeseō qm̄ fere in subgrundijs nascit Alteꝝ gen⁹ ē minusculū qd Erithelles vocat: q̄si amor florescens θαλλω em̄ floresco signifi. Aliud Trithelles q̄ ter floreat. Aliud chrisotelles q̄ ter florē pducat. Latini primū gen⁹ a semp sedēdo sedū: cū cubiti altitudinē excedat crassitudine plus q̄ pollicari. Scđm vero oculū vocant: aut dignitatē plerīq̄ semptiernū. Qd min⁹ est in muris parietinisq̄ nascit et tegolis.
¶ Sena insula britanico mari aduersa littoribus Gallię auctor Pompo. li. iij. Est et nomen ciuitatis inclytę Thuscia quam Brenus Galloꝝ dux pro senib⁹ valitudinarijsq̄ atq̄ armētis extruxit anno ante christi aduētum. cccl xij.
¶ Sennaar campus babylonis in q̄ turris extructa est Inde egressus Assur ędificauit niniuen.
¶ Senex dictus videtur quasi seminex: q̄ acta maiore suę ętatis parte iam morti ppinquior sit. Et est generis com. scđm Pris. Uar. de lin. la. Et tua amica senex. Huius genitiuus est senis: vel senicis secundum analogiā. Plau. in cis. Uos negocioli senicis soletis esse. Comparatiuū est senior: quod valde senem significat. Ouidius libro. xij. me. Tum senior. q̄uis obstet mihi longa vetustas. Quintilianus de Isocrate. Eo nāq̄ seniore: octauum enim et nonagesimum compleuit annum: pręcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit. Capitur quandoq̄ etiam senior pro magis sene. Seneca epistola. lxxv. Quemadmodum ex duobus sapientib⁹ qui senior decessit non est beatior eo cuius inter pauciores annos terminata est virtus. Et est senior generis communis. Amb. Et ideo cum angelus abscondita nunciaret: vt fides astrueretur exemplo senioris fœminę sterilisq̄ conceptum virginis marię nunciauit. Senes vocantur q̄tum ad priuatam ipsorum vitam q̄ vsq̄ ad senilem ętatem vixerunt: Ueteres q̄tum ad publicum tempus q̄ alia ętate vixerunt etiam si ad senium non peruenerunt. Utriq̄ antiqui dicuntur: sed magis veteres q̄ senes.
¶ Senect⁹ senec ta senium senitudo et senitas in eodē sensu: accipiuntur pro senum ętate. Sed non dicitur senecta ętas nisi dicamus ętas senecta. Est autem Senectus sexta hominum ętas: dicta a senario numero vel a sentiendo: q̄ in ea sensus deficiat: siue a senesco is. senui senectū. Unde senectus a. um. nomen verbale. Sal. lib. iiij. Histo. Omnes quibus senecta corpore animus militaris erat ętas quidem incipit ab infantia vsq̄ ad septimum annū quę dicitur a non fando: quia homo in ea non fatur: vel si fatur imperfectus est sermo: secunda pueritia cuius pars est pubertas vsq̄ ad. xiiij. Tertia adolescentia. Quarta iuuenta. Quinta virilis ętas. Sexta senectus cuius pars est decrepitas. Senectus etiā dicitur corium vetus quo serpentes exuuntur. Uide in dictione Uernatio.

¶ Seniū idē qđ senect⁹. Dicim⁹ em̄ hic hō ꝯfect⁹ est senio. Aliqñ etiā đ: tędiū tristia ⁊ molestia: ꝙ senes oībus odio sunt. Turpil. Quia odio ac senio mihi nuptię sūt. Neut⁹ seniū sonticū appellat quasi nocens: qꝛ senect⁹ naturalis morbus est: vt inqt Aristoteles.

¶ Seneo es. senui senectū: a quo senesco senex fio. Vñ ⁊ Consenesco: qđ Var. posuit pro putresio: cū ait Obquā rē oua: aut inęqualiter maturescunt aut ꝯsenescunt.

¶ Senetio diminuti. est a senex quo noīe etiā dicta est herba ꝙ vere canescat: q̄ alio noīe Erigeron vocaꝶ: in tegulis ⁊ in murꝫ nascens specie et mollicia trixaginis cauliculis subrubicundis.

¶ Senio in talis sex puncta ꝯtinet. Nā a senario numero dici videꝶ. Vñ ⁊ ei⁹ iact⁹ putilis erat. Interdū etiam dannosus sicut ⁊ canis. Nā q̄ iecerat canē: aut senionem ille denarios singulos ꝯferebat in medium: vt est apud Suc. i Aug. De senione ⁊ cane. Mar. Senio nec nostrū cū cane quassat ebur. Persi. Iure. etenī id summū quid dexter senio ferret Scire erat in voto. Existimāt eruditi senionē significare quaternariū: ꝙ. s. q̄ iecerat duos seniones ille quattuor nūmos lucrabaꝶ.

¶ Senatus tus. ⁊ senati a senectute: vel a sinēdo: quia magistratibus nō plus licebat: q̄ꝫ senatus permitteret. Et significat tam locum in quem senatores cōueniūt: q̄ꝫ ipsos senatores.

¶ Senatuscōsultum. i. senat⁹ sñia: qđ fiebat aut per rogationē cum rogabaꝶ vnusquisqꝫ sñiam quā v̄bis efferebat: aut p discessionē: qñ plęriqꝫ idē sentientes in vnam partem pedib⁹ ibāt: sicut testaꝶ Gel. li. i. Flauius Vopiscus de Aureliano. Deinde aliis manū porrigentib⁹: aliis pedibus in sententiā euntib⁹ plęrisqꝫ verbo ꝯsentientibus ꝯditū est senatuscōsultum.

¶ Senaculū: vbi senatores ꝯsultandi gratia ꝯsistebāt. Val. scribit senatū apud senaculum habitare ꝯsueuisse: vt cum a curia vocareꝶ pręsto adesset.

¶ Senatores inqt Plutar. in ple. alios patres vocant: alios patres cōscriptos qꝛ primis a romulo: alii additi ⁊ conscripti: vel qꝛ q̄ sñiam dicunt conscripti sunt: q̄ nō solum patres vocati. Vlp. dicit senatores q̄ a patriciis ⁊ cōsularibus vsqꝫ ad oēs illustres viros descēdunt quia hi soli in senatu dicere sententiā ꝑsūt: appellatiqꝫ sūt ab ętate prouecta ꝙ tales in principio in senatū electi fuere. Sꝫ et a sinēdo dici ꝑsūt senatores qm̄ ipi agendi facultatem dabant.

¶ Senatori⁹ a. um. qđ est senatoris: vt senatoria dignitas. Aug. li. ii. ci. dei. Romani hominib⁹ scęnicis nec plębeiam tribum: quanto minus senatoriam dehonestari sinunt.

¶ Senari⁹ a. um. qđ ꝯstat ex sex reb⁹: vt senari⁹ numerus. Hinc Senarioli dicti sunt v̄sus: a sex pedib⁹. Cice. li. v tus. Tenebā em̄ quosdā senariolos quos in ei⁹ monumento esse inscriptos acceperā: q̄ declarabant in summo sepulchro sphęram esse positam cū cylindro.

¶ Sētio is. si. sum. sensu ꝑcipio: qđ ad corpus tm̄ ꝑtinet Vñ quinqꝫ corpis sensus appellati sunt: visus audit⁹ gustus odoratus ⁊ tactus. Interdū sentire ponitur ꝓ intelligere. Ci. Nā et ipe anim⁹ sentit nescio quid in se esse diuinū. Hiero. ad Pauli. Nolo vt offendarꝫ in scripturis sanctis in simplicitate ⁊ quasi vilitate verboꝝ: q̄ vel vitio interp̄tum vel de industria sic ꝓlata sunt: vt rusticā cōcionē facilius instruerēt: et in vna eadēqꝫ hora: aliꝶ doctus: aliter sentiret indoctus. Interdum Iudicare. Ply. Iunior. Cupio abs te intelligere q̄d sentias. Interdum aduertere. Plau. in am. Nec nostrum quisq̄ꝫ sensimus cum pepit. Hui⁹ cōposita sunt Assentio. Consentio: qđ est cōuenio. Lact. li. i. Si ꝯgruentes annos diuidas numerus consentiet. Inde consentaneus a. um. ꝓ conuenienti. Ci. li. i. offi. Hę igitur disciplinę sibi si consentaneę velint esse de officio nihil queant dicere. Aliqñ ꝯsentire est acquiescere. Vñ ꝯsensus. Absentio: Dissentio: Pręsentio: añ vel prius sentio. hoc est aduerto ⁊ pręcognosco. Ci. de diui. Quia cōmodius arbitratus es separati id quęri de coqꝫ disseri. i. de diuinatione q̄ est earū rerum q̄ fortuitę putantur pręddictio atqꝫ pręsentio. Hinc Pręsentisco. Per sentio perfecte sentio: a quo per sentisco. Terentius in heau. Merito nūc ego succensco quot res dedere vbi possem persentiscere. Subsentio: aliquantum sentio aduerto. Idem in eu. Et si subsensi id quoqꝫ illos ibi esse id agere inter se clāculum.

¶ Sensus us. a sentio: ꝙ per eos tanq̄ꝫ per quasdam fenestras animus sentit. Nam sensus sunt qui sentiunt: sensa quę sentiuntur. Et licet proprie sensus sint corporis: consuetudo tamen iam tenuit vt mente ꝯcepta sensus vocaremus quę etiam sensa dicuntur. Cice. lib. de ora. Et ꝙ dicendo exprimere sensa possumus. Aug. lib. ii. ci. dei. Non multo sermone opus esset ad conuincendum quemlibet vanę opinionis errorē iis qui recte sentiunt: et sensa verbis sufficientibus explicant. Et libro xi. sicut de visibilibus quę non vidimus eis credimus q̄ viderunt: atqꝫ ita de cęteris quę ad suum quemqꝫ sensum corporis pertinent: ita de iis q̄ animo ac mēte sentiuntur: quia et ipe rectissime dicitur sensus. Vñ ⁊ sñia vocabulū accepit: hoc est de inuisibilibus quę a nostro sensu interiore remota sunt. Accipitur etiā q̄nqꝫ sensus pro intelligētia.

¶ Sensus a. um. partic ipiū est. Vñ dicim⁹ dolor sensus est a me.

¶ Sensim aduerbiū significat paulatim qꝛ ea maxime sensum faciūt q̄ moranꝶ: quasi cum meditatione ⁊ sensu. Plau. in Cas. Sensim sup attolle limē pedes noua nupta. Ci. li. i. offi. Magis dicere cēsent sapiētes sensim diluere q̄ꝫ repente pręcidere.

¶ Sentētia mō iudiciū đ. i. id qđ anim⁹ sentit: quod ⁊ credulitas ⁊ opinio vocari solet: vt nemo est in ciuitate cui nō liceat libere sñiam suā dicere. i. ꝓnunciare qđ habet in aīo. Sal. At. M. Porcius cato rogat⁹ sñiam huiusm odi orationē habuit. Mō dicꝶ Iudicatum: hoc est cū ex lege: vel ex ęquo ⁊ bono sñia đ: vt Iudex in causa mea sñiam dixit. i. sanciuit qđ ius vellet. Et vt digestis de arbitris scribit Paul. Dicere sñiam ęstimaꝶ is qui ea mente id ꝓnunciat: vt scđm hoc discedere eos q̄ litigāt a tota controuersia velit Mō capitur pro eo ꝙ verba isonāt. Vñ dicere solem⁹. Hic etiam obscure loquiꝶ: vt nulla ex v̄bis ei⁹ sñia colligi possit. Quę sic diffiniri solꝫ. Sētentia est oratio gn̄alem ꝓnunciationē hn̄s q̄ vel hortaꝶ vel dehortatur: vel demōstrat: vt nil metuant qui non deliquerunt pœnas. Sentētias etiā vocamus lumina orationis ꝑsertim q̄ in clausulis sūt breuiter collecta: vt Obsequiū amicos: veritas odium parit. Hinc sententiosus a. um.

¶ Sensiculus diminuti. a sensu. Quinti. Inde minuti corruptiqꝫ sensiculi ⁊ extra rē petiti.

¶ Sēsibile đ: de eo qđ sentiꝶ ⁊ de eo qđ sentit. Dicitur aūt sensibile qđ p ocl'os vel aures vel olfactū vel gustatū vel tactū: quasi quandā notitiā ꝑbeat sui.

¶ Sēsile pe. cor. idē qđ sensibile: hoc est qđ sensui subiectum est. Insensile qđ sentiri nō pōt. Lucr. li. ii. Ex sensibilibus nec credas sensile gigni.

¶ Sensificus a.um. qđ sensus causam prestat. Macro. Spiramentum sensificum ad sua queq; loca naturali lege ducentes.

¶ Sentina pe. p. pars nauis inferior in quam quicquid instillat aquarum defluit. corruptaq; male olent: a sentio is. q eius fœtor sentiat. Nam odorē fœtidum emittit. Iuue. Si imbeat iunx dux est ascendere nauē: Tūc sentina grauis: tunc summus vicit aer. Per trāslationē sentina dr ois locus q sceleratorum hoim receptaculū sit.

¶ Sentino as. satago: ac subtiliter periculū euito a sentina nauis quā quisq; vt aqua liberet euacuare cōtendit Cecil. Capitolsiliū postq; sentinat satis.

¶ Sentinū vmbrię oppidū qđ nūc satum ferratū appellatur: a quo Sētinates ppli dicti sunt. Uocatū sentinū ab Amne q sentinus dicitur.

¶ Sentis spina: q a tangētibus q primum sentiat. Hinc Senticosus a.um. spinosus et asper. Lucil. Et senticosa verba pertorquet.

¶ Senticetū locus in quo sentes sunt.

¶ Sentus pilosus horridus: quasi spinosus Terē. in eu. Uideo sentū squallidū ęgrū: annis pannisq; obsitū.

¶ Senones populi Gallię finitimi belgis q olim vrbem romā incēderūt et capitoliū obsederunt: hos Furius Camillus aggressus adeo cecidit: vt incēdiorum vestigia gallici sanguinis vndatione deleret. Scribit Uerrius ideo senonas appellari: q nō venerunt ex transalpina gallia cęnō as littera immutata. καινος enim grece latine nouus dicitur.

¶ Seorsum aduerbiū vnacula lingua significat da pte. Hier. li. j. Re. Da partē quā dedi tibi: et pcepi vt reponeres seorsum apud te. dr et Seorsus a.um. remotus. Uer. li. de est et non. Pariter nonnūq; sępe seorsis obsistunt dubijs.

¶ Separo as. pe. cor. diuido distraho a se et paro. Hinc dissepаro et aduerbiū Separatim diuisim. Sal. Oia virtutis pręmia ambitio possidet: neq; mirum vbi vos separatim quisq; cōsiliū capitis.

¶ Sepes is. et seps pis. fœ. generis q obiectum introitum prohibet.

¶ Seps mas. ge. paruus serpēs: ex cuius ictu mēbra pcussa putrescūt ab σηπω quod est putrefacio. Nam quē mo momorderit: resoluit in putredinē. Luc. Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. Ply. lib. xxix. Lacerta quā sepa: alij chalcidicem vocant. Aliso. An lybię ferale malū sit romula vox seps. Suidas τη σηψ σηπτος ο σκωληξ λεγει.

¶ Sepio is. iui. itū. vel sepsi. septū. significat teneo impedio: dictū a sepibus q obiectę interdudūt iter. Hier. in Esaia. Sepiuit eā et lapides elegit ex ea. Ab hoc cōposita sunt Consepio: Circūsepio: Intersepio: Presepio quod est sepem ante facio.

¶ Septa gnali vocabulo dnr oia loca munita et quodam sepimento vallata. Inde stabula ouilia bubilia caprilia et id genus reliqua: septa nuncupant. Uñ et septa aliqñ p ouilibus ponunt. Uerg. Cuius multa meis exiret victima septis. Econuerso Luc. Et miserę maculauit ouilia romę. Inde in Martio campo loca inclusa tabulatis in quibus stans populus romanus suffragia ferre psueuerat: septa dici meruerūt ad silitudinē ouiliū. De quibus Mar. In septis mamura multūq; diuq; vagatus. Uar. de re rus. appellat septa oia q habent inclusa animalia q pascūtur. Idē inquit intra septa villę habeas aquā. Apud eūdē inscriptio ē de fundi a septis Sepio munio. Inde septus locus: septa villa: septū tectū. Iurisconsulti accipiunt septa pro obicibus et claustris quibus vtimur ad impetus fluuiorum coercendos.

¶ Sepimentū id dr quo aliquid sepit. Uar. Primū naturale sepimentū quod obseri solet virgultis aut spinis: qđ habet radices viue sepis.

¶ Sepia genus piscis q emisso cruore atro occultat iter. Persi. Nigra q infusa vanescat sepia lympha. Est et sepia scopulus iuxta Atheniēsium littus: vt inquit Herodotus. Suidas σηπιαι Χευσ αριστοφαμησ κασησο τοι μυρησπειασ μασσωμενοσ ο ιομει τρυφων Δια την εξουσιαν.

¶ Sepius ciuitas q nūc sipontū dr a sepiarum multitudine fluctibus eiectarum.

¶ Sepū: qđ et Seuū dr: fit ex aialibus vna pte dētatis et cornigeris. Hinc Sepatius a.um. qđ ex sepo est vt cādelę sepatię. Apul. Tota domus complet tędis: lucernis cereis sepat. is: et cęteris nocturni luminis instrumētis. Sūt q legant Sebū et Sebo as.

¶ Sepelio is. pe. cor. iui. itū. et sepultū. Oui. in hero. Et sepeli lachrymis pfusa fidelibus ossa. Qđ vbū a sepio quidam deducūt: q cadauer terra: vel alio materię genere circūsepitur.

¶ Sepultus dr quocūq; conditus sit: humanus vo nō nisi humo cōtectus. Aliqñ sepultus sumit p eo q mortuo similis: quasi sine sensu iacet. Uerg. Inuadunt vrbē somno vinoq; sepultam.

¶ Sepulchrū locus in quo corpus ossaq; homis sepulta sunt: quasi seorsum a pulchro: vt inquit Ser. Propter recordationē doloris. Uel dr a semis: q pulchrū superficie intus ossibus plenū ē. Uel scdm Do q sine re pulchra sit. Aut q ibi sine pulsu sint. i. mortui. Aut a separādo q illic aię a viuis separent. Sz melius est vt sepulchrū dicat a sepeliendo sicut simulachrū a simulando et lauachrū a lauando tñ cū h. scribēdū censeo. Sepulchri aūt appellatione ois sepulturę locus ptinetur.

¶ Sepulchrale: qđ ad sepulchrū ptinet vt cerimonię sepulchrales q ptinent ad funerationē impensam structurāq; sepulchrorum. Titulus est apud iuriscōsultos de religiosis et sumptibus funerum. Ci. refert leges quibus pcipit sepulchrorum magnificētiā esse minuendā.

¶ Sepultura etiā sepulchrū dicit: qñq; sepeliēdi actus. Ply. Post sepulturā alię manuū ambages sunt.

¶ Seplasia: fuit forum Capuę in q vnguentarij negociabant: cuius delicijs fractā fuisse punicā ferociam testatur Ual. max. li. ix. Ci. contra Rul. Iā vo q metus erat tuntcatorum illorum in albana et seplasia. Hinc Seplasiarius p vnguentario et effœminato Lāpri. in heliogabalo. Pinxit se vt Cupediнariū vt seplasiariū: aut popinarium pter vnguēta q seplasię pficiebant.

¶ Sepono is. pe. p. diuido et missū facio qđ dicimus mettere da cāto. Quin. li. xij In psilijs vo q rō suadēdi est ab honesti qstione seposita. i. diuisa. Li. li. j. Pecuniā in ędificationē eius tēpli seposuit. Lact. li. ij. Seponat interim nobis hic locus de ira dei differēdi. Hie. Sepositis occupatiōibus qbus arctabar huic vnā lucubrationem dedi.

¶ Septētriōes sunt septē stellę ex qbus quasi iuncti triones figurant. Scribit Uar. Triōes rusticorū vocabulo boues vocari quasi teriōes: hoc ē arādę terrę ac colēdę idonei: vel iō magis hę septē stellę triōes appellatę sunt qm ita sitę sūt vt ternę quęq; stellę primę inter se trigona i. triquetrā figurā constituāt: quā recētiores vocant triangulum. Ex septē siquidē stellis duę pariles vno in loco videntur quę pro bobus accipiuntur: reliquę quinq; plaustri figuram designant. Itaq; et primum huius st

dus bubulcus. i. bootes appellatur: q̃ in ore bubulci currum sequitur. Hoc sid⁹ a figura: q2 simile plaustri videt antiqui græcorum ἅμαξαν. i. plaustrũ dixerũt: nostri a bobus iunctis septentrionales appellarunt. Ab his etiã ventus spirat: qui haustro obiectus est: et latine septẽtrio: ꝛ septẽtrionalis vẽtus ꝛ septẽtrionarius. Grece vero q̃ ab arcto flet aparctias appellatur,

¶ Septicolis dicta est vrbs roma: q̃ septẽ colles habeat Palatinũ. Quirinalẽ Auẽtinũ Cęliũ Uiminalẽ Exquilinũ ꝛ Ianicularẽ.

¶ Septuns nomẽ dictũ a septẽ ꝛ vncia.

¶ Sequana pe. cor. fluui⁹ Belgarum in gallia iuxta quem habitantes Sequanici dicti sunt: et Sequani. Hodie Burgundię ducatum incolẽtes heluetijs heduis ac lingonibus finitimi. Luc. li. j. Optima gens flexis in gyrum sequana frenis. Mar. Hanc tibi sequanicę pinguẽ textricis alumnã.

¶ Sequester stris. stre. ꝛ hic ꝛ hęc sequestris et hoc stre. Et sequester a. um. Et pace sequestra inquit Uer. Plau. Haud fugio sequestrũ. Est aũt sequester apud quẽ plures eãdẽ rẽ de qua ꝯtrouersia est deposuerũt. Dict⁹: vt docet Gel. q̃ eius q̃ electus sit vtraq̃ pars fidẽ sequat. Est eñ medius inter duos altercãtes apud quẽ aliquid se ponitur. Quapropter vir. pacẽ sequestrã inducias appellauit: q̃ media sit inter bellum pręteritum ꝛ futurum. Uñ Asco. Sequestres sunt apud quos pecunia deponit. Cice. in ver. Aut sequestros aut interpretes corrumpẽdi iudicij.

¶ Seq̃stro as. apud Sequestrũ depono. Uñ sequestrata res dr. Interdũ sequestrare est separare. Hiero. Qui petitis vt vobis diuersos psalmos p ordinẽ sequestrem

¶ Sequestro aduerbiũ. Cato. Per deum immortalem nolite vos sequestro ponere.

¶ Sequor eris. Secutus: a seco fit: et est vbũ cõe. scdm Prif. Uñ et in eu. legim⁹ in significatione passiua. Et persequemini de ciuitate in ciuitatẽ. Hui⁹ composita sunt Assequor: Consequor: Exequor: Insequor: obsequor: Persequor: Prosequor: Subsequor: Pedisequus a. o. dorinsequus: q̃ oĩa habẽt pe. cor.

¶ Sequela pe. p. ipe sequendi actus.

¶ Sequax q̃ aliud sequit. Sene. Cęteri aristippi sequaces. Leo papa. Sz tu iudaicę cęcitatis sequacior nõ imitaris fidem gentium. Aliqñ significat id quod se spargẽdo dilatat. Persi⁹. Quorum imagines lambunt hęderę sequaces. Sequacem vero materiam appellat. Plynius inhęrentem.

¶ Sera per simplex r: instrumentum est quo claudunt ostia: ab Asserere q̃d significat admouere q̃ foribus admotę serę opponunt defixę postibus: habetq̃ primã correp. Iuue. Pone seram cohibe: sed quis custodiet ipsos Hanc etiã patibulũ vocãt: q̃ ea remota valuę patescũt Uar. a sarrire deriuat q̃d est apire. Est et Sera nomen vrbis in Asia scythica.

¶ Sero as claudo. Col. li. viij. de mulę fœminisb⁹ loq̃ns Fœmina iuḡt serari ꝛ interdũ iniri solent. Hui⁹ cõpositasunt Obsero p occludo. Ter. in eu. Tu abi atq̃ obsera ostiũ intus. Resero aperio.

¶ Serra p duplex rr instrumentũ dentatum quo ligna et lapides secant. Col. li. vj. Uno ictu arborẽ pcidi si minus serra desecari. Mar. Et pingues tunicas serra secare potes. Itẽ Serra instrumẽtum ligneum dentatum quo trahentibus bobus homines torquebãtur. Itẽ est genus piscis maritimi: vt apud Amb. li. hexa. Serra q̃ li ari dicitur cum assidue acceditur recediturq̃ nec vllo tpe consistitur: vt serrã facit dum aliquid secat.

¶ Serrula diminutiuũ parua serra. Col. li. iij Et si fieri põt iuxta aliquẽ nodũ serrula desecato.

¶ Serro as. serra per medium seco. Hier. li. ij. Pr. Populũ eius adducens serrauit. Syrus li. vj. Auro serrauit ramos innonius anguis.

¶ Serratus a. um. q̃d est serra factũ. Et q̃d admodum serrę factum est. Uñ serrati dentes: qui inter se distincti sunt ad similitudinẽ dentiũ serrę pectinatim sese stipãtes. Ply. Dentiũ tria genera. Serrati aut cõtinui: aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes ne cõtrario occursu atterant: serpẽtib⁹: piscib⁹: canib⁹. Cõtinui: vt boui equo. Exerti. vt apro: elephanto.

¶ Sero is. seui satuz. significat semino. Hiero. in leui. Si triginta modijs hordei seritur terra. Quinquaginta siclis vendet argenti. Aliqñ significat plãto. Lact. li. ij. Terram studiose coluit. ac vineam sua manu seuit. Unde arguunt q̃ auctorem vini liberum putãt. Per trãslationẽ Serere quãdoq̃ capitur pro generare. Uñ Sat⁹ i. generatus. Huius composita sunt Assero: Circũsero. Ply. lib. xxj Et genistas circũseri aluearijs gratissimũ. Consero. Desero: Dissero: Exero: Insero: Intersero: Obsero: Resero et Subsero: q̃ habẽt pe. cor. de q̃bus locis suis.

¶ Sero is. serui diuisas syllabas sertum. significat admoueo Unde Asserere manum veteres dicebant comprehendere: cum eam prehendebant in libertatem. Itẽ texere ꝛ ordinare: qm̃ ea quę ordinant annectuntur inuicẽ atq̃ cohęrent. Inde Serta coronę dicunt ꝛ Series.

¶ Seranus cognomẽ sumptuz a Sero pro semino seu planto. Cornutus. Q. Cincinatus cum suum agrum et araret et sereret: Dictatura ei a pplo romano delata est Qui cõtra Sãnites pfec⁹ victor extitit: q̃ a serẽdo Seranus appellatus est.

¶ Series ordo et quasi quędã rerum ꝯtinuata pgressio: a serendo. i. ordinando dicta: vt in serie orationis. i. in cõtextu. Ual. max. Quis compos mentis domesticę peregrinęq̃ historię seriem fœlici supiorum stilo conditã vel attentiore cura vel pręstantiore facundia traditurum se sperauerit:

¶ Seres populi asię scyticę a Sera vrbe: sic dicti apud quos arbores sunt q̃ nõ solum folia: sed lanã quoq̃ pferunt tenuissimam. Nã ex earũ frondib⁹ caniciem depectunt aqua perfusam: ex quo vellere vestimenta ꝯficiũt q̃ Serica nuncupant. Uerg. Uelleraq̃ vt folijs depectãt tenuia seres. Huius nominis nominatiuus singularis est Ser. Sidonius Assyrius gemmas ser vellera: tura sabęus. Auso. Iam pelago volitat mercator vestifluus ser. Nã ꝛ vermicul⁹ ipe: vt auctor est Pausanias: Ser. appellatur.

¶ Sericus a. um. penultima correpta quod est cõfectuz ex ea lana. Unde vestem sericam dicimus. Hinc fit holosericus: vt vestis holoserica: ex serico contexta sine alia materia. Subsericus a. um. quod non est plene ex serico.

¶ Sericũ substãtiuũ: vestis serica. Hiero. ad Paulam. Habeãt sibi cęteri si velint suas opes: vase gẽmato bibãt: serico niteãt: plausu ppli delectent ꝛ p varias voluptates suas diuitias vincere nequeãt.

¶ Sericatus q̃ est indut⁹ serico. Sue. de Calig. Armillat⁹ in publicũ pcessit: aliqñ sericat⁹ ꝛ Cycladat⁹.

¶ Sericari⁹ textor sericorum. Iul. Firmic⁹. lib. viij. Metheseos refert sericariũ textorẽ nasci q̃ habuerit horoscopum in. xxviij. parte arietis.

¶ Serius fluui⁹ cisalpinę Gallię p bergomatem agrũ in Ad duã fluens, a quo Vallis seriana in eodẽ agro populosa artificiosaq; nominata est.

¶ Serius.a.um.significat graue. Ter. in eu. Ait rem diuinam fecisse et rem seriã velle agere mecũ.

¶ Serio aduerbium significat vere et cum grauitate. Plau.in am. Nunc q̃dem p̃ter nos nemo esse dic mihi verũ serio.i.sine risu. Terẽ.in eu. Misit porro orare vt venirem serio.i.cum effectu.

¶ Seria sunt q̃ iocis opponũtur. Nã sũt vera & grauia. Accius. Vos nugas affertis: nos seria loquimur. Mar. Parce p̃cor socero seria forsan amat.

¶ Serus.a.um.mõ tardũ significat. Plau. Quid tam sera aduenis? Hinc Col.lib.i.cõpatiuũ formauit. Sationes eius duas seruamus: alteram maturã p mediã sementẽ: seriorẽ alterã mense februario. Accius. Ne si forte paulo q̃tu veniam serius. mõ significat grauẽ magnũ. Sal. Serũ bellum in angustijs futurũ. Virg. Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates.

¶ Sero aduerbiũ significat tarde. Sene.i tragœ. Sero nos illo referat senectus nemo ad id sero venit. Aliquando significat vespe quod est post occasũ. aliquãdo post tp̃s. Quod.n.post solis lucẽ est: id vere post tẽpus dici potest. Ci. Cũ accusator Milonis idẽtidẽ interrogatus pstaret. quo tp̃e claudius eẽt occisus. vrbane rñdit. Sero: quasi post id tp̃s quo debuisset occidi.

¶ Serũ substantiuũ significat extremã ptem diei. Li. Erat iam diei serũ. Sue.in Aug. Nec multo post naua li plio apud actiũ vicit in serũ dimicatione ptracta: vt in naui victor pnoctauerit.i.in horã vesptinã. Et Serũ dicit aqua lactis ad multos morbos vtilis. Virgili⁹. Acremq; molossum pasce sero pingui.

¶ Serotinus.a.um.pe.cor.a sero p vespe fit hora serotina: & tp̃s serotinũ. Et serotinus a sero p tarde vt poma serotina q̃ post legitimũ tempus: vel tardius cęteris maturescunt. Col.lib.iij. Locis frigidis & autumni tẽporib⁹ aquosis p̃cocẽ serito. locis hybernis serotinas serito.

¶ Seria.ę.vas fictile oblongũ. Liui.lib.iiij. de secun. bel.pu. Et in vico histrio fontem sub terra tãta vi aquã fluxisse: vt serias doliaq; q̃ in eo loco erant puoluta velut impetus torrẽtis tulerit. Est et Seria nomẽ vrbis Turditanorũ in hispania.

¶ Seriola dimi.a seria. Per. Seriolę veterẽ metuẽs deradere limũ. Et serita est oicarũ ordo directus.

¶ Serapis.is.& idis. Et Seraphis cũ ph ab aliquibus scribitur cuius pe.indifferens est. Mar. Vincebant nec quę turba seraphin amant. Idẽ. Iseum seraphi nil⁹ veneratur osirin. Fuit cognomẽ osiridis. De quo in dictione Apis dictum est. Serapiũ vero dicit ędes serapidis sicut templũ Isidis isium. Lampridius in Alexandro Isium & serapium decenter ornauit additis signis.

¶ Seraphim cũ m: tam neu.q̃ mas.ge.est. Hieron. ad Furiã. Hęc sũt duo seraphim ter glorificantia trinitatem. Seraphin cũ n plura.nume.neu ge.est p choro angelorum. Unde quotidie in missa dicimus. Beata seraphin socia exultatione concelebrant.

¶ Serta coronę dicunt a sertis: hoc est a digestis inuicem floribus frondibusq;: ex quibus ab initio fieri coronę solebant. Et substantiuũ est. Virg. Sertisq; recentibus halant. Et Serta pcul tñ capiti delapsa iacebant. Cũ tamen dicamus Sertus.a.um. vt certos flores certas coronas. Luc. Accipiunt sertas nardo florente coronas.

¶ Superforamē: quasi pro supernacaneo Sydonius apollinaris vsurpat.

¶ Superiacio is. pe. coꝛ. suppono vel superextēdo Col. li. ii. Seminibusqꝫ de tabulato supiectis. Lactā. de opi. Et ea viscera formata in eū modū ꝗ cōtexit vniculqꝫ generi ac loco aptꝰ fuit supiecta pelle.

¶ Superincido is. ex super: ⁊ in: ⁊ cado componitur. significatqꝫ supra in aliquem: vel aliquid cado. Liui. lib. secundo. Multisqꝫ superincidentibus telis icolumis ad suos tranauit.

¶ Supermeo as. supfluo: siue suplaboꝛ. Plyni. libro. i: Quędā vero etiam dulces inter se supmeant alias: vt in fucino lacu.

¶ Supnati dicūt̃ ꝗbus fęmina succisa sunt in modū suillarum pernarum.

¶ Supernia fęmina ipsa succisa.

¶ Supero as. pe. coꝛ. ꝓprie significat supgredioꝛ: ⁊ quasi supra acendo. Uirgi. lib. iii. Ge. Superant montes: ⁊ flumina tranant. Plyni. lib. vii. Arbores quęquidē tātę proceritatis traduntur vt sagittis superari nequeant.

Per translationem superare ponitur pro vincere. Vir. Quid si idem certet phœbum superare canendo. Itez superabundare. vt Si superent fœtus pariter frumenta sequentur. Item superuiuere: ⁊ quasi superstitem eē vt Quid puer Ascanius superatne ⁊ vescitur aura Aetherea? Item restare. Cice. Neq; eo quod ipsis superat alijs gratificari volūt. Et in euan. Colligite q̄ superauerunt fragmenta ne pereant. Item Occidere. Virgili⁹. Clam ferro incautū superat. Huius cōposita sunt. Exupero abundo. Prosupero supabundo.

¶ Superus a. um. pe. cor. a super fit. Et q̄uis superus ⁊ inferus videant esse positiua superioris ⁊ īferioris: tamen in vsu superi pro cęlestibus siue viuis. Inferi autē pro manibus siue mortuis accipi solent. Superum mare adriaticum nuncupatur per respectū ad Tyrrhenū quod gręci inferum vocauere.

¶ Supernus a. ū. quod est supra: vt superna regio. hīc supne aduerbium: quod significat de pte supiore. Ply. Argentum supne innatat: vt oleum aquis.

¶ Supstruo is. supędifico. Lac. li. vi. Manentib⁹ enim pceptis eorum q̄ solent ad pbitatem recte dari ignota illis supstruemus ad perficiendam consummandamq; iustitiam quam non tenent.

¶ Supsedeo es. non mutat e in i. sicut cętera a sedeo cōposita. vt obsideo: resideo psideo: significatq; omitto. Et ablrō sępius cōstruitur. Cęsar com. i. Et pter multitudinē hostiū: ⁊ pter eximiam opinionē vtutis plio supsedere statuit. Et licet plio datiuus esse videat. per ablatiuū tamen sic resolui oportet: plio supsedere. i. sedere sup plio. Quo item modo. Ci. li. iij. ad heren. locutus est. Commode poterimus principio supsedere. cuz tamen Sulpitio scribens ablatiuo construxerit Tu si videbit ita censeo facias: vt si habes iam statutum qd tibi agendum putes in quo non sit consilium tuum cum meo supsedeas hoc labore itineris. i. omittas ad me venire. Gellius autem libro secundo actō construxit cū ait Alia luce auis in pastum profecta est: cognati et affines operam quam dare rogati sūt supsedent: qui tamen accusatiuus resoluit in ablatiuū. Nam super vtriq; casui deseruit. Hieronymus cōtra Iouī. cum infinitiuo iunxit. Cice. rogatus ab Hircio vt post repudiū Terentię sororem eius duceret omnino facere supsedit: dicens nō posse se vxori ⁊ philosophię pariter operam dare. Idez contra pelagianos datiuō iunxit. Vnde supsedendum huic labori censeo.

¶ Supsto as. supra aliqd sto. Gel. Cū sedenti aqla supstaret. Quandoq; superstare est superesse: vnde superstites dicti sunt.

¶ Supstito as. frequentatiuum quo veteres vsi sūt: significat saluo ⁊ incolumen reddo. Ennius. Regnum vestrum vt sospitent superstitentq;.

¶ Supstes q̄ ex mortuis quasi solus viu⁹ supstat. Ambro. lib. i. offi. de noe loquens ait. Qui ad semen omniū reseruatus solus ex omnibus ⁊ potestate generationis supstes est factus auctor futurę. Quintil. Defūcta vxore liberis tamen supstitibus. Supstes quoq; dicit q̄ saluus est ⁊ viuit iter viuos etiam sine morte suoꝝ omniū Teren. in an. Deos q̄so vt sit supstes. Antiqui etiaz testes supstites appellarunt. Aliquando supstes p pręsenti sumitur. Plau. Supstitem vtrunq; monui ne iniussi abeant.

¶ Supstitiosi pprietatem habent vt Ci. lib. ij. de natura deorū tradit: ex hoc q pręcultura deoꝝ supsedeāt: qui sine causa timidi sunt: qui deum timent in reb⁹ etiā non timendis: hi sunt qui apud veteres totos dies pręcabantur ⁊ immolabant vt sibi sui liberi superstites essent. Ideo non solum philosophi verumetiam maiores omnes superstitionem a religione separauerunt. Omnis tamen importuna ineptaq; religio secundū Gelliū supstitio dici potest. Lactantius docet superstitionem ⁊ superstitiosos dici: qui supstitem memoriam eoruz colunt: aut qui parentibus suis superstites colebant: imagines eorum domi tanq̄ deos. Superstitio autem nihil aliud est: q̄ falsi dei cultus. et sicut religio colit deos ita supstitio violat vt inquit Seneca: a quo supstitio dicitur: error insanus. Seruius a supstite supstitio dicta: quę anicularū ppria est: quę multis p ętatem supstites sunt: ⁊ quę rebus inanibus addictę dū volūt videri nimis religiosę: supstitiosę fiūt: ⁊ ita delyrāt. Lucr. refert q supstitio sit supstantiū reꝝ. i. cęlestiū ⁊ diuinarū q̄ sup nos stant inanis ⁊ supfluus timor.

¶ Supsuz ass. uo: abundo. Vir. Auxilio vrbes italę populiq; supsunt. Interdū pesse significat reliquum esse. Ennius. lib. iij. anna. Inde sibi memorat vnum supesse laborem. Interdū supstitem esse. Plau. in asi. Sicut tuum vis vnicum natū tuę supesse vitę sospitē ⁊ supstitē. Interdū vincere: supiorē eē. Vir. Farrea q̄ blādo neq̄ant supesse labori. i. vincere laborē. Interdū supfluū eē Gell. Memini ego ptoris docti hoīs tribunali me forte assistere: atq; ibi aduocatū cū nō habere. Et cū is q̄ vba faciebat reclamasset. Ego illi supsū respōdisse ptorē festiuiter. Tu plane supes nō ades. hoc ē suplu⁹ supuacaneus es. Interdū durare. Vir. Prim⁹ ego ī patriā mecū mō vita supsit. Interdū defēdere ⁊ aduocatū eē. Sue. de Aug. Cūctari se ne si supesset eripet legibus reum.

¶ Supuacuus a. ū. qd nō est necessariū. Col. li. iij. Itaq; supuacuū ē hoc repetere tā tradita rōne terebrationis

¶ Supuacaneus. a. um. idem quod supuacuus. Ci. Appio. Cōfirmata amicitia ⁊ pspecta fide commemoratio officioꝝ supuacanea est.

¶ Supuagane⁹ a. um. a vagor fit. Vñ auis supuaganea dicebat ab augurib⁹ cū ex sūmo cacumīe vocē emisisset. Vaganeus simplex non legit. vnde ⁊ deriuatiuum est.

¶ Supparasitor pe. cor. parasito ministro. Plau. in am Accedā ad hāc appellabo ⁊ supparasitabor patri.

¶ Supplanto as. pedem suppono: ⁊ sic a planta fit. Ci. lib. iij. offi. Contendere debet q̄ maxime possit vt vincat supplantare cū qui cum eo certat ac manu depellere nullo modo debet. Per translationem supplantare significat decipere. Hiero. ad Iulianuz. Ego te nequaq̄ decipiam adulatione ne lubrica laude supplātem te. Et supplantare subtus plantare, Sicq; a planto compositū est. Col. li. iij. Sin autē ipam vitam sternere voles iuxta radicē ita ne ipam lędas curiose fodito: ⁊ vitē ita supplantato: nec radicem adrumpas.

¶ Supplaudo is. ex sub ⁊ plaudo: significat latenter plaudo. Hierony. ad heliodo. Nec quisq̄ sibi de corporis mundi castitate supplaudat: cum omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddituri sint rationē in die iudicij. Hoc a me positum est ne quis plaudo pro plodo aut econtrario forte sumat: cū maxime differāt. Plodere eni est quatiendo siue colligendo sonū quēdā facere ab quatio aliquantulū aduersū. Plaudere vo est vocem lętitię ⁊ exultationis in laudē cuiuspiam rei aut hoīs efferre. Virg. Et ingenti sonuerūt oīa plausu.

¶ Supplodo is. pe. pdu. est q̄si succutio siue pede siue alio signo. Cic. ad heren. Pedis dextri rara supplosione. Aliquando significat reijcio. Dama. Hiero. Roga=

mus vt abscissis opinionibus ambiguitatibusq̃ supplo sis qui se habeat scribas.

¶ Suppedaneum dr̃ id quod sub pedibus est dū sedemus. Aug. Et non tm̃ suppedaneū xp̃i quantum sub pedibus seruoꝝ eius vos iudeos adduxit.

¶ Suppedito as. pe. cor. subiugo: subministro: a sub et pes pedis. vel a pedito as. cuius pedito nō sit i vsu: q̃si a pedis primitiuo. Var. Largiore cibatu sustentare dz: quo facili⁹ lac suppeditare possit. Est et suppeditare opprimere. Ci. Nūc video in iudicio mecū ꝯtendere non vis: vbi suppeditari turpissimū: supare pulcherrimū ē.

¶ Suppeto is. pe. cor. significat latenter seu p fraudem peto. Vlpi. Apud Labeonē relatū est silignario q̃s dixerit vt si q̃s noie eius siliginē petisset ei daret ⁊ q̃dam ex trāseuntib⁹ cū audisset petit ei⁹ noie ⁊ accepit furti actionē aduers⁹ eū q̃ suppetijt siliginari⁹ gessit: Suppetit ꝟbo in tertia ꝑsona ⁊ suppetūt significat in ꝓmptu ē: vel succurrit: ⁊ hmōi. Ply. Cui abūde suppetūt facultates.

¶ Suppetię ⁊ suppetias tātū habemus a suppeto quo nomine Valla auxilium significari existimat: sed magis subsidiū est. Pla. in epi. Auxilia mihi ⁊ suppetię sunt domi. Si enim auxilia ⁊ suppetię idem essent frustra alterū coꝝ poneret: Propterea q̃d sciēdū est q᷑ sicut īter ꝑsidiū ⁊ subsidiū īterest: q᷑ ꝑsidiū sit auxiliū q̃d ꝑstatur alicui: ⁊ ꝑsertim q̃d satis videt̃ ad defensionē fore: Subsidium q̃d ad succurrendū venit: ita suppetię sūt q̃ ad rē ne labatur aut ꝑeat sustentandā mittunt̃: vt est ad succurrēdū oppidis ⁊ obsessis multūq̃ laborantibus quod succursū milites appellāt: ⁊ est fere idē quod subsidiū. Dictę suppetię q̃a suppetūt opp̃ssis. i. ꝑsto sūt: siue succurrūt eis ⁊ a fidis suppeditant̃. Auxilium vero ꝓprie ad augēdas copias atq̃ vires ⁊ peti et mitti solent. Cęsar. cō. ij. Et nunciabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire: i. in subsidium.

¶ Suppetior aris. auxilior: succurro. Apul. lib. viij. At vobis facile est suppetiari miserrimo seni.

¶ Suppleo es. quid significet ex voce sua demonstrat̃. Vir. li. iiij. Remigiū supplet: socios simul instruit armis Et supplere est ęquare. Idē Si fœtura gregē suppleuerit aure⁹ esto. Ser. Si tot agnos habuero q̃t oues: hoc enim est gregē ꝑ fœturam suppleri. Sunt q̃ hoc verbū ꝑ simplex p. scribi velint. Unde suppellex.

¶ Supplementum quod suppletur.

Ci. Appio pul. Censebant oēs fere vt in Italia supplementum meis ⁊ bibuli legionibus scriberetur.

¶ Supinū: a q̃busdā dr̃ ꝟbū ꝑticipiale: sicut gerundia sūt noīa ꝑticipialia. Et habet duas terminatiōes. s. um ⁊ u. vt lectū lectu. Quod in um finit̃ habet significationē actiuā. Sal. Legatos ad Iugurthā de iniurijs q̄stum misit. i. q̃ q̃rerēt. Idē. Nō mea culpa sępe ad vos oratū mitto. P. C. hoc est q̃ orēt. Do filiā nuptū dicim⁹: hoc ē q̃ nubat. Do venū: vendo. Spectatū admissi sum⁹. i. vt spectem⁹. In u. ꝟo significatiōis passiuę est: iūgitq̃ nominib⁹ adiectiuis. Vir. Nec visu facilis: nec dictu affabilis vlli: hoc ē q̃d nec videri nec dici facile possit. Ply. Ac penset piscis rar⁹ inuētu: hoc est q̃ raro inueniť. Dicim⁹ ꝑterea dignū siue indignū relatu. quod referat̃. Impiū factu si fiat. Horrendū aspectu si aspiciat̃. Iucundū cogitatu: si cogitet̃. Obscœnū visu si videat̃: ⁊ sic de reliq̃s.

¶ Supinus a. um. quod iacet ventre cęlū versus. Iuue. Cubat in faciem: mox deinde supinus. Ponit̃ nonnunq̃ ꝑ otioso: molli: negligentiq̃. Tractum a re ipsa Qui enim supini iacent ociose molliter negligēterq̃ degunt. Seneca ad Lucil. Est quidem mi Lucilli supinus ⁊ negligens qui in amici memoria ab aliqua regione admōitus reducit̃. Iuuenalis. Et multū referēs de Męcœnate supino. Inde Supinior. Mar. Ausq̃ delitię supiniores. Et supinus montuosus. Hor. lib. car. Seu mihi frigidum pręneste seu tibur supinum. Est enim ciuitas in ascensu montis posita. A supinus fit Resupinus: de quo supra.

¶ Suppilo as. pen. ꝓd. rapio: inuoluo cū fraude: a pilorum raptu: siue ab πιλεω cōplano. Plau. in tru. hęc cum video fieri: suffuror: suppilo: ⁊ de ꝓda ꝓdam facio.

¶ Supplico as. penul. cor. ex sub et plico. eo q᷑ genu poplitēq̃ plicamus cum a potentiore magnum aliquid precamur. Sunt qui hoc verbum a placo deducant: quasi supplaco: sed gręcum est πλεκω. Est autem supplicare humiliter et cum reuerentia ꝓcari. Cice. in Lęl. Q᷑ multa. enim quę nostra causa nunq̃ faceremus: facimus causa amicoꝝ: ꝓcari ab indigno supplicare: tuz acerbus in aliquem inuehi insectariq̃ vehementius.

¶ Supplex: qui flexis genibus precatur: a quo suppliciter aduerbium.

¶ Suppliciū: supplicatio. Salu. Nō votis neq̃ supplicijs muliebribus deoꝝ auxilia parant̃: ſʒ vigilando agēdo bñ consulendo ꝓspa oīa cedūt. Var. Boues ad victimas faciunt: atq̃ ad deoꝝ supplicia. Et suppliciū pœna siue tormentū. Virgi. Spero etiam medijs si q̃d pia numina possunt. Supplicia hausuꝝ scopulis.

¶ Supprimo is. pe. cor. subtus teneo. Ouid. li. j. meta. Supprimit extēplo vocem. Nō supp̃ssus sūmersus Iusti. Victi ꝑsę in naues ꝯfugerunt: ex q̃bus multę supp̃ssę multę captę. Aliq̃n supp̃ss⁹ ponit̃ ꝑ occulto. Sene. Ex cuius opibus q̄dam edita: alia suppressa sunt.

¶ Supra: modo ꝑpositio est. Virgili⁹. Olli ceruleus supra caput astitit imber. Modo aduerbiū. Salu. in Iugur. Pauca supra repetā. Prępositio vero nunq̃ cōponitur: et vltra ꝓpriam significationem quandoq̃ ponit̃ ꝑ valde: vt supra morē: supra modū: supra iustum. Vir. lib. ij. Geo. Rara sit an supra morem sit densa requiras. Antiqui etiam supera protulerunt: sicut infra et infera. Cice. in ara. Huic supera duplices humeros affixa videtur Stella micans.

¶ Supraq̃ significat supra id q̄tū quod: vel supra id quod. Sal. Corpus patiens inedię algoris ⁊ vigilię supra q̃ cuiq̃ credibile est. i. supra id quantum.

¶ Supremus: extremus. Vir. Qui supremū comitent̃ honorez. Aliquādo dicitur sūm⁹: altus: maxim⁹. Sue. Nec suꝑmū cęlū intuentē stupiduz cubuisse. Terē. ꝓh supreme iuppiter. Sic dr̃ suꝑma multa ꝑ maxima.

¶ Supputo as. pe. cor. Vide in dictione puto.

¶ Suppudet: pe. cor. aliquantulum pudet. Cic. Cassio. Puto te iam suppudere cuz hęc tertia iam ep̃la ante te opp̃ssit q̃ tu schedam aut litteram. sed non vrgeo.

¶ Suppuro as. pe. ꝓd. Suppurare est apostema fieri. Col. li. vij. Hic idē sanguis nisi emissus fuerit sanitē creabit: q̃ si suppurauerit tarde ꝓcurat̃. Hic Suppurātia: siue suppuratio dr̃ cū vlc⁹ ad sanitē tēdit. Vocat̃ ⁊ apostema: hoc est ꝯcursus mali hūoris in aliquā ꝑtē corporis a pu re dicta. Pus eni sanies ē: ⁊ q̃cūq̃ humor in putredinez ꝟs⁹. Col. li. vij. Et cū maturauerit suppuratio rescidit̃

¶ Suppuratori⁹ a. ū. q̃d ad suppurationē ꝑtiet (ferro. Idē. Ideo miscent̃ suppuratorijs medicamentis.

¶ Sura: posterior ps cruris carnosa: q̃ tm̃ hoī inest̃: reliqua aīalia hñt crura sine suris: licet aliq̃n sumat̃ ꝑ toto crure. Vir. Suras vincire cothurno. ελλημιστι τοσο φυρομ λεγεται εμπερλατιροι εχουσι λεξιν.

¶ Surcus: palus. cuius diminutiuum est surculus.
¶ Surculus proprie est qui inserit. Germen vero qui in surculis nascit. Hic surculosus a. um. quod surculis abūdat. Ply. Ramis hyssopi surculosam.
¶ Surcularis & hoc surculare: vt terra surcularis: q̄ surculos generat. Col. lib. iij. Considerandū est ātequā pastinemus surcularis necne sit terra.
¶ Surculaceus a. um. Idem. Surculacea in folliculo sunt raphano sinapi rapo.
¶ Surdus qui habz aures obtusas ab auriū sordibus q̄ in duriciē vsq̄ marmora auriū dicunt: nec sinūt audire Et tam passiue q̄ actiue dicit. Nam surdus qui non audit & qui non audit. Iuue. Surda nihil gemeret graue buccina. Et herbe surde a Plynio dr̄ quaꝝ nōia nō sūt Non enim audiūt cū sint sine noīe. Et absurdū dictū est quia tale nunq̄ est auditū. vel quia tale est vt efficiat ne audiat. Surdū item dicit cuius odor non sentit. Persi⁹ Nec spirēt cynnama surdū. Et ea q̄ gustū amiserūt exurdata dr̄. Hor. in Ser. Feruida q̄ subtile exurdant vina palatū. Refert etiā ad visū. Ply. li. xxxvj. Ad hoc q̄busdam incurrit vmbra: surdusq̄ color fit. Locus etiā surdus dicitur in quo non facile audit. Vitr. lib. v. Etiā diligenter est animaduertendū ne sit locus surdus & vt in eo vox q̄ clarissime vagari possit.
¶ Surdaster diminutionē surditatis significat: hoc est nō plane surd⁹. sed vt sic dicam Surdul⁹ q̄ paꝝ surdus est. Sūt eni duo nōia in aster terminata q̄ diminutionē significant: surdaster & recaluaster: cetera imitationē denotant: vt parasitaster: antoniaster oleaster.
¶ Surdo as. actiuum est: surdum facio: a quo exurdo. de quo in dictione surdus apud Hor. in ser.
¶ Surdeo es. dui. surdus suz. a quo Surdesco surdus fio. a quibus obsurdeo & obsurdesco.
¶ Surgo gis. xi. ctum. ex sursū & rego: significat erigo. Ter. vt triduo hoc ꝑpetuo e lecto neq̄at surgere. Hinc surgere vēti dr̄: cū veluti se erigentes flare incipiunt. Virg. Et fādo surgentes demoror haustros. Sicut ecōtrario: qn̄ flare desinūt ponere ac residere dicunt. Idez. Cum venti posuere oīsq̄ repente Resedit flatus. Aliquando surgere ponit ꝑ crescere: seu nasci. Idē. Ascaniū surgentem & spes heredis iuli. Huius ꝯposita sunt. Assurgo qđ est erigor in alicui⁹ honorē officij vl̄ bēniuolētie causa. Et sic dtō iungit. Virg. Atq̄ viro phœbi chorus assurrexerit oīs. i. honorē fecerit. Aliquando assurgere ponit ꝑcedere. Auso. Assurgit muse nostra camœna tue. Aliqñ sumitur simpliciter ꝑ erigere siue crescere. Col. li. ij. Collē molliter assurgentem montez sublimē et asperꝝ: sed nemorosū & herbidū marie ꝓbauerūt. Virg. li. iij. Ge. Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu late septēq̄ assurgit in vlnas. Consurgo simul surgo. Sal. Consurrexere oēs simulq̄ in eum ipetū fecerūt. Exurgo: e loco surgo. Cic. Exurgite oēs atq̄ excitatū. Dissurgo: diuerse surgo. Ply. li. xviij. Ecce tibi herbas tuas spargo peculiares stellas easq̄ vespere & ab ope dissurgenti ostendo. Insurgo in aliquem insilio. Lac. li. v. Nec est magnope mirandū si aduers⁹ hominē ista fiunt: cum aduersus ipsum deū ꝑpter eandem causam insurrexerit etiam populus in spe constitutus. Presurgo ante surgo. Resurgo rursus surgo. Vn̄ q̄ reuixerunt resurrexisse dicunt.
¶ Surrigo as. pe. cor. Vide in dictione Rego.
¶ Surrepo is. pe. ꝓd. sensim seu subtus aut latēter ingredior. Hiero. ad Dama. Nulli periculosum: nulli videatur esse blasphemum: q̄ in apostolis inuidie maluz diximus potuisse surrepere.
¶ Surripio is. penul. cor. latenter rapio seu furor. Aliquando in altū tollo: & aliquando per mēdacē narrationem aliquid extorqueo: & quasi furor. Hinc surreptuz ꝑ furto: & pro impetratione q̄ fit a pncipe vel magistratu per falsam narrationem.
¶ Surrhentū: oppidū fuit Cāpanie a grecis cōditū cū ꝓmontorio Minerue: Sirenū quondam sedes. Hinc Surrhentina vina dicta sunt: & surrhentini calices.
¶ Sus ꝑpositio: ꝑ sursum accipitur: vt Suspicio.
¶ Sus suis gn̄is cōis: scđm Pris. Et dr̄ tā de feris q̄ de domesticis. Cui diminutiuū est Sucula. Plau. i ru. Directa cū sucula et porculis. A sus fit possessiuū Suinus a. um. Var. Hic eni ꝓcillator suine carnis dat pplo. A suinus fit dimi. Suill⁹. Grece aūt vs dr̄: olim θυτης ab illo vbo dict⁹: qđ dr̄ τιει ν: qđ ē imolare. A suillo eni pecore imolādi initiū pmū sumptū videt. Cui⁹ vestigia q̄ initijs cereris porci immolant. & q̄ initijs pacis fœdus feriretur: porcus occiditur. Suillum pecus donatum a natura dicunt ad epulandum.
¶ Susq̄ deq̄ fero: quod & susq̄ deq̄ habeo dicimus significat equo aīo fū: et quod accidit non magni facio. et interdum negligo atq̄ contemno. hoc est sursuz an deorsūm feratur res parui facio.
¶ Susa e: & Susa orū. oppidū & metropolis Persidis. in Susia: q̄ persie ps est: a Suso fluuio sic vocata. Proper. Non tot achemeniis armant susa sagittis Spicula quot nostro pectore fixit amor. Hāc vrbē vt scribit Ply. a Dario Histaspis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri lapide candido & vario: colūnis aureis: & lacunaribus gēmisq̄ distincta: celi ꝯtinēs simulachrū stellis micātib⁹ insignitū & incredibilia multa. Ibi Assuerus conuiuiuz maximis diuitijs & delitijs copiosum celebrauit.
¶ Suspendo is. Vide in dictione pendo.
¶ Suspicio is. penul. cor. sursū aspicio. Vir. Et mœnia suspicit vrbis. Interdū Veneror. Lactā. li. ij. Et tamē factorem ipm nemo suspicit aut veret. Ci. li. ij. offi. Ita q̄ eos viros suspiciūt: maximisq̄ efferūt laudib⁹. Sic Despicio ꝑ conteno. Suspicere etiā est rñdere. Vir. lib. vj. en. Suspicit Anchises: atq̄ ordine singula pandit. Item suspectū habere: vt apud Salu in Iurgur. Per idē tēpus Bomilchar cui⁹ ipulsu Iugurtha deditionē quā metu deseruit: incepat suspect⁹ regi et eū suspiciēs nouas res cupe ac pniciem eius dolo querere.
¶ Suspicio onis. Sic cum venio iungat: passiue accipit: vt veni in suspicionem. i. factus sum suspectus.
¶ Suspiciosus qui suspicionem habet. Teren. in adel. Oēs quibus res minus secūde magis sunt: nescio quomodo: suspiciosi. ad contumeliā oīa accipiūt magis propter suam impotentiā se semp credūt negligi. Accipit etiam quandoq̄ pro eo qui suspectus est.
¶ Suspecto as. modo sursū specto. Martian⁹. Oculisq̄ suspectās sydera. Mō deorsū specto: & sic a sub ꝯponit Mar. Sed suspectat oculis deuiātibus draucos.
¶ Suscipio pis. penultima correpta a susum vel sursuz quasi sursum capio: tam ad animum q̄ ad corpus refertur: vt suscepi onus: suscepi voluptatem. i. accepi. Aliquando suscipere est gignere. Plau. Qui gemios ex ancilla suscepit liberos.
¶ Suscito as. penultima correpta: excito: plerumq̄ vl ulsico. Nec tam sanare languentem visus est inquit Seneca: q̄ mortuum suscitare.
¶ Suscitabulum: incitamentum dicitur. Varro. Symphonia vocis suscitabulum.

¶ Suspiro as. penultima pd. significat spiritũ ab imo pectore traho: quod solicitudinis aut doloris argumentum est. Nam ex sus: & spiro componitur. Per trãslationem suspirare est desyderare: & modo datiuo: modo accusatiuo iungitur. Aug. li. v. ciui. dei. Inde fidei pign⁹ accepimus: q̃diu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Hierony. Carnes egyptiacas suspirabant. Iuuena. Suspirat longo non visam tempore matrem.

¶ Suspirium: ipa suspiratio: hoc est ab imo pectore spiratio. Et aliquando ipsa spirandi difficultas. Est enim morbus qui ex pulmone fit: qui et suspiratus dicit. Ouidius. Et suspiratibus haustis.

¶ Suspiriosi: qui spirandi difficultatem patiuntur: vel quib⁹ vitiosa est respiratio: quos greci asthmaticos vocant. Ply. li. xx. Podagris cum articulorum morbis decoctum cucumerem in aceto illinũt p̃sentaneo remedio suspiriosis prodest.

¶ Sustineo es. pe. cor. a sursum et teneo significat patior. Hierony. ad Rust. Si negociatores seculi tanta sustinent vt ad incertas perueniant pituras & diuitias: q̃d xp̃i negociatori faciendũ est: qui venditis oĩbus q̃rit p̃ciosissimã margaritã? Aliq̃n alo: reficio. Liui. Milites fluuiatili pisce & herbis sustinebant. i. cibabant. Vir. li. ij. Ge. Hinc patriam paruosq nepotes Sustinet.

¶ Sustento as. frequẽtatiuũ: sepe aut ꝯtinue sustineo: manuteneo: nutrico. Lac. li. iiij. Incredibili bñficentia gñs humanũ sustentat: & quasi paterna indulgentia fouet. Et li. v. Nõ amplius q̃rit q̃ vnde vitam sustentet.

¶ Sustentaculũ ti: q̃d aliquid sustinet.

¶ Sustollo lis. ex sursũ & tollo sustuli sublatũ apd veteres in vsu fuit. Diomedes. Tollo tuli. quod in compositione sustuli facit. Eius tamen perfecti instans apd veteres sustollo. Nunc vero a tollo sustuli: quod est suscepi siue habui. Nam quemadmodũ de matre dicitur peperit filium: ita de patre sustulit filiũ. Aliquãdo Sustuli capitur p educaui. Virg. li. ix. Meonio regi quẽ serua licinia furtim Sustulerat. Aliquãdo sursũ tuli. Idẽ. Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas. Aliq̃n Erexi: suscitaui. Aliq̃n abstuli. vt Iubet & sublata reponi.

¶ Susiana: prouincia Asie vt libro sexto refert Ptolemeus que a septentrione terminat Assyria: Ab occasu babylonie adiacet. Ab oriente habet Persidem. A meridie partem p̃sici sinus. Cuius ciuitates insignes Traiana & Susa: in qua templum Diane susie.

¶ Susurrus et susurrium: paruum et summissum murmur. Hora. lib. j. car. Leuesq sub noctem susurri. Hier. Susurrus autem inquit li. contra Ioui. Idem in Iob Et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius Declinatur etiam hoc susurrũ. Ouid. li. vij. meta. Procrin adit: linguaq refert audita susurra.

¶ Susurro as. furtim & summissa voce loquor. Teren. Iam susurrari audio ciuem atticam esse hanc Idẽ. Syrus cum illo nostro consusurrant conferũt. Hinc Insusurro & consusurro.

¶ Susurro onis. qui susurrat: qui occulte maledicendo odium in aliquem aut dissensionem molitur. Verbũ fictitium est: vt apud apostolum. Susurrones detractores deo odibiles.

¶ Sutores: qui calceos suunt. Proprie enim artifex calceorum sutor appellatur. cum ille q̃ suit pannos elegantius sarcinator q̃ sutor dicatur.

¶ Sutrates dicuntur qui quasi continue suentes vl' stãtes in sutrina. Plautus in aul. Sedentarij sutrates diabathrarij.

¶ Sutura: quam sutor in suendo facit: q̃uis & de alijs rebus per similitudinem dicatur sutura. Corneli⁹ Cel. libro. viij. Raro caluaria solida sine suturis est: et id caput firmissimum atq dolore tutissimũ est: ex ceteris in quo suture pauciores sunt: eo capitis valitudo commodior est.

¶ Sutorius a. um. quod ad sutorem pertinet: vt ars sutoria: instrumentum sutorium. Sutorium atramentũ appellatur tinctura qua sutores pelles & calceos tingũt. Cice. Iam pater eius accusatus a. M. Antonio sutorio atramento absolutus est.

¶ Suterna: ipa sutura. siue opus sutorium. Var. Q̃ suternas facere inscius nihil homo agis.

¶ Sutrina pe. pd. locus vbi calcei suuntur & vendunt: a qua sutor dicitur.

¶ Sutella: dolosa astutia: a similitudine suẽtuz dicta.

¶ Sutilis et hoc sutile penul. cor. quod sutũ est. Unde corone sutiles dicunt sicut pactiles corone: et vestis sutilis: consutilis: & inconsutilis.

¶ Syagros: latine aper. dicit: nam quod apud grecos συσ. apud nos sus. & αγριοσ. ferus dicit.

¶ Sycheus. cum diph. nomen ꝓprium.

¶ Sycos latĩe fic⁹. Neut. Hodie sycos mihi recẽs fuit.

¶ Sycomorus: penultima producta: ficus fatua grandior συκοσ. ficus μωροσ fatuus: que & Mariscæ dicit. Dioscorus scribit sycomorum esse arborem magnã similẽ arbori ficuum. habentem lactis multitudinem: cui⁹ fructus non egreditur ex summitatibus ramorum sicut ficus sed ex ramis ipis. Et ẽ dulcis similis fructui ficus agrestis. Grana eius sunt minora q̃ grana ficus: & nõ maturant nisi radant instrumẽto ferreo. Et nascit multũ apd Rhodum: & in locis vbi abundat frumentum.

¶ Sycophanta: ad verbum dicitur ficorum comestor: απο του φαγειν τασ συκουσ. hoc est a ficis edendis. Ponitur & pro calumniatore. Nam aiunt atticos iuuenes solitos in hortos irrumpere: ficosq deligere. Quã ob causam lege est constitutum: vt qui id fecissent capite truncarentur. quam pœnam qui persequerentur: ob paruula detrimenta sycophantas appellatos. Alia ratio sumitur apud Synesium grammaticum grecum: q̃ inquit q ex duobus seruis cuiusdam viri greci alter ficus que domi parate erant absumpsit: alter qs prorsus exedisset ignorabat. Querenti eas domino a fonte insons accusatus est. Herus vtriq calidam aquam pbuit solus qui deliquerat euomuit: ex quo natum est id nomen sycophanta: id est calumniator: quia insontem falso crimine calumniabatur. Sycophantia mendacium: calumnia atq fallacia. Plau. Per fallaciam quã amabã abduxit a lenone mulierem: neq puduit id etatis sycophãtias struere. Sycophãtisso as. sycophãtias struo

¶ Sycosis: morbus quem nos ficum siue Mariscam appellamus.

¶ Syene: Urbs in confinibus ethyopie atq Egypti supra Alexandriam versus meridiem quinq milibus stadijs sub tropico cancri directe locata. Unde sole existente in cancro medio solstitij die supra verticem ciuitatis cadens: nullam prorsus in ea vmbram facit. vt inquit Plynius libro secundo. Luc. lib. ij. Umbras nusq̃ flectente syene.

¶ Sygeum promontorium Troie: sic dictum: propter herculis taciturnitatem: qui prohibitus hospitio simulauit abscessum: et inde contra Troiam per silentium venit: quod σιγε dicitur.

¶ Syla per simplex l. mons Lucanie. & sylua in illo: sic

dicta: quasi συρα: id est tracta: hoc est latronibus freq̄n tata: vt Sallu. de fugitiuis. In sylua inq̄t syla fuerit.

Sylla: cum duplicato ll. fuit romanus nobilis ex antiqua scipionū familia. Hic cathenas Iugurthę manib⁹ iniecit. Mithridatem compescuit. Socialis belli luctus repressit Cinnę dominationem fregit: & Mariū proscripsit. Fuit litteris grecis & latinis doctissimus. Facūd⁹: acer animo: grādis: ita vt dicat Sal. dubitari potuit fortior an felicior esset. Nam felix eo dici voluit. q̄ de inimicis Marianis feliciter victus fuit. Inde dictator fact⁹ rēp. suppressit: vt nemo illo inuito nec bona: nec patriā: nec vitam retinere posset. Tandē pediculari morbo interiit. Scylla vero per c. aliud significat: de quo loco suo. Sed nota q̄ ratio militat contra vsū istius calcographię: quia per iota scribi oportet silla: quasi sibylla: sed corrupto nomine ponitur sylla.

Syllaba est cōprehensio litterarum: vel vnius vocalis enunciatio tēporum capax: quia omnis syllaba aut breuis est & vnū tempus recipit quod athomū metrici vocant: vt pater: aut longa: & duo recipit tēpora: vt mater. Nam ma. longitudine sui: circunflexus tantum tempore bis occupat: quantum occupat: pa. semel cū acute dicitur pater. Dicta est autem syllaba ab συμβαλλω: quod est cōprehendo: vel a συμ. simul. λαμβανω capio. proprie enim illa est syllaba quę ex pluribus cōstat: vt stirps. Quę autem de vna vocali pficitur. abusiue syllaba vocat: & vnigramma appellatur. Alię dicūtur bigrammę: vt ne. vsq̄ ad hexagrammam. vt stirps. Accidūt syllabę q̄ttuor tenor: spiritus: tempus & numerus litterarum. Tenores tres sunt. Acutus grauis & circūflexus. Spiritus duo: asper: & leuis: Tempora tria: breue: longum & commune. Numerus: quia constare potest ex sex litteris.

Syllabatim aduerbium: significat per syllabas. Aug. libro decimo ciuitatis dei. Et syllabatim per transitorias temporum morulas hūanę linguę vocibus loq̄retur.

Syllepsis: dici potest conceptio. ab συμ. cō. λεψις acceptio: quę fit cum pluralis dictio singulari verbo cōnectitur. Virgili⁹. Socijs & rege recepto. Aut singularis plurali verbo connectitur: vt Sunt nobis mitia poma Castaneę molles: et p̄ssi copia lactis. Aut cum pro multis vnus ponitur: vt Armato milite complent. Item pro vno multi: vt Vos o calliope p̄cor aspirate canenti. Rectius enim dixisset. O vos musę.

Syllogismus: computatio: pensatio: ab συμκαι λεγομαι: quod est computo: concludo: vel ab λογιζομαι: ratiocinor.

Syloson: fuit teste Hero. Samiorum tyrannus.

Symmachus penultima correpta proprium nomē q̄d significat concertatorem: auxiliarium: et socium in bello proprie. Symmachia auxiliū: concertatio: societas. συμ. simul. μαχομαι bellator sum: pugno.

Symballota: sunt coacti per se velleris implexu: potius q̄ textu condita. απο του συμβαλλειν.

Symbebicota dicuntur accidentia. Symbebicos accidēs. οτι συβαινω φημι ερθευμετον κγιμεται αλογοσ λατιροι τοσουτον δεχονται.

Symbolę: latine commissura.

Symbolus penultima correpta: anulus dictus ē cuius sit nota & signum. Iustinus libro secundo posuit symbolos pro litteris. Sollicitare inquit eos in partes suas statuit. & cum colloquendi copiam non haberet quo applicituri erant symbolos proponi et saxis pscribi curat.

Symbolum penultima correpta: & indicium dici potest: et collatio: ab συμβαλλω confero. hoc est q̄ plures conferunt in vnum. Ita vt cœna illa dicatur collatio in quam comparandā plures aliquid contulerunt. Teren. tius in and. Symbolum dedit. Et in parabolis. Noli esse in conuiuijs potatorum: nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacātes potibus & dantes symbola consumentur. Id enim fecerunt apostoli in vnum conferendo quod vnusquisq̄ de deo sensit. Indicium autem vel signum idcirco dicitur: quia in illo tempore ex circumeuntibus iudeis simulabant se esse apostolos Christi: & lucri alicui⁹ vel ventris gratia ad p̄dicandum proficiscebātur: nominantes quidem Christum: sed non integris traditionum lineis nunciantes. Idcirco istud indicium posuerunt per quod agnosceretur is qui Christum vere secundum Apostolicas regulas pędicaret. Denicq̄ et in bellis ciuilibus hoc obseruari ferunt: Quoniam et armorum habitus par: et sonus vocis idem: et mos vnus est: atq̄ eadem instituta bellandi: ne qua doli surreptio fiat: Symbola districta vnusquisq̄ dux suis militibus tradit: quę latine signa vel indicia nuncupantur: vt si forte occurrerit quis de quo dubitetur: symbolum prodat: si sit hostis vel socius. Augustinus libro quīto. cōtra hereses symbolum interpretatur consilium: vel consiliarius. Iul. Pollux dicit symbolum paruum numisma esse. Aristoteles originem: id est Etymologiam vocabulorum symbolum appellat: per quam vis verbi vel nominis vel interpretationem cognoscitur. Alij similitudinem interpretantur.

Syma: vrbs fuit in asia: quin & pro monte iuxta pontum posuit Orpheus in argonautica.

Syme: insula q̄ prius Aegle vocabatur atq̄ metapōtus. a Syma Iabysi filia sic appellata.

Symeō: nomen viri proprium fuit.

Symmetria dici potest cōmensuratio. Symmetros commensuratiuus: moderatus.

Sympho: sonitus quidam cum consonantia.

Symphonia apud latinos penultima correpta συμ και φωρεω και φωμ φθεγγομαι και φθογγοσ παρεχεται. latine consonantia et musicus concentus. Musici symphonias multas habent: quę et harmonię dicuntur: sed illam clarissimam quę appellatur Diatesseron: et alteram quę dicitur Diapente. Harmoniam vero diapason vocant: hoc est vniuersitatem concentus: quę ex septem tonis conficitur. Hieronymus vero ad Dama. sic habet. Symphonia non est genus organi: vt male quidam de latinis putant. cum sit chorus i laude dei cōcinens: et hoc vocabulo significetur. Symphonia quippe in latinum consonantia exprimitur. Symphonon consonans pactum. Symphoneo conuenio: pactum facio: consentio. cōcinno. Inde symphoniaci pueri a Cicerone dicti sunt qui ad modulationes musicas concentusq̄ conficiendos comparantur.

Symphonesis: passio quę metris accidit: cum duę scilicet syllabę scandēdo in vnam coeunt: hoc autem fit cum in diuersis dictionibus vna parte orationis vocali vel m. littera terminata sequens item a vocali incipit vt Atq̄ iterum ad troiam magnus mittetur achilles. Fit etiam symphonesis in eadē dictione q̄ttuor modis Vel cū duę syllabę longę pro vna lōga ponunt: vt Unius ob noxam & furias aiacis oilei. Vel cū duę breues pro vna breui. vt Cornua velatarum obuertimus antennarum. Vel cum longa & breuis pro vna longa: vt Fixerat aeripedem ceruam. Vel cum breuis et longa pro vna longa. vt Dependent lychni laquearibus aureis. Hęc etiam Sy

naloephe dicitur.

¶ Sympathia: latine cõpassio dici põt. Hyppocrates scribit oculos cũ vulua sympathian quandam habere.

¶ Symplator: amicus sponsi: qui cum eo per conuiuia ambulat.

¶ Symplega: videtur esse opus in quo luctantes & omnino concertatores spectantur.

¶ Symplegades: penultima pducta: Insulę duę siue duo scopuli in bosphoro: dictę q inter se aliquando concurrisse fabulis traduntur. Id autem fictuz idcirco est: quoniam paruo discretę interuallo: ex aduerso intrantibus geminę cernebantur: pauloq deflexa acie coeuntiũ speciem pbebant. Mille quingentis passibus ab Europa distantes. Cyaneę ab alijs dictę. Ouid. Compressos vtinam symplegades elisissent.

¶ Symplegma: symplegmatis: latine complexus concursus dicitur.

¶ Sympsalma dicitur vocum in cantando copulatio. Diapsalma disiunctio earum: vbi quędam requies distinctę continuationis ostendit. Psalma qđ psallitur.

¶ Symplones. dicebantur coniugę.

¶ Symposium compotatio: conuiuiũ. Unde symposiarchen & Archiposian conuiuij ppositum seu prectuz dicimus. Symposiastes cõuiuator. Sympotin ɔpotorẽ.

¶ Symmarhites latine cõdiscipulus dicitur.

¶ Symphitum: herba quę latine Coagulum siue Cõserua vocatur.

¶ Sympinium. vas vinarium non dissimile cyatho q̃ in sacrificijs vtebantur: ex συμ quod ẽ con: & πιμο bibo. Iuuenalis. Et quis tunc hominum contemptor numinis: aut quis Sympiniuz ridere numę: nigrũq catinũ. Uarro latinum facit. Ait enim. Ut vinum minutatim funderetur a guttis: guttum appellarunt: quod sumebant minutatim a sumendo sumpiniuz appellarũt. Aliquando etiam Sympunium mutata i in u dicit. ¶ Alij sympium legunt.

¶ Sympposítio gręca quę in compositione significat simul: quemadmodum apud nos con.

¶ Synagoga: coadunatio: congregatio: vł cõtractio. Ex συμ simul. αγωγη ductio. Et p re: & p loco capitur: & habet penultimam longam: quoniam est ω.

¶ Synnada: Ciuitas asiatica ad Carię fines. De hac Strabo. lib. xij. sic scribit. Synnada vrbs nõ magna ante quam planicies iacet oleis consita. lx. fere stadioruz. Ulterius est Dorci vicus et synnadici Lapidis fodina. (Sic enim eum romani appellant.) Indigenę vero docimitem et docimeã. Uena ĩ initio paruas glebas emittebat. nunc propter maximos romanorum sumptus columnę integrę & ingentes extrahũtur: & varietate Alabastritę lapidi proximę. Dicit & Synnas synnadis vt apud Sidonium.

¶ Synęresis: contractio figura qua plura per vnũ coniunguntur. ex συμ. et αιρεσισ diuisio. quasi diuisorũ coniunctio: vt bigę p biiugę.

¶ Synaloephe. dici potest compssio. Cęsura est cum de fine dictionis vocalis abijcitur sequente dictiõe incipiẽte a vocali: vt Semper ego auditor tantum. Ex συμ. et αλοιφη. pressio.

¶ Synanche: angina morbus qui spirituz suffocat. Ex συμ. & αγχω affligo ango.

¶ Synathroesmus. figura quę & singulis vbis. & plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis hoc modo. Sed cum ad supplicium sumendum se confirmaret multa simul eum reuocabant officia consuetudo: tẽpus existimatio periculum religio. Pluriũ vborum coniunctione sic. Nemo eniz nocens sine summo moerore est iudices. sed multa simul eũ pturbant quod adest solicitudinis plenũ. quod formidolosum: lex paratum supplicium ostentans: vitia ex vitijs coacta occasionem arguẽdi maleficij captans inimicus quę quotidie eius animũ vehementer excruciant.

¶ Syncaeceosis: figura quę docet diuersas res coniungere & cõmuni opinioni cum ratione aduersari: vt Nec hominis auari atq asoti vnum atq idem vitiũ ẽ. Uterq enim nescit vti. atq vtriq pecunia dedecori est. quare merito vtriq pari poena afficiuntur quos pariter nõ decet habere.

¶ Syncatathesis latine assensio. approbatio. Uide in dictione Assensio.

¶ Syncathegorema: consignificans. Syncathegorematica: consignificatiua.

¶ Syncęrus. ra. rum. proprie dicitur quod est integrũ. Tractum ab eo. q qui diuidere fructum communem alueorum cum socio volunt: simul cuz cęra mel partiũt. Qui si mel tantum sine cęra consignent: fraudant sociuz nec agunt integre. Syncęrum itaq quasi simul cũ cęra. Alij putãt syncerũ a carie deduci. quasi sine carie: id est corruptione. Unde et pro puro incorrupto & immaculato ponitur. Hora. Syncerum est nisi vas quodcunq infundis acescit. Huic contrarium est insyncęrus p vitiato & corrupto. Uirg. Insyncęrus apes tulit cruor.

¶ Synceratus: antiquum vocabulum grecum. quo significatur medulla.

¶ Synchysis. Confusio. Est enim vt scribit Don. hyperbaton vndiq confusum vt illud Uirgilianum Tris notus abreptas in saxa latentia torquet: Saxa vocant itali medijs q̃ in fluctibus aras. Χυσισ. enim fusio dicit. συγχυω confundo.

¶ Sinciput. quasi semicaput. inquit phocas grammaticus significatq partem porcini capitis cõditam: & ad edendum paratam. Nam inter edulia annumerat. Plynius lib. viij. Interdicta quoq coenis ob domina glandia testiculi vuluę syncipita verrina: Hiero. contra Iouin. Comę in occipitiũ frontemq tornãtur. Est & syncIput anterior pars capitis aures temporaq complectẽs Cornutus in Persium. Syncipút anterior. occipitium dicitur posterrior pars capitis. Apollinaris ad Ualeriũ maioranum. Partemq cerebri. Hic galeę cum parte rapit fortiq lacerto. Disijcit ancipiti miserabile syncipút ense. Plau. in Menę. partem pro toto posuit: ac de homine. quod est contra Georgiũ merulã. qui negat inueniri sinciput: pro anteriore capitis parte. Ait eniz. Nõ est tibi sanum sinciput adolescens.

¶ Syncopa. concisio. κοπτω incido Figura cum littera vel syllaba e medio dictionis abscinditur: vt Compostus. pro compositus.

¶ Synchronos: contẽporane⁹. Ũn scribit Hie. Oseen pphetam fuisse synchronon Esaię & Uar. ait non ẽẽ dubium quin aliquo tempore eodem vixerint. Homerus & Hesiodus: eosq synchronos fuisse testatur.

¶ Syndicus: a latinis Communis vel defensor.

¶ Syndimnũ. dicitur latine Concoenatio.

¶ Synechon. dici potest Continens. Nam componit ex συμ: quod est simul & εχω habeo.

¶ Synecdoche: conceptio dr. cuz a pte totũ: vel a toto ps intelligitur: vt puppis p naui. & annus p hyeme: vt apud Uirgiliũ. Q̃ multę glomerẽtur aues vbi frigid⁹ annus Transpontũ fugat. id est, frigida hyeme.

¶ Synephebi pe. p. dsir adolescentes simul pubescentes. Quod nomen inditum est Comœdię Statij Cecilij vt est apud Ciceronem li. tus. q̄stionum.

¶ Synesius. nomen viri ꝓprium deductum a συνεσιϛ quę est conscientia.

¶ Syngrapha. syngraphus ⁊ syngraphum. scriptura: siue schedula: quę fit propria manu coꝝ qui paciscunt̄ in alicuius rei fidem. Plautus in Asi. Age istum ostende quem conscripsi syngraphum inter me ⁊ amicum ⁊ lenā. Cic. Treba. Tanq̄ enim syngrapham ad imperatorē attulisses non epistolam. sic pecunia ablata domum redire properabas. Suetonius. Cuius parti non dubitauit a quibusdam iusiurandum atq̄ etiam syngrapham exigere. Dicta syngrapha. απο τουσυν. simul και γραφω scribo. q̄ simul scriptum sit a pluribus. q̄ ꝓpria manu eorum qui conuenirent scripta sit.

¶ Synodus. pe. cor. ex συν ⁊ οδοϛ via. quasi conuent⁹ sit vel cœtus generis fœminini est. At synodus synodūtis piscis genus putatur.

¶ Synodicus synodica synodicum quod ad synodum ptinet. Hierony. Ante annos plurimos cum iuuarem damasum romanę vrbis episcopum: ⁊ orientis atq̄ occidentis synodicis consultationibus responderem.

¶ Synœcesis dici potest cohabitatio. et scribitur cū œ diph. Synœcus cohabitator. contubernalis.

¶ Synonyma dicuntur q̄ sub diuersis vocibus idem significant. vt ensis mucro gladius. Eadem dicunt̄ Polyonyma Vep aliter traditum est in dictione Homonyma. Est ⁊ synonyma figura quę communio nominis interp̄tatur. Utimur aūt eo genere elocutiōis quotiēs vno v̄bo nō satis videmur dignitatem aut magnitudinem rei demōstrare. Ideoq̄ in eādē significationē plura conferunt̄: vt si dicam⁹ Prostrauit afflixit pculit.

¶ Syntagma syntagmatis: tractatus. ordinatio rerū constitutio. documentum. ab συν. ⁊ ταγμα. ordo. vel ordinatio. Hieronymus in pręfati. pentat. Et multa alia quę proprium syntagma desyderant. id est tractatū. vt ipsemet contra ruf. exponit. Et li. de viris illust. Scripsit de ogdoade egregium. συνταγμα. i. documentum seu tractatum.

¶ Syntaxis. dici potest constructio et series. ταξιϛ enī series et ordo dicitur.

¶ Syntexis latine defectio dicitur. Ply. Tali sorbitionis genere emendant̄ syntexes. i. defectiones ex longis morbis sumptę. Hęc aūt emendatio proprie recreatio ⁊ restauratio dicit̄. Idem. Aqua mulsa p̄claram vtilitatem habet viribus recreandis. Inde Syntectici dicti sunt. Idē. Pręcordioꝝ vitijs syntecticis: comitialib⁹ laser cum vino in aqua mulsa dat̄.

¶ Syntesis penultima correpta latine Compositio dicitur. Figura cum singulare nomen multitudinē significans v̄bo plurali iungitur: vt pars in frusta secāt. Est etiam synthesis genus vestis breuis et negocijs aptę. Hac romani peculiariter in saturnalibus vtebant̄. Illis enim diebus omnes exuebant togā et synthesin induebant. Dicta synthesis ab eo q̄ consuta contextaq̄ esset compositione quadam v̄sicolori. Hinc synthesiatus qui synthesi indutus est. De hac veste Mar. De nostra prasina synthesis empta toga. Item synthesis est gen⁹ vasis fictilis ex diuersis vasis compositi. Papi. lib. iiij. syluaꝝ. Unam mittere synthesin quid horres alborum calicum atq̄ cacaborum? Pręterea synthesis generali vocabulo gręco compositio dicitur. Serenus. Ulez depręndit in illis Synthesin ⁊ vulgata satis medicamina rit. Synthesis hęc prodest vnda molita calent. Inde Asyntheta cristalla Plynius vocat quę sunt pura et sine vitio.

¶ Synthema synthemalis compositum constitutum. ⁊ signū quod datur militibus. Hieron. ad Julia. Jam dimisso synthemate equus publicus sternebatur.

¶ Synteresis. penultima longa dici potest Attentio seu conseruatio. Nam ab οσυντηρεω. quod est cōseruo deriuat̄. Et ea ps animę est quę vitijs aduersat̄ et sese semper immaculatam cupit a peccato seruare ⁊ perpetrata mala continuo arguit. quā corrupte theologi nostri tempoꝝ synderesin dicunt.

¶ Syphax fuit Numidarum rex. Cuius Liuius sępe meminit.

¶ Sypharium: velū fuit: vt iquit Probus: sub quo latebant paradoxi cum in scęnam prodibant: aut hostiuz mimi. Alij dicunt esse omne quod ante cantantem mimum p̄miū suspendit̄. Iuuenalis. Consumptis vocem damasippe locasti syphario.

¶ Syracusę. Ciuitas Sicilię sub pachyno monte sita: vbi fons Arethusę. Cice. li. vj. ver. scribit syracusas vrbem esse maximam gręcarum vrbium pulcherrimamq̄ quę ex quattuor quasi vrbibus maximis constare videbatur. quarum vna Insula nominatur. Altera Achradina. Tertia Tyche. quarta Neapolis. Syracusani multos claros principes habuerunt: sed p̄cipue clarissimū Dionysium seniorem qui cum apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorum argenteorūq̄ copiam exclamans inquit. In te affectus regius non est qui ex tanta poculorum vi amicuz neminem tibi cōciliasti. Ambo tamen Dionysij philosophi fuere: amboq̄ platonem audiuerūt. Ex syracusis fuit Archimedes mathematicus ⁊ Theocritus poeta buccolici carminis scriptor. quem Uirgilius imitatus est. Solinus in polyhistore scribit in Sicilia primam comœdiam inuentam fuisse.

¶ Syria: regio Asię quę ab oriente fluuio Euphrate. Ab occidente nostro mari et ęgypto terminat̄. A septētrione habet Ciliciam et partem Cappadocię. A meridie Arabiam. Cuius insignes ciuitates. vt lib. v. refert Ptol. sunt. Laodicia hierapolis. Antiochia. Apamea. Palmira. Heliopolis. Ptolomaida: Sidon. Tyrus. Beritus. Botris. Tripolis. Bibl⁹. Seleucia. Cęsarea. ⁊ Damascus. Montes clari. Carmelus. Casius. Libanus. Fluuij. Euphrates. Crisoras. Singas. Regiones. Phœnicia. Palęstia. Judea. Idumea. Comagena et Samaria. Hęc regio in medio orbis constituta est: quo fit vt nec frigore nimio rigeat: nec calore torreatur. Sunt qui quad̄ipertitam faciūt diuisionē Syrios Assyrios. Leucosyrios. et Cœlosyrios. Plynius duplicem facit: vnam palęstinam. Alteram Antiochiā. Huius nominis Syria prima corripitur.

¶ Syrus syra. rū. ⁊ Syrius syria syriū quod ex syria ē. Unā Syri ⁊ syrij q̄ ex syria sūt. Suidas. συροι προς φοινικας εκατερα τα εθνη διαβεβλη ται ως πανουργα.

¶ Syrissus a. um. idem quod Syrius. Uir. Coppa syrissa caput graia redimita mitella.

¶ Syrus. Insula Jonica et Asię apposita. cui⁹ prima producitur. A qua Pherecides syrius ortuz habuit. nō a Syria regiōe. Scyros vero thracię adscripta est: vt Strabo ⁊ Ply. testantur longe a rhodo.

¶ Syrisca a syrus fit: sicut Cilisca a cilix:

¶ Syrophœnix: ora maritima syrię circa euphratem: cuius pars Idumęa ⁊ Judęa.

¶ Syricum. coloꝛ fictitius ex sinopide ⁊ sãdyce mistis: quo Viniũ adulteratur. Ply. lib. xxxviij. Sublini autẽ syrico minium compendij ratio demonstrat. Syricũ vero silaceus siue cęruleus coloꝛ est.

¶ Syrinx. gis. ⁊ syringa. gę. a nostris fistula transfert. Instrumentũ musicũ. q̃ oꝛe modulamur. Fuit enĩ nympha q̃dã in cannã conuersa. de qua Oui. li. j. me. Naias vna fuit: nymphę syringa vocabant.

¶ Syricte dictę sunt siue a foꝛaminibus ⁊ fistulis quas nasi loco p̄ferunt: siue a fistulis et calamis auenaꝝ.

¶ Symęa: genus raphani: vt Ply: interp̄tatur.

¶ Syrma syrmatis. ⁊ syrma me. genus vestis tragicoꝛum. vel cauda siue tractus vestis fœminarum. Mar. Aptasti longuꝫ tu quoq̃ syrma tibi. Seneca de baccho qui habitu muliebꝛi nonnunq̃ se oꝛnabat. Auro decoꝛũ syrma barbaricum. Sumitur interdũ pꝛo longa tragicę oꝛationis serie tenoꝛem suum vsq̃ in vltimum pꝛotrahente ab συρω traho.

¶ Syrupus: succus qui trahit ab συρω. traho ⁊ Syrtes sunt loca circa fines aphricę ęgyptuꝫ p̄sus piculosissima ab συρειν. trahere. Est enim inęqualitas maris et terrę magna et in vno loco p̄fundissima i alio p̄o satis vadosa Spiranteq̃ vento cumulus arenę qui supꝛa mare fuerat in p̄fundissimas residet valles. Et qui depꝛimebat: mox super aquas egerit. Et sunt duę pares natura: impares magnitudine quę dicuntur maioꝛes ⁊ minoꝛes et spatio passuum ducentoꝛum quinquaginta milium separantur. Minoꝛ a carthagine trecentis milibus passuum distat ⁊ totidem ambitus. Maioꝛ quadringentis vigintiquinq̃ milibus passuum. Ser. vero vbicũq̃ sunt arenosa loca in mari syrtes asserit vocari. hoc nomen etiaꝫ declinatur hę syrtis ⁊ has syrtis. vt inquit Pris. Virgi. lib. x. In syrtis. in saxa volans vos turnus adoꝛo.

¶ Sistole dici potest coꝛreptio. Figura est cũ lõga syllaba contra eius naturam coꝛripitur. vt apud Virgilium. Connubio iungam stabili pꝛopꝛiamq̃ dicabo. vbi. nu. bꝛeuem posuit quę naturaliter longa est. Nam alio loco longam posuit. Hectoꝛis andromache pyrrhin connubia seruas?

¶ Sytropes. pidis. ⁊ Citropes genus vasis fictilis cũ tribus pedibus.

¶ Sygię. nerui sunt a cerebꝛo ad oculos. sed is qui a dextra incipit tẽdit ad sinistrum. is vero qui a sinistra tendit ad dextrum oculum. adeo vt se iungunt ad similitudinem crucis. Unde sygyas dictos putãt. συζυγια. enĩ coniugium dicitur.

De littera T.



T Littera muta est. et apũ vetustissimos in aliquibus dictionib⁹ scribebatur in quibus nunc s scribim⁹. Nam Mertare ⁊ pultare. ãtiqui dicebant: nos mersare et pulsare dicimus. Mutatur nonnunq̃ t in s ⁊ in x. vt Verto. versus mitto. miss⁹ Flecto flexui. Pecto pexui.

¶ Taboꝛ: mõs in medio Galilęę rotund⁹ ac sublimis.

¶ Tabanus animal paruũ volatile. Alio nomine Asilus. ⁊ Oestrus gręce dicitur.

¶ Thermę inuentæ sunt ad excutiendũ de toto corpore sudorẽ: Sunt em̃ balnea ea certe loca quę aut calentibus aquis: aut ipso sine fornice igni calefacto lauandi sudãdive vsibus deputata thermas vocauere. Naz θερμον grece calidũ dixerũt: a θεροσ ęstus. Quę aũt ꝓprie ad sudandum loca habentur: ea Seneca in epistolis sudatoria nuncupat. Quid inquit cum sudatorijs omnis sudor per laborem exeat. In quibus vero descendimus vt lauemur balneas vocamus: et balnearia. Est ꝛ thermę ciuitas in thracia: vnde thermaicus sinus.

¶ Thermopylę pe. corr. mons longissimus: qui incipiens a Leucade in occidente ꝛ in ęgęum mare haud longe a Demetriade protendens fauces habet angu

stissimas iuxta quas calidę aquę scaturiũt. Ideo a caliditate portarũ nomẽ inditũ ẽ: Pylas enĩ portas grę ci noiant: & thermon calidũ. Ibi enĩ sũt vt inqt Stra. thermę .i. calidę aquę herculi ɔsecratę. Liui. li. xxxvi. scribit iugũ thermopylarũ ita mediã grępiã dirimere vt apẽnini dorso Italia diuidit. Et qr calidę aquæ in ipis faucib⁹ sunt: ideo inquit thermopylę locus appellatur nobilis lacedęmoniorũ aduersus persas morte magis memorabili q̃ pugna.

¶ Thermopoliũ locus vbi calida excitamenta & potoria venduntur. Plau. in Cur. Tũ isti gręci palliati capite operto: qui ambulant semper videas bibentes in thermopolio.

¶ Thermifacio significat esculẽtis atq̃ poculentis ingurgitatis & exhaustis in thermopolio calefacio. Plau. in sti. Me hercule vero eo q̃tum potest iam ne exta cocta sunt: qđ thermifecerat.

¶ Thermodoon siue thermodon cappadocię fluui⁹: q̃ est regio asiatica: vt Ply. Stra. & Iustin⁹ tradunt. Iuxta quẽ olim Amazones consederunt. Quarũ regina: vt Diod. refert in ostiis thermodoontis vrbem cõdidit. Thermiscirã nuncupatã prius Onyzacha: postea Cęsareã. Est etiã thermodon oppidum cappadocię. A thermodon fiunt adiectiua thermodontius thermodoontęus: & thermodõtiacus. Vñ pugnę amazonũ appellant thermodõtiacæ. Prop. Qualis amazonidũ nudatis bellica mammis. Thermodoontęis turba lauatur aquis.

¶ Therõ nom̃ regis hispanię citerioris q̃si ardens.

¶ Therioma vicus virilium interim & sedis & partium aliarũ multo ac nigro sanguine mali odoris atra fit caro & corrodit. ex quo nasci q̃nq̃ solet herpes esthiomenos (ita vocat vlcus) q̃m serpẽdo corpus ossa vsq̃ deuorat inęquale ac cœno simile.

¶ Therpsicore vna fuit ex nouem musis: a τέρπομαι: quod est delector.

¶ Thersilochus nomen viri ꝓprium.

¶ Thersites pe. pro. fuit græcus quidã vir: quo non deformior alter venerat ad troiã: linguaue proteruior alter. Iuue. Malo pater tibi sit thersites dũmõ tu sis Aeacidę similis.

¶ Thesaurus & thesaurũ dicit. Et est vt Paul. Iuriscõsultus inquit vetus quędã depositio pecunię cuius nõ extat mẽoria vt iaz dñm nõ habeat. Sic enĩ fit eius qui inuenerit: qđ nõ alterius sit: Alioquin si qs aliquid lucri causa: vel met⁹ vel custodię ɔdiderit sub terra nõ est thesaurus: cuius etiã furtuz fit. Aliqñ tñ thesaurus dicit: cuius extat memoria et dñm habet: vt in Euange. Vbi est thesaurus tuus ibi & cor tuum erit. Ponit interdũ ꝓ loco in quo aurũ vel alia p̃tiosa recõduntur: vt est illud Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera: aurũ: thus: & myrrhã .i. capsis vel vasis. Nõnunq̃ in malũ accipit: vt Plau. in am. Qui domi vxorẽ meã impudicicia impediuit teneo thesaurum stupri. Idẽ in Ru. neutro genere ꝓ auro seu argento posuit: Quicquid inest graue quidẽ thesaurũ hic ego inesse reor.

¶ Thesaurariũ locus in quo seruãt thesauri. Aug. sup psal. Inueniũt nũmos & ponũt in thesaurario.

¶ Thesaurizo as. thesaurũ colloco repono i deposito

¶ Theseus ꝓpriũ nomẽ athenarũ regis ęgei & ęthræ filius. Hic virtutis herculeę ęmulus post pręclara edita facinora extorris pãtria factus in insulã syrũ nauigauit: vbi periit interẽptus a Licomede: vel vt quidã volunt ex loco edito post cœnã deambulãdo delapsus. Primus instituit athenis panathenea: hoc ẽ cõmunem celebritatem in honorem mineruę: quę græce athena noiatur. Idẽ in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta natales & obitũ scripsit Plutarch. De quo scripta fabula est noie theseis. Hinc illud Iuue. Rauci theseide codri.

¶ Thesis latine positio: figura quę distinguit sensus orõnis ꝑ cõmata .i. subdistinctiões quas nos virgula signamus per cola .i. mẽbra: nos duob⁹ punctis ꝑ periodos .i. terminos finita sententia puncto. Dicta positio vel positura: quia punctis positis ɔuenientes denotat sensuũ partes: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

¶ Thessalia regio gręciæ quę sub attica olim ɔprehẽdebatur ex vna parte Boetiã: ex altera macedoniam habens. Prius æmonia ab ęmone rege: & Pelasgis: & conargo atq̃ hellas. Unde reges Hellenes: vt Ply. li. iiii. refert. Dicta thessalia a thessalo ęmonis vel Iasonis & medeę filio. Hanc Homerus argopelasgicon nominat. Et Stra. lib. x. scribit dictam fuisse priscis seculis Pyrrheam a Pyrrha deucalionis vxore. In hac natus est Gręcus rex: a quo gręcia. Ibi Deucalion cum vxore Pyrrha: quorũ tẽpore (vt inqt Aris.) ingens imbrium illuuies maiorem partem populorũ thessalię absumpsit paucis qui ad montiũ culmina sese receperant conseruatis: inter quos deucalion pernasum petierat ratibusq̃ ad se cõfugientes per summa pernasi iuga benigne fouebat. In thessalia sunt montes .xxiiii. quorũ nobilissimi Pieria parens domusq̃ musarũ: Pelion & Ossa gygantum bello memorati. Itez Pindus & Othrys lapitharũ sedes: itẽ olymp⁹. Flumina in ea vt scribit Herod. sunt Apidan⁹: Enipeus: onochon⁹: pamisus: peneus: & phœnix. A thessalia fit thessalus a. um. penul. correp. & Thessalicus lica licum.

¶ Thessalonica pe. prod. vrbs metropolis macedonię: a qua thessalonicẽses dicti sunt populi. Hæc fuit patria theodori gazæ: qui ætate nostra in vtraq̃ lingua doctissimus habitus est: qui e gręco in latinum librum de animalibus Aristotelis traduxit: & alia multa opera edidit.

¶ Thesmophoria cerealia latine: est sacra Cereris q̃ gręce dicit thesmophora: quasi legifera: Prima enim ceres leges inuenisse proditur: quia ante frumentuz inuentũ homines sine lege vagabãtur: & ex agrorum diuisione primo nata sunt iura. Ouidi⁹. Prima dedit leges Cereris sunt oĩa munus. Gręci θεσμοφόρον legislatorẽ appellant: & legiferũ.

¶ Thespię oppidũ liberũ in bœotia ad radicem parnasi: vt inquit Ply. vel Stra. inquit heliconi proximũ: thespias nobilitauit praxitelis cupido a glycerio meretrice ibi ɔsecrata. Hinc thespiades dictę sunt musę seu nymphę thespias incolentes.

¶ Thespici populi sunt græcię.

¶ Thesthylis nomẽ ꝓprium mulieris: de qua Virg. in buccolicis.

¶ Thestor fuit vir troianus Calchantis pater.

¶ Thesiphone: vide retro thisiphone.

¶ Theta nomen est littere gręcę: quæ vim detinet th aspirati.

¶ Thetis nomẽ mris achillis: de q̃ supra in dictione tethys: De nuptiis hui⁹ Luci. facit pulcherrimũ dialogũ: cui⁹ verba gręca ponã multorũ loco latinorum.

ει Δεσω γαληνη χεεσ οια εποι κοινη κεριο παρα το Δειπνον. et subdit μηλομτι παγκαλομφυσ ουλομωγαληνη επγεγραπτο Δε και αλη λαβετω. κυλιη Δουμενομ Δε τουτω ωσπερ εξεπιτηδεσ ηκε ερωα ηρατε και αφροδιτη και αθηνα κατεκλιμομ το ακπει Δη ο ερμησ αμελομενοσ επελεξετο τα γεγραμμενα.

¶ Theuthras fuit cilicũ ac mysorum rex: a quo theuthrania regio: ⁊ theuthrana vrbs iuxta pergamum.

¶ Theumesus pe. pro. mons bœotię a quo leo theumesius dictus inauditę magnitudinis: qui oibus terrori erat: quē Hercules adhuc pene puer occidit: eiꝗ pellem detraxit: qua postea pro pallio semꝑ vsus est. Est etiā hoc noĩe fluuius ⁊ regio ⁊ paruum oppidũ in thebanis finibus. Hic leo a Ioue in cœlum trāslatus dicitur: vt glorię herculis consuleret: qui eū inermis occiderat.

¶ Theutoni pen. cor. populi germanię qui ⁊ theutones ⁊ theutonici dicunꝭ. Luc. lib. vi. Cantaber exiguis ⁊ longis theutonus armis. Hi vt Pompo. scribit loca incolūt prope mare aciacū. Hi duce theuthoboco Romanoꝝ fines inuaserūt: quos Marci⁹ deuicit

¶ Thlasias dr̃ qui habet testiculos attritos.

¶ Tholus gręca dictio: qua significaꝭ veluti scutum breue qđ medio intecto ponitur in quo trabes coeunt et ad quod dona suspendi consueuerūt. Vergil. lib. ix. Si qua ipse meis venatib⁹ ausi suspendire tholo aut alta ad vestigia vexi. Quidā accipiunt tholum pro testudine alicuius ędificii: siue pro domo rotunda. Ouidius lib. vi. fast. Mox didici curuo nulla subesse tholo.

¶ Thorax latine pectus: vnde ⁊ munimentū siue laneum: siue ferreū: quo pectus protegitur: thorax appellatur. Sta. lib. th. Propugnat pectora thorax. Iulius Pol. scribit thoracem esse quicq̇d anterioris duntaxat partis colloꝗ vsꝗ in corendicē protendiꝭ: quē conficiunt crates costarū: Qui ⁊ ολμοσ: hoc est mortarium dr̃. Medici tñ in resectionibus humani corporis thoracem acciptūt inane quiddā in pectore extremas costarū partes vtrinꝗ cōtingēs. Unde legimus Plynium dicentē. Thoracis vitia purgat: quę videlicet intra septa pectoris continenꝭ. Et Corn. Celsus docet thoracem tussi obnoxiū. Amb. lib. hexa. accipit pro ea parte in quā alimenta recipiunꝭ. Alit em̄ thorax vt suscipit alimenta ita superflua ciborū ⁊ succos salubres sanguinemꝗ discernit. Iuue. pro tunica quę tantū pectus tegit cuiusmodi infantes gestare moris est. Viridem thoracem iubebit. Suet. de Augu. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis: ⁊ subuculæ thorace laneo ⁊ femoralibus ⁊ tibialibus muniebatur. Et etiā quādoꝗ thorax turrim significat: ⁊ est gñis mas. a cuius actõ gręco θωρακα: quidā hęc thoraca cę. declināt vnde thoracatus.

¶ Thoracatus qui thorace indutus est. Ply. li. xxxv. Parrhasius pinxit nauarchū thoracatū.

¶ Thoa fuit vna ex nymphis filia Oceani: ⁊ tethyos

¶ Thoas thoantis. fuit rex ĩ taurica regione: de quo Ouidi. lib. iii. de pon. Regna thoas habuit mæotide clarus in ora. Nec fuit externis notior alter aquis. Alter rex lemni fuit liberi patris filius: ⁊ pater Isiphyles. Fuerunt alii hoc nomine.

¶ Thomas nomen hebraicū viri proprium.

¶ Thon thonos fuit primus qui apud ęgyptios medicinam in artem redegit. Alter fuit rex canopi. Thoon vero per geminū oo. fuit vir troianus.

¶ Thoota phorci filia ex qua polyphemum neptunus genuit.

¶ Thous fuit vnus ex principibus troianis.

¶ Thrace es. ⁊ thraca cę. ⁊ thracia. Europę regio inter partes scythię posita: Macedoniā sequens: quę a septentrione Istrum habet: ab oriente pontū. A meridie ægeū mare. Olim scython: postea thracia a thrace Martis filio seu ab asperitate dicta. Gręce em̄ τρα χυσ asperum dr̃. Est em̄ regio vt Pompo. scribit: nec cœlo nec solo tractabilis: ⁊ nisi mari propior est infœcunda frigidaꝗ. Habet feros hoĩes aspero cultu. In ea sunt vrbes celebriores Apollonia. Enos Nicopolis: Bizantiū: Perinthos: Lysimachia: Callipolis: amnes sunt hebrus ⁊ nestos. Montes hemus: Rhodope et orbelos. A thracia fiunt adiectiua thrax: thracus: thracius: ⁊ thraensis. a thrax fit fœmininū thressa vel thraissa diuisa diphthongo: ⁊ adiectiuum thraicus et thraicius. Item a threix qđ thracensem indicat fit fœmininū thressa ⁊ threissa Et adiectiua threicus: threicius: de quibus habenꝭ exempla apud poetas.

¶ Thrasceas ventus qui ⁊ thracias ⁊ thrascias dicīꝭ. Aristo. Post argesten ventū flat thrasceas spirat inter septentrionē ⁊ occasum solstitialem.

¶ Thrasyllus nomen viri propriū: ⁊ latine dr̃ temerarius audax.

¶ Thrasybulus vir atheniensis: de quo emilius probus ait: q̄si per se virtus ponenda sit dubito an hunc primū oīm ponam. Illud sine dubio neminē huic pręfero fide: constantia: magnitudine animi: ⁊ amore in patriam. Hic athenas a triginta tyrannis oppressas in libertatē redegit. Fuit ⁊ alius Milesiorū tyrānus.

¶ Thrasymedes fuit filius Nestoris.

¶ Thrasus nomen viri quod apud nos fiduciā significat: quę gręce θρασοσ dicitur.

¶ Thrasumenus pe. pro. lacus in agro perusino: quē semel totū arsisse scribit. Ply. lib. ii. De hoc Ouid. lib. vi. fas. Sūt tibi flaminius thrasumenaꝗ littora testes

¶ Thraso nomen viri propriū apud Terentiū.

¶ Threnos gñis neutri latine dr̃ lamentū: qđ in funeribus fit: quo primū Symonides vsus est apud græcos. θρηνοσ em̄ planctus dicitur.

¶ Threnodia cantus lugubris.

¶ Thrips tinea: απο του θρηπτειν: qđ significat terere. id est frangere.

¶ Thryus untis. vrbs in helide. A thryunte atheniensi cōditore dicta. Est ⁊ fluuius helidis qui in alpheū decurrit: de quo Home. lib. ii. Ili. meminit.

¶ Thronus a nostris sedes siue soliū dicitur: q̄uis in scripturis sacris throni q̄nꝗ nō pro cathedris sed pro virtutibus aliquibus in cœlestibus: in quibus deus semper sedeat: quasi in quadriga sua ponatur.

¶ Thyas bacchi sacrificula.

¶ Thucydides is. ⁊ dę. propriū nomē historici gręci.

¶ Thyasus saltatio ⁊ chorea dr̃: quæ baccho exhibebatur a suo sacrifico. Verg. Instituit daphnis thyasos inducere baccho.

¶ Thyestes fuit fili⁹ Pelopis ex hippodamia: ⁊ atrei frater ac tantali nepos: de quo poetę scripserūt. Inde thyestęus a. um. Ouid. lib. xv. met. Neue thyestęis cumulemus viscera mensis.

¶ Thyella a nostris procella dr̃: ponituꝗ ab Homero pro vna harpyarū.

¶ Thurinus genus est piscis marini. Thurinum oppidum inter duos amnes cratim: ⁊ sybarim: vbi Herodo. condidit historiam. Taurini populi sunt: quos

Plynius in tertia Italię regione collocat.

¶ Thurion ciuitas fuit in sinu tarentino: quę vt quidam putant etiā thurana vocatur.

¶ Thunnus per duplex nn. nomen piscis.

¶ Thus ⁊ thuscia. Uide in dictione Thus.

¶ Thymbra genus herbę aromaticę abundantis in phrygia: quā thymalem vocamus. Uerg. lib. iiii. Ge. Et grauiter spirātis copia thymbrę. Herba hęc est calida ⁊ sicca: ⁊ latine dr̄ satureia: a satyris: q̄ sunt in venerem nimis hęc animalia prona.

¶ Thymbræus apollo dictus est ab agro troię vicino tymbrę pleno: in quo eius est nemus et templū. Sane per æ scribit̄: quia a θυμβρη. In deriuatione enim η in diphthongū sępius mutat̄ vt αιτνη ætneus. Διρκη dircæus. κρητη cretęus: vel thymbręus: quasi το ομβρας θειο. hoc est imbres excitans.

¶ Thymele pe. cor. nomen mulieris: quę prima saltationē in scæna docuit. Græci thymelē scænā vocant: hoc est eam theatri partem: vbi gestiunt histriones. Mar. Qua thymelen spectas derisoremq̄ latinū. Suidas scribit fuisse aram in theatris thymelen.

¶ Thymelici ludii histriones. Unde a Uictru. dictū est Scęnici ⁊ thymelici gręce separatim nominant̄ in decretis dist. vlt. de cōse. sacerdotes admonent̄. de cōuiuio surgere debere anteq̄ thymelici ingrediantur.

¶ Thymiama atis. odor suauissimus thymi naturam referens. Hoc incendebat̄ in sacrificiis: appellabātq̄ gręci thymiateria vasa odoꝝ: quę maiores nostri acerras dixerunt.

¶ Thymus ⁊ thymū herba apibus gratissima. Uerg. Dumq̄ thymo pascentur apes: dum rore cicadę. Macer. Si desit thymus pro thymo ponere thymbram. Pręcipiūt medici. Sunt aūt thymi duo genera: albū scilicet ⁊ nigrū. vnde bithymū mel qđ ex vtroq̄ thymo collectū est. Et thymus vt inquit Iul. Pollux verruscula est ęgyptię fabę magnitudine scabra ⁊ subrubens sanguine cuius summa pars: vt Celsus inquit: florem thymi repręsentat in genitalibus sede fœminibus palmis ⁊ inferioribus pedū partibus.

¶ Thymallus gn̄s piscis pretiosi: de quo Amb. libro hexa. Neq̄ te inhonoratū nostra psecutione thymalle dimittā: cui a flore nomen inoleuit: seu ticini vnda te fluminis seu amœni athesis vmbra nutrierit flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo spiras.

¶ Thyoneus cognomen bacchi qđ a θυω pro sacrificio deductū putant: qđ illi adhuc inter humanos versanti sacrificia reddebantur.

¶ Thyre ciuitas messeniorū: Sed diuus Augustin⁹ lacedęmoniis ascripsit. q̄n Messenii cū Antonio sensisse viderent̄. Papi. Et lacedæmoniū thyre lectura cruorem. Hinc thyreatice spartanorū corollę quædā appellatę. Sciendū est thyre numero plurali: genere neutro per synęresin efferri. θυρεα και θυρη etiā si numero singulari. Thyrea quoq̄ dici potest. Stra. thuriā appellat. Est ⁊ thyreum oppidū in Archadia: thyrę etiā græce latine ostia dicunt̄. A quo thyridion ostiolum.

¶ Thyrsis nomen pastoris proprium.

¶ Thyrsus virga ⁊ caulis cuiuslibet herbę: pręsertim lactucę. Plynius. Inuentuz oēs thyrsos vel folia lactucarū prorogare vrceis conditos ac recentes in patinis. Idem. Folia lactucę tosta thyrsusq̄ ex aceto bibuntur. Alii accipiunt thyrsum pro hasta aculeata hederis obtecta: quas in orgiis bacchicis quatiebant. Tacitus. Messallina crine fluxo thyrsum quatiens. Scribit diod. Dionysiū in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. Et Macr. ait. Liberū patrem tenere thyrsum: qđ est latēs telum: cuius mucro hædera lambente protegitur. Unde thyrsigerus dictus est bacchus. Seneca in Medea. Candida thyrsigeri proles. Lucretius accipit thyrsum pro furore seu ardore ⁊ instinctu: cum ait. Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.

¶ Thysbe thysbes vel tysbe: es. nomen puellę babylonicę. De qua Ouidius.

¶ Thyssagetę populi fuerunt in scythia vltra sauromatas. In horum agro sunt quattuor flumina: videlicet Lycus: oarus: tanais: ⁊ syrgis.

T ante I.

¶ Tiara gn̄is fœ. pe. pro. ornamētū capitis persicarū prius mulierū. Quo postea vsi sunt reges et sacerdotes. Iuuena. Et phrygia vestitur bucca tiara. Uerg. per vsurpationē dixit. Sceptrūq̄ sacerq̄ tiaras. Hieron. ad Fabiolā. Quartū est genus vestimenti rotundum pileolum: quasi sphæra media sit diuisa: ⁊ pars altera ponatur in capite. Hoc gręci ⁊ nostri tiarā nonnulli galerū vocant. Nō habet acumen in summo: nec totum vsq̄ ad comas tegit: sed tertiā partē a frōte inopertam relinquit: atq̄ ita in occipitio vitta constrictus est: vt nō facile labat̄ ex capite.

¶ Tiatira vrbs in mysia ad sinistrā calci fluminis partem: quę fuit vna ex septē ecclęsiis: ad quez Ioannes apostolus scripsit apocalypsim.

¶ Tibia proprie os cruris oppositū surę. Item instrumentū musicū quo tibicines canunt: sic dicta q̄ primo ex gruum tibiis facta sit: a quibus nomen habet cum ex harūdinibus facta sit. Hora. Tibia nō vt nunc orichalco iuncta tubęq̄.

¶ Tibialis ⁊ hoc tibiale: qđ est idoneū ad tibias faciendas. Ply. Tertia harundo est tibialis quem calamū auleticon vocant.

¶ Tibialia substantiuū: dicunt̄ velamenta tibiarum: quin etiā arma quibus crura muniunt̄ tibialia vocantur. Sue. de Aug. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis ⁊ subuculę thoracę laneo ⁊ fœminalibus ⁊ tibialibus muniebatur. Paulus Iurecon. Si tibiale vel humerale miles alienauit castigat̄ verberib⁹ ꝺꝫ.

¶ Tibicen pen. pro. qui tibia canit. Dicitur ⁊ tibicina fœm. genere. Gel. Fœminas etiā tibicinas in exercitu habuit. Mar. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Et tibicines in ædificiis appellant̄ colūnellæ quibus rustici tecta sua fulcire solent a similitudine tibia canentiū: qui vt cantātes sustinent: ita illi ędificiorum tecta: nec habet in hoc significato nisi ablatiuum in singulari. Iuue. Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam. Quicq̄d etiā in sustentaculo alterius ponit̄ tibicen dicitur. Oui. lib. iiii. fast. Hęc modo versabat stantē tibicine telam. Unde Uerg. per translationem sua hemistichia tibicines vocauit. Ipsę quoq̄ particulæ quibus versus replentur tibicines a grammaticis appellant̄. Uerg. Sic forte precatur. Nam forte vacat.

¶ Tibareni vt Herod. lib. iii. testatur: fuerūt populi scythici in asia. De quibus Hiero. Tibureni quos dilexerint senes suspendūt in patibulis.

¶ Tyberius nomen Imperatoris Ro. Augusti successoris. Tyberii aūt ex eo dicti sunt q̄ iuxta tiberim fluuiū nascerent. Unde ꝛ per y scribi solet.
¶ Tibisis fluuius in scythia: vt auctor est He. li. iiii.
¶ Ticinus fluuius insubrię in eridanū fluens: a quo Ticinū vrbs: quę nūc papia dicitur: insignis diui patris Augustini corpore. Serenus penultimam huiꝰ noīs corripuit: cum ait. Illa pręcepit ticini sententia necti.
¶ Tignus masculini gnīs et tignū neutri trabs qua varie disposita domus extruitur. Et proprie cui supponitur tectū a tegendo nomen deductū.
Et tigni nomīe omne genus materiei: ex qua ędificia constant continet: Sed ꝛ in vineis tigni appellatione oīa vineis necessaria continent: vt puta perticę pedamenta. Hinc contigno as. qđ est tignis tectū iungo. Ply. lib. ix. Alexandri magni classium pręfecto prodidere in domibus fores maxillis beluarū scȝ balenarū facere: ossibus tecta contignare: ex quibus mlta quadragenū cubitorū longitudinis reperta. Et contignatio textura ipsa trabiū ac tignorū. Coassatio vero assium dicitur.
¶ Tignarius faber nō solū is qui tigna dolat: sed etiā qui solaria lignea hoc est qui trabes: cęteraq̄ ad tabulata domus vtilia: ꝛ omnis qui ędificat intelligitur inquit Caius.
¶ Tigillus diminutiuū est a tignus: tigillū a tignū: sicut sigillū a signum.
¶ Tigranes is. ꝛ tigranę pe. pro. propriū nomen regis medorū: seu maioris armenię. Lucanus lib. ii. Tigranemq̄ meū: nec pharnacis arma relinquas.
¶ Tigrana vrbs in media regione.
¶ Tigris animal velocissimū ꝛ truculentū a velocitate nomen trahit. Nā medi tigrim sagittā appellant. Abundat hyrcania tigribus. Verg. Hyrcanięq̄ admorunt vbera tigres. Arrhianus qui res gestas Alexandri condidit tigrim feram indicā nō eam esse voluit: quā vulgus tigrim nominet: sed hanc esse thoa. Tigrim vero equi magnitudine: flumenq̄ magnū: tigris etiā appellatur ꝑpter velocitatē: qui instar bestię nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiso exiens iuxta scripturę fidem: pergensq̄ contra assyrios ꝛ post multos circuitus Iosepho teste in mare rubrum defluit. Solinus tigrim fluuiū in armenia caput attollere dicit i loco edito ex lucido cōspicuoq̄ fonte. Nec ab exordio statim totū esse: primo pigre fluere nō cum suo noīe. At cū fines medorū inuectus sit tigrim statim vocari. Arecusam lacum influere grauia pondera sustinentē: cuius pisces nunq̄ se alueo tigridis immiscean: sicut nec amnici stagnum attingant arecusę. Mox arabas pręterfluens mesopotamiā amplectitur: et bidaspem accipiēs euphratemq̄ defert in sinū persicū. A tigri fluuio dicti sunt trāstigritani: qui trans tigrim habitant sicut transpadani. Et tam pro fluuio q̄ pro animali tigris vel tigridis gtīi facit.
¶ Tigurini fuerunt populi germanię: qui quartā partem heluetię continebant.
¶ Tile nomen duarū insularū: quarū vna est in oceano inter septentrionalē ꝛ occidentalem plagam vltra Britanniam: quę vltima fuit excognitis a romanis. Verg. lib. i Georg. Tibi seruiat vltima tile. In ea solstitio ęstiuo nullas esse noctes Ply. tradit. E contrario vt Solinus refert brumali solstitio nullus pene dies. Vltra eam pigrum ꝛ concretū mare esse ferunt. Altera in aphrica contra sinum carthaginis: sunt tamē qui scribant thyle per ypsilon.
¶ Tilos insula (vt scribit Ply. lib. vi.) cū oppido eiusdem noīs in mari Indico celeberrima plurimū margaritis. Ipsa refert palmas: oleas creat: vineis abūdat In ea oīs arbor nunq̄ foliis spoliatur. Mons caucasus nō longe ab ea incipit: qui maximā orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadē insula habet lanigeras arbores: vt scribit Ply. lib xii. Quę cotonei mali amplitudine cucurbitas ꝛ maturitate ruptę ostendūt lanuginis pilas: ex quibus vestes pręciosę fiunt.
¶ Tilia arbor: quā gręci phylyra appellant: q̄uis ꝛ ex aliis arboribus tilię dicant. Nā de interioribus corticis vlmi tunicis e quibus vincula tilię vocant. Unde Plynius de vltimo disserens. Corticis inquit interior tilia lepras sedat. De arbore tilia. Verg. lib. ii. Ge. Nec tilię leues: nec torno rasile buxum. Hinc tiliaceꝰ a. um. vt. de fascię tiliacęę. Iul. Capitolinus de Antonino pio. Cum senex inquit ꝛ longus esset: incuruaretur q̄ tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur.
¶ Tilium vrbs littoralis a latere occidentali sardinię
¶ Timauus pe. pro. nomen fluminis iuxta aquileiam Qui e montibus delatus decidit in profundū. deinde infra terrā absorptus stad. circiter triginta ꝛ centum erumpit in mare.
¶ Timęus nomen propriū phylosophi locrensis: cui diuinū illud opus Plato inscripsit: in quo de rerū creatione disserit: qđ Cic. postea latinū fecit.
¶ Timarchides nomen viri propriū compositū ex τιμη qui est honor: ꝛ αρχοντοσ principis. Facitq̄ in gtō timarchidis ꝛ timarchidę.
¶ Timantes nomen pictoris celeberrimi: parrhasii ęmuli. Inter eius vero ingenii monumenta Iphigenia oratorū laudibus celebratur.
¶ Timor (vt Cic. lib. iiii. tusc. inquit) est metus mali appropinquantis.
¶ Timeo es. mui. variis modis construit. Dicimus enim timeo te tanq̄ inimicū. timeo tibi tanq̄ amico: ne quid mali tibi accidat. Terē. Pamphili vitę timeo. Timeo mihi abs te. Idem. Hei mihi timeo a Chrysi de. Inuenitur etiā cū ablatiuo mediante de. Ouidiꝰ. lib. iiii. fast. Nec timui de morte tamē metus abstitit. Item dicimus timeo furem tauro. Iuue. Dum furem nemo timeret Caulibus: aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciendū est hoc verbū timeo idem efficere: vel cum negatione vel sine ea: vt timeo vt moriatur: ꝛ timeo ne moriatur. Hoc idem facit metuo vereor ꝛ huiusmodi. Composita sunt extimeo: qđ est valde timeo. Plau. in cis. Extimuit tum illa. Hinc extimesco. Ci. in Cato. Quod igitur adolescētes ꝛ hi quidem nō solū indocti: sed etiā rustici contēnunt: id docti senes extimescūt. Pertimeo similiter valde timeo Idem lib. ii. ad heren. Defensor si pertimuerit: magnitudine periculi nō cōsciētia peccati commotū se esse dicet. Si nō pertimuerit: fretum innocentia negabit se esse commotū. Hinc pertimesco. Lactan. lib. tertio Quare nō est q̄ philosophis tantū honoris habeamꝰ: vt eorū eloquentiā pertimescamus. Hiero. huic verbo addidit valde. Ex quo timeo et valde pertimesco. Pręetimeo ante tpus timeo. Lactan. lib. vi. Nā parcere. i. mediocriter vti pecunia quasi quędā animi pusillitas est: aut pręetimētis ne sibi desit. Plau. in am. Humana matre natus: humano patre mirari nō est ęquū sibi si pręetimet. Et habent ti. syllabā cor.

¶ Timens ⁊ timidus sic differunt: quia timens ex causa ad tpus timet: timidus semp timet.

¶ Timotheus pe. cor. nomen propriũ cononis atheniensis filii qui acceptã a patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit em̃ disertus impiger laboriosus: rei militaris peritus: ⁊ qđ super oia est ευτυχης .i. fortunatus imperator habebat: cui statua publicitus in foro atheniis posita est: ob victoriã qua victis lacedemoniis imperiũ atheniensiũ auxit. Post huius obitũ non fuit quisq̃ fere athenis dignus memoria. Fuit alter Timotheus in arte tibiarũ clarus: quẽ ferunt duplices ab his quos alius instituisset solitũ exigere mercedes: q̃ si rudes traderent: geminatũ sibi opus dicebat: dedocendi prius mox docendi. Dict⁹ timotheus ex τιμη honor ⁊ θεος deus.

¶ Timon apolloniates philosophus: qui apud calcedoniã philosophiã ⁊ oratoriã exercuit: charus Ptolemeo philadelphe. Scripsit tragœdias ⁊ comœdias et satyras. Dictus amarulentus ⁊ mordax syllorũ: id est dicacitatũ scriptor: de quo Gel. Timon amarulentus librũ maledicentissimũ conscripsit: qui syllos inscribitur. Fuit ⁊ alius Timõ atheniẽsis: qui ob naturę asperitatem inhumanus ac inhospitialis appellatus est: ⁊ misantropos .i. osor hoim. Fugiebat em̃ hoim congressus atq̃ colloquia prӕter vnius Alcibiadis in eius sepulchro: hoc erat epitaphiũ: qđ ipse sibi fecit. Hic sũ post vitam miseramq̃ inopemq̃ sepultus. Nomen nõ quęras dii lector te male perdant.

¶ Timoniacus fuit pictor bizantius Cęsaris dictatoris ętate qui aiacem cęsari pinxit.

¶ Timoleon vir corinthius clarissim⁹ oĩz iudicio: qui oppressam a tyranno patriã liberauit: de quo Plutarchus multa scripsit.

¶ Tinea vermiculus est: qui de carne editus vestes: Aut libros abrodit. Hor. ad librũ. Aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies vticam: aut vinctus mitteris ilerdam. Et in ecclesiasti. De vestimẽtis procedit tinea ⁊ a muliere iniquitas viri. Item tineę ventris animalia sunt. Elminthes grӕci dicunt in intestini recti extremo repertę. Has Cel. lumbricos appel. Item tineę sunt vermes in aluearibus apibus noxii. Col. lib. x. Prӕterea vt tineę si apparuerint euertant: papilionesq̃ enecẽtur: qui plerunq̃ inter alueos moratos apibus exitio sunt. Nã ⁊ ceras erodunt: ⁊ stercore suo vermes progenerant quos alueorũ tineas appellamus. Hinc tineosus sa. sum. vt aluei tineosi: apud Colu. lib. x.

¶ Tinnia vasa vinaria apud antiquos fuere: vt inde Festus Nonius tinnas appellauit: apud quos grandiora nõ erãt: veluti apud nos hoc vocabulo habent: nec ad eos vsus parata. His namq̃ e ligno fabricatis musta cũ vinaceis nostra ebulliunt: apud veteres aũt inter epitrapezia numerantur.

¶ Tinnio is. iui. itum. proprie de metallis dr: cum ex eorum pulsatione sonus efficit. Tinnit em̃ aurũ: argẽtum: ӕs: ferrum: stannũ: aurichalcũ: ⁊ huiusmodi.

¶ Tinnulus a. um. pen. cor. qđ est acutum: vt vox tinnula: ⁊ sonus tinnulus: qui redditur ex ęneis vasis cũ pulsantur. Ouid. Tinnulaq̃ ӕra sonant: ⁊ olent myrrheq̃ crociq̃.

¶ Tintino as. pe. cor. vt tintinat apud Catul. in carmine saphico. Dicitur ⁊ tintino is. iui. Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

¶ Tintinnabulũ ⁊ tintinnale instrumẽtũ ęneũ: vulgo campanellus: nomen factitiũ a voce quã facit tintin. Iuue. Et tintinnabula dicas pulsari nemo tubas.

¶ Tingo is. xi. ctum. vel tinguo: significat inficio madefacio: immergo. Mar. Mentiris iuuenẽ tinctis lenius capillis. Lactan. lib. iiii. Cum primũ cœpit adolescere tinctus est a Ioanne propheta in iordane flumine. Verg. Quid tantũ oceano properẽt se tingere soles .i. immergere. Huius cõpositũ est intingo. Ply. Omnibus quę condiunt: queq̃ intingunt desyderatũ fœtorem tollit manducatũ.

¶ Tinctura infectio. Plyni. lib. xxxvii. Adulteratur maxime tinctura: idq̃ in gloria regis. ęgyptii adscribitur qui primus eam tinxit.

¶ Tinctile pen. cor. qđ intinctũ est. Ouidi. de tris. Et tinctile virus scz qđ intinctũ est spiculo sagittę.

¶ Tiphernũ ciuitas vmbriӕ: quę nunc ciuitas castelli dr nobilis alumno Gregorio gręcis latinisq̃ litteris apprime docto: sicuti eius opera eloquenter elucubrata manifestant.

¶ Tiphis vir arte carpentaria celebris: qui primus gubernãdi naues adminicula instituit. Sene. in Medea. Tiphis in primis domitor profundi. Apollon⁹ in principio. τιφυς δε αγνιαδης σιφεα ναλλιπε δημον. Ibi aũt θεων et alii interpretes αγαθος μεν και ημερας τω ηλιω νυκτος δη προσιμα των αστερων τον καιρον του πλουτεκμηρασθαι.

¶ Tipula pe. cor. vermis sex pedes habens: sed tantӕ leuitatis vt super aquam currens nõ desidat. Plaut. Neq̃ tipulę leuius pondus est q̃ fides lenonis.

¶ Tirynus tis. gñis mas. fluuius est in argo. Tiryns generis fœm. nomen est patrię herculis in peloponeso: quę proxima argo: a Ply. tirynthia vocatur. Unde et hercules tirynthius appellatus est: q̃uis theban⁹ quoq̃ dicatur.

¶ Tisiphone pe. cor. vltricem cӕdis signifi. Est enim vna ex furiis a cędibus plectendis dicta. τισις vltio vel pœna. φονος vel φονη cędes: aut mors cui cura sit mortis vltio. Hor. in Ser. Serulib⁹ vtq̃ Iam peritura modis hecaten vocat altera sęuam. Altera tisiphonem.

¶ Titan ⁊ titanus pe. pro. saturni frater: cœli ⁊ vestę filius: qui etiam pro sole ponitur: quoniã a titanibus duxit originẽ. Tradunt titanas sex fratres fuisse et quinq̃ sorores a titea matre dictos: vt auctor est Diodo. Ex quibus vnus fuit Iapetus pater promethei hiperionq̃ ex titanũ numero est qui solis ac lunę stellarumq̃ motus obseruasse atq̃ demõstrasse primus fertur. Ideo solis parens ⁊ astrorũ fertur. Hinc sol titan luna titanis a poetis dicunt. Ser. Sic habet. Ferunt fabulӕ titanas ab irata contra deos terra in eius vltionem creatos. Unde ⁊ titanes dicti sunt απο της τισεως .i. ab vltione.

¶ Titanus saturni frater. Quo etiã nomine dictus est mons thessaliӕ a candore dictus. Titanis nidis. dicta est Luna.

¶ Titio lignum adustũ: qđ ab igne extrahitur: vt est apud Esaiam. Noli timere ⁊ cor tuum ne formides a duabus caudis titionũ fumigantiũ istorũ.

¶ Titillo as. per blandimenta ingero: prouoco: commoueo: vt fit cũ quis carnis pruritũ sentit. Nã titillari dicuntur sensus quando mouent gestiuntq̃ voluptatis dulcedine. Verbũ translatũ a titillatu alarum vbi dulcedo scalpendi est: sicut scribit Ply. lib. xi. Lactan. lib. vi: Ergo illecebrę istę voluptatũ arma sunt

T ante M et O.

illius cuius vnũ opus est expugnare virtutẽ: iustitiamq; ab hoībus excludere. His blandimentis ⁊ suauitatibus titillat animus. Scit enĩ quia mortis fabricatrix est voluptas. Ci. in Cato. At nõ voluptatũ tanta quasi titillatio in senibus.

¶ Titus prænomẽ romanorũ est: a τιω honoro.

¶ Titulus index cuiuscũq; operis. Unde in statuis siue picturis titulũ dicimus litteras: quæ vel artificis vel eius cuius statura vel imago est nomen demõstrat vel tempus quo factũ est declarat. Suet. Plurima et amplissima opera incendio cõsumpta restituit: sed oĩa sub titulo tantum suo ac sine vlla pristini auctoris memoria. Item titulus libri dicitur: qui vel qualitatem operis: vel nomẽ auctoris: vel numerũ ostendit. Mar. Primus vbi est inquis cũ sit liber iste secũdus. Quid faciã si plus ille pudoris habet: Tu tamen hunc fieri si mauis regula primũ Unum de titulo tollere tota potes. Ouid. lib. de re. Legerat huius amor titulũ: nomenq; libelli. Dictus titulus a tuendo: quasi tutulus ꝙ tueatur factũ auctoris: et si quis alterius opus esse contendat: veri opificis indicet nomen. Per translationẽ quandoq; ponitur pro laude ⁊ dignitate. Oui. lib. ii. de fas. At tua prosequimur studioso pectore Cesar Nomina: per titulos ingredimurq; tuos. Aliquando pro monumento. Apul. Auorũ ⁊ proauorũ titulus clarus. Tituli etiam dicti sunt milites: quasi tutuli: ꝙ patriã tuerentur. Unde ⁊ Titi prænomen est ortum. Persius. Hic neq; more probo videas nec voce serena. Ingentes trepidare titos.

¶ Titulo as. titulũ impono. Hier. in prolog sup ps. Sciendũ est. cl. psalmos Dauid cecinisse: ꝙuis aliorũ nominibus titulentur.

¶ Titubo as. pe. cor. ꝓprie pedibus insistere nequeo: quales sunt ebrii: aut infirmi. Quinti. Sed iugulasti vulneratũ: titubantẽ strauisti. Transfertur ad animũ vt apud eundẽ. Neq; vlla vnq; tanta fuerit dicendi facultas: que nõ titubet aut hereat quotiens ab animo verba dissentiũt. Titubare quoq; lingua ⁊ dentes dicuntur. Lactan. de ira dei. Arescant oculi: os tremat lingua titubet: dentes concrepent.

¶ Tithymalus pe. cor. gñs fruticis: que a nostris lactuca marina dr. Col. lib. x. Tithymalus maiorũ quoq; animaliũ ventrẽ soluit. Idem paulo supra. Maximusq; vel minimus annuus earũ labor est initio veris quo tithymali floret frutex.

¶ Tityrus penultima cor. nomen pastorie. Vergilius in bucco. Tityre tu patulę ⁊c. ⁊ apud nos aries maior dicitur.

¶ Tityus Iouis filius. De quo Verg. lib. vi. Necnõ et tityon terræ oĩpotentis alumnũ Cernere erat. Hic (vt fertur in fabulis) cum latonę vim inferre vellet ab Apolline sagittis confossus apud inferos magno cũ cruciatu demersus fuit. Ouid. lib. i. de pon. Sic incõsumptũ tityi semperq; renascens. Nõ perit vt possit sępe perire iecur. Huius magnitudinẽ corporis poetæ dixerunt fuisse nouem iugerũ. Unde Tibul. Porrectusq; nouem tityrus per iugera terræ: Assiduas atro viscere pascit aues.

¶ Tithonus pe. pro. fuit Laomedontis filius. Qui (vt fabulę ferunt) cum iuuenis esset ⁊ decorus ab aurora dilectus ⁊ raptus fuit. Ex qua Mẽnonẽ genuit: sed tandẽ post longissimã vitam audita mẽnonis filii morte in cicadam versus dr. Dicente Horatio. Longa tithonũ minuit senectus.

T ante M.

¶ Tmolus pe pro. mons Lydię: vt scribit Ply. lib. vi. Croco florentissimus ⁊ vitibus consitus. Ser. scribi. eum esse cicilię: de quo Oui. Riget arduus alto Tmolus in ascensu cliuoq; extensus vtroq; Sardibus hinc illinc paruis finitur hipeppis. Est ergo iuxta sardis: quę vrbs ex Herodoti Plyniiq; testimonio in Lydia est. A quo nomen flumini datũ est. Ply. lib. xxxiii. Nõ solitum inueniri nisi in flumine tmolo. Apud Col. lib. iiii. Tmolus videtur esse genus arbusculę: cuius flores sint crocei. A poetis tamen quandoq; superaddi. i post t inuenimus. Ouidi⁹. lib. vi. met. Deseruere sui nymphæ vineta timoli.

T ante O.

¶ Tocos a ticto pario est id qꝺ corrupte dicimus stocus prępositio scꝫ sicut fœnus a fœtu.

¶ Toga vestis cõmunis omniũ romanorũ: tam fœminarum: ꝙ mariũ: sed prętexta honestiorũ: toga viliorũ Dicta toga a tegendo ꝙ corpus tegat. Hęc laxa erat et in sinũ multis crispulis subtracta succingebaƚ. Tibul. Et fluit effuso cui toga laxa sinu. Hinc romani togati dicunƚ. Verg. Romanos rerũ dominos gentẽq; togatã. Quoniã vero in pace tantum togæ vsus erat (nam in bello deposita toga chlamydẽ sumebãt aut lenam) factum est vt toga pro pace: sicut arma pro bello ponatur. Ply. Ut dubiũ sit toga ne an bello pręstãtior fuerit. Togarũ vero varia erant genera. Ut toga pretexta: toga virilis: toga picta: toga regia quę erat auro ⁊ purpura intexta qua reges vtebantur: quę a Liuio inter insignia triumphantis numeraƚ purpurea ante vocitata: ⁊ erat sine pictura. Tunica palmata a latitudine clauorũ dicebatur: quę nũc a genere picturæ picta appellatur. Interdũ toga accipitur pro peculiari habitu clientũ ⁊ salutatorũ qui togati ibant salutatum: vt sportulam consequerenƚ. Mar. Mane vel a media nocte togatus ero.

¶ Togati: togis induti. Unde romani togati dicti sũt quoniã toga romanorũ propria erat. Sic ii qui principes ciuitatis officii gratia in forũ deducebant: ac deinde domũ reducebãt: quoniã togis amicti erant togati vocabanƚ. Iuue. Turbę rapienda togatę. Hi etiam per diminutionẽ togatuli dicebantur.

¶ Togatę comœdię: quę scriptę sunt scꝺm ritus romanorũ sicut grecas fabulas ab illorũ habitu palliatas appellamus. Nã greci supra tunicã palliũ ferebãt. Togatę tabernarię dicunƚ comœdię in quibus nõ magistratus sed humiles personę inducunƚ. Dictę tabernariæ ꝙ olim tabulis domus cõmuniter tegerentur.

¶ Tolero ras. verbũ est mala patientis: a cuius participio fit tolerãter. tolerantia: ⁊ toleratus tus. vt hoc est difficile toleratu: per simplex l semꝑ scribitur.

¶ Tollo is. sustuli: ⁊ scꝺm antiquos tetuli sublatũ significat eleuo sublimo. Plaut⁹. Tolle caput. Ulpian. Ius vicino nõ esse altius ædes tollere. Aliquãdo tollere est carpere. Verg. lib. iiii. Geor. Et sępe lapillos: vt cimbæ instabiles fluctu iactante saburram. Aliqñ suscipere. Suet. de Neronis parente. Decessitq; pyrgis morbo aquæ intercutis: sublato filio Nerone ex agrippina germanici genito. Aliqñ nutrire. Teren. Quicquid peperisset decreuerũt tollere. Aliquando

Viri togati
[illegible] potentia
[illegible]
[illegible]

differre. Plau. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando inferre. Verg. Tollentemq; minas ⁊ sibila colla tumentē. Composita huius verbi sunt. Attollo qđ est in altū eleuo. Contollo contratollo. Plau. in aul. Contollā gradū. Extollo in altū eleuo exalto magnifico. Plaut. in am. Deuolant angues iubati deorsum in pluuiū duo maximi continuo extollunt ambo capita. Sulp. Ita eorū qui ea fecere tanta habentur: q̄tum ea verbis potuere extollere preclara ingenia. Interdū differo. Cecil. Abi intro: atq; istec aufer tamen hodie extollat nuptias. Protollo ⁊ sustollo de quibus locis suis.

¶ Tolles dicuntur q̄ tollant ⁊ tumeant. Cuius diminutiuū tonsille que sunt in hoie sicut glandule in sue. cum tumor fauces occupat.

¶ Tolutim pe. pro. quasi volutim. hoc est volubiliter Var. Ut equus qui ad vehendū est natus: tamen traditur magistro vt equiso doceat tolutim incedere. Ad equitatio hec εμΔρομος a Julio polluce dicitur: quia carpat in cursu terram ⁊ tollat volubiliter ac modice vestigia.

¶ Tolutarius: siue tolutaris equus: quasi volutarius a pedum volubilitate qui alio noie asturco ab asturia hispanie oppido appellatur. Hos gradarios vocamus qui molli gradu ⁊ sine succusatura gestant. Unde Martia. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues. Uenit ab armigeris gentibus astur equus. Seneca in epistolis. Asturconibus inquit ⁊ tolutaribus iumentis.

¶ Tolutiloquentia: volubilis locutio. Neuius. O pestifera trux acerba tolutiloquentia.

¶ Tomacula: vel per syncopē tomacla edulia sunt: q̄ fere ex iecore porcino minutatim conciso ⁊ iam semicocto: infusis ouis crudis ⁊ caseo optimo: ⁊ liquamine pipere aniso gingibere fieri consueuerūt: teguntur q; omento suillo. Plynius. Tomacine appellant: que tomacula insubres galli nostris temporibus tomacellas Juue. Candidulli diuina tomacula porci. Var. Quotannis e gallia apportant Romā perne tomacine ⁊ tomace ⁊ petasones.

¶ Tomices p. cor. greco noie appellant ex canabi impolito ⁊ sparto leuiter torte restes: ex quibus funes fiunt. Ply. lib. xvii. Tomice moris spinarū circunlita. Uictru. lib. vii. docet asseres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia ne reste ledantur: tomices vocantur.

¶ Tomentū: lana breuis ac concisa que ex vestibus a fullone poliendo detrahitur: et quicqd farciminis ex quacūq; re siue ex fœno ⁊ palea: siue ex pluma fuerit quo culcitre farciuntur. Var. Postq̄ transierūt ad culcitras q̄ in eas sagos aut tomentū aliudve calcabant ab inculcando culcitra dicta. Uidetur aūt tomentum deduci a τεμνω qđ significat incido: sicut ⁊ tomos et tomicus. Seneca. Nihil miserius ero si super tomentum circense incubabo. Sue. in Tibe. Adeo alimēta druso subducta vt tomentū ex culcitra tentauerit mādere. Tomentorū aūt aliud leuconicū dicebatur qđ fiebat ex lana alba concisa. Aliud circense ex harundinibus concisis factū. Idq; stramentū habebatur plebeiorū: dictum circense q̄ in circo romano sternebant: illicq; egestosi quiescebāt. Seneca libro de beata vita Nihilo miserius ero si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat si sup circense tomentum per sarcinas veteris lintei effluens incubabo. Mart. Tomentum concisa palus circense vocatur. Hec pro leuconico stramina pauper emit.

¶ Tomos ciuitas in ponto ab eo dicta: q̄ illic Medea Absyrti fratris membra frustulatim concidit. Ouid. Inde tomos dictus locus hic quia fertur in illo Mēbra soror fratris consecuisse sui. Item tomos fragmētum libri abscissum. Quod tamen ⁊ pro ipso libro seu volumine imperfecto accipitur. Unde Origenes tertium librorū suorum genus tomos inscripsit: quos vt ait Hiero. Nos possumus appellare volumina. Idem ait. Edidit innumerabiles cōmentarios quos ipse appellat tomos.

¶ Tomyris pe. cor. fuit regina nobilis Massagetarū in scythia que cyrū debellauit ⁊ interemit: De qua Herod. ⁊ Justinus scripserunt.

¶ Tondeo des. totondi tonsum licet eius composita nō geminēt syllabā preteriti: ⁊ significat lanā siue capillos ⁊ huiusmodi incido. Hier. in lib. Regū. Accidit vt tonderent grex eius in carmelo. Ci. lib. v. tus. Regie virgines vt tonstricule tondebant barbā ⁊ capillū patris. Et tondere pascere: ⁊ aliquando secare. Verg. li. primo. Geor. Ter centū niuei tondent dumeta iuuenci. Idem. Nocte arida prata tondent. i. secantur. Huius verbi cōposita sunt Attondeo qđ est perfecte tondeo. Hiero. ad Marcellam. Et curua attondens vitē falce vinitor aliquid dautricū cantat. Plautus. in cap. Sed vtrū strictim me attonsum esse dicam. an per pectinem nescio. Detondeo de quo supra.

¶ Tonso as. frequentatiuū: vnde ⁊ detonso. Gel. Capillos dialis nisi qui liber homo est nō detonset.

¶ Tonsus a. um. participium qđ est coma abscissa: vt tonsus homo: sicut intonsus capillatus. Hinc tonsi montes qui syluis carent. Intonsi syluosi. Varro. Intonsi montes ⁊ ferie pleni. Aliquādo tonsus ponitur pro minuto. Vergil. Tonsisq; ferunt mantilia villis. Tonsa oliua dr que minutis frōdibus compta est: quasi a tonsore cōposita. Verg. Ipse caput tonse foliis euinctus oliue. Idem. Tonsisq; ferunt mantilia villis. Tōsus sus. nomen. idem qđ tonsio ⁊ tonsura. Tonsor ⁊ tōstrix nomina verbalia.

¶ Tonse dicunt oues. Hier. in canticis. Dentes tui sicut greges tonsarū que ascenderunt de lauacro. Et tonse dicuntur remi a circūcidendis fluctibus. Verg. lib. vii. Et in lento luctantur marmore tonse.

¶ Tonsorius a. um. qđ ad tondendū pertinet: vt culter tonsorius. Uide in dictione candeo.

¶ Tonsilis ⁊ hoc tonsile qđ tonsum est: ac in orbē ⁊ comam putatum: vt Tonsiles olee: ⁊ tonsilis buxus: habetq; pen. correptam.

¶ Tonsilla le. palus dolatus in acumine ⁊ cuspide preferratus: qui nauis religande causa in littore figitur. Actius. Tacete ⁊ tonsillas in littore edite. Tonsille etiā diminutiuū a tole. Toles aūt (vt inquit Festus) est tumor faucīū. Et proprie fiunt circa vuam ex vtraq; parte infra faces vocanturq; glandule ob quandam glandis similitudinē. Possunt etiā dici Tonsille tanq̄ loca in quibus fistule ⁊ cibalis ⁊ spiritalis religate sunt: vel quia huiusmodi morbus tam vehemens acutusq; est vt nō minus q̄ acutiores paxilli pungat.

¶ Tonstrina pe. pro. locus in quo tonderi solet. Plautus in asi. Libanū in tostrinā iusseram venire: is nullus venit.

¶ Tono as. aui. atum. ⁊ Tono is. tonui itum. Var. in Eunu. Sonitus matris deum tonimus tibi semiuiri.

Et a tonatũ fit tonatio. a tonitũ fit tonitus. Est autẽ tonare tonitũ reddere sonare alte loqui. Huius composita sunt Attono. Unde attonitus stupefact⁹. Ver. Talibus attonitus iussis. Contono simul tono. Hierony. ad Helio. Diuinis vocibus euangeliũ cõtonat nõ potestis duobus dominis seruire. Circũtono: circum strepitũ facio. Hora. in Ser. Hunc circũtonuit gaudens bellona cruentis. Detono. Intono valde tono: vt intonuit de cœlo. Dominus. Hora. in epo. Intonata protulit. Pertono perfecte tono resono. Hie. contra Heluin. Quando vero vox illa pertonuit. tempus breuiatũ est. reliquũ est: vt qui habent vxores sic sint quasi nõ habentes. Et oĩa habent pen. cor.

¶ Tonitrus us. ꝛ tonitru declinari potest. Ouidi. li. secundo meta. Unde solet tonitrus ꝛ flumina mittere terris. Iuue. Et facient optata tonitrua cœnas. Est autem Tonitrus vt in quæstionibus docet Seneca nubis ictę sonus qui ꝛ tonus dicitur.

¶ Tonescit. tonus fit. Varro. Tonitribus templum tonescit.

¶ Tonitruo as. tonitrũ facio. Hierony. in ps. expositione. Quãdo tonitruat Deus similẽ vocẽ facit rotę.

¶ Tonus: gręca vox est. Nam gręci τονον dicunt sonum. Unde accentũ quoqꝫ tonon appellant quos veteres nostri imitati tenorem quasi tonorem accentũ vocauere. Et tonus qui ꝛ tonitrus. Item Tonus neruus qui ex vtraqꝫ parte stomachi est. Itẽ Tonus spatium id quanto abest a terra circulus coeli citim⁹ hoc est lunaris. centũ scꝫ vigintisex milia stadiorũ (vt inqt Martianus) quoniã vt in sonis interuallum cũ legitima quãtitate minimũ ex duobus sonis inter se diuersis: ita in cœlo minimũ a terra spaciũ ad lunã tonũ appellare placuit. Huius mensurę dimidiũ hemitonion Tonus vero cũ hemitonio proportionẽ facit sesquiplam. hoc est sesquialteram.

¶ Tophus genus lapidis asperi qui de facili in arenam resoluitur. Ouidius. Et leuibus tophis. Hinc tophinus ꝛ tophaceus adiectiua. Sue. Quę tophina ac lignea antea erant. Plynius. Est alba rufa columbina argyllacea tophacea arenacea.

¶ Topos: latine locus. Topicus localis. Unde Aristoteles: ꝛ Cicero Topica libros appellarũt: id est locorum sedes in quibus huiusmodi loci demonstrant. Hierony. Nõ topica id est locales sedes argumẽtorũ.

¶ Topiarium dicitur opus ex arbore aut frutice aut herba factũ ad decorem: vt sunt testudines camerę naues auiculę ꝛ huiusmodi: quę ex buxo vel hedera ꝛ huiusmodi: quarũ natura sequax est ꝛ flexibilis: fieri consueuerunt. Dictũ topiariũ ἀπὸ τῶν τόπων: hoc est a locis quę in his varia constituunt. Quę ꝛ topia ab idoneis scriptoribus nuncupant. Vitruu. lib. vii. Habentes deorũ simulachra: seu fabularũ dispositas explicationes: nõ minus troianas pugnas: seu vlyssis errationes per topia cæteraqꝫ quę sunt eorũ similibus rationibus ab rerum natura procreata. Quidam a funiculis quos in oleo terendo circũligatos instrumẽtis illis: topia græci vocant. Ci. ad Q. fratrẽ. Topiarium laudaui ita oĩa cõuestiuit hedera. Ply. Accedit in topiario opere lauri genus quę taxa dr: ramos spargit a radice topiarii ac coronarii operis. Hinc Topiarii dicuntur qui topiaria faciũt sicut coronarii qui faciunt coronas. Idem statiuę myrti genera topiarii faciũt. Et ars ipsa topiaria p: vt argentaria. Cic. Ut denicꝫ illi palliati topiariã facere videantur.

¶ Topothesia dici potest loci positio vel descriptio. nam topos locus: thesis positio.

¶ Tornus: instrumentũ fabrile quo ligna polita redduntur.

¶ Torno as. ad tornũ polio. Ply. lib. xxxvi. lapis est qui cauatur tornaturqꝫ in vasa coquendis cibis vtilia Item tornare est circũagere. Idem in eodem. Quarũ in officina turbines ita vibrati perpenderũt: vt puero circumagente tornarent. Hinc Detorno qđ est de aliquo torno. Ply. lib. xiii. Lignum grandis intus firmeqꝫ duricię ex quo velares detornant annulos.

¶ Tornatile pe. cor. quod torno factũ est.

¶ Toreuma atis. ꝛ toreumatũ. opus politũ cælatum. τορεύω enim sculpo ꝛ cælo significat. Sunt aũt toreumata opa delicate ꝛ elegãter sculpta siue cęlata. Salust. Tabulas signa toreumata emunt. τορευτὴν cęlatorem græci dicunt. Toreutices ars ipsa quę ꝛ anaglyptices sculptor ꝛ cęlator. scribit Plyn. lib. xxxiiii. primum. Phidiã artem toreuticen aperuisse ꝛ demonstrasse quam polycletus Sicyonius mox erudiuit ac consummauit. Mar. Artis phidiacę toreuma clarum.

¶ Torus lectus ab intortis herbis dictus. Verg. Inde toro pater ęneas sic orsus ab alto. Toros etiã appellamus pulpam carnis musculosam in qua est robur et valentia: vt sunt partes membrorũ neruosæ callosęqꝫ ꝛ in se propemodũ collectę. Unde torosus sa. sum. Scribit Colu. parandos esse boues nouellos cruice longa ꝛ torosa. Val. Flaccus. Protulit horrendosqꝫ toris informibus artus: qđ ꝛ de venis quoqꝫ dr cũ varicum in morem quibusdã in locis turgescũt. Cor. Celsus libr. vii. Ac per ipsos venarum toros inequale est In hærbis Plyni. vtitur hoc verbo de Inula scribẽs Breuioris est: sed torosior amariorqꝫ inula. Colu. lib. iii. Arbustiuam vitem q̃ꝫ putare tam alligare diligenter oportet. Nam in ea fructus maxime vis consistit: diutiusqꝫ perennat quę firmis toris ꝛ idoneis locis religata est.

¶ Torulus diminutiuũ a torus: id est paruus lectus Plau. in Am. Tum meo patri torulus inerit aureus sub petaso.

¶ Torale ꝛ per apocopen toral. a toro. Mappa longa quam super linteola ponimus: ꝛ oĩa lecti stragula toralia dicuntur. Hora. Nec turpe toral ne sordida mappa. Namqꝫ super toros sternunt vestes stragulę purpureæ seu virides aut versicolores. Idem in Ser. Et tyrias dare circum illota toralia vestes.

¶ Tornamen: ludus erat qui troia dicebat: quasi p troiano agmine dicat tronamen.

¶ Torqueo es. si. sum. ꝛ tortũ: significat inflecto. Plynius. Nec tantũ binas per diuersas coassationes substerni capita earũ pręfigi clauis: ne torqueant. Verg. lib. ii. Geor. Ithureos taxi torquent in arcus. i. torquendo fiunt. Terẽ. Vide vt ille sibi os contorsit carnifex. Hinc aliqñ torquere ponitur pro gyro celeri rotare. Verg. At illum ter fluctus ibidem torquet agẽs circum. Aliqñ pro torquẽdo iacere. Ideꝫ. In medios telũ torsisti primus achiuos. Aliqñ pro gubernare: vt cœlum ꝛ terras qui numine torquet. Aliqñ pro sustinere: vt vbi maxim⁹ athlas Axem humero torquet. Aliquando pro tormentũ inferre. Lactan. lib. iii. Beat⁹ est igitur sapiens in tormentis. Sed cũ torquetur p fide: pro iustitia: pro deo: illa patientia doloris beatissimu ꝫ faciet. Non. Torquemus hostem: extorquemus veritatẽ. Hinc tormentũ ꝛ tortura. Aliqñ pro filare:

vt est illud Iuue. Penelope melius: leuius torquet is arachne. Aliquãdo pro trahere. vt Verg. Torquetq; sonantia saxa. Huius cõposita sunt. Abstorqueo: qđ est torquendo aufero. Contorqueo. Verg. lib. i. Geor. Proluit insano contorquẽs vertice syluas Fluuiorũ rex Eridanus. i. euertens. Detorqueo: distorqueo: extorqueo: intorqueo: intertorqueo: obtorqueo: contra torqueo: retorqueo: retrotorqueo: iacio: remitto. Ci. in Cato. Quo quidẽ me proficiscentẽ haud sane quis facile retraxerit: nec tanq̃ pilam retorserit. Et retorquere est rursus flectere. Col. lib. v. Id vt scite fiat me minerit alligator ne torqueat sarmentũ: sed tantũ inflexum deuinciat. Prætorqueo ante flexo. Idez li. iiii. Sed Iulius Atticus prætorto capite τ recuruato ne pastinatũ effugiat præditũ semen demersit.

¶ Tortus a. um. qđ nõ est rectũ sed flexum. Aug. Habes vnde corrigas qđ in te tortum est.

¶ Tortum machina ad torquendũ saxa. Pacu. Nam in te tenebras sæpe lacerabo fame clausum τ fatigans artus torto distraham.

¶ Tortuosus a. um. qđ est tortũ. Ci. in Lel. Neq̃ enim fidum potest esse multiplex ingeniũ τ tortuosum.

¶ Tortile pe. cor. qđ retortũ τ replicatũ est. Ouidius Tortilis a digitis excidit ansa meis.

¶ Torto as. frequentatiuũ. significat vehemẽter torqueo. Pompo. Ibi insilui in cocleatũ eculeum vbi tolutim tortor.

¶ Tortor qui torquet. i. cruciat: vel ad quæstionẽ ponit: vel qui lapidẽ tormento iacit. Unde ab Ammiano tortores ballistarũ appellati sunt: qui ex ballistis tela contorquẽt τ iaculantur.

¶ Tortura suppliciũ: vt in sacris litteris. Seruo maliuolo tortura τ compedes.

¶ Tortiuũ vinum est nouissime expressum: vt apud Catonem.

¶ Torculum: qđ vsu torculare τ per apocopen torcular: pe. prod. ædificiũ vinariũ τ machina a torquendo: quo vua torquetur. Prælum a præluendo pro trabe accipi solet qua vuæ calcantur. Lacus qui continet mustum prælo ex vinaceis expressum. Improprie aũt lacus: prælũ τ torcular: pro eodẽ accipiuntur.

¶ Torcularius a. um. qđ ad torcular pertinet. Varro Si sit centũ iugerũ habere oportet vasa torcularia instructa trina.

¶ Tormina genus morbi a torquendo: cũ dolore torquentur intestina exulceratione. Græce Dysenteria: vt li. iiii. scribit Celsus. Ex his cruor manat: frequẽs deiiciendi cupiditas: dolor inanis est. Ply. Mentastrũ torminibus cholericis efficacissimũ. Hinc Torminosi qui eum morbum patiunt: quos τ dysentericos græco vocabulo appellant. Cice. ita dicimus grauedinosos: quosdã torminosos. Nonius. Tormines masculi. gñe protulit. Hippocrates mortiferũ esse signũ in dysenteria sic carnes egerant. Galenus scribit dysenteriaz fieri quando materia exuberans calore æstatis inficitur τ fit falsa.

¶ Tormentũ: suppliciũ qđ datur alicui ad perquirendam veritatẽ: vel ad cruciatũ inferendũ: vt est illud. Omnes sancti quanta passi sunt tormenta. Var. messis triturã tormentũ appellat: q̃ ibi frumentũ teratur Et tormentũ generale vocabulũ est olim machinarum saxa tela τ id genus varia torquentiũ. Cæsar. ii. com. Ad extremas fossas castella cõstituit: ibiq; tormenta collocauit. Dicit aũt tormentũ a torquendo ἑλληνισί de βασανος και βασανισμος και το ρημα βασανιζω.

¶ Torques τ torquis tam masculini gñis q̃ fœminini scdm Probũ: significatq; circulũ aureũ flexilem ob tortũ: colli ornamentũ τ summi pectoris. Propertius Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gel. Caput galli præcidit: torquem detraxit: eamq; sanguinolentã in collum posuit. Refert Plynius torquibus aureis auxiliares externos donatos fuisse a romanis. At ciues nõ nisi argenteis. Scribit Vegetius libr. ii. Quibus aureus torquis ob virtutis præmiũ dabatur: τ hi duplas consequebant annonas.

¶ Torquatus cognomen Titi Manlii qui ad Anienem occiso gallo torquẽ detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius cuius iniussu cũ filius aduersus hostem a quo prouocatus fuerat pugnasset: eoq; occiso equestria spolia victor ad patrem tulisset: subito eum q̃ aduersus edictũ suũ τ rei militaris disciplinã fecisset: iussit occidi.

¶ Torris lignũ teres cũ ardet. Titio torris extinctus Lactan. Titionẽ vulgus appellat extractũ foco torrẽ semiustum extinctum.

¶ Torreo es. torrui tostũ. sicco atq; arefacio. Quod etiã de frigore potest intelligi. Varro. Frigore torret. Sed vsurpatur q̃nq; pro Vrere. Verg. Iam rapidus torrens sitientes syrius indos. Quandoq; pro assare Ply. lib. xix. Si radicem betæ in pruna tostam superederint odorẽ extingut. Unde carnes tostas appellat vulgus si mutas t in r. quid dicam intelliges. Quandoq; pro vertere miscere. Luc. Ingentes fato torrente ruinas. Quidã hoc vbũ απο του τορευειν deriuãt: quod est sculpere cælare

¶ Torresco: torridus fio. A quo Retorresco rursus coquo: vel rursus vro. Col. lib. iiii. Deinde sata nõ ita nutriunt vt ante conualescãt q̃ retorrescant.

¶ Torridus a. um. qđ est aridum. Unde æstas torrida dicitur. Hinc retorridus. Col. lib. iii. Nisi eum reciderіs arbor tota fiet retorrida. Et inde torrida zona quæ an sit habitabilis vel nõ: nunc campũ disputandi non amplum habeo: sed alias dicemus.

¶ Torrefacio: comburo: coquere facio: aut multũ calefacio. Col. lib. ii. Et subinde opportunis solibus torrefacta proteritur.

¶ Torrido as. pe. cor. significat cõburo.

¶ Torrens: nomen gñis masculini: significat fluuium qui nõ de fonte neq; de viua aqua sed a pluuiis: vel de montibus in valles descendit: τ in mare vadit: τ æstate siccatur: aquis vero hyemalibus inundatur τ currit. Interdũ sumitur pro fluuio. Hier. in psalmis. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: τ torrente deliciarum tuarũ potabis eos. nõ siccabitur. Torrens vero participiũ posuit Verg. Hic tantũ boreæ curamus frigora q̃tum Aut numerũ lupus aut torrentia flumina ripas. i. quæ torrentis more fluunt. Hinc Torrentior et torrentissimus. Iuuenalis. Et Hypseo torrentior id est volubilior.

¶ Torpeo es. pui. piger sum. Verg. lib. iii. Geor. Cõfertoq; agmine cerui Torpent mole noua et summis vix cornibus extãt. Hinc torpesco: piger fio. Sallu. in Iug. Cæterũ ingeniũ quo neq; melius neq; amplius in natura mortalium est incultu atq; socordia torpescere sinunt.

¶ Torpor: animi τ corporis debilitatio. a torpedine pisce cuius contactu corpus hebescit.

¶ Torporo as. penulti. pro. torporem induco. Turp.

Stupidus astat: ita ita eius aspect⁹ torporauit hoīs amore.

¶ Torpedo piscis gñs qui limo mersus occultat se ⁊ pisces supra natãtes torpẽtes facit: postq̃ vero obtorpuere deuorat. Ponitur ⁊ pro pigritia.

¶ Toruus a.um. a terrẽdo e in o mutata: vt ait Ser. vel a tauris qui irati cũ quadã truculentia respectãt. Nam toruitas ꝓprie taurorũ est: vel a torto aspectu. Hinc aduerbia Torue: toruũ: ⁊ torua. Plaut. Quid me torue aspectas? Apul. Cum toruũ in eos intuereť Verg. Talibus æneas ardentẽ ⁊ torua tuentẽ Lenibat dictis.

¶ Totũ ⁊ omne sic differũt: q̧ totũ dicim⁹ vnius corporis plenitudinẽ. omne de vniuersis: vt. totũ auditoriũ habet scholasticos .i. plenũ est auditoriũ scholasticis. Omne auditoriũ habet scholasticos .i. oīa auditoria. Poetæ tñ ista cõfundũt. Fit aũt totus a tot q̃uis tot breue sit: totus vero productũ. Quotus vero remanet breue. Sciendũ q̧ si totum est pluralis numeri partes quoq̧ p̄lalis numeri esse debent: vt binas litteras a te suscepi quarũ alteris mihi gratularis: alteris significas te esse incolumẽ. Si vero totũ licet p̄lalis sit numeri singl'are habeat: tũ ptes singl'ares esse debẽt: vt Delector duob⁹ poetis altero græco: altero latino.

¶ Totidem significat tot similiter: seu plane tot nec plures nec pauciores.

¶ Toxicũ dictũ est quasi taxicũ (vt inquit Plynius) qm̃ taxos arbor est veneni præsentissimi adeo vt si iumenta taxi folia comederint emoriant̃. Hanc quidam Smilacẽ dixere ⁊ esse in arcadia tam præsentis veneni vt si quis sub ea dormiat: cibũ ve capiat moriat̃.

T ante R.

¶ Trabea nomen poetę cuius inter comicos octau⁹ locus assignat̃. Huius meminit Ci. lib. iiii. tus. Et de finibus. Est ⁊ trabea genus vestis. Cuius tria sunt gñã: vt Sue. lib. de gñe vestiũ inquit. Vnũ qđ diis sacratur: tantũ de purpura. Aliud purpureũ qđ habet aliquid albi. Tertiũ augurale ex purpura ⁊ croco mistum. Erat aũt vestis togata purpura circũducta sub tegmine puniceo quã aureę fibulę annectebãt. Verg. de trabea regali ait. Ipse quirinali lituo paruaq̧ sedebat Succinctus trabea leuaq̧ ancile gerebat. Picus equũ domitor. Hinc Trabeati: qui trabea sunt induti. Ouid. lib. de fastis. Hoc igiť vidit trabeati cura quirini Cũ rudibus populis annua iura daret.

¶ Trabs ⁊ trabes bis. vtroq̧ modo đr gñe fœminino Dicta a trahẽdo q̧ in altũ trahat̃. Proprie trabs: vt Festus ait sunt duo tigna ædificii gratia simul cõpacta. Nã cũ simplicia sunt nõ trabes sed tigna dicunt̃: q̃uis abusiue pro vno ligno q̃nq̧ dicatur.

¶ Trabica nauis dicta est: q̧ sit trabibus cõfixa. Pacuui. Labitur trabica in alueos.

¶ Trabales: species tormentorũ a trabibus. Hora. lib. car. Te semp anteit sęua necessitas clauos trabales.

¶ Trachea vel trachia arteria pulmonis: quę les. et spiritalis phystula đr. Vide in fistula.

¶ Trachelus pe. pro. collũ spina a vertice ad finem.

¶ Trachys latine asperũ. Hinc trachino nas. asperum facio.

¶ Trachyna: oppidũ Campanię: quę nunc interposita a tarachyna vel a tarachynę arum. tantũ pluraliter qđ etiã antur antea dicebat̃ Nunc aũt Taracina vocatur. Vide supra. Est ⁊ Trachyna ciuitas thessaliæ: quę Heraclea ab Hercule cognominata est. Hinc ab Ouidio Trachynius dictus Ceix cõiunx Halcyões Græci Trachyna vocant aspera. Vnde taracinã quasi trachynã ab asperis dici autumat. Strabo. Et a trachyna thessalię Sophoclis tragœdia trachyna dicta est. Vnde Cice. lib. ii: tus. Quas hic voces apud Sophoclem in trachyniis edit.

¶ Tracoma pẽ. pro. Grece enĩ τρακωμα vocat̃ scabricia palpebrarũ interior sicut in eadẽ parte glabritas: hoc est defluuiũ pilorũ madrosis ⁊ milphosis.

¶ Traconitidis regio: pars Judeę quã ferunt inter montẽ Cibani ⁊ lacũ Tiberiadis sitam esse. Cuius tetrarches fuit Philippus iuxta euangeliũ Lucę. Et est vt Hiero. inquit trans bosdrã Arabiæ ciuitatẽ in deserto cõtra haustralẽ plagã quasi ad damascũ respiciens. Hanc gentẽ instituit Cis filius Aram: vt scribit Josephus lib. i. antiquitatis.

¶ Trado is. didi. itum. ex trans ⁊ do. n ⁊ s abiectis: significat in potestatẽ do. Teren. in Phor. Verum scientẽ tacitũ causam tradere aduersariis etiã ne id lex coegit. Tradere etiã est docere. Aug. Quid de arte loquendi ⁊ disserẽdi quicq̃d de dimẽsionibus figurarũ et de musicis et de numeris sine magna difficultate nullo hoīm tradente intellexi. Item significat dicere Gel. Demosthenem tradunt ⁊ vestitu cæteroq̧ cultu corporis nitido venustoq̧: nimisq̧ accurato fuisse. Item Mandare: vt cũ dicimus Memorię traditũ est Item fidei alicuius cõmittere: vt nuper mihi tradidit ægon. Item quasi Vendere. Hiero. in Gene. Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. Item permittere. Nã in sacris litteris dei a quouis secessio siue destitutio nominat̃. Vnde apostolus ad romanos. Tradidit illos deus in reprobum sensum. id est a deo permissi sunt deferri in reprobum sensum.

¶ Traduco is. pẽ. pro. ex trans ⁊ duco: in quo n ⁊ s similiter abiiciunt̃: significat de loco ad locũ duco. Cæsar. id est com. Heluetii per angustias ⁊ fines Sequanorũ suas copias traduxerãt ⁊ in Heduorũ fines peruenerant. Amb. Transduco vsus est. De ꝓfundo ad lumen extrahũt: fluctuãtes de infimis ad supna transducũt. Aliqñ traducere est ad vlteriora ducere. Plau Traduce adhuc lineã plusculũ. Aliqñ trãsferre. Martia. Traducta est getulis. Vnde ⁊ traducere librũ ex vna lingua in aliã quidã dicunt. hoc est interpretari. Aliquãdo agere siue pręterire. Cice. Ser. Sulpitio. Qua ratione nobis traducendũ sit hoc tpus. Aliquãdo deridere ⁊ infamia efficere: ⁊ velut in exemplũ proponere: vt est apud Euangeliũ. Joseph cũ esset vir bonus ⁊ nollet eam traducere. Marti. Multoq̧ traduceris apher. Et traducere nutrire fouere sustinere. Juuena. Altera quos nudo traducit gallia talo.

¶ Traduces: in vitibus dicunt̃ qui aliunde tracti ac propagati sunt. Var. lib. i. de re rust. Arbusta vbi traduces possint fieri vitiũ vt mediolanenses faciunt arboribus quas vocant opulos. Varro appellat traduces rumpos vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. Huius singularis nominatiuus est Tradux. Col. lib. xi. Si tradux ducem nõ contingit media virga inter eas deligetur.

¶ Tragos latine hyrcus. Vnde tragœdia Rursus tragos herba quã aliqui scorpion vocãt semipede alta foliis pusillis: racemis rubẽtibus: grano tritici. Hinc paratragœdio ṽbũ. Tragus: cõch; gñs mali saporis

Suidas τραγος παρα του τραχυ δρεμα εχειν ταχος τισωμη παρα το τραχειαν φωνην εχειν τρεχειν η και τραγαν αμπελους.

¶ Tragum neu. gñis. genus piscatoriæ retis: quod ⁊ Uerriculum dicitur.

¶ Tragœdia pe. cor. q̃uis apud grecos producatur απο του τραγου και της ωδης. Hoc est ab hyrco et cantu: quasi hyrci cantus. Nã hyrcus dabat in præmium tragicis auctoribus qui rustici ⁊ pastores erũt Uel ab hyrco vinearũ hoste: ⁊ a cantilena eius ipsius rei apud Uergiliũ plena. Uel q̧ vter eius musti plen⁹ solenne prœmiũ cantoribus erat. Horatius. Carmine qui tragico vilem certauit ob hyrcum. Alii a fæce putant quã grecorũ quidã Trygan ⁊ tryga vocant: appellatam q̧ ora sua fæcibus plinebant scænici ante vsum personatũ ab eschyca repertũ. Idez. Ignotum tragicę genus inuenisse camenę. Dicitur ⁊ plaustris vexisse poemata thespis. Quæ canerent agerentq̧ in fecti fæcibus ora.

¶ Tragicus quasi hyrcinus: qui tragœdiam scribit. Tragice aduerbiũ significat crudeliter: quasi more tragico.

¶ Tragœdus qui tragœdiã canit ⁊ recitat.

¶ Tragelaphus: pe. cor. species cerui: qui hirco ⁊ ceruo similis est barba ⁊ villo distans ab aliis d꞉ hircoceruus τραγος hircus ελαφος ceruus de quo in deutero. habetur.

¶ Tragopagus pe. cor. hærba in acetariis laudata quę a quibusdã. Barbula hyrcina. ab aliis comę quia folia habet instar croci in rotundũ sparsa. Uulgo barba petrę d꞉ in Gallia transpadana.

¶ Tragonia herba quæ adalligata triduo dicit̃ consumere lyenes.

¶ Tragion siue Trogonis herba quę nascit̃ in Creta Iunipero similis.

¶ Tragopa: auis in ęthiopia quę cornibus arietinis præfert caput armatũ.

¶ Tragemata: bellaria scd̃m Macrobiũ. i. omne mēsæ secundę genus.

¶ Tragea: siue tragia insula vna ex cycladibus. Ex qua Theogiton peripatericus Aristoteli familiaris

¶ Tragula gñs teli hasta d꞉ q̧ scuto infixa trahatur. Sal. li. iiii. hist. Auidissimis atq̧ p̃paratis ducib⁹ ⁊ me tellus ictu tragulæ sauciaret̃. Plau. in Epi. Tragulã in te inicere adornat nescio quã fabricã facit. Et tragula rete qd̃ vulgo nunc tractã vocant. Ply. Usus sub eris anchoralibus maxime nauiũ piscantiũq̧ tragulis ⁊ cadorũ obturamētis. Dicta tragula q̧ ex vndis vt plurimũ trahatur.

¶ Traguriũ: insula in mari Adriatico adiacens dalmatiæ in qua est ciuitas eiusdē nois. Auctor Ptolemęus libro secundo.

¶ Traho is. xi. ctum. per vim duco. Trahimur enim inuiti: ducimur volentes. Uerg. Altaria ad ipsa trementē traxit. Aliqñ simpliciter ducere. Lactan. li. ii. Nec quicq̃ possit esse oino qd̃ nõ originē a deo traxerit. Aliqñ Leuare. Cic. Atq̧ etiã ex puteis iugibus aquam calidã trahit. Aliquãdo protrahere. Sallu. in Iug. Atherbal: vbi intelligit oēs fortunas suas in extremo sitas: hostē infestũ auxilii spem esse nullã pœnuria rerũ necessariarũ bellũ trahi nõ posse Aliqñ remouere. Sal. Nisi ea res longius nos ab incœpto traheret. Aliqñ extendere. Uerg. Ille horridus alter desidia latamq̧ trahens inglorius aluũ. Aliter idem vsus est. Necnõ ⁊ vario noctē sermone trahebãt. i. terebãt vel consumebãt. Huius verbi cõposita sunt. Abstraho. Attraho: ad me traho. Cic. Treba. Me qui te nõ Romã attrahã te qui nõ huc aduoles. Contraho. Detraho. Distraho. Extraho. Intertraho. Pertraho p̧fecte seu ad finē traho. Protraho differo prolongo. Teren. in An. Impetrabo vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Retraho retro seu rursus traho. Idē Postq̧ poeta vetus poetã nõ potest retrahere a studio. Sal. Fuere tñ extra coniurationē complures qui ad Catilinã in initio profecti sunt. In his erat Fuluius senatoris filius quē retractũ ex itinere parens necari iussit. Hie. in Exod. Retrahe manũ tuã in sinũ tuũ. Subtraho p̧prie significat sub siue de medio aufero. Lactan. lib. ii. Qui vel morte subtracti vel absentia fuerant separati. Hie. ad Iulia. Audio faustinam subita tibi dormitione subtractã. Quñq̧ surripio furor Plau. in Cas. Nam peculii probã nihil habere addecet clam viro ⁊ quę habet partũ eius haud commodi est: quin viro aut subtrahat: aut stupro inuenerit.

¶ Tracto frequentatiuũ est quasi frequenter traho: vel sursum traho. Teren. in heau. Hæc arte tractabat virũ vt illius animũ cupidũ inopia incenderet. Et tractare est mereri: vt bene tractasti me. i. bene meritus fuisti de me. Item Disserere: q̧ ea de quibus disserimus frequēter tangere videmur. Hinc Tractatus. Item frequēter tangere. Col. lib. vii. Talis notulę vitulos oportet cũ adhuc teneri sunt cõsuescere. manu tractari. Iuue. Per puppim ⁊ duros gaudet tractare rudentes. Item exercere: vt Quod medicorũ est promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Item Gubernare. Cic. Bruto. Fuit in Cilicia mecũ tribunus militum quo in munere ita se tractauit: vt accepisse ab eo beneficiũ videret nõ dedisse. Huius cõposita sunt Attrecto. Hie. in Gen. Si attrectauerit me pater meus et senserit timeo ne putet sibi voluisse me illudere. Cõtrecto: Detracto: Retracto: Obtrecto: quasi aduersus aliquē tracto. Pertracto p̧fecte tracto.

¶ Tractus us. spaciũ regio plaga. Uerg. Indicio est tractu surgens oleaster eodem.

¶ Tractim aduerbiũ significat trahēdo in longũ sine intermissione: longo tractu: diutine. Plautus in Am. Quid si ego tractim tangã vt dormiat. Uerg. Tum sonus audit̃ grauior tractimq̧ susurrat.

¶ Traha genus vehiculi sine rotis quo coloni vtunt̃ a trahendo dictũ. Hie. in libro paral̃. Et fecit sup̧ eos tribula ⁊ trahas ⁊ ferrea carpenta transire. Uerg. li. i. Geor. per epenthesim trahęę dixit sicut nauita p̧ nauta. Tribulaq̧ traheęq̧ ⁊ iniquo pondere rastri.

¶ Trahax: auidus: rapax: oia ad se trahens. Plaut⁹. Eho lutum lenoninũ: eho sterquiliniũ publicũ: impure inhoneste: iniure: illex: labes populi: pecunię accipiter auide atq̧ inuide procax rapax trahax trecentis versibus tuas impuritates loqui nemo potest.

¶ Traiicio is. ex trans ⁊ iacio. remotis n ⁊ s significat traduco transporto transueho. Nõ proprie nautæ quę traiiciũt transportare seu transuehere aut traducere dici possunt. Alii vero traducũt tantũ: cũ traiicere dicunt̃ sicut lib. i. docet Liui. Prę se armentũ agēs mando traiecerat. Plancus Cice. exercitũ ad kalendas maias rhodanũ traiect. In his exēplis nõ capit̃ traiicio pro transporto: vt quidam volunt dicentes. Traiicio exercitũ. i. transporto exercitũ transmare: aut trans flumē. Traiicio mare vel flumen. i. transeo.

Liuius de secūdo bello punico. Amnem vado traiecit. Aliqñ coniunctim. Idem. Traiecit copias iberū Aliqñ traiicere est transfigere transuerberare: Idem lib. ii. Contra quē ⁊ ille cōcitat equū: tantaqꝫ vis infestis venientiū hastis fuit: vt brachiū Ebutio traiectū manlio ꝑcussum pectus. Hinc traiectio transitio. Cice lib. primo de diui. Cum cœlū ex omni parte patēs atqꝫ apertum intuerenť traiectiones motusqꝫ stellarū obseruauerunt.

¶ Trallis vrbs lydię nō longe a Magnesia sita in vertice quodā qui promontoriū natura munitū habet ab argiuis: ⁊ a thracibus quibusdā condita. Sunt ⁊ aliæ trallis in phrygia vbi sunt Carię fines hęc aliis nominibus dicta est Euantia ⁊ Seleucia ⁊ Antiochia. Hic Trallianus a. um. Ci. in phil. Trallianā aut Ephesinaꝫ dicere putes. Ex trallibus fuit Menodorus vir doctus. Hoc nomen trallis scđm Priscia. tantū pluraliter declinať: ⁊ tam accusatiuū ꝙ̄ nominatiuum in is tantū mittit: sicut alpis sardis syrtis.

¶ Tralucidū quod per medium lucet. Plynius. Suauiores albæ vię quoniam e tralucido facilius accipitur aer.

¶ Trama: subtegmen. Persius. Mihi trama figura sit reliqua.

¶ Trames ğnis mascu. semita transuersa. Liui. li. v. Obliquis tramitibus egressi.

¶ Trans prępositio est quę significat vltra: vt cū de loco ad locū ⁊ de vno ad alterū ⁊ de vna re ad alteram transitionē facimus. Separatur quandoqꝫ: vt trans mare: trans mōtes: Sed plerunqꝫ cōponiť pręsertim cū his litteris. A. vt trāsalpinus. C. vt transcurro. D vt traduco. E. vt transeo. F. vt trāsfero. G. vt trāsgredior. I. vt traiicio. L. vt translego. M. vt trāsmigro. N. vt trano. P. vt transpono. S. vt transcribo. T. vt trāstigritanus qui habitat trans tygrim. V. vt transueho. Sed est sciendū ꝙ cōposita cū n vel i consonāte vel d amittit n ⁊ s: vt trano traiicio traduco. In reliquis manet integra nisi cūs in quos tm̄ s abiicimus: vt transcribo. Apul. tamen docet: ꝙ si trans ponatur cū eo duco: pono: potest retinere ⁊ ꝑdere ns. vt transduco traduco: transpono trapono: transeo et traeo. In aliis retinet ns. nisi in trano trado traiicio.

¶ Tranare significat vltra nare. i. natare. Liui. li. ii. Multisqꝫ super incidentibus telis incolumis ad suos tranauit. Vergilius. Superant montes et flumina tranant.

¶ Tranquillo as. quietū facio: August. lib. viii. con. Tranquillať cœlū ⁊ mare ⁊ exultant nimis quoniam timuerunt nimis.

¶ Transactus participiū: idem est qđ pręteritus. Cice. lib. ii. ad Heren. In consequēti tp̄e spectabiť numquid re transacta relictū sit qđ indicet aut factū esse maleficiū: aut a quo sit factum.

¶ Transcendo ex trans ⁊ scando: significat ascendendo transgredior.

¶ Transcurro: vltra curro. Terē. in eun. Tu abi atqꝫ obsera ostiū intus dum ego transcurro ad forū.

¶ Transcribo: idem qđ excribo: hoc est ab exemplaris quicꝗ̄ describo. Quandoqꝫ tamen poniť pro trado. Vergilius lib. vii. Et tua dardaneis transcribi scęptra colonis.

¶ Transeo is. iui. ⁊ transii. itum. vltra eo: a quo transitio ⁊ transitus. ⁊ cōpositū Pertranseo.

¶ Transitorius a. um. qđ cito transit. Leo papa. Hęc ergo nō transitorie sed cū ingenti tremore debemus attendere.

¶ Transeunter aduerbiū a transiens untis. formatū. Aug. lib. iii. ciui. dei. Quod vitiū Sallu. magis trāseunter attigit. hoc est in transitu: siue transeundo.

¶ Transenna per quā aspectus transire pōt. Ci. lib. primo de orato. pro fenestra seu cancello posuit cū ait Nunc petas a Crasso vt illā copiā quam constructam vno in loco quasi per transennā ꝑtereuntes strictim aspeximus in lucē proferat. Transenna etiā funis extentus dr. Sal. lib. ii. hist. Transenna demissuꝫ victoriæ simulachrū cū machinato strepitu tonitruū coronam capiti imponebat metello. Qñqꝫ poniť pro decipulo laqueo ⁊ funiculo ad decipiendum concinnato. Plau. in bac. Nunc e transenna hic turdus lumbricū petit. Et in Ruf. In ętate agunda hoim plurimę fiūt transennę: vbi decipiunť dolis atqꝫ ędepol in eas plęrunqꝫ esca imponiť quā si quis auidius poscit escam auariter decipiť vt transenna sua auaricia.

¶ Transfero: pe. cor. transferri dr res cū nō remanet apud eos a quibus transferť. Cic. lib. i. offi. Quod ab Ennio positū in vna re transferri in multas pōt. Hinc Translatio quę fit quotiens vel deest verborū ꝓprietas vel vitatur iteratio. Cicero aūt translationē verborū maxime probat lib. de optimo ğñe dicendi cū inquit. Sed phalerius demetrius meo iudicio præstat cæteris: cuius oratio cū sedate placideqꝫ loquiť tum illustrant eam quasi stellæ quędā translata verba atqꝫ immutata. Translata dico vt sępe iam ꝙ̄ per similitudinem ad aliam rem aut suauitatis aut inopię causa transferunť. Quintil. aūt quę sint verba ꝓpria quæqꝫ translata: quo modo transferanť: quę sit vitiosa translatio: et cur recepta sit translatio diffuse tradit lib. i. Insti. dicens. Propria sunt verba cū id significāt in quod denominata sunt: Translata cū alium natura intellectum aliū loco prębent. Vsitatis tutius vtimur: noua nō sine periculo quodā fingimus. Et lib. viii. Transfertur igiť nomē aut verbū ex eo loco in quo propriuꝫ erat in eum: in quo aut propriū deest: aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est: aut quia significātius est: aut (vt dixi) decentius. Vbi nihil horū pręstabit qđ transferť improprium. Asco. scribit. Translatiua dicta esse nō noua nec nuper inuenta sed aliunde translata. Translatiuū gręce μεταφορα. id est promiscuū vulgare publicū: indifferens. Translatitia sunt ⁊ verba per metaphorā in alienū migrātia Seneca. Translatiuas siue translatitias sentētias ꝙ̄ sua oratorū supellex est pro locis cōmunibus intelligit. Sunt ⁊ sacra translatitia apud Macrobiū.

¶ Transfugio: de loco ad locū fugio. Liui. lib. ii. Magna clientiū comitatus manu transfugit.

¶ Transfuga pe. cor. qui transfugit. Idem in eodem Deinde metuēs ne si consulū iniussu ⁊ ignarus oibus iret depręhensus forte a custodibus romanis retraheretur vt transfuga fortuna tum vrbis crimen affirmāte senatū adit. Nec solū vt iuriscōsultus inqt transfuga is accipiēdus est qui aut ad hostes aut a bello trāsfugit: sed ⁊ qui per induciarū tp̄us ad eos cū quibus nulla amicitia est: fide suspecta transfugit.

¶ Transfigo pe. pro. transfodio seu transuerbero. Liuius lib. i. Stricto itaqꝫ gladio simul verbis increpās transfigit puellam.

¶ Transfundo dis. de vase in vas fundo. Cato. Vbi dies. xxx. pręterierint transfundito: ita relinquitur

vsq ad vindemiā. Ci. per translationē Dolobellę scripsit. Libentius oēs meas laudes si modo sint aliquae meae laudes ad te transfuderim.

¶ Transgredior: transeo: a pedū gressu pprie dr: sed auctoritas vetustā liberiorē loquēdi vsum dedit. Salust. lib. i. hist. Et de his qui nauigassent & de ipsis nauibus eo verbo vti voluit in quibus gradus nō sit deceptio. Actus obscuram noctem ęstu secūdo: ac inde transgressus oēs recepit mons pręceptus a lusitanis Sic & transgressus us. pro transfretatione.

¶ Transigo is. pe. cor. ex trans & ago: significat trāseo seu vltra traduco. Salu. Sed multi mortales dediti ventri atq somno indocti incultiq sicuti peregrinantes transigere. Hie. Et immolātes deo sacrificiū laudis: noctem totā transegere. Aliqn significat tracto. Teren. in And. Intus transiget siquid est qd restat. Aliqn Cōuento: cōcordo: paciscor. Cic. Treba. Puto cū Auiano transigere possemus.

¶ Transilio is. pe. cor. ex trans & salio: sed a abiicitur significat vltra salio. Col. lib. vii. si fossam sine conctatione transilit.

¶ Translego pe. cor. legendo transcurro siue vltra lego. Plau. in asi. Age quęso mi hercle translege.

¶ Transmigro as. pe. cōmuni: significat habitatū eo siue transeo: vel in longiorē locum domiciliū habitationemq cōmuto. Hie. Et psecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatē expellentes de iudęa: vt ad gentiū populum transmigrarent.

¶ Transmitto tis. vltra vel de loco ad locum mitto. Ply. lib. xviii. Item cibaria q similimodo in tertio remansit cribro angustissimo: & tantū arenas transmittente. Aliquādo celeriter transeo. Verg. Alia de parte patentis Transmittūt cursu campos.

¶ Transpicio vltra aspicio. Lactan. de opi. Per eas igitur membrana sensus ille qui dr mens ea quę sunt foris transpicit.

¶ Transtra sunt loca vel tabulę sup quas sedent remiges. Verg. Transtra per & remos. Et apud Ezechielem. Quercus de basan dolauerunt in remos tuos et transtra tua fecerunt tibi ex ebore indico. Haec etiam Iuga dici solent. Verg. Inde alias alas quae per iuga longa sedebant Deturbat: laxatq foros. Et transtra Tigna quę transuersa a pariete in parietē porriguntur. Vict. lib. v. Trabes etiā supra columnas & parastata & antas ponunt in contignationibus tigna et axes sub tectis si maiora spacia sunt et transtra & capreoli si commoda columem & canterii sed et sedilia in nauibus.

¶ Transuador: & Transuado as. pe. cor. per vadum traiicio. Hie. ad Helio. Per translationē: Sed quoniam scopulosis locis enauigauit oratio: & inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in altū cimba processit: expandenda vela sunt ventis & quęstionū scrupulis transuadatis lętantiū more nautarū epilogi celeuma cantandū est.

¶ Transueho: vltra veho. Sallust. in Iug. Ex eo numero Medi & Persę & armeni cū nauibus in Africam transuecti proximos nostro mari locos occupauere. Aug. Caro Iesu est marię quam sup astra transuexit honorans omnem humanā naturam: et multo magis maternam.

¶ Transuerbero as. transfigo. Ci. Martio. Sed quę potest eē homini politico delectatio: cū aut homo imbecillus a valentissima bęlua laniat. aut praeclara bestia venabulo transuerberatur.

¶ Transuersus a. transuerto esse debet qd est in obliquū verto: licet nondū legerim. Col. lib. ii. Sed in arādo maxime obseruandū est vt transuersus mons sulcetur. Cic. lib. iiii. ad Heren. Ecce ibi iste de transuerso Heus inquit adolescens pueri tui modo me pulsarūt: satisfacias oportet.

¶ Transuolo as. penul. cor ad aues pertinet: sed per translationē ponit pro transcurro vel pro repente accedo. Hie. ad Dama: Neq dubiū & quid facerē nesciebam: ita festinus exterruit: vt oībus praetermissis ad scribendū transuolarē. Plau. in Epi. pro trāsfugio posuit. Transuolauerūt ad hostes.

¶ Transumo is. ex alio sumo. Unde quę ex primis tabulis transcripta sunt: solennitate iuris adhibita dicunt transumpta & actus ipse trāsumptio. Item transumptio figura est quā gręci μεταληψιν vocant: cum rem ex alio ad aliud transmouemus.

¶ Transuo is. ex trās & suo. sed a abiicit. Col. li. viii. Media pars descripti orbiculi eadē fibula transuitur

¶ Trapetes vel trapetū pe. pro. mola olearia. a τρεπω voluo seu verto. Var. a terendo deducit. Verg. li. ii. Ge. Teritur sycionia bacca trapetis glande sues.

¶ Trapeza mensa seu tabula qua argentarii vtunt.

¶ Trapezitę penul. pro. mensarii pecuniarū campsores. Plau. in cap. Subducam ratiunculā quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Hie. contra Ruff. Quasi bonus trapezita adulterinę monetę pecuniam reprobet.

¶ Trauli qui maiori difficltate loquunt. Unde & traulis. Lucre. lib. iiii. Magna atq manifcata cataplexis plenaq honoris balba loqui nō quit traulis muta pudens est.

¶ Trebia fluuius extra Placentiā apud quē Annibal Romanos vicit. Est & trebia Celtiberorū ciuitas quae pars est hispanię.

¶ Trebula oppidū fuit haud longe ab vrbe vt scribit Ply. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc Casei Trebulani dicti sunt de qbus Mar. Trebula nos genuit cōmendat gra duplex. Siue leui flamma siue domamur aqua. Prope trebulanos sunt & alii populi nomine Trebiani auctore Plynio lib. iii. Sue. in Tybe. Iterū eo censente vt trebianis legatā in opus noui theatri pecuniā ad munitionē vię transferre concederet: obtinere nō potuit.

¶ Tremo is. a similitudine vocis quae tunc cū valde tremit: apparet. Quo etiā in corpore pili vt arista in spica hordei horrent. Et tremere quidē cōmoueri seu agitari significat. Plau. in Asi. Nō placet pro mōstro est: quando qui sudat tremit. Interdū ponit pro timere. Verg. lib. ii. Hic aliud maius miseris multoq tremendū. Huius cōposita sunt. Contremo. Intremo. intus seu valde tremo. Verg. lib. iii. Et fessum quoties motat latus intremere oēm Murmure trinacriā Pertremo valde tremo. Et habēt pen. correptā.

¶ Tremisco is. tremore cōcutior. Verg. lib. iii. Sonitum q pedū vocemq tremisco. Hinc Contremisco et Pertremisco. Lactan. lib. vii. Itaq trepidabūt oēs et ad luctuosum illum sonitū contremiscent. Hie. contra Vigilantiū. Ita totus & corpore et animo pertremisco.

¶ Tremefacio sicut sonat. Verg. Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis Insinuat pauor.

¶ Tremor modo ipsam commotionē seu agitationem

modo timorē significat. Ver. lib. ii. Ge. Unde tremor
terris? Et alibi. Cur ante tubā tremor occupat art⁹?
venit tñ ex greco τρεμω ⁊ illa quæ deducunt.

¶ Tremebundus abunde tremens. Ci. lib. iii. ad He
ren. Sin erit sermo in locutione leuiter ⁊ tremebūda
voce cū parua significatione risus.

¶ Trepidus a. um. idem qđ pauidus. Cuius diminu-
tiuū est Trepidulus. Gel. Pulli trepiduli circunstre
pere. Et trepidus Festinus. Verg. lib. iii. Hic me dū
trepidi crudelia limina linquūt Immemores socii va
sto cyclopis in antro Deseruere. Ser. Trepidi Festi
ni vt per timorē nō p odiū relictus fuisse videat.

¶ Trepido as. pe. cor. timeo. Amb. Trepidare virgi
num est ad oēs ingressus viri pauere omnesq; viri af
fatus vereri. Et trepidare festinare. Vergili. lib. iiii.
Dum trepidant alæ saltusq; indagine cingunt.

¶ Treueri: populi Gallię inter Belgas in cōfinibus
Germanię. Neruiis finitimi.

¶ Tressis: tres asses. Persius. Nō tressis agaso.

¶ Tris a græco. Nā gręci τρεις dicunt. Unde trias
adis trinitas. Aliqñ significat valde. Hinc Trifur.
Trismegistus.

¶ Triangulus: figura tres angulos habēs: quā græ
ci τριγωνον vocāt. Hic triāgularis ⁊ hoc triāgulare

¶ Triarchus nauis triremis præpositus: ab archon
princeps.

¶ Triarii erant milites fortissimi: qui in legione Ro
mana vltimi erant. Hi si quādo res fuisset in pıculo in
fronte acierū poplitibus flexis stabant ita vt potius
animā amitterēt q̄ de loco decederēt. Unde ortū est
illud prouerbiū cū res sunt dubię. Uentū est ad tria-
rios. Var. Triarii dicti q̄ in acie tertio ordine extre
mis subsidio ponerent. Plau. Agite nunc subsidete
omnes quasi solent triarii.

¶ Tribus bus. a tributo dando: vel q̄ ager roman⁹
primo diuisus in tres ptes fuerit: ⁊ tres ptes populi
factę vna Tratiensiū a tatio. Sabinorū rege iam ami
co post fœdera. Alia Ramnēsiū siue rānensiū a Romulo
Tertia Lucerū a Lucumone. Varro enī scribit Ro-
mulū dimicantē contra Titū tatiū a lucumonibus.
hoc est thuscis auxilia postulasse: Unde quidā venit
cum exercitu cui recepto iā Tatio pars vrbis est da-
ta. Unde in vrbe thuscus dictus est vicus. Siue vt ali
qui volunt a Luco: quē Asyllū vocauerat romulus.
Ergo in tres partes diuisus erat ppl'us adeo vt qui
etiā vni pręerat parti Tribunus diceret: et sumptus
dati populo tributa vocant: Sed postea aliæ quoq;
partes vrbis factę quę similiter tribus appellatę sunt
Nā in sex partes fuit distributa ciuitas in primos se-
cundosq; tatienses Ramnes. Luceres. Quęlibet ex
tribubus decem curias cōtinebat quę de nominibus Sa
binorū appellatę sunt. Varro. Festus. Plutarchus et
Asconius. Dissentit paulum Liuius scribēs a Romu
lo Centurias equitū tres fuisse cōscriptas: ramnēses
et tatienses ⁊ luceres: nec videt existimare totū popu
lum in hos fuisse distributū: sed solos equites. Augu.
in psal. interpretatione sic scribit. Tribus alio nomie
dici possunt curię: sed nō proprie. Nā proprie si dixim⁹
curias: nō intelligunt nisi curiæ q̄ sunt in ciuitatibus
singulis singulæ: vnde Curiales ⁊ decuriones. id est
q̄ sint in curia vel decuria Et nostis quia tales curias
singulas habent singulæ ciuitates. Sunt aūt vel erāt
aliquando in istis quoq; ciuitatibus curię etiā popu-
lorum ⁊ vna ciuitas multas curias habet: sicut Ro-
ma. xxxv. curias habet populi. Hæ dicuntur tribus.
Has populus Israel. xii. habebat scđm filios Iacob
Plı. refert quattuor solas vrbanas tribus fuisse ap-
pellatas a partibus vrbis in q̄bus habitabant. Nam
suburrana. Palatina. Collina. ⁊ Exquilia dicebant.

¶ Tribulis pe. pro. qui ex tribu est. Hor. in episto: Ut
cum pileolo soleas conuiua tribulis. Ci. Ser. Lucio
Cossinio amico ⁊ tribuli tuo valde familiariter vtor.
Hinc Contribulis qui ex eadē tribu est. Hiero. lib. ii
machabeorū. Quod cū rex annuisset statim ad genti-
lem ritum cōtribules suos transferre cœpit.

¶ Tributim aduerbiū: significat per singulas tribus

¶ Tributū a tribubus. Var. dictū ostendit: q̄ ea pecu
nia quę populo imperata erat tributim soluebat. Fe-
stus. Tributū dictū quia ex priuato in publicū tribui
tur. Sumi postea hoc vocabulū cœpit largius pro om
ni munere qđ a subditis soluitur.

¶ Tributarius: qui soluendo tributo obnoxius est.
Iusti. libro primo. Sed ciuitates quę medorū tributa
rię fuerant.

¶ Tribuni dicti: q̄ tunc in tres partes populus diui
sus erat: ⁊ ex singulis creabant: vel quia tribuū suffra-
gio crearent. Vel quia vt Vege. inquit: q̄ tribuebant
iura militib⁹. Tribuni etiā vocati sunt qui magistra-
tum gerebant: vt regū tpe tribuni celerū: qui centu-
riis pręerant: postea facti sunt tribuni militares in ca
stris qui parem cū consulibus haberēt potestatē: qui
imperatori opponebant pro militibus. Tribunorum
militariū sicut docet Asco. duo sunt genera. Alii rufu
li dicti qui in exercitu creari solent. Alii sunt Comitia
ti qui Romę comitiis designant. Tribuni militaris
officium est: vt miles veste nitidus: armis bene muni-
tus: exercitationis vsu ⁊ disciplina eruditus incedat
Olim tribuni militum consulari potestate promiscue
ex patribus ac plębe creati sunt. Alii fuerunt Tribu
ni plębis qui in defensione plębis a patrib⁹ facti sunt
anno fere. xvii. post exactos reges. Alii tribuni æra-
rii. dicti ab eo q̄ his attributa erat pecunia quā militi
reddebant.

¶ Tribunitius qui tribunus fuit.

¶ Tribunitius a. um. qđ ad tribunos ptinet. Sallust.
Nā postq̄ C. Pompeio. ⁊ M. Crasso. consulib⁹ tribu-
nitia potestas restituta est.

¶ Tribunatus us. ipsa tribunorū dignitas. Cice. in
Lel. De Caii. aut Gracchi tribunatu quid expectem
nō libet augurari.

¶ Tribunal: pe. pro. locus excelsus in quo residebat
qui ius tribubus redderet.

¶ Tribuo is. bui. utū: quasi tributū do. cōcedo. Sed
hoc beniuolentię eius tribuendū est. Aliqñ capitur si
cut vendo. Hie. i Deutero. Aquā pecunia tribue ⁊ sic
bibemus. Aliquādo capit pro assumo: vt tu tibi mul-
tum tribuis. Aliqñ pro fauere. Ci. Crassipedi. Cum
vniuerso ordini: publicanorū semper libentissime tri-
buerim. Huius cōposita sunt. Attribuo. Contribuo:
simul tribuo: hoc est aliis partem facio. Distribuo: di
uersis modis tribuo. Ter. in adel. Argentū annume-
rauit: illico dedit: præterea in sumptū dimidiū minæ
id distributū est sane ex sententia. Retribuo: quasi re-
tro tribuo. hoc est remunero.

¶ Tribulus pe. cor. spinę genus a semine triangula-
ri dictus: vel q̄ cuspidatus trifariā feriat. Ouid. ii. x.
meta. Loliū tribuliq; fatigāt Triticeę messes.

¶ Tribula lę. ⁊ Tribulū. gñs vehiculi quo frumenta.

in area teruntur a tribus lateribus sic appellatur. August. lib. de ciui. dei. Nā sicut sub vno igne aurū rutilat & palea fumat: & sub eadē tribula stipulę cōminuunt frumēta purgant. Ver. lib. i. Ge. Tribulaq; trabeęq; et iniquo pondere rastri. Var. E spicis in area excuti grana quod fit apud alios iumētis iunctis & tribula.

¶ Tribulariū a tribula fieri videt: & significat locum vbi tribulæ seconduntur: vt est apud Col.

¶ Tribulor: verbū factū ab angustia & dolore illorum qui tribulū ferri vel tribulū herbā calcauerint quę oritur in lacubus & paludibus trigoli vel ferrarię vulgariter etiā murex: angulata est: iacitur vt vis semp cuspis est erecta: bellicū ferramentū est.

¶ Tribrachus pe. cor. pes ex tribus breuibus syllabis constans α τρεισ et βραχυσ qđ significat breue: vt Te corydon o alexi. Ubi dono a tribrachus est cū vocalis ante vocalem breuis fiat.

¶ Trica apulię oppidū. Uide in dictione Apina.

¶ Tricę: capilli pedibus pullorū gallinaceorū inuoluti. Quoniā vero gressum illorū impediant: factum est vt oīa impedimēta tricę dicant. Plau. in Cur. Quod argentū tu mihi? quas mihi tricas narras? Inde extricare & intricare pro expedire & impedire.

¶ Tricephalus pe. cor. qui habet tria capita.

¶ Triceps trium capitū. Seneca. Tricipitē secum beluam manibus trahens.

¶ Tricliniū: latine discubitoriū dici potest. Est enim locus in quo discumbebāt & cœnabāt pręcipue in conuiuiū accepti a tribus lectis quos sternebāt cōtiguis. Nam tris mensas in cōuiuio apponere veteres solebāt: et iacendo cœnare sicut turci faciunt. τρισ enim tres κλινη lectus dr. Hinc Hor. Sępe tribus lectis videas cœnare quaternos. E quib' vnus auet quauis aspergere cunctos Pręter eū qui pręber aquā. Iuue. Ergo duos post Si libuit menses neglectū adhibere clientem. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. Una simus ait Verg. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Quintil. locum intellexit dum ait. Uix eo limen egresso tricliniū illud supra cōuiuas corruit. Apul. li. decimo. Iam denique cœnati e triclinio dn̄i decesseramus. Hūc locū Cicero appellat Cōclaue. Cuius hęc sunt verba. Nec inter conclaue illud cecidit. Propriē tamē cōclaue dr quicūq; locus secretior vbi colloquia fieri solent. Habetq; vnā clauē communē domesticis nec est oībus ad eum eundi potestas. Uictru. In tricliniariis ceterisq; cōclauibus maximus est vsus luminum. Cōstat igitur Tricliniū & lectos discubitorios et ipsam cœnationē. i. locum vbi semp lectis cœnaturi discūbebāt significare. Sed postea tricliniū per abusionem apparatus ad mensam factus dici consueuit: et coacta in locū vnum parandę paucorū cœnę supellex necessaria. Hinc Architriclinus qui huic ministerio pręest. Unde Cic. sterni triclinia & in foro sterni iubebat. Sic Bicliniū locus attributus cōuiuio a duplici ordine discumbentiū. Plau. in Bac. Aduortite mnesiloche & tu pistoclere iam facite in biclinio cum amica sua vterq; cubitū eatis.

¶ Triclinarius minister qui in triclinio ministrat.

¶ Triclinarius a. um. & Triclinaris & hoc triclinare quod ad tricliniū pertinet: vt mappæ triclinares: & lecti triclinarii. Triclinariū. Ply. lib. ix. Qua purpura quis nō inquit triclinaria facit?

¶ Tricolon pe. pro. latine trimembre dicitur.

¶ Tricones: morosi & ad ridendū duri.

¶ Triduū: spaciū triū dierū: a quo Triduanus a. um vnde triduanas inducias legimus.

¶ Tridens Neptunni sceptrū: & quicqd habet tres dentes tridens dicitur.

¶ Triemeros: latine triduanus. penul. cor.

¶ Triennis triū annorū. Nā triennis: trimus: & triū annorū idem significāt. Unde Hie. in testamēto veteri. Sume mihi vaccā triennē: & caprā trimā: & arietē annorū triū. Hinc trienniū spaciū triū annorū. triēnale adiectiuum.

¶ Triens nummi gn̄s: tertia pars assis. Iuuen. Nec habet infœlix quem porrigat ore trientē. Item sumit pro calice. Proper. Cū fuerit multis exacta triētibus hora. Apud Uictru. Triētes. siue qđ idem est. Trientalis materia nomē hēt a mensura qꝫ asseres instrumēti eius triētales hoc est crassitudie quattuor vnciarū

¶ Trientalis herba a mensura dicta est. id (essent. est quę folio trientē ęquet amplitudine.

¶ Triental: vasis gn̄s tertiā partē sextarii capiens. Persius. Calidumq; triental Excutit e manibus.

¶ Trieris pe. pro. nauis magna quę gręce Durachon a tribus sessionibus. Latine triremis: aut pene idem Hiero. in libr. numeri. Uenient in trieremib' de Italia superabunt assyrios.

¶ Trierarchus: pręfectus trieris. Ci. in Uer. actio. iii. Qua de re charidemū chiū testimoniū priore actione dicere audistis sese cū esset trierarchus.

¶ Trieteris: pe. pro. spaciū triū annorū. Sta. lib. iiii. the. Lud' & atra sacrū recolet trieteris ophetē. Mar. Aspicis vt paruus nec adhuc trieteride plena: Regulus auditū laudet & ipse patrem.

¶ Trietericus: triēnalis. α τρεισ et ετοσ annus. Hic Trieterica appellata sunt sacra bacchi: quia triēnalia: quę tertio quoq; anno sumptuosiora annuis eius orgiis agitabant. Instituta sunt eīm cū ex India victor rediisset a triēnio quo peregrinatus est. Ouidi. libr. ix. meta. Utq; tuo moto proles semeleia thyrso, Ismariæ celebrant repetita triēnia bacchę.

¶ Trifaux: tres fauces habens. Unde Cerberū trifaucem vocant.

¶ Trifax: vel triforū: telū longitudine triū cubitorū.

¶ Trifariā aduerbiū significat tripertito.

¶ Trifer. a. um. qđ ter fructus producit.

¶ Trifidus a. um. pe. cor. qđ in tres ptes diuidi pōt.

¶ Trifiniū: dr vbi triū agrorū terminus est.

¶ Trifoliū simoniamū herba est quæ inuenit fragosis locis efficacissima tradit contra viperæ venenum: odoris grauis: neq; absimilis bitumini. Et idcirco græci eam ασφαλτιον appellant: nostri aūt ppter figurā acutā trifoliū vocāt. Nō longis & hirsutis foliis viret: caulemq; robustiorē facit q̄ pratense.

¶ Trifur: trifurcifer. tricerberus: plusq; fur: plusq; furcifer magnus cerberus. Nā tris pro valde q̄nq; accipit a gręcis. Plau. Nō fur sed trifur.

¶ Triga quasi triaga a tribus equis iunctis. currus qui a tribus equis trahit. Inde trigariū trigatū curule certamē. Ply. lib. xxviii. Ferunt neronē principē hac potione recreari solitū cū sic quoq; se trigario approbare vellet. Et lib. xxi. diges. Et si triga venierit retinenda erit rota: etsi quadrigare dhibeat. Trigarius locus iuxta campū martiū. Plyn. lib. vltimo. Ne equos quidē in trigariis pręferri vllis vernaculis animaduertito. Apud Martia. quoq; Capellā lib. nono, qui de musica inscribit. Trigariū inquit supplicātis

semper germanitatis aduenlet. hoc est trigemina inquit illa mulier: siue tres in vnius nois vocabulo conspirantes. Trigam etiã humũ veteres vocabant.

¶ Trigamus pe.cor. qui tres duxit vxores. Hic contra Iouī. Currit ad Habraã Isaac & Iacob. ex quib⁹ prior trigamus. secũdus monogamus. tertius quattuor vxorũ est. Lia Rachel balę & zelphę.

¶ Trigo as. stringo. Unde obtrigo: qđ est iureiurando adstringo.

¶ Trigon pilæ genus: & turtur.

¶ Trigonia ętas tertia.

¶ Trigonus pe.pro. triangulus triangularis. Hinc Trigonalis forma quę tribus ligneis constat Δ.

¶ Trigemmis quid significet declarat. Colu.lib.iiii. cum ait. Uallis & vliginosi campi situ serimus etiã trigemmẽ qui est paulo minor dodrante. longior vtiq̃ semipede. isq̃ nõ ab eo trigemmis dictus est: ꝙ omnino trium oculorũ est: cũ fere circa plagã qua matri abscissus est plenus sit gemmarũ: sed ꝙ his exceptis quib⁹ est frequens in ipso capite tres deinceps articulos: totidemq̃ gemmas habet.

¶ Trigeminus idem qđ tres. Col.lib.viii. de Capella. Parit aũt si est generosa proles frequẽter duos nõ nunq̃ trigeminos.

¶ Trigla genus piscis qui a nostris Maulus dr: et barbo. Hinc trigles lapillus ꝙ muli colorẽ habeat.

¶ Trilices: vestes q̃ ex tribus liciis constant. Interdum tñ trilicem triplicẽ dicimus.

¶ Trimus a.um. qđ est trium annorũ: a quo Trimulus dimi. & Trimatus tus. & Trima dies.

¶ Trimetrũ pe.cor. carmẽ ex tribus pedib⁹ cõstãs.

¶ Trimma dr vinum ex aromatis: in quod iuncus et myrrha & calamus inijci solebat.

¶ Trimorion: a tribus signis dictũ est. Tria vero signa partibus nonaginta constant. Erit ergo trimorion pars ab horoscopo geniturę nonagesima. Itẽq̃ a situ lunę altera nonagesima vnde vaticiniũ vitę substantiarumq̃ sumatur.

¶ Trimestris trium mensium.

¶ Trinundinũ. Uide in dictione Nundinæ.

¶ Trinacria: Insula quę & Sicilia: sicania & triquetra appellaꝛ: a tribus ꝓmontoriis dicta est trinacria pachyno scꝫ lilybeo: & peloro & ακρα summitas. Hinc trinacris. Oui. in fas. Terra tribus scopulis vastũ ꝓcurrit in æquor Trinacris a positu nomẽ adepta loci.

¶ Trinepos pen.cor. abnepotis filius: ꝙ sit post tres a nepote.

¶ Triobulus pe.cor. quasi homo parui pretii: a trib⁹ obolis. Plau. Nõ ego homo trioboli sum. Hinc fit triobolaris vilis & pretii triũ obolorũ.

¶ Triodos latine triuiũ dici potest.

¶ Triones quasi teriones: boues aratorii. Unde septem stellę septẽtriones nostri veteres a bobus iunctis appellarũt: ex quibus figuraꝛ.

¶ Triparcus valde parcus. Unde Triparcos homines vetulos.

¶ Tripertior in tres partes diuido. A quo tripertite aduerbium.

¶ Triplex: qđ est trium plicatũ. Unde Triplico cas. Interdũ triplex sumiꝛ pro quodã tabellę genere quo scribi epistolæ solebãt. Marti. Tũc triplices nostros nõ vilia dona putabis Cũ se vẽturã scribet amica tibi Uide supra in dictione duplex in alio significato.

¶ Triplus tripla triplum eius significationis est quo et triplex.

¶ Triplaris numerus dr cũ ex duobus minor ter in maiore numeraꝛ: vt sunt tria ad vnũ.

¶ Tripolis: oppidũ trigeminũ quoniã tyrii sidonii & aradii: illud obtinẽt. Hinc tripolitana regio dicta est. Sũt aũt duę hoc noie Africana scꝫ & Syriaca in phœnice. Oppida tripolis africanę sũt. Abrotonũ: ophia et leptis magna. Põpo. Locus ex nũero tripolis dr.

¶ Triptota noia sunt quę tribus tantũ casibus declinantur. penul.prod.

¶ Tripus podis. & tripoda dæ.pe.cor. dr omne qđ habet tres pedes. Usi sunt veteres tripode tum ad delicias: tum ad edendi necessitatẽ. Tripodes erãt mensæ in templo Apollinis delphici: quibus supponebãt Phœbades quę & Cortinę dicebanꝛ & vaticinabanꝛ. Ply.lib.xxxiiii. Ex ære factitauerũt & cortinas tripodum noie delphicas: grę ci viros fortes tripodib⁹ donabant: quia nõ facile succumbãt. Uerg.lib.ix. Et tripodes geminos auri duo magna talenta. Hora.lib.i. car. Donare tripodas præmia fortiũ Graiorũ.

¶ Tripudiũ: quasi terripauiũ. Sic eñ primo dictum est post terripudiũ deinde tripudiũ est dictũ a pauio ferio. Unde tripudia solistima dicebanꝛ auguria quæ fiebant quotiens offa quę pullis dabaꝛ: aliquo modo cadebat in solum. Ita eñ a solo solistimũ vt a medio mediastimũ dicitur. Cum igitur offa ex ore pulli ceciderat: tum auspicanꝛ: tripudiũ solistimũ nunciabaꝛ. Tripudiũ etiã saltatio dr similiter a pauienda terra: ꝙ scꝫ saltando terra pauiꝛ. Liui. Ferre ac ꝑ vrbem ire cum tripudiis solennicq̃ saltatu iussi.

¶ Triquetra pe.pro. figura triangularis. Quo noie dicta est Sicilia. Hor. Quid militibus promissa triquetra? Inde triquetrus a.um. Syllus lib.v. Hunc ætnea cohors triquetris quã miserat oris.

¶ Triremes pe.pro. dictę sunt quas vulgus galeas vocat licet duos tantũ remorũ ordines habeat in lateribus. Nã biremes naues duorum ordinũ sunt: triremes trium: quadriremes quattuor. Græci trieres vocant. Triremes indt Amodes corinthius.

¶ Trismegistus Mercurius: quasi ter maximus dictus: vel valde maximus.

¶ Tristega pe.indifferẽter significat tricameratũ nomen cõpositũ a stega qui est locus nauis. Stega vero a sto stas fit. Plau.in bac. Forte vt assedi in stega.

¶ Tristis ꝓprie mœstus dr. Uerg. Tristis at ille tamen cantabitis indt. Sed quia tristitia in frõte hois crudelitatis: grauitatis: iræ: minarũ: studii: difficultatis indiciũ est: fit vt tristis aliqñ pro sęuo accipiatur. Uerg. Illi mea tristia facta Degeneremq̃ neoptolemum narrare memẽto. Aliqñ pro graui. Ci. Qui numero optimatũ & principũ reliquit grauitatis suę illũ tristem & plenum dignitatis. Aliqñ pro Irato. Lucil. Timeo certe ne mihi sit tristior. Aliqñ pro Minaci. Isq̃ adytis hęc tristia dicta reportat: inquit Uergilius. Aliquando pro docto. Lucil. Addo eosdem tristis ac seueros philosophos. Cice. Iudex tristis ac integer. Aliquando pro Amaro. Uerg. Tristisq̃ lupini Sustuleris fragiles calamos. Aliquando pro difficili. Cicero in Catone. Facilius in morbos incidunt adolescentes: grauius ægrotant: tristius curantur. Aliquando pro Horrido. Marti. Amator ille tristiũ lacenarum.

¶ Tristo stas. tristem facio. Unde & Contristo. Uergil. Et pluuio cõtristat frigore cœlũ. Est & tristor deꝑ

ponens. Unde ꝛ contristor: vt contristatus est rex propter iusiurandum.

¶ Triptolemus nomen propriū viri qui fertur in attica regione vsum frugū primus inuenisse.

¶ Tribades mulieres dictę sunt fricatrices: quę portentuoso coitus genere in sexum suū libidinē exercēt ἀπὸ τοῦ τρίβειν qḋ significat fricare.

¶ Triticum dr̄ qḋ tritū est ex spicis. Hinc Triticeus cea. ceum. vt panis triticeus.

¶ Trito as. frequentatiuū est a Tero is. et significat minutim tero.

¶ Trituro as pe. pro. significat tero: ꝛ ad segetes pertinet. Et habet primā syllabā longā quasi ab tero triui tritum. Hinc tritura. Verg. Magnaq̄ cum magno veniet tritura calore.

¶ Tritonia dicta est Minerua q̄ temporibus Ogygii regis ad lacū tritonis virginali primū habitu apparuerit. Triton aūt fingit esse maris deus Neptuni ꝛ Salacię marinę deæ filius q̄ primū in tritone africæ palude visus fuerit: vbi ait Herodotus virgines annis singulis se purgare lampadibus ꝛ lignis in venerationē palladis. Diodo. scribit dictam tritoniā a Cretę filio Tritone.

¶ Triumuir nomen magistratus quē tres collegę administrāt. Triumuiri triplices fuere. Capitales Mēsarii Nocturni. De capitalibus sic habet Pompo. de orig. iuris. Triūuiri capitales cōstituti sunt qui carceris custodiā haberēt: ꝛ cū aīaduerti oporteret interuentu eorū fieret: de Mensariis Liuius cōmemorat. Triumuiri mensarii creati sunt. Hiq̄ numulariis et monetę oīs gñis ꝛ formæ cusoribus pręerant. De nocturnis meminit Cor. Tacitus. Triumuiri nocturni q̄ ad incendiū in sacra via ortum tarde venerant: a tribuno plębis die dicta damnati sunt.

¶ Triuiū ꝛ quadriuiū: cōmunis pro loco in quo tres vel quattuor sunt vię poni cōsueuerint: sumitur tamē quādoq̄ pro loco frequenti quo antiqui cōuenire solebāt Catul. Omnibus in triuiis vulgetur fabula passim. Iuue. Nonne libet medio ceras implere capaces quadriuio? Erant etiā rusticorū sacris attributa. Nā illic oues cædebant ꝛ serta appendebant Tibul. Nā veneror seu stipes habet desert⁹ in agris: Seu vetus in triuio florida serta lapis.

¶ Triuialis ꝛ hoc triuiale a triuio fit. Unde triuialis scientię magistri a Quintil. dicūtur qui in triuiis docent. Hinc triuialiter aduerbium qḋ significat passim vulgo: vbiq̄ Grammatica dr̄ triuialis sciētia quia in triuiis docebat. Triuialis vero lingua vulgaris qua pueri grammaticā discentes vtebantur.

¶ Triuia dicta est Diana: q̄ triuiis pręesset ꝓpter qḋ tris facies habere fingebat. Verg. Tria virginis ora dianæ. Ouidi. Ora vides hecates in tris vergentia partes: Seruet ꝛ internas cōpita secta vias.

¶ Triumphus quidā gręcū putant. Nā θρίαμβον appellant græci: nos aspiratione ex prima in nouissimā syllabā translata: ꝛ b mutata in p. dicimus triumphū Varro a Baccho huius rei inuentore. Tranquillus dici existimat triumphū quia qui triumpharet triplici iudicio honoraret. Primo eñ exercitus de triumpho discernēdo duci iudicabat Secūdo senatus. Tertio populus. Erat aūt triūphus oīm honorū qui a populo romano dari solebant maximus. Nā illa pompa solennis erat quę fiebat redeūtibus in vrbem cū victoria. Michalus autem in etymologicis ait. τρίαμβος κ πομπη ερτισ πολεσιο ταμηκτησαμ αισυ και και δεσ περιαιρουτεσ συμ αυτοισ τοιτεριοισ επεζομ προφερομενοι σιαμβει α τετραμμενα και ετι μυμφασιμενδημω τουτογι μεσθαι και τα πολλα γραφει.

¶ Triumpho as triumphū ago. Ci. in Cato. Mart. Curius cū de samnitibus triumphasset. Qui aūt triūphabant apud romanos equis albis vehebant curru inaurato: capite coronato lauro: ꝛ ante ipsum triumphantē victus hostis oneratus colla catenis: ꝛ pręeūte senatu capitoliū ascendebāt ad templū Iouis optimi maximi vbi mactato tauro albo domum redibant. Lege Plutarchū ꝛ Liuiū. Aliqñ tamē triumphare ponitur pro exaltare. Cesar. Quod euenisse nobis gaudeo ꝛ triūpho. Huius passiuū est triumphor.

¶ Triūphatus a. um. de quo triūphatū est. Verg. lib. iii. Ge. Bisq̄ triūphatas vtroq̄ ab littore gentes.

¶ Triumphatus us. ipsa triūphatio. Ply. Ne triumphatu suo nimis supbiat Antonius.

¶ Triūphator qui triūphat vel qui aliqñ triūphauit.

¶ Triumphale qḋ ad triumphū pertinet. Unde triūphales coronę: quibus imperatores in triūphis coronabantur. Triumphalis vir qui triumphauit. Sicut cōsularis qui consul fuit. Sue. de Aug. Solos triūphales q̄q̄ ꝛ socios expeditionū ꝛ participes victoriarū suarū nunq̄ donis impertiendos putauit: q̄ ipsi quoq̄ ius habuissent tribuendi ea quibus vellent. Triūphalis porta Romę dicta est: q̄ per eam triumphi agerentur. Triumphale territoriū etiā romę qḋ nūc Vaticanū dicitur. Unde Damasus papa scribit beatum Petrū sepultū fuisse in vaticano iuxta triūphale teri. (toriū.

¶ Tros nomen viri propriū ꝛ nomē adiecti uum a troia formatū: et facit genitiuū trois ꝛ troos quia vt inquit Ser. oīa noīa monosyllaba græca quæ in latinū sermonē transeūt: tertię tantū sunt declinationis: ꝛ tā latine q̄ græce declinari possunt: vt tros trois ꝛ troos. Pan panis panos.

¶ Troas: vt inquit Hier. lib. de. xii. questionibus ciuitas est quę prius troia appellabat. Est ꝛ regio quā Ptole. minorē phrygiā appellat. Adiacet hellesponto vt Ply. lib. v. scribit. Alii Mysię tribuunt: quę ad occidentē subiacet tota mari exposita. Homer⁹ ab Esapo vsq̄ ad Caici fluminis ostia eius fines produxit in ea Ilion: quę ꝛ troia mille quingentis passibus a portu distans: oīm quæ sub sole sunt insignissima. Ciuitates troadis nobiliores: Dardanū: Simeontis fluui⁹ ostia: Antandr⁹: Smirna: Clazomene: Ephesus: Miletus pergamus: Tyatira: Philadelphia: Laodicea: Antiochia Montes clari: Ida et Tmolus. A troas fit Troadensis

¶ Troia: vt Ser. scribit regio minoris Asiæ: in qua Ilion vrbs ꝛ regia Priami: quę etiā Troia dicebat a Troe rege. antea Teucria a teucro: et Dardania a Dardano. Scribiturq̄ gręca diph. nec diuidit i cōsona: adiectiuū vero o ꝛ i vocalib⁹ ꝛ diuisis. Et cū ꝓnunciā sigt principale nomē est: ꝛ breuis ē tro. Qñ aūt nō est principale ꝛ deriuatio est tro longa est. Vergil. Et troia gaza ꝑ vndas. a troia fit tros. Idē Tros tyriusq̄ mihi nullo discrimine aget. Est ꝛ tros nomē viri ꝓpriū. Troianus a. um. vt troianas vt opes. Troicus ca. cum. vt troica castra apud Verg. Troius a. um. vt troia gaza. Troiugenas. Enni⁹. Troiugenas bello claros. Sane troiugena ꝛ grtugena cū gemino ii scribi debuerit: mutarūt i sequēs in u alr̄nitatis cā: vt pro troiigena ꝛ graiigena: troiugena ꝛ grtugena factū sit.

Troia etiã ludus puerilis equestris ab ænea ꝯstitutꝰ
Sue. de Cæsa. Troiã lusit turma duplex maiorũ mi
norũq; puerorũ. Virg. Troiaq; nũc pueri troianum
dr agmẽ. Et troia locus est in agro Laurente in quo
primũ eneas cõstitit. Ascẽ. Semp aũt prima lõga est.
¶ Trochus rota reuolutio: q̃ rota vt inquit Acron a
ludẽtibus pueris scutica agitabaꝶ ꝛ rotabaꝶ.
¶ Trochischus dimi. parua rota. Vñ ꝯpositões quę
dã medicoꝝ in formã rotulæ trochischi dicunꝶ.
¶ Trocheus pes celer: volubilis ꝙ rotatim ꝛ celeri-
ter dicereꝶ. Nam τροχοσ latine rota dicꝶ a mercurio
reptus tenet locũ vltimũ: ꝯstatq; ex duabus syllabis
prima lõga ꝛ vltima breui. Vel dr ἀπὸ τοῦ τρέχειν. i.
a currẽdo: q; cursũ suũ habeat de longa syllaba in bre
uem. ꝛ a grecis τροχαιοσ appellatur.
¶ Trochum neutro genere est genus sellę.
¶ Trocleę siue trochalia instrumẽta cũ orbiculis ad
subleuanda ꝛ deprimenda onera: vel rotulę striatę sũt
e ligno vel ære quibus aquas haurimus fune ducta-
rio ꝛ hydria. Lucre. Multaq; per trocleas ꝛ tympa-
na põdere magno Commouet. atq; leui sustollit ma
china nixu. Ex interpretatione Diogenis Laertij sic
scriptũ est. Ego ita hisce iãpridẽ assuetus sum ac si so
nũ iugiter troclearũ hauriã. Nã dũ saxa: aquę: ligna:
marmora ꝛ id genus cętera per trocleã sursum ducta
rio fune trahunꝶ: crepitus concitatur.
¶ Trochilos pe. pro. parua auis: rexq; auiũ dr: q̃ alio
noie Regulus siue (vt Sueto. inquit) Regaliolus. ab
Aristotele πρεσβυσ. quasi rex ꝛ preses auium. vide su
pra in dictione Regaliolus.
¶ Troglodytæ populi Aethiopię cauernas incolen
tes. De quibus Ply. ꝛ Hiero. cõtra Ioui. Nomades
ꝛ troglodytę ꝛ scythię ꝛ humanorũ noua feritas semi-
crudis vescuntur carnibus.
¶ Tropheum cũ ę diph. a τροπη: hoc est ab hostiũ cõ-
uersione: vbi in fugã versi sunt hostes. Nã qui hostes
fugasset merebaꝶ trophęũ: Est eñ tropheum quod in
testimoniũ victorię publico in loco statuiꝶ: vt apd Ci
ce. lib. ij. ad heren. Qui thebani equũ ęneũ in monu-
mentũ victoriæ contra Lacedæmonios statuerant
trophęa.
¶ Troezen fuit oppidũ atticę regionis: a quo troeze
nij populi sunt appellati
¶ Troizenus fuit thrax vnus ex his qui venerũt in
auxilium troianũ: apud græcos fuerunt arbores am
putatæ in eo loco vbi hostes vicissent: atq; in fugam
vertissent. Amputabant eñ ramos arboꝝ: ac deinde
spolijs hosti detractis ornabãt: vt essent posteris mo
numentũ victorię in eo loco partę. Deinde etiã cœpta
sunt poni in mõtibꝰ ꝛ locis eminẽtioribꝰ. Hinc Sal.
de Pompeio ait. ꝙ deuictis hispanis trophæa in iu-
gis pyrenei montis posuit. Et Romę in arcubus fige
bantur exędificatis. Quę vero spolia in trophęo fige
rentur docet Virgil. lib. xi. Mezentii ducis exuuias ti
bi magne trophęũ Bellipotẽs aptat rorãtes sanguie
cristas: Telaq; trũca viri ꝛ bis sex thoraca petitum.
Perfossumq; locis clypeũq; ex ęre sinistræ Subligat
atq; ensem collo suspendit eburnũ. Accipiꝶ ꝛ trophęũ
pro victoria seu pro virtute qua parta est victoria: vt
in hymno. Trophęa sacra pangimus.
¶ Tropei dicunꝶ quasi versarij qui alios vellicant in
festantq; ꝛ ne deprehẽdanꝶ ꝯuertũt se. Sue. in Clau.
Et quotiens cibũ obdormisceret: olearũ ac palmula-
rum ossibꝰ incessebaꝶ. Interdũ ferula flagroue velut
per ludũ excitabaꝶ a tropeis. τρεπω eñ græce signifi
cat verto: ꝛ τροπη versionem. Inde ꝛ tropei venti vo
cantur cũ e mari redeunt.
¶ Tropus dici potest modus figura ꝯuersio. Et dif-
finitur a Quintili. ꝙ sit verbi vel sermonis a propria
significatione ad aliam cũ virtute mutatio. Inde fit
Tropicus a. um. pro figuratiuo. Aug. Quod ea locu
tione dictũ: quam greci dicunt hyperbolen: quę vtiq;
tropica nõ est propria.
¶ Trophinus gręce: latine alumnus dicitur.
¶ Tropologia: figurata locutio latine dicitur.
¶ Trossulũ oppidũ thuscię dictũ ꝙ sine peditũ adiu-
mento equites cepissent: a quo Trossuli dicti sunt eiꝰ
incolę. Trossuli eñ dicebanꝶ equites cũ ãtea celeres
a Celere Remi interfectore: Postea Flexumines a fle
ctendis animis. qñ iudices erãt: siue a flectendis e-
quis. Iuue. Quod ad equestrẽ ordinem pertinet an-
tea trossulos vocabant: nũc equites vocant.
¶ Trua vasis gñs a terẽdo dr: quasi terua: quã nos
diminutiue trullã dicimꝰ. siue vt Var. docet a trauo-
lando: traijciendoue ꝙ per eã aqua traijciatur.
¶ Trulla diminutiuũ a trua. Varr. Trulla ad simili-
tudinẽ truę: quę ꝙ magna ꝛ hęc pusilla vt trulla truę:
q̃ e colina in lauatrinã aquã fundũt. Hinc detrullare
de quo alibi. Fuit etiam trulla vas quo ventris onus
deponiꝶ. Mar. Clinicus herodes trullã subduxerit
ęgro. Itẽ capiꝶ ꝓ vase lato ꝓfundoq; quod in mensas
inferri plerũq; solet. Quod licet potui ineptũ videaꝶ
tñ vsurpatũ fuisse legimus. Hor. Qui velentanũ fe-
stis potare diebus: cãpana solitꝰ trulla vappãq; pro
festis. Iuue. Si trulla inuerso crepitũ dedit aurea fũ
do. Ubi bibacem arguit ꝙ in trulla bibat: ineptum ꝙ
crepitus inter bibendũ edat. Ply. Sunt ergo vasa tã
tũ corinthia quę isti elegãtiores nũc ęs sculpẽdo trãs
ferunt mõ in lucernas: mõ in trullas nullo mũdiciarũ
dispectu. Est ꝛ thrulla cũ aspiratione. Cęmentarij in
strumentũ quo fabri murarij tectorijs linendis ꝯpla-
nandisq; delutare solent: vt nõ solũ parietes pulchri-
tudinẽ accipiant: sed ꝛ fortitudinẽ contra iniuriã im
brium ꝛ creberrimas tẽpestates. Inde Thrullissare
apud Vitr. legiꝶ. Scribunt quidã Thrullã esse foeli
cis Arabiæ portum.
¶ Trulleũ vasis gñs: quo manus pluunꝶ: simile trul
læ: nisi ꝙ latius erat. Var. de. vit. pa. Itaq; ea sibi nõ
ponere ac suspendere: q̃ vtilitas postularet trulleum
matellionẽ peluim nasiternã.
¶ Truo auis quę alio noie onocrotalus dicꝶ. Cęcil.
Irrideo magnitudinẽ nasi pro dij immortales vnde
processit truo. r
¶ Trudo is. si. sum ꝓprie significat violentia quadã
expello. Plaut. in asi. Ille ecastor hinc trudeꝶ. Aliqñ
trudere est obijcere: seu ꝓducere. Idẽ in epi. Quę te
intemperię tenent? quas tu mihi tenebras trudis?
Ter. in An. Fallacia alia aliã trudit. i. insequiꝶ. Hu-
ius ꝯposita sunt Abstrudo. Contrudo. Detrudo: Ex
trudo: Intrudo: Obstrudo: Obtrudo: ꝛ Retrudo:
Quę habẽt primã produ.
¶ Trusatilis penu. cor. vt mola trusatilis. i. mola ma
nuaria: ꝙ manibus trudaꝶ. i. pellaꝶ.
¶ Trux ferox: crudelis: a quo Trucitas crudelitas
¶ Truculẽtus: qui vultu crudelitatẽ prefert aliosq;
terret. Teren. in adel. Ego ille agrestis sæuus parcꝰ
tristis: truculentus: tenax.
¶ Trucido as. pe. pro. crudeliter neco. Lac. li. i. Li.

beros populos aut trucidare aut subiicere seruituti Virg. Fit via: vi rapiunt aditus primosq; trucidant: Huius cōposita sunt Obtrucido qđ est auide trucido: Retrucido iterū trucido. Liu. Offerre sese corpora ira retrucidaret.

¶ Truncus pars arboris q̄ ramis trūcatis supstat. Col. lib. iiij. Ut ex his partibus trunci sumant᷑: quę & genitales sunt: & maxime fertiles.

¶ Truncus a. um. qđ est truncatū. Qui. Trunca manu. Col. lib. iiij. Cū deinde truncā reddideris: acuto ferramento plagā lenito.

¶ Trunco as. amputo: cuius cōposita sunt detrūco distrūco: obtrunco: pertrunco: qđ est perfecte trūco: Plau. in cap. Arripuit gladiū ꝑtruncauit tribus tergoribus. glandia. i. colla. Et a truncus fit trunco: qr veteres plerūq; truncū pro vnoquoq; genere interēptū dixerunt: vt inquit Ser.

¶ Trutina pe. cor. statera. Hora. Trutina pōderis eadē. Victr. li. xi. Id aūt ex trutinis q̄ staterę dr̄: licz cōsyderare. Per translationē ponit᷑ ꝑ iudicio. Cic. lib. ij. de ora. Ea ꝓbando q̄ non artificis sed populari quadā trutina examinant᷑. Cornutus tñ scribit trutinam foramen esse: intra qđ est lingua bilancis: ad qđ est examinatio: qđ alij ęquamentū: alij libramentum: alij ęquilibriū vocant.

¶ Trutino as. pe. cor. examino pensiculo. Hiero. ad Dama. Sint alij diserti: laudent᷑ vt volunt: & inflatis buccis verba spumantia trutinent. Est & trutinor deponēs. Persius. Atq; exporrecto trutinant᷑ verba labello. Apul. trutinatam scientiā vocat grauē & recte examinatam.

T ante V

¶ Tuatim aduerbiū significat tuo more.

¶ Tuba instrumentū musicū vulgo notū: a tubo canali sic dicta. Nā ex lignis tubę fiunt: & ex cornibus. Et quę ex ęre sunt: tubę ductiles appellant᷑. Quę ex ligno vel cornu ligneę vel corneę. Tuba vtunt᷑ milites ad excitādos aīos i ꝑliū. hic tubicen q̄ tuba canit

¶ Tubulustrū dictū q' eo die in atrio sutorio sacrorū tubę lustrabantur.

¶ Tubus: & diminutiuū tubulus: cāna seu phystula maior fictilis: qua aqua deducit᷑ a tumore. Hinc etiā tubos viscerū dicim⁹: tubulū vocamus auenā: quę et Cicuta appellat᷑. Grece siphon. Hinc Iuue. tubuz ꝑ quē vrina descendit: siphonē vocat. Effigieq; deę lōgis siphonibus implent. Tubulos Paul. iurecōsult. diffinit eē per quos paries calore torret᷑. Nō erat tūc ignis vsus in cubiculis: nec ędes spiracula habebant vnde fumus exiret.

¶ Tuber gnīs neu. gnīs cibi collectū ex tumētibus & quasi ꝑgnantibus arenis: a tumore dictū. Puto id eē qđ vulgo tartufus dr̄. Tubera em̄ vndiq; terra circūdata: nullisq; fibris nixa aut saltem capillamētis: nec vtiq; extuberāte in quo gignūt᷑ loco aut rimā ingerēte: neq; ipsa terrę cohęrent: nec etiā includunt᷑: vt plane: nec terraz esse possimus dicere: nec aliud q̄ terrę callū. Cū fuerint imbres auctūnales ac tonitrua crebra nascunt᷑ & maxime e tonitribus: nec vltra annum durant. Nascunt᷑ aūt ex pituita arborū. Mar. Rumpimus altricem tenero de vertice terrā Tubera boletis poma secūda sumus. Sue. substantiuū fecit & genere mas. Pridie q̄ periret cū oblatos tuberes seruasset. Sunt etiā tuberes poma pegrina ex Africa in Italiā deportata Mar. Nō tibi de libycis tuberes & apotina ramis. Proprie tamē tumor quidaz rotūdus in quocūq; corpore. Vñ in facie & quacūq; corporis parte tubera dicunt᷑: siue ꝑ diminutionē tubercula. In arboribus duricies illa extans ad nodi similitudinē tuber dr̄. Ply. Reperitur & in alno tuber: tanto deterius q̄to ab acere alnus ipsa distat.

¶ Tubero as. pe. cor. tubera facio seu profero.

¶ Tuburcinor aris. raptim comedo. Titi. Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plau. in persa. Tuburcinari de suo si quid est domi.

¶ Tuceta cibaria cum carne: seu vt quidā interpretantur cibi regij.

¶ Tudertū & tuders tis. oppidū in ducatu spoletano Syti⁹ lib. +. Et gradiuicolā celso de colle tudertem

¶ Tudites pe. cor. Mallei a tundendo dicti. Unde et cuidam cognomen Tuditano fuit q' caput malleo simile haberet.

¶ Tudicula instrumentū siue stylus quo vasis signa imprimunt᷑. Quidā etiā accipiūt tudiculā pro cochleari maiori quo ad carnes & iuscula: e cacabis extrahēda vtuntur.

¶ Tudiculo as. pe. cor. imprimo ac sculpo. Et ꝑ trāslationem tudiculare ponit᷑ pro ꝯmouere. Var. Hęccine nobis carnis hanc mala tudiculasse vetulā.

¶ Tudito as. pe. cor. significat lucri gratia negociū ago. Enne. Nec tuditātes rem cessant extrinsecus vllam. Tractum a fabris qui malleis sępe percutiendo opera faciunt.

¶ Tueor eris. pro defendo scđe ꝯiuga. est: a quo Tutus: q̄uis tuitus eius participiū sit: quo vsuz Quintilianū in decla. cccl legi. Tutus sum adolescētis miserrimi causa m: quē nemo imitatus est nisi Laurēti⁹ Valla: qui in Raudensem scribit. Quis narrat Verrē superasse Dacos: Tantū siciliā ꝯtra piratas fortiter tutū esse accepimus. Hiero. ad Pāma. Quod leges publicę: quod hostes tuent᷑: quod inter bella & gladios sanctū est: hoc nobis iter monachos & sacerdotes Christi intutū fuit. Et quidē ꝑ participio verbi tueor: tutus accipiendū censeo: nō tutus: & tutio nomē verbale: nō tuitio. Aug. lib. iij. ciui. dei. Nimis multos deos grandi fumo suo tanq̄ signo dato ad tuitionez cōgregauerat. Et similiter in ꝯpositis. Intuitū non intutum. Nō em̄ dicimus Tutus sum illū: quippe cū magis nois q̄ participij vim habeat: licz actiuā & passiuam in se gerat significationē. vt Valla docet: vt tutus portus: tuta vrbs: q' tueat᷑ alios: nō q' ab alijs defendatur: tñ sępe passiue in hoībus: vt tutus sum ab hostib⁹: q' munitus & sine periculo sum. Nec vllū cōpositū habere legi in hac significatione nisi cōtueor: quo vsus est Ci. in Clodiū. Videant hi qui illū Pompeij inimicū: ob eāq; causam tot tantisq; scelerib⁹ cōtuebantur: & nōnunq̄ eius indomitos furores plausu etiā suo ꝓsequebant᷑ q̄ se cito inuerterit. Tuor vero tueris prouideo tertię cōiuga. est: & tria ꝯposita habz Contuor: intuor & obtuor: a quibus cōtutū intutuz & obtutū fiunt infinita. Plaut. in Asi. At hercle ipsum adeo ꝯtuor quassanti capite incedit. Et iterū. Nā ego illud argentū tā paratū filio scio esse q̄ me hunc Scipionē contui. Et in Mus. Profecto nullā equidē illic cornicē intuor. At tu istac ad nos obtuere qm̄ cornicem nequis cōspicari: si vulturios forte duos possis contui. Cic. pro se ad quirites. Qui excellenti tumu-

lo ciuitatis: sedem capitolii in saxo incolitis cōstitutam: vt nō solū cunctam intui: sed etiā tueri possitis ciuitatē. Leo pap. Hanc deferendorū munerū seruauere rōnem nisi q̄ preter illam stellę speciē q̄ corporeū incitauit obtutū. Ex his patet aliud tuor: aliud tueor significare: qd̄ est cōtra Prisci. quia tuor semp pro video capitur: sicut Cōtuor & Intuor indicant. Tueor vero p defendo: licet qn̄q̄ pro video capiatur. Lactan. li. vi. Si hac de causa sunt hoīes congregati vt mutuis auxilijs imbecillitatē suam tuerent. i. defenderent. Virg. pro videre posuit. cū libr. iiii. ait. Talia dicentem iamdudū auersa tuetur. i. huc illuc voluens oculos. Et in hoc significato tantū habet Intueor. Sal in Jug. Preterea nostrę pclaros viros ciuitatis solitos ita dicere cū maiorū imagines intuerent sibi aīm ad virtutē accendi. Item. Contueor cū tamen Contuor sit in eodē significato: qd̄ contui infinitum facit. vt supra in Plauto ostensum est. Cic. vero contueri dixit lib. i. tus. Quod tandē spectaculū fore putamus cum totā terram cōtueri licebit. Quin & Plautus ipso verbo vsus est in cap. Viden hūc q̄ inimico vultu cōtuet? Illud vero tuitus quo Valla vsus est a tueor pro defendo sumendū puto sicut et obtuitus p aspectus ab obtueor. Ci. li. i. offi. Ex oculorū obtuitu ex eleuatione aut remissione supciliorū. Tuor igitur contuor: intuor: & si qua alia forte reperiant a tuor cōposita iā pene obsoleta sunt: fortasse q̄ prisca sunt nimis vel nō adeo plena: sicut tueor cū cōpositis. Ideirco pro eis tueor: cōtueor: & intueor in significatiōe videndi supplere videmus.

¶ Tuguriū dictū est quasi teguriū a tegendo e. in u. mutata: rustica habitatio tecta ex viua palustri. Et tugurij appellatione omne ędificiū qd̄ rei rusticę magis custodiendę cōuenit: q̄ vrbanis ędibus signatur Quę aūt edificant: vt nec parietes habeant: nec luto crustata sint: sed stramentis vel harundinibus aliove simili genere tegunt: tuguria appellant.

¶ Tuguriolū cū accen. in aīpen. paruū tuguriū. Qd̄ si angusti⁹ sit: Gurgustū noīat a gurgulione verme.

¶ Tulit modo attulit significat. Ter. in an. Nā si illū obiurges qui vitę auxiliū tulit: quid facias illi qui dederit damnū aut malū? Modo pertulit. Virg. Nō tulit hanc speciem furiata mente chorebus. Modo sustulit: vide in dictione Fero.

¶ Tum vide in dictione cū. Tum demū. i. nouissime Virg. lib. xij. Tum demū mouet arma deo.

¶ Tumba locus concauus infra terrā. Vn̄ & p sepulchro poni cōsueuit.

¶ Tumeo es. tumui: inflor: a quo tumesco tumid⁹ fio Virg. lib. i. geo. Continuo ventis surgētibus aut freta ponti Incipiūt agitata tumescere. Hinc cōtumesco: Extumesco: & Intumesco. Aug. Videt in ea contumescentes venas in gutture. Plau. in tru. Equidē vteri illi qd̄ sciam nūq̄ extumuere: quasi extra vel valde tumuere. Lact. lib. iiii. Sine vllo attactu viri repēte vterus intumuit. A tumeo fit Contumax: a quo cōtumacia.

¶ Tumor inflatio: per translationē ponit p supbia.

¶ Tumidus inflatus.

¶ Tumulus terra tumēs. i. collis. Virg. lib. ij. Et vibe egressis tumulus. Aliqn̄ dr̄ sepulchrū: qr ibi coaceruari terra cōsueuit. Idem lib. iij. O fœlix vna ante alias priameia virgo Hostilē ad tumulū troiæ sub mœnibus altis Jussa mori.

¶ Tumulo as. sepelio: tumulū facio. Vn̄ & attumulo: qd̄ est quasi iuxta tumulū facio. Plyn. lib. xix. Dein si terrā fugiētes cauliculos seces: a terraq̄ pceritate luxuriosa attollētes se exaggerādo aliā attumules.

¶ Tumultus vt auctores ſt Iter. vox plurimorū est & nimię multitudinis clamor & pariter emissus. Cice. Quid aliud est tumultus nisi perturbatio tāta vt maior timor oriatur: vnde est nomen deductum tumult⁹ quasi timor multus. Itaq̄ maiores nostri tumultum nolabant Tumultū gallicū: q̄ erat Italię finitimus. preterea nullū tumultū nolabant.

¶ Tumultuosus qui turbas excitare solitus est.

¶ Tumultuo as. in perturbatione sum.

¶ Tumultuarius a. um. qd̄ sine pmeditatione factū est. Vn̄ tumultuaria oratio dicitur.

¶ Tunc aduerbiū temporis significat eo tempore: & de oībus tēporibus dr̄. De pterito Virg. Tūc decuit cū sceptra dabas. De presenti. Plaut. Tunc ad eam accede cū potes. De futuro. Idem. Ego tunc adero cū tui videndi mihi copia erit. Addit qn̄q̄ temporis: vt apud Justi. Tunc tēporis persarum Cambysi mediocri viro.

¶ Tundo is. tutudi. tunsum scd̄m Prisc. licet eius cōposita ipsum n. nō habeant: vt obtundo obtudi obtusum. Virg. lib. iiii. geor. Profuit & tunsum gallę admiscere saporē. Plyn. tamē libr. xxi. tusum sine n posuit. Hęc tusa cribrataq̄ vino q̄tum possit excellēti. Diome. docet habere duplex pteritū & duplex supinum. s. tutudi tusum. & tunsi tunsum. Significatq̄ tūdere pcutere: pulsare: & in vase aliquo quippiam cōminuere. Plau. in asi. Sed quid hoc q̄ picus vlmū tundit? Colu. lib. ij. Ipsæ aūt spicę melius fustibus tundunt. Et lib. vij. Quibus in vnū tunsis. Refertur interdū ad verba. Ter. in hecy. Tūdendo atq̄ odio effecit. senex id est sæpe dicēdo siue iterando. Et est translatio sumpta a malleo fabrorū sępe percutiente. Huius cōposita sunt: Contūdo: Extūdo: Obtūdo: Pertūdo valde percutio: aut pcutiendo frango. Col. lib. vij. Si forte sarculū calcauerit: acuta testa vel lapide vngulam pertuderit. Idem lib. ix. Sępe euenit vt aluus exitū nō habeat. Itaq̄ pinna pertūditur: & iter digestis cibis prębet. Hinc pertusa vasa dicim⁹: quę nō sunt integra. Protūdo vltra tūdo. Gel. lib. i. Hausti vero & africi ad meridianū orbis circulū: & ad partē axis infimam depressi inferiores: & humiles p suprema æquoris euntis protūdunt magis fluctus q̄ eruūt. Retundo repcutio: rursus frango: hebetem facio: redarguo Lact. lib. iij. Cū fortiter inimicorū impetus retudisset. Et li. iiii. Necesse est verā esse hanc religionē quę & rōnem dęmonū nouit & astutiā intelligit: quæ vim retūdit. i. cōfringit. Col. libr. v. Quod euenit in retuso & crasso ferramento.

¶ Tunetū: siue vt quidā dicūt Tunitiū Scipionis tempore tumulus erat editior: vnde Scipio spectauit Carchedonios ad romanā classem exurendā proficiscētes: nostra tempestate regio libyci ciuitas metropolis est in qua veluti ampliore & magnificentiore consueuit habitare: & Tunisęus rex appellat. Tunetū nō sane ob hanc causam habitarunt q̄ carthagine carerēt a Scipione diruta: cū denuo amplificata fuerit: ex qua velut ex equo troiano manarūt litterarum proceres. Ad cuius celeberrimū gymnasiū Augu. profitet ptendisse. Hanc Eutro. li. iiii. Cōtinuis xvi. dieb⁹ arsisse perhibet. Hæc septingētesimo āno

postꝗ̄ condita erat deleta est. Hęc vt idem auctor ait L. Cęcilio Metello & Tito Flaminio ꝯsulibus in africa iussu senatus reparata est: q̄ nūc manet ānis. xxii. euolutis postꝗ̄ a Scipione fuerat euersa. Abest Tunetū a Carthagine. xii. millia ferme passuū. A tuneto Tunetei dicti sunt: quos Sido. Tunisęos appellat.

¶ Tunica vestis erat apud Romanos breuior & sine manicis: q̄ ꝓpⁱe viris ꝯueniebat. Lōgas vero tunicas fœminis ꝯuenire existimabāt. Vir. Et tunicę manicas & hn̄t redimicula mitrę. Plau. Manuleatā tunicā hr̄e hoīem decet. Dicta ē aūt tunica a tuēdo corpe

¶ Tunico as. pe cor. tunica induo. Var. Hęc lanigeras detunderi docuit tunicareꝗ̄ homulū. Unde tunicati dicūtur tunicas vestiti. Et aliqn̄ etiā expediti et nullā aliā supra tunicā vestē habētes: quales nobiles incedere solent cū ruri sunt. Iuue. Tunicati fucina gracchi. Ad opulentiā latinę linguæ augendaꝫ nihil impedit: vt ait Priscia. formare verba: Tunico tunicor tunicatus.

¶ Turba & rixa idē idē significāt. Est eñ turba pturbatio. Ulp. Turbā appellatā esse Labeo ait ex gn̄e tumultus. Si duo rixā ꝯmiserint vtiꝗ̄ nō accipimus in turba id factū: q2 duo turba nō proprie dn̄r. Si vero fuerint decē aut quindecim hoīes: turba dicet. Turba ergo multitudinis: rixa duorū. Sed q2 multitudo fere nō vacat pturbatione: factū est vt eā quoꝗ̄ appellem⁹ turbā. Ci. Cecinę. Exponerē etiā quēadmoduꝫ hic & quanta in turba viuerem⁹. Teren. Dii vestram fidē quid turbę est apud forū?

¶ Turbella dimi. parua turba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellam fecit.

¶ Turbidus cōturbatus cōfusus nō clarus: tumēs. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidū.

¶ Turbulēt⁹ ꝯmot⁹: irat⁹ turbid⁹: ꝯtētione plenus

¶ Turbo as. cōfundo cōmoueo. Plau. in cap. Adueniens turbauit totū cū carne carnariū. i. ꝯmouit. Teren. in Eun. Nescio qd̄ ꝑfecto absente nobis turbatū est domi. i. innouatū. Hui⁹ cōposita sūt cōturbo. Teren. in Eu. Neꝗ̄ ædepol qd̄ nūc consilii capiā scio: ita cōturbasti mihi rōnes oēs vt eā nō possim suis ita vt æquū fuerat atꝗ̄ vt studui: tradere. Deturbo deorsū violēter deiicio. Exturbo e loco deiicio. extra turbo: expello. Plau. in Cur. Si recte facias phedrome auscultes mihi: atꝗ̄ istā exturbes ex aīo ęgritudinē. Colu. lib. ix. Et in tranquillo cōsistens piscis sedib⁹ suis nō exturbat: disturbo varie turbo: seu dissipando deiicio. Ter. in an. Ne esset nobis spatiū ad disturbandas nuptias. Quintil. Nō eñ discusso alicui⁹ operis angulos aut disturbatos parietes obiicim⁹. Interturbo: obturbo: ab oī parte turbo. Teren. in and. Ita ne vero obturbat? Perturbo valde turbo.

¶ Turbo turbinis ventus cū frigore maximo obiecta quæꝗ̄ deturbās prosterniensꝗ̄ ex depressæ nubis specu. Virg. Et terras turbine versat. Est & turbo genus instrumenti lusorii pueros maxime delectans: a cuius fastigiata & præacuta cuspide. fit turbino as. Tibul. Nāꝗ̄ agor vt per plana citus sola verbere turbo: Quē celer assueta versat ab arte puer. Itē vasculi genus quo pruna & coctana inter saturnalia xeniola missitabant: cuius effigies turbinis in imo angustissima erat: in summo latissima: qualis est figura pyroruꝫ. Item turbo dicitur quicquid forma acuta est. Plynius de Aloe. In turbinibus cadorū. Ouid. Caua buccina sumitur illi Tortilis in latuꝫ quę turbine crescit ab imo.

¶ Turbo onis. ꝓprium nomen Gladiatoris. Horat libr. ii. ser. Corpore maiore rides turbonis in armis.

¶ Turbino as. pe. cor. acutū facio. Plyn. libr. xxxvii. Siquidē & colore trāslucido nō differt & laterū sexanguli læuore turbinatus in mucronē aut duabus contrariis ptib⁹ q̄ magis miremur vt si duo turbines latissimis suis ptib⁹ iungant magnitudine etiā auellani nuclei. Idē. Turbinatior pyris figura q̄ malis.

¶ Turci populi. vide in dictione thussagetæ.

¶ Turdus auis nota: & inter primas a saporis bonitate collocata. Hor. Nil meli⁹ turdo: vulua nil dulci⁹ ampla. Turdariū locus quo turdi alunt ad saginam

¶ Turduli populi hispanię eius quam bęticam nunc Granatam vocant. Et ab incolis Turdetania dicit. Hi etiā turdetani appellantur: q̄uis sint qui eos diuersos asserant.

¶ Turgeo es. tursi. infl. Virg. Torrida iā lęto turgent in palmite gēmę. Hui⁹ ꝯposita sunt Deturgeo: qd̄ est cōtrariū suo simplici. Significat eñ decresco. Ply. Deturgēte nilo musculi repertunt. Obturgeo: circūturgeo. Lucil. Obtursi ebrius: a turgeo fit turgesco. Persi⁹. Nō equidē hoc studeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat dare pondus idonea.

¶ Turgidus inflatus tumēs. Au. li. iii cō. per trāslationē dixit. Ego dedignabar esse cū paruulis & turgidus fastu mihi grandis videbar. Hic fit diminutiuū Turgidulus Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli

¶ Turiones dn̄r teneritates arborū vel arbustorum

¶ Turia nomen fluuii scd̄m aliquos generis mascu. scd̄m Priscianū & Augustinū generis neutri: Vide in Dictione Duria.

¶ Turris a torrendis hostibus dicta est sicut arx ab arcendis. vel ꝙ aspectu torua sit: hoc est terribilis. Fiunt etiā turres ambulatorię: de quibus Vege. lib. iiii. hęc scribit. Turres dicunt machinamēta ad ędificiorū speciē tabulis tabulatisꝗ̄ cōpacta. Et ne tantū opus hostili concremet incendio diligentissime ex crudis coriis vel centonibus cōmunitur quibus pro modo latitudinis addit altitudo. Nā interdum tricenos pedes per quadrū: interdū quadragenos vl' quinquagenos latę sunt: pceritas aūt ipsaruꝫ tanta sit vt nō solū muros: sed etiā turres lapideas altitudine superent. His plures rotę mechanica arte subduntur: quarū lapsu volubili magnitudo tā alta moueat. Præsens aūt periculū ciuitatis est si ad muruꝫ fuerit turris admota. Plures eñ accipit scalas & diuerso genere conat irrūpere. Nā in inferioribus habet arietem cuius impetu destruit muros. Circa mediā vero accipit pontem factū de duabus trabibus septūꝗ̄ de vimine: quem subito prolatū inter turrem murūꝗ̄ construunt & per eū egredientes de machina bellatores in ciuitatē transeūt: & occupant muros. In superioribus aūt turris illius partibus contati & sagittarii collocant: qui defensores vrbis ex alto contis saxis missilibusꝗ̄ ꝓsternant.

¶ Turritus a. um. altus & excelsus: vt domus turrita. i. alta & sublimis & ad turris similitudinē facta: aliqn̄ turrit⁹ dicit turrib⁹ plenus. Vn̄ & turritę vrbes. Et mater deuꝫ cognoiat turrita: q2 terra est q̄ vrbes sustinet. Virg. Quales berecynthia mater Lęta deū partu phrygias turrita ꝑ vrbes.

¶ Turriger gerens turres. Ply. Sed turrigeros elephantorꝫ miramur humeros.

¶ Turricula diminutiuū parua turris. Est ꝛ vasculi genus a turris similitudine: quo iactari tali ludendo solent. Eadē pyrgus ꝛ orca dicitur.

¶ Turarius vicus Romę. Asco. Signū vertumni in vltimo vico turario est sub basilica se flectētibus.

¶ Turma ordo militaris ꝛ equitū est dicta quasi ter dena: ꝙ terdeni equites ex tribus tribubus tatiensiū rhamnensiū ꝛ lucerū fiebant. Cōstabat em̄ ex triginta duob⁹ equitibus: ꝛ qui illi p̄erat: Decurio dicebaꝛ vt Var. ꝛ Vege. tradiderūt. Vel dicit quasi terma e in u. mutata. Vel per onomatopeiā a strepitu vngularū equinarū terrā pulsantiū: vel a terenda terra.

¶ Turmales dicti qui in turma sunt.

¶ Turmatim aduerbiū: per turmas.

¶ Turnus nomē viri ꝓpriū apud Virg. Est ꝛ nomē piscis palustris: ꝛ nomen fluuij.

¶ Turtur pro aue generis tā mas. ꝙ fœ. Plau. Obustos turtures tibi. Virgil. Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo. Pro pisce est generis mas. qui alio nomine pastinaca ꝛ trygon a grecis dicit. In hui⁹ cauda stat radius præsentissimi veneni. Auso. Letalisq; trygon ꝛ bina trygoria corui.

¶ Turunda linamētū ꝛ tenta: alioquin significat id qđ grece ψωλον appellāt ꝛ quasi buccea siue bolus dicat: quē nutrices ingerūt infantib⁹. Turunda hodie vocat acolis padi etiānū placenta focacea.

¶ Turpis deformis. est em̄ cōtrariū pulchro. Transfert etiā ad aīm: vt Turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum. Interdū ponitur pro magno. Virg. Forma bouis cui turpe caput cui plurima ceruix. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Item pro crudeli: vt semper apud Sallustiū.

¶ Tus incensum libamen quo deū veneramur: a tundendis glebis: quia glebę tundunt cū quibus fluens ex arboribus coalescit: auctoribus Prisc. ꝛ Varrone ꝛ Seruio sup primū geor. Alij cū h. scribūt: ἀπὸ τοῦ θύω deriuantes qđ est sacrifico. Nascit in fœlici arabia ꝛ duplici vindemia colligit: quarū prior est circa Canis ortū. Secūda est verno tpe. Inciditur em̄ cortex arboris turiferę: qua maxime videt esse prægnās: et vbi tenuissimus tendit cortex. Laxat hinc plaga: inde ꝓsilit spuma pinguis q̄ cōcreta densat. Probat tus cādore: amplitudine: fragilitate: carbone: vt statim ardeat ꝛ fricet potius ꝙ dentem recipiat. Quidā tus nabatheū vocāt. ꝙ nabathea regio est ab arabia incipiens. Huius arbor libanotus dicitur.

¶ Tureus a. um. Col. li. iiij. Iam tureā plantā maturę ampliatā florentisq; hortos myrra ꝛ croco

¶ Turibulū vas quo tus adoletur.

¶ Turifico as. ture suffio.

¶ Tusculū dimi. a tus. Plau. in Aul. Hoc tusculum emi ꝛ hasce coronas floreas. Et tusculū oppidū latij: sic appellatū: ꝙ aditū difficilem habeat: quasi τοσκυλον. hoc est fatigans: vexans: qm̄ in plato atq; arduo monte erat situ. Hinc tusculani hoīes: ꝛ tusculanus ager. Hęc ciuitas a Telegono Vlyssis ꝛ Circeo filio fundata est: qui per ignorātiā patrē occidit. Ex Tusculo Cato Censorinus ortū habuit.

¶ Tuscia Italię regio celebris a sacrificijs vt qdam arbitrant dicta. Greci em̄ θύειν sacrificare dicūt: vel a thure quo maxime in sacrificijs vtimur: vel a tusculo Herculis filio: qđ veteres grāmatici probant. Vñ ꝛ sine h ab eis scribit. Hæc tyrrhenia dicta fuit a tyrrheno athys filio: q̄ meonia discedens in Italiā venit ꝛ eam partem occupauit: quę ad mare inferū sita ē qđ ꝛ tyrrhenū dr̄. Hęc a liguribus romanisq; finib⁹ cōtingit iugis inaccessis ꝛ difficilib⁹ referta. Ei⁹ fines macra ꝛ tyberis amnes centū ꝛ septuaginta quattuor mil. inter se distāres. In ea scientia faciendorum sacrorū ita floruit: vt romani qui nō seruandę tm̄: sed etiā amplificandæ religionis cupiditate incendebantur: decē principū filios senatuscōsulto singulis Tuscię populis ꝑcipiēdæ sacrorū disciplinę gratia traderent. Longior est illa prouincia ꝙ lata. Ab orientali plaga in occidentalē porrigit. Nā si ab aquilonari in haustralē perambulem⁹ arctis finib⁹ cōtenta est. Ab occidente qua ligurię prima est habet Pisas: Senas ꝛ Lucam ꝛ Florentiā inclytas ciuitates. Ad septētrionem habet vrbem veterem. In meridionali vero littore pesaurū: aretiū: ꝛ asisiū. Et tyber romanus inde labit ex apēnino effluens. Septētrionalis regio cū flaminia iungitur.

¶ Tuscus nomen possessiuū a Tuscia. Unde Tusci qui tusciam habitant.

¶ Tuscus vicus Romę: in quo habitauerunt tusci a Porsena ex obsidione relicta: de quo Hor. in ser. At tusci turba impia vici.

¶ Tuscania oppiduꝫ tuscię prope tarquinios: a quo tuscanenses.

¶ Tussis quę gignit vel ex frigore: vel ex pituita in pulmonē descēdente. Quę si ꝯtinue vexet a Seneca pertussis nūcupatur.

¶ Tussio is: iui. itū. Plaut. in asia. Forte si tussire occœperit sic tussiat: vt cuiq; linguā in tussiēdo nō proferat. Ply. li. xx. Semen eorū cū cumino tritū potūq; in vino tussientibus auxiliatur.

¶ Tussilago herba quæ tussim sedat.

¶ Tute tuipse: a tu format per epenthesim: te correpta. Nam te magis additio est ꝙ ꝯpositio: additurq; dūtaxat ntō: nō etiā alijs casib⁹. Et hoc fit cū ꝓnomē ad eā reuocat ꝑsonā a qua sumit vt cū dico Tu lege: ille respōdeat: cur tute nō legis?

¶ Tutus a. um. ꝛ actiuā ꝛ passiuā significationē habet: vt tuta vbi omnia quę nos defendit: tutus sum ab hostibus: id est munitus: ꝛ sine periculo sum. De hoc vide in dictione securus. Huius compositum est intutus: de quo alibi.

¶ Tuto aduerbiū significat sine periculo.

¶ Tuto as. ꝓtego: defendo. Plau. in merca. Inuoco vos lares diales vt me tutetis. Hiero. in lib. sapi. Et a seductoribus tutauit illū. Tutor aris. depo. qđ Prisci. docet esse cōmune. Hora. in epist. Res italas armis tuteris: moribus ornes.

¶ Tutor nomē verbale: quo is significat q̄ vim ac potestatē habet in capite libero ad tutandū eū qui ꝓpter ętatē nōdū tueri pōt. Hæc aūt ætas secundū Iurisconsul. est vsq; ad pubertatē. i. ad. xiiij. annū. Nam inde vsq; ad. xxv. dantur curatores qui etiā furiosis ꝛ mēte captis dari solent.

¶ Tutela: ipsa potestas iure ciuili data ac permissa: ex qua ipsi tutores nomen acceperūt: quasi tuitores: atq; defensores: sicut Æditui qui ædes tuent.

¶ Tutelaris diuus: quē aduocatū dicimus

¶ Tutorius a. um. qđ ad tutorē pertinet.

¶ Tutanus pen. prod. deus qui homines tueri putabatur. Varro. Tutanum deum Romę omnes qui laborant inuocant.

¶ Tutilina dea. Idem. Quam fidem Tutilina inuo

ro: quę adesse mortalibus soles. Hãc Aug. li. iiij. ciui. dei. Pręesse frumentis collectis atq; reconditis scribit vt tuto seruarentur.

¶ Tutulus ornamentum capitis flaminearũ: ⁊ vitta purpurea innexa crinibus ⁊ in altitudinẽ erecta: q̃ p eã Flaminica a cęteris mulierib⁹ discernebatur.

T ante Y.

¶ Tyana gręca ciuitas: a qua tyaneus dictus ẽ Apollonius philosophus.

¶ Tyber eris. ⁊ tybris is. fluuius Italię: e media fere longitudine Apẽnini Aretinorũ finibus defluens duobus ⁊ quadraginta fluuijs augetur. Primo ab aquarũ colore albula dictus. Deinde tybris appellat⁹ vel a rege tuscorũ huius nominis qui piraticã exercẽs iuxta eũ in bello perijt. Quod etiã sensisse videtur Virg. cum inquit. Asperq; imani corpore tybris: A quo post itali fluuiũ cognomine tybrim Diximus amisit verũ vetus albula nomen. Ouidi. li. ij. fasto. Albula quẽ tyberim mersus tyberinus in vndis Reddidit hibernis forte tumebat aquis. Sunt qui hoc nomẽ trahant a gręco ὕβρις: quę est iniuria. Aiunt enim hunc eundẽ tuscorũ regem circa huius ripas latrocinari cõsueuisse q̃ trãseuntes crebris afficiebat iniurijs: ex quo tybrim cognominatũ fuisse asserũt: quasi esset fluuius ὕβριος. i. iniurię. Ex qua rõne cũ ὕβρις aspiretur: tyberim quoq; cũ aspiratione annotari volunt. Alij volunt eos qui de sicilia venerũt tyberim dixisse ad similitudinẽ fossę syracusanę: quã fecerũt afri ⁊ atheniẽses iuxta ciuitatis murũ. Nã q̃d Liui. dicit ab albano rege tyberim dictũ nõ pcedit: q2 etiã ante albã tybris dict⁹ inuenitur. Sciendũ est secundũ Seru. q̃ hic fluuius in sacris tyberinus dr. In cęnolexia. i. in cõmuni sermone tyberis: ⁊ in poemate tybris. A tyberis fit tyberinus a. um. vt piscis tyberinus: ⁊ tyberina ostia. trãs tyberim transtyberinus.

¶ Tybur siue tyburtũ vrbs ad sextũdecimũ lapidem distans ab vrbe Roma. Hũc Cato Solinus ⁊ alij quidam a Catyllo arcade classis Euãdri pręfecto cõditã scribunt. Ply. vero tyburis originẽ ipsius antiquiorem esse docet: q̃ vrbis Romę: ⁊ extare adhuc tempore suo memoriã silices tres etiã tyburto eius vrbis cõditore vetustiores: apud quas inauguratus traditur fuisse tyburtus: dum vrbẽ esset cõditurus. Sextius gręcus historic⁹ sic habet. Catyllus Amphiarai filius fuit. Hic post prodigialẽ patris apud thebas ante Iliacũ bellũ interitũ iussu dei cũ omni suorũ cętu ⁊ sacris missis tris liberos i Italia pcreauit: Tyburtũ: Coracẽ ⁊ Catyllũ: q̃ expulsis ex oppido haud longe ab vrbe Roma posito veteribus sicanis a nomine Tyburti maximi filij oppidũ vocauerũt. Priscia. tñ cum i latino scribit.

¶ Tyburs tis. generis oĩs: vel hic ⁊ hęc tyburtis: et hoc tyburte: q̃d est ex tybure. Sue. Inchoauit autẽ aquęductũ regione tyburti. Hora. Picenis cedunt pomis tyburtia succo.

¶ Tyburtinus a. um. pe. p. q̃d est ex tyburto.

¶ Tycha fuit (Hesiodo teste) nympha filia Oceani ⁊ Tethyos.

¶ Tydeus cũ accẽ. in prima: fuit filius Oenei regis Calydonię ⁊ Eurybϴę: vir fortissimus: qui Thebanos oẽs ad quodlibet certaminis genus vicit. Inde fit patronymicũ Tytides. Nam Diomedes tytides dictus est qui fuit filius tydei.

¶ Tymoetes fuit regis Priami filius.

¶ Tympanũ instrumentũ ex vna parte planũ membrana clausũ: intus vacuũ: q̃d baculo pulsatur. Eo vti solebant in sacrificio matris deũ. Est ⁊ tympanũ vehiculũ tectũ: vt inquit Ser. siue vt aliqui putãt testudo super radios. Radij dicuntur in media parte rotę. Virg. Hinc radios triuere rotis. hinc tympãna plaustris. Itẽ tympanũ accipitur pro machina tractoria quę rota vocatur: vt Victr. ait ad hauriendã aquã celeritate: q̃d hoibus calcantibus versatur ad hortos irrigandos ⁊ salinas vtile. Ply. lib. xxxiij. accipit p vase escario.

¶ Tympanista q̃ tympanũ pulsat. Tympanistria vero mulier tympanũ pulsans. Sido. lib. i. epistolarum. Tympanistria psaltria canit.

¶ Tympanizo as. tympana pulso. Sue. de Aug. Et assensu maximo cõprobauit versum in scęna nunciatũ de Gallo matris deũ tympanizante: videsne vt cinędus orbem digito temperet.

¶ Tympanites pe. pro. genus hydropisis est.

¶ Tymber nomen viri: ⁊ nomẽ fluminis.

¶ Tymbra troadis cãpus: p quẽ fluit tymber fluui⁹ in scamãdrũ. Ibi ⁊ templũ tymbrei. Apollinis est At thymbra cũ h herba aromatica. Virg. li. iiij. ge. Grauiter spirantis copia thymbrę.

¶ Tyndarus fuit oebalię rex pater Castoris ⁊ Pollucis Clytẽnestrę ⁊ Helenę. Hinc tindarides ⁊ tyndaris patronymica.

¶ Typhon onis ⁊ typhos typho. ⁊ typhoeus ei. dictio trisyllaba: eu. diph. in vltima habens. Inde Typhois idis. vnus e gygantibus terrę ⁊ Titani filius cui⁹ prima corripitur. Sen. Nõ tã ferũ typhone neglecto Ioue irata tellus edidit quondã parens. Lucan. Cõditus inarimes ęterna mole typhoeus. Qñ vero deriuatiuũ est diuisa diph. pnunciatur. Virg. Nate patris summi q̃ tela typhoea temnis. Est ⁊ typhon vẽtus turbulẽtus a typhone dictus: ⁊ capitur p fulgure: typhonas etiã vocãt fumigãtes globos ⁊ figuras quasdã nubiũ metuẽdas: ⁊ ibi prima pducitur.

¶ Typus latine dici põt forma: figura: adumbratio exemplar. Hinc protypa dicta sunt opera quę añ typos facta sunt. Ectypa: q̃ ex ipsis sũt formata. Archetypus prima ⁊ principalis forma. Plyni. Dibutades primus personas tegularũ extremis imbribus imposuit: quę inter initia protypa vocauit: postea idẽ ectypa fecit.

¶ Tyrãnus per duplex nn. apud veteres in bonam partem dicebatur dominus qui plenã habebat in subditos potestatem. Vñ Trogo teste. Quęq; ciuitas et gens rerũpu. imperiũ ab initio penes reges habebat quos ad hmõi fastigiũ maiestatis nõ ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio puehebat: q̃ ⁊ tyrãni ob fortitudinẽ vocabantur. Vñ Virg. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni. Sed crescẽte malitia cũ supbe reges regnare cępissent: tyrãni nomen ad illos solũ restrictũ est: q̃ per insolẽtiã imperij viribus abutebantur. Quidã etiã tyrãnos dici putãt a tyrrhenię gentis pcipua crudelitate.

¶ Tyrãnis idis. sęuũ ac violentũ imperiũ. Iuuena. Quid vero tã sęua crudaq; tyrãnide fecit.

¶ Tyrãnicus a. um. q̃d est tyrãni:

¶ Tyrãnice crudeliter: violenter.

¶ Tyrãnoctonus latine dr tyrãnicida: qui tyrãnum

occidit a tyrãno: & κτειρω interficio: quẽ an liceat interfici legat. Ci. li. 3. offi. Nã nomẽ ipm declarat quid mereat cũ a tyrijs supbissime & iniquissime dñãtib⁹ sit deductũ: vel a verbo p metathesin litterarũ quod significat lacero: itero: interimo. De bonis non loquimur si reperiantur.

¶ Veteresco idem qđ vetustesco. Col. lib. ii. Aptior tū est surculis hois vrina quā sex mensibus passus veterescere si vitibus aut pomorū arboribus adhibeas. Hinc componiẗ inueteresco: qđ est valde vetus fio: seu valde in consuetudinē venio. Nigidius differentiam ponit inter vetustescere & veterescere: ꝙ quę vetustate deteriora fiunt vetustescere dicanẗ. Veterescere quę meliora: Sed Col. lib. vii. docet veterescere siue inueterescere nō semp in melius dici. Sed si iam inquit inueterauit morbus vehementioribus est opus remediis. Sed de inuetero supra habitū est.

¶ Vetero as. vetus reddo: a quo veteresco vbi a mutatur in e. Et compositū inuetero: a quo inueteresco.

¶ Veterator auctore Donato est homo astutia vetus et in omni re callidus a multarū rerū gerendarū vetustate. Est aūt nomē verbale qđ a vetero & a veteresco venire posse videtur: vt cum in passiua significatione positū est a veteresco pro veteratus accipiaẗ: quasi senex factus: vt Vlp. Præcipiunt ędiles ne veterator pro nouitio vęneat. Veterator vero a vetero idem est qđ deceptor: quasi vulpes: quis pro veteratore in astutia etiā sumi possit: vt est illud. Terent. in and. Quid hic vult veterator sibi?

¶ Veteranus quandoq; veterē significat. Unde veterana mancipia quę a nouiciis destinguunẗ. Veterana quę anno continuo seruierūt in vrbe. Nouicia intelliguntur quę anno nondū seruierūt. Aliqñ legionarium vel eum qui honeste aliquando militauit et iam est a militia absolutus.

¶ Veteraneus a. um. qđ est vetus. Col. Si sint veteranæ vineæ vt separatos sulcos cuiusq; gñis per singulos hortos inseremus.

¶ Veterina animalia dicunẗ ad vecturā idonea quæ aliquid vehere possunt quasi venterina ꝙ ad ventrem onus religatū gerant. Ply. Ungulę veterino tantū generi renascuntur.

¶ Veterinarius qui veterinorū curam gerit: & veterina ducit qui apud nos cōsueuit etiā illa locanda domi nutricare ad quęstū. Unde equos mulos asinos meritorios vocitamus. Col. Nā & arator reperiẗ aliquis bonus & optimus fossor: aut fœni sector: nec minus arborator & vinitor: tum etiā veterinarius & probus pastor. Et Veterinarii medici sunt veterinorū: hos nūc vulgus Merescalcos appellat. Colu. lib. vii. Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ quas ranas veterinarii vocant.

¶ Veterinarius a. um. quod ad veterinariū pertinet Col. lib. viii. Quare veterinarię medicinæ prudens esse debet pecoris magister.

¶ Veteramētarius sutor Calcearius qui veteres calceos reficit Eaq; forma dr̄ veteramentarius: qua ab armento armentarius: a ferramento ferramētarius Sue. de Vitellio. Cassius seuerus nec minus alii eundem & sutorē veteramentariū prodiderunt.

¶ Vetulonū seu vetulonia locus in ethruria.

¶ Veternus morbus ex nimio ocio perpetuū somnuz inducens. Hunc Auicenna & medici recentiores subetum siue subetiā. Græci lethargū nomināt. Et quia hic morbus pigros hoies facit & ad negocia inutiles: quemadmodū senectus. Ideo veternus quādoq; pro pigritia poniẗ. Verg. lib. i. Georg. Nec torpere graui passus sua regna veterno. Quandoq; pro nimia dormitione. Ply. Primis diebus bis septenis tam graui somno vrsi premunẗ: vt ne vulneribus quidē excitari queant: tunc mirum in modū veterno pinguescunt. Hinc veternosus qui graui premitur somno. Cato vero veternosum appellat hydropicū cū inquit. Veternosus ꝙ plurimū bibit tam plurimū sitit. Teren. Eunuchum veternosum quia segnis est quasi veternum patiatur.

¶ Veto as. aui. atum. & Veto tis. tui. titum. pe. cor. significat prohibeo: & ne quid fiat impero. Unde in actibus apostolicis. Vetati sunt a spiritu sancto loqui verbum dei in asia. Sed in raro vsu est talis locutio. Liuius lib. ii. Illi victi ira vetuere reddi. Ouid. Nitimur in vetitū semp cupimusq; negata.

¶ Vexo as. agito: molesto: perturbo: & huc illud distraho. Tractū ab eo qđ est veho in quo inest iam vis quędam alieni arbitrii. Nō enim sui potens est: qui vehiẗ Vexare autez vi: atq; motu proculdubio vastiore est. Nā qui huc illucq; trahitur: hic vexari ꝓpŕie dr̄: sicut taxare pressius crebriusq; tangere. Iactare multo fusius largiusq; iacere. Quassare etiā ꝙ quatere grauiꝰ violentiusq;. Verg. Candida succinctā latrātibus inguina monstris Dulichias vexasse rates. Lactan. de ira. Et iusti ab iniustis impune vexanẗ. Huius composita sunt Deuexo valde vexo. Diuexo varie vexo. Lactan. lib. xii. Ut si forte tamen fuerint boni prædæ sint sceleratis: ac diuexenẗ vndiq; ab iniustis.

¶ Vexillum quasi paruū velum: et accipitur pro signo quo in exercitu aut classe imperatores vtuntur. Unde vexillifer.

¶ Vexillarius qui vexillū defert. Liui. lib. viii. Ordo sexagenos milites: duos centuriones: vexillariū vnū habet.

V ante F.

¶ Vfens fluuius qui labiẗ propontinas paludes qui etiā Aufentū a quibusdā dicitur.

V ante I.

¶ Via dimidius actus qua potest ire vehiculū. Via inquit Paul. Constitui vel latior octo pedibus: vel angustior pōt: vt tamen eum latitudinē habeat qua vehiculum ire pōt alioquin iter sit nō via. Abusiue transumitur pro omni loco per quē habere iter oībus licet. Ply. Cum te de via vocassem. Aliquando sumiẗ pro ipso actu eundi. Cic. Cūq; de via languerē & mihimet displicerē. Aliqñ pro ratione. Verg. Inueni germana viam gratare sorori. Aliqñ pro consuetudine. Terēt. Sed via puulgata patrū quotidie accusabam. Dicta via ab eundo quasi ia: ꝙ per eam eatur: vel a vehendo quasi veha: ꝙ per eam fructus ad villam vehunẗ: vel per quā vehiculū ire pōt. A via fiunt adiectiua Auiꝰ: Inuius: Obuius: Dubius: Peruius: Præuius: Deuius: Biuius: Triuius: Quadriuius: Semita quasi semis via. id est angustior via.

¶ Viam facere est locū vbi nō erat via aperire. Viam munire est reficere expurgare. Interdū lapidibꝰ sternere: qđ proprie sternere viam dicimus. Ci. Ideo ne appius ille secus viā muniuit: nō qua populꝰ vtereẗ:

sed posteri sui latrocinarent̃. Hoc etiã verbo per trãslationẽ vtimur de corporeis ad incorporea. Quintil. Propterea ꝙ plurimi auctores ꝙuis eodẽ tenderent diuersas tamen vias munierunt: ⁊ in suam quisq; induxit sequentes.

¶ Viator qui viat: hoc est iter facit. Amb. Est bonus viator qui dispendiũ regressionis reliqui itineris cõpendiosa celeritate compensat. Et viatores dicebant̃ qui magistratibus parebant: eo ꝙ plerunq; euocabãtur ex agris hoies ad magistratus: ⁊ frequẽs eorũ ab agris ad vrbem via erat. Col. in prefa. Illis temporibus proceres in agris morabant̃: ⁊ cũ consiliũ publicũ desyderabat̃ a villis arcessebant̃ in senatũ: ex quo qui eos arcessebant viatores nominati sunt.

¶ Vio as. aui. atum. significat iter facio. Unde viator qui viat.

¶ Viatorius a. um. qd̃ ad viam pertinet. Unde viatorium vas quo iter agentes ferendi potus gratia vtũtur. Ply. vasa viatoria ex taxo vinis in gallia mortifera fuisse compertũ est

¶ Viaticũ dicitur quicqd iter agendi causa necessarium est siue cibus sit: siue pecunia ad victũ expendenda grece εφοδιον dicitur. Plau. in cap. Sequere me viaticũ vt dem a trapezita tibi. Aliquando capit̃ pro facultate seu apparatu. Q. Claud. in annalibus. Simul forma factis eloquentia dignitate acrimonia cõfidentia pariter precellebant: vt facile intelligeretur magnũ viaticũ. i. magna facultas: magnus apparat⁹ Huius diminutiuũ est Viaticulum. Apul. lib. vii. de Asi. Viaticulum mihi corrasi.

¶ Viaticor aris. viaticũ paro. Plau. in Menæ. Viaticati hercle æstiue sumus.

¶ Vibex icis. pe. pro. signũ verberis in humano corpore remanens ꝙ vi fiat. Ply. lib. xxx. Verberũ vulnera atq; vibices pellibus ouium recentibus impositis oblitterant̃. Persius. Si puteal multa cautus vibice flagellas.

¶ Vibii populi trans rhenũ quos voluntarios agrippa in citeriorẽ ripam transtulit.

¶ Vibro as. moueo: ⁊ quasi vi agito. Verg. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Per translationẽ vibrare significat vocem in cantando crispare.

¶ Vibrasse seu vibrissi sunt pili in naribus hoim ꝙ his euulsis caput vibretur.

¶ Vicem ⁊ in ablatiuo vice solum in singulari. In plurali habet oẽs casus. Dicte sunt vices: vt quidã aiũt: aut ꝙ veteres pro pugnis vsurpabant: quoniã per vicissitudinẽ pugnetur. Plau. Vices eius memorat ⁊ cicatrices denudat. Item pro pœnis ⁊ incõmodis: ꝙ vi fiant. Hor. li. i. car. Vicesq; superbæ Te maneãt ipsum. Quoniã vero per vicissitudinẽ pugnari solet: factum est: vt vices pro alternatione capiamus. Interdũ pro periculo. Verg. Nec tela nec vllas Vitauisse vices danaũ. Quñq; pro loco. Hor. Vtar vice cotis acutũ Reddere que ferrum valet exors ipsa secandi.

¶ Vicissim aduerbiũ significat per vices siue alternatim; vt vicissim incumbũt oneri. i. modo vnus modo alius incumbit oneri. Verg. Nos tamẽ hæc quocũq; modo tibi nostra vicissim Dicemus. Quod vernacula lingua dicimus. La volta nostra. Quñq; significat secundo loco siue econtrario. Cic. in Lel. Sed ego admiratione quadã virtutis eius ille vicissim opinione fortasse nõ nulla quã de moribus meis habebat: me dilexit. Plau. in Cur. Pro etiã siue vt ita dicam respondenter posuit. Sed cũ adhuc naso odos est obsecutus meo: da vicissim meo gutturi gaudiũ. Similiter Cic. Apio pul. Hoc ego meo facto delector. Nihil eñi potuit fieri amantius consydera nunc vicissim tuum.

¶ Vicissatim per vices. Plau. in pe. Ad argumẽtum nunc vicissatim volo remigrare.

¶ Vicissitudo alternatio. Ci. Luceio. Nihil est apti⁹ ad delectationẽ lectoris ꝙ̃ temporũ varietas: fortune vicissitudines. Item significat responsionẽ qd̃ vulgo dicitur Contracambiũ. Amb. Et pro hoc opere quasi vicissitudinẽ a deo postulans adiecit. Tu aũt dñe ne elonges ⁊c. Dicitur etiã vicissitas. Actius. Vicissitatemq; imputandi tradit.

¶ Vicarius ria. rium. qd̃ vicem alicuius gerit. Quintilia. Vicariã ei operã impendi. Ci. Vicaria solutio rerum creditarũ. i. vicem reddens.

¶ Vicia genus grani a vinciẽdo dicta ꝙ capreolos habeat: vt vitis quibus sursum vorsum serpit. Etẽ scapum lupini aliumve calamũ ad quẽ hæreat id solet vincire: vel dicitur a greco: qd̃ illi βικιον neu. gñe. Plyn. lib. xviii. Nascuntur in vicia cochleæ minute erodentes eam.

¶ Viciarius a. um quod ad viciam pertinet: vt cribrũ viciariũ apud Colu. lib. ix. Idem lib. xii. substantiuũ posuit cum ait: hoc eodem tempore stercoris pars in prata egerenda: pars oleis inspergenda: tum etiã viciaria diligenter facienda.

¶ Vicus pars vrbis est qui ex multiplicatis domibus fit: ⁊ ex pluribus vicis vrbs constat. Diuiditur enim vrbs in vicos: quasi in membra minora. In oppido vicus: a via (vt inquit Varro) ꝙ dextera parte vie ædificia. In vrbe fiunt vici cõnexis ⁊ cohẽrẽtib⁹ edificiis Unde Romæ Vicus cyprius. Vicus africus. Vicus sceleratus nominati. Vicus qui exitũ nõ habet angiportus dr̃. Et hic vicus vrbanus appellat̃. Est etiam vicus paganus si plures simul ville que pagi dicunt̃: hoc est plures rusticane domus coniuncte sint. et aliquo spacio remote ab vrbe: dummodo nõ sint clausæ mœnibus: quia tunc castella vocarent̃. Huius dimi. est Viculus ⁊ accipit̃ pro pagis ⁊ rusticanis domibus Hier. in pentate. Ceperũt viculos ⁊ possederunt habitatores.

¶ Vicani pe. pro. dicunt̃ qui vicos habitant.

¶ Vicinus qui eundẽ colit locũ: ⁊ qui prope domũ nostram habitat.

¶ Vicinitas vicinorũ propinquitas: ⁊ aliquando vicinorum multitudo: vt laudanda est vel potius amanda vicinitas.

¶ Vicinia locus vicinus seu ipsa vicinitas. Aug. li. x. ciui. dei. Id animaduersum est ab eis qui aderant ꝙ̃uis in mortis vicinia curiosissime attentis vtrum ne philosophus turbaret̃. Amb. Splen cũ iecore habet viciniam fructuosam.

¶ Viciniũ idem qd̃ vicinia. Hie. Veni ad vicinia terre sancte. Aug. lib. xviii. ciui. dei. Hoc aũt diluuiũ nequaq̃ ad egyptũ: neq; ad eius vicinia peruenit.

¶ Vicatim aduerbiũ significat per varios vicos. Plyni. Mesopotamia tota assyriorũ fuit vicatim dispersa preter babilonia ⁊ Ninum.

¶ Victima pe. cor. que post victoriã dextra victrice immolabat̃. Ouid. Victima que dextra cecidit victrice vocat̃: vel dicta est ꝙ vincta ad aras ducebat̃.

¶ Victimarius qui victimas emebat vt cẽderet. Ply. Unde victimarii negociatores vili mancipio.

¶ Victito as.pe.cor.nõ est frequentatiuũ. Nõ eñi significat frequẽter viuo sed vescor: ⁊ quasi victu vtor: vt sarmatę lacte victitãt. Fit a victo as.frequẽtatiuo ¶ Victus us.a viuo significat genus vitę etiã quantum ad mores. Ulp.de ver.sig. Victus verbo continentur: quę esui potui cultuiq; corporis quęq; ad viuendũ homini sunt necessaria. A quo cõuictus simul victus: cũ plures simul viuunt. Victus a.um.participiũ a vinco vincis. vt Pompeius victus est a Cęsare. Cuius contrariũ est Inuictus pro forti qui vinci nõ potest. Aliquando dr inops voti. Nã quomodo victores dicimus voti cõpotes qui quod volunt faciũt: sic victos voti impotes qui nõ possunt facere qd volũt. Verg. Veteres migrate coloni Nunc victi tristes.

¶ Victualia dicunt ea quę ad victũ pertinent. Amb. de apibus Cernas oẽs certare de munere alias intelligere quęrendo victualia: alias solicitã castris adhibere custodiam.

¶ Victurus ⁊ a viuo ⁊ a vinco participium est. Salu. Pyrrhus ille rex an. M. Curius prælio victurus esset. Cic. Nemo est tam senex qui se annũ nõ putet victurũ

¶ Victor qui vincit. Est ⁊ propriũ nomen.

¶ Victoriosus vincere assuetus.

¶ Victoriatus gñs nummi argenti: q victorię nota signatus esset Qui lege Clocia percussus est.

¶ Victricus pe.cor.est vir matris ex alio viro natus: qui priuigni vocant. Nã victricus ⁊ priuignus inter se opponunt: vt inquit Modesti. Sue. Victrico vero martio philippo consulari multũ dissuadente.

¶ Video es.vidi sum.qd ⁊ Vido vidis dr: pertinet ad oculos. Vergil. Quęq; ipse miserrima vidi: ⁊ quorum pars magna fuit Quandoq; adiicit video oculis meis. Verg. Aut quibus hęc oculis aspicis ista lege: sic etiã greci: vnde illud habrahę και ανοβλεψας αβρααμ τοισ οφθαλμοισ αυτου ειδεν και ιδου κριοσ εισ κατεσχομενοσ των κερατων εμφυτω σαβεκ και επορευθη αβρααμ και ελαβε τον κριον. Transfertur etiã ad animum. Ouid. Video meliora proboq; Deteriora sequor: vnde prophetę appellabant videntes quia videbant eũ quem cęteri nõ videbãt. Reuela inquit dauid oculos meos ⁊ cõsiderabo mirabilia de lege tua. Utimur quoq; hoc verbo etiã in cæteris sensibus cũ eos ad cognoscendũ intendimus. neq; eñi dicimus. Audi quantum rutilet: aut olfac quantum niteat: aut gusta quantum splendeat: aut palpa quantum fulgeat. Videri eñi dñr hęc oĩa. Dicimus aũt nõ solũ vide quantum luceat: qd soli oculi sentire possunt sed etiã vide quid sonet: vide quid oleat: vide quid sapiat: vide quantum durũ sit. Ideoq; gñalis experientia sensuũ concupiscẽtia oculorũ vocat: quia videndi officiũ in quo primatũ oculi tenent etiã cęteris sensibus sibi de similitudine vsurpant cũ aliquid cognitionis explorant inquit Aug. lib.x.con. Unde dicimus hoc verbũ transferri ad animũ: ac quandoq; poni pro cauere curare prouidere cõsyderare. Teren. Vide quo me inducas.i.animaduerte ⁊ cõsydera. Plau. Tu domi videbis.i.parabis. Dicimus etiã vide tibi.i.prouide. Teren.in phor. Recte mihi vidissem: ⁊ senis essem vltus iracundiã. Huius verbi cõposita sunt Circumuideo vnde ⁊ circũuiso. Plau.in am. Sed angues oculis oẽs circũuisere. Euideo: clare ⁊ expresse video: a quo Euidens. Euidenter quę in frequẽtiori vsu sunt. Præuideo ante video. Prouideo puideo pfecte video. Hiero. Peruides igitur q nõ solum in esu: sed ⁊ in sepulturis et in connubiis: ⁊ in omni cõuersatione vnaquęq; gens suo ritu victitet. Transuideo aliquid per corpus perspicuũ video. Inuideo. A video fit viso: a quo fit visito frequentatiuũ. Est ⁊ videor deponẽs. At tu mihi videris vir probus.

¶ Vide quid agas prouerbiale qd solet dici his qui magna aggrediuntur.

¶ Vidisti multũ: hoc est fuisti multũ cautus.

¶ Viderit Epicurus.i.videat: hoc est huius rei illi cura sit: vel huius opinionis rationẽ reddat: nõ ego. Sic accipienda sunt. Tu videris: vos videritis. Illi viderint modus loquendi minatorius.

¶ Videlicet aduerbiũ confirmãdi quasi videre licet. Terenti.in adel. Videlicet hoc audiuit: hoc est certe hoc audiuit. Sallu. Vos de parricidis quid statuatis cunctamini. Videlicet cętera vita illorum huic sceleri stat: verũ parcite dignitati lentuli.

¶ Vidua dicta est quasi valde idua ab iduũ die qui mensem diuidit: hoc est a viro diuisa. Hinc Viduare diuidere.

¶ Viduo as.diuido seu priuo. Hier.cõtra Ioui. Potest eñi accidere vt anus primo marito in extrema senectute viduet. Viduus priuatus diuisus. Hora.lib. car. Voce dum terret viduus pharetra Risit apollo. Cic.lib.ii.tus. Sic me ipse viduus pestes excipio anxias.i.priuatus.

¶ Viduertas apud Catonẽ calamitas dicitur:

¶ Vieo vies vieui etum. Hor.in epo. Quis sudor vietis ⁊ quantum malus vndiq; membris crescit odor. Est autem viere ligare inflectere quia victis virgis ligare possumus quodlibet. Unde vietus mollis languidus flexibilis sine vi. Var. de oporothecis. Ne cũ humorẽ amiserint ptinaci vento mala vieta fiant .i. flexa et obliqua facta. Plau.in menæ. Viden tu illi oculos viere: vt viridis exoritur color.i.in obliquũ flectere. Unde vietos rotarũ cantus ⁊ ligna cõtorta dicimus.

¶ Vietores qui vasa vinaria religant stipantq;.

¶ Vigeo es.gui.viuo siue potens aut in vigore sum. Lactan.lib.vii Qui de deo nõ facile est cõprehẽdere quomodo vigeat sine corpore: Cic.lib.i.tus. Multaq; sæcula postea sic viguit pythagoreorũ nomen vt nulli alii docti viderentur.

¶ Vigor firmitas robur.

¶ Vigesimus a.um. fit a viginti: vt vigesimus annus est ex quo litteris operam dedi.

¶ Vigesima æ.tributũ seu exactio: sicut decima. Vigesimariũ aurũ a Liuio dr qd ex vigesimis exigebatur.

¶ Vigiliæ nocturnæ sunt: excubię diurnę pariter ⁊ nocturnæ. Hiet.in Ser.ad fratres. Hęc ⁊ hmõi tanta ac talia ideo sancti illi cecinerũt ⁊ scripta reliquerũt: vt nos eorũ posteri patribus excitaremur exẽplis ad celebrandas etiã noctibus salutis nostrę excubias. Sciendum vigilias militares in quaterna horarũ spacia diuidi ita vt prima secũda tertia ⁊ quarta vigilia dicat factus est Cæsar. Ubi per exploratores cæsar certior tres iam ptes copiarũ Heluetios id flumẽ traduxisse: quartamq; fere partẽ citra flumẽ ararim relictam esse: de tertia vigilia cũ legionibus tribus ex castris profectus ad eã partẽ peruenit quę nondũ flumẽ transierat. Interdũ vigilię dicunt ipsi custodes qui vigilant Sal. Et ab incendio intelligebat vrbem vigiliis munitam. Interdũ vocant profesti dies q vigilare ante diem festũ mos est in sacrificiis faciẽdis: ⁊ sacris hymnis cantandis.

¶ Vigil dr qui nõ est torpens quales sunt dormientes

sed qui in vigore suo est: a quo puigil q̄ assidue vigilat et qui diligens et industrius est. Et vigil nocturnus custos qui ⁊ excubitor dicit̄: a quo prefectus vigilum vocatus est.

¶ Vigilo as. nō dormio: p translationē diligenter audio. Iuue. Sed vigilat cōsul. Itē. Vigilare ē studiū ⁊ diligētiā adhibere. Vñ inuigilare ē alicui rei incūbere. Euigilare expergisci ⁊ ad aliq̄d agendū intētuz eē. Peruigilare ad finē vigilare: Aduigilare iuxta vigilare: sollicitare / cogitare ve. Ter. in An. Nā satis credo si aduigilaueris ex vnis mihi geminas ꝯficies nuptias. Hinc Vigilātia q̄ plerūq; p diligētia ponit̄. Idem in adel. Vigilantiā tuā mihi narras.

¶ Villa domus extra vrbē: casa villatica ⁊ suburbia: q̄ habitādi causa ꝯstituta est. Domus pprie in vrbe ē. Ply. Modus hic pbat̄: vt neq; fundus villā: neq; villa fundū querat. Cic. lib. i. de ora. Quin tu igit̄ facis idē qd̄ faceres si in aliquā domū plenā ornamentoruz vel in villā venisses. hec penoꝝ lingua magar appellatur. Unde ville magalia appellantur. Dicta villa a vehēdo: quasi vehilla: q2 in eā fructus ꝯuehebāt ex agris. Cuius dimi. est Villula.

¶ Villicus pe. cor. pprie ville gubernator: vel q̄ pest pagi ⁊ totius rei rustice cure: vñ a villa villicus nomē accepit. Var. lib. i. de re rust. Villicus agricolendi cā ꝯstitutus atq; appellatus a villa: q2 ab eo in eā cōuehunt̄ fructus ⁊ vehunt̄ cū veneūt: a quo rustici etiaz nūc quoq; viaz vehaz appellāt pꝑter vecturas: ⁊ vellam nō villā quo vehunt ⁊ vñ vehunt. Oeconom⁹ aūt tam pecunie q̄ȝ frugū ⁊ oīm que dn̄s possidet dispensator est. Ponitur tamen quandoq; villicus pro rustico agricultore. Hora. Villice syluarū ⁊ mihi me reddentis agelli. Col. lib. xii. Villicus semp caueat ne improuidus ab opere vincatur. Res est agrestis insidiosissima cunctanti.

¶ Villico as. ⁊ villicor depo. significat rusticor. Pōpo. Ego rus eo: vt aliquot dieb⁹ villicer. Ter. i hecy. Hic villicor aū vrbē. Aliqñ villicari est ville pesse. Pōpo. Longe ab vrbe villicare quo herus rarenter venit: nō villicari: sed dn̄ari mea est sententia. Hinc villicatio ipsa rustica negociatio vel ville dispēsatio: vt in euangelio. Redde rōnem villicationis tue.

¶ Villaticus a. um. qd̄ ad villam pertinet. Vñ villatica pastio dr̄ alimentū qd̄ ptinet ad aīalia muta q̄ ruri nutriunt̄: vtpute pecudes: aues: pisces. Sic dicitur villaticus canis qui in villa tenetur.

¶ Villanus qui in villa habitat. Unde ⁊ semiuillanus semirusticus.

¶ Villaris ⁊ hoc villare: sicut villaticus. Plyn. libr. x. Villaribus gallinis ⁊ religio inest: inhorrescūt edito ouo excutiuntq; sese.

¶ Vile adiectiuū: quod quidā a villa deducūt: vna littera abiecta: q2 oīa in villa viliora sint q̄ȝ in vrbe. i. minori pretio vendantur. Vile eīm pprie dr̄ qd̄ paruz valet. Cuius ꝯtrariū est carum. Ponit̄ interdū p abundanti: q2 oīe quod plurimū abundat vile est. i. paruo p̄tio venditur. Verg. lib. i. ge. Si vero viciamq; seres vilemq; fasellum.

¶ Vileo es. vilis sum: a quo vilesco vilis fio. August. Ipse est deus qui per vniuersam creaturā quotidiana miracula facit: que hominibus non facilitate: sed assiduitate viluerunt. i. vilia facta fuerunt.

¶ Vilito as. pe. co. vile facio. Turpil. Et querar tua vitia que te vilitant.

¶ Villus pilus. Mar. Calfaciūt villi pallia nostra mei

¶ Villum diminutiuū a vinū: sicut vllus ab vnus.

¶ Vimen omne virgultū molle ⁊ ad ligandum aptum quasi vincimen. Col. Nec refert cuius generis vimē feras dum sit lentissimū. Ply. Et alie arbores virgas sequaces ad iuncturas lentitie: alie pretenues viminibus texendis spectabili subtilitate. Fiunt aūt vimina ex populorū virgis vlmi: ⁊ sanguineorū fruticū ⁊ betule ⁊ vitis ⁊ coryli intorte: ⁊ salicis que principatum obtinet. Hinc vimineus ea. eum. quod est ex viminei vt vasa viminea.

¶ Viminale quod est ad ligandū aptum: seu qd̄ pertinet ad vimina. Ply. Hec est viminalis cultura. Viminalis collis dictus est Rome q2 ibi viminū sylua fuit: vel a Ioue vimineo q2 ibi are sint: a qua et viminalis via que ad viminalem collem ducebat Eadem Numētana a numentano agro.

¶ Vinco is. vici victū supero. Per translationē ponit̄ pro exprimo ⁊ quasi difficultatem rei dicendo supero. Verg. Nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum q̄ sit. Item p animi cōpos fio. Idem lib. iii. Ge. Illi victor Ego ⁊ tyrio cōspectus in ostro. Cōposita huius verbi sunt. Cōuinco: Deuinco: Euinco: ⁊ Prouinco. Deriuata sunt. Victor: Victrix: Victoria: Victoriosus: ⁊ Victima. Vincibilis qui vinci potest. Colu. lib. iiii. Graue terrā vix vlla cultura vincibilem.

¶ Vincio is. xi. ctū. cum n ante c. significat ligo quasi vim inicio. Verg. Purpureoq; alte suras vincire cothurno. Huius cōposita sunt Deuincio valde vincio. Ci. Maxima mecū familiaritate deuinctus. Reuincio. Gel. Videbamus androclū ⁊ Leonē loro tenui reuinctū vrbe tota circū tabernas ire.

¶ Vincula ⁊ per syncopen vincla dicuntur ligamina. Col. lib. 3. Salix humida loca desyderat. genista etiā sicca vtreq; tamē circa vineā serunt̄: cum palmitibus idonea prebent vincula. Et per translationē dr̄ Carcer in quo noxii vincti seruantur.

¶ Vinctus ligatus et aliqñ captiuus dr̄. Unde etiam quandoq; pro seruo sumit̄. Seneca. Qui vnus erat e vinctis cesaris mox libertate donatus est.

¶ Vindex proprie vltor iniurie. Et qui alterius causam suscipit vindicandā: vt quos nunc procuratores vocamus. Et vindex qui se ex seruili conditione in libertatē vindicat: a vindicio seruo ex vrbe Setia: qui quoniā coniurationē de reducēdo. Tarquinio detexit liberatus est: vt inquit Liui. lib. i. Hinc ⁊ vindicie dicunt̄ sentētie que in libertatē asserunt.

¶ Vindico as. pe. cor. pprie vlciscor. Unde vindicta. Amb. Nō vltionē querebat eo vsq;: vt dicēti sibi Saruie filio q2 vindicare in eū vellet nō permisit. Et vindicare est ab iniuria cōtumelia ve aut damno defendere liberare. Ci. Et est senectus natura loquacior ne ab omnibus eā vitiis videar vindicare. Liui. libr. iii. A cuius crudelitate vosmetipsis armis vindicastis. Itē protrahere ⁊ in libertatē asserere. Unde vindicta virga qua serui libertate a pretore donabantur.

¶ Vindicta: vltio aliqñ libertas: siue virga qua serui libertate donabantur. Nā faciendi liberi tres partes sunt. Una vt censu liber fiat. Censebant̄ eīm antiquitus soli ciues ro. Si quis eīm consentiēte vel iubente dn̄o nomen detulisset in censum: ciuis romanus fiebat et seruitutis vinculo soluebat̄: altera pars adipiscende libertatis que vindicia vocabat̄ scȝ virgula quā pretor manumittendi serui capiti imponēs eundē seruum in

Et

libertatē vindicabat dicens quędam verba solennia. Atq; ideo illa virgula Vindicta vocabat. Tertia ps faciendi liberi est si quis suprema voluntate in testamenti serie seruū liberū scripserit.

¶ Vindelicia prouincia Europę: sicuti a Ptol. lib. iii. scribit. Est aūt inter rhetiā quā habet ob occasu ꝛ Noricū ab oriente. Eam lycius amnis disterminat a rhetia. Enos fluui⁹ diuidit a Norico. A septētrione Danubio terminat. A meridie alpibus supra Italiā extensis. Eius ciuitas insignis fuit Augusta vindelica vindelicos vicit Drusus: in cuius laudē cecinit Hor. Videre rheti bella sub alpibus drusum gerentē vinde

¶ Vinea locus vitibus cōsitus a vite multa. Vi (lici. nearū tria sūt gña. Jugata: humi proiecta ꝛ Arbusti ua. Est etiā vinea instrumentū bellicū ex lignis cōpactum latū pedibus octo: altū septē: longū sexdecim: tectum duplici ligno: cratibusq; contexit: latera quoq; vimine sepiunt ne saxorū ac telorū impetu perfringantur. Extrinsecus aūt ne crementur crudis ac recētibus coriis integunt. Cum plures fuerint iungunt ordine sub quibus oppugnātes tutius ad muros subruēdos

¶ Vinearius a. um. qđ est vineę: vel qđ ad (pugnāt. vineā pertinet. Col li. vi. Validā vitē in ramos deducere censeo ꝛ traducibus dispergere atq; durare: certosq; vinearios colles pręcipitare.

¶ Vineaticus a. um. qđ ad vineā ptinet: vt falces vineaticę. Var. Sic alia quoq; nōnulla gña spēs habent plures: vt falces. Nā dñr vineaticę opus esse sex. Col. lib. v. ait. Unum atq; alterū repręhendisse quippe seminibus vineaticis nimiū me pfundos censuisse fieri.

¶ Vinealis ꝛ hoc le. qđ est aptū ad vineā. Col. lib. iiii. Sed ne nūc p infinitas terręni species euagemur nō intēpestiue cōmemorabim⁹ Julii Gręcini conscriptā velut formulā ad quā posita ē imitatio terrę vinealis.

¶ Vinū a vi deducit q vim inferat mēti. Et in plurali habet vina ꝛ vinis. Ouid. Et venus in vinis: ignis in igne fuit Marti. Resinata bibis vinū falerna fugis. Quattuor pręcipui sunt vini sapores: dulce acutū: lene ꝛ austerū. Prim⁹ Noe vinū inuenit sicut sacrę testātur litterę. At gentiles docēt bacchū vini repertorē fuisse. Primus vero italis saturnus dedit e creta in latium aduectus. Vinū tortiuū dr qđ nouissime expressum est: protopū anteq̄ calcent vuę sponte defluens. Diminutiuū a vinū est Villū qđ etiā Vinellū dr: vel vinum απὸ τοῦ οἴνου. ¶ In Ouidio legā in venis.

¶ Vinolentus ebriosus: vino ingurgitans.

¶ Vinosus: qui ad vinū affectus est. Ply. ait. Jdcirco vinosos dici hoīes q soli animaliū nō sitiētes bibunt Vinosus succus: vt idem auctor: est ppriē est mero pyro myrto. Jdem inter mala punica gña vinosa quędā appellat quę aluū sistunt ꝛ stomachū.

¶ Vinetū locus vbi multitudo vitis consita est: hoc est vbi multę vites: vel multę vineę sunt. Col. lib. iii. Cui vineta facere cordi est faciat vitiariū ex quo possit agrū vineis vestire.

¶ Vinitor pe. cor. rusticus vinearū cultor. Col. lib. i. Separandi sunt aratores a vinitoribus. Verg. lib. ii. Geor. Jam canit extremos effœtus vinitor antes.

¶ Vinarius vini venditor. Vñ Lamprid. scribit Alexandrū romanū imperatorē cōstituisse corpora vinariorū ꝛ caligariorū ꝛ oino oīm artiū. Et apud Plau. in Asi. furmontio vinarii exerambi. Suet. de Claudio. Cū de laniis aut vinariis ageret exclamauit in curia

¶ Vinarius a. um. qđ ad vinū pertinet vt taberna vinaria vas vinariū in quibus aut vendit: aut tenetur vinū. Hier. in Josue. Tulerunt sibi cibaria saccos veteres ꝛ vtres vinarios.

¶ Vinacea sunt grana vuę iam pressę. Col. lib. ix. Vinacea q̄uis tolerabiliter pascāt dari non debent nisi quibus tēporibus anni auis fœtū nō edit. Aug. Vina recondet in apotheca: vinacea vero pecoribus proiecit. Est ꝛ vinaceus a. um. Ply. Legimus quendā grano vinaceo suffocatū: hoc est acino vuę.

¶ Vinalia tam secūdę q̄ quartę declina. pro die festo: quo veteres nouū vinū ioui libabāt mense aprili.

¶ Vindemia quasi vinidemia a vino demēdo. Vergi. lib. ii ge. Nō eadē arboribus pendet vindemia nrīs. Sūt qui distiguāt inter vindemiā ꝛ vindemias q vindemia sit totius orbis gñaliter. Vindemię singularis partiū: vt plus significet singulare q̄ plurale. Sicut plus est cū dicimus per terrā pluit q̄ per terras. Tūc eīm omne elementū significamus. Transfert q̄nq; etiā vindemia ad alia. Ply. Prima mellis vindemia melior Col. lib. x: Mox vere trāsacto sequit mellis vindemia

¶ Vindemio as. a quo vindemiator; cuius de syllaba corripit metri causa: Hor. in Ser. Vindemiator ꝛ inuectus cui sępe viator. Ouid. vero detraxit a: vt de syllabā pduceret. Ait eīm in fas. At nō effugiet vindemitor: hoc quoq; cām. Sic Col. li. v. Vindemitoribus quoq; hę semitę ꝛ iugū pedamētaq; sarriētibus opportunā laxitatē prębēt per quā vel fructus vel statumina portent. Est aūt vindemiator qui vindemiat. Et vindemiator sidus: qđ tertio nonas Martii apparet.

¶ Vindemialis ꝛ hoc le. qđ ad vindemiā pertinet. Augu. lib. ix. con. Et opportune iam paucissimi dies superant ad vindemiales ferias ꝛ statui tolerare illos: vt solenniter abscederē. Jdem substantiuū protulit. Renūciaui pactis vindemialib⁹: vt scholasticis suis mediolanēses venditorē verborū alium puiderent.

¶ Vindemiatorius a. um. qđ ad vindemiā pertinet. Var. Nihilo magis torcula vasa vindemiatoria aut ferias olearias ac trapetas.

¶ Vinulus pe. cor. molliter se gerens ꝛ minime viriliter qđ facit illecebrosus. Plau. Compellando blanditer osculando oratione vinula venusta.

¶ Vinolus qui molliter se gerit ꝛ effœminate.

¶ Violo as. pe. cor. corrūpo polluo ꝛ quasi vim infero: qđ pprie de virgine dicit. Aug. li. iii. cō. Violat ipa societas quę cū deo eē nobis debʒ cū eadē natura cuius ille auctor ē libidinis puersitate polluit. hic Jnuiolatus intemerat⁹.

¶ Violentus qui vim facit.

¶ Violabilis qui aptus ē vt violet: ꝛ inuiolabilis qui nō facile violari potest.

¶ Viola quasi minime violata per antiphrasin: vel q nō violanda vel ab olendi vi vel per diminutionem a gręco ἴον. Violarū tria sunt gña. Nā est viola purpurea q nomē gręcū tenet ꝛ appellat ἰον πορφυροῦ. qđ est viola flos. Unde ꝛ vestis ianthina hanc eandē quidā a colore baccę Vacinū dixerūt: vt inqt Apul. Secūda est lactea. tertia est coloris palliduli.

¶ Violaria loca vbi nascunt violę. Verg. lib. iiii. Geo. Jrriguū libant violaria fontem.

¶ Violaceus a. um. idem qđ purpureus qui in violę colorem tendit. Cor. Nepos. Me iuuene violacea purpura vigebat.

¶ Violarius rii. dr violacei coloris infector.

¶ Violaris ꝛ hoc violare: qđ est coloris violę. Plaut. Flammari violari veste.

¶ Viperi pe. cor. serpentis ꝗ sꝰ ꝙ vi periat. nihil eñ attinet ad huius dictiõis etimologiã: pario nã deberet tũc dici vipara non aũt vipera. De vipera vero nicandrus ita scribit appellans ipsam echidnã q̃ tñ dicit etiaȝ echis vulgo dicunt marassum vnde ait Nicander θολερῳ κυνόδοντι θουρας ὁ δαξ εμφυς α καρημα πεκολερομενου οι δε πατρος λωβην μετεκι αθομαρτικα τυτθοι γινομενοι ἐχ κεσσεπε διαμερος αραιην γαστερα μα βρωσαντος αμητορες εξεγενοντο. Nam corosis lateribꝰ exeunt pulli cum matris interitu. Amb. li. hexa. Vipa nequissimũ gñs bestię ⁊ sup oĩa q̃ serpentini sunt gñis astutior vbi coeundi cupiditateȝ assumpserit murenę maritimę notam sibi reqrit copulã: vel nouã pręparat ꝓgressaq; ad littus sibilo testificata pñtiam sui ad cõiugalẽ amplexum illã vocat. Murena aũt inuitata non deest venenatę serpenti. Expetitos vsus suę impertit ꝯiunctiõis. Atq; vbi aduẽtare vipa cõparẽ senserit venenum euomit reuerentiã marito deferens. Hier. ꝓ ad ꝑsidiũ sic scribit. Viperę per os coitũ faciunt: masculi mortẽ ꝯtẽnunt sȝ foemina in ipso coitu siue magna dulcedine exagitata: siue futuri pręsciẽs ꝑiculi dũ absorbet semẽ caput masculi excidit ⁊ sic eũ occidit. Sed cũ cõceperit viscera illius ab ipsis quos conceperit cõeduntꝰ: et sic matrẽ occidunt. A vipa fit vipinus a. um. Ply. E viperina carne fiunt Theriachi pastilli.

¶ Vipiões sunt minores grues: sicut pipiões minores colũbi. Ply. li. ix. In balearibꝰ insulis ait in honore mẽsarũ esse vipiones. Sic eñ vocant minorẽ gruẽ.

¶ Vir a vi dr ꝙ vi hoc est potẽtia pstet. Et mõ respectu ętatꝭ dr vir. Ply. Qđ nõ mõ i puero: siue adolescẽte: sed etiã ĩ viro admiratiõe dignũ videretꝰ. Mõ respectu sexꝰ vt Est ne vir an mulier? Unde semiuiri dñr Eunuchi: ⁊ molles atq; effoeminati. Nõ respectu cõiugij: vt vnius vxoris vir. Nec solum de hominibus: sed etiã de brutis Verg. Vir gregis ipse caper. Mõ respectu fortitudinis. Virũ eñ hoĩem pstti excellẽtiq; alo nuncupamꝰ. Curtiꝰ Exurgite inquit aliquãdo si viri estis: atq; arma capessite. A vir fiunt semiuir: duumuir: triumuir: quinquuir: septẽuir: decẽuir: centũuir: leuir: Virpotens: virillustris: vir deuotus: vir magnificus vir spectabilis: q̃ oĩa ꝺm priscianum ideo composita accipiuntꝰ qꝛ sub vno accentu pronunciantꝰ.

¶ Virago pe. ꝓ. mulier fortis q̃ viro similis: ⁊ virilia opera faciat.

¶ Virilis et hoc virile pe. ꝓ. qđ est viri: vt opus virile. Aliqñ dicitꝰ fortis magnanimꝰ: a quo virilitas et aduerbiũ viriliter.

¶ Virbiꝰ vir bis dictꝰ q̃ noĩe dictꝰ ẽ Hippolytus thesei ⁊ hippolytę amazonis filiꝰ. Vide in dictione hippolytꝰ.

¶ Viripotẽs cũ accẽtu in antepe. dr virgo q̃ annos pubertatis excessit ⁊ q̃ iã virũ sustinere potest.

¶ Viro as. fortifico: a quo Euiro de quo supra.

¶ Viritim aduerbiũ significat ꝑ singulos viros. Cato. Pręda q̃ capta est viritim diuisa. Dicitꝰ etiã de vno viritim. Hor. in eplis: qđ legeret tereretq; viritim publicꝰ vsus. Curtiꝰ. Si qs viritim dimicare vellet ꝓuocauit.

¶ Viritaneus ager q̃ viritim populo diuidebatꝰ.

¶ Virosa mulier dr q̃ viri appetens est: sicut mulierosus vir mulieris appetens. Et virosi loci a Catone dicuntꝰ qui coitum viri affectant. Et sic habẽt p̄imam correptã Lucil. Vetulam atq; virosam vxorem cędam potius q̃ castrem ego met me. At virosus a. um. a virus fit ⁊ habet primã pro. si significatq; quod est mali odoris et quãdoq; est mali saporis. Vergilius. Virosaq; ponthus castorea. Constat enim castoreum foedi ⁊ execrandi odoris esse: adeo vt pręgnãtes odores eius eiiciant foetum Var. Rancidam carnem apposuit nobis ⁊ virosam id ẽ mali saporis. potest etiã dici Virosus pro forti a viribꝰ.

¶ Virgo a viridiori. i. validiori ętate appellata est. Unde et matres sępe virgines dicuntꝰ. Verg. de pasiphae q̃ trium liberorum mater erat. Ah virgo infoelix quę te dementia coepit? Nunc vero virgo gñis cõ. ⁊ tam marẽ q̃ foeminam significat rei venereę expertem: sicut mulier a mollicie dicitꝰ q̃ amplius virgo non est. Ci. Obiurgantibus ꝙ sexagenarius popiliã ꝟginẽ duxisset. Cras mulier erit inqt. Vlp. Qꝛ si ego me virginẽ emere putarem cum esset mulier. emptio non valebit veteres etiã omne incorruptum ⁊ intactũ virginem dixerunt. Cice. phia casta: verecũda: incorrupta. virgo. Et Aug. saluã virginẽ dixit q̃ nondũ cibo potuq; corrupta fuit. dicit eĩ q̃ta sit orandi differẽtia inter vacuũ ventrẽ ⁊ refertum: inter rubentem faciẽ ⁊ ora pallẽtia: inter saluã virginẽ ⁊ labra crapulis dissoluta.

¶ Virguncula diminutiuũ: accipitꝰ pro parua puella: ⁊ ꝓ parua virga.

¶ Virgineus a. um. qđ est aut fuit virginis.

¶ Virginalis et hoc virginale: qđ est dignũ ꝟgine q̃uis et pro virgineo qñq; accipiatꝰ. Quale est illud Deus qui virginalẽ aulã beatę marię in qua habitares eligere dignatus es.

¶ Virtus a viro dicta est et proprie fortitudinem significat ꝙ viri maxime fortitudo sit: siue ꝙ vir fortis dicatur. Vergilius. Tunc pudor incedit vires ⁊ conscia virtus. Lact. li. de opi. Vir nominatus: ꝙ in eo maior vis est q̃ in foemina. Et hinc virtus nomen accepit. Unñ cuȝ virum dicimus non tam sexum significamus q̃ robustũ et fortem. Viri eñ propria virilitas est et robur. Et tũc diffinitꝰ virtus ꝙ sit perferẽdoꝝ malorum fortis atq; inuicta patientia. Qm̃ aũt fortitudo cęteris virtutibꝰ excellit: factum est vt rectę animi affectiones virtutes appellentꝰ. Sic quicquid vitio contrarium est: virtus dicitꝰ quę sic diffiniri solet. Virtus est affectio animi constans conueniensq; laudabiles efficiens eos in quibus est: et ip̄a per se sponte: sepata etiã vtilitate: laudabilis. Hora. Virtus est vitium fugere et sapientia prima. Aristoteles Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens. Sene. Virtus non aliud q̃ recta ratio est. Aug. li. iiij. ci. dei. Virtus a veteribus diffinita est. Ars bñ recteq; viuendi. Unde ab eo [illegible] grece ἀρετὴ dicitꝰ ꝟtus en[illegible] nomen artis latin[illegible] tra[illegible] esse putauerunt. Virtutem [illegible] qui deam fecerunt. q[illegible]m Augu. non esse deam: sed donum [illegible]. [illegible]l. de virtute. Virtus albini est ꝑtium persoluere verum Virtus est homini scire id quod quęq; habeat res. Virtus scire homini quid naȝ vtile qđ sit honestũ. Quę bona q̃ mala: item quod inutile turpe inhonestum. Virtus quęrendę fineȝ rei scire modumq; Virtus diuitijs pretiũ ꝑsoluere posse Hostẽ esse atq; inimicum hoĩm morũq; malorũ. Contra defensorem hoĩm morumq; bonorũ. Hos magnificare his bene velle: his viuere amicum. Commoda pręterea patrię sibi prima putare. Deinde parentum: tertia iam: postremaq; nostra. Aliqñ virtus dicitur vis illa qua res cuius est ꝟtus ꝑfecta redditꝰ. Cice. libro. v. de fi. At qui in sensibus est et sua cuiq; virtus. Aliquãdo pro ope ⁊ auxilio. Plautꝰ Deum virtute eundem hospitio accipiã. Aliqñ pro merito. Idem. Quę in proba est merx pretiuȝ ei pro ꝟtute vt veniat.

¶ Viriatus magnarum viriũ. Lucil. Cõtra flagitium

nescire bello vinci a barbaro viriato annibale. Et viriatas Lusitanorū ducis nomen: q̄ vir calliditatis acerrime fuit quippe qui ex venatore latro: ex latrone subito dux atq̄ imperator factus romanos exercitus contriuit: sed tādem suorum fraude interfectus est. Hinc Viriatinum bellū dictum est.

¶ Viridis et hoc viride a Uigore dicit. vnde dicim⁹ virides plantas q̄ nondum aruerunt et in vigore suo sunt. Et quā in his herbaceus color est: eum etiā colorē viridē dicimus. Unde Verg. Jā senior: sed cruda deo viridisq̄ senectus.

¶ Vireo es. viridis sum. Verg. li. vi. Quale solet syluis brumali frigore viscū Frōde virere noua. Hinc viresco viridis fio. et sic primā corripit. Sta. li. i. syl. Exuit atq̄ alios melior reuirescit in annos. Hinc etiā Euiresco qd̄ est sine viriditate fio. Var. Atq̄ ex sanguinibus dolore euirescat color. Interdum virescere. i. maiorum viriū fieri. Et sic pri. pducit verius in poematis. hinc crescit animi virescit vulnere virtus.

¶ Virido as. viridē facio: a quo viridans qd̄ est viride. Ply. Viridantiū et alia plura sunt genera.

¶ Viror et viriditas sunt eiusdē significationis.

¶ Viridariū locus in quo sunt herbe et plātę virentes et amœnitate refertus. Sue. in Tibe. Militē p̄torianum ob surreptū e viridario pauonē capite puniuit.

¶ Viretū locus viriditate plenus: vel ipsę herbę virentes. Col. li. xii. Fic⁹ neq̄ nimiū vireta neq̄ nimiū matura legi debet et in eo loco expādi q̄ toto die solem accipit. hic vireta. i. viridia et male matura accipit. Hiero. i Gen. Quę in pastu paludis vireta carpebant.

¶ Viridia etiā dicūr prata seu horti arborib⁹ consiti voluptatis causa cōparati.

¶ Viridicatus a. um. Ci. ad. Q. fratrem. Equidem hoc quod melius intelligo affirmo mirifica suauitate te villam habiturū piscina et salietib⁹ additis palestra et sylua viridicata.

¶ Virga dicta est q̄ vim gerat ligando verberando ve: a quo nomine fiunt tria diminutiua. s. Virgella: Virgula et Virgūcula. Sed virgula etiā linea dicit. Et p̄gūcula puella.

¶ Virgeus a. um. quod est factum ex virgis. Ver. lib. i. Ge. Virgea p̄terea Celei villisq̄ supellex. i. vasa de vimine facta.

¶ Virgulata seu virgata vestis vt Jul. pol. inquit: dicebatur tunica in qua interebant virgę purpureę: hoc est lineę: quas greci ϕαραϕος. Sed eas vestes grāmatici interp̄tant purpureas: q̄ p̄gę gallorū lingua dicat purpura. Ver. li. viii. Virgatis lucēt sagulis.

¶ Virgultū multitudo virgarū pullulantiū.

¶ Virgidemia collectio virgarū ob verbera: a t ad aliquid vincendū. Var. in Aga. Quid tristiorē video te esse ferain io q̄ scapulę metuūt Virgindemiā.

¶ Virgili⁹ mātuanus poeta celeberrim⁹ Marone mataq̄ nat⁹ q̄ primū apud latinos inter poetas obtinet locum. Sed sunt ex recētioribus: q̄ vergiliū nō virgilium scribi debere autument.

¶ Virus indeclinabile et gnis neu. qd̄ et virus viri apd̄ antiquos sicut vulgus vulgi dicit Lucr. Liquit eñi supra tetri primordia viri. Et p̄prie significat asperitatem odoris homine iam adulto. Quippe talis odor in puero non est: nec ante coitū mulieris. Ply. Prodest et ad virus alarum. Idem. Signum est vernis temporibus odoris virus. Aliquādo significat asperitatem saporis Idem. Aqua marina vetustate virus deponit. i. amaritudinem illā et salsedinē. Idē. Virus mali medici. i. acor et amaritudo. Aliqū asp̄itatē coloris. Idem de sanguine purpurę. Tū supadditū decoquit virus. Aliqū genituram. i. humorē q̄ e genitalibus fluit. Idem. Virus verrinum a scropha a coitu exceptum prius q̄ terram attingat grauitati auriū prodest. Aliquādo virtutē naturalē Lucre. li. iii. Concoctosq̄ suo ptractus pdere viro. Plyni. de magnete. Sola hęc materia virus ab eo lapide accipit retinetq̄ longo tempore aliud appendens ferrum Aliquādo virorem seu herbas virentes. Sta. lib. i. syl. Atq̄ omne benigne Virus odoriferis arabum qd̄ crescit in aruis. Plerunq̄ virus pro veneno ponit. Ver. Ille malum virus serpentib⁹ addidit atris. Hinc virosus a. um. de quo supra.

¶ Virulētus q̄ est plenus veneno. Gel. Ut serpētiū virulentorū domitores sint.

¶ Uis huius vis actō vim. Pluraliter vis actō vis vocatiuo vis. Sal. li. iii. hist. Male iam assuetum ad omnes vis cōtrouersiarum. Ponit autē vis pro virtute. Sal. Sz ois nostra vis in aio et corpore sita est. Aliqū pro possibilitate: seu fortitudine. Vergi. Non ea vis aio nec tanta supbia victis. Aliquādo pro violentia. Idē. Fit via vi rūpūt. Hinc Violo as. Aliqū pro multitudine ac copia. Liui. Magna vis ex sicilia aduecta. Sal. Seua tempestate ex ponto vis piscium erupit. Aliquando pro celeri impetu.

¶ Uiscus visci et Viscū glutinū quod ad aucupiū ptinet Nam visco ppter eius tenacitatem aues captant. Hora. in ser. Sūmus ego et prope me viscus turrin⁹. Aug. li. de verbis dñi. Amor rex terrenarū viscū est sp̄ualium pœnarū. Et viscū antiq̄ dicebant esse rete. Hinc fit Inuisco as. qd̄ est visco inficio. Viscosus a. um. qd̄ est tenax Dicit etiā viscidum.

¶ Uiscus visceris caro non tantū intestina: sed quicqd sub corio est. i. caro q̄ est inter ossa et cutem: vñ et visceratio dicit cōuiuium de carnibus factū. Verg. Tergora diripiunt costis et viscera nudant. Amb. Ossa oia te nul operta sunt viscere. Hinc Euiscero as. quod est viscera extraho. Verg. lib. xi. Compressamq̄ tenet pedibusq̄ euiscerat vncis.

¶ Uiscerari veteres dixerunt carnē populo distribuere et Uisceratio crudę carnis distributio: quę fieri solebat vel in solēni festiuitate: vel in funere alicuius excellētis personę. Gel. Cum in albano visceratio latinis data. Liuius lib. viii. Et populo visceratio data a. M. Flauio in funere matris. Ser. Visceratio est caro a viscere nomine dicta.

¶ Visceratim aduerbiū signifi. p viscera. Enn. Dissipat visceratim mēbra.

¶ Uiso is. ad videndum eo. Cicero ad atticum. Cupio equidem et iampridem cupio. Alexandriam reliquamq̄ egyptum visere id est ad videndum ire. Ter. in eu: Non visam vxorem pamphili cum in proximo sit egra. Illud vero in an. Id viso tune an illi insaniant: exponit Do. ad videndum venio. Aliquando ponitur pro video tantum. Presertim quando iungitur cum eo is. aut venio. Plautus in ru. Nunc huc ad Veneris fanum venio visere rem diuinam facturū se dixerat. Ter. in ecy. Postq̄ accersiuit sępius: ęgram simulāt mulierem: nostra illico it visere. ad eā admisit nemo. Et in phor. Multis ne eamus visere Incompositis etiam. Ter. in an. Reuiso quid agant. Redeo inquit. Do. vt videam quid agāt. Et in adel. Hera ego hinc ad hos puisam q̄ mox virginem accersant. prouiso inquit duas tres significa

procedo & video. Plau. in Menæ. Prouisam quã vox vir meus redeat domũ. Similiter qñ gratia causa studio & huiusmodi iungunt gerũdiuo. Sal. Multi autẽ qui e castris visendi aut spoliandi gratia processerãt voluentes hostilia cadauera: amicũ alii: pars hospitẽ pars aũt cognatos reperiebãt. Ter. in hecy. Ne mittas quidẽ visendi causa quẽꝙ. Verg. Undiꝙ visendi studio troiana iuuentus Circunfusa ruit. Ex quibus datur intelligi hoc verbũ nõ esse desyderatiuũ: sicut multi putant: sed magis excitatiuũ. Nã si visendi pro desyderio videndi in istis sumeret: sensus esset inept⁹ ex gratia causa studio: quę cũ pro desyderio capiant superflua forent. A viso fiunt cõposita Circũuiso. Inuiso. Prouiso. Reuiso.

¶ Visito as. frequentatiuũ est a viso: a quo fit visitatio: quę ꝓprie ad officiũ pertinet. Plau. in cur. Ibi me interrogat in epidauro lyconẽ trapezitã si nouerim dico me nouisse: quid lenonẽ capadocẽ: annuo visitasse. Hic visitasse pro sępe vidisse capit: sicut in epi. Noscito hanc: nã videor: nescio vbi me vidisse prius. Est ne ea an nõ est: quã animus retur meus. Dii boni visitaui antehac: certe ea est.

¶ Visus us. & visio ipse vidẽdi actus: sicut gustus pro actu gustandi. Verg. Horrendũ visu. Ponitur interdum pro eo qđ videt. Idem lib. iii. Rite secundarent visus. Visiones etiã phantasiæ dicunt. Quint. Quas phantasias græci vocant: nosipsi visiones appellem⁹ per quas imagines rerũ pręsentiũ ita repręsentantur animo: vt eas cernere oculis ac præsentes habere videamur. Preterea visa somnia dñr & nocturna siue etiam diurna phantasmata: quę etiã vigilãtibus apparent. Verg. Hoc visum nulli nõ ipsi effata sorori est.

¶ Visum est faciendũ facere: modus dicẽdi: vt visum est facere: vt te admonerẽ: qđ est putaui te admonẽdũ

¶ Vita a viuo is. & modo aĩam significat sine qua nemo viuit. Et hęc triplex est. Seminalis q̃ & vegetatiua dr: & nobis cũ arboribus cõmunis est. Sensualis: q̃ cũ pecoribus. Intellectualis quę cũ solis angelis. modo denotat mores. Cic. lib. iii. ad heren. Deinde vita hoĩs ex anteactis spectabit: modo alimentũ seu victũ Teren. Eadẽ quippe homo iã grandior cui opera vita erat. modo spatiũ viuẽdi. A[u]g. lib. v. con. Vita hęc misera est: mors incerta: si subito surrepat: quomõ hic exibimus. modo fortunã. Terẽ. Nã tua quidẽ hercle hęc vita certe expetẽda atꝙ optanda est. Variatur in plurali. Ci. Serpit per oĩm vitas amicitia. A vita fit vitari: quo vsus est Ci. in tus. Q.

¶ Vita viuere scđm scripturas inq̇t Amb. admirabilem quandã illã beatã significat: & hũc viuendi vsum: spirandiꝙ munus cũ beatę vitę gr̃a veluti cõiunctũ: & quadã ꝑticipatione permixtũ demõstrare videt: hoc est em̃ vita viuere: beatę vitæ actus habere in istius corporis vita. Contra aũt morte mori: quid aliud nisi cũ morte corpis deformitatẽ significat mortẽtis? Cuius & caro cõmuni viuẽdi munere defraudet: & aĩa vitę ęternæ vsum habere nõ possit. Est & qui vita morit: vt qui viuit corpore sed actu moritur suo: quales sunt de quibus ꝓpheta ait. Descendãt in infernũ viuẽtes et illa de qua apostolo dicit: Quoniã viuens mortua est. Morte viuere dñr martyres: qui vtiꝙ moriunt vt viuant. Moritur caro: sed viuit gratia mortuorũ.

¶ Vitta per duplex tt. significat ligamentũ capitis.

¶ Vitalis & hoc vitale: qđ vitam pręstat. Vitalis vero substantiuũ propriũ nomen est.

¶ Vitellus a vita dictus est oui pars rubra: ꝙ ex eo viuat pullus. Ipsum em̃ animal ex albo liquore oui corporatur cibus eius in luteo: hoc est in vitello. Hor. in Seru. Quatenus ima petit voluens aliena vitellus. Mart. Candida si croceos circunfluit vnda vitellos.

¶ Vitulus vero bos nouus dicitur.

¶ Vitis a vino dicta est: ꝙ ferat vinum. Var. Et vitis eo ꝙ inuitet ad vuas percipiẽdas dicta primo videt. Erat & vitis gestamẽ centurionis nõ carnificis: aut lictoris. Honorificentior em̃ pœna quę a centurione ꝙ̃ quę a lictore esset illata. Iuuena. Nodosam posthæc frangebant vertice vitem. Si lentus pigra muniret castra dolabra.

¶ Vitiariũ vitiũ seminariũ. Col. li. iiii. Vitiariũ neꝙ ieiuna terra neꝙ vliginosa faciendũ est. succosa tñ ac mediocri potius ꝙ̃ pingui: & paulo supra. Cui vineta facere cordi est præcipue caueat ne alienę potius curę ꝙ̃ suę credere velit: neue mercet viuiradicẽ: sed genus surculi ꝓbatissimũ domi cõserat faciatꝙ vitiariũ ex quo possit agrũ vineis vestire. Et vitiariũ locus in quo sunt vites sicut pomariũ vbi sunt poma. Var. li. i. de re rust. Ideo in vitiario primitus cũ exit vitis tota resecari solet: vt firmiore sarmẽto e terra exeat: atꝙ in pariẽdis colibus vires habeat maiores.

¶ Viticula dimi. a vite. Verg. in diris. Dulci nãꝙ tumet nondũ viticula baccho.

¶ Vitiscere est vitẽ facere. Col. lib. iii. Reliquas gemmas quę in terrã abscondunt: exceptis quattuor imis fac adradas ne in summa radice vitiscat.

¶ Vitigineus a. um. qđ ex vite fit: vt vitigineũ simula(chrũ.

¶ Vitisator pe. cor. qui vites serit. Quo noĩe dictus est Saturnus. Verg. Vitisator curuã seruans sub imagine falcem.

¶ Viticulus capreolus vitis. Ply. Frutex folio hederæ minus: tamen longis viticulis.

¶ Vitex salicis gñs: ex quo vasa viminea fiunt.

¶ Vitilia dicunt quęcũꝙ sic lenta sunt: vt cõmode flecti possint. a vinciẽdo dicta: vt vitex vitis. vimina. viticulę. Ply. lib. xix. Cucurbita omnimodo fastigiatur vaginis maxime vitilibus. Idem. Non multũ a salice vitiliũ vsu distat.

¶ Vitula dea q̃ lętitię præesse putabat a Ro. Et vitula vacca viridioris ætatis. Verg. Ego hanc vitulam ne forte recuses Bis venit ad mulctrã &c. depono.

¶ Vitulus a vitulando. i. lasciuiẽdo: qui nõ modo de bobus genitas sed etiã ex aliis quadrupedib⁹ maioribus. Ply. de elephãtis. Atꝙ ita salutato sydere in syluas reuertunt vitulorũ fatigatos pre se ferẽtes. Ver. ad equos trãstulit Iam vitulos hortare viãꝙ insiste domandi. Quinetiã ex piscibus. Ply. de balenis. Irrumpũt orcę in secreta & vitulos earũ ac fœtus lacerãt morsu. Vitulus etiã nomẽ piscis ẽ: siue potius maris bellua corio & pilis tecta. Quę & phocas dr. Parit i terra pecudũ more: vituli aũt nomẽ accepit ꝙ illi i somno mugitus sit: nullũꝙ animal (teste Ply.) grauiore premitur somno.

¶ Vitiligo totius corporis vitiũ est. nã vitiligine faciunt diuersi coloris maculę per oĩa membra dispersæ Dicta vitiligo vel a vitio vel a vitulo propter eius mẽbranę candorẽ: qua nascit inuolutus. Et hanc maculã gręci alphon: vnde nos albũ dicimus appellant: vt inquit Festus allegans Lucil. Hęc odiosa mihi vitiligo est: vnde dolet inquit. Sed Cęl. vitiliginem dicit esse herbã quę alphos dicit: quia alba cũ & alia quoꝙ

Et ui

sit guttis dispersa: quę melas a colore nigro dr. vtraq; tamen serpit. Ob hanc igitur similitudinē vitiliginē magis dictā puto. Nō enī hęc hærba siue virgultū: vt ait Festus a vitulo vel a vitio: sed a vite nuncupatur cuius naturę est: vt sine adminiculo stare nō possit De morbo sic meminit Apul. in magia. Cū caro in humorem crassum & spumidū inimico igni colliquefacit & spiritu in idem parto ex candore cōpressi aeris albida et humida tabes fluit. Tetra nāq; tabes si foras e poris prospirauit maiore dedecore q̄ noxa diffundit̃ pectoris primorē cutem vitiligine insignit & osbus maculationibus cōuariat. Ply. lib. xx. Ferunt eos qui quotidie edunt capparim paralysi nō periclitari: nec lienis doloribus. radix eius vitilagines albas tollit. Mart. lib. iii. linguę vitiliginē dedit per quandā similitudinē cum inquit. Scabros dentes vitiliginēq; linguarum quas in sola equidē ciuitate contraxerat.

¶ Vitiligo as. pe. cor. obtrigilo: carpo: criminor: mordeo. Unde vitiligatores dicti sunt obtrectatores ex vitiis: & litigatoribus cōposita dictio. Ply. in prologo Scio ego quę scripta sunt: hęc si palam proferant̃: multos fore qui vitiligent.

¶ Vitulari veteres vsurparūt pro voce lætari. Et vitulantes dicunt̃ lætātes: & vitulatio letitia: quoniam eam verā vitā putabāt: quę in summa letitia ac tranquillitate degeret̃. Hinc viuere sępenumero ponitur pro lętam vitam agere.

¶ Vito as. caueo: cuius cōposita sunt deuito: euito: perfecte vito. Lactan. Si hoīem pœnitentē cautū ac diligentē facit ad euitanda peccata in quæ semel fraude deciderit: et habent pe. cor.

¶ Vitabundus idem qd̓ vitans. Salu. Marius vitabundus classem hostiū ad oppidū peruenit.

¶ Vitiū proprie dr qd̓ virtuti opponit̃: a vito q̄ vitandum sit ac fugiendū. Sene. Si quid vitii cōmisit. Aliquando dr error. Ply. Librū vitiis plenū. Aliqñ morbus: q̄uis ab inuicē separent̃: q̄ morbus sit habitus quidā contra naturā qui vsum rei facit deteriorē: vt febris: insania. Vitiū vero perpetuū corporis impedimentū: vt cæcitas: claudicatio: vecordia. Et nō solum in hoīe: sed in aliis quoq; rebus dr. Cic. pro. Si nihil est in parētibus aut tecto vitii cætera mihi probabūtur. Potest tñ qui morbosus est etiā vitiosus dici: sed nō econtrario: Equus mordax & calcitrosus vitiosus nō morbosus est. Claudus vero aliquo ictu factus et morbosus & vitiosus dici potest.

¶ Vitio dare est culpare: vituperare. Teren. in and. Nunc quam rem vitio dent quęso animaduertite. Et paulo post id isti vituperant factum.

¶ Vitiositas (vt Ci. lib. iiii. tus. inquit) est habitus aut affectio in tota vita inconstans.

¶ Vitiosi magistratus dicunt̃ vitio creati. Unde apd̓ Liuiū legimus expugnatū esse: vt vitiosus dictator per augures fieret. Ci. in phil. vitiosum consulē appellat: hoc est vitio creatū ex augurū disciplina. Quādo enim comitia Romę habebant̃ causa magistratuū creandorū solebāt augures de cœlo seruare si aut fulmen vidissent aut tonitrua audiuissent. Qua re per augures nunciata illi magistratus vitio creati esse dicebātur: et ita se abdicare cogebantur.

¶ Vitio as. corrumpo: destruo. Lactan. lib. vii. Aer vitiabit̃ ac corruptus & pestilēs fiet. Plau. in prologo Aul. Eius filiā lyconydes vitiarat. Nā vitiatā virginem dicimus cū pudicitiā amisit: et vitiare est fœdare. Apul. Utroq; oculo vitiatus. Hinc corpore vitiatos dicimus qui cæci vel manci: vel claudi nati: facti ve sunt. Hinc vitiatio violatio: corruptio: Vitiositas vero vitiū dicitur.

¶ Vitupero ras. vitio aliquid do: quasi vitium paro. Terē. Id isti vituperāt factū. Hinc vituperatio: quæ si cū verbo venio vel similibus iungat̃: passiue accipit̃ Cic. Ut propter eum in sermonē hoīm: atq; in tantam vituperationē veniret.

¶ Vituperiū idem qd̓ vituperatio. Cic. Vel etiā a vitio dictum vituperiū.

¶ Vituperones qui & vituperatores.

¶ Vitrum materia transflucida: quę ex arena & cinere fieri dicitur.

¶ Viuo is. xi. ctu. quasi vim & vigorē habeo: qd̓ licet absolutū sit: dicimus tamen qñq; viuo fœlicē vitam. Interdū viuere est lętā vitam agere. Huius verbi cōposita sunt conuiuo: vnde & conuiuiū. peruiuo: qd̓ est vsq; ad finē viuo. Plau. in cap. Etiam si peruiuo vsq; ad summā ætatē: tamē breue spatiū est: perferūdi quæ minitas. reuiuo: a quo reuiuisco rursus fio. Superuiuo. Hier. in exod. Si vno die vel duobus superuixerit nō subiacebit pœnę. Huius verbi frequentatiuum est victo as. a quo fit victito as.

¶ Viuere in diē dicunt̃ qui quotidie parant noua cibaria nihil reseruātes: nec recondito vtunt̃: hodie appetētes hoc: cras illd̓: quorū varia ē vita & vict⁹. Ci. lib. v. tus. Nos in diem viuimus. Col. lib. iiii. Nec prouident futuro tempori: sed quasi plane in diem viuāt sic imperant vitibus & eas ita multis palmitibus onerant. vt posteritati nō consulant.

¶ Viuus a. um. qd̓ vitam habet: qñq; ponit̃ pro naturali. Verg. lib. ii. Georg. Et viua sua plantaria terra. Quādoq; pro eo qd̓ vim aliquā habet: vñ viuū lapidē dicimus ignitū: q̄ vim habeat emittēdi ignē. Qñq; p valido ac vehemēti. Verg. Paulatim abolere sichęū Incipit & tentat viuo pręuertere amore. Hinc semiuiuum: qd̓ modo significat semimortuū: modo debile ac vigoris exigui.

¶ Viuax validū: vigorosum. diu viuens: & qd̓ absumi nō potest. Hinc viuacior viuacissimus: viuacitas: quę est vigor ac robur: & viuacia e.

¶ Viuidus a. um. quasi viuū. Proper. Quattuor artificis viuida signa boues: quasi spirātia atq; viuentia. Alias integrū. Plau. in ru. Nō vides me referre viuidum retę sine squāmoso pecu. legit̃ & vuidū.

¶ Viuariū locus in quo vel aues: vel pisces: vel feræ continent̃: quę ad victū duntaxat pertinēt. Plynius. Ostrearū viuaria primus. Sergius orata in Baiano inuenit. Idem leporariū dr et roborariū. Proprie tamen piscinę vbi pisces continent̃: sicut apiaria loca in quibus aluei apum tenent̃: quę melissonas & mellaria nominantur.

¶ Viuiradix vitis q̄ cum radice serit̃: quasi viuā radicem habens: ad differentiā malleoli: & talearū. Ply. In arido solo viuiradix quoq; frustra serit̃. Col. Sationis aūt duo sunt genera malleoli vel viuiradicis.

¶ Viuerra animal paruum quidem sed magni vigoris. Mustella rustica dicitur: vt ait Strabo aphrica importata. His vtuntur adolescentes ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Grece dicuntur γαλῆ. Aristoteles libro nono de animalibus. In prodoselena via interiacet: cuius vltra alterum latus gignitur gale. circa alterum gigni nō potest. Plynius.

In prodoselena insula viam mustellæ nō transeūt. Et aliud mustellarū sylvestriū genus: quę longe domesticis maiores sunt. a grecis Ictides vocant. Aristot. Ictis sylvestris mustellæ genus est magnitudine melitensis catelli: sed pilo facie albedine partis inferioris et morū astutia mustellę simile est. mansuescit maiorem in modū: officit alvearibus. Genitale eius osseum est. Sed sylvestriū quoqꝫ mustellarū duo genera sunt. Alterū sub ventre ruffescit: martem appellant. Mar. Venator marte superbus adest. Alterū candidius et viverra vocatur. Plynius. Magna propter venatum eorū viverris gratia est: immittūt eas in specus qui sunt multiformes in terra: unde et nomē animali scꝫ cuniculus. Utrunqꝫ gñs greci γαλας αγριας nostri sylvestres mustellas nuncupant.

¶ Vix adverbiū significat cū vi ac difficultate: et labore. Verg. lib. ii. Geor. Vix humiles apibus casias rorem ministrat. Teren. Vix retraxi filiū ab amore ancillę. Aliqñ ad tpus. Verg. vix e cōspectu siculę telluris in altū Vela dabant lęti. i. statim. Idem. Et quos sidonia vix urbe revelli. i. nuper. Aliqñ ponitur pro nō Luc. Carcer vix carcere dignus. Ovidi⁹. Vix Priamus tanti totaqꝫ Troia fuit.

¶ Vix tandem significat post multū temporis. Cice. Appio pul. Vix tandem legi litteras dignas Appio. Verg. Vix tandē Ithaci magnis clamoribus actus Composito rupit vocem.

V ante L.

¶ Ulcus est tecta et clausa malignitas. Est em̄ sanies concreta intra cutem latitans: quę ut ꝓpere abrupta cute erumpat emplastris superne alligatis solet confoveri. Verg. lib. iii. Geor. Nō si quis ferro potuit rescindere summū Ulceris os: alitur vitiū vivitqꝫ tegēdo. Vulnus vero est hyans patensqꝫ apertura corporis ictu facta: ulcera capitis manantia sunt: quę greci αχωρας vocant imperitū vulgus termā. Quidam hoc nomen aspirandū putant: quoniā a græco origi nem trahat. Illi em̄ ελκος helcos dicunt.

¶ Ulcero as. pe. cor. dilanio: et quasi ulcus facio. Hinc exulcero ulcus dilanio. Col. lib. viii. Fere aūt per ęstatem sic muscis aures canū exulcerant̄ sępe ut amittāt Per translationē significat: exaspero: exacerbo. Cic. Ita mihi animū exulceravit.

¶ Ulciscor eris. ultus. vindico: et iniuriā nō impunitā relinquo.

¶ Ulex frutex roris marini similis asper aurū retinēs

¶ Uligo pe. pro. terrę humor ex ea nunq̄ recedēs: unde uliginosus ager qui semp est humidus Humidus qui aliqñ siccatur. Varr. Solū oportet esse eruderatū et proclivū: ut everri facile possit ac fieri purum. Nō em̄ solum ea uligo lanā corrumpit ovium: sed etiā ungulas scabras fieri cogit.

¶ Ullus aliquis quasi unus aliquis: qđ nomen nunq̄ affirmative ponit̄. Neqꝫ em̄ dicimus ullus homo currit: sicut aliquis homo currit: sed ponit̄ vel negative: ut nō est ullus qui currat: vel interrogative: ut est ne ullus qui currat: vel subiunctive: ut si ullus me vocabit: statim veniā. Ab ullus fit cōpositū nullus

¶ Ulna cubitus seu brachiū q̄tum utriusqꝫ manus extensio Ulna inquit Ser. in buc. proprie est spatiū inq̄tum utraqꝫ extendit̄ manus. Dicta ulna απο των ωλενων. id est brachiis. licet Sueto. unum cubitum velit esse tantummodo.

¶ Ulpicum pe. cor. greci appellavere genus allii grandius inter pulmentaria ruris. auctores. Plyn. et Colu. Quidam ulpicū vocant alliū punicū. Greci aūt αφοσκοδορ appellant longe maioris vis q̄ alliū. Plaut. in pe. Tu aūt plenior allii ulpici q̄ romani remiges. Colu. Luna infra terrā sit quando alliū vel ulpicū serim⁹ vel in tabulatū reponimus. Sic em̄ neqꝫ acerrimi saporis existere neqꝫ mandentiū halitus inodorare existimantur.

¶ Ultra prępositio est cū actō deservit et nō nisi separata invenit̄. Cuius elegantiā ostendit Sal. in Iugu. Maurisqꝫ vanū gñs: ut alii aphricę contendebāt antipodas ultra ęthiopiā cultu persarū et iustos et egregios agere. Adverbiū est cū sine casu ponit̄: ut assidue lego nihil ultra faciens. Et tunc ex se facit ulterior et ultimus. Fit aūt ultra ab ulis: quo veteres utebantur: sicut citra a cis.

¶ Ultra famā. i. opinionē significat perq̄ multū: sicut intra famā qđ est huic contrariū. Quintil. Hortensii scripta tantū intra famam sunt.

¶ Ultimus pen. cor. ab ultra idem est qđ postremus. Aliqñ etiā dr̄ primus. Verg. lib. viii. Tu sanguinis ultimus auctor. Dictus ultimus qꝫ ultra oīa sit sive ante respicias: sive retro.

¶ Ultro ab ultra fit et significat ultra sive insup. Verg. Et miserescimus ultro. i. ultra id qđ rogavit præstitimus. Interdū significat sine requisitione: ut ultro ad te veni. i. nō requisitus: sed sponte veni. Interdū prave ac perverse: seu versa vice: aut prior. Terē. in adel. Nisi me in illo credidisti esse hoim numero: qui ita sibi putant fieri iniuriā ultra si quā facere ipsi expostulant et ultra accusant.

¶ Ultro citroqꝫ significat id qđ vulgo dr̄: huc et illuc: et tam in factis q̄ in dictis dr̄. Quin. Iuvenis sicut solet ultro citroqꝫ cōmeare. Cic. Multisqꝫ verbis ultro citroqꝫ habitis ille nobis cōsumptus est dies. Quidā in hac significatione utunt̄ sursum et deorsum. Terēt. Sex ago te totos Parmeno hos menses quietū reddam ne sursum deorsumve cursites. Tractū ab atheniēs: cuius port⁹ in imo: urbs vero i editiore loco sita ē

¶ Ultroneus a. um. idē qđ spōtaneus. Hier. in exod. Ab hoīe qui offert ultroneus accipietis eas.

¶ Ulubre civitas in Italia. Hor. Est ulubris animus si te nō deficit ęquus.

¶ Ulula pe. cor. avis a fletu denoīata. hoc est απο του ολολυζειν: qđ est ululare et flere. Ver. Certēt et cygnis ululę.

¶ Ulysses fuit filius laertę regis ithacęs: unde et laertius cognōiatus est et Ithacus ab ithaca insula in qua regnavit. Et Dulichius ab insula dulichia quę in illius regno habebat̄. Similiter et naritius a narito. Et est qñqꝫ secūdę declinationis sicut et achilles. Verg. Et terrā altricē sęvi execramur ulyssi.

¶ Ulysbona civitas in Hispania ab Ulysse condita. Sunt tñ qui pręcipiāt et ulyxē et ulyxbonā scribi per x sed tales grecas litteras ignorant.

V ante M

¶ Umbo media pars clypei eminētior. licet qñqꝫ ꝓ toto clypeo ponat̄. Livi. Gallū umbone ictū deturbat. Sta. Iā clype⁹ clypeis umbone repellit̄ umbo. Civilis lib⁹ bellis.

¶ Umbilicus pe. pro. quicqd i aliqua re est mediū. vñ de libro quoqꝫ umbilicū dici ōñdit. Cat.

Relata carthę regię.ix. vmbilici lora rubra membranæ. Et Plynius vmbilicum Italiæ circa lacu reatinum dixit Suidas noster. ομφαλιτομια οτε τον ομφαλον του βρεφουσ αιμαι αι απο τεμνουσι και αυται δε ομφαλιτομοι λεγονται και ομφαλιον ομφαλοσ τησ ασπιδοσ. Et in hac significatione accipitur quia illuc tanꝗ̄ ad centrū librorū membra conueniūt. Item vmbilicus dr̄ ligamentū intestinorū ꝙ mediam fere ventris planiciem obtinet: a cuius similitudine paruus circulus in terra descriptus ad cognoscēdos ventos vmbilicus dicitur. Plyn. Per huius mediam longitudinē duci sarculo sulcū vel cinere lineā mediamqꝫ circumscribi circulo paruo qui vocatur vmbilicus. Item parui ac rotundi politiqꝫ lapilli eadem ratione vmbilici dicunꝫ. Cic. Tunc duo excellentissimi viri repuerascere maxime videbanꝫ cum ex vrbe tanꝗ̄ e vinculis ambulassent: ⁊ ad caietā laurentūqꝫ conchas ⁊ vmbilicos legere cōsueuissent. Item vmbilici ornamēta ⁊ veluti clauiculi quidā quibus libri ornanꝫ et gemmæ ligantur. Mar. Quid prodest mihi tam macer libellus: nullo crassior vt sit vmbilico. Ply. Et alios cōuenit nō oportere perforari quorum sit absoluta bonitas vmbilicis statim ex auro capita cōprehendētibus. Et poetæ frequēter vsi sunt cum exactū opus significarent: vt ad vmbilicos se venisse dicerent. Horat. in epo. Promissum carmē iambos ad vmbilicū adducerem: quod: exponit Porphyrio ad vmbilicū adducere pro finire: ⁊ consummare opus posuit. Hora. Quia in fine libri ex ligno aut osse vmbilici solent poni. In quē sensum ⁊ Mar. finem tertii clausit. ohe iam satis ohe libelle. iam peruenimus vsqꝫ ad vmbilicum. Tu procedere adhuc ⁊ ire queris. Hinc vmbilicatuꝫ dicimus qđ vmbilicos habet: vel qđ ad vmbilici similitudinē factū est. Huius dimi. est vmbiliculus. Quo nomine etiā dictū est genus ostrei marini: ꝙ in vmbiliculi modum suauiter coeat.

¶ Umbilicatim significat per vmbilicos.

¶ Umbra aer carens sole: qđ fit alicuius corporis obiectu pręsertim nubiū. Hiero. Umbra fit ex lumine et corpore. Quidā απο του ομβρου: qđ est imber vmbrā appellatā existimāt: ꝙ oēs vmbrę humidę sint. Umbrę etiā dicunꝫ quas faciunt pictores: vt imagines quæ planę sunt solidę videanꝫ: qđ dicunt adumbrare. Umbrę etiā dicunꝫ inferorū imagines. Uergi. Umbraruꝫ hic locus somni: noctisqꝫ sopore Corpora viua nefas stygia vectare carina.

¶ Umbella diminutiuū ab vmbra: ⁊ vmbella quę ponebatur in theatris ad arcendū solem.

¶ Umbraculū locus in quo est vmbra. Var. lib. i. de re rust. Prope areā faciunda vmbracula quo secedāt homines in ęstu tempore meridiano. Et apud Esaiā. Delinquetur filia syon: vt vmbraculū in vinea: ⁊ sicut tugurium in cucumerario.

¶ Umbro as. tegendo vmbrā facio. Cuius composita magis sunt in vsu: scilicet adumbro: inumbro: obumbro Col. lib. v. Dum in cremento suo vites inumbrēt Et in Eun. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Augustinus. Adumbratio mysterio helyas loquitur. Aliquando ponitꝫ pro defendo tractū ab arboribus.

¶ Umbro nomē fluuii insubriæ nauigabilis qui ⁊ Iamber a Plynio dicitur.

¶ Umbraticus a. um. qđ est ex vmbra seu ad similitudinem vmbrę. Aug. lib. ii. con. Nō saltem vt est quedā defectura species ⁊ vmbratica vitiis fallentibus. Umbraticus homo dictus est a Plaut. Trapezita qui in vmbra sub tecto vitam agit ociosam. Artes quoqꝫ et negocia vmbratica nominanꝫ: in quibus per desidiā in vmbra elanguescimus.

¶ Umbratile pe. cor. qđ vmbratū est: vt vita vmbratilis: quę vmbra atqꝫ opaco marcescit: seu in vmbra et ocio domestico degitur. Studiosi vitam vmbratilem colunt: quos libri docent in vmbra ⁊ ocio: vt indicat Ci. pro Cor. Bal. Itez pro Murena. Cedat inquit stilus gladio: vmbra soli. Res etiā vmbratiles dicunꝫ quę fiunt per inuolucra ⁊ inanitatē qualis vmbra est.

¶ Umbria regio Italię: quā Ply. in sexta regione collocat: απο του ομβρου: hoc est ab imbre: ꝙ vmbri a grecis quasi vmbrii dicanꝫ: et olim Italię populorū antiquissimi inundatione terrarū imbribus supfuisse credantur. Uel dicta est vmbria ab vmbra ꝙ ea regio propter altitudinē montiū ⁊ vicinitatē apennini vmbrosa sit. Luc. lib. ii. Iusqꝫ sui pulso iam perdidit vmbria thermo. Incipit vmbria ab apennino et vltra ac vsqꝫ ad sinum adriaticū extenditur multis pręclaris vetustissimis oppidis. Sed in primis Sentino ⁊ fano fortunę. In ea etiā sunt spoletū: a quo nunc ea regio ducatus spoletanus dr̄ Narsia: Reate: Ameria: Tiphernum: Fulgineum: Nuceria: Assisia: Tudertum: Narnia: Trecenta vmbroruꝫ oppida. Tusci debellasse reperiuntur.

U ante N

¶ Una aduerbiū acuitur in fine ad differentiā ablatiui nominis vnus ⁊ significat simul. Aliquando etiam in oratione ponitur geminata: ⁊ habet quasi eandem vim quā habet tum ⁊ cum. Ci. vna ⁊ id qđ facio probauit: vna ⁊ in hac causa profecto neminē pręponendum mihi esse existimabit.

¶ Uncus fustis ab imo latere incuruus ac sese retorquens: quo instrumento puniebantur damnati. Iuuena. Impactus seianus ducitur vnco. Huius diminutiuū est vncinus.

¶ Uncus a. um. incuruus: cuius cōposita sunt adūcus ⁊ reduncus: quæ duo Ply. lib. x. complexus est dicens. Et acuta volucribus rostra eadē rapto viuentibus adunca collecta recta: herbas ruentibus: limūqꝫ redunca: Ut suū generi. Hinc fiunt adunco as. ⁊ inunco. Aug. in expo. ps. Pars nostri eius superior: quę supra partem inferiorē aduncatur.

¶ Unciatus vncinis armatus. Ci. Nec vt alę asperis et lenibus armatis vncinatisqꝫ cōplusculis concreta hæc esse dicat.

¶ Uncia dicta est ꝙ vna sit ex duodecim partibus assis. A quo semiuncia: duę sextulæ: tertia pars vnciæ. id est scrypuli octo: sicilicus scrypuli sex: sextula scrypuli quattuor. Est etiā vncia mensurę genus exiguæ: vnde ⁊ diminutiuū vnciola. Iuue. Unciolam proculeius habet: sed gillo deuncem: partes quisqꝫ suas ad mensuram inguinis heres. Unde quicuncē vocamus vasculum quinqꝫ vnciarū capax. Mart. Quincunces puto post decem peractas. De aliis assis partibus. vide in dictione as.

¶ Unciariū ab vncia deriuanꝫ: a quo semunciariū. Liuius. lib. vii. Semunciariū tantū vnciario factū fœnus ⁊ in pensiones æquas triennii.

¶ Unda vndæ proprie pars aquæ in se collecta: et in vnam partem tendens: dicta ꝙ sit vna ⁊ in se coacta.

Aliquando ponit̃ pro aqua: vt pars pro toto. Ouidi. Et terris miscuit vndas. Huius diminutiuũ est vn (dula.

¶ Undosum mare dr̃ fluctuosum.

¶ Undisonus a. um. pe. cor. qd̃ vndis strepit: vnde mare vndisonũ dr̃: q̃ fluctuando sonitũ reddat.

¶ Undiuomus a. um. pen. cor. qd̃ vndas. i. aquas vomit. Unda enĩ q̃nq̃ pro aqua ponitur.

¶ Undatim aduerbiũ significat fluctuatim vel ad vndarũ similitudinem.

¶ Undo as. fluctuo: vndas facio: a quo fiunt cõposita abundo: exundo: inundo: ꝛ redundo: de quibus supra in dictione abundo dictũ est.

¶ Undabundum mare apud Gellium dr̃ abunde vndas faciẽs.

¶ Undulata vestis quę fit ex hyrcorũ et caprarũ pilis potius q̃ lanis q̃ ad vndarũ similitudinẽ picta sit. Nã et cymatilis vestis a fluctu vt apud Plau. ꝛ Ouid. Dicebantur vero ꝛ vndones quidã Cilicii forteq̃ ab vndis quales modo in his textis videm⁹: quę tanq̃ απο του συμβαλλειν συμβαλλωτα. oẽs appellamus: ceu origine ab illo vestiũ genere accepta: de quibus Ply. ita scribit. Lanę ꝛ perse coactę vestem faciunt. Erit ergo symballoton: quasi συμβλυττα. hoc est coacti implexu potius q̃ textu conditũ. De vndone Hier. quoq̃ meminit. Var. de vi. pa. A quibusdã dicitur esse fortunę virginis ab eo q̃ duabus vndulatis prętextatas togas soliti sint habere. Nonius. Var. inquit vndulatũ noue ꝑ puro posuit: ita fit vt vnda lata vestis aliud genus sit fortasse q̃ cymatilis a fluctu dicta.

¶ Unde aduerbiũ. quasi de quo vno loco: vt vnde venis. Interdũ significat a quo. Verg. Genus vnde latinum. Interdũ ponitur pro ad quid. Terent. in heau. Unde petit̃ aurũ. vnde mihi lapidẽ: quorsum est opus vnde sagittas? Inquit Hor. Hic venuste deest putas vel dicas mihi esse. Quint. Unde hunc illi animũ? et alibi. vnde tantũ virtũ cęcor?

¶ Undeuis ꝛ vndelibet: significant ex vno quouis loco: sic vndecunq̃.

¶ Undeuiginti vno dempto de viginti qd̃ est decem et nouem: a quo vndeuigesimus. Sic vndetriginta: vndetrigesimus: vndecẽtesimus: vndemillesimus.

¶ Ungo is. xi. ctum. ꝛ vnguo is. gui. ctũ. scd̃m Prisc. quasi vnũ ago. Ungendo enĩ copulat̃ atq̃ vnitur caro a quo fiunt cõposita inungo ꝛ perungo.

¶ Ungentũ qd̃ ꝛ vnguentũ dr̃ nõ est illa tenax cõpositio qua chirurgi vtunt̃ ad vulnera curanda: sed commixtio diuersoꝝ odorũ addito oleo aut balsamo ad vngenda corpora deliciarũ ꝛ luxurię causa inuenta. Unde in canticis. Odor vnguentorũ tuorũ super oĩa aromata. Plaut. Nõ possunt omnes olere vnguenta exotica. Pompo. tamen Iuriscon. scribit vnguenta esse: quę voluptatis ꝛ valitudinis causa comparant̃. Sed hęc magis medicamenta dicunt̃. Ser. ait hoc nomen vngentũ nõ recipere u. sicut nec vngo: vnguen vero u habere.

¶ Unguen idem qd̃ vnguentũ: ꝛ accipit̃ pro omni eo qd̃ succũ habet: ex quo aliquid vngi potest. Ply. Epiphoras bubulo seuo cũ oleo cocto allinunt. Certũ cornus cinis scebricies eodẽ vnguine sanat. Sunt qui dicant vnguen ab vncto deduci: ꝛ esse vnctũ pingue in suis dorso siue exungiã vel seuũ. Palla. Sumes tantundem vnguinis: quod vocamus axungiã vel seuũ. Persius. Fœnisecę crasso vitiarũt vnguine pulteis.

¶ Unguentarius qui vnguenta cõficit ac vendit: qui a grecis myropola dr̃. Hier. in exo. Facies vnguentũ compositum opere vnguentarii.

¶ Unctum significat illud pingue qd̃ in porci dorso mollius est. Col. lib. vii. Frigoris fomenta adhibent̃ capite ꝛ spina tepenti adipe vel vncto linunt̃. Persi⁹. adiectiue posuit: Uncta vixisse patella semper.

¶ Unguis mas. gñis ab vngo is. q̃ politus ꝛ translucidus sit: ꝛ quasi vnctus: et est ꝑtic eorũ animaliũ: quę digitos habent separatos: vt sunt homines simię aues. Ply. Ungues simię imbricati sunt hominibus lati: rapacibus vnci: cęteris recti: vt canibus pręter eũ qui a crure plerisq̃ dependet. Idem de aquila. Ungues quoq̃ huic generi inuertuntur.

¶ Unguis morbus est oculorũ: quem gręci pterygiũ vocant. de quo supra.

¶ Ungula ab vnguis denominatiuũ est: nõ diminutiuum: quis formã diminutiuã habeat: ꝛ dicitur de his quę digitis carent. Ply. In quadrupedibus solidas habent vngulas: quę nõ cornigera. Idem. Omnia digitos habent quę pedes excepto elephante. Huic enĩ informes numero quidẽ quinq̃: sed indiuisi ac leniter discreti: vngulisq̃ nõ vnguibus similes. Ouid. quoq̃ idem fecit: dum Io descripsit e bouis effigie in primã formã redeuntẽ: Ungulaq̃ i quinos delapsa absumit̃ vnguis. Omnibus vngulis prouerbiale est: qd̃ significat oĩbus viribus: manuumq̃ pedumq̃ ꝛ conatu totius corporis vt etiã vngues qui sunt in extremitate collocati intendant̃: quos Ply. existimat esse summas neruorum clausulas. Cice. lib. iii. tuscu. Toto corpore atq̃ omnibus vngulis: vt dicitur contentioni vocis asseruiunt.

¶ Unguicula dimin. est: ꝛ de his tantũ dr̃ quę vngues habent. Unde a teneris vnguiculis dicimus: pro eo quod est ab infantia: ab ineunte ętate: a pueris: ab incunabilis. Cic. Lentulo. Sed pręsta teipsum qui mihi a teneris vnguiculis es cognitus.

¶ Ungulanos Cato vocauit: qui magnos vngues habent: ac scabros quasi vngulis similiores q̃ vnguibus.

¶ Ungulum annulum significat: quod ideo quidam appellatum putant: q̃ sicut in digito vnguis carne: ita in illo gemma vel signum aliquod auro clauditur.

¶ Ungulata vestis ab vngulis: hoc est annulis. Ungulum enĩ oscorũ lingua (vt ait Festus) priscorũ vocabat̃ vel etiã dici põt ab vnguibus.

¶ Unus numeri principiũ est. Ouidi. Unus erat toto naturę vultus in orbe. Quem dixere chaos. Aliquando dicitur solus. Plautus. Unus tum domi eram ꝛ fores erant clausę. In qua significatione quãdoq̃ genitiuo iungitur. Plynius. Acipenser vnus omniũ squãmis ad os versis contra aquã natando meat. Aliquãdo accipitur pro primo. Verg. Cadit ꝛ ripheus iustissimus vnus Qui fuit in teucris. Sciendum auctore Hiero. ad Damasce. q̃ vnus est numeri: cum dicimus vnus homo: vnus equus. Ubi aũt alius vel tertius nõ potest iungi vnus si dicatur: nõ numeri: sed vniuersitatis est nomen: vt si dicamus vnũ solem: hic vnus ita dicitur: vt alius vel tertius addi non possit. Unus est enim sol multo magis deus cum vnus dicitur nõ numeri sed vniuersitatis vocabulo nuncupat̃, id est qui propterea vnus dr̃: q̃ alius nõ sit.

¶ Unus ꝛ alter significat duos: sicut alter et tertius Tacitus. Sed et alter ꝛ tertius dies contatione coæternum absumitur.

¶ Unicus singularis: vt phœnix est vnica auis. Hinc fit aduerbiū vnice singulariter: vt dilexi te vnice.

¶ Unusquispiam: aliquisunus: vnusquisq; dictio vniuersalis. Unusquilibz ꝛ vnusquiuis idē signt qđ quilibet omni loco: ex omni pte: ex omni regione.

¶ Unanimis ꝛ vnanimus vtroq; modo dr pro eo qui vnius animi est: ꝛ vnius sentētię cū altero: vnde ꝛ vnanimem consensum dicimus cū amicorū cōcordia est. Hinc vnanimitas.

¶ Unicaulis hærba quæ vnū caulem habet: nec in ramos spargitur.

¶ Unicolor pe. cor. vnius coloris.

¶ Unicornis gñis mas. siue vnicorni⁹ ꝛ vnicorniū declinari pōt pro animali qđ vnicū in fronte cornu longum gerit: qđ ad saxa limat: ꝛ cū ipso perforat elephātem. Grece monoceros dr. Hoc animal: vt Albertus inquit: est moderatę quantitatis: buxei coloris ꝛ fissæ in duo vngulę pedis: in desertis habitans.

¶ Unicuba pe. cor. mulier quę cū vno tantū viro concumbit. Hier. Negāt anteq; religio nr̄a fulgeret imūdo vnicubas semꝑ habuisse inter matronas decus.

¶ Unigenitus filius qui vnicus est: quasi solusgenit⁹ nec fratrē vllū habuit aut sororem.

¶ Unicolus qui ꝛ monoculus: qui vnum tantū habet oculū. Plautus. Unicole salue. Græci monophthalmon dicunt.

¶ Uniuira pe. cor. quę vnū duntaxat virū coniugem habuit. Hie. Uniuira anna inducit semperq; ieiunās.

¶ Uniuersus quasi oīs ad vnū versus. i. sine aliqua exceptione: ꝛ in singulari quidem idem est qđ totus: vt vniuersus ager. vniuersus exercitus. In plurali significat oēs coniunctim. Nā si dicimus. Omnes sibi domiciliū constituerūt: intelligit domiciliū sibi vnū quēq; cōstituisse. Si vero dicimus vniuersi sibi domiciliū constituerūt: significat: oēs simul vnū sibi pro oībus domiciliū fecisse. Hinc fit inuniuersum: qđ significat vniuersaliter.

¶ Uniuersale qđ ad vniuersos pertinet: vniuersalitas generalitas.

¶ Uniuocū pe. cor. cuius ꝛ nomē cōmune est: ꝛ eadem substantię ratio: qđ grece synonymū dr: sicut æquiuocum cuius nomē tantū cōmune est: sed substātię diuersa ratio: ꝛ a grecis homonymō appellat: homo ꝛ equ⁹ vniuoca sunt: quia sub vno aīalis noīe cōprehendunt et eadē est vtriusq; substātia· homo verus ꝛ homo pictus æquiuoca sunt: qr de vtroq; animal prædicat: sed substantia eorū diuersa est. Grāmatici dicūt homonyma esse: q̄ voce sed nō significatiōe ꝯueniūt: vt nepos et filius filii vel luxuriosus. Synonyma quę nō voce: sed significatione cōueniūt: vt ensis ꝛ gladius. Hinc vniuoco as. pe. cor. ꝛ vniuocæ.

¶ Unedo fructus arboris similis terrestrib⁹ fragris et arbor ipsa etiā vnedo dr folio cintro similis fruticosa: pomū inhonorū est. Ideoq; vnedo dr: q vnū tantū mandi possit Greci comarū vocant: latini arbutum.

¶ Unio is. iui. itum. cōiungo. quasi vnum facio. vnde vniti animi qui sunt vnius voluntatis.

¶ Unio onis. modo concordiā significat. Augu. Nam hoc fieri posse in tanta animorū vnione quis dubitet: modo margaritā q in conchis nulli duo reperiantur indiscreti: inquit Ply. Dos oīs vnionū est in candore magnitudine orbe lęuore ꝛ pondere.

¶ Unni populi qui mari cronio vicini Caspiū accolunt: quos quidā turcos vocari existimāt sunt hūgari

¶ Unq; aduerbiū significat aliquo tp̄e: quasi vno quouis tempore: a quo nunq;.

V ante O.

¶ Uoces dicuntur ea omnia quę sonant: non enim sic ἀπὸ τοῦ βοάω: quod est voco. Uerg. Fractasq; ad litora voces.

¶ Uocula pe. cor. diminutiuū: parua vox. Cic. ad. Q. Fratrem. Cito molliores sunt ꝛ delicatiores in cantu flexiones ac falsæ voculę q̄ certę ꝛ seuerę. Interdū ponitur pro detractione. Idem. M. Cælio. Si incurrit hęc nostra laurus nō solum in oculos: sed iam etiā in voculas maliuolorū.

¶ Uocabulū dr quo res singulæ nominant.

¶ Uocalis ꝛ hoc vocale qđ est sonorū ꝛ summę vocis. Ply. lib. xviii. Ranę quoq; vltra solitū vocales: sunt signa tempestatis. vnde vocales litterę dictę: quia per se voces faciunt: ꝛ sine his litteralis vox proferri non potest. Hinc semiuocales quę quasi dimidiatū vocalium sonū habent. Sciendū est q quando dictio finit in vocalē q̄uis longā: si sequens incipiat a vocali illa finalis breuis est: vt illo alto.

¶ Uocalitas cōsonantia: quam greci euphoniā vocāt

¶ Uocifero significat cū dolore siue indignatione maiorem vocem emitto. Interdū sine effectu vehementer exclamo.

¶ Uoco as. clamo: vt voca operarios. item vocare appellare. Lactan. lib. iii. Qz si deū naturā vocant: quæ peruersitas naturā potius q̄ deū nominare. Item inuitare: vnde vocatores dicti sunt: quibus inuitandi datū est negociū siue qui per se vocant ad cœnas. Plyni. Inuitatus ad regis cœnam venit. Indignantiq; Ptolemæo ac vocatores suos ostendenti: vt diceret a quo eorū inuitatus esset. Ille arrepto e foculo carbone extincto imaginem in pariete delineauit. Item poscere seu vendere. Iuue. Bis quingenta dedit tanti vocat ille pudicā. Item denunciare. Uerg. lib. i. Georg. Tum cornix plenam pluuiam vocat improba voce. Huius composita sunt aduoco: auoco: conuoco: in vnum voco: congrego. Cic. lib. i. tuscu. Qui dissipatos homines congregauit: et ad societatem vitę conuocauit: circunuoco: vndecunq; voco: deuoco: euoco inuoco: prouoco: peruoco: quod est omnes voco: reuoco: retrouoco: et seuoco: quæ habent penultimam correptam.

¶ Uocito as. pe. cor. frequēter voco. Plau. in cap. Pecimū vocitatus est post vos vidistis tindaro.

¶ Uocatiuus casus dictus est: q per eū vocamus.

¶ Uogisonus siue vigisolus lacus in patauino agro.

¶ Uolo as. propriū est alas habentiū: vt volat ille per aera magnū Remigio alarū. Transfertur etiā ad alia quę celeriter currunt: vt nauis volat: fama volat: et huiusmodi pro celeriter vadit. Terenti. Ne frustra illic expectet vola. Hinc veliuolū mare dicitur. Eius composita sunt aduolo: quod est iuxta: vel aliquo volo. Plynius libro decimo. In agrū volare tantum palumbium vis e mari quotannis aduolat. Auolo alio volo: circumuolo. Idem in eodem. Nec vnq; tam longo naues: tanq; continuo cursu recedunt a terra: vt nō circumuolitent eas apodes. Deuolo deorsū volo Euolo extra vel in altum volo. Unde per translationem. Cicero Lentulo. Quia alius me euolare voluerunt. Inuolo interuolo: Obuolo: Contrauolo:

peruolo celeriter volo: preuolo ante volo: prouolo procul volo: reuolo rursus volo reuerto. Gel. Ubi satis se ulterat coruus reuolabat in galea tribuni. Subuolo latenter volo. Colu. lib. ix. Pulli facilius sub matrib⁹ pinguescunt: si iam prius q̄ subuolent paucas subtra has pinnas & obteras crura & vno loco quiescāt: Sup uelo & transuolo que habent pen. cor.

¶ Uolito as. frequēter volo. Ply. Super aquas assidue volitans. Ponitur & pro discurro. Cice. Qui per forum volitant.

¶ Uolatus us. ipsa volatio & volandi actus.

¶ Uolatile pe. cor. quasi volans: vt ala volatilis: & volucres volatilia dicuntur: quia volant.

¶ Uolaticus a. um. qd volat & cito trāsit. Aug. lib. v. conf. Turpes sunt tales & fornicantur abs te amādo volatica ludibria.

¶ Uolatura idē qd volatus. Var. In prima volatura cū venirit morant dies paucos requiescēdi causa.

¶ Uolucris pen. cor. oē id qd volat. nō solū aues: sed apes quoq: vespe: tabani & reliqua hmoi. Hiero. contra Iouin. Quis nostrū leonē: quis viperā: quis volucrē: quis ciconiā: quis miluū: quis reptātes in littore vermiculos vnq̄ comederit?

¶ Uolucer adiectiuum ponit̄ p celeri. Mar. Et volucrem longo porrexit vulnere pardū.

¶ Uolucra genus animalis: qd perrodit teneros pāpinos. Col. li. iii.

¶ Uolo is. a volo las. q̄ animus in quo velle est talis sit: vt puncto tpis puolet quo vult: Hinc volūtas: et volētia. Cōposita sunt nolo: malo & puolo.

¶ Uolūtas vt Aug li. de li. ar. ait. Est qua appetim⁹ recte honesteq viuere: & ad summā sapientiā peruenire. Hinc voluntarius a. um. quod fit sponte. Aug. Uoluntarium bellū indicit passionibus. Hinc aduerbium voluntarie.

¶ Uolentia idem qd volūtas: q̄ qd de rōne desyderat Sal. Cū volentia plebi p placētia plebi scripsit. hoc est q̄ plebs vellet. A volētia sunt beniuolētia: maliuolentia pro amore & odio: quasi bona & mala voluntas. Beniuolus & maliuolus.

¶ Uolones dicti sunt serui qui in bello punico cū deessent qui scriberent̄ p dn̄is pugnaturos se polliciti in ciuitatē recepti sunt: & volones appellati: quia hoc sponte voluerunt.

¶ Uoluptas est elata preter modū letitia opinione p̄sentis alicuius boni. vnde quicquid cū delectatione animum demulcet, voluptas dicit̄: q̄ id maxime velimus. Referturq ad aīm & ad corpus: q̄uis nōnulli insimulent solius corporis esse ac turpē. Sed de honesta scribitur in ps. Torrēte voluptatis tue potabis eos. De turpi. Ci. Diuinus Plato escā malorū appellat voluptatem.

¶ Uoluptuosus habitionem & vehementiam significat & affectionē: vt voluptuosus homo: qui pcē amat voluptatē: voluptuosa res q̄ in se hz voluptatē: & plena ē voluptatis: & q̄ voluptate afficiat: ille recipit: hec

¶ Uolupe delectabile. Plau in Am. Nā qn (recipit̄ vos trāquillos video: gaudeo: & volupe est mihi. Alioquin pro voluptate ponitur.

¶ Uoluptarius a. um. qd voluptatē affert. Aug. lib. x. con. Et sepe incertū fit vtrū adhuc necessaria corporis cura subsidiū petat: an voluptaria cupiditatis fallacia ministeriū appetat: voluptarius hō q̄ se voluptati dat. Plau. in men. Uoluptarii atq potatores maximi tū sycophāte: & palpapatores plurimi.

¶ Uoluptabile gratū voluptuosum. Plau. Uoluptabile mihi cū aduentu tuo tulisti.

¶ Uoluptia voluptatis dea habita est.

¶ Uola media pars manus siue pedis: a quo volo as. quod significat volas. i. pedes moueo. Uirg. libro. vi. Ille tantū pdire volāndo: Nā ad pedū volas rettulit ad manus rettulit Ter. Uix me cōtineo quin inuolē in capillum. A vola fit compositū inuolo: quod est rapio & suffuror & in vola abscōdo.

¶ Uolua: vide in dictione vulua.

¶ Uolema pe. p. Galli appellant pyra bona & grādia eo q̄ palmam impleant.

¶ Uoluo is. ui. duarū syllabarū volutū nōtē significationis: cuius cōposita sunt Aduoluo p agglomero: cōuoluo: circūuoluo: deuoluo: euoluo: inuoluo: puoluo ante voluo: vt prouolutus pedibus: reuoluo: explico seu iterum voluo.

¶ Uoluto as. pe. p. sepe voluo: & aliq̄ mente voluo & cogitatione pquiro. Uirg. Id quidē ago & tacitus lycida mecū ipse voluto.

¶ Uolutabrū pe. pro: locus vbi sues volutantur. Uirgil. Sepe volutabris pulsos syluestribus apros Latratu terrebis agens.

¶ Uolubilis qui facile voluitur.

¶ Uolux vermis q̄ & puoluolus & inuoluolus dicit̄.

¶ Uolumen pe. p. a voluēdo q̄ maiores nr̄i in libris arborū. i. codicibus scribebant: & libellos illos quo cōmodius cōplicabant. Ideoq volumina appellata sūt libellis siliora q̄ libris. Est enī pprie volumē ps codicis: vtputa Metamorphoseos liber in quindecim volumina distictus ē. Oui. Sūt mihi mutatē terquinq volumina forme. Ply. iunior. Libri. iii. in. vi. volumina pter amplitudinem diuisi: quasi. vi. minores libros vidēnt volumina aliq̄to minora q̄ libri igit̄ volumē ps libri est: liber vero p toto codice & p volumine accipit̄ vn̄ dicim⁹ euoluere libros. i. apire lectitādi gr̄a: q̄si rē cōplicatā explicare: sicut euelare rē velatā detegere.

¶ Uolsella sūt instrumēta ad pilos euellēdos a corpe

¶ Uomo is. ui. itum. eiicio: & pprie de cibo dr̄: q̄uis ad alia transferat̄: inde vomitus. Huius cōposita sunt euomo extra vomo: reuomo: retro vel rursus vomo. Ply. lib. x. Simili mō auibus deuoratis solidis contentione plurima & cetera ossa reuomunt.

¶ Uomer & vomis dictus q̄ terram vomat.

¶ Uomica pe. cor. a vomendo: q̄ pus ibi manet: vel q̄ qui hr̄t id saniē reiiciāt. Nā est tumor excrescēs: siue grossities illa q̄ nascit̄ in aliqua pte corporis saniē frequēter emittēs. Sere. Sūt odio q̄s dira vomit natura tumores Uomica qualis erit vel idē prima queda Hinc Plau. Nō infestiuiter vomicā appellat crumenā nūmis refertā atq tumentē cū ait in psa. Quid in hoc collo tibi tumet: respondet: vomica est. Sumit̄ & pro receptaculo ex eadē similitudine. Un̄ apud Ply. lapis legit̄ venis cuius vomica liquoris eterni argētū viuū appellatur. Nonius. Caua & vetustate obesa vomice nominātur.

¶ Uopiscus dr̄ q̄ ex duobus cōceptis vno aborto excluso ad ptū legitimū ducit̄. Quo noīe dictus est historicus quidā qui de Imperatorib⁹ scripsit

¶ Uoro as. cibū nō pfectū deglutio: hic p trāslationē vorare capit̄ p auide sumere: vn̄ voraces gulosi: & voracitas gulositas. Cōpositū ē deuoro: de quo supra.

¶ Uorago pe. p. barathrū dr̄ q̄ in eā cadētia nō emer

gant: sed deuorari videantur.
¶ Vortex vide in dictione vertex.
¶ Voueo es. ui. tũ. deo aliqd sancte p̄mitto. Liu. In re trepida. xij. vouit salios fanaq; pallori & pallori. huius ꝯpositũ est deuoueo: qđ est destino: vñ & deuotuz destinatũ. Var. Tu deuoto tibi aio vtere.
¶ Votũ p̄missio facta deo: s3 qꝛ ea valde desyderam⁹ q̃ voto a deo poscim⁹: fit vt aliqñ votũ p voluntate et desyderio sumat: vñ voti ꝯpotē dicim⁹ eũ q̃ desyderium suũ assecut⁹ est: & p voto succedere. i. p desiderio.
¶ Votiuus a. um. pen. p. qđ ex voto dari p̄mittitur. Hor. Pascit in vestrũ reditũ votiua iuuēca. Votiua verba dicim⁹ q̄bus in faciēdis votis vtimur: & votiuas p̄ces quib⁹ aliquid cũ voto poscimus. Ply. li. vij. Ludis p salute diui Augusti votiuis. Cicer. in Ver. acti. ij. ludos votiuos appellat: quos vouerat. Hier. Votiuũ tūc xp̄ianis erat p noīe dei gladio p̄cuti.
¶ Voto as. a quo fit aliud frequen. votito as. votituz veteres dixerunt quasi voto p̄hibitũ. Plau. Nolo illũ habere causam & votitã dicere.

V ante P

¶ Vpupa auis cristis a capite exeũtibus galeata in fimo semper cōmorans.

V ante R.

¶ Vrania pen. cor. vna ex musis & apud nos cœlestis dicit. Ouid. lib. v. fast. Excipit vraniæ fecere silentia cũctæ. ουρανος eñ cœlũ d'r: q' viros eruditos in cœlũ tollit. Vranos vero d'r quasi oranos: vt inquit Amb. lib. hexa. ab ορω: q' sit visui p̄uium: & minime deusuz vt est aqua & terra.
¶ Vrbs oppidũ muro cinctũ ab vrbo aratri curuatura: q' antiqui iūctis bobus tauro & vacca ęthrusco ritu in ꝯdēdis vrbib⁹ interiore aratro circũagebāt sulcũ intra quē vrbē ędificarēt: hoc faciebāt religionis cã die auspicato: vt vrbs fossa muroq; munita esset: & locũ vñ terrã fodissent vocabãt. Virg. lib. 3. ge. Apta dies legit qua mœnia signet aratro. Quidaz ab orbe vrbē appellatã putãt: q' sulcus in orbē duceret. Nam ciuitates antiquę in orbē fiebãt: & p̄prie Roma vrbs dicta est p antonomasiã cũ cętera dicant oppida. Est aũt vrbs mœnia ip̄a. Virg. Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni Carthago. Ciuitas coloni q̃ ciues dicunt. Apul. qđ ois ciuitas approbauit. Sed ꝯfundũtur q̃nq; q' vrbs p ciuitate ponat. Virg. Inuadunt vrbē somno vinoq; sepultã. Et ciuitas p vrbe. Sen. Cũ plerasq; ciuitates viderimus terremotu fundit⁹ collapsas. Ab vrbe fit suburbiũ & suburbanũ. Vrban⁹ & vrbicus: sicut ab oppido oppidan⁹ & oppidicus.
¶ Vrbicula dimi. p̄ua vrbs: quę citadella appellatur.
¶ Vrbicus a. um. qđ ad vrbē pertinet: sicut rusticus a. uz. quod ad rus. Gel. Si qđ aut posset remediũ esse vt ne tã assidue domus Romę arderēt vęnũ hercle dedissem res rusticas & vrbicas emissem. Sue. in Aug. Vt feraciorē habitiorēq; ãnonę vrbicę redderet.
¶ Vrbanus a. um. idē qđ vrbicus: vt vrbani mores: vrbana curia. Aliqñ vrbanus d'r cultus / disertus: facetus: hoc est q̃ in verbis & sono & vsu p̄prium quendaz p̄ se fert vrbis gestũ & sumptã ex ꝯuersatione doctorũ tacitã eruditionē. Et differt a dicaci: q' dicax ē cuius sermo cũ risu aliquē incessit. Ideo Demosthenez vrbanũ fuisse dicũt: dicacē negant. Quēadmodũ aũt vrbanũ & dicacē hoīem dicimus: ita vrbanũ & dicacez sermonē. Vñ vrbanitas & dicacitas tã de oratione q̃ de hoīe d'r. Ab vrbanus suburbanũ & anteurbanũ.
¶ Vrbanatim idē qđ vrbane: hoc est modeste eleganter. Pōpo. Ego rusticatim tangã: vrbanatim nescio.
¶ Vrceus vt Paul. Iurecos. ait est vas: quo aqua in vrinam infundit: cuius dimi est vrceolus.
¶ Vrgeo es. si. cogo: p̄mo: impello. Virg. Ima soluuntur latera atq; oculus stupor vrget inertes. Et vrgere insistere. Lucil. Cede hostiũ gnato vrgere instant / perimus. Itē tegere. Virg. Qui saxo semꝑ atq; ingenti pondere testę Vrgerent. Itez accelerare: vt apud eundē. Veste tegēs tibi quã noctes festina diesq; Vrgebam & tela curas solabar aniles.
¶ Vri boues agrestes: quos vulgus bubalos vocat: feri sunt & velocitate excellentes: cornua taurinis similia: vt auctor est Soli. capacissima sunt adeo vt in mensis vicē p̄beant poculorũ. Quinetiã Albert⁹ magnus lib. xxiij. de aīalib⁹ scribit tantã esse vrs in cornib⁹ vastitutē ac robur vt hoīem cũ equo vētilēt. In germania peculiariter gignunt: vt Cęs. & Ply. testãtur. Dicti vri απο των ορεων. i. a montibus: qꝛ in mōtibus esse cōsueuerunt.
¶ Vrina a grȩco ουρεω meio: a quo ουρον vrina dicũt latini lotiũ a supino lotũ. Ro tñ syllaba p̄ter naturaz p̄mitiui corripitur. Neq; solũ pro excremēto potus sed etiã p generali spermate accipi solet. Ply. li. viij. Incōtinens asinę vterus genitalē vrinam reddit: ni cogatur in cursum verberibus a coitu.
¶ Vrino as. siue vrinor pe. p. qđ est in aquã emergi & natãdo emergere. Nã & vruũ ita flexũ deorsum est: vt redeat sursum. Vrinare ergo quasi ad similitudinem vrui nare. i. natare. Ply. lib. xi. Eadē ē cã: qꝛ sub aqua diu ranę & phocę vrinent. Hinc vrinatores ap̄d Var. qui in aqua mergunt. Callistratus Iurecōsul. appellat eos qui merces e mari extrahunt: nauigii q̄fa lascatas. Hinc fit ꝯpositũ Innutino. Col. li. ix. Lacus piscinasq; fiãt: vt sint quibus inurinare possint anes.
¶ Vrna p̄prie vas aquariũ quod in aqua haurīēda vrinat. i. mergitur: atq; emergitur. Cuius diminutiuum est vrnula.
¶ Vrnariũ mensa quadratã: q' vrnas cũ aqua positas ibi potissimũ haberent in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciunt: foramine per quod aqua effluat relicto: ac super id escaria vasa epulis vncta per ancillas lauantur. Est & vrnariũ balnei ab vrna vase aquario.
¶ Vro is. vssi. vstũ. ardeo: quod & de frigore dicitur. Nam et frigus vrit. Luca. Vrebant montana niues. Virg. Aut boreę penetrabile frigus adurat. Per trãslationem ponitur p cruciari. Virg. Vrit atrox Iuno Huius ꝯposita sunt aduro: qđ est circũuro. Virg. Rapidi ve potētia solis Acrior: aut boreę penetrabile frigus adurat. Deuro: exuro: cōburo: peruro valde vro a quo pruina. Inuro: qđ est adhibito igni fingo.
¶ Vredo morbus herbarũ fructicuz arborũq;: qui in vitibus etiã carbũculus dicit: & in cęteris rubigo fata plantas: arboresq; adurens. Interdũ vredo significat incendiũ ac pruritũ. Plyni. De vrtica pisce hoc tractu vredinem excitat.
¶ Vropigiũ & oropigiũ est angusta & vltima spinę ps siue vt Iulius Pollux inquit sphondilis finis podici eminentis: quasi terminus pygæ siue finis vertebræ.

Grece ουροπυγιον. Arist. lib. viii. de partibus aialiũ vt caudã quadrupedũ vult esse ita volucriũ vropygiũ ⁊ earũ dũtaxat quę scissas alas habent: oropygiũ ita datũ volucribus ad dirigendos volatus: quẽadmodũ nauigijs temones.

¶ Ursus aial ferũ: a quo fiunt diminutiua vrsulus: vrsellus ⁊ vrsiculus ⁊ adiectiuũ vrsinus a. um. qđ est ex vrso: vt caro vrsina.

¶ Ursa fœmi. ab vrsus: est ⁊ sydus cœleste figurã habens similẽ plaustri. Unñ antiq grecoꝝ amaxã: hoc est plaustrũ dixerũt: nostri quoq; a bobus iũctis septentriones appellarunt. i. a. vii. stellis ex quib⁹ quasi iũcti triones figurãtur. Sunt aũt duę vrsę maior et minor: quas greci αρκτους vocãt: de quibus alibi.

¶ Urtica gñs herbę ab vrendo: ꝙ ei⁹ folia tacta acerrime vrant. Quo etiã noie dictus est piscis quidã ꝙ vredinẽ tactu excitet. Cõstat si equę marẽ nõ admittant ⁊ vrtica infricẽt natura libẽter coitũ pati. Scribunt physici vrticã in cibis coctã vtilissimã esse ĩpeni vẽtris duritiei: articularibus et podagricis morbis arterię tussi ventris distillationi stomacho. Pectus pterea purgare vrinã eijcere: sanguinem nariũ sistere: calculos rumpere: vuã reprimere. grece aũt ακαληφη vrtica dicitur

¶ Uruum aratri curuatura: a quo vruo as. quod est aratro desinio.

V ante S

¶ Usia cũ accentu in pen. latine essentia siue substantia dicitur. Aug. in dial. Usia est ꝓprie ⁊ pricipaliter dicta quę neq; in subiecto neq; de subiecto significat vt est hic homo vel hic equus. Secũdę dñr vsię gñs ⁊ species. i. aial ⁊ homo: ꝙ solę indicẽt primã: vt si quis nolit vel nesciat dicere: Socratẽ dicat aial vel hoiẽ. i. gñs vel speciẽ: qbus dictis qđ sit socrates agnoscit

¶ Usitor pen. cor. frequẽta. ab vtor. A quo vsitatus vsitatior: vsitatissimus.

¶ Uspiam ꝓ vsq;: ⁊ in loco ⁊ ad locũ significat. Terẽ. in adel. Aut vspiam ceciderit.

¶ Usq; alicubi qsi vno quis loco: a quo nusq; nullibi.

¶ Usq; modo ꝑpositio est significans ꝯtinuationẽ ⁊ finẽ actus: puta loci: tpis ⁊ hmoi: vt vsq; ad diẽ dñi cum tecũ futurus sũ. Uirg. Usq; sub extremũ brumę intractabilis imber. Tibul. Uera cano sic vsq; sacras innoxia laurus Uescar ⁊ ęternũ sit mihi virginitas. Sed cũ noibus ꝓprijs locoꝝ: vel domus: rus: militia iũgit: simplicẽ actm̃ requirit: vt vsq; rus ꝓpero. Qñq; addit ad. Cic. ꝓ Deiotaro. Usq; ad numantiã misit Cũ alijs vero iungimus ad: vel in. vt vado vsq; in hispaniã: vado vsq; ad Padũ. Interdũ etiã de loco ẽ. Teren. in Eu. Ex æthiopia est vsq; hec. Qñq; aduerbiũ est significãs diu aut multũ aut ꝓpe. Idem in Adel. Ctesipho me pugnis miserũ ⁊ istã psalteriã vsq; occidit. i. ꝓpe vel vehementer occidit. Nã occidere ad cędẽ veteres referebãt. Aliqñ significat assidue ꝑseuerãter. Cic. Cornifi. Mihi curę vsq; erit quid agas Uirg. li. vi. Nec vidisse semel satis ẽ iuuat vsq; morari

¶ Usquequo quasi ad vnũ aliquod tẽpus vel locũ: vt vsquequo ebria eris.

¶ Usquequaq;: passim: assidue: semp: quasi in vnoquoq; loco: siue in vnoquoq; tpe. Cic. Treba. Usq;quaq; sapere oportet.

¶ Usq;eo ⁊ vsq;adeo. i. intantũ. Ci. Usq;eo vt ego mi serer eius. Aug. Usq;adeo inter frementes permãsit intrepidus ⁊ inter lapidũ fuit eructamenta securus: vt incredulitatẽ iudęorũ fidenter argueret.

¶ Usq;antehac. i. anteq;: sicut exponit Do. Ibi iunguntur duę ꝑpositiones: sed vna est velut aduerbiũ. Nulla em̃ ꝑpositio ꝑpositioni iũgi separatim põt. Sz vsq; eiusmodi est: vt sine aliqua ꝑpositione raro inueniatur. Terẽ. in An. Ut animus in spe atq; in timore vsq; antehac attentus fuit.

¶ Usus: ipe vtẽdi act⁹. Uir. Nã neq; erat corijs vsus. Interdũ ꝯsuetudo. Quintil. Mulierẽ cũ qua longus illi fuerat vsus. Interdũ opus ⁊ exercitiũ. Uirg. lib. viii. Arma acri faciũda viro nũc viribus vsus. Nunc manibus rapidis. Interdũ fructus ⁊ vtilitas. Apul. Cũ id ex vsu meo nõ esset. Hinc vtilis ⁊ vtilitas.

¶ Usura vsus dr. Sene. Si mihi vnius diecule vsurã ꝑmisisset. Unñ ⁊ pecunia q̃ in fœnore sorti accedit: vsura dr: qm̃ ex vsu acquirat. Hãc Uar. impendiũ vocat ꝙ inter se iungat vnũq; fiat quasi ꝯpendiũ. Sidoni⁹ Apollinaris posteriora vocat: qm̃ qui fœnus agitãt ⁊ in vsuras extendunt: vident aggregare posteriora prioribus ⁊ ortis oritura ꝯnectere. Ob id greci τοκος vocant eas quasi partus posteritatẽ.

¶ Usurarius a. um. ex quo capitur vsus. Plau. in am. Alcumenã vxorem cœpit vsurariam.

¶ Usurarius dr ille cuius est vsus qui rei vsũ capit.

¶ Usuuenit. i. accidit. Cic. in Cato. Nã si id culpa senectutis accideret eadẽ mihi vsuuenirẽt oia ⁊ reliqs maioribus natu. Ply. Id em̃ frequẽter vsuuenit: vt mali bonis pręferantur.

¶ Usucapio is. duo verba videt: vnde vsucaptio siue Usucapio onis. q̃ est ab vsu acquisitio vel adiectio dominij per ꝯtinuationẽ possessionis tpis longe diffiniti: vt puta. xxx. aut. xl. annoꝝ si res imobilis sit quam possidemus. Triũ annoꝝ si mobilis. Recẽtiores pmã illã ꝑscriptionẽ. hanc vero vsucapionem vocant. Ita em̃ dicitur vsucapio sicut pignoricapio. Cato. Hæc pignoricapio ad æs militare facta est: quod æs tribuno ęrario miles accipe debeat. Paul. Qui alienam rem mortis causa traditam vsucæpit: non ab eo videtur accepisse: cuius res fuisset: sed ab eo qui vsucapionis pręstitisset.

¶ Usussructus dr cũ res aliqua nõ nostra est: sed pinde ex ea fructũ atq; vtilitatẽ capimus acsi nostra eẽt Diffiniturq; ab Ulpia. ꝙ sit ius alienis rebus vtendi fruendiq; salua rerum substantia.

¶ Usurpare est in frequenti vsu habere: ⁊ hoc siue factis siue verbis fiat. Col. lib. ij. Nã illud qđ in quibusdã ꝓuincijs vsurpat: vt cornibus illiget iugum fere repudiatũ est ab oibus. Cic. Qđ semper vsurpam⁹ in oĩbus dictis ac factis minimis ac maximis: cum hoc decere dicimus: illud nõ decere. Igitur vsurpare ẽ frequenter decere: seu frequẽter facere. Ambro. lib. hexa. ꝓ solere posuit. Ipsum mundũ semp fuisse ⁊ fore. Arist. vsurpat dicere. Iuriscõsulti vsurpare pro ꝑter ius vti vtunt. Gel. lib. ij. Mutiũ iuriscõsultũ dicere solitũ legi nõ esse vsurpatã mulierẽ q̃ cũ Calẽdis Janua. apud virũ causa matrimonij esse cœpisset añ diẽ. iiij. calendas Janua. sequẽtes vsurpatũ esset nõ posse impleri trinoctiũ qđ abesse a viro vsurpãdi causa ex. xij. tabulis deberet: qm̃ tertiæ noctis posterioris sex horę alteri⁹ anni essẽt qui inciperẽt ex calẽdis

¶ Ustulo as: pe. co. ab vro fit. Pacu. Cãdẽti ferro crines vstulare. Li. pauci semiustulati venere i prãtem,

¶ Ustrina pe. pro. locus in quo metalla candescūt vt laborenť. Ply. In vstrina ter siccanť ita vt torreātur carbone puro ac totiens vino restringanť albo.

¶ Ustrigo pe. p. vredo diciť. Ambr. li. hexa. Nō desinit esse triticum: si aut vstrigine aduratur: aut imbre madidetur.

V ante T.

¶ Ut ꝯiunctio causatiua: vt Dedi tibi librū vt legeres. i. ppter hanc causam. Ci. Lentu. Nō illi quidem vt mihi stomachū facerent. Interdū adiunctiua est. Plau. Is mihi suasit vt ad te irē. Interdū elegantię causa poniť. Cic. Inuitus feci vt. L. Flaminiū de senatu eiicerē. Nihil em̄ significat nisi inuitus feci. Interdū poniť p ꝙ. Ter. Nihil do vt etiā impuratus ille me irrideat. Interdū est aduerbiū tꝑis: ⁊ significat statim: postq̄: ex quo: primū. Virg. Ut regē equęuum crudeli vulnere vidit. Idem. Turnus vt infractos aduerso marte latinos. Interdū aduerbiū qualitatis: ⁊ significat quo mō. Virgili. Ut vidi: vt perii: vt me malus abstulit error. id ē statī postq̄ vidi: siue cūprimuz vidi: quo mō perii. vnde amicos interrogamus: vt vales? i. quo mō vales? Significat etiā qualitatē certā ⁊ incertā. Ter. in adel. Nō me hanc rez vt erat gesta patri indicasse: quasi dicat quoquomō: vel male. Aliqñ admirātis. Plau. in Ru. Ut in ocellis hylaritudo est? Et illud. Ut nūc fluctuat mare? i. q̄ztuz siue quomō. Aliqñ similitudinis. Idem. Ut imbrices fluūt oculi. i. sicut qñq; et postponiť ita. Ci. ii. de ora. Ut quisq; optime grece sciret: ita eē nequissimū. Ubi notandū ꝙ licet quidā ꝑceperint in hac iunctura: ita ⁊ vt semꝑ respondere gradus. Ouid. tñ li. hero. dixit. Ut ferus est multoq; suis truculētior euris Spectasset siccis vulnera nostra genis. Nō em̄ siccioribus dixit. Poniť nōnunq̄ p vtpote. i. tanq̄. Liui. Gens vt in ea regione diuitiis ꝑpollens. Qñq; p q̄ppe. Quintil. Nec ignoro quos transeo: nec vtiq; dāno: vt q̄ dixerim esse in oībus vtilitatis aliquid. Interdū significat ita: vt siue ppter qđ: vel quapropter: vt si dicam quotidie hospites ad me veniūt: vt incipiā iā stomachari tantā frequētiā. Itē aduerbiū optandi ⁊ poniť pro vtinā. Ter. in heau. Ut illū dii deęq; oēs perdant. Itē significat scđm. Quint. At vero orator vt ē semper ad dicendū paratus. Cice. Qui sermo: q̄ ꝑcepta: q̄zta notitia antiquitatis: sciētia iuris augurū. Multę etiā vt in hoīe romano litterę. Interduz significat q̄ztuz. Plau. in asi. Ut nostrę fortunæ ꝓcedūt libane. Ter. in an. Ego postq̄ te emi a paruulo vt semꝑ tibi apđ me iusta ac clemēs fuerit seruitus scis. Poniť p q̄uis. Plau. Ut istuc periculū ingens sit: me tñ nō terrefacit. Ouid. ad Ruf. Ut desint vires tñ est laudāda volūtas. Pro q̄. Virg. Ut te post multa tuorū funera. Pro ne nō. Terē. in an. Vides hic mihi vt satis sit vereor ad agēdū. Iungiť modo indicatiuo: vt sustinui. Modo optatiuo: vt factā: mō subiūctiui. Virg. Infādū regina iubes renouare dolorē Troianas vt opes ⁊ lamētabile regnū Eruerint danai. Ab vt fit vti: et addendo nā fit vtinā. Sicut sicuti velut veluti. Prout. i. sicut.

¶ Utut come se voglia. Terē. in adel. Immo hercle hęc queso sire vtut hęc facta sunt.

¶ Utcūq; similiter significat quomodocūq;. Liuius Utcūq; erit iuuabit tñ rerū gestarū memorię principis terrarū populi me ipm consuluisse.

¶ Utinā aduerbiū optātis. Qñq; etiā dicim⁹ o vtinā Ouid. O vtinā cū lacedęmona classe petebat.

¶ Utputa significat quemadmodū.

¶ Utiq; aduerbiū similitudinis: ⁊ qñq; poniť pro certe et prorsus. Quintil. Solēt hmoi negociatores aliquid ꝓpriū ac priuatū stipulari vtiq; cū rem alienam vendant. Hier. in ꝓlog. paralip. Quę vtiq; in codicibus nostris nō habenť. Sue. in Tito. Cęterū Titū qui prope adstabat vtiq; imperaturū.

¶ Utquid significat quāobrē: ppter quid: vt quid repulisti nos in finem.

¶ Utpote aduerbiū cōfirmantis: ⁊ causatiuū: significat em̄ quoniā: qñquidē. Sal. Antonius aberat a bello vtpote ęger ac iacēs. Poniť etiā p tanq̄. Suet. in Aug. Aedes sacras vetustate collapsas aut incēdio absumptas refecit: easq; opulentissimis donis adornauit: vtpote qui in cellā capitolini Iouis sexdecim millia pōdo auri vna donatione ꝯtulerit. Ambr. lib. i. offi. Erat Isaac dnm̄ timens vtpote Habrę indoles deferens patri honorē. i. quoniam vel tanq̄.

¶ Uter a. um. significat quis vnus ex duobus? poniturq; interrogatiue: vt vter vestrū fecit hoc? Infinite: vt scio vter vestrū hoc fecerit. i. quis vnus vestruz hoc fecerit. Dicimus vter alterū. Ply. Uter alteri dixerit nescio. Similiter dicimus vter vtrū. Ci. Uter vtri insidias fecerit. hinc fiūt ꝯposita q̄ sequuntur.

¶ Uterq; significat ābos: licet inter se differāt: ꝙ cuz vtrūq; aliquid fecisse dicimus ⁊ ab hoc ⁊ ab illo separatim id factū intelligimus vt vterq; sibi domū ędificauit: hoc est ⁊ hic ædificauit sibi domū ⁊ ille. Cū vero ambos dicimus fecisse: ab vtroq; cōiunctim id factū ostēdimus: vt Ambo sibi monumentū ꝯstituere: hoc est hic ⁊ ille simul vno sibi cōe monumentū fecere. Propter qđ vtrūq; alterū verberasse dicimus: hoc ē hunc illū: ⁊ illū hunc verberasse. Ci. Quoꝝ vterq; suo studio delectatus ꝯtempsit alteꝝ. Quintil. Cum em̄ vterq; alteri obiiciat palā est vtrūq; fecisse. Eodem modo vtrūq; vtriq; aliquid fecisse dicimus. Teren. Quia vterq; vtriq; est cordi. Ambos aūt alterū verberasse: vel ambos verberasse ambos: non recte dicimus q̄r significaret ambos seipsos verberasse: sed ambo se mutuo verberarūt. Aug. Uterq; significat ambos: ⁊ tñ singulari sono est: sed significatione duali. Nā cū dixit Virg. Constitit in digitos extēplo arrectus vterq; Duo significati sunt cū dixit vterq;. cum aūt arrectus noluit exprimere pluralitatem: vt sit in plurali vtriq;. Sed hoc interest: q̄r licet vterq; duo significet: tñ solū duo. Utriq; aūt duo significat: sed sic vt in singulis multi sint. Si dicas vtriq; exercit⁹ duo significo: sed sic vt in singulis turbam intelligi volo: hęc quidē distincta sunt: sed item auctoritate cōfusa Nā cū ait Virg. Super vtroq; quassat tēpora ꝯfudit Dicere em̄ debuit super vtrūq; tempus: cū de duob⁹ temporibus loqueretur.

¶ Uterlibet pe. cor. alter ex duobus: hoc est vter quē tibi capere libet.

¶ Utervis: vter quē tu vis. Sic quiuis ⁊ quilibꝫ. Nihil em̄ est aliud quiuis q̄ vnus quē tu vis: ⁊ quilibet: q̄ vnus qui tibi magis libet. Hoc em̄ differunt. vteruis ⁊ vterlibet a quiuis a quilibet: ꝙ illa vnū ex duobus significant. hęc vnū ex pluribus. Ter. Abs quiuis hoīe cū est opus beneficiū accipere gaudeas. Quint. Periculosum et cū cura intuendū genus: ꝯ si in ꝑpo-

nendo vnū quēlibet amiserimus cum risu quoq₃ tota res soluitur. tutius sic interrogare si hæc actio nō sit q̄ sit. Simul eñ remouent oīa vel cū duo ponent inter se contraria: quorum tenuisse vtrūlibet sufficiet.
Ecce in eodē loco: vtrumlibet ꝛ qd̄libet vsus est: altero ꝑ eo qd̄ ē vnū de duob⁹. Altero ꝑ eo qd̄ est vnū de pluribus. Hiero. Adducetur ad Aaron vel ad vnum quēlibet filioꝝ ipsius.
¶ Utroq₃ aduerbiū loci. hoc est ad vnū aliquē locuꝫ ꝛ ad alterum. Liui. Utroq₃ loco.
¶ Utraq₃ per vtrunq₃ locum.
¶ Utrū aduerbiū modo interrogātis ē. Plau. Utruꝫ id verū putas: an nō? Nō dubitantis. Seneca. Utrū nobis id ꝯueniat aiaduertendū. Cōponitur quoq₃ cū nā. Hiero. lib. reg. Et cōsuluerunt post hęc dn̄m vtrū nam venturus esset illuc.
¶ Uter vteri: ꝛ vterus vteri dr̄: quem alio noīe locos appellāt: ꝛ vulgo falso matricē: cū matrix sit fœmina q̄ fœtus gratia tenet. Existimat Plyni. vuluā dici in cęteris aīalibus: in muliere vterū. Ideo vterus dicit quia ꝯtinet ꝛ tanq̄ vter est: ad pręgnantesq₃ pertinet Quoq₃ tn̄ sumitur pro ventre. Uirgi. Uterūq₃ armato milite complēt. Cęcil. Nunc vter crescit nō potest celari. Huius diminutiuū est vterculus.
¶ Uter vtris generis masculini pellis qua vinū aut oleum deferri solet.
¶ Uterculus. Ply. Et in vter culos cōgestus apū liquor. Ore eñ eū euomūt. dimin. est ab. vter ꝑ ventre
¶ Utriculos in farina videt Ply. accipere libr. xviij. quos Galli cisalpini redundaginē in Uenetia ꝓuincia plerīq₃ subuentres vocant.
¶ Utricularius qui inflat ex vtre phystulā. Et a gręcis Ascaules dr̄. Sue. in Nero. Uouerat se ꝓditurū hydraulam ꝛ choraulam ꝛ vtriculariū.
¶ Utor vsum habeo. Et semp de rebus bonis ac necessarijs necnō ꝛ diuinis inalatisq₃ dr̄: vt vtor domo: diligentia/cōsuetudine/studio ꝛ hm̄oi. Ter. Scio te nō esse vsum antehac amicitia mea. Sed cū de personis loquimur accipit ꝑ cōuersari. Ci. Lentulo. Tre bonio multos annos vtor valde familiariter: Inde vsus ꝑ cōuersatione. Quintil. Mulierē cū qua loqus illi fuerat vsus. Et quia aliqua re vtimur vt ex ea fructum percipiamus: factū est vt dicamus vsum ꝑ vtilitate. Construitur quoq₃ cū actō. Cice. lib. acca. Et q̄ a superiorib⁹ acceperāt vtebant. Uar. Utile vtamur potius q̄ ab re abutamur. Huius ꝯposita sunt Abutor ꝛ coutor.
¶ Utensile pe. cor. qd̄ est ad vsum necessariū. Col. libro. xi. Utensilia quibus aut alitur hominum genus aut etiam excolitur.

V ante V

¶ Uua est q̄ in vite fit: dicta ab vuido. Aliq̄n ponitur ꝑ vite. Uirg. Et turpes auib⁹ ꝓdaꝫ fert vua racemos Et vua morbus quē gręci Staphylen vocant. Inflāmatio est ei⁹ partis q̄ in ore Columellæ dr̄ ꝛ staphylophoros Aristoteli. Distendit hęc ꝛ luteo colore subrubescit acino persimilis. Est aūt vua id qd̄ in fine palati dependet: circa fauces: et inhiante hoīe ꝯspicit: sic dicta q: vt vua dependet: ꝛ humiditate variat: et est vocis moderatrix. Seren. Aegrescūt teneræ fauces cum frigoris ora Illis subijt: vel cum ventis agitabilis aer Uertitur: atq₃ ipsas flatus grauis inficit vuas Sub vua est minor lingua q̄ epiglossis dr̄. Dicit etiā vua de apibus cū collectę sunt ꝛ in moduꝫ botryonis dependēt. Col. Cū examē glomeratū in ꝓrimo frondētis arbusculę ramo ꝯsederit aiaduertito an totum examen in specie vni⁹ vuę depēdeat. Ply. lib. xi. Tūc ostēta faciūt priuata ac publica vua depēdente in domib⁹ tēplisq₃. Uirg. Et densis vuā dimittere ramis. Ser. vuā dimittere. i. in morē vuę botryonē defluere
¶ Uuidū humidū pingue: qd̄ ꝓcipue habꝫ aliquid humoris intrinsecus. Unde ꝛ vua dicta. Humidū quod habet humorem extrinsecus.
¶ Uulcanus deus antiquis putatus est: quo significatur ignis q̄ canus per aera volet. Uolat eñ flamma ꝛ cādida est. Hic ꝛ mulciber appellat q̄ ferrū mulceat Fingūt eñ poetę hunc fuisse deū: ꝛ Jouis ex Junone filiū. Qui faber Joui fulmina cōtra gygātes fabricauit. Hinc vulcanię insulę appellatę sunt.
¶ Uulcanū in cornu ꝯclusum geris: significat ignem in laterna portas.
¶ Uulcens tis. sine s post l. ꝛ p u.
¶ Uulga sacculus scorteus siue ex alia materia i quo pecuniā vel alia vitę necessaria ferre solēt homies: dicta q̄ nūmos aliasq₃ res inuoluat. Lucil. In vulgam penetrare pilosam. Uar. Ut viaticū ex arcula adderē in vulgā. Hęc etiā a veteribus Bulga dicit. Est ꝛ vulga siue bulga folliculus ad brachiū pendēs gerendæ pecunię gr̄a. Lucil. Cui neq₃ iumentū est: nec seruus: nec comes vllus Bulgā ꝛ quicq̄d habꝫ nūmoꝝ secū hꝫ Cū bulga cœnat: dormit: lauat. Quoq₃ ponit ꝑ vulua ꝛ e cōtrario vulua ꝑ sacculo. Idē. Ita vt quisq₃ nr̄m e bulga est matris in lucem editus.
¶ Uulgus neu. ge. ꝛ indeclinabile. Et vulgus vulgi mas. gn̄is significat multitudinē ignobiliorē. Uirgil. Seuitq₃ animis ignobile vulgus. Cic. Saturnū maxime colunt vulgi. Uirg. In vulgū ambiguas ꝛ quærere conscius arma: Et a voluendo quidā dici putāt: q̄ stulte huc atq₃ illuc voluatur.
¶ Uulgo aduerbialr̄ positū significat passim ꝑ omes cateruatim. Uirg. Hinc lętis vituli vulgo moriuntur in herbis. Uulgo ꝯcepti dicunt qui patrē demōstrare nō possunt: vel qui possunt quidē: sed eū habēt quē habere nō licet. Qui ꝛ spurij vocantur.
¶ Uulgaris ꝛ hoc gare. qd̄ est vulgi. hoc est vile ac cōmune. vn̄ ꝛ respōdet in singulari. Cic. in arte vet. Magna an pua: facilia an difficilia: singularia sint an vulgaria: vera an falsa. Aliq̄n vulgare dr̄ qd̄ est tritum ꝛ cōsuetū. Quintil. Simul ne vulgarē viā ingressi⁹ alienis demū vestigijs insisterē.
¶ Uulgo as. in vulgus do: ꝛ quasi multis audiētibus ac nō tacituris dico: ꝛ cōe oībus facio: manifesto: vile habeo. Uirg. li. x. Quid me alta silētia cogis Rumpere ꝛ obductū verbis vulgare dolorē. Lactā. li. vij. Quę vaticinia eoꝝ cū paulatim fama vulgasset. Li. lib. i. Sunt qui laurentiā vulgato corpore lupā inter pastores vocatā putent. Plau. in Am. Cui me absente corpus vulgauit suū. Huius ꝯposita sunt Diuulgo Euulgo: qd̄ est extra in vulgus exeo. Liui. li. ix. Ciuile ius repositū in penetralib⁹ pōtificū euulgauit. Inuulgo. Gel. Labrio foras editis inuulgaret. Peruulgo valde vulgo. Ter. Ubi rē sciui cœpi inhumanius neq₃ vt aium decuit ęgrotū adolescētuli tractare: sed vi ꝛ via pulgata patrū quotidie accusabam.
¶ Uulnus vide in dictione vlcus. Hinc vulnero as. sauciori vulnus infero. Transfert quoq₃ ad aim ꝛ signi-

ficat ango. vñ ⁊ vulnus animi ꝓ angore accipit seu dã no. Ply. Maximũ illi fortuna vulnus intulerat duobus filijs immatura morte sublatis.

¶ Uulnerarius medicus chirurgus qui vulnera curat. vulnerariũ emplastrũ qđ vulneribus imponitur.

¶ Uulpes ⁊ volpes aĩal: teste Uar. ꝙ pedibus volet. Huius dimin. est vulpecula. Hor. Forte per angustã tenuis vulpecula rimã. Adiectiuũ vulpinus a. ũ. qđ est a vulpe. Suc. Ubi leonis pellis defecit vulpina insuenda est. Aliquãdo ponit pro astuto. Plau. Uulpinus animus ne quid moliat mali.

¶ Uulpinor aris. signifi. mẽdacijs ac fraudibꝰ vera ꝑuerto siue effugio. Tractũ ab intorto vulpiũ cursu.

¶ Uulsinus pen. pro. lacus a vulsini oppido cui adiacet noiatus i ethruria pisciũ fertilis. Uulsini eñ oppidũ fuit opulẽtissimũ: a quo vulsinenses dicti sunt.

¶ Uultur ⁊ vulturis ⁊ vulturius in nõiatiuo dici põt Enn. Uulturis in syluis miserũ mandebat homonez Auis est rapax carniuora a volatu tardo dicta ꝙ propter magnitudinẽ corporis tarde volet. Plau. l tru. Jam quasi vulturij: triduo prius prædiuinabãt: quo die esurituri sient: De hac aue sic scribit Ambro. Negant vultures indulgere cõcubitui ⁊ iugali quodam vsu nuptialisꝙ copulę forte misceri: atꝙ sine vllo masculoꝝ cõcipere semine: et sine ꝯiunctione generare: natosꝙ ex his in multã ętatẽ longæ vitæ ꝓcedere: vt vsꝙ ad centũ annos vitę eoꝝ series ꝓducatur. Est et vultur mons in Apulia.

¶ Uulturnus ventus qui ab oriente hyberno spirat. Dictus a vulturis volatu (vt quidã aiunt) qm̃ alte resonat. Græci Euronotũ vocant: ꝙ inter nothũ ⁊ eurũ sit. Hoc noie etiã dictus est fluuius qui per campaniã labens haud longe a cumis mergit: qđ ⁊ vulturnũ dr Syrius lib. viij. Fluctuꝙ sonorũ Uulturnũ.

¶ Uulturnũ oppidũ cãpanoꝝ ẽ ⁊ fluu. de q̃ mõ ẽ dictũ

¶ Uultus a volo vis. sicut a colo cultus: ꝓprie significat voluptatẽ hois q̃ ꝓ motu animi in facie ostendit Cũ facies sit ipsa oris species q̃ permanet. vultũ sibi fingere multi possunt: formã nemo. Lucre. lib. iij. protulit vulta neu. gñe. Sed quos vtriusꝙ figurę esse videos mistim referentes vulta parentũ. Uultus aũt in nullo aiante est p̃ter hominẽ. Huius dimi. est vulticulus: quo vsus est Cicero.

¶ Uultuosus tristis. Ci. de opti. gñe dicẽdi. Jn quo cũ effeceris ne quid ineptuz sit: aut vultuosum. Hinc aduerbiũ vultuose. qđ Do. vsurpat pro eo qđ est indignanter facie mœsta: ⁊ fronte subducta: ⁊ cũ gestu re bus accõmodato. Uultuosa frons apud Apul. ꝓ mœsta accipitur. Ait eñ lib. iij. met. Longe dissimilis aduenit nõ ex lęta facie: sed vultuosa fronte rugis insurgẽtibus adseruabat.

¶ Uulua seu volua idẽ qđ vterus ⁊ matrix vulgo dr: licet falso. dicta ꝙ fœtus inuoluat. Jn ea eñ ꝯceptus fit ⁊ fœtus ꝯtinet. Hanc multi ex Romanis ex porca in delitijs habuere: q̃ duplici noie appellabat. Electitia. s. ⁊ porcaria. Electitia a partu electo siue enecto. Porcaria ab edito. Electitiã Plyn. optimã esse ait: q̃ fuerit porcę occisę: cũ electus siue enectus est partus Porcariã cũ editus est: meliorꝙ erat eiꝰ q̃ pepisset q̃ virginis. Nã a partu statim suem primiperaz interficiebãt: tũ habẽdę vuluę grã: tũ ve semen optimũ efficerẽt. Mar. Te fortasse magis capiet de virgine porca. Me materna graui de sue volua capit. Qñꝙ accipit vulua ꝓ ore vuluę. Ju. Adhuc ardẽs rigidę tẽtigine vuluę. Ply. quoꝙ boletoꝝ ꝓrumpẽtiũ in oui speciem albũ illud inuolucrũ voluam nancupat.

V ante X.

¶ Uxor quasi vnxor ab vngendo. Nã cũ puellę nuberent apud veteres ac mariti domũ intrarent: axũgia postes vngebant putantes ex hoc oĩa mala ab ea domo arceri: vel ꝙ loto maritos vngebant. Enni. Exin Tarquiniũ bona fœmina lauit ⁊ vnxit. Ser. in com. lib. iiij. æne. sic habet. Mos fuerat vt nubẽtes puellæ simul cũ venissent ad limẽ mariti postes anteꝙ ingrederent ornarẽt laneis vittis ⁊ oleo vngerẽt. Et inde vxores dictę sunt quasi vnxores. Plyn. quoꝙ scribit nouas nuptas lupino adipe postes inungere solitas nequid mali medicamẽti inferretur. Huius dimi. est

¶ Uxorcula. Hiero. ad Oceanũ. Tu mihi olim emortuam de sepulchro vxorculã protrahis.

¶ Uxorius a. um. qđ est vxoris vel quod ad vxorez ꝑtinet: vt res vxoria. Aug. lib. ij. conf. Nõ curauit hęc quia metus erat ne impediretur spes mea compede vxoria. Aliquando vxorius dicitur qui vxori nimis inseruit. Virg. Pulchrãꝙ vxorius vrbem Extruit.

De littera X.



Littera semiuocalis est: q̃ vim duplicis cõsonantis habet: pro qua modo cs. gs. primitus vtebantur: vt apecs: gregs: pro q̃bus nunc apex: grex dicimus: Sciendum ꝙ x transit in u cõsonantẽ: vt nix niuis: in ct. vt nox noctis: ⁊ in aspirationem subijt: vt veho vexi. Quotienscũꝙ aũt hęc ꝓpositio ex. ꝓponit cũ dictione incipiẽte a vocali: vel c. p. t. ⁊ s. remanet integra: sz qñ cũ s. s abiicit. vt exaro exeo exigo: exoleo/exuro/excutio/explodo/extraho/exeq̃r/expes

X ante A.

¶ Xanthus: latine flauus dr. Quo noie dictus fluuiꝰ troianus: qui ⁊ scamender dicit. Nã qđ in cãpis troianis ꝑrime flumẽ armenta rufa ⁊ pecora leucophea nascunt. Jdeo flumen id Jlienses xanthũ appellauisse dicũt. Est ⁊ nomẽ viri ⁊ nomẽ vrbis Lycię a fluuio sic nũcupatæ. Et nomẽ equi Hectoris.

¶ Xanthij populi Asię: qui cũ eoꝝ vrbs ab harpago p̃fecto Tyri obsideret: vxores suas ac seruos ⁊ oẽs opes in arce posuerũt: deinde adhibito igni cremauerunt: ipsiꝙ in bello irruentes cuncti cecidere.

¶ Xãthicꝰ Aprilis mẽsis hebręoꝝ ligua appellatꝰ ẽ

¶ Xantho fuit vna ex nymphis Oceani ⁊ Tethyos filia. Virg. lib. iiij. geor. Drymoꝙ Xanthoꝙ.

¶ Xãthippe nõ vxoris q̃rulę Socratis philosophi.

X ante E

¶ Xenos latine hospes siue ꝑegrinus. Xenia hospitalitas: amicitia externoꝝ.

¶ Xenium dici potest munus hospitalitatis. Unde Martialis libruz. xiij. in quo eiusmodi munera distichis describit: xenia noiauit: ꝙ versus ipsos ꝓ Xenis mitteret. Ois in hoc gracili xenioꝝ turba libello Cõstabit nũmis q̃ttuor empta tibi. Quattuor ẽ nimiuze

poterit constare duobus. Et faciet lucrū bibliopola triphon. Hec licet hospitibus pro munere disticha mittas: Si tibi tam rarus q̄ mihi nummus erit. Huius diminutiuum est xeniolum paruum xeniū. Apul. Cōmoduz meridies ac esserat ⁊ mittit mihi xeniola porcū optimū ⁊ quinq̧ gallinulas et vini cadū in ętate pciosi.

¶ Xenodochium: et xenodociū. hospitale locus public⁹ quo peregrini et hospites hospitaliter recipiūtur ξενοσ hospes Δοχειον receptaculum quasi hospitum receptaculum. Hiero. Xenodochium in portu romano situz totus pariter mundus audiuit.

¶ Xenocrates. penult. correpta nomen philosophi chalcedonij auditoris Platonis qui in academia Speusippo successit: ⁊ vigintiquinq̧ annis docuit. Fuit tardus igenio adeo vt cum illū Plato Aristoteli compararet: alterū frœno: alterū calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorū seuerissimus extitit. Ferunt cū phryne nobile scortū dedita opa a quibusdam intra eius cellaz missa essz: atq̧ ab eo orans lectuli ptē accepisset: demūq̧ imp fecto opere discessisset. dixit se nō a viro sed a statua venisse. Eius verbis tanta fides adhibebatur: vt cum iniuriati nullius testimoniū admitteretur: huic soli iurato crederetur. Hunc athenienses aliquando vendiderunt vt ita in exilio degens frangeretur. Obijt secūdo ⁊ octogesimo ętatis suę anno cum noctu forte in sartaginem offendisset. fuere ⁊ alij hoc nomine.

¶ Xenodotus. fuit historicus patria Troezenus.

¶ Xenodorus quasi ξενοσ. i. pegrinuz quod et egregiū denotans ⁊ Δωρον donū fuit nomen statuarij nulli veterum cęlandi arte postponendi.

¶ Xenophanes. pe. cor. poeta Colophoni⁹: qui contra Homerū ⁊ Hesiodū Elegias scripsit. Fuit ⁊ alter xenophanes ex Lesbo poeta Jambicus.

¶ Xenophon nomen philosophi ⁊ ducis insignis atheniensis Socratis discipulus ⁊ Platonis ęmul⁹ fuit: speciosus moratus ⁊ omnibus gratus. Hic primus omniū philosophorū scripsit historiam. Exercitum quoq̧ ex vltimis babylonię finib⁹ per aspa ⁊ difficillima itinera incolumē in patriam reduxit. Fuere ⁊ alij xenophontes.

¶ Xenophil⁹. pe. cor. nomen musici chalcidensis pythagorici. de quo Val. maxim. biennio minor q̄ gorgias q̄ centū ⁊ quinq̧ vixit annis xenophilus chalcidensis pythagoricus sed fœlicitate non inferior. Siquidē vt ait Aristoxenus musicus omnis incommodi humani expers summo pfectissimę doctrinę splendore extinctus est.

¶ Xerampellinę vestes: vt inquit Probus fuerunt ad vsum matronarū ampellini coloris q̄ inter coccinū ⁊ muriceū medius est ξηρον. siccum significat. Itaq̧ xerāpellinus color is esse credit: quem vulgo rosam siccam nominamus. Alij xerampellinas dicūt latine dici Atrabaticas. Hoc est q̄ colorem atrum. i. nigrum habent.

¶ Xerolophus. pe. cor. dici potest siccus tumulus ξηροσ siccos λοφοσ tumulus. Namq̧ ex lapidibus construi cō sueuerant principum tumuli.

¶ Xerolibya. latine sicca libya dicitur.

¶ Xerophagium. comestio siccorū ciborū.

¶ Xerophthalmia arida lippitudo: cum nec tumēt: nec fluunt oculi sed grauescunt.

¶ Xeria. emplastra sicca. sicut hygremplastra vocant liquida emplastra.

¶ Xerxes. latine dicitur bellator. Vn̄ Artoxerxes magnus bellator. fuit psarū rex qui contra athenienses magnum collegit exercitū. Tradunt scriptores numerum copiarū terrestriū quas in grecia duxit xerxes fuisse. clxx myriades. i. decies septies centena millia. Myri io ⁊ nīz numerus est continens decem millia. Transiuit ei⁹ exercitus per septem dies totidēq̧ noctes nullo tempore intermissio. Sed nauali pręlio a Themistocle grecorū duce victus rex ipse cū paucis aufugit. Fuit filius Darij regis ex Atosa Cyri filia. Hanc historiam Herodotus late scripsit.

X ante Y

¶ Xylon grece. latine lignum dicitur. vnde xilobalsamum lignum balsami.

¶ Xylinū. quod et xylon dicitur id est qđ vulgares bābatiū dicunt. vnde xilinę vestes.

¶ Xylocasia. lignum Casię.


¶ Xylophagus. pe. cor. vermis qui albus obesus nigelloq̧ capite est. ac nascit in lignorū carie lignū corrodens. In ponto ⁊ phrygia comeditur: vt auctor est Hiero. cōtra Ioui. Et quo mū inquit apđ nos ficedula ⁊ attagen mullus ⁊ Scarus in delitijs computantur: ita apđ illos ξυλοφαγιον comedisse luxuria est.

¶ Xiphis. grece ξιφοσ significat ensem. Vn̄ xiphię stellę ex cometarū gn̄e in mucroneo fastigiate.

¶ Xystus a grecis dicitur porticus ampla latitudie exercitationi accōmodata in qua Athletę p hiberna tempora exercent. Hinc xystici dicuntur athletę i xystis pugnantes. Sue. in Aug. Nec tamen eo minus aut xysticorum certationes aut gladiatoruz pugnas seuerissime semper exegit. xystici etiam dicuntur qui xysto ludunt. Significat enim xystos spiculū vł hastile telū. vnde xystophorus latine spiculator. Interdū xystus sumit pro ambulatione in qua arbuscule sunt in plurimas species effigiatę. Plyn. Ante cryptoporticum xystus est violis odoratus. Aliter Ply. lib. v. epi. Ante porticū xystus cō cisus in plurimas species distinctusq̧ buxo. Idem non taz statuarū ⁊ tabularū pictarū ornatu ędes suas q̄ xystis ⁊ nemoribus excoluit. Victr. Latini xysta ambulatiōes appellant quas greci peradromidas dicunt. Ci. i Bruto. Cum ambularem in xysto ⁊ essē ociosus domi. Quādo vero xystus adiectiuum est significat ornatum tersum politum.

¶ Xystis. vrbs Carię. a qua xystiani dicti sunt populi: vt scribit Plynius.

De littera Z.



Z Littera muta est pro qua primit⁹ nonnūq̧ simplex s vt sacynth⁹ pro ζακυνθοσ sethus p zethus. Quandoq̧ duplicatū scribebam⁹: vt patrisso p πατριζω pytisso p πυτιζω aliquando p illa d ponebamus vt Medētius p Mezēti⁹. ¶ Zeta ēt siue zetecula diminutiuū aqđ Plyni. in epi. erat locus capax vnius lecti cū sellis duabus qui velis obductis ⁊ reductis modo adijcitur cubiculo: mō aufertur. Nomen quoniam tribus e ptib⁹ fenestras ⁊ pspectus habeat atq̧ solē multipliciter accipiat: quasi απο του ζειν quod est feruere. Quando ⁊ heliocamin⁹ in ipa zeta ponitur. hoc est vaporariū quoddā solare nō ad ignis vsuz: sed ad solis velut id quod vulgo luminare dicit. ⁊ in paduana gallia Lucerio vel απο του ζην q̧ in ea commodissime viuat. vt quam delitias ⁊ amores suos vocet Cecilius sicut a conuersatione victuq̧ die

ta. De heliocamino. Ulpia. in seruitutibus vrbanis. Si arbo: inquit heliocamino vel solario solem adimat: dicendũ erit quia vmbrã facit in loco cui sol fuit necessari⁹ contra seruitutem impositam fieri. De zeta Lãpridius Indicos odores heliogabalus ad vaporandas zetas sine carbonibus iubebat incendi. De zetecula. Ply. Mox zetecula refugit quasi in cubiculum.

¶ Zazynthos insula ionij maris parua: cum vrbe eiusdem nominis a zazyntho Dardani filio in qua imperauit dicta. cuius incole zazynthij vocantur. De hac Virgili⁹ li. iij. Iaz medio apparet fluctu nemorosa zazynthos.

¶ Zagrus: vt inquit Stra. mõs est quo Media a babylonia diuiditur.

¶ Zazanthei fuerũt zazynthiorũ colõi ĩ medio pyrenei montis siti ꝛ iuxta fluuium hiberũ habitantes.

¶ Zacharias: nomen ꝓphete ꝓprium.

¶ Zamolsis teste Herodoto. li. iiij hist. fuit Pythagore seruus cui Getę putantes illum Saturnũ esse sacrificia impendebant.

¶ Zancule peloponnesi oppidũ fuit in regione Messenia. in qua ipa Messene. Fuit et zancle oppidum sicilię a Messenijs condita in pelori sinu vbi ad oriẽtẽ maxie flectitur quam a suo nomine dixerunt Messanam. Hic zãclei Messeniorum apud Ply. Et zãclea charybdis. Uel a fonte dictam vrbez putant. vel ab occultata ibi a saturno falce: quam lingua sicula zanclon vocant. vel a gygãte zanclo. vel a loci curuitate. Curua enim zãclia vocãt.

¶ Zancleum saxũ in freto siculo dictum a zancle ꝓpinquo sicilię oppido.

Zante E

¶ Zea genus frumẽti simile farri quę vulgo Spelta dicitur. Ex hac fit Alica. Ex zeatico hordeaceo ve cibario quo principum Equisones: equos alere cõsueuerũt.

¶ Zedoron. dicitur terra zean donans.

¶ Zelo as. ꝛ zelor deponẽs: significat ęmulor. Aug. li. j. con. Uidi ego ꝛ expertus sum zelantem paruulum nec dum loquebatur ꝛ intuebatur pallidus amaro conspectu collactaneum suum. Ponitur interdum zelari ꝓ irasci. secundum illud quod per prophetam dicitur. idignatione magna zelatus suz syon. Et zelare est imitari: vt illud. neq̃ zelaueris facientes iniquitatem.

¶ Zelus. modo inuidiam: modo amorem: modo ęmulationem significat.

¶ Zelotes. penultima producta idẽ est quod ęmulator vnde Simon apostolus dictus est zelotes. quando ꝛ dicitur amator. Et sic dominus noster appellatur: q̃m ita nos amat. vt nolit fornicari post deos alienos.

¶ Zelotypus. pe. cor. zelator. seu ęmulator formę. Naz ζῆλος ęmulatio est τύπος forma. qui igitur ita amat vt sollicitus sit ne quis amore suo pfruatur: zelotypus est Iuue. Ponere zelotypo iuuenis prelatus hiarbę. Zelotypia ęgritudo animi ex eo ꝓueniẽs ꝙ timeat ne adsit alteri: quod cum nemine velis habere commune.

¶ Zeno fuit philosophus cithie⁹ ex Cypro greca ciuitate Stoicorum sectę conditor. tanto in honore apd̃ athenienses habitus: vt apud eum claues vrbis deponerẽt ornarentq̃ ipsum aurea corona ꝛ imagie ęrea. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti ait. Ideo duas habemus aures: os aũt vnum. sc3 vt multa audiamus: pauca vero loquamur. Decessit nonagesimo ętatis suę anno: sine morbo. Nam vt ferunt: cum abiret ex schola lapidem offendens digitum perfregit: manu vero terram feriens illud ait. Ex niobe venio: quid me vocas: continuoq̃ se strangulans interijt. Fuit et alius Zeno Eleates: quem dialecticę inuentorem fuisse scribit Aristote. Huius celebratissima fuit in pferendis cruciatib⁹ patientia. Qui cum adolescentes nobilissimos cupiditate liberandę patrię insl ammasset contra Nearchũ tyrannum facto indicio cõphensus traditusq̃ est tortoribus torquendus. Qui cum laceraretur: vt cõscios cõiurationis nominaret neminem illoꝝ nominauit: sed amicos intimosq̃ tyranni participes cõiurationis esse dixit. Deinde cum quippiã se in aurẽ tyranni: loqui vel le significasset: eam mordicus correptam non ante dimisit ꝙ̃ rapta aure populatum caput reliquisset. Sed cuz complices coniurationis proferre cogeretur. concisam dentibus linguam in os tyrani conspuit. Quo facto ciues tyrannũ lapidauerunt. Fuit et alius Zeno philosophus epicureus Ciceronis synchronos. i. contemporaneus. de quo idem. Ci. li. j. de fi. meminit ꝛ eum cuz atti co frequenter audiuisse epicuri sententias explicantez: Fuere ꝛ alij Zenones: quos nunc ꝓtereo.

¶ Zenobia fuit mulier quę a ptolemęis originez ducẽs grecis ac latinis litteris ornatissima necnõ ꝛ rebus bellicis celeberrĩa ĩ Palmiria syrię vrbe regnauit. Hec cũ Saporem persaꝝ regem superasset tandem ab Aureliano Augusto victa Romam in triũphum ducta fuit. Quę in vrbe summo in honore consenuit a qua Zenobia familia nuncupata est.

¶ Zephyrus. pen. cor. Fauonius ventus occidentalis. Flat enim ab occasu ęquinoctiali aduersus euruz: quasi ζωφόρος vitam ferens: vel quia fert quę sunt ad vitaz. Eo sane plantę omnes germinant ꝛ pullulãt. ¶ Zephyrium vero ꝓmontorium est.

¶ Zethis fuit filius Boreę ex Orithyia et frater Calais.

¶ Zethus: cum h ꝛ u fuit Iouis et Antiopa filius ꝛ frater Amphionis.

¶ Zeugma atis latine connexio. siue adiũctio dicitur. Figura cum plures sensus vno connectuntur verbo qđ tribus modis fit. Aut ꝓposito verbo ad quod reliqua respiciant: vt vicit pudorem libido: timorem audacia. rationem amentia. Aut verbo postposito: vt neq̃ is es Catilina: vt te aut pudor a turpitudine aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Aut in medio sensuũ posito ṽbo: vt Troiugena interpres diuum. ⁊c. ęnei. iij.

¶ Zeusis. latine Iugatio dicitur. Quo nomine appellatus est clarissimus pictor Heracleotes: qui ĩ certamẽ picturę cum parrhasio descendit. Fertur hic pinxisse: puerum vuas ferentem. ad quas cum aduolassent aues iratus est mira ingenuitate operi suo ꝛ dixit. Uuas melius pinxi ꝙ̃ puerum. Nam si hunc consummassem aues timere debuerant. Hic etiaz pinxit Helenę simulachꝝ.

¶ Zeuxo fuit teste Hesiodo vna ex nymphis filia oceani ꝛ Tethyos.

Zante I

¶ Zigena nomen piscis maritimi: vt est apud Ambro. Quid gladios loquar aut zigenas.

¶ Zigarum ea terra fertur ex qua populi exierint q̃ nostra ętate cum liberis et vxoribus europam ꝑuagãtur:

¶ Zigari appellati insignes fures ꝛ sine tecto viuẽtes.

¶ Zinziber radix. Et apud nos immutatis litteris dicimus gengiber.

¶ Ziph. nomen vicia quo Ziphei dicti sunt de quibus

Z ante O et Y.

in lib. ij. reg. fit mentio.

¶ Zizania niç. et zizaniũ zizanij. qđ significat Ambr. lib. hexa. declarat dicens. Lolium ꝛ reliqua adulterina semina quæ frugibus sępe miscentur: zizania nuncupari euangelij lectione cognouimus: sed ea ꝓpriũ quoddã genus habent: nam ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione trãslata degenerem trahere naturã. Hoc docet dñs dicẽs. Uenit inimicus ꝛ superseminauit zizania inter triticũ

¶ Zizipḥus pe. cor. genus arboris: quã nostrates zibebos vocant: zizipha fructus dicunt. Ply. li. xv. Ae que peregrina sunt zizipha ꝛ tuberes q̃ ipa nõ pridez venere in Italiã. Hęc ex africa: illa ex syria.

Z ante O.

¶ Zodiacus pe. cor. dici põt aialis ab effigie aialium Nã circulus est in quo. xij. signa sunt in formã aialis figuratus: vt aries: taurus. Gręce eñ ζωα aialia dñr

¶ Zographia aialis pictura. Alexand. aũt aphrodiseus dicit galaxiã circulũ realez esse in cœlo: ꝛ subdit in cõmentarijs meteorologicorum Aristotelis: ισορει δε των μεν καλουμενων πυθαγορειων τιν ασγαλαξιαν ολον λεγειν ειναι των κυκλον του τον και ηλιον προτερον του τον φερεσθαι.

¶ Zographos pictor aia˙lũ. zographia pictura.

¶ Zona cingulũ quo cingimur. Mar. Longa satis nunc sum: dulci sed pondere venter Si tumeat: fiam tũ tibi zona breuis. Hęc ꝛ lorum đr ꝛ baltheus: quãuis baltheus sit etiã a quo arma dependent: ꝛ Cinctus ꝛ Cingulum a cingendo.

¶ Zopyrus pe. cor. physionomista dictus est q̃ profitereĩ hoim mores naturasq̃ ex corpore oculis vultu fronte se posse pernoscere. Qui cũ turpia quędam ꝛ a virtute aliena de Socrate dixisset: ac a multis idcirco derideret. Nõ errat (Socrates respondit) zopyrus. Huiusmodi eñ natura essem nisi naturam philosophia superassem. Fuit ꝛ alius zopyrus. de quo dicere solebat Darius se zopyrũ malle integrũ q̃ viginti capere Babylonas. Zopyri enim astu Babylone potitus erat Darius.

¶ Zopissa apud Plyniũ viuã picẽ significat: vel zopissa pix: q̃ ꝛ nauib⁹ tradiẽ admista cęra ꝛ marino sale macerata multo ad oĩa efficacior q̃ alię pices. Sed proprie resina ex pinu: quãuis Dioscorides addit alia etiam significata: cum ait. ζωπισσαν δε οι μεν ειπον την εκ των πλοιων ξυομενην ρητινην μετα του κηρου καλουμενην υπ. εριων αποχυμα ουσαν διαχυτικην δια το εν τη θαλασση βρεχεσθαι οι δε την πιτυινην ρητινην ουτως ωνομασαν.

¶ Zoroanda lac⁹ quẽ efficit Tygris fluuius ab vno latere Tauri montis.

Z ante Y

¶ Zyme fermenta. Zymes panis fermentatus. Azymus a. um sine fermento.

¶ Zythus quid sit nemo potest dubitare ex verbis Suidę nostri: q̃ ita scribit (etiã Dioscorides tractat) ζυθος οινος απο κριθης γινομενος.

τελος.

Impressum est hoc egregium & saneq̃ vtile opus & subinde auctũ ac mille locis emendatum opera & accuratione Ascẽsiana in academia parrhisieñ. Anno salutis nostræ. MDX. ad Idus Martias.

tas et pma [illegible] ... d. 75 [illegible]

Credi [illegible] [illegible] ... [illegible]

Nonest [illegible] [illegible] amore [illegible] dato: et [illegible] regis [illegible] plena [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ... ad [illegible] ... plane [illegible]

prepedentiu[m] ... redeunt ... dolo: no[n] ... Wecones en vesemelig ... et in
[illegible] ... et possi ... debebat in ... in eo legis [illegible]
[illegible] Terr: ...

astrod ... [illegible] ... [illegible]

Nonemam te Viriosti nunc

De huius: [illegible] ... [illegible]

Comite [illegible] quando studeat

Societas [illegible] plura complias in [illegible]

[illegible] ad [illegible] expl[...] [illegible] est [illegible] Leo [illegible]

Salomon [illegible] dict. [illegible] patrum [illegible]

Themistocles ab amicis [illegible] bona [illegible]

Amaxagoras lectorie mense [illegible] infestus non [illegible] ad demonstratiu[m] [illegible]

Homo [illegible] [illegible] non est arma talis [illegible] magnus [illegible] [illegible]

Lucretia romana [illegible] pupilla [illegible] [illegible] ob [illegible] nepotes ad [illegible]

Nec [illegible] ad [illegible] barbaros ulla mora: [illegible] barbaros [illegible]

Clepsudo [illegible] superans [illegible] : [illegible] γλαῦκα εἰς ἀθήνας [illegible] nostras [illegible] nomina [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

